## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Princeton University Library
32101 065189068

Digitized by Google

2851
699

Library of

Dei Sub Numine Viget

Princeton University.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

W/n

Digitized by Google

Digitized by Google

Bought of Mr Carlos . Nov. 24. 1746.

Charles Tucke.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google




Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
# ET
# MAR. VERRII FLACCI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
*LIB. XX.*

## NOTIS ET EMENDATIONIBUS ILLUSTRAVIT
*ANDREAS DACERIUS,*

IN USUM SERENISSIMI

## DELPHINI.

Accedunt in hac Nova Editione Notæ integræ *Joſephi Scaligeri*, *Fulvii Urſini*, & *Antonii Auguſtini*, cum Fragmentis & Schedis, atque Indice novo.



AMSTELODAMI,
Sumptibus HUGUETANORUM.

M. DC. XCIX.

NEW JERSEY C...LEGE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google



# SERENISSIMO DELPHINO

S. P. D.

ANDREAS DACERIUS.

*SI mihi cum alio principe nunc res eſſet, eique Feſti Pompei libros offerrem, mihi fortaſſe verendum foret, ne ille ditiſſimos antiquitatis Romanæ theſauros, ignorans, velut inutile munus aſpernaretur. Tibi vero eos hodie conſecro,* DELPHINE SERENISSIME, *qui non ſolum pleno gradu*

* 2 *in*

15054

Digitized by Google

*in literarum ſtudiis proceſſiſti, ſed intima quoque diſciplinarum penetralia reſeraſti, & ſic etiam incredibili ſemper nova diſcendi cupiditate teneris. Quare tuto augurari poſſe videor fore ut volens propitiuſque Feſtum Pompeium accipias, qui ſi non omnem ſitim tuam explere, eam certe lenire poſſit, & liquidiſſimo ſalientium aquarum flumine temperare. Vera dico,* DELPHINE SERENISSIME, *inter præſtantiſſimos ſcriptores qui res Romanas literis mandarunt, nullus eſt qui te plura bona doceat, imo & ipſe ſolus eſt qui te multa doceat, cum aliis ſcriptoribus intacta, tum & ſuperioribus noſtris ſæculis inaudita.*

*Ipſe quidem de verborum ſignificatione in hiſce commentariis acturum ſe profitetur, ſed quamvis late pateant verborum ſignificationes, differentiæ, proprietates, eaque vera totius eloquentiæ fundamenta dici poſſint, plus tamen habet in receſſu, quam in fronte promittit. Nam ſi perdiſcendum jus civile: ſi cognoſcendæ leges: ſi percipienda omnis antiquitas, ſenatoria conſuetudo, diſciplina Reipublicæ, jura ſociorum, fœdera, pactiones: ſi cauſſa imperii cognoſcenda, eorum omnium fontes tibi noſter aperiet. Ille tibi duodecim tabulas explicabit, unde jus commune Galliarum manaſſe, jam diu eſt cum ex Juſtiniani Imperatoris & promulgatis & compoſitis legibus cognoviſti. Ille tibi eruet veneranda juris Pontificii Romanorum, ritualium librorum, commentarii ſacrorum monimenta: leges Regias interpretabitur, Romuli, Tatii, Numæ, Servii Tullii: Augurales*

*libros*

Digitized by Google

*libros evolvet: auſpiciorum cerimonias illuſtrabit, fœdera & Saliaria carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intelligenda. Ille te Senatorum reliquorumque Magiſtratuum conſuetudinem, ducum & imperatorum ritus, arcana imperii & militiæ diſciplinam docebit. In iis quædam interjecta fateor,* DELPHINE SERENISSIME, *quæ te vix digna fortaſſe videantur, præſertim ea ætate qua nunc es, quaque jam ab invictiſſimo tuo parente in imperii partem aſcitus, conſiliorumque omnium particeps factus, nihil aliud tibi agendum proponis quam ut ejus divinam eloquentiam imiteris, ſicut ejus res geſtas olim imitaberis cum factis tuis ſuper omnes omnino imperatores tete compones. Verum & illa ipſa non ingenia puerilia, ſed altiſſimam exercere eruditionem ac ſcientiam poſſunt. Præterea, ut Fabii verbis utar, Grammaticorum illæ artes non obſtant per eas euntibus, ſed in iis hærentibus. Neque enim Caii Cæſaris præſtantiſſimi imperatoris dignitatem minuerunt, vel vim fregerunt editi de analogia libri. Viris principibus, non minora didiciſſe, ſed majora neglexiſſe, flagitium eſt. Tu igitur,* DELPHINE SERENISSIME, *qui maximas animo diſciplinas amplexus es, ne quam laudem, vel Cæſaribus ipſis reliquiſſe videaris, utere Feſto Pompeio, ſeu, ut verius dicam, Verrio Flacco. Illum olim Auguſtus nepotibus ſuis præceptorem elegit, & illum hodie ſapientiſſimi Lodoici Magni juſſu tibi & notis & emendationibus illuſtravi. Neque tam infelicem, ſi Deo placet, ei operam contulerim ut non*



Digitized by Google

*aliquando in maximis difficultatibus & denſiſſimis tenebris quæ nigrore ſuo eum occæcant, tibi facem præluceam. Hoc ſi mihi contingat,* DELPHINE SERENISSIME, *totum illud flagrantiſſimo ſtudia tua juvandi, tibique memet probandi deſiderio eſt imputandum. Cum enim neque uſu ſatis, doctrina & ingenio parum poſſim, ex deſiderio illo mihi ſubſidium petivi, illud mihi in nocte vel atra lumen fuit, & hæc omnia, qualiacumque ſint, doctrinam, ingenium, induſtriam, & exercitationem ſuppeditavit. Vale,* DELPHINE SERENISSIME, *& ſi aliquos, vel utilitatis, vel voluptatis fructus ex lucubratiunculis noſtris percepturus es, mihi crede, eos annos tantum me vere vixiſſe exiſtimabo, quos in laboribus iſtis conſumpſero. Vale diu,* DELPHINE SERENISSIME, *mihique tibi nova ſubinde paranti fave.*

PRÆ-

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

POSTQUAM Illuſtriſſimus & omnium virtutum emendatum exemplar, Carolus Sancta-Mauræus Montauzerii Dux SERENISSIMI DELPHINI adoleſcentiæ moderator factus eſt, Divinumque illum & omni ſua cura dignum infantem gremio ſuo impoſitum ſuſcepit, eo ſtudia omnia contulit ut iis virtutibus alumnum ſuum imbueret, quæ robuſtum quoque, & jam magnum principem, olim etiam, ſed poſt multos annos, ſi Deo placet, maximum Regem, ab illa puerili inſtitutione proſequerentur. Eum igitur omnibus diſciplinis, & humanioribus præſertim literis inſtituendum curavit. Eaque ſemina ut profundiores radices agerent, Invictiſſimo & Sapientiſſimo Regi autor fuit ut viris eruditis omnes Latinos auctores in uſum SERENISSIMI DELPHINI, notis & interpretationibus illuſtrandos mandaret.

Nihil quidem, SERENISSIMO DELPHINO, deerat ad veram & ſolidam doctrinam adipiſcendam. Præſtantiſſimo Præceptore utebatur Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Jacobo Benigno Boſſuetio, Epiſcopo Condomenſi, cui etiam in partem curarum aſcitus Illuſtris & admodum Reverendus P. Daniel Huetius Abbas Alnetanus, omnium artium ad miraculum eruditus. Sed verebatur Illuſtriſſimus Montauzerii Dux, ne cum olim præceptoribus exemptus eſſet SERENISSIMUS DELPHINUS, togamque mutaſſet multa elaberentur quæ illi ſapienter tradita

** fue-

Digitized by Google

fuerant. Quare in conſequentes annos hoc ei ſubſidium paravit.

Præterea cum intelligeret Rex Sapientiſſimus non minus politicæ quam belli artibus regna conſtare, ſuum eſſe duxit, quantum Imperii ſui terminos protuliſſet, tantum etiam promovere artes politicas. Illudque ab eo ita præſtitum eſt ut dubitari poſſit pluſne induſtriæ ei coronis nectendis adhibeant, Mars, Pallas, Enyo, bellipotentia illa numina, an Apollo ipſe omniſque Muſarum chorus.

His accedit etiam quod ſic vere paternum in ſubditos animum ſe teſtari poſſe putavit Rex Optimus, ſi eis ad literas ita viam muniret, ut qui in re tenuiſſima eſſent, nihilominus vel minimo ſumptu regiæ inſtitutionis participes eſſe poſſent.

Hæc ſunt, Lector, quæ tecum communicata oportuit, nunc de Feſto Pompeio & hocce meo inſtituto dicere aggrediar, ſi prius aliquid de Verrio dixero.

Ex Suetonio diſcimus Marcum Verrium Flaccum nobiliſſimum grammaticum ſub Auguſto floruiſſe, ejuſque nepotibus præceptorem electum in palatio docuiſſe. Multa ſcripſerat, citantur enim ejus libri *rerum memoria dignarum: De obſcuris Catonis; De verborum ſignificatione; Epiſtolæ: Carmina*, & alia multa. Sed eorum fragmenta quædam ad nos pervenerunt quæ ſitim tantum noſtram accendunt. Soli de verborum ſignificatione libri integriores ſervati ſunt cura Pompeii Feſti qui eorum epitomen fecit.

Sexti Pompei Feſti ætatem incertam putant viri doctiſſimi, qui & eum multo antiquiorem faciunt, quam fuit. Sed Eruditiſſimus Voſſius eum ſub Imperatoribus Chriſtianis vixiſſe vere conjecit ex ejuſdem verbis in *ſupparus*; cum enim dicat ſupparos appellari vela linea in crucem expanſa, inde recte colligitur eum iis temporibus natum quibus ſacra crux in honore habita eſt. Certe dubitari non poteſt quin poſt Martialem & Canium vixerit, cum eos laudet. His argumentis alterum addi poteſt, Feſtum Pompeium

peium à nullo autore citari qui ante ea tempora ſcripſerit. Hic Verrii de verborum ſignificatione libros breviavit, ibique intermortua & ſepulta verba præteriit. Cave tamen iſtos *de verborum ſignificatione* libros eoſdem eſſe credas ac eos qui dicuntur priſcorum verborum cum exemplis. Viros doctos qui ita exiſtimarunt in errorem induxit hic Feſti locus male intellectus in voce profanum: *Cujus* (Verrii) *opinionem neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime neceſſe eſt, cum propoſitum habeam ex tanto librorum ejus numero, intermortua jam & ſepulta verba, atque ipſo ſæpe confitente nullius uſus aut auctoritatis præterire, & reliqua, quam breviſſime redigere in libros admodum paucos. Ea autem de quibus diſſentio, & aperte & breviter ut ſciero ſcripta in his meis libris invenientur qui inſcribuntur priſcorum verborum cum exemplis.* Sed hæc tantum innuunt Feſti conſilium fuiſſe in hiſce libris *de verborum ſignificatione*, Verrii Flacci ejuſdem argumenti libros in epitomen redigere, præteritis tantum verbis intermortuis, & ſepultis. Tum & alterum volumen conficere *priſcorum verborum cum exemplis*, ubi ea tantum referre cogitabat quæ in prioribus hiſce de verborum ſignificatione præteriiſſet, & breviter ea de quibus diſſentiret exponere. Et hæc aliter intelligi non poſſe fatebuntur qui attendent Feſtum in hiſce de verborum ſignificatione libris, neque Verrii reprehenſionem inſtituere præter quam in locis admodum paucis, neque multa verba intermortua aut ſepulta referre, quæ ſcilicet in alium locum reſervabat, quod & ipſe teſtatur alicubi. Audi illum in voce *Tatium*: *Tatium occiſum ait Lavinii ab amicis eorum legatorum, quos interfecerant Tatiani latrones, ſed ſepultum in Aventino Laureto. Quod ad ſignificationem verborum non magis pertinet, quam multa alia & præterita jam & deinceps quæ referentur.* Ubi cum dicat Feſtus ſe jam multa præteriiſſe quæ deinceps relaturus eſſet, aperte ſignificat ſe ea omnia in libros *priſcorum verborum* reſervaſſe. Neque enim multa adhuc in libros *de*

*verborum ſignificatione*, relaturus erat cum jam ad eorum metam perveniſſet.

Neceſſe eſt igitur Feſtum ſcripſiſſe *de verborum ſignificatione*, & *de verbis priſcis*. Poſteriores ejus lucubrationes plane interciderunt, neſcio etiam an umquam in publico viſæ ſunt. Dubitari certe poteſt an eas autor abſolverit, vel è manibus ſuis emiſerit, quamquam ad earum exemplum Fulgentius Placiades librum unum inſcripſiſſe videtur: *Expoſitio ſermonum antiquorum cum teſtimoniis.*

Libri *de verborum ſignificatione* integri extitere uſque ad tempora Caroli Magni, queis Paulus Diaconus Longobardus, homo confidentiſſimus & ineptiſſimus eos mutilavit, corrupit. Victo enim ac profligato Deſiderio qui ultimus Longobardorum rex fuit, captus à Carolo Magno Imperatore, magnam & à victore & à poſteritate ſe initurum gratiam putavit, ſi Sexto Pompeio Feſto faceret quod ipſe Verrio feciſſet. Sed homò barbarus hunc ſcriptorem quo utiliorem lingua Latina non habet, ita accepit, fœde laniavit, & inhoneſtis vulneribus confecit, ut cadaver pro homine, truncum pro corpore, ſemianimem pro vivo nobis reliquerit. Magno tamen favore & plauſu exceptus eſt barbari mutilatoris liber, & loco Feſti in omnibus bibliothecis ſubſtitutus. Unde brevi factum eſt ut verus Feſti liber non amplius apparuerit. Unus tantum adhuc extabat cladis ſuperſtes, ſed qualis incendio ereptus, conſumptis veſtibus, uſtulatis membris, deformata facie, vel qualem ille.

> ——————— *Laniatum corpore toto*
> *Deiphobum vidit*, &c.

Ejus libri advecti ex Illyrico habuit aliquas pagellas Pomponius Lætus, ut Pius, ut Politianus ſcripſerunt. Majorem libri partem Manilius Rallus. Ab his Angelus Politianus librum accepit, agno-

*Ex Anton. Auguſt. Ex P. litian. Cent. 1. cap. 73.*

agnovit & exſcripſit. Pervenerunt reliquiæ libelli ad Aldum Manutium, qui conatus eſt cum Pauli epitome eas conjungere & unum corpus ex duplicibus membris conficere. Simili ratione ex utroque libro confectus alter liber extabat apud Achillem Maſeum Bernardini Cardinalis fratrem, qui Aldino locupletior. Eum exſcripſit vir eruditiſſimus Antonius Auguſtinus Epiſcopus Ilerdenſis, & hoc amplius lectores admonuit, quæ Feſti, quæ Pauli eſſent. Omnia quoque fragmenta quæ habuerat ex bibliotheca Ampliſſimi viri Farneſii Cardinalis deſcribi curavit, & commentariis illuſtravit. Poſt eum criticorum Princeps Joſephus Scaliger, huic autori emendando diligentiſſimam operam præſtitit, multa vulnera ſanavit & pauca alienæ diligentiæ reliqua feciſſet ſi emendatiorem codicem nactus eſſet. Hunc ſecutus Illuſtris & de literis optime meritus Fulvius Urſinus, qui cum videret Antonium Auguſtinum, Farneſianum codicem, unde fragmenta ſua deſcripſerat, minus diligenter tractaſſe & in eo deſcribundo multa præteriiſſe, eundem & ipſe inſpicere voluit. Itaque cum eas reliquias ei arbitratu ſuo habere liceret, omnes notas & apices accurate ſecutus, & aliis uſus auxiliis, quæ divinare non poſſumus, brevi Romæ librum publicavit, qui reliquis omnibus auctior & emendatior. Et unde poſtea propagatæ omnes editiones ubi magna ex parte ſuppletæ lacunæ.

Atque hæc de Feſti Pompeii variis caſibus ad noſtram ætatem dici potuere. Nunc quædam ſubjicienda cur poſt tantos viros me expugnari paſſus ſum ut eundem laborem aggrederer.

Sane priuſquam onus ſubirem, Horatii conſilio uſus, quid valerent, & quid ferre recuſarent humeri diu ſeduloque verſavi. Sed etiam ſi me imparem cognoſcebam, non ideo præſumpta deſperatione animum omnino deſpondi. Mihi quidem arduum viſum eſt perficere tantum opus, quod tanti viri non perfeciſſent, ſed eo ipſo quod tanti viri non perfeciſſent, inde mihi illud tentandi confidentia nata eſt. Præterea cum multa in hoc

ipſo opere vidiſſet Scaliger, quæ ne quidem ſuboluerant Antonio Auguſtino: Multa Fulvius Urſinus quæ Scaligerum & Auguſtinum latuerant, & adhuc multa ſupereſſent, quæ neque Fulvio Urſino neque Scaligero, neque Antonio Auguſtino in mentem veniſſent, mihi continuo ad exhortationem ſuccurrit, *non capere id rerum naturam, ut quidquid non eſt factum ne fieri quidem poſſit.* Arbitratus ſum itaque per multos labores multaſque vigilias fieri poſſe ut faſtigia quædam adderem doctiſſimorum virorum inventis. Idque mihi facilius perſuaſi cum re ipſa expertus ſum me ex conjectura multa reſtituiſſe, quæ mihi deinde Schedæ approbaverunt. Neque ego hoc dico mei jactandi cauſſa, qui ſum ab omni jactatione alieniſſimus & ingenioli mei tenuitatis plane conſcius, ſed ut oſtendam in auctoribus recognoſcendis & emendandis multa viris dictiſſimis quotidie elabi, quæ ſe ſe poſtea viris mediocri ingenio perhibent. Addam & illud quoque, hic ſæpius à viris præſtantiſſimis erratum eſſe, quia nemini unquam contigit non errare, & majus eſt quam ut convenire in humanam infirmitatem poſſit. Quare illis certe magna injuria fieret, ſi eorum ingenii magnitudo hoc uno labore æſtimaretur. Pauca eorum præſtitit Antonius Auguſtinus quæ præſtare potuiſſet. In multis divinus Scaliger, ſed dum ingenio ſuo nimium indulget, ſæpe nubes captat & nil minus quam Feſtum interpretatur. Fulvius Urſinus, reliquis felicior, utiliorem operam navavit, ſed ſic etiam Feſtum, non tam emendatum, quam emendandum & emendari facilem tradidit. Igitur rem actam me non acturum exiſtimavi ſi ſimiles conatus meos proferrem. Multum ab heroibus illis adjutum me fateor, multa tamen contra eorum ſententiam ſum interpretatus. Schedas & fragmenta à Fulvio Romæ edita diligenter conſului, literarum ductus, notas & apices anxie perveſtigavi, unde conſecutus ſum ut tuto pronuntiare poſſim nullam bonam Feſti editionem extare, nullam quæ truncata non ſit & parte ſui mutila. Majora quam credi poſſit menda ſuſtuli,

Digitized by Google

ſtuli, horrendas trajectiones detexi; quæ ab iis natæ ſunt qui Feſti verba alphabetico, ut vocant, ordine diſpoſuerunt. Feſtus enim, ut ſolebant illi veteres, primam literam indicaſſe contentus, nulla obſervata ſerie, voces omnes ab eadem litera incipientes in eundem locum contulit. Deprehendi etiam alterum & ex eodem fonte natum errorem. Verbum *ait*, quod apud Feſtum ſæpe ſolum legitur, in Schedis ſemper ad ſuperiora pertinet, ubi nomen autoris ad quem illud *ait* referendum, verum poſtea ordine turbato, viri docti ita de Verrio ſimpliciter & abſolute loqui Feſtum credidere: Et de Verrio illud *ait* ſemper interpretati ſunt, cum de alio quovis autore ſæpius eſſet intelligendum. Multa ſupplevi, nounulla addidi in aliis editionibus prætermiſſa. Neque tamen Feſtum Pompeium integrum præſtare auſim cum videam quædam à Grammaticis citari quæ hic fruſtra quæras. Sic alicubi me legiſſe memini Feſtum interpretatum eſſe vocem ***Abilam*, *montem altum*.**

Hoc quoque monendus es, lector, diviſionem Feſti aliam fuiſſe. Iſta enim, ut ſingulæ literæ libros ſingulos contineant Aldi eſt, non Feſti, qui ante M. litteram XII. libros confecit. Liber XIII. incipiebat in medio literæ M. ante vocem *Mulus*. Inde uſque ad literam O. libri duo continebantur. Initio literæ O. incipiebat liber XVI. Initio literæ Q. liber XVII. In medio literæ R. liber XVIII. ante vocem *rideo*. In medio literæ S. liber XIX. ante vocem *Scirpus*. Liber ultimus duas ultimas literas amplectebatur T. & V.

E variis lectionibus quæ omnium editionum margines inſederunt, illas tantum in notas rejeci quæ mihi alicujus momenti viſæ ſunt. Reliquis facile eſt carere. Ego ſane ita ſemper exiſtimavi variarum lectionum multiplicationem locorum corruptelam citius parere, quam eorum emendationem. Habes lector quibus te fere volebam. Reliqua omnia ipſe melius cognoſces. Ita tamen velim exiſtimes me tibi potius exorſam, quam detextam telam tradere.

Digitized by Google

dere. Quare cum in errores meos, nimis fortaſſe multos, incurres, fac memineris me ea ætate hæc ſcripſiſſe qua etiam errari cum excuſatione aliqua poteſt. In reliquis ſi nonnulla ſunt quæ tolli mereantur, quæque te vel utilitate vel amœnitate ſua delectare poſſint, nil deprecor quin tibi continuo in animum ſuccurrat: Neque in bona ſegete nullum eſſe ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. Vale.



Digitized by Google

# CLARISSIMO VIRO
# JOANNI MONLUCIO
## EPISCOPO COMITIQ. DIENSI
## AC VALENTINO
# JOSEPHUS SCALIGER
## JUL. CÆSARIS F.
## S.

NEMO eſt, ſaltem qui ſeſe hominem meminerit, quem non aliqua diſcendi cupiditas teneat, JOANNES MONLUCI, vir clariſſime. Pauci quidem ſunt, fateor, qui aliquid bene ſciunt: omnes tamen hoc unum affectant, ut aliquid ſcire videantur: cum in diſpari felicitatis eventu, pari diſcendi ſtudio ducantur. Id cum in omnibus, quæcumque agunt, aut moliuntur homines, ſemper patuerit, in nullo tamen ejus rei illuſtrius exemplum, quam in literarum ſtudiis eluceſcit. *Cætera enim, quæcumque animos noſtros cognitionis deſiderio tangunt, neſcio quomodo finibus ſuis contenta, & quaſi pomerio finita eſſe videntur. Sola literarum voluptas infinita eſt, copia inexhauſta, ſitis immoderata.* Mitto vetera illa ingenia, quæ ſi enumerem, nullus profecto dicendi finis futurus eſt. ad hanc ætatem noſtram, & fertiliſſimum omnium bonarum artium ſæculum te voco. Conſidera quæſo ante hos centum plus minus annos à Gotticis uſque temporibus, in tanta vaſtitate literarum, & omnis humanitatis ac politioris cultus neglectu, quam male cum mortalium genere agebatur: quos vel hoc nomine infelices cenſere debemus, quod ipſi infelices ſe eſſe ignorabant. *Qui enim literis carere malum non putabant, profecto ii literas*

*** *ſcire,*

*ſcire, bonum eſſe numquam arbitraturi erant.* Poſtquam ſingulari Dei optimi max. beneficio mentibus noſtris lux affulſit, & ab hominibus ſera tandem extorta eſt ignorantiæ confeſſio: tum aſſidua priſcorum ſcriptorum lectione, atque uſu cognoſcere cœpimus, quanti noſtra intereſt aliquid ſupra vulgus ſcire. A quo tempore numquam deſtiterunt homines ſtudioſi, non ſolum ut priſcos illos heroas imitarentur, ſed etiam ut, ſi fieri poſſet, ſuperarent, omnibus & animi & corporis viribus contendere. Quod ſane difficile non erat in tanta ſtudiorum contentione, ſi ex illa priſcorum librorum copia quoſdam ſaltem nobis reliquos feciſſet vetuſtatis injuria, quibus hodie ſi frueremur, aliorum deſiderium æquo animo ferre poſſemus. Jam vero pauciſſimi ex tot ſuperſunt, atque non omnes illi integri, ſed parte ſui trunca magis ſitim noſtram accendunt quam explent. Neque hoc fine ſtetit malum. *Alia atque immanior peſtis, ac præcipua librorum labes fuit. homines nempe præpoſtere diligentes. iſtos dico, qui auctorum Epitomas conſcripſerunt: quos quomodo appellem neſcio.* Nam ut taceam, quod ex bonorum auctorum mutilatione gloriam ſibi ac nomen injuſte aucupabantur: quid mali non fecerunt, cum diligentia ſua alienæ negligentiæ viam munierunt? Nemo enim fere extitit, qui illorum Epitomas integris Scriptoribus non prætulerit: atque *adeo qui non maluerit in ſinu ſuo Florum, aut neſcio quem alium geſtare, quam totum Livium in Bibliotheca legere.* Permanavit ab illis temporibus ad noſtra tempora ſcabies illa, ac cacoethes de auctoribus bonis male merendi. Invenies enim hodieque, qui & illas veteres Epitomas malint, & novas ultro conſcribant. Sed de illis alias. de veteribus enim Epitomarum concinnatoribus loquor. quos ut ego valde improbo, ita etiam ut omnibus modis improbandum *inter eos pono Paulum Diaconum Longobardum, hominem, meo judicio, confidentiſſimum, ac, uti res ipſa docet, ineptiſſimum.* Is victo ac profligato Deſiderio, qui ultimus Longobardorum Rex fuit, captus à Carolo Magno Imperatore, magnam & à victore, & à poſteritate ſe initurum gratiam putavit, ſi *Sex. Pomp. Feſtum, quo ſcriptorem utiliorem lingua Latina non habet,* mutilaret, & tanto poſteritatis damno ſe à victore redimeret. *Parum abeſt, quin merito factum dicam. Feſtum enim, qui Verrii Flacci*

*libros*

*libros breviaſſet, æquo animo debuiſſe ferre, ſi quomodo ipſe Verrium tractaverat, ſimiliter ipſe ab iſto Paulo acciperetur.* Hoc unum excipio: ſi Feſto hoc modo pereundum fuit, digniorem arborem, ut eſt in proverbio, ſuſpendio deligendam fuiſſe. nihil enim illi pejus potuiſſe accidere, quam quod in hujus Pauli manus inciderit. qui eum ita fœde laniavit, atque inhoneſtis vulneribus confecit, ut cadaver pro homine, truncum pro corpore, ſemianimem pro vivo nobis reliquerit. Itaque hominis prodigioſos errores, atque craſſam ignorantiam deteximus, quatenus ſola conjectura negotium confecimus. Eo enim unico præſidio uſi ſumus uſque ad undecimum librum: *à quo fragmenta incipiunt, quæ beneficio probiſſimi, atque eruditiſſimi viri Antonii Auguſtini, Epiſcopi Ilerdenſis edita ſunt.* Ea ejuſmodi ſunt, ut in illis fundamenta quidem ac rudereta priſcorum ædificiorum agnoſcas, ita tamen, ut quid in illis fundamentis olim inædificatum fuerit, facilius divinare poſſis, quam ædificium ipſum à fundamentis excitare. Nos autem tametſi non ignoramus, quanto feliciorem operam navare potuiſſent in hoc auctore emendando eruditiſſimi viri, tamen hoc affirmare poſſumus, non potuiſſe diligentiorem præſtari, quam ipſi præſtitimus. Ex iis enim, quæ ſana quidem nondum ſunt, non tamen penitus deſperata eſſe videntur, pauca admodum alienæ diligentiæ reliqua fecimus. Nam alia ulcera tangere, hoc eſſet, ut inquit ille cum ratione inſanire. quod de illis reliquiis dictum volo, in quibus unius, aut alterius voculæ veſtigia vix apparent. *Tantum autem profecimus ex hujus præſtantiſſimi Scriptoris emendatione, ut ea è tenebris eruerimus, quæ antehac nec nobis ipſis cognita fuerunt, nec temere apud ullum veterum reperias:* tot nempe vetuſtatis veneranda monimenta, præſertim ex antiquiſſimo Romanorum tum civili tum pontificio jure: item ex Regiis legibus, ex duodecim Tabulis, ex antiquis fœderibus, & aliis, quæ enumerare labor eſſet. Quæ qui inutilia dixerit, velim is nos doceat, quid utile vocet in literis. *Si enim antiquitatis cognitio nihil prodeſt, non video quid nobis literæ proſunt.* Quod ſi minuta quædam, ut vocularum quarundam explicationes occurrent, quæ videntur ad quemvis potius de plebe Grammaticorum pertinere, quam ad eum,

 qui

qui ſerias ac ſeveriores literas colit: peto ab illo, ne tam levia hæc putet, ut deſperet ea digna eſſe lectione ſua. Inveniet & in illis quod diſcere poſſit. Cæterum de utilitate hujus libri nunc agere, quia declamationes non ſcribimus, inutile, ac ſupervacuum puto. *Is eſt enim ſcriptor, qui omnium manibus quotidie teritur, & ſine quo humanioris literaturæ candidati ad perfectam Romanæ antiquitatis cognitionem, quæ ſunt juris noſtri incunabula, pervenire non poſſunt.* tot vetuſtatis theſauros, tantam copiam bonarum rerum in hoc inſtructiſſimo penu reconditam eſſe intelligunt. Quare celeberrimum ſcriptorem commendare, hoc eſſet plane laudare, quem nemo vituperat. Hoc unum tamen ſpero quod tametſi ad ejus laudem nihil addi poſſe prædicatione hominum videbatur, tamen non minimus ad eam cumulus acceſſerit ex patrocinio tuo, quod illi paro, JOANNES MONLUCI, ſi ita tibi videtur, & ſi tanti facis lucubratiunculas noſtras, ut illæ non tantum propter ipſum auctorem legi, quam propter te, qui eas probaveris, commendari poſſint. Profecto ita intelligo, ita ſpero, nec me fallit augurium meum: omnes virtutis ac bonarum literarum amatores, quod genus hominum ego valde veneror, vix aliter animum ſuum inducturos, quam bona eſſe, quæ tibi dicamus, cum tibi, *homini ſcilicet graviſſimo, atque eloquentiſſimo, uberrima litterarum cognitione inſtructiſſimo, rerum noſtræ Galliæ intelligentiſſimo, ac tot legationibus ſub quatuor regibus feliciſſime functo opellam* noſtram, ac vigilias placuiſſe animadvertent. Accipe igitur mei in te amoris, atque obſervantiæ pignus, non illud quidem tam perfectum, ut ad ejus ornamentum nihil addi poſſit: certe ejuſmodi, ut de amoris in te mei teſtimonio nihil detrahi poſſe videatur. Vale. Abenni in agro Juliodunenſi: XI. Kal. Novembr. CIↃ IↃ LXXIV.



Digitized by Google

# ANTONII AUGUSTINI

## PRÆFATIO DE

# M. VERRII FLACCI

## ET

# SEX. POMPEI FESTI

## LIBRIS.

Sex. Pompeius Feſtus his viginti libris, quos de verborum ſignificatione; ſive priſcorum verborum cum exemplis inſcripſit: libros Verrii Flacci ejuſdem argumenti in breviorem formam redegit. Abſtulit enim verba nimis antiqua, intermortua jam, & ſepulta; ut ipſe Verrius dicebat; quæque nullius erant uſus, & auctoritatis. apertius quoque & brevius de eiſdem verbis tradidit minori volumine librorum priſca verba referendo; exempla etiam in aliis libris reperta recenſuit. Sæpius autem Verrii errores notavit: & cur id faceret, non minus docte ſemper reddidit rationem. Accidit vero huic libro, ut multis modis ab antiquitate læderetur. Nam neque quis hic Feſtus fuerit, neque quo tempore hæc ſcripſerit, potuimus invenire. Vix etiam voluminis hujus aliqua mentio reperitur in Chariſii, & Macrobii uno, atque altero libro. Cumque liber ipſe totus extaret Caroli Regis tempore; Paulus, neſcio quis, operæpretium fore ratus eſt, ſi epitomen quandam efficeret eorum, quæ ipſi magis placuerunt. Is liber indoctis viris adeo placuit, ut pro Feſto in omnibus bibliothecis ſubſtitueretur. Unus adhuc liber extabat totius cladis ſuperſtes, ſed qualis victis commilitonibus & occiſione occiſis, miles truncis naribus, altero oculo effoſſo, mutilo altero brachio, cruribus fractis repit alicunde. Ejus libri advecti ut ferunt ex Illyrico, habuit aliquas pagellas Pomponius Lætus, ut Pius, ut Politianus ſcripſerunt; majorem libri partem Manilius Rallus. Ab his Angelus Politianus librum accepit, agnovit, & exſcripſit, & ex eo in centuria verſum Catulli emendare temptavit. Ab eodem Politiani exemplo Petrus Victorius aliquot locis in variis lectionibus vulgares Feſti libros emendare doctiſſime, ut ſolet, cœpit. pervenerunt ipſæ reliquiæ libelli ad Aldum Manutium, qui conatus eſt cum Pauli epitome eas conjungere, & unum corpus ex duplicibus membris conficere. Sed tam multa omiſſa ſunt, tam multa aliter

*Ex Pauli epiſt. ad Carol.*

*Ex Feſto verbo Profanum.*

*Ex Chariſ. lib. 2. & Macrob. lib. 3. Satur.*

*Ex Pio in annot. poſt. cap. 16.*

*Ex Politia. cent. 1. cap. 73.*

*Ex Petro Vict. lib. 17. cap. 2. Var. lect. & lib. 18. cap. 7. & alibi.*

edita, ut alios emendatores res deſiderarit. Simili ratione ex utroque libro confectus alter liber extat apud Achillem Maſeum Bernardini Cardinalis fratrem, qui Aldino locupletior eſt. Ita tres ejuſdem libri editiones, omnes autem imperfectæ extiterunt. Vetus ille liber Feſti dimidiatus, cujus ante M. litteram nihil extat; ab ea verò littera ad finem vix dimidium eſt, quod ſupereſt, ejus, quod antea fuerat. Alter liber eſt Pauli epitome, quæ quam negligenter facta ſit, ex collatione verborum Feſti, & Pauli; quod hac editione oſtendimus, vel indoctiſſimus quiſque agnoſcere poteſt. Tertius eſt ex utroque confectus, quales ſunt Aldi, Maſei, & noſter. Sed nos hoc amplius fecimus, quod illi neglexerunt; ut lectores admoneremus, quæ Feſti, quæque Pauli eſſent. Omnia quoque fragmenta Feſti deſcribi curavimus; ne quid deſiderari poſſet. in quibus interpretandis quam operam poſuerimus, ex his, quæ in commentariis adſcripſimus, judicare lector poſſit. Habuimus autem hoc monumentum antiquitatis, ex locupletiſſima bibliotheca ampliſſimi viri Rainutii Farneſii Cardinalis, cui propter ſingularem bonarum litterarum amorem, ingeniumque præclarum, atque in utraque lingua maximos progreſſus, & non vulgarem eruditionem, à Michaele Silvio Cardinali ex teſtamento relictum eſt. In hac editione mutatus eſt verborum ordo Verrii, Feſti, & Pauli: ut lector facilius, quid de quaque re ſcriptum ſit, reperiat. Nam veteres neſcio quo modo primam litteram indicaſſe contenti, omnia verba ab eadem inchoata in unum locum conferebant. noſtri melius omnibus ſyllabis ordinem adhibuerunt litterarum. ita facile verba reperies; quæ tamen ſi obiter dicta ſint, præſto erit quærenti index obiter dictorum. Diviſio librorum Feſti omiſſa eſt, propterea quod ea, quam Aldus confecit, ut ſingulæ litteræ libros ſingulos contineant, Feſti non eſt. nam in his pagellis, quas habuimus liber XVIII. & liber XIX. in medio verborum, quæ ab R, & S, inchoantur, incipiunt. Initio vero O litteræ liber XVI. & initio Q. liber XVII. incipiunt, ut ex quibuſdam litterarum veſtigiis agnoſcere potuimus. Verba, quorum initium eſt P. littera, credimus in duos libros fuiſſe diviſa. Ultimum librum ante finem T litteræ inchoaſſe arbitramur. Ita ante O. litteram libri XIII. ab ea littera ad extremum libri ſeptem. Sed & Macrobius libro III. refert, Feſtum ſcripſiſſe lib. XIII. de verborum ſignificationibus; Mos eſt inſtitutum patrium, &c. Hæc quia nimis incerta ſunt, & minus utilia, prætermiſimus. Sed quia ad manus noſtras non pervenerunt omnia Feſti fragmenta; notam addidimus iis, quæ Feſti eſſe arbitrabamur: ad ea vero, quæ ſcimus ejus eſſe; cognomen ejus adſcripſimus. Reperietur hoc in M. O. P. T. V. litteris. Ea ex Aldi, & Maſei libris ſumpſimus. in quibus poterit hæc editio ab iis, qui eas pagellas habent, emendatior fieri. Et quoniam Verrius Flaccus primus hujus operis auctor fuit: quæcumque ejus opera extant, quæque de eo ab aliis referantur; initio collocavimus.



Digitized by Google

# ADMONITIO

*De hac nova Editione*

## LECTORI.

CUM ſtatuiſſemus recudere Pariſienſem Editionem *Pompeii Feſti*, moniti ſumus ei nonnulla deeſſe; quæ ſi ſupplerentur, Lectorum uſibus accommodatior futura hæc noſtra Editio videbatur. Primùm deerant notæ integræ viri ſummi *Joſ. Scaligeri*, quas contractas ſuis admiſcuerat Vir Clariſſimus *And. Dacerius*, plerumque quidem addito nomine *Scaligeri*, ſed & interdum omiſſo. Eas integras, atque ſubjecto conſtanter Scriptoris nomine, edi hîc curavimus. Secundò, idem præſtitimus in notis *Ant. Auguſtini* & *Fulvii Urſini*, quas deeſſe etiam videbamus, niſi earum obiter meminiſſet *Dacerius*. *Scaliger* quidem & *Auguſtinus* nondum viderant Fragmentum *Feſti*; ſed tamen feliciſſimè lacunas exemplarium ſuorum ſubinde ſupplevere, præſertim *Scaliger*; à quo ideò inſpectum fragmentum, quamvis diſſimularit, fuere qui crediderint. Attamen & interdum ab ejus vocibus abit, ita tamen ut ſi aberret doctè omnino hallucinetur, & lectu ſit digniſſimus. Tertiò, Fragmentum & Schedas, cum notulis *Ful. Urſini* ſubjunximus, ut à Lectoribus poſſent cum ſuperioribus comparari. Tametſi enim ex iis ſuppletæ ſint lacunæ Feſti, nonnulla etiamnum ſunt quæ in eo non comparent, & quæ intercidere negligentiâ noſtrâ nefas duximus. Hæc de hac Editione monenda habebamus, ad quæ hoc unum accedet; innumera menda Typothetarum, quæ in Editionem Pariſienſem irrepſerant, ex hac fuiſſe diligenter ſublata. Vale.

DE

Digitized by Google

# DE M. VERRIO FLACCO.

*Ex Suet. de grammaticis.* VErrius Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit. namque ad exercitanda diſcentium ingenia æqualeis inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolum materia, quam ſcriberent, ſed & præmio, quod victor auferret. id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Auguſto quoque nepotibus ejus præceptor electus tranſiit in palatium cum tota ſchola. verum ut neque amplius poſthac diſcipulum reciperet. Docuitque in atrio Catilinæ domus, quæ pars palatii tunc erat, & ſeſtertia centena in annum accepit. Deceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio. Statuam habet *pro Veſta.* Præneſte in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo faſtos à ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicarat.

*Ex eodem.* Scribonius Aphrodiſius Orbilii ſervus, atque diſcipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prior Auguſti uxor fuerat, redemptus, & manumiſſus docuit, quo Verrius tempore. cujus etiam libros de Ortographia reſcripſit non ſine inſectatione ſtudiorum, morumque ejus.

*Ex eodem in Augu. cap. 86.* Marcum quidem Antonium, ut inſanum increpat Auguſtus, quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant, &c. Tuque dubitas, inquit, Cimberne Annius; an Verrius Flaccus imitandi ſint tibi: ita ut verbis, quæ Criſpus Salluſtius excerpſit ex originibus Catonis, utaris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?

*Ex Euſeb. in Chron.* Ante obitum Auguſti anno quarto Athenodorus Tarſenſis ſtoicus Philoſophus, & M. Verrius Flaccus grammaticus, inſignes habentur.

---

# M. VERRII FLACCI

## RERUM MEMORIA DIGNARUM.

### LIB. I.

*Ex Gel. lib. 15. cap. 5.* VERRIUS hoc libro refert, cur dicatur verſus ille ex Heſiodo, Malum conſilium conſultori peſſimum eſt. Statua Romæ in comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi viri de cælo tacta eſt. Ob id fulgur piaculis luendum aruſpices ex Etruria acciti inimico, atque hoſtili in populum Romanum animo inſtituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam ſtatuam ſuaſerunt in inferiorem locum perperam tranſponi, quem ſol oppoſitu circum undique aliarum ædium nunquam illuſtraret. quod cum ita fieri perſuaſiſſent, delati ad populum, proditique ſunt. & cum de perfidia confeſſi eſſent, necati ſunt, conſtititque eam ſtatuam perinde, ut veræ rationes poſt compertæ monebant, in locum editum ſubducendam, atque ita in area Vulcani ſublimiori loco ſtatuendam. Ex qua re bene, & proſpere reip. ceſſit. Tunc igitur quod in Etruſcos aruſpices male conſulentes animadverſum, vindicatumque fuerat: verſus hic ſenarius ſcite factus, cantatuſque eſſe pueris urbe tota fertur.

IN-

Digitized by Google

# INCERTI LIBRI.

PLurimas prodidit Verrius mortes repentinas. *Ex Plin. lib. 7. cap. 53.*

Roma plurimos elephantos vidit anno quingenteſimo ſecundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos. CXLII. fuere tranſvecti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in circo, interfectoſque jaculis tradit penuria conſilii: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. *Ex eod. lib. 8. cap. 6.*

Tenuiſſimum murænis tergus, contra anguillis craſſius, eoque verberari ſolitos tradit Verrius prætextatos, & ob id multam his dicit non inſtitutam. *Ex eod. lib. 9. cap. 23.*

Populum Romanum farre tantum è frumento trecentis annis uſum Verrius tradidit. *Ex eod. l. 18. c. 7.*

Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus evocari Deum, cujus in tutela id oppidum eſſet, promitique illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultumve. *Ex eod. lib. 28. cap. 2.*

Tunina aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum Verrius tradit. *Ex eod. l. 33. c. 3.*

Enumerat autores Verrius, quibus credere ſit neceſſe, Jovis ipſius ſimulacri faciem diebus feſtis minio illini ſolitam, triumphantumque corpora. Sic Camillum triumphaſſe. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cænæ triumphalis, & à Cenſoribus in primis Jovem miniandum locari. *Ex eod. lib. cap 7.*

Verrius Flaccus ait, cum populus Ro. peſtilentia laboraret; eſſetque reſponſum id accidere, quod dii deſpicerentur: anxiam urbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum: eveniſſeque, ut Circenſium die puer de cænaculo pompam ſuperne deſpiceret, & patri referret, quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti compoſita vidiſſet. Qui cum rem geſtam ſenatui nunciaſſet; placuiſſe velari loca ea, quâ pompa veheretur: atque ita peſte ſedata puerum, qui antiquitatem ſortis abſolverat, togæ prætextæ uſum munus impetraviſſe. *Ex Macrob. lib. 1.*

---

## M. VERRII FLACCI SATURNUS.

SAturnaliorum dies apud Græcos quoque feſti habentur. *Ex Macrob. lib. 1. Sat.*

Dilucide me de conſtitutione Saturnaliorum ſcripſiſſe arbitror. *Ex eod. lib.*

Cur autem Saturnus ipſe in compedibus viſatur, Verrius Flaccus cauſam ſe ignorare dicit. *Ex eod. lib.*

XII. Kal. Jan. feriæ ſunt divæ Angeroniæ, cui Pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores, ac animorum ſollicitudines propitiata depellat. *Ex eod. lib.*

* * * *                M. VERRII

# M. VERRII FLACCI
## DE OBSCURIS CATONIS.

### LIB. I.
### LIB. II.

*Ex Gell. lib. 17. cap. 6.* IN eo libro ſcriptum inventum eſt, receptitium ſervum dici nequam, & nulli pretii, qui, cum venum eſſet datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptuſque ſit. Propter ea, inquit, ſervus ejuſmodi ſectari maritum, & flagitare pecuniam jubebatur. ut eo ipſo dolor major, & contumelia gravior viro fieret, quod eum ſervus nihili petendæ pecuniæ cauſa compellaret. Cum pace autem, cumque venia iſtorum, ſi qui ſunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc ſit. receptitius enim ſervus in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino eſt, quam Verrius ſcripſit.

# M. VERRII FLACCI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

### LIB. I.
### LIB. II.
### LIB. III.
### LIB. IIII.

*Ex Gell. lib. 5. cap. 17.* VErrius hoc libro dies, qui ſunt poſtridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefaſtos dicit: propter hanc cauſam dictos, habitoſque atros eſſe ſcribit. Urbe, inquit, à Gallis Senonibus recuperata L. Atilius in ſenatu verba fecit, Q. Sulpitium Tr. Mil. ad Alliam adverſus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia poſtridie Idus feciſſe: tum exercitum populi Romani occidione occiſum, & poſt diem tertium ejus diei urbem præter Capitolium captam eſſe. Complureſque alii ſenatores recordari ſeſe dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina poſtridie Kalendas, Nonas, Idus à magiſtratu populi Romani facta eſſet: ejus belli proximo deinceps prælio rempublicam male geſtam eſſe. Tum ſenatus eam rem ad Pontifices rejecit, ut ipſi, quod videretur, ſtatuerent. Pontifices decreverunt nullum iis diebus ſacrificium recte futurum.

*Ex Gell. lib. 5. cap. 18.* Hiſtoriam ab annalibus quidam differre eo putant; quod, cum utrumque ſit rerum geſtarum narratio; earum tamen proprie rerum ſit hiſtoria, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. eamque eſſe opinionem quorundam Verrius refert. Ac ſe quidem dubitare ſuper ea re dicit. Poſſe autem videri putat nonnihil eſſe rationis in ea opinione, quod hiſtoria Græce ſignificat rerum cognitionem præſentium. Sed nos audire ſoliti ſumus, annales omnino id eſſe, quod hiſtoriæ ſint: hiſtorias non omnino eſſe id, quod annales ſint.

### LIB. V.

*Ex Feſto, verbo Salva res eſt.* SAlva *res eſt, dum ſaltat ſenex*, quare paraſiti Apollinis in ſcæna dictitent, cauſam Verrius in libro quinto, quorum prima eſt P litera, reddidit. Quod C. Sulpicio, C. Fulvio Conſulibus, &c. At in hoc libro refert Sinnii Capitonis verba, &c. Quam inconſtantiam Verrii noſtri non ſine rubore retuli.

### LIB. VI.



Digitized by Google

# INCERTI LIBRI.

BEllitudinem ſicut magnitudinem Verrius (alias Varus) dixit. *Ex Feſto vel Paulo.*

Impetum, induſtrium, indulgentem perinde compoſita ait Verrius, atque impunis, & immunis, mihi non ſatis perſuadet. *Ex eod.*

Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cineremque, &c. *Ex eod.*

Mater Matuta, manes, mane, matrimonium, materfamiliæ, matertera, matrices, materiæ dictæ videntur, ut ait Verrius, quia ſint bona, &c. *Ex eod.*

Matronæ à magiſtratibus non ſummovebantur, &c. quam ob cauſam ait Verrius *neque earum viros* ſedentes cum uxoribus in vehiculo, deſcendere *coactos*. *Ex Feſto. & Paulo.*

Mendicum dici Verrius putat à mente ejus, quem feſellerit fortuna. vel quod precetur quemque, ut vitæ ſuæ medeatur cibo. *Ex eod.*

Metaphoram quam Græci vocant, nos tralationem, id eſt domo mutuatum verbum, quo utimur, inquit, Verrius, &c. *Ex eod.*

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis, &c. Quidam nucis juglandis, quam Verrius juglandam vocat, medium, velut diſſepimentum, &c. *Ex eod.*

Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandis globos terræ. cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occæcando fruges ſatas. *Ex eod.*

Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum uragum, &c. ſed nihil affert exemplorum, &c. *Ex eod.*

Oſcos, quos dicimus, ait Verrius Opſcos antea dictos teſte Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opſcus. Adjicit etiam, quod ſtupra inconceſſæ libidinis obſcena dicantur ab ejus gentis conſuetudine inducta. Quod verum eſſe non ſatis adducor, &c. *Ex eod.*

Pedum eſt quidem baculum incurvum, &c. Sed in eo verſu, qui eſt in Iphigenia Ennii, Procede, gradum proferre pedum, nitere. ceſſas? id ipſum jaculum ſignificari cum ait Verrius, mirari ſatis non poſſum, &c. *Ex eod.*

Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico uſu, &c. ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per O ſolere ſcribi. Mihi id falſum videtur, &c. *Ex eod.*

Piari eos, veluti proprio verbo ait Verrius, qui parum ſint animati, &c. *Ex eod.*

Pictor Zeuſis riſu mortuus, dum ridet effuſe pictam à ſe anum γραῦν. Cur hoc loco relatum ſit à Verrio, cum de ſignificatu verborum ſcribere propoſitum habuerit, equidem non video, &c. *Ex eod.*

Prædia rurſus Verrius vocari ait ea remedia, quæ data Cæcilia, &c. ea vocari ait, quod mala prohibeant. *Ex eod.*

Prærogativæ centuriæ dicuntur, &c. Verrius probabilius judicat eſſe, ut cum eſſent deſignati à prærogativis in ſermonem res veniret, &c. *Ex eod.*

Profanum, quod non eſt fanum, &c. ut Verrius, &c. cujus opinionem neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime neceſſe eſt. Cum propoſitum habeam ex tanto librorum ejus numero intermortua jam, & ſepulta verba, atque ipſo ſæpe confitente nullius uſus, atque auctoritatis præterire: & reliqua quam breviſſime redigere in libros admodum paucos. Ea autem, de quibus diſſentio & aperte, & breviter, ut ſciero, ſcripta in his libris meis invenientur, inſcribuntur: PRISCORUM VERBORUM CUM EXEMPLIS. *Ex eod.*

Quatere ſuſpenſum, & vicinum rei alicujus motum ſignificat: non, ut Verrius putat, ſerire, &c. *Ex eod.*

*Ex eod.* Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. eſſe enim rectum Rei fert, &c. ſed eſſe jam uſu poſſeſſum.

*Ex eod.* Repagula ſunt, ut Verrius ait, quæ patefaciundi gratia ita figuntur, ut ex contrario quæ oppangantur, &c.

*Ex eod.* Repaſtinari ager is dicitur, ut Verrius exiſtimat, cujus natura mutatur fodiendo, &c.

*Ex eod.* Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam, &c.

*Ex eod.* Rhegium appellare oportere ait Verrius id municipium, quod in freto è regione Siciliæ eſt, &c.

*Ex eod.* Romuliam tribum, &c. *inve*niſſe ait Verrius *vetitam*, &c.

*Ex eod.* Ruſcum eſt, ut ait Verrius, amplius paullo herba, & exilius virgultis: &c.

*Ex eod.* Sacram viam quidam appellatam eſſe exiſtimant, &c. nec appellari debere ait Verrius, ſed disjuncte, ut ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam: ut ne novam viam quidem, &c.

*Ex eod.* Salicem Verrius virgulti genus non arboris dicit, & ridicule interpretatur dictum, quod ea celeritate creſcat, ut ſalire videatur.

*Ex eod.* Salinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni ait cum patella: quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua.

*Ex eod.* Sas Verrius putat ſignificare eas, auctore Ennio, &c. cum ſuas magis videatur ſignificare, &c.

*Ex eod.* Satis verbum Verrio melius fuit præterire, ut mihi videtur, quam tam abſurdas opiniones ſuas de eo recitare, quas ſciens præterii, tam Hercules, quam de ſcabro, quod proximum ſequebatur.

*Ex eod.* Scrapræ dicebantur nugatoriæ: ac deſpiciendæ mulieres, ut ait Verrius, ab iis, quæ ſcrea iidem appellabant, &c..

*Ex eod.* Scurræ vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Græco tractum ait, quod ex σκυρροάζειν, aut à ſequendo, cui magis adſentitur, &c.

*Ex eod.* Senonas Gallos Verrius ait exiſtimare appellari, quia novi venerint, &c.

*Ex eod.* Serilla Verrius appellari putat navigia Iſtrica, &c. cum περιφερεστικῶς, & ficto vocabulo uſus ſit, &c.

*Ex eod.* Sertorem quidam putant dictum à prendendo, &c. quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit.

*Ex eod.* Silicernium Verrius exiſtimat, &c.

*Ex eod.* Solea, ut ait Verrius, eſt non ſolum ea, quæ ſolo pedis ſubjicitur, ſed etiam pro materia robuſta, &c.

*Ex eod.* Solida ſella, &c. *appella*bant inquit Verrius, quod *ſcilicet tota eſſet*, abſurde ut mihi videtur, &c.

*Ex eod.* Sola appellantur ſedilia, &c. quæ, ut ait Verrius, omnia dicta ſunt à ſollo, &c.

*Ex eod.* Spondere Verrius putat dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur. Deinde oblitus inferiore capite ſponſum & ſponſam ex Græco dictam ait, &c.

*Ex eod.* Stellionem *genus lacertæ* Verrius dic*tum ait*, &c.

*Ex eod.* Stipatores ait dictos à ſtipe, &c.

*Ex eod.* Suburam Verrius alio libro à pago Succuſano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, &c.

*Ex eod.* Supervacaneum *ut videtur ſe*cludit Verrius *ab vacuo*, &c.

*Ex eod.* Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati, &c.

*Ex eod.* Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, &c. neque id, quid ſignificet indicat, puto quia notum eſt, &c.

Tami-

Taminia, uva ſilveſtris generis videtur Verrio dicta, quæ tam mira ſit quam minium. *Ex eod.*
Tarquitias ſcalas, &c. appellatas eſſe ait vulgo exiſtimari Verrius. *Ex eod.*
Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi à Tartaro, qui locus apud inferos. *Ex eod.*
Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentum, &c. Titinium ait Verrius exiſtimare id medicamentum eſſe, &c. cum ille τροπικῶς dixerit. *Ex eod.*
Tonſillam eſſe Verrius ait palum dolatum, &c. *Ex eod.*
Tumultum dici ait Verrius, qui ab aliis oriatur, quam ab Italicis, & Gallicis hoſtibus, &c. *Ex eod.*
Turrhenos Etruſcos appellari ſolitos ait Verrius, à Turrheno duce Lydorum, &c. *Ex eod.*
Vacerram Verrius, & alii complures vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare. *Ex eod.*
Vineæ, ut Verrius præcipit, quod vini feraces ſint, &c. *Ex eod.*

---

## M. VERRII FLACCI EPISTULÆ.

NAm crebro in antiquis lectionibus invenitur, ſicut in epiſtulis probat Verrius Flaccus exemplis, auctoritate, ratione dicens in adverbiis pro V, O plerumque majores ponere conſuetos, & ſic pro Huc, Hoc, veteres dicere ſolebant, ſicut pro illuc, illoc dicimus. *Ex Servio lib. 8. Æn.*

M. VERRII

*Ex Priſc. lib. 8.* *Blanditurque labor molli curabitur arte.*

## INCERTA VERRII FLACCI.

*Ex Priſc. lib. 8.* SÆvitiaque eorum abominaretur ab hominibus.

*Ex Gell. lib. 16. cap. 14.* Feſtinat à fando dicitur: quoniam iſti ignaviores, qui nihil perficere poſſunt, plus verborum, quam operæ habent. Sed id nimis coactum, atque abſurdum videtur, inquit Gellius.

*Ex Priſc. lib. 6.* Caper oſtendit de dubiis generibus Verrium Flaccum poſuiſſe alecem hanc dicens.

Alicam ſine aſpiratione dictam Verrius tradit, & ſic multi dixerunt.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Helenius Acron Verrium dicit errare, qui putat hos ambo dici debere.

*Ex eod. lib.* Amœna loca Varro dicta ait, eo quod ſolum amorem præſtent, & ad ſe amanda alliciant. Verrius Flaccus, quod ſine munere ſint, nec quidquam his officiat: quaſi amunia, hoc eſt ſine fructu, unde nullus fructus exſolvitur. inde etiam nihil præſtantes, immunes vocantur.

*Ex Iſid. lib. 14. cap. 8. etym.* Non negat Verrius Flaccus Kal. Apr. poſtea conſtitutum, ut matronæ Veneri ſacrum facerent.

*Ex Macrob. lib. 1. Saturn.* Nonnulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari. ut Verrius Flaccus, qui ab eo, quod eſt audens, audenter.

*Ex Chariſ. lib. 2.* Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per E. Sed Lucretius cameræque caminis ex cratibus: etiam cameram dici poſſe oſtendit.

*Ex eod. lib. 1.* Incohavi ab incoho dicendum putat Julius Modeſtus: quia ſit compoſitum à caho

*Ex Diom. lib. 1.* initio rerum, quod Verrius (&) Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probaverunt. *probavit.* Cohum enim apud veteres mundum ſignificat.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Clunes Verrius Flaccus maſculino genere dici probat, quoniam in IS ſyllaba terminata omnia carentia nominativo ſingulari maſculina ſunt. ut panis, cinis, crinis, & ſimilia.

*Ex eod. lib.* Diligente. Verrius Flaccus, inquit Plinius, eorum nominum, quæ N S finiuntur, caſu nominativo, ablativus in E dirigendus eſt.

*Ex Diomede lib. 1.* Differt fatigatus à feſſo, ut Verrius ait, quod fatigatus, cum quis per alium laborare compellitur: feſſus vero, cum quis labore deficit, ut laſſus.

*Ex Lact. lib. 1. cap. 20.* Nec hanc ſolum Romani meretricem colunt, ſed Faulam quoque, quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Verrius Flaccus ſic diſtinxit: modica eſſe labra, labia immodica, & inde Labiones dici. *Labeones.*

*Ex eod. lib.* Verrius lacte pro lac dicit.

*Ex Velio Longo de Orthog.* Nonnulli ſynalephas quoque circa obſervandam ſcriptionem exiſtimaverant. ſicut Verrius Flaccus. ut ubicumque prima vox M littera finiretur, ſequens à vocali inciperet, M. non tota, ſed pars illius prior tantum ſcriberetur, ut appareret exprimi non debere.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Manibus per duo I dicendum, quia ſunt à manibus, ut putat Verrius. ſed & manubiæ per V dici poſſunt.

*Ex eod.* Nomenclator ſine V dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.

*Ex eod.* Panis genitivo plurali panum Verrius dixit.

*Ex eod.* Polenta dici debet per O, cujus rei Verrius Flaccus rationem reddit, quod uſu omnium poliatur.

Cum

Digitized by Google

Cum autem quid hoc eſt hominis quæritur, inquit, de alicujus quæro hominis qualitate * qui neceſſe ſit * hic maſculine dicendus eſt, ut Verrius ait. quoniam neutra in I & in V S non exeunt. *Ex eod.*

Sal neutro genere Verrio etiam placuit. *Ex eod.*

Porphyrio ex Verrio & Feſto, in auguralibus, inquit, libris ita eſt, SANE SARCTEQUE. *Ex eod. lib. 2.*

Verrii Flacci ſcripta ad hoc genus quæſtionis pertinentia hæc fuerunt. Senatum dici & pro loco, & pro hominibus civitatem & pro loco, & oppido: & pro jure quoque hominum, & pro hominum multitudine. tribus quoque & decurias dici, & pro loco, & pro jure, & pro hominibus. concionem autem tria ſignificare, locum, ſuggeſtumque unde verba fierent; item ſignificare cœtum populi adſiſtentis: item orationem ipſam, quæ ad populum diceretur. *Ex Gel. lib. 18. cap. 7.*

Verrio Flacco videtur eandem eſſe apud nos V litteram quæ apud Græcos Y. namque his exemplis argumentatur. quod illi dicunt κύμινον, nos cuminum, quam illi κυπάρισσον, nos cupreſſum. illi κυβερνήτην, nos gubernatorem. nec non ex ejuſmodi Theſeus, Menœceus, Peleus, & ſimilibus adfirmat. *Ex Velio Longo de Orthogr.*

X, & Z Verrio Flacco placet mutas eſſe: quoniam à mutis incipiant, una à C, altera à P quod ſi quos movet, quod in ſemivocalem deſinant: ſciant, inquit, Z litteram ſic ſcribi ab iis, qui putant illam ex C & D conſtare, ut ſine dubio muta finiatur. *Ex eod.*

Ex Verrio Flacco Plinii lib. III. VII. VIII. XIV. XV. XVIII. XXVIII. XXIX. XXXIII. XXXIV. XXXV. *Ex Plin. lib. 1. de nat. hiſt.*

EPI-

# EPISTOLA PAULLI
## AD
# CAROLUM REGEM.

*DIVINÆ largitatis munere, ſapientia potentiaque præfulgido Domino Regi Carolo Regum ſublimiſſimo Paullus ultimus ſervulus. Cupiens aliquid veſtris bibliothecis addere, quia ex proprio perparum valeo, neceſſario ex alieno mutuavi. Feſtus denique Pompeius Romanis ſtudiis affatim eruditus, tam ſermonum abditorum, quàm etiam quarundam cauſarum origines aperiens, opus ſuum ad viginti uſque prolixa volumina extendit. ex qua ego prolixitate ſuperflua quæque, & minus neceſſaria prætergrediens, & quædam abſtruſa penitus ſtilo proprio enucleans, nonnulla ita ut erant poſita relinquens, hoc veſtræ celſitudini legendum compendium obtuli. In cujus ſerie, ſi tamen lectum ire non dedignabimini, quædam ſecundum artem, quædam juxta etymologiam poſita non inconvenienter invenietis, & præcipue civitatis veſtræ Romuleæ, viarum, portarum, montium, locorum, tribuumque vocabula diſerta reperietis, ritus præterea gentilium, & conſuetudines, varias dictiones quoque poëtis, & hiſtoriographis familiares, quas in ſuis opuſculis frequentius poſuere. quod exiguitatis meæ munuſculum ſi ſagax, & ſubtiliſſimum veſtrum ingenium non uſquequaque reppulerit, tenuitatem meam, vitæ comite, ad potiora excitabit. Vale.*

SEX.

Digitized by Google



# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

### *LIBER PRIMUS.*

ABACTI magiſtratus dicebantur, qui coacti depoſuerant imperium.
Abalienatus dicitur, quem quis à ſe removerit.
Abambulantes, abſcedentes.
Abarcet, prohibet.
Abavus dicitur, quia abeſt ab avo, & eſt avus avi.
Abditivi abortivi.

## NOTÆ.

*Abacti*] Magiſtratu depulſi, deturbati. Gloſſ. *Abacti*, *apoſthentes*, *repulſi.*

*Abalienatus.*] Propriè qui alienus factus eſt, *apallotriomenos*, impropriè verò abalienatus, remotus, id eſt quem quis à ſe removit, unde non malè in Gloſſ. *apallotrioo*, *removeo.*

*Abambulantes.*] Ambulare eſt ire, iter facere. Cic. ad Att. lib. 9. Ep. 3. *Si recte ambulavit is qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit.* Et lib. 8. Fam. Ep. 22. *Ita ambulat Cæſar, ut timeam ne citius quam opus ſit ad Brundiſium acceſſerit.*

*Abarcet.*] Gloſſ. Abarceo, *apeirgo*, repello.

*Abavus.*] Quartus pater ex verſu Plauti Perſ. 1. 2. *Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos.* Unde Virgil. *Pilumnuſque illi quartus pater.* 1. *Abavus.* Sed non ſat hujus nominis rationem aperit Paulus, *quia abeſt ab avo* quaſi non atavus & tritavus longiori abſint intervallo. Non dubito apud Feſtum ſcriptum fuiſſe, *quia jam abeſt ab avo.* Et hæc eſt Iſidori ſententia, *abavus proavi pater, jam longe ab avo. Dacerius.*

*Abditivi*] Gloſſarium optimum vetus: *Abditivus*, ἀποταθεὶς. *Abdere* enim contrarium τοῦ *Indere*. Quare non immerito pro abortu. *Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

Abemito ſignificat demito, vel auferto, emere enim antiqui dicebant pro accipere.

Abgregare, eſt ab grege ducere: adgregare, ad gregem ducere: ſegregare, ex pluribus gregibus partes ſeducere, unde & egregius dicitur è grege lectus. quorum verborum frequens uſus non mirum ſi ex pecoribus pendet. Cum apud antiquos opes, & patrimonia ex his præcipue conſtiterint, ut adhuc etiam pecunias, & peculia dicimus.

Abietaria negotia dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

Abiiſſe, pro adiiſſe dicebant.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

Abnutare, ſæpe abnuere.

## NOTÆ.

*Abditivi abortivi.*] *Abdere* contrarium eſt τὸ *indere.* Quare optimè abditivus, abortivus, quamvis ſine exemplo. Gloſſ. *Abditivus*, ἀποσπασθεὶς, abſtractus, avulſus. Optimè, ex unico Plauti loco in argumento Pœnuli. *Dacerius.*

*Sed illi ſeni qui mortuus eſt filius,*
*Unicus qui fuerat olim abditivos à patre*
*Puer ſeptuennis ſurripitur Carthagine.*

Ut mirari ſatis nequeam hic virum alioqui doctiſſimum peſſime ſe dediſſe qui *abdictus* in textum recepit, quod ab ſtudioſo quodam ut mos eſt, ad oram codicis ſcriptum fuerat ut vocem *abditivos* explicaret. In vett. edd. legitur *abdivitiis* quod manifeſte probat corruptum ex *abditivos. Dacerius.*

*Abemit.*] Gloſſarium: *Abemit, ab eo accepit*, ἔλαβεν. Sic *Surremit, ſurſum emit.* hoc eſt ſuſcepit. &, *Surrempſit, ſuſceperit. Joſ. Scaliger.*

*Abemito*] Gloſſ. *Abemit, ab eo accepit*, ἔλαβεν. Emere, quod nunc mercari, antiquis ſignificabat *ſumere, accipere.* Sic *ſurremit.* i. ſurſum emit, accepit, Lucil. *Inque manum ſurremit haſtam.* Et *ſurrempſit, ſuſceperit.* Vide in *Surremit.*

*Abgregare.*] Abgregare & Segregare non tam ex pluribus gregibus, quam ex grege ſeorſum ducere. *Dacerius.*

*Cum apud antiquos opes.*] Quia veteres pecuariam exercebant, ita ut omnis eorum copia in pecore conſiſteret, ut ex Sacris Literis & Homero ipſo notum. Inde fit ut hodieque & *pecunias* & *peculia* dicamus. Vide *Pecunia.* Inde etiam opes pro divitiis quod antiqui oves *opes* dicebant. Unde *opulentus*, πολύμηλος. Varr. lib. 2. de re ruſt. cap. 1. *De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, ut oſtendit Græca & Latina lingua & veteres poetæ qui alios vocant* πολύαρνας, *alios* πολυμήλους, *alios* πολυβούτας, *qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt. Dacerius.*

*Abietaria*] Mallem, *Abietaria negotiatio, quam materiationem nunc dicimus.* ſubjicit enim: *videlicet ab abietibus coëmendis*, ut non ſint ξύλα, ſed ξυλεγία. quam Vitruvius, & alii rectè *materiationem* vocant. vulgarem tamen lectionem retinere poſſumus. *Joſ. Scaliger.*

*Abietaria*] Liber manuſcriptus habet *negotiatio dicebatur.* & pro *materiam*, vide num verius ſit, *materiariam. Ful. Urſinus.*

*Abietaria negotia.*] Fulvius Urſinus indicavit in MS. legi *abietaria negotiatio.* Infra pro *materiam* Scaliger legit *materiationem.* Fruſtra, nam *materia* eſt ξυλεία, *lignatio*, lignorum συλλογή. *Abietaria negotiatio.* Gall. *trafic de bois.* A *materia* eſt *materiarius qui fournit le bois.* Plaut. Mil. Glor. 3. 3.

*Aſſunt fabri architectique, eam quidem ad rem haud imperiti.*
*Si non nos materiarius remoratur, quod opus eſt qui det.*

*Abiiſſe pro adiiſſe.*] Reſtituunt viri docti *abiiſſe pro obiiſſe.* Ut infra *abitionem antiqui dicebant mortem.* Putabam olim ſcriptum fuiſſe *obiiſſe* pro *adiiſſe.* Nam infra ait *obitu dicebant pro aditu.* Neque obſtat ſeries literarum, cum multa alia ſint quæ ſuum ordinem non ſervant. *Dacerius.*

*Abitionem*] Notavimus in Conjectaneis, quantum veteres δυσφημίαν vitaverint in mortis mentione. ut de mortuo dicebant, VIXIT. & in veteribus marmoribus idem viſitur, præſertim in illis, quæ extant Narbonæ. ut, VIVIT. C. FLAVIUS. FELIX. &, VIVIT. VALERIUS. EMELLUS. &, VIVIT. DOMITIUS. PRIMUS. Itaque ABIIT dicebant, pro periit. Tertull. Si de aliquo jampridem defuncto tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere: ABIIT JAM. &, REVERTI DEBET, ſic pro eodem dicebant, FUIT. ut notamus alibi. *Joſ. Scaliger.*

*Abitionem antiqui.*] Veteres ut male ominatis verbis parcerent & à mortis mentione abſtinerent, ſi quem è vita deceſſiſſe indicarent, dicebant, Fuit, vixit, abiit. Quomodo & Græci ſuum οἴχεσθαι & ἀποίχεσθαι uſurpabant. Sic *plures* etiam pro mortuis, ut Græcis πλείονας. Sic & *felices*, quos Græci μακαρίτας. Horat. *Omnes compoſui felices.* Et id nos vulgo hodieque dicimus. *Dacerius.*

*Abnutare*] *Abnutivum* in Pandectis, quod in conſtitutionibus Græcis non raro dicitur ἀπαγορεύεται. ſic Martianus *orationem abnutivam*, & *adnutivam*, τὴν ἀποφατικὴν, καὶ καταφατικήν. & Gloſſarium: *Abnutivum*, ἀπαρνητικόν. *Adnutivum*, κατανευστικόν. *Abnutivum*, & *Adnutivum* quod vocat Martianus Capella, eſt Negatorium, & Confeſſorium. *Joſ. Scaliger.*

*Ab-*

Digitized by Google

Ab oloes dicebant, pro ab illis. antiqui enim litteram non geminabant.

Aborigines appellati ſunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc eſt populi Romani; fuit enim gens antiquiſſima Italiæ.

Abortum gravidæ mulieris dicitur, quod non ſit tempeſtive ortum.

Abrogare, infirmare.

Abs præpoſitio à Græco ἀψ. ſignificat autem retractionem in partem poſteriorem.

Aceratum lutum, cum paleis mixtum.

Acerra, ara, quæ ante mortuum poni ſolebat. in qua odores incendebantur. alii dicunt arculam eſſe thurariam. Scilicet ubi thus reponebant.

Acetare dicebant, quod nunc dicimus agitare.

## Notæ.

*Abnutare.*] Frequentativum à nuo, quod à νεύω. Nuo, nuto, abnuo, abnuto, ἀνανεύω *Abnuto* eſt, abjuro, nego; Unde Gloſſ. *Abnutivum* ἀπαρνητικὸν, *abjuratorium, negatorium*. Cui contrarium *adnutivum* συγκατανευτικὸν, *dejerativum*, *confeſſorium*. *Dacerius.*

*Ab oloes*] In lege Regia: SEI. PARENTES. PUER. VERBERIT. AST. OLOE. PLORASSINT. PUER. DEIVEIS. PARENTUM. SACER. ESTO. In hac lege, OLOE, eſt, olli, vel illi. Nam E, poſt in O, ut *Apello*, & *Apollo*. Deinde non geminabant literas. poſtremo, Nominativi maſculini plurales, qui poſtea in I, antea in OE definebant. ſic in carmine Saliari, PILUMNOE POPLOE. hoc eſt, Pilumni populi. & FASCINOE pro Faſcini. *Joſ. Scaliger.*

*Ab oloes*] Oli, pro olli, & olli pro illi: oloes autem illoes eſt, & pro illis accipitur Græca terminatione. vide *Loebeſum*, & *ollic. Ant. Auguſtinus.*

*Ab oloes.*] Recti plurales qui nunc in i, antiquitus definebant in *oe*, *Pilumnoe*, *poploe*, pro *pilumni*, *popli*. Ex imitatione Græcorum apud quos nominativi plurales terminantur in oi. Hic *olli* ſimplici l *oli*, antiqua terminatione *oloe*. In ſexto caſu *oloes* pro *ollis*, illis. In lege Regia, *Sei parenteis puer verberet, aſt oloe ploraſſint, puer Divis parentum ſacer eſto.*

*Aborigines.*] Hic Feſtus aborigines dicit pro *aberrigines*, antiqua conſuetudine ſimplici r, & e converſo in o. Cui ſententiæ favet auctor de origine Gentis Rom. *Alii aborigines cognominatos volunt quod errantes illo venerint, primo aberrigines, poſt mutata prima litera altera adempta aborigines cognominatos.* Sed utrique falſi ſunt, nam aborigines ſunt indigenæ αὐτόχθονες qui ab origine in Italia fuerint nec aliunde advecti, ut ait Euripides de Athenienſibus, qui ſe etiam αὐτόχθονας gloriabantur. *Dacerius.*

*Λαὸς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, αὐτόχθονες ἔφυμεν.*

*Populus non advectus aliunde, indigena nati ſumus.*

*In agrum.*] Qui poſtea *Latium* vocatus eſt, & ipſi aborigenes poſt Æneæ adventum cum Trojanis permiſti *Latini* dicti ſunt. *Dacerius.*

*Abortum*] Verbum elegans Aboriri. Varro, Gallo Fundanio de Admirandis: *Vinum, quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi pragnas biberit, fieri ut aboriatur.* Titulum Varroniani libri emendamus ita apud Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Abortum.*] Melius forſan *abortus*. Tamen & *abortum* retinere poſſis. *Abortus* autem ab aborior; id eſt, abortum facio. Varro, Gallo Fundanio, *Vinum quod ibi natum ſit eis quodam loco, ſi pragnas biberit, fieri ut aboriatur.*

*Abrogare, infirmare.*] Optime igitur Gloſſ. *abrogo*, ἀποχειροτονῶ, ἀκυρῶ. Id eſt, *irritum facio*, *infirmo*, *minuo*. Sæpius tamen *abrogare* pro omnino tollere, eripere, ut abrogare fidem alicui, ut abrogare legem, eſt legem perlatam prorſus tollere. *Dacerius.*

*Abs.*] Certe hic fruſtra eſt ſive Feſtus, ſive Paulus, qui ſine ullo exemplo *abs* Latinum à Græco ἄψ dixit proficiſci, eo tantum inductus quod ambo eodem modo deſinerent. Abs addito S. eſt à præpoſitione ab quæ à Græco ἀπὸ. Res notior eſt quam ut exemplis debeat probari. Quod infra legitur *abs* ſignificare retractionem in partem poſteriorem, id ab Heſychio ἄψ, πάλιν, εἰς τὸ ὀπίσω. *Dacerius.*

*Aceratum.*] Nonius, aceratum eſt lutum paleis mixtum ut laterarii uſus eſt, Lucil. lib. 9. *Dacerius.*

*Lateres qui ducit habet nihil amplius nam quam*
*Commune lutum à paleis, cœnumque aceroſo.*

Ubi nemo non videt legendum eſſe *cœnumque aceratum*. *Dacerius.*

*Acerra*] Gloſſarium; *Acceptuearia*, λιβανωτρίς. *Acerra turaria* legendum. *Joſ. Scaliger.*

*Acerra.*] Nullibi acerram pro ara me legiſſe memini, niſi ita accipere lubeat in lege 12. tab. *Unctura ſervilis tollatur omniſque circumpotatio: ne reſperſio, ne longæ corona, nec acerra.* Quod non placet.

*Scilicet ubi thus reponebant.*] Hæc omnino delenda ſunt, quippe quæ ad explicationem vocis *thurariam* huc adjecta. *Dacerius.*

*Acetare*] Sic *ſubicitare*, *inicere*, & ſimilia. *J. Scaliger.*

*Acetare.*] Veteres pro g ſcribebant c. ut *pucnando*, *leciones*, *Carthacinenſes*, & *e* pro i. ut exemet, pro, *eximit*, *novebus*, *acetare* & ſimilia.

*Acieris*] Gloſſarium: *Acieris*, ἀξίνη ἱεροφάντου, εἰς Ῥωμαῖος. & *Aciarium*, σίδηρος. &, *Denticulum aciarium*, σιδηροῦν. unde Itali æs vocant *Aciaio*. Significat & idem, [illegible] *Joſ. Scaliger.*

Acieris, ſecuris ærea, qua in ſacrificiis utebantur ſacerdotes.

Acies, Acumen, Acus, & Acuere dicuntur ab ἀκόνη, quam Latine dicimus cotem.

Aclaſſis tunica, ab humeris non conſuta.

Acrumæruma * utenſilia ampliora.

* Aerumæruma.

Actus, modo ſignificat in comœdiis, & tragœdiis certa ſpatia canticorum. Modo iter inter vicinos quattuor pedum latum: modo in geometrica, minorem partem jugeri, id eſt centum viginti pedum: modo motum corporis, ut hiſtrionum & ſaltatorum, qui etiam ex hoc ipſo actuoſi dicuntur.

Acupedius dicebatur, cui præcipuum erat in currendo acumen pedum.

## NOTÆ.

*Acieris.*] Gloſſ. Iſidori acieris, genus ſecuris. Et Gloſſarium Philox. *acieris*, *ἀξίνη ἱεροφάντου*, *ὡς Πλαῦτος*. *Acieris ſecuris ſacerdotis ut Plautus.* Hodie tamen *acieris* apud Plautum fruſtra quæras.

*Acies, acumen.*] Numquam ab *ἀκόνη* formabitur *acies*. Sed ab *ἀκὴ* vel *ἀκὶς*, cuſpis ferri à quo etiam *acus, acuo, acumen*. *Dacerius.*

*Acclaſſis*] Gloſſarium: *Acclaſſis*, *λώματα*. vide *Calaſis*. *Joſ. Scaliger.*

*Aclaſſis.*] Eadem & calaſſis dicta, à Græco *χάλασις* laxatio, quod non conſuta ſed laxa ab humeris nodo dependeat. *Acalaſſis* autem puto pro *amcalaſis* ab am circum. Sed & *anclaſſes* in MS. ſcriptum fuiſſe docet Voſſ. manifeſto pro *ancalaſſis*, *anclaſſis*, Gloſſarium *aclaſſi*, *Λῶμα*. Corrige *aclaſſis*. Et recte aclaſſim exponit *Λῶμα*, id eſt *luma*, quod ab Iſidoro exponitur quadrum ſagum. Quod in quatuor partes diviſum ab humeris laxum penderet, neque fibulis ullis aſtringeretur. *Dacerius.*

*Acrumæruma*] Veteres editiones: *Ærumæruma*. Lego, *Ærumina*, quæ dicta ſunt, ut Græcè *χαλκώματα*, *ἀργυρώματα*, *χρυσώματα*. eo enim nomine intelligunt Græci ænea, argentea, aurea utenſilia. Melius tamen legeretur *Æramina*. *Joſ. Scaliger.*

*Acrumæruma.*] Lege cum Scaligero *æruminа* ſive potius *æramina* quæ Græcis *χαλκώματα*, *ἀργυρώματα*, *χρυσώματα*. Ænea, argentea, aurea utenſilia.

*Actus.*] Tragœdiæ pars ab agendo eadem ratione qua Græcis *δρᾶμα* à *δρᾷν*, *agere*.

*Modo iter inter vicinos.*] Ab agendo, ducendo, Varr. lib. 4. de L. L. *Qua agebant actus, qua vehebant via, qua ibant ab itu iter appellarunt.* Iter latum duos pedes, actus quatuor, via octo.

*Minorem partem jugeri.*] Jugerum ex Varrone & aliis eſt quod quadratos duos actus habet, actus quadratus latus eſt pedes cxx. longus totidem, actus igitur dici non poteſt *minor pars jugeri*. Cum jugerum majorem actu partem non habeat. Lege igitur *majorem partem jugeri*. Nam jugerum habet etiam ſcrupulum quod eſt decem pedes in latitudinem, & longitudinem, quod eſt minima pars jugeri.

*Modo motum corporis.*] Actus in comicis & tragicis fabulis ea eſt actio, is oris & vocis habitus, is corporis motus quo ſe agunt hiſtriones in ſcena, ad rem ſcenicam exprimendam. Vide Agere. *Dacerius.*

*Acupedius*] Lucilius *Agipedem* dixit: *Agipes vocem mittere cœpit.* Gloſſarium: *Æquipedium*, *ὀξυποδία*. *Joſ. Scaliger.*

*Acupedius*] *Gloſſar.* Aquipedius. *&c. ut fortaſſe*, Aqupedius *ſcribendum ſit ex antiqua conſuetudine. ut* pequnna, *pro* pecunia. *Ful. Urſinus.*

*Acupedius.*] Ab acumine pedum, quomodo *ἀκμὴν ποδῶν* dixit eleganter Pindarus. Vix fero tamen hic pedibus acumen tribui, neque immerito hanc vocem ſuſpectam habuit Vulcanius qui legendum putavit *acripedius, hoc eſt, cui præcipua eſt in currendo velocitas pedum.* *Acris* enim eſt velox ut Græcis *ὀξύς*. Gloſſ. *ὀξὺς*, *ὁ ταχύς*. Verum, quamquam conatum non improbo, diſpicere debebat vir doctiſſi. num aliunde quam ab acumine acupedius deduci poſſet. Nam rectum eſt acupedius, unde acupedium ſubſtantivè factum. Gloſſ. Acupedium. *ὀξυποδία*, *Velocitas*. Et Gloſſ. Græcolat. *ὀξυποδία*, *acupedium*. Sed *acupedius* ad imitationem Græcorum effictum, ab *ὠκύπους ὠκύποδος* ocupedius, & o converſo in a acupedius. Qui Græcè ſciunt, hoc verum eſſe ſentiunt. Acupedium Lucilius dixit *agipedem*: *agipes vocem mittere cœpit.* At *agipes* nihil aliud eſt quam *agypes*, quod pro *acupes*, id eſt, acupedius. Niſi agipedem facetè dixerit Lucilius pro pedibus agentem, hoc eſt, orantem non verò ore & lingua. Qua ratione forſan non incommodè & *aipes* legetur quod pede aiat, dicat. Vide *Pedarium*. *Dacerius.*

*Acus*] Quod ait: *Exercitus quoque inſtructio* &c. falſum eſt. Non enim *Acum*, ſed *Aciem* dicimus. Porro *Acum* intelligit, quam alibi *Cnaſonem* vocat, quæ & *diſcerniculum* vocatur. Lucillius xxx. *Euplocamo digitos, diſcerniculumque capillo.* Græci *περόνη*, *λαμπίδα*. Apuleius *acum crinalem*. de qua Martialis:

*Tenuia ne madidi violent bombycina crines,*
*Figat acus tortas ſuſtineatque comas.*

Ita enim legendum in Martiali. Nam in vulgatis perperam, *madidos*. Quod adeo ejus loci ſententiam turbarat, ut Turnebo viro dictiſſimo ſuſpectus quidem locus fuerit: emendare autem dum tentat, totum ſenſum poetæ inverterit. de Ornatrice habes apud Suetonium, Juvenalem, & eundem Martialem. Græci & *κομμώτριαν*, & *κομμώτριαν*. quo nomine Fabula edita à Nævio. Fuitque munus illud peculiare, ut quædam ancillæ nihil aliud quam orna-

Acus palea eſt. Varro rerum ruſticarum tertio: acus ſubſtruendum parturientibus, acus in area excutitur. Idem in eodem primo argillam mixtam acere.

Acus dicitur, qua ſarcinatrix, vel etiam ornatrix utitur. paleæ etiam quædam de frumento acus dicuntur. Exercitus quoque inſtructio; quod ea pars militum vehementiſſima eſt ad hoſtem vulnerandum acumine telorum. totum autem ex Græco ſermone trahitur; cum ſarcire apud illos ἀκέσασθαι dicitur.

Ad, aut proprie perſonam ſignificat; ut Eo ad Pompeium: aut locum, ut Abiit ad theatrum.

Adagia, ad agendum apta.

Adaſia, ovis vetula recentis partus.

Adaxint: adegerint.

Adcenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubito ſubrogabantur; dicti ita, quia ad cenſum adjiciebantur.

## NOTÆ.

trices eſſent: ut patet ex veteri inſcriptione: CINERIBUS. HAMILLAE. ALBIONIAE. QUINTAE. ORNATRICI. FESTUS. M. SEPTIMI. GALLI. DISPEN. CONTUBERNALI. B. M. F. ET. SIBI. *Joſ. Scaliger.*

*Acus*] Ex uno tantum libro hæc ſumpta ſunt, mihi valde ſuſpecta; & quæ referuntur, non reperi lib. III. Varronis, ſed hæc: *in cubilibus, cum parturient, acus ſubſternendum.* & poſtea: *Condunt in furfures, aut acus.* Et libro primo: *Ita ſit, ut quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream.* Et poſtea: *Parietes, & ſolum opere tectorio marmoratu loricandi, ſi minus ex argilla mixto acere è frumento, & amurca.* Hæc fortaſſe ſunt, quæ Paulus, ſive quis alius referre voluit. Vide Aceratum, & obacerare. *Ant. Auguſtinus.*

*Acus*] *Quia ſarcire*, & in manuſcripto. *Ful. Urſinus.*

*Acus*] Quæ hic referuntur ea apud Varronem fruſtra quæras, legitur tantum in tertio: *In cubilibus cum parturierit acus ſubſternendum* & multo poſt, *eas ſubſternendum palea.* Et in primo, *ita ſit, ut quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream.* Et poſtea. *Si minus ex argilla mixto acere è frumento & amurca.* Quæ omnia Paulus more ſuo truncavit & verbis ſuis per epitomen protulit. Sed in ejus verbis aliud turbatum fuiſſe certum eſt, ſcripſerat enim, *acus palea* eſt. Varro rerum ruſticarum tertio. *Acus ſubſternendum parturientibus.* Primo: *acus in area excutitur.* Idem eodem: *argillam mixtam acere.*

*Acus dicitur.*] Acus ornatricum alio nomine *diſcerniculum* vocatur, quia ea capillos diſtingunt, diſcernunt. Acum crinalem vocat Apuleïus. Ornatrices autem nos dicimus *coiffeuſes.* Nam fuit apud veteres munus illud peculiare, ut quædam ancillæ nihil aliud eſſent quam ornatrices, ut hodieque apud nos. Sueton. in Tiber. 40. *Hac matris meæ liberta & ornatrix fuit.*

*Exercitus quoque inſtructio.*] Falſum eſt, non enim acum ſed aciem dicimus, ut optimè Scaliger.

*Ad.*] Denotat motum ad locum, *apud* factum in loco. *Ad* verbis motus conjungitur, *apud* non item. Inde Lucilius Sat. 9.

*Sic & apud te longe aliud eſt, nam idem valet ad te;*
*Intro nos vocat ad ſe ſe: tenet intus apud ſe.*

Interdum tamen *ad* ſumitur pro *apud*, ut *apud* pro *ad*.

*Adagia.*] Lege *Adagio.* Varr. lib. 6. de L. L. *Adagio & litera commutata abagio dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re conſiſtit ſola, ambagio dicta, ut ambuſtum quod circum uſtum eſt.* Ergo adagio pro ambagio, quod ſit ſermo circumambulans & multis rebus poſſit convenire. Sic Græcis παροιμία à παρὰ *ad* & οἶμος *via.* Gloſſ. adagio, παροιμία. Sed vox illa jam obſoleverat ipſius Varronis ætate, ſcribit enim lib. 6. *Apud Valerium Soranum vetus adagio eſt, ô P. Scipio. Quod verbum uſque eo evanuit, ut Græcum παροιμία pro eo poſitum magis ſit apertum. Dacerius.*

*Adaſia*] In Gloſſis Iſidori: *Adaſia, ovis major natu. Joſ. Scaliger.*

*Adaſia.*] Iſidor: *Adaſia, ovis major natu.* Sed quid fiet illis *recentis partus?* Dubitabat Doctiſſimus Voſſius num *adaſia* ſit pro *adaxia* præter ætatem adacta ad partum, ab *adaxint* pro *adegerint.* Ego potius exiſtimo iſta *recentis partus* interpretationem eſſe vocis πρωτότοκος, *primogenitus.* Ita ut Pauli verba ſic intelligenda & diſtinguenda ſint *Adaſia, ovis vetula, recentis partus.* Id eſt primogenita, id eſt quam recenti ſive primo partu mater peperit, & inde patet cur Iſidorus dixerit *ovis major natu.* Sic infra *avillas, agnas recentis partus.* Nam avillæ agnæ vetulæ. *Dacerius.*

*Adaxint.*] Plaut. Aulular: *Joſ. Scaliger.*

*Adaxint.*] Plaut. Aulul. 1. 1.

*Utinam me Divi adaxint ad ſuſpendium.*
*Potius quam quidem hoc pacto apud te ſerviam.*

Ad quem locum male Nonius *adaxint* dixit eſſe pro adigant. Nam manifeſto pro *adegerint*, vel etiam pro *adaxent*, pro, adegiſſent.

*Adcenſi.*] Vide *adſcriptitii.*

Addicere eſt proprie idem dicere, & approbare dicendo. Alias addicere damnare eſt.

Addubanum, Danubium.

Addues, addideris.

Adeo duas habet ſignificationes. nam cum prima acuta effertur; idem ſignificat, quod accedo: ut cum dicimus Adeo prætorem. cum autem ſecunda; id eſt quod uſque eo; non quidem ſecundum rationem; quia ad præpoſitio accuſativis accommodata eſt: ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine.

Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

Adfabrum, fabrefactum.

Adfatim dictum à copia fandi, ſive abundanter. Livius: Adfatim edi, bibi, luſi. Terentius adfatim dixit pro eo, quod eſt, ad laſſitudinem.

## NOTÆ.

*Addicere.*] Approbare, quare in Auguralibus aves dicuntur *addicere* cum ſuadent, probant, ratum faciunt.

*Alias addicere damnare.*] Addicere proprie eſt debitorem qui non eſt ſolvendo in poteſtatem creditoris tradere, unde *addictus* damnatus, ceditori traditus. Plaut. Bacchid. 5. ſc. ult.

*—Ducite quo lubet tanquam quidem addictos.*

Inde Achemænides apud Virgil. 3. Æneid.

*——huic me quacumque fuiſſet.*

*Addixi.*

Addixi, devovi, in ſervitutem tradidi. *Dacerius.*

*Addubanum*] Lege, Ad dubienum: ad dubium. Ut ab alio alienus, à ſocio ſocienus: ſic à dubio dubienus. *Joſ. Scaliger.*

*Addubanum Danubium,*] Vett. libb. *Addubanum, dubium*, qua re motus Scaliger, legendum pronuntiavit *addubienum ad dubium*, ut ab *alio*, *alienus*, à *ſocio*, *ſocienus*. Sic à *dubio*, *dubienus*. Sed amplius de hoc loco deliberandum exiſtimo. Imo & temere fecit Scaliger. Recte enim *Addubanus* ſive potius abnobanus Danubius dici potuit à monte Abnoba, unde prorumpit, circa Ducatum Virtembergenſem. Forſan & Addubanus non Danubius, ſed is fluvius ſit qui Græcis *ἀδδύας*, quique ex Adula monte fluens in partes interiori vicinas Galliæ Larium implet lacum, & inde exit in Padum. Nam in Gloſſ. *Addubanus, ἀδδύας. Dacerius.*

*Addues*] Veteres dicebant *creduo*, & *adduo*. Neque omiſerunt veteres illæ Gloſſæ: *Adduo. προσϑῶ.* & lex XII. Tabularum: SEI. PATER. FILIOM. TER. VENOM. DUIT. FILIOS. A. PATRE. LEIBER. ESTO. Nam vulgus male edit, *venumdavit*: imo barbare, & inepte. *Joſ. Scaliger.*

*Addues.*] pro *adduis*, i. *addas*, & addideris, Veteres autem dicebant *duere*, unde *duim*, pro *dem* ſive *dederim*. Terent. Phorm. 3. 2.

*——Di tibi omnes id quod es dignus duint.*

i. *dent*, at pro *dederint* apud Plaut. prol. Amphitr.

*Sive adeo Æediles perfidioſe quoi duint.* Sic Terent. *perduint*, pro, *perdant*. *Subvortit*, pro, *ſubvortat.* Horat. *edit*, pro, *edat*. Catull. *annuit* pro, *annuat*.

*Adeo.*] Utramque ſignificationem Gloſſarium amplectitur, ubi adeo, *ἐπιτοσοῦτον, ἐπὶ τούτοις & προσέρχομαι.*

*Non quidem ſecundum rationem.*] Cur hoc Feſtus ſive Paulus ſecundum rationem neget fieri non equidem video. Si enim præpoſitio *ad* accuſativis accommodatur, accommodatur etiam & adverbiis motus ut *eo*, *quo*, *huc*: dicitur enim *adhuc* pro *ad hoc* Terent. Adelph. 4. 4.

*——Sat adhuc tua nos fruſtrata eſt fides.*

Et *ad quo*. Afranius, *ut ſcire poſſis ad quo te expedias loqui*. Ubi *adquo*, nihil aliud eſt quam *ad quod*, ut nec *adeo* nihil aliud quam *ad id*. Neque enim *eo*, *quo*, *illo*, ſunt accuſativi plurales, ut male putavit doctiſſimus Sanctius in ſua Minerva, quaſi ſit in accuſativo, *eos eas*, *ea*; vel *eo*. *Illos*, *illas*, *illa*, vel *illo*, ut *duo* & *ambo*.

*Adfabrum.*] Cum aliquid pulcre factum ſignificatur, *affabrum* dicitur, unde *affabre*, pulcre, quod etiam *fabre* dicitur: Plaut. alicubi. contra *infabre*, fœde. Pacuvius in Nipt.

*Barbaricam peſtem navibus noſtris obtulit*

*Nova figura factam, commiſſam infabre. Dacerius.*

*Adfatim*] Verba Livii, *Adfatim edi, bibi, luſi*, ſunt ex veteri Odyſſea. quod Homerus dixerat:

*Τῶν δ᾽ ἔφαγόν τ᾽ ἔπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.*

Nam cum melior pars veterum interpretum in eo loco *τὸ αἰδοίοις* exponeret *ἀφροδισίοις*, quod verum eſt, quicquid excuſet Euſtathius, & prudentes ac ſcientes errant, qui aliter exponunt: Latinus interpres vetus longe caſtius dixit *Luſi*, & tamen abunde explevit ſenſum Homeri. De eo loco Homeri, vide amplius loquaciſſimum ejus interpretem Euſtathium. locus eſt *Ὀδυσσείας ό.* *Joſ. Scaliger.*

*Adfatim.*] Abundanter, ad ſatietatem, ab affatu vel à Græco *ἀφάτως* quod Heſych. immenſum interpretatur. Et ita Priſcianus lib. 15. ſed ex Servio docemur veteres dixiſſe *fatim*. Ita enim 1. Æneid. *Fatiſcunt, abundanter aperiuntur*, *fatim enim abundanter dicimus*, *unde & adfatim*. Et ita Feſti locus accipiendus. Verba Livii, *adfatim edi*, *bibi*, *luſi*, ſunt ex veteri Odyſſea quod Homerus dixerat,



Digitized by Google

Adſectare eſt pronum animum ad faciendum habere.
Adfines, in agris vicini, ſive conſanguinitate conjuncti.
Adgrettus, apud Ennium adgrettus fari, pro eo quod eſt adgreſſus ponitur, quod verbum venit à Græco ἄγχι.
Adigas dare cogas.
Aditiculum, parvum aditum.
Adlecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenato-

## Notæ.

*τῶν δ' ἔφαγον τ' ἔπιον τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.*

*Ex his autem edi & bibi & pudendis dedi.*

Nam cum melior pars veterum interpretum in eo loco τὰ αἰδοίοις exponeret ἀφροδισίοις, quod verum eſt, quidquid excuſet Euſtath. & prudentes ac ſcientes errant qui aliter exponunt, Latinus interpres vetus longe caſtius dixit *luſi* & tamen abunde explevit ſenſum Homeri. *Scalig.* Huc alludit Sardanapali Epitaph.

*Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas.*

*Ludere* enim ſæpius de congreſſu venereo. Petron. *Invenit me cum fratre ludentem.* Sic Græci παίζειν de eadem re dicebant, ut apud Lucianum alicubi. Et in illo Geneſ. cap. 26. de Rege Abimelech, εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, *vidit Iſaac ludentem cum Rebecca muliere ſua.*

*Adſectare.*] Magno affectu aliquid appetere, captare, Terent. Heautontim. 2. 3. —— *ad dominas qui adſectant viam.* Virg. 4. Georg.

—— *Viamque affectat Olympo.* *Dacerius.*

*Adfinis*] Gloſſarium: *Adfinis*, ὅμορος, αὐτὸς χθών. lege: *Adfinis*, γαμβρός, αὐτὸς χθών. Idem poſt: *Adfinis* αἰσχεδόθεμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. *Adfinis*, ἀνεψιός. *Joſ. Scaliger.*

*Adfines.*] In agris vicini, qui confines agros poſſident. Item adfines viri & uxoris cognati, quod duæ cognationes quæ duæ inter ſe ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. de utroque Gloſſ. *adfinis.* αἰσχεδόθεμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. i. *Conterminus & per nuptias conjunctus.* *Dacerius*

*Adgrettus*] Eodem modo, quo *Mertus*, *Pultus*, & ſimilia. Non video quare dicat à Græco ἄγχι. Sane diu puto eſſe, cum deſideratur melior pars Græcarum vocum in hac Epitome Feſti. Nam quæ hodie extant, fere omnes arbitrio correctorum huc inculcatæ ſunt: ut iſtud ἄγχι. quaſi illud Homericum ἄγχι μάλα habeat aliquid commune cum *Adgretus*. Sed quare deducit à Græco, ſi dictum eſt pro *Adgreſſus*? Manifeſto verba hæc ultima intruſa videntur ab aliquo ſciolo, ſive ipſe Paulus mutilator fuit, ſive alius quis illo non doctior. *Joſ. Scaliger.*

*Adgrettus.*] Aggreſſus more Græcorum qui pro σσ ſcribunt ττ, dicebatur etiam *adgretus* ſimplici t; infra pro ἄγχι quod corruptum eſt & mutilum, legendum eſt ἐγείρομαι, i. *ſurgo.* ex ipſomet Feſto in voce *egretus* ubi *egretus & Adgretus à Græco ſunt ducta, à ſurgendo & proficiſcendo.* Quare fruſtra eſt Scaliger, cum iſta *quod verbum venit à Græco ἄγχι.* à Sciolo quodam huc intruſa ſuſpicatur. Vide *egrettus.* *Dacerius.*

*Adigas*] Puto legendum: *Adigas, adrem cogas.* Nam ut ineptum eſſet putare verbum Adigere eſſe, cogere dare: ita Latiniſſimum ſcimus eſſe *Adigere, ad aliquid cogere, ut Adigere aliquem arbitrum: Adigere aliquem ad jusjurandum*, ἐπάγειν ὅρκον. Et melius veteres Gloſſæ: *Adegit*, ἠνάγκασεν. potes & legere: *Adigas, adire cogas.* Quod veriſſimum putamus. *Joſ. Scaliger.*

*Adigas*] *Verbum* dare, *videtur adjectum.* *Ful. Urſinus.*

*Adigas.*] Ut *adigas jusjurandum*, pro *jusjurandum dare cogas*, quod non placet; quare legendum cum Scaligero, *adigas, ad rem cogas.* Nam latiniſſimum eſt *adigere* pro ad aliquid cogere; vel potius, *adigas, adire cogas.* Sic adigere aliquem arbitrum, id eſt, agere aliquem ad arbitrum, cogere aliquem adire arbitrum. Fulvius Urſinus legebat, *adigas, cogas.* *Dacerius.*

*Adlecti*] Totus hic locus de Senatoribus nimis præciſus eſt à Paulo. Sunt enim Senatores Patres, Senatores patricii generis, & patriciorum auctores. ſunt Senatores conſcripti à L. Junio Bruto, ex primoribus equeſtris ordinis, ut Livius ſcribit, *adlecti.* Hi igitur adlecti dicebantur, quod propter inopiam Senatorii ordinis ex equitibus adſumpti ſunt. Idem factum eſt poſt pugnam Cannenſem, adlectis à Dictatore M. Fabio Buteone iis, qui magiſtratum obtinuiſſent, neque in Senatum lecti eſſent, item qui ſpolia domi, aut civicam habuiſſent. Idem Feſtus verbo *Qui patres*, alios auctores ſecutus, à P. Valerio Cos. conſcriptos refert. Dionyſius utriuſque Conſulis conſilium fuiſſe ait, & Bruti, & Publicolæ. Tacitus cum Livio conſentit, præterquam quod eos minorum gentium appellat, quod Livius centum Senatoribus à Priſco rege adlectis tribuit. Vide etiam Feſtum verbo *Conſcripti.* *Ant. Auguſtinus.*

*Adlecti.*] Eos intelligit qui exactis regibus propter Senatûs inopiam ex primoribus equeſtris ordinis à Lucio Junio Bruto aſſumpti ſunt. Liv. lib. 2. iidem & *conſcripti* dicti, vide *Conſcripti* & *Quipatres.*

*Nam Patres dicuntur.*] Infrà tamen à paternæ curæ ſimilitudine Patres appellatos dicit, vide in *Patres.* *Dacerius.*



Digitized by Google

rum ſunt numero adſumpti: nam patres dicuntur, qui ſunt patricii generis: conſcripti, qui in ſenatu ſunt ſcriptis adnotati.

Adlicit eſt, perducit aliquem in rem. dictum à verbo lacit, id eſt decipit. Hinc deſcendit inlicere, & oblectare, id eſt fruſtrantem inducere.

Adliveſcit, livere incipit. hoc eſt lividum fieri.

Admiſſivæ aves dicebantur ab auguribus, quæ conſulentem juberent.

Adnictat, ſæpe, & leviter oculo annuit. Nævius in Tarentilla: alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Adoleſcit à Græco ἀδλιχῶ, id eſt adcreſco, venit. unde fiunt adultus, adoleſcens, altare; eo quod in illo ignis excreſcit; & exoletus, qui exceſſit oleſcendi, id eſt creſcendi modum: & inolevit, id eſt crevit.

* Adoptivus.

Adoptatitius * ex adoptato filio natus.

Ador farris genus, edor quondam appellatum, ab edendo, vel quod aduratur ut fiat toſtum. unde in ſacrificio mola ſalſa efficitur.

Adorare apud antiquos ſignificabat agere, unde & legati oratores dicuntur; quia

## NOTÆ.

*Adlicit*] *Videtur legendum*, fruſtrari, ſeu inducere, *pro eo, quod eſt in vulgatis editionibus* fruſtrantem inducere. *Ful. Urſinus.*

*Adlicit.*] A Lacio, quod eſt decipiendo in fraudem induco. Vide *Lacit.* Iſta, *perducit aliquem in rem.* mihi ſuſpecta ſunt. Reſcribendum forſan, *perducit aliquem in rete.* Sic & *illicere* propriè eſt *illaqueare*, & *pellicere*, in fraudem inducere. *Dacerius.*

*Admiſſivæ aves.*] Quæ faventes propoſitum noſtrum nos jubent perſequi, & conſilium noſtrum ſuo garritu vel volatu faciunt ratum. Admittere enim *propriè eſt ſinere fieri.* Terent. Eunuch. 4. 6.

*—— Sed tu quod cavere poſſis, ſtultum admittere eſt.* *Dacerius.*

*Adnictat.*] Verſus Nævii integriores poſuimus in Conjectaneis. ſunt autem hi: —— *Quaſi in choro pila*

*Ludens datatim dat ſe, & communem facit.*
*Alium tenet: alii nutat: alibi manus*
*Eſt occupata: alii perpellit pedem.*
*Alii anulum dat ſpectandum à labris.*
*Alium invocat. cum alio cantat. attamen*
*Aliis dat digito literas —— Joſ. Scaliger.*

*Adnictat.*] Ab inuſitato *niveo*, unde *conniveo*, nictare, conjugatione mutata ut à *dicere*, *dictare*. In eo autem differunt, *nutare*, *annuere* & *nictare*, quod *nutare* capiti, *annuere* vel *nuere*, naribus vel labiis, *nictare* oculis dicamur. Sed diſcrimen illud à veteribus neglectum aliquando.

*Nævius in Tarentilla.*] Verba Nævii aliter Iſidorus, qui locum integrum ſic adduxit.

*—— Quaſi in choro pila*
*Ludens datatim dat ſe & communem facit.*
*Alium tenet, alii adnictat, alibi manus*
*Eſt occupata, aſt alii percellit pedem,*
*Al dat annulum ſpectandum, à labris*
*Alium invocat, cumque alio cantat, attamen*
*Aliis dat digito literas. Dacerius.*

*Adoleſcit.*] Sine dubio legendum: *Adoleſcit, ab oleſco, id eſt creſco, venit.* Quod confirmatur ſequentibus. *Exoletus*, inquit, *qui exceſſit oleſcendi, id eſt creſcendi, modum.* vide *Suboleſcit.* Animadverte ſemper, in hac lacera & miſera Epitoma, inter alia, quæ ab importunis emendatoribus ſuppoſita ſunt, duo ſæpius occurrere: aliquam etymologiam Græcam, ut hic: & voces has, ID EST. Quod locis ſuis indicabimus. Alioqui ſi voluiſſemus ſtultorum more, ut inquit ille, eſſe moleſti, & hariolari id dictum à Feſto, quod nunquam illi in mentem veniſſet, potius legeremus, à Græco ἀλδῶ, vel ἀλδαίνω. *Joſ. Scaliger.*

*Adoleſcit.*] A Græco ἀδλιχῶ ineptè. legit Scaliger, *Adoleſco* à verbo *oleſco.* Ex ſequentibus ubi *exoletus qui exceſſit oleſcendi*, id eſt, *creſcendi modum.* Ut & in ſuboles. Si quis erit tamen qui Græcum etymon retineat, pro ἀδλιχῶ, legat neceſſe eſt, vel ἀλδέω vel ἀλδήσκω.

*Altare.*] Ab adoleſco. Sic igitur ducenda analogia: *adoleſco*, *adolitum*, *adoltum*, *altum*, *altare.* Vide infra *altaria* ubi melius ab altitudine. *Dacerius.*

*Adoptatitius.*] Iſidori Gloſſæ: *Adoptarius, puer ex adoptato natus.* Utra lectio melior, neſcio. *Joſ. Scaliger.*

*Adoptatitius.*] Apud Plautum tamen *adoptatitius* manifeſto ipſe adoptatus. Pœnul. 5. 2.

A. G. *Siquidem Antidamarchi quaris adoptatitium.*
*Ego ipſus quem tu quaris.* H. A.
*Hem, quid ego audio?*
A. G. *Antidamarchi gratum me eſſe.*

Et paulo poſt.

*Demarcho item ipſe fuit adoptatitius. Dacerius.*

*Ador.*] Potius à Græco ἀθὴρ *ariſta.* ϑ. in d. Veteres dicebant *adus* & *ador.* Unde in obliquis ſecun-

mandata populi agunt.

Adoream laudem, ſive gloriam dicebant: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret.

Adpromiſſor eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit.

Adrumavit, rumorem fecit, ſive commurmuratus eſt. quod verbum quidam à rumine, id eſt parte gutturis putant deduci.

Adſciſcere eſt adjungere, vel adſumere.

Adſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut eſſent coloni.

Adſcripticii, veluti quidam ſcripti dicebantur; qui ſupplendis legionibus adſcribeban-

## NOTÆ.

cunda modo producta, modo correpta. Producitur ab *ador* maſculini generis, corripitur ab *adus* neutrius. Vide infrà in mola. *Dacerius.*

*Adorare.*] Vide *Nec* conjunctionem. *Ant. Auguſt.*

*Adorare.*] In leg. 12. tab. *Si adorat furtum, quod nec manifeſtum eſcit, duplionem luito. Dacerius.*

*Adoream*] Gloſſarium vetus, cujus ope multa vetuſtatis ſitu ſepulta eruimus: *Adorioſus*, ἔνδοξος, Λογομιμητικός, ἀδοξινικαὶ πιμπτιος. Lege: *Adorioſus*, ἔνδοξος, ὡς Πομπήϊος. *Ador*, νίκη, ὡς Πομπήϊος. Quin intelligat noſtrum Pomp. Feſtum dubitandum non eſt. Hinc, quam multa ad arbitrium ſuum mutaverit, mutilaverit, perverterit Longobardus iſte, facile adverti poteſt. Nam quæ Gloſſarius ille annotat, ex hoc integro loco deprompta fuerunt ſine ullo dubio. *Adorea* pro laude accipi cœpta eſt, poſtquam præmium militibus frumentum erat, parta victoria. Plautus.

*Qui multa præda, atque adorea affecit populares ſuos. Joſ. Scaliger.*

*Adoream.*] Diſtingue poſt *adoream.* Hoc modo, *adoream, laudem, ſive gloriam.* Parta victoria frumentum militibus dabatur in præmium, undè factum ut adorea pro laude & gloria dici cœpta ſit. Itaque optimè Gloſſ. Adorea, δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου. i. Laus quæ bello parta eſt. In Gloſſario vet. ut optimè monuit Scaliger, legitur *adorioſus* ἔνδοξος ὡς Πομπήϊος. *Ador*, νίκη ὡς Πομπήϊος. i. *Adorioſus, glorioſus, ut ait Pompeius. Ador, victoria, ut Pompeius.* Ubi manifeſtò noſtrum Pompeium Feſtum intelligit, & ex iis quam multa ad arbitrium ſuum mutaverit, mutilaverit, perverterit Paulus, facile adverti poteſt, nam quæ Gloſſarius ille annotat, ex hoc integro loco deprompta ſunt abſque ullo dubio.

*Adpromiſſor.*] Promiſſor promittit, adpromiſſor adpromittit, id eſt, quod alter promiſit in ſe recipit. Sed hic Feſti locus mutilus eſt, quippe ex eo una vox excidit. Lege igitur, *Adpromiſſor eſt qui quod ſuo nomine promiſit alter, idem pro altero quoque promittit*, nihil certius. *Dacerius.*

*Adrumavit.*] Frequentativum uſurpavit Nævius,

*Rumitant: Simitu alius aliunde rumitant inter ſe.*

Eſt verſus Saturnius. Alioqui *Rumare*, eſt θηλάζειν, ut de agnis dicebant veteres, quos propterea *ſubrumos* vocabant. Significat item ψωμίζειν τὸν παῖδα. Gloſſarium: *Rumat*, ἐμβρωματίζει. Sed Iſidorus: *Adrumavit, rumorem attulit*, Veteres Gloſſæ: *Adrumo, conrumo,* ψωμίζω, *vulgo. Joſ. Scaliger.*

*Adrumavit.*] Iſidor. in Gloſſ. *Adrumavit, rumorem attulit.* Et Gloſſ. vet. *adrumo, conrumo,* ψωμίζω, *vulgo.* A *rumo* frequentativum *rumito.* Nævius:

*Simitu alius aliunde rumitant inter ſe.* Vide *Rumito.*

*Adſciſcere.*] Propriè populo ſuffragium ferente adoptare, aſſumere, veluti leges, ritus, mores, & ſimilia. Unde à publicis ad privata tranſlatum adſciſcere eſt hoc vel illud ſibi adjungere, aſſumere in uſum ſuum atque commodum.

*Adſcripti.*] Qui nomina dederant, ut è patria in coloniam mitterentur Liv. lib. 14. *Coloni adſcripti in colonia, quam teſtem integritatis juſtitiæque habebant.* Ad eorum ſimilitudinem poſtea adſcriptitii dici cœperunt agricolæ, & coloni ruſticis prædiis excolendis ſic addicti ut eorum portio quædam & inſtrumentum ruſticum cenſerentur, & unà cum prædiis ad ementes tranſirent. *Dacerius.*

*Adſcriptitii.*] Ex his, quæ hîc tractantur, docemur *Adſcriptitios* dictos *Accenſos, & Velatos.* Quod & idem infrà confirmatur: *Velati*, inquit, *appellabantur veſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum loco ſubſtituebantur.* Poſtea in municipiis, itemque Romæ publici miniſterii nomen fuit Accenſus Velatus, ut apparet ex hac inſcriptione:

T. Statilius. Vol. Proculus
Accenſus. Velatus. &. Argentaria
Eutychia. parentes. filio. optumo. &
Orciviæ. AnthidI. uxorI. ejus. ſibI.
que. & ſuIs
LibertIs. libertabus. poſterIſ. que
eorum.

Item patet ex alio ſaxo, quod eſt in via Appia Formiis, ut omnibus, qui Neapolin proficiſcuntur, in conſpectu ſit.

L. VARRONIO L. F.
PAL. CAPITONI
SCRIBAE. AEDILIC



Digitized by Google

tur. hos & adcenſos dicebant : quod ad legionum cenſum eſſent adſcripti. quidam velatos, quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum. nonnulli ferentarios, quod fundis lapidibuſque præliaturi ea modo ferrent, quæ in hoſtes jacerent. alii rorarios, quod id genus hominum ante, quam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicaret.

Adfectata femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam; quaſi ad extremum periculum adducta.

Adſerere manu eſt admovere. quod ea quoque, quæ in terram dimittuntur, ſeri dicuntur. unde etiam ſeræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur defixæ poſtibus; quemadmodum ea, quæ terræ inſeruntur.

Adſidelæ, menſæ vocantur, ad quas ſedentes flamines ſacra faciunt.

Adſiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi, conſediſſe videatur. alii

## NOTÆ.

ACCENSO. VELATO
IIVIRO. QUINQUENN
CURATORI. VIARUM
PATRONO. COLONIAE
ORDO. REGALIUM
QUORUM. HONORE
CONTENTUS. SUA. PECUN
POSUIT.
L. D. D. D. *Joſ. Scaliger.*

*Adſcriptitii.*] Item adſcriptivi, milites, qui extra ordinem & extra numerum militiæ adſcripti ſunt. Plaut. Menæch. 1. 3.

—— Er. *Extra numerum es mihi*
PE. *Idem iſtuc aliis adſcriptivis ad legionem fieri ſolet.*

Varr. lib. 6. de L. L. *Adſcriptivi dicti quod olim adſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, id eſt, ſi quis eorum deperiſſet.*

*Hos & adcenſos dicebant.*] Vide ſupra in *adcenſi.* Iidem & Ferentarii Varr. de vita populi Rom. lib. 3. *De aſcriptivis cum erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum haberent numerum, adcenſi vocabantur. Eoſdem etiam vocabant ferentarios qui depugnabant pugnis & lapidibus, iis armis qua ferrentur non qua tenerentur.*

*Alii rorarios.*] Adcenſos tamen à rorariis diverſos fuiſſe, vel unicus Plauti locus fidem faciet, ex Frivol.

—————— *Sequimini*
*Me hac ſultis legiones omnes Laverna ubi Rorarii.*
*Eſtis? En ſunt. Ubi ſunt accenſi? Ecce.* Rorarii autem dicti à *rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat, quam pluit*, Varr. lib. 5. de L. L. *Dacerius.*

*Adſectata.*] Veteres editiones, *Adfectata.* Rectè. Plautus Rudente:

AM. *Ad vos venio.* SCE. *Accipiam hoſpitio, ſi nox venis, item, ut*
*Adſectatam.* Nam nunc nihil eſt, qui te inanem *. Quem locum interpretabimus in editione Plautina, ſi Deus faverit. Nam ita & legendum, & digerendi verſus. *Joſ. Scaliger.*

*Adſectata femina.*] In bonam partem Gloſſ. *adſectata*, σεμνή, i. veneranda. Et Plaut. 2. 4

AM. *Ad vos venio.* SCE. *Accipiam hoſpitio ſi nox venis item ut adſectatam. Nam nunc nihil eſt qui te inanem.*

Ubi etiam ſunt qui adfectatam in malam partem interpretentur, calamitoſam naufragam, ſed manifeſtò contra mentem Plauti qui *hoſpitio te accipiam item ut adſectatam* eodem modo dixit quo nos vulgo, *Je vous recevray comme une grand-Dame, comme une Reine. Dacerius.*

*Adſerere.*] Lege : *qua in terram demittuntur.* Id explicavimus apud Varronem de re ruſtica. Nam quod Varro dixerat, *Deſeritur*, gloſſema appoſitum eſt, *Demittitur in terram. Joſ. Scaliger.*

*Adſerere.*] Vide *Sertorem. Ant. Auguſtinus.*

*Adſerere manu.*] Verbum *manu*, videtur adjectum. & paulo poſt, pro *dimittuntur* legendum fortaſſe *demittuntur. Ful. Urſinus.*

*Adſerere.*] Propriè, appropinquare, jungere, maritare. Ut adſerere vitem ulmo, eſt vitem maritare. Varr. lib. 1. de r. r. *Neque propter eos ut adſerunt vites.* hoc eſt, neque propter eos ordines ita adſeruntur arbores, ut adſeruntur vites ulmis maritandis; Quæ propterea dicuntur adſitæ vites. Hinc adſerere manum vel manu dicuntur vindices libertatis, qui manum admovent, manu prehendunt, ut in libertatem vindicent. Vide in voce *Sertorem.* Hîc *dimittuntur* eſt *demittuntur.*

*Sera appellantur.*] A ſerendo, ſeræ quod ſerantur, id eſt, figantur. Sed potius à Græco σειρὰ *funis*, quod olim ante inventam ſeram fune uterentur.

*Adſidela.*] De iis nihil apud alios ſcriptores legiſſe me memini. Apud Iſidorum tantum legitur. *Adſeda, ſella quadrijugis.* Et eadem forte quæ adſidela. ut *turba, turbela.*

*Adſiduus.*] Varr. lib. 6. de L. L. *qui adeſt, aſſiduus.* Cicer. in libello de petitione Conſulatus. *Jam aſſiduitatis nullum eſt præceptum, verbumque ipſum docet.*

adſiduum locupletem; qua multorum aſſium dictum putarunt, alii eum, qui ſumptu proprio militabat, ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt.

Adſipere, & præſipere dicebant antiqui à ſapiendo. ſicut nos quoque modo dicimus ab æquo iniquum: à quærendo inquirere.

Adſtaſſent, ſtatuerunt.

Adtegrare eſt, vinum in ſacrificiis augere. integrare enim, & adtegrare minus factum, eſt in ſtatutum redigere.

Adteſtata dicebantur fulgura, quæ iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum adteſtantia.

## N o t æ.

*docet qua res ſit, prodeſt quidem vehementer nunquam deeſſe.*

*Adſiduum locupletem.*] Quod aſſes duit. i. det. itaque in leg. 12. tab. *Aſſiduo vindex aſſiduus eſto. Proletario civi quivis volet vindex eſto.* Ubi *aſſiduus*, id eſt *locuples*, opponitur *proletario* qui è plebe tenuiſſima erat, & nil præter prolem Reipub. exhibebat. Aſſiduo pro locuplete uſus eſt etiam Plaut. Amphit. 1. 1.

*Noctesque dieſque aſſiduo ſatis ſuperque eſt.*
*Quo facto aut dicto adeſt opus quietus ne ſis.*

*Qui ſumptu proprio militabat.*] Quia nemo niſi locuples huic ſumptui par eſſe poterat. Verum ut libere dicam quod ſentio, aſſiduus & pro locuplete, & pro eo qui proprio ſumptu militat, ab adſidendo dictus. Locuples enim aſſiduus, quod Reipub. adſidebat, aderat, præſto erat. Alter vero in munere ſuo multus erat, muneri ſuo adſidebat, totus incumbebat &c. Cum Feſto tamen Cicero, Quintilianus, Gellius, ſed qui ſæpius manifeſti erroris in etymis ducendis deprehenduntur. *Dacerius.*

*Adſipere.*] In meis Gloſſis Iſidori: *Conſipit, ſaporem habet.* Tertullianus de pudicitia: *Fermentum modicum totam deſipit conſperſionem.* activè poſuit. *Joſ. Scaliger.*

*Adſipere.*] Vide in *Inſipere.* Reſipere etiam videtur à ſapiendo deductum, quod ſignificat, redolere. Cicero lib. II. de. Nat. Deor. *Minimeque reſipiens patriam.* ita enim legendum; non ut habent vulgatæ editiones, *reſpiciens.* Idem mendum irrepſit in verba Varronis, quæ ſunt apud A. Gellium lib. III. c. IV. ſic enim totus Varronis locus legendus. *Neque tamen dubium eſt, quin iſta, & quæ ſcripta à Plauto non videntur, & nomini ejus addicuntur, veterum poëtarum fuerint, & ab eo retractata, expolitaque ſint, ac propterea reſipiant ſtilum Plautinum.* pro *reſipiant*, in vulgatis eſt *recipiant.* *Ful. Urſinus.*

*Adſipere.*] Pro *adſapere* verſo *a* in *i*, ut in compoſitis ſolet. Sic à *taceo conticeo*: à *quæro inquiro*, &c. Inde Gloſſ. Iſidor. *conſipit, ſaporem habet*, ſed iſta omnia nihil ad hunc Feſti locum. Ait Feſtus, *ut ab æquo iniquus*, ſic &c. Ergo legendum: *adſipere & præſipere dicebant antiqui à ſapiendo* &c. nihil certius. Antiqui *adſipere* & *præſipere* dicebant, ut *conſipere*, vide *conſiptum.* *Dacerius.*

*Adſtaſſent.*] Locus mendoſus. Legendum: *Adſtaſſint, ſteterint.* *Joſ. Scaliger.*

*Adſtaſſent.*] Scaliger legit. *aſtaſſint, ſteterint.* Sed retinendum *adſtaſſent*, nec ideo minus ſignificabit *ſteterint*, *e* pro *i*. Legitur *adſtaſſent, ſteterint.* Sic ſupra *addues, addideris.*

*Adtegrare.*] Ego mutilum locum ſic ſupplendum judico, *Adtegrare vinum, in ſacrificiis eſt vino ſacrificium augere. Integrare enim eſt adtegrum, hoc eſt minus factum, in ſtatum redigere.* Adtegrare vinum in ſacrificiis, inquit, eſt vinum minuere, libare, ut eo ſacrificium adoleat, augeatur, quod contrarium eſt verbo *integrare* quod ſignificat, *adtegrum*, imminutum, adtactum reſtaurare, in ſtatum redigere. *Dacerius.*

*Adtegrare.*] Locus mendoſiſſimus, qui tamen non erat nullius momenti, cum cognitionem vetuſtatis contineat. Nam quid eſt vinum in ſacrificiis augere? Neſcio an Pauli error ſit, qui mentem Feſti non aſſecutus eſt, cujus culpæ manifeſtæ alibi deprehenditur: an verò aliorum, quos poſterior ætas tulit, barbarorum emendatorum. Quicquid eſt, ego ſcio Feſtum ita ſcripſiſſe: *Adtegrare eſt, vino ſacrificium augere.* Quin enim ita loquerentur veteres, neminem dubitare puto. Sic Plautus dixit, *augere verbenis aram.* Quin ipſa notio verbi fidem facit huic rei. *Adteger* eſt, [illegible], qui tactus, & diminutus eſt. *Attigere* enim veteres pro Attingere. ut contra, *Integer*, ἀθιγὴς, ἄθικτος. Quare & quæ ſequuntur, corrupta eſſe, ſi non aliud, certe obſcuritas loci, ex quo nullum idoneum ſenſum elicere poſſumus, facile convicerit. Neque ſolum hæc mendi indoles hunc locum fœdavit, ſed & tranſpoſitio. Legendum enim: *Adtegrum enim, minus factum. Integrare eſt, in ſtatutum redigere.* Ubi & lego, *in ſtatum.* Igitur vinum attegrum ſit, & attegratur, cum libatur. Tunc enim minuitur, ut ſacrificium *augeatur.* *Joſ. Scaliger.*

*Adteſtata.*] Quæ quod priora fulgura portendebant, id ſignificatione ſua comprobant, *renovativa* etiam dicta, & contraria ſunt *peremptalibus* quæ ſuperiora tollunt, perimunt. Vide ſuo loco. *Dacerius.*

*Adteſtata.*] Fulgura *adteſtata* ſunt contraria *Peremptalibus.* Vide in Peremptalia. *Joſ. Scaliger.*

τρίβωνας. Adtritum, & tritum ex Græco deſcendit: quia illi veſtem iſtam τριβώνιον * appellant.

Adtubernalis, habitator continuæ tabernæ. quod genus domicilii antiquiſſimum Romanis fuiſſe teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. unde etiam tecta caſtrenſia, quamvis pellibus tegantur, tabernacula tamen dicuntur.

Advelitatio jactatio quædam verborum figurata ab haſtis velitaribus. velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, id eſt volantes.

Adverſus aut contrarium ſignificat; aut idem, quod erga.

Adulari eſt compoſitum ex accedendo, & ad ludendo.

Adulter, & adultera dicuntur; quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt.

Adulterina ſigna dicuntur alienis anulis facta.

Advocitat, ſæpe advocat.

Advoſem, adverſarium, hoſtem.

AE ſyllabam antiqui Græca conſuetudine per AI ſcribebant, ut aulai, pictai, muſai.

## NOTÆ.

*Adtritum.*] A tero, adtero, quod à τρίβω, unde τρίβων, τριβώνιον, veſtis trita, lacera. *Dacerius.*

*Adtubernalis*] Iſidorus habet, *attibernalis*. Gloſſar. *atturubernalis*. L. m. *adtabernalis*. *Ful. Urſinus.*

*Adtubernalis.*] Vide in *taberna*. *Dacerius.*

*Adtubernalis.*] Malè in Gloſſario: *Atturubernalis*, παραπλησιάζων. Gloſſæ Iſidori: *Attibernalis, vicinus. Joſ. Scaliger.*

*Advelitatio.*] Velitatio & advelitatio levior & umbratilis quædam dimicatio à velitibus qui erant levis armaturæ milites, in acie prima collocati, ut levem pugnam cierent antequam coiret exercitus. Inde ad litigia & jurgia transfertur. Plaut. in Rudent.

*Equidem me ad velitationem exerceo,*
*Nam omnia coruſca præ tremore fabulor.*

*Velites dicuntur.*] Certe hæc non ſunt Feſti ſed barbari racematoris qui non meminit alibi Feſtum velites velatos dixiſſe. Vide *velati*. *Dacerius.*

*Advelitatio.*] Plautus: *Velitationem verbis compendi fieri volo. Joſ. Scaliger.*

*Adverſus.*] Adverſus, vel adverſum, pro *contra* Saluſt. Jugurth. *Sylla profligatis iis quos adverſum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit.* pro, *Erga*. ut, *pietas adverſus Deos*. Cicer. Terent. And. 1. 1.

*Id gratum fuiſſe adverſum te habeo gratiam.*

quanquam hîc *adverſum* non tam *erga* quam *apud*. *Dacerius.*

*Adulari.*] Locus ſuſpectus. Nonius canum eſſe proprium affirmat, unde ἀπὸ τῆς οὐρᾶς fortaſſe origo nominis tracta eſt, quod canes accedendo, & adludendo cauda mota blandiantur. *Ant. Auguſtinus.*

*Adulari.*] Puto legendum, *Adulari, eſt compoſitum ex ad, & ludendo.* In Gloſſario: *Adol* αἰνηλάτης. Lege: *Adolatus*, ἀλληλοθείς. In manuſcriptis exemplarib. legitur *adolari* pro *adulari*. Neque temerè in multis aliter ſcriptum reperias. *Joſ. Scaliger.*

*Adulari.*] Sane non video quid velit Paulus cum *adulari ex accedendo & adludendo* dicit eſſe compoſitum. Legebat Scaliger *adulari eſt compoſitum ex ad & ludendo.* In MSS. Codd. legitur *adolari* pro *adulari*, neque temerè in multis aliter ſcriptum reperias, unde non malè *adolari* ſimplici l pro *adollari* dictum ſit quaſi ad ollam ire, ollam ſectari, quod paraſitis ſolenne.

*Adulter.*] A præpoſitione *ad* & *alter*. Nam *a* in compoſitione vertitur in *u*. Malè alii *adulterium* quaſi *ad alterum torum*; adulter, adulterium. Inde *adulterina ſigna* quæ alienis annulis ſunt facta. Et *adulterini nummi*, *adulterina ſtatera*, *adulterinum teſtamentum*, &c. *Dacerius.*

*Advoſem.*] Gloſſarium: *Advores*, ἐναντίος, ἐπιβουλεύων. *Joſ. Scaliger.*

*Advoſem.*] *Advorſus*, extrito r *advoſus*, à quo *advoſis*. Sed dicebant etiam hic *advorſis* & hoc *advorſe*, hic *advoſis* & hoc *advoſe*. Gloſſ. advores, ἐναντίος, ἐπιβουλεύων, *advores, hoſtes, qui inſidias ſtruit.* Perperam igitur quidam legendum putarunt *advoſtem*. *Dacerius.*

*AE.*] Notum eſt in veteribus monimentis AIMILIUS ſcriptum eſſe. item in libris. *Joſ. Scaliger.*

*AE ſyllabam.*] Sic in vett. monimentis, item in libris ſcriptum eſt, *Aimilius* more Græcorum. *Dacerius.*

*Ædilis.*] Vox *magiſtratus*, videtur adjecta. *Ful. Urſinus.*

*Ædilis.*] *Ædilis*, inquit, *primò magiſtratus dictus eſt. deinde ad magiſtratus tranſlatum eſt.* Quid iſtud verbis eſt? Sane ego non intelligo. Et verum eſt illud verbum MAGISTRATUS abundare, ut ita legatur: *Ædilis initio dictus eſt, qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam privatarum curam gerebat.* Nam hoc nomine omnes, ut loquitur Lucretius, *ædituentes vocabantur*: Ædilis enim principio æditimum ſignificabat. Hæc eſt mens Feſti. Gloſſarium: *Ædilis*, ὁμῆλιξ, ἀγορανόμος. Vocat ὁμήλικα, qui in iiſdem ædibus adolevit. In eodem, *Æditilis* νεωκόρος. *Joſ. Scaliger.*

*Ædi-*

Ædilis initio dictus eſt magiſtratus, qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam privatarum curam gerebat, poſtea hoc nomen & ad magiſtratus tranſlatum eſt. Dictus eſt autem Ædilis, quod facilis ad eum plebi aditus eſſet. ſed & Ædilatus dicebatur eadem dignitas; ſicut pontificatus, magiſtratus.

Ædis, domicilium in edito poſitum, ſimplex, atque unius aditus. ſive ideo ædis dicitur, quod in ea ævum degatur, quod Græce αἰὼν vocatur. itaque ædificare, cum ſit propriè ædem facere, ponitur tamen pro omni genere conſtructionis καταχρηστικῶς.

Æditimus, ædis intimus.

Æditus, ſacræ ædis tutor. id eſt curam agens.

Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo ſint inſulæ; ut procul aſpicientibus ſpecies caprarum videantur. ſive quod in eo Ægæa Amazonum Regina perierit. ſive quod in eo Ægæus pater Theſei ſe præcipitaverit.

Ægrum ex Græco ἀνιγρὸν appellatur. à quibuſdam putatur voce doloris appellari, quod eſt αἲ αἲ.

## NOTÆ.

*Ædilis initio dictus eſt.*] Veriſſimum eſt quod monuit Scaliger, initio vocem *magiſtratus* abundare quippe quæ ex linea tertia per librariorum incuriam huc irrepſit. Legendum igitur, *Ædilis initio dictus eſt qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam privatarum curam gerebat.* Ait enim Feſtus omnes æditos, vel ut loquitur Lucretius, *Æditnentes* Ædiles vocatos fuiſſe. Poſtea *Ædilis* ad Magiſtratus tranſlatum, ad quos etiam pertinebat ædium cura.

*Dictus eſt autem.*] Ab adeundo ædilis, quod placuit etiam Theophilo lib. 1. Inſtitut. tit. 2. malè, nam ab *æde ædilis*, ut *ovilis* ab *ove*. *Dacerius.*

*Ædis.*] Corruptum illud, *Ædis, domicilium in edito poſitum.* Imo contrà Varro, quæ plano pede aditur, vult ædim dictam. Lego igitur: *Ædis, domicilium in aditu poſitum:* ſimplex, atque unius aditus. Et ſane ædes prius à veteribus Ro. dictæ fuerunt, quæ à Græcis οἰκόπεδα, hoc eſt ædificia, quæ de plano adeuntur, vel, ut Tertullianus in libro de pallio, planitus adeuntur. *Joſ. Scaliger.*

*Ædis domicilium in edito.*] Lege potius cum Scaligero *in aditu.* Varr. lib. 4. de L. L. *Ædes ab aditu, quod plano pede adibant. Itaque ex ædibus efferri indictivo funere præco etiam eos dicit qui è tabernis efferuntur; & omnes in cenſu villas inde dicimus ædes.* Et ſane ædes veteribus Romanis quæ Græcis οἰκόπεδα ædificia quæ de plano adeuntur.

*Sive ideo ædis.*] Ineptum etymon. Potius à Græco αὖλις quod domicilium, habitationem interpretatur Euſtathius.

*Ponitur tamen.*] Abuſivè & per tranſlationem *ædificare* de re qualibet, quæ quacumque opera fabricatur. Ut Virgil. de equo:

*Inſtar montis equum divina Palladis arte*
*Ædificant.* *Dacerius.*

*Æditimus, ædis intimus.*] Ineptè dictum eſt. melius Ser. Sulpicius, ut Cicero in Topicis refert, in finitimo, legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum, quam in meditullio tullium, ſed productionem eſſe verbi vult. Hic, ut Varro ait lib. 1. de re ruſt. & lib. 11. de ling. Latina, apud Gellium lib. XII. cap. X. poſtea æditus appellatus eſt, non *ab ædibus tuendis*, ut Varro, Feſtus, & alii exiſtimant: ſed quia æditumus prius diceretur, & una littera eliſa ſit. Sic teſtamentum non à mente ducitur, ſed productio verbi eſt, ut in veſtimento, & pavimento. Gell. lib. VI. cap. XII. Vide Chariſ. lib. 1. *Ant. Auguſtinus.*

*Æditimus, ædis intimus.*] Ridiculè. Æditimus ab *æde* tantum. *Timus* nihil aliud eſt quam vocis productio. Pro *æditimus*, æditumus, & ſublato m *æditus*, non verò ab ædibus tuendis, ut infrà Paulus. *Æditimus* enim antiquior eſt, *æditus* recenti novitate effictus. Varr. lib. 1. de r. r. *Rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à Patribus noſtris, ut corrigimur à recentibus urbanis, ab æditus.* *Dacerius.*

*Æditus.*] Videndus Varro in libris de lingua Latina, & Paulus, & Juſtinianus ſub titulo de tutelis: & ea, quæ antea ſcripſi. *Ant. Auguſtinus.*

*Ægeum mare.*] Varr. lib. 6. de L. L. *Ægeum dictum ab inſulis: quod in eo mari ſic ſcopuli vocantur: à ſimilitudine caprarum.* Nam Capræ Græcis αἶγες. Alii ab Ægeo Theſei patre nomen inditum tradunt, ut Plutarch. in Theſeo Hyginus fab. 43. verius qui à loco quodam Eubœæ qui Græcè Αἰγαί, Euſtath. ad Dionyſ. periegeten, ibi Neptunus equos ſtatuit. Homer. Iliad. 5.

Αἰγας, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης.
Ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων.
*Ægas, illic autem ei pulcra ædes in profunditatibus maris*
*Ibi equos ſtatuit Neptunus.*

Vide Euſtath. ibid. Et Strabonem lib. 8.

*Ægrum.*] Quamvis ἀνιγρὸν merè poëtica vox ſit, non ideo tamen ita temerè rejicienda: rectè enim ex

Ægyptinos, Æthiopas.
Æmidum, tumidum.
Æmiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ philoſophi filio cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos. alii, quod ab Aſcanio deſcendat,
52 qui duos habuit filios Iulum & Æmilon.
Ænariam appellavere locum, ubi Æneas claſſem à Troja veniens appulit.
Ænatores cornicines dicuntur, id eſt cornu canentes.

## NOTÆ.

ex *agrum*. ἀνιγρὸν ſublato ν αἰγρὸν, *agrum*. ἀνιγρὸν Heſychius interpretatur φαῦλον *malum* quod tam de improbo quam de ægro dici ſolet. Neque tamen caret ratione ægrum eſſe ab αἲ αἲ, ut ultima ſyllaba ſit vocis productio. *Dacerius.*

*Ægrum.*] Jam ſuperius monuimus pleramque Græcarum vocum partem ſuppoſititiam eſſe. Neque magis erratum eſt, quam ubi Græca vox deſiderabatur, ut hîc ex una etymologia duæ conflatæ. Sane illud ἀνιγρὸν, quod eſt poëticum, non eſt unius aſſis. Sed ita puto Feſtum ſenſiſſe: Ægrum ex Græco à quibuſdam putatur à voce doloris appellari, αἲ αἲ. Neque prorſus caret ratione. Nam veteres ſcribebant Aigrum. *Joſ. Scaliger.*

*Ægyptinos.*] Æthiopas eos intellige qui in Ægypti parte olim habitarunt, unde & Ægyptus tota Æthiopia quondam dicta eſt. *Dacerius.*

*Ægyptinos.*] Hîc Æthiopas accipiendum pro nigris hominibus, non tantum pro natione. Nam Ægyptium vocabant nigrum, ſeu fuſcum. Gloſſarium: Ægyptium, φαιόν. In quo ſequuti ſunt Græcos, qui αἰγύπτιον, μέλαν vocabant. ut & αἰγυπτιῶσαι, μελαίνειν. Unde Plautus colorem fuſcum dixit volturinum. Nam αἰγυπιὸς, vultur, Græci cum ſcirent ab ipſis Ægyptiis Nilum שחור vocari, hoc eſt μέλαν, ἰσοδυνάμως verbo ſuo αἰγύπτιον reddiderunt. Nam αἰγυπιὸς, ut jam monuimus, μέλας. ſic cum ſcirent Edom ἐρυθρὸν Græcè reddi, ab eo τὴν θάλασσαν ἐρυθραῖαν appellaverunt ſinum Arabicum. Quod autem Nilum αἰγύπτιον vocarint, ſatis patet teſtimonio Homeri, qui αἰγύπτιον fluvium illum vocat. Cur autem Nilum vocarint, non magis mihi liquet, quam cur Iſtrum Danubium: Eridanum Padum: Ararim Sagonam. *Joſ. Scaliger.*

*Æmidum.*] A copia ſanguinis qui Græcè αἷμα. Gloſſ. Iſidori *amidus, tumidus, inflatus.* Et Gloſſarium, æmidus, πεφυσημένος. i. inflatus. *Dacerius.*

*Æmidum.*] Et Gloſſarium. Æmidus, πεφυσημένος. Manifeſtò παρὰ τὸ αἷμα, Gloſſæ Iſidori: Æmidus, tumidus, inflatus. *Joſ. Scaliger.*

*Æmiliam gentem.*] Eam tamen Plutarch. in Numa à Mamerco Numæ regis Filio, unde & Æmilii à gentis principe *Mamerci* & Mamercini dicti ſunt. Alii ab Æmilio Aſcanii filio. Interpres Virgil. ad illud *progeniem ſed enim, gentem*, inquit, *innuit Æmiliam ab Æmilio Aſcanii oriundam, ex qua Scipio Æmilianus fuit, qui Carthaginem diruit.*

*Ænariam.*] Campaniæ litori objectam inſulam; ab Æneæ ſtatione ſic dictam. Plin. *Ænaria ab ſtatione navium Æneæ, Homero inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine ut aliqui exiſtimavere, ſed à figlinis doliariorum.* Sed hæc perabſurda, neque enim Homerus *Inarimen* dixit, licet ita Virgilius, Ovidius & alii quique inferiores poëtæ, ſed disjunctis vocibus εἰν Ἀρίμοις *in Arimis.* Et ab Ænea non diceretur *Ænaria* ſed *Æneaeria* ſive potius *Æneia*, & à doliis *Pithuſa.* At à ſimiis eſt *Pithecuſa*, ut in Africa *Pithecuſa*, de quibus Diodor. lib. 2. Sic hanc Pithecuſam inſulam dici volunt à Cercopibus in ſimias à Jove mutatis & deinceps illo tranſlatis. Vide *Cercopa.* Quin & *Ænaria* vel *Enaria* potius, nomen eodem refert Servius lib. 8. Æneid. *Inarime nunc Enaria dicitur &, quia in eam ad contumeliam ſimiæ miſſa ſunt, quas Grajorum lingua ἀρίμους id eſt enares dicunt, ob quam cauſſam Pithecuſam etiam vocitant.* Nempe ut *ſimius* dicitur quia *ſimus* eſt. Ita *Enaris* quia *ſine naribus.* *Enaris* ut *elumbis, elinguis.* Itaque ab *Enaribus* id eſt ſimiis ἀνάριοι, *Enaria* ſcribendum, quomodo legere eſt in Plutarchi Mario. Neque alio pertinet tertium hujus inſulæ nomen ἄριμοι apud Homerum, ſi ἄριμος eſt πίθηκος *ſimia* ut Strabo & Heſych. tradunt. Ut ut ſit, vocabulum eſt è Phœnicibus tranſlatum, nam Hebræis *harum, harem* vel *harim* eſt *ſimus*, & Arabibus *harm* eſt *ſimitas*, & *harima* verbum primæ inflexionis ſimum *eſſe.* Ut optimè Doctiſſimus Bochartus in Geographia ſacra. *Dacerius.*

*Ænatores.*] Romæ, & in caſtris longè diverſiſſimus tubæ, & cornu uſus, vel æneatorum, & cornicinum. Romæ æneatores Comitia Tributa convocabant, cornicines Centuriata. In caſtris ad tubicinem milites tantum movebantur, ad cornicinem etiam ſigna, & cum in militem animadvertebatur extra portam decumanam: ut & Romæ exercitus, ſeu Comitia Centuriata convocabantur, cum in caput civis Romani animadvertebatur, deducebaturque reus per Exquilinam portam, unde claſſicum dictum, quod non niſi claſſes, & exercitus per cornu evocarentur. Gloſſarium: *Claſſicarii*, σαλπιγκταί. Ergo æneatores vocat cornicines, quod, ut ait Varro, ex ære fieri cœpta, quæ antea ex cornu animalis. Græci tam cornicines, quam æneatores uno generali nomine vocant σαλπιστάς. Latini *buccinatores.* *Joſ. Scaliger.*

*Æna-*

Digitized by Google

Æneolum, quod ex ære fit dicimus.

Ænesi dicti ſunt comites Æneæ.

Ænulum, vas ex ære parvum.

Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dimus æquinoctiale. quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc conſentiunt ἰσημερίαν, id eſt æquidiale, dicentes.

Æquilavium ſignificat ex toto dimidium. dictum à lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit ſordibus.

Ærarii Tribuni à tribuendo ære ſunt appellati. Ærarium ſane populus Romanus in æde Saturni habuit.

Æribus pluraliter ab ære, id eſt æramento dicit Cato.

Ærosam appellaverunt antiqui inſulam Cyprum; quod in ea plurimum æris naſcatur.

Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant. quarum uſum quia C. Marius rettulit, muli Mariani poſtea appellabantur. Itaque ærumnæ labores oneroſos ſignificant ſive, à Græco ſermone deducuntur, nam αἴρειν Græce, Latine tollere dicitur.

Æruſcare, æra undique, id eſt pecunias, colligere.

Æſtimata pœna ab antiquis ab ære dicta eſt. qui eam æſtimaverunt ære: ovem decuſſi, bovem centuſſi, hoc eſt decem & centum aſſibus.

## NOTÆ.

*Ænatores.*] Pro æneatores, ab ære enim *ærineus*, per Syncop. *æneus*, *ænus* & *aënus*. Ænatores Cornicines quod ut ait Varro lib. 4. de L. L. *Ea quæ nunc ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu*. Verum poſt tubarum inventionem Romæ & in caſtris diverſiſſimus Æneatorum atque cornicinum uſus fuit, ut optimè notavit Scaliger. *Dacerius.*

*Ænulum.*] Gloſſarium: *Æna*, λέβης. Iſidorus per E. *Enulum*, *caldarium*. *Joſ. Scaliger.*

*Æneolum.*] Ab ære, *ærineum*, per ſyncopen *æneum* à quo diminutivè *æneolum*.

*Ænulum.*] Pro *æneus dicebatur aënus*, unde *aëneum*, inſerta aſpiratione *ahenum*, diminutivè *ænulum*. Gloſſ. *Æna* λέβης. Iſidorus per E. *Enulum*, *Caldarium*.

*Æquidiale.*] Gloſſ. *Æquidiale*, ἰσημερινόν. *Æquinoctium*, ἰσημερία. Sic & meridiem de media nocte dixere veteres. Varro Marcipore.

*Repente noctis circiter meridiem. Dacerius.*

*Æquilavium.*] Iſidorus quoque in Gloſſis: *Æquilotium*, æquatio. *Joſ. Scaliger.*

*Æquilavium.*] Malè quidam *æquilanium*. Æquilavium eſt æquatio, cum id quod lavatur ad dimidium decidit. Iſidor. in Gloſſar. *Æquiletium*, *æquatio*. *Dacerius.*

*Ærarii Tribuni.*] Et Gloſſarium: *Ærarius*, ταμιοῦχος. *Joſ. Scaliger.*

*Ærarii Tribuni.*] Idem Varr. lib. 4. de L. L. *Tribuni quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi redderent, Tribuni ærarii dicti.*

*In æde Saturni.*] Sub Clivo Capitolino, eam ærarium fecit Valerius Publicola.

*Æribus.*] Æra, ærium, æribus. Liv. lib. 5. *Tribuni ſollicitant animos, illud eſſe dictitantes quod æra militibus ſint conſtituta. Dacerius.*

*Ærumnulas.*] Ut ab ἐλασμόν, vel ἠλασμόν, *lamina*, & *lamna*: ita ab αἰρεσμόν, *ærumina*, *ærumna*. *Joſ. Scaliger.*

*Ærumnulas.*] Hanc vocem hodie non invenies apud Plautum. Ab αἴρω *tollo* αἰρεσμόν, *ærumina*, *ærumna*, *ærumnula*. Ut ab ἐλαμίνη vel ἠλαμίνη *lamina*, *lamna*. De mulis Marianis vide ſuo loco.

*Itaque ærumnæ labores oneroſos.*] Ut partus dolores Plaut. Amph. 1. 2.

*Pater curavit uno ut fœtu fieret;*

*Uno ut labore abſolvat ærumnas duas. Dacerius.*

*Æruſcare.*] Æruſcatores, quos Græci ἀγύρτας & μητραγύρτας vocant, etiam Æſculatores dicebantur. Gloſſarium, *Æſculator*, χαλκολόγος. *Joſ. Scaliger.*

*Æruſcare.*] Χαλκολογεῖν, id eſt νομίσματα συλλέγειν Heſych. i. *nummos colligere*. Nummi enim minimi pretii *æra* dicebantur. Græcis χαλκοί. Æruſcatores etiam æſculatores dicti. Gloſſ. *Æſculator*, χαλκολόγος. Græci ἀγύρτας & μητραγύρτας vocant. *Dacerius.*

*Æſtimata pœna.*] Hæc multa eſt, ut Gellius notat lib. XI. cap. 1. & Feſtus verbo *Multam*, & *ovibus*, & *peculatus*. *Ant. Auguſtinus.*

*Æſtimata pœna.*] Certa multa æris ſecundum æſtimationem ejus rei propter quam indicta eſt.

*Decuſſi.*] Decuſſis nummus æreus decem aſſium, minori ſeu priori denario Romano par pretio, Turonicorum denariolorum quadraginta duorum, trium

Fran-

Æſtimias, æſtimationes.

Æſtuaria ſunt omnia, qua mare viciſſim tum accidit, tum recedit.

Agaſones equos agentes, id eſt minantes.

Agea via in navi dicta, quod in ea maxima quæque res agi ſolet.

Agedum ſignificat age modo. eſt enim adhortantis ſermo.

Agere, modo ſignificat ante ſe pellere, id eſt minare. Virgilius: & potum paſtas age Tityre. Modo ſignificat jurgari: ut cum dicimus, agit cum eo furti. modo rependere: ut cum dicimus, gratias ago. modo verbis indicare: ut cum dicimus cauſam ago. Quin etiam ſi acceſſit geſtus, & vultus quidam decor: ut cum ſcenici agere dicuntur.

Agina eſt, quo inſeritur ſcapus trutinæ. id eſt in quo foramine trutina ſe vertit. unde aginatores dicuntur, qui parvo lucro moventur.

Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod ſignificat caſtum. eo quod ſit hoſtia pura, & immo-

## Notæ.

Francicorum ſolidorum cum dimidio. Ergo centuſſis nummus æreus centum aſſium, Francicorum ſolidorum triginta quinque.

*Æſtimias.*] Lex 12. tabul. *Tribus nundinis continuis in comitium procitato, ariſque æſtimiam prædicato.* Pro *æſtimia* poſtea dixere *æſtimium.* *Dacerius.*

*Agaſones.*] *Minandi* verbo pro agendo, vel ducendo utitur Paulus, nam Feſti uſum ignoramus; ſic paulo poſt Agere, ante ſe pellere, id eſt minare: & verbo *inigere* utitur in eadem ſignificatione vetus interpres ſacrorum librorum: & una littera mutata Itali omnes *menare* dicunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Agaſo.*] Gloſſarium: δοῦλος, κληματία. lege, δοῦλος ἐπὶ κλήνεσιν. *Joſ. Scaliger.*

*Agaſones.*] Equorum vel aſinorum ductores Tarentina lingua. Nam Tarentinorum proprium eſt ſimplicia verba per paragogen producere, ut ab ἄγω, *duco* ἀγάζω, ἀγάζων, *agaſo.* Sic ab κνάω ſcalpo, κνάζω, κνάζων, unde *cnaſo* acus qua mulieres caput ſcalpunt.

*Minantes.*] Vox *minare* poſterioribus ſæculis uſurpata eſt pro *ducere* unde Itali *menare*, Vaſcones *mena.* Antea pro *minari.* Quare hæc Pauli ſunt, non Feſti. *Dacerius.*

*Agea.*] Gloſſarium: *Agear*, παραμῆραν. καὶ πάροδος πλοίου. ubi conjunctio καὶ ſuperflua eſt. Cætera corruptiſſima ita legenda: *Agea*, παρὰ Ἐννίῳ, ἡ πάροδος πλοίου. Iſidorus in etymologicis lib. XIX. *Agea*, inquit *via ſunt, vel loca in navi, per qua ad remiges hortator accedit. de qua Ennius:*

> Multa forom, pontes &, ageaque longa repletur.

Hæc ille, quæ emendationem noſtram confirmant. *Joſ. Scaliger.*

*Agea.*] Ineptè Paulus ab agendo. Nam eſt à Græco ἀγυιὰ *via.*

*Modo ſignificat jurgari.*] Ut, *agit cum eo furti.* Et ſi ibi *agit* non tam jurgatur, quam furti actionem intendit, nam jurgari de rebus levioribus dicitur.

*Quin etiam ſi acceſſit geſtus.*] Vide *actus.* *Dacerius.*

*Agina.*] Placidus in Gloſſ. *Aginam ſcapum trutinæ, quod eo menſura ponderis agatur.* *Ful. Urſinus.*

*Agina. Aginatores.*] Gloſſarium: *Aginat*, σρατδεύεται. *Aginare*, σρατδεύειν. Lege, τρακτεύεται. & τρακτεύειν. Id enim ſignificat negotiari. eſtque verbum infimæ vetuſtatis, à Latino detortum. quo non rarò utuntur Conſtitutiones Imperatorum Græcæ. Et τρακτεύεται in iiſdem Conſtitutionibus. Iſidorus in Gloſſis: *Acinari, tricari. in parvo morari.* Idem: *Aginantes, explicantes.* *Joſ. Scaliger.*

*Agina.*] Placidus in Gloſſ. *Aginam ſcapum trutina quod eo menſura ponderis agatur.* Inde *aginatores* negotiatores qui tricantur & in parvo morantur. Gloſſ. Iſidori, *acinari, tricari, in parvo morari* Gloſſarium, *aginat*, διαπραγματεύεται, σφίγγει, μηχανᾶται. i. *Negotiatur, tricatur, dolos ſtruit.* Item, *aginare*, τρακτεύεσθαι. *Aginat*, τρακτεύει Ut optimè correxit Scaliger, τρακτεύεσθαι enim & τρακτεύειν eſt *negotiari* à Latino *tractare* detorſum & frequenter in conſtitutionibus Græcis Imperatorum occurrit, ut & nomen τρακτευτῶν id eſt, *tractantium*, ſive, *negotiatorum.* *Dacerius.*

*Agnus.*] Quod venit ex Græco λύκος. imo, quod venit ex Græco ἡ λύκος. vult enim in eo ſecutos eſſe veteres Græcos, qui ἡ ἵππος, ἡ ἄρκτος, & ſimilia dicunt. Non enim hîc quærit etymon lupi: ſed rationem, quare feminino genere dicunt veteres. porro quod ait agnum utroque genere à veteribus enunciari, habes in Lege Numæ de opimis ſpoliis. AGNVM. MAREM. CAEDITO. Et in Pellex, AGNVM FEMINAM. nam non agnam, ſed agnum feminam dicebant, ut non lupam, ſed lupum feminam. Ennius:

> *Endotuetur ibi lupu' femina conſpicio amens.*

*Joſ. Scaliger.*

*Agnus.*] Lege infrà ut optimè Scaliger, *quod venit, ex Græco* ἡ λύκος. Non enim quærit etymon lupi ſed indicare vult Latinos in eo ſecutos eſſe veteres Græcos qui ἡ ἵππος, ἡ ἄρκτος & ſimilia dicunt. Et quod ait *agnum* utroque genere à veteribus enuntiari,

Digitized by Google

lationi apta. Agnus ex Græco ἀμνὸς deducitur. quod nomen apud majores communis erat generis, ſicut & lupus, quo venit ex Græco λύκος.

Agolum, paſtorale baculum, quod pecudes aguntur.

Agonias, hoſtias putabant ab agendo dictas.

Agonium dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. hoſtiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabant deum dici præſidentem rebus agendis: Agonalia ejus feſtivitatem. ſive quia agones dicebant montes: Agonia ſacrificia, quæ fiebant in monte. hinc Romæ mons Quirinalis Ægonis, & collina porta Agonenſis. Agonium id eſt ludum, ob hoc dictum, quia locus in quo ludi initio facti ſunt, fuerit ſine angulo. cujus feſta Agonalia dicebantur.

## Notæ.

tiari, habes in lege Numæ de opimis ſpoliis, *agnum marem cedito*. Et in *pellex, agnum feminam cedito*. Nam non *agnam, ſed agnum feminam*. Non *lupam, ſed lupum feminam*, Ennius.

*Endotuetur ibi lupus femina, conſpicio amens.*

Et Græci cum dicunt ἡ ἵππος ſubintelligunt θήλεια. Nam Pindarus dixit ἵππος θήλεια. ἔλαφος θήλεια. Homerus βοῦν ἄρσενα. Sic *mares homines*: canis fæmina: *Civis femina*. *Leo femina* dixit Plaut. *Bos femina*, Livius. *Polypus femina*, Plin. *Porcus femina*, Cato & Cicero. *Anguis femina* & *anguis mas*, Cicero. Et alia multa. In his autem & ſimilibus epicœnis ſi adjectivum adjicitur contra terminationem, *mas* vel *femina* debet intelligi. Ut *equus velociſſima*: *Bos auratus*: *Elephantus gravida*. Sic apud Virgil. *Ne ſævi magna ſacerdos*. Et, *amphriſia vates*: Sic Ovid. in epiſt. *nova miles*. *Dacerius*.

*Agolum.*] Suſpicor detortum à Græco, ἀγελαῖον. nam prius *Agelum*. ut Apello, Apollo. *Joſ. Scaliger*.

*Agelum.*] Prius dicebatur *agelum*. Nempe detortum à Græco ἀγελαῖον, Scal. Sed fruſtra, ut à *cingo, cingulum*, ſic ab ago, *agulum*, u in o *agolum*. *Dacerius*.

*Agonias hoſtias.*] *Gloſſarium*: *Agonia*, ἱερεῖον. non *Aglonia*, ut hodie legitur. item: *Agonalia*, & *Agonaria*. θυσία. Gloſſæ Iſidori: *Agones*, victimæ. *Agonia*, hoſtia. *Joſ. Scaliger*.

*Agonium.*] *Agonium, id eſt, ludum* locus mendoſus. Varro præter dies Agonales, quos dictos eſſe ait ab agone, quod per eos rex ſacrorum in regia arietem immolet: Agonia appellata eſſe ait etiam Liberalia in libris Saliorum Agonenſium. Ovid. lib. 1. Faſtorum, cur Agonalia dicantur, plures reddit cauſas, quarum ultima hæc eſt:

*Fas etiam, fieri ſolitis ætate priorum*
*Nomina de ludis Græca tuliſſe diem.*
*Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo:*
*Veraque judicio eſt ultima cauſa meo.*

Si ludicrum pro ludo legeremus minus laboraremus. *Ant. Auguſtinus*.

*Agonium dies.*] Qui & *agonalis* Ovidio i. Faſt.

*Janus agonali luce piandus erit.*

Item,

*Et prius antiquus dicebat agonia ſermo.*

Ratio autem nominis incerta eſt. Varr. lib. 4. à voce *agone*. quia ſacrificulus vel populum vel principem civitatis interrogabat an hoſtiam feriret? *Dies agonales*, inquit, *per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agone; eo quod interrogatur princeps civitatis, & princeps gregis immolatur*. Quem locum utinam ne male cepiſſet, vir longe doctiſſimus qui *agone* hoſtia interpretatur cum ſit pro *ferione?* Jubesne ut agam, feriam. Neque enim niſi juſſus feriebat. Ut Ovid. 1. Faſt. Ubi & alia proponit.

*Rex.*] Regem ſacrificulum intellige qui *rex* abſolute dicebatur.

*Agonium etiam.*] De agonio Deo nihil alibi. Quæ ſequuntur, *agonalia ejus feſtivitatem*, ne Pauli quidem ſunt, & eorum ſedem occupant quæ in fine leguntur, *cujus feſta agonalia dicebantur*. Lege igitur rejectis gloſſematis, *Agonium etiam putabant Deum dici præſidentem rebus agendis, cujus feſta agonalia dicebantur*. Scaliger. Agonalia autem alia erant 5. Id. Januar. & 12. Kal. Jun. alia propridie Id. Decemb. de quibus vide *Septimontium*.

*Agones dicebant montes.*] Quippe initio ludi, qui Græce ἀγῶνες, fiebant in montibus.

*Mons Quirinalis Ægonis.*] Lege: *Mons Quirinalis Agonius*, vel *Agonus*. Vide *Quirinalis*. *Dacerius*.

*Agonium.*] Non tam Paulo adſcribendi ſunt errores immanes, qui hic inoleverunt, quam poſterioribus emendatoribus. Tranſpoſita enim multa: multa etiam corrupta. Primum ita revocanda ſunt: quæ in alienas ſedes irrepſerant. Agonium etiam putabant Deum dici præſidentem rebus agendis: cujus feſta Agonalia dicebantur. Nam illa verba ne Pauli quidem ſunt: AGONALIA EIUS FESTIVITATEM. Sed de Agonio, quod ſequitur circa finem, penitus prodigioſum eſt. Id nos non dubitamus ita legere: *Agonium, locus, in quo ludi initio facti ſunt, ob hoc dictum, quia fuerit ſine angulo*. Ubi primum tranſpoſitione peccatum erat: deinde adjectione harum vocum ID EST. quod ſæpe accidere hic, ſupra notavimus. Huic etymo congruit quod vetuſtiſſimi



Digitized by Google

Albegmina partes extorum, quæ diis immolabant.

Albeſia ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. hæc eadem decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, ut decumani fluctus.

Albiona ager trans Tiberim dicitur, à luco Albionarum: quo loco bos alba ſacrificabatur.

Albogalerus à galea nominatus. eſt enim pileum capitis, quo Diales flamines, id eſt ſacerdotes Jovis utebantur. fiebat enim ex hoſtia alba Jovis cæſa: cui adſigebatur apex virgula oleagina.

Albula Tiberis fluvius dictus ab albo aquæ colore. Tiberis autem à Tiberio Silvio rege Albanorum: quod is in eo extinctus eſt.

Album, quod nos dicimus, à Græco, quod eſt ἄλφον, eſt appellatum. Sabini tamen alpum dixerunt. unde credi poteſt nomen Alpium à candore nivium vocitatum.

## NOTÆ.

mi Grammatici Græci dicunt περὶ τῦ ἀγῶνος. ἀγὼν, inquiunt, ἀγορὰ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς, ἢ διὰ τὸ ἄγειν, ἢ διὰ τὸ κυκλοτερῆ εἶναι, καὶ μὴ ἔχειν γωνίας, οἷόν τινα ἀγώνιον ὄντα. *Joſ. Scaliger.*

*Agonium id eſt ludum.*] Hic tranſpoſitione peccatum eſſe ait Scaliger qui verba diſponit. *Agónium, locus in quo ludi initio facti ſunt & ob hoc dictum quia fuerit ſine angulo.* Sed & vetus ſcriptura defendi poteſt, agonium enim & ludum, & locum ubi ludus celebratur, ſignificat, ut Græcis ἀγών. Addit, *quod fuerit ſine angulo* agonium dictum, cui etymo congruit quod vetuſtiſſimi Grammatici Græci dicunt, ἀγὼν, ἀγορὰ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς, ἢ διὰ τὸ ἄγειν, ἢ διὰ τὸ κυκλοτερῆ εἶναι, καὶ μὴ ἔχειν γωνίας οἷόν τινα ἀγώνιον ὄντα. i. *Agon, concio dicitur apud Bœotos, vel ab agendo, vel quia rotunda ſit & non habeat angulos quaſi agonium quiddam exiſtens.* Vide Euſtath. in Iliad. p. 1335. *Dacerius.*

*Albegmina.*] Lege *Ablegmina. ſunt partes, quæ diis porriciebantur*, quæ propterea dicebantur proſiciæ, & proſecta tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Id enim eſt *ablegere*, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολέγειν. Ergo Ablegmina, ἀπολεγμοί. Apud Plautum, *Ablectas ædes*, in Moſtellaria. Neque enim mendum eſt, quod putant doctiſſimi viri. Ablectæ ædes, ἠθετημέναι. & quaſi eſſent pro derelictis. Sententiam meam adjuvant Iſidori Gloſſæ. *Ablegmina*, inquit, *partes extorum, quæ proſegmina* dicuntur. Sed Tertullianus elegantiſſime ablegmina circumlocutus eſt his verbis: *Non dico quales ſitis in ſacrificando, cum enecta, & tabidoſa quæque mactatis: cum de opimis, & integris ſupervacua quæque truncatis, capitula, & ungulas: quæ domi pueris, vel canibus quoque deſtinaſſetis.* Quæ verba etiam Homericum ὠμοθετεῖν explicant. *Joſ. Scaliger.*

*Albeſia ſcuta.*] Duæ fuerunt Albæ. Varr. lib. 7. de L. L. *Cum duæ ſint Albæ, ab una dicuntur albani, ab altera albenſes.* Illa eſt in Latio ſub monte Albano, hæc in Marſis ad lacum Fucinum circa fontes Anienis, quare optime Feſtus Albenſes Marſi generis dicit.

*Decumana.*] Vide *Decumana ova.*

*Albiona ager.*] De quo mirum apud veteres ſilentium ut de luco Albionarum. *Dacerius.*

*Albogalerus.*] Suetonius in libro de genere veſtimentorum ſcripſit, tria genera pileorum eſſe, quibus ſacerdotes utuntur, *Apicem, Tutulum, Galerum. Apicem*, pileum ſubtile circa medium, virga eminente. *Tutulum*, pileum lanatum metæ figura. *Galerum*, pileum ex pelle hoſtiæ cæſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Albula Tiberis.*] Euſtath. in Dionyſ. καὶ ὅτι Τίβερις Ἄλβουλος ποτὲ καλούμενος. Corrige ἄλβουλας. Neque enim dictus *albulus*, ſed *albula*, ſed cur ab aquis albis cum flavum eum dicat Virgil. *Multa flavus arena.* Et Horat. *Flavus quam Tiberis lavit.* Nempe ibi flavus nihil aliud eſt, quam pulcer, limpidus, *ut cæruleus*, Virg. *Cæruleus Tibris.*

*A Tiberio Sylvio.*] Optime viri docti *Tiberino.* Hic Calpeto patri ſucceſſit, & in Albula ſubmerſus nomen reliquit fluvio. Ovid. Liv. infra in voce *Tiberis* ait, *vel à Tiberino. vel à Tibri, vel Tiberi rege Tuſcorum.* Sane & Euſtath. in Dionyſ. à Tiberio quodam rege dictum refert ex Dione.

*Album.*] Alii tamen alpibus non à colore, ſed ab altitudine nomen inditum tradunt. *Albus* enim vel *alpus* Gallis, qui olim Germanica lingua locuti ſunt, *altum* ſignificat, unde Iſidorus, *Gallorum lingua Alpes montes alti vocantur.* Et Annibal apud Liv. lib. 21. Sect. 30. *Quid aliud Alpes eſſe credentes quam montium altitudines?* Hinc intelligendus Euſtath. in Dionyſ. Ἡ δὲ Ἄλπις, inquit, μέγιστον ὄρος δὲ ὃ καὶ πληθυντικῶς λέγονται αἱ Ἄλπεις. Φασὶ δὲ τὴν λέξιν ταύτην κατὰ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μετάληψιν ταὐτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. *Alpis, mons maximus, quare & pluraliter dicuntur, Alpes. Aiunt autem vocabulum illud Græce redditum idem valere quod clauſtrum.* Sed falſum eſt vocem Gallorum propriam fuiſſe, cum illam Græci etiam uſurpaverint; debetur autem Phœnicibus quibus *laban albus*, & *alben* forma Syra, *albeſcere.* Niſi malis ἄλπη cum aliis excelſum col-

Alcedo dicebatur ab antiquis pro halcyone. ut pro Ganymede Catamitus: pro Nilo Melo.
Alebria, bene alentia.
Aleonem, aleatorem. Nævius: peſſimorum peſſime, audax, ganeo, lurco, aleo.
Aletudo, corporis pinguedo.
Alga, quam mare ad littus projicit. Virgilius in Bucolicis. Projecta vilior alga.
Algeo ex Græco ἀλγῶ dicitur, id eſt doleo. ut ſit frigus, dolor quidam membrorum rigore conjectus.
Alica dicitur, quod alit corpus.
Alicariæ meretrices in Campania ſolitæ, ante piſtrina alicariorum verri quæſtus gratia. ſicut hæ, quæ ante ſtabula ſedebant, dicebantur proſtibulæ.
Alienatus, qui alienus eſt factus.
Alimodi pro aliuſmodi.
Aliorſum, & illorſum, ſicut introrſum dixit Cato.
Ali rei dixit Plautus pro eo, quod eſt aliæ rei.
Alites volatu auſpicia facientes iſtæ putabantur: buteo, ſanqualis, immuſculus, aquila, vulturius.

## NOTÆ.

collem interpretari ab Hebræo *al* vel *hal*, quod *celſum* ſonat, & *pen*, quod *collem* aut *verticem montis*.

*Alcedo.*] Varr. lib. 6. de L. L. *Hac avis à Græcis ἀλκυὼν, à noſtris alcedo dicitur.* Plaut. Pœnul.

*Jam Hercle tu periiſti niſi illam mihi tam tranquillam facis*
*Quam mare eſt olim cum ibi alcedo pullos educit ſuos. Dacerius.*

*Alebria.*] Gloſſarium: *Alebrius*, εὔτροφος, θρεπτὸς, τροφώδης. Pro θρεπτὸς male hodie θρεμβὸς in Gloſſario. Iſidori Gloſſæ: Alebra, bona, quibus alimur. Alibre, alimentum. Diomedes lib. 1. Per genitivum ſic, cum à perſona ablatum quid ſignificatur. veluti, Ab oratore accepi: A re alebri Ciceronis intellectum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Alebria.*] Ab *alendo* ut *aletudo* infrà. *Dacerius.*

*Aleonem.*] In verſu Nævii, veteres editiones habebant *luſtro* non *lurco*. Et ita inveni in membrana veteris Gloſſarii. Apud Catullum verſus, in manuſcripto codice in Mamurram ita legitur:

*Omnia magna hac ſunt. tamen hic & maximus ultor:*
*Non homo, ſed vere M. magna minax.* Legendum ſane: — *tamen hic eſt maximu' luſtro.*

Tranſpoſitæ tantum erant literæ. *Minacem* autem vocat jactabundum, & qui multa magnifice de ſe prædicet. Hoc enim eſt minari. Horatius:

*Atque vultus erat magna, & præclara minantis.*

Quod Græcorum imitatione dictum eſt, qui in eadem re verbo ἀπειλεῖν utuntur. Catullus ergo *minacem* vocat, quem poſtea Romani *Aretalogum*, ut docuimus in eruditiſſimum poëtam Auſonium. Locus ille Catulli à nobis emendatus illuſtris eſt, & inſignis: ac, ſiquis alius inter epigrammata, elegantiſſimus. *Joſ. Scaliger.*

*Aleonem.*] Ab *alea*, *aleo*, i. *aleator*. In verſu Nævii veteres editt. habent *luſtro*, non *lurco*. Sed cum *ganeo* & *luſtro* idem ſint, retineo *lurco* de quo vide in *lura*.

*Aletudo.*] Supra *alebria*.

*Algeo.*] Optime Bonaventura Vulcanius in ſuis ad vett. Gloſſ. notis legendum vidit infra, *ut ſit algor dolor quidam membrorum rigore collectus.* Hinc *algioſus* δυσριγής.

*Alica.*] Tritici vel farris genus Plin. lib. 18. cap. 7. unde etiam pro *pulte* Martiali Epig. 6. lib. 13.

*Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere dives.*

Vide Plin. lib. 18. cap. 11.

*Alicariæ.*] Quæ ante piſtrina alicariorum qui alicam molebant. Plaut. in Pœnul. Act. 1. ſc. 2.

*Projectas, piſtorum amicas, reliquias alicarias.*

id eſt, alicariorum reliquias.

*Proſtibulæ.*] *Quæ tibi olant ſtabulum ſtatumque*, eædem & *proſedæ*. Plaut. ſuprà.

*Alimodi.*] Ab *alius* genitivus antiquus *alii*, pro quo, *ali*, unde *alimodi*, ſic infra ali rei, pro *aliæ rei*.

*Aliorſum.*] Ab *alius* & *verſum* fit *alioverſum* per ſyncopen *aliorſum*, ut ab *illo verſum*, *illorſum*. *Introverſum*, *introrſum*. *Dacerius.*

*Ali rei.*] Plaut. in Milite: Qui niſi adulterio ſtudioſus, nulli aliæ rei eſt improbus. fortaſſe ex hoc loco Feſti ſcribendum eſt, ali rei. *Ant. Auguſtinus.*

*Ali rei.*] Nullibi opinor apud Plautum hodie legi *ali rei*. Niſi ita reſcribendum ſit in mil. Glor. 3. 1.

*Qui niſi adulterio rei nulla alia ſtudioſus eſt improbus. Dacerius.*

*Alites.*] De Sanquali, & immuſculo, vel immu-

Aliuta antiqui dicebant pro aliter, ex Græco ἄλλῃ & ἄλλως transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilii: SI QUIS ALIUTA FAXIT, IPSOS JOVI SACER ESTO.

Allus, pollex ſcandens proximum digitum: quod velut inſiluiſſe in alium videatur. quod Græce dicitur ἄλλεος.

Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſcœniſſimi ominis. ab Allia fluvio ſcilicet, ubi Romanus fuſus à Gallis exercitus eſt.

Alma, ſancta, ſive pulchra; vel alens, ab alendo ſcilicet.

Almities habitus almarum rerum.

Altaria ſunt, in quibus ignis adoletur. Altaria ab altitudine dicta ſunt. quod antiqui diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis infernalibus in effoſſa terra.

Altellus Romulus dicebatur, quaſi altus in tellure: vel quod tellurem ſuam aleret, ſive quod aleretur telis: vel quod à Tatio Sabinorum rege poſtulatus ſit in colloquio pacis, & alternis vicibus audierit, locutuſque fuerit. ſicut enim fit diminutive à macro macellus, à vafro vafellus; ita ab alterno altellus.

## NOTÆ.

muſtulo ſuis locis videto. & Plin. lib. X. cap. VII. *Ant. Auguſtinus.*

*Alites.*] Vide *oſcines.* *Dacerius.*

*Aliuta.*] M. L. habet *ipſus*, pro *ipſos.* Velius Longus de Orthographia. *Antiqui aque confuſas o, & u, litteras habuere. nam conſol ſcribebant per, o, cum legeretur per u, conſul. Unde in multis etiam nominibus varia ſunt ſcriptura, ut fontes, funtes: frondes, frundes &c.* *Ful. Urſinus.*

*Aliuta.*] Ut ab antiquo *alis*, *aliter*; ſic ab *alius*, *aliuta.* *Dacerius.*

*Allex.*] Hallus inferiori loco idem appellatur. mirandumque eſt Feſtum, & in hoc, & in aliis varie ſcribere: ut ederam, & hederam; Caiam, & Gaiam. Paulo vero id adſcribendum non eſt; cum ante eum Feſti liber litterarum ordine eſſet perſcriptus. *Ant. Auguſtinus.*

*Allus.*] Veteres editiones habent *Allex:* quod ego item reperi in Iſidori Gloſſis. *Allex, pollex in pede.* Tamen in litera H, vocatur *Hallus.* & Gloſſarium: *Hallus*, ποδὸς μέγας δάκτυλος. *Joſ. Scaliger.*

*Allienſis dies.*] XVII. Kal. ſextiles. *Dacerius.*

*Alma.*] Eleganter vetus illud & plenum bonæ frugis Gloſſarium: *Alma*, κλυτὴ, ἁγνὴ, ὡραία, θρέπτειρα. *Joſ. Scaliger.*

*Alma.*] Homero ζείδωρος ἄρουρα, *alma terra* quod homines nutriat. Inde Gloſſ. *almus* ζείδωρος. *Dacerius.*

*Almities.*] Gloſſarium: Almities, αὔξησις ἀρχῆς. Almitus, ἀνατροφὴ, ἀναγωγή. Almites, κάλλος ἀνατροφῆς. Chariſius, Almitiῖs, διαρίτια. *Joſ. Scaliger.*

*Almities.*] Interpretatur à Chariſio lib. I. διαρίτια. ſic intelliges Pauli verba, quæ mihi mendoſa eſſe videbantur. *Ant. Auguſtinus.*

*Almities.*] *Almities*, & *almitas*, idem eſt quod Ho a io *Fauſtitas*, id eſt, terræ fertilitas, ſalubritas aquarum, & Jovis auræ. Fauſtus rerum habitus, fauſta rerum exiſtentia.

*Altaria.*] Ab altitudine, ut à *lucus*, *lucar*, ſic ab *altus*, *altar*; *altaria* autem & *ara*, eo differunt, quod illa Deis ſuperis tantum & inferis dicarentur. Servius in Eclog. 5. *Novimus aras & Diis eſſe Superis & Inferis conſecratas. Altaria vero eſſe Superorum tantum Deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata.* Quidam aras terreſtribus tantum poſitas ſcribunt, inferis ſcrobes vel focos. Ut hic Feſtus. In his Lutatius Statii interpres. *Diis Superis altaria, terreſtribus ara, Inferis Scrobes vel foci dicantur.* Et Porphyr. lib. de Nympharum antro, Τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἐσχάρας, ὑποχθονίοις βόθρους καὶ μέγαρα. i. *Cœleſtibus quidem Diis templa & altaria ſtatuerunt. Terreſtribus & Heroibus aras: inferis ſcrobes & foſſas.* De hiſce ultimis Ovid. in Metamorph.

*Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus,*
*Sacra facit.* *Dacerius.*

*Altellus.*] Eſt ὑποκοριστικὸν, Altus, altulus, altellus. Significat θρεπτὸν, τρόφιμον, alumnum. Ita vocabant, qui expoſiti erant, & inveniebatur, qui eos tolleret. Plinius ad Trajanum: *Magna, Domine, & ad totam provinciam pertinens quæſtio eſt de conditione, & alimentis eorum, quos vocant* θρεπτοὺς &c. Expoſitum Romulum ab avo, educatum à Fauſtulo, nemo non meminit. Ita ergo vocantur incerto patre, & matre nati. Sed veteres Grammatici, qui tam anxie etyma verborum rimantur, quid aliud, quam cum ratione inſaniunt? *Joſ. Scaliger.*

*Altellus.*] Meræ nugæ quæcumque hic Feſtus tradit. Ait Scaliger ab *alendo*, *altus*, *altulus*, *altellus.* Et ita vocabant eos qui expoſiti erant poſtquam inventi ab aliis quam parentibus alebantur. Et ſic recte Romulus qui expoſitus ab avo & à Fauſtulo paſtore repertus & educatus altellus dictus eſt. Sed omnino altellus eſt ab *alter, alterulus, altellus*, id eſt, geminus quod uterque *alter* eſſe videatur, vide *frater.*

*A ma-*

Digitized by Google

Alter, & pro non bono ponitur; ut in auguriis altera cum appellatur avis, quæ utique proſpera non eſt. ſic alter nonnunquam pro adverſo dicitur & malo.

Alteras ponebant pro eo quod eſt adverbium alias.

Altercatio, jurgatio.

Alternatio, per vices ſucceſſio.

Alterplicem, duplicem.

Alterta, alterutra.

Alterum Sinnius ait idem ſignificare, quod apud Græcos ἕτερον. Quidam vero ex utroque eſſe compoſitum ἄλλος, & ἕτερος.

Altum proprie mare profundum.

Altus ab alendo dictus, alias ab altitudine.

Alucinatio: erratio.

Alveolum tabula aleatoria.

Alumento pro Laumedonte à veteribus Romanis nec dum adſuetis Græcæ linguæ dictum eſt. Sic Melo pro Nilo, Catamitus pro Ganymede: Alphius pro Alpheo dicebatur.

## NOTÆ.

*A macro macellus.*] Aliæ editt. habent à *Marco Marcellus.* Sed altera lectio recta eſt: nam Latiniſſimum macellus, i. paulo macrior Lucil. lib. 6. *Si noſti, non magnus homo eſt naſutu macellus.*

*Alter.*] In auguriis puto alterum ſignificaſſe non bonum, cum altera avis felici priori auſpicio vitium faceret, cum fulmen ſecundum prius perimeret, quod dicebatur propterea *peremptale.* Augures vero in templo ſedentes ad augurium captandum abſtinebant vocibus male ominatis, ideoque potius *alteram avem* quam *adverſam* dicebant. *Joſ. Scaliger.*

*Alteras.*] Subintelligebant *vices.*

*Altercatio.*] Non pro jurgatione tantum, ſed etiam pro alternatione ſumitur, cum duo alternatim loquuntur & inter ſe verba commutant, unde optime Gloſſar. ἀψιμαχία, ἀμφιβολία, ἀντίῤῥησις, ἀμοιβαῖοι λόγοι. i. *velitatio, jurgatio, contradictio, mutui ſermones.*

*Alternatio.*] Gloſſar. *alternare,* ἀμείβειν, *alternatim* ἀμοιβαίως. *Dacerius.*

*Alterplicem.*] Iſidori λέξεις. Alterplicem, duplicem, doloſum. *Joſ. Scaliger.*

*Alterplicem.*] Quem Græci τριψίμαλλον, verſipellem, aſtutum, metaphora à velleribus intortas & inverſas lanas habentibus.

*Alterta.*] Lege ut in al. *altertra.* Alterutra ſyncope *altertra.*

*Alterum.*] Olim dicebatur *alterus* à Græco ἄλλος ἕτερος, vel potius ut placet Angelo Caninio ab Æolico ἀλλοτίῤῥος pro ἀλλότριος. Æoles enim tranſponunt & geminant ρ, & mutant ι in ς, ut πέῤῥαμος pro πρίαμος.

*Altum.*] Quia quæ profunda ſunt, ea non poſſunt non eſſe alta, unde factum eſt ut *ſublime* ſive *altum* & *profundum* reciproce inter ſe commutentur. Inde in Gloſſ. *altitudo.* βάθος, ὕψος. Vide *profundum.*

*Altus ab alendo.*] Horat. *vos Cæſarem altum.* Altum, id eſt, *alumnum* non vero *magnum*, ut quidam volunt. Quod pluribus apud ipſum Horatium, qui brevi Deo juvante metam ſtringet.

*Alucinatio.*] *Alucinari, allucinari,* & *hallucinari* ſcriptum reperias. *allucinari* quaſi *adlucinari*, ad lucem offendere. Quod de iis dicitur qui nimia luce oculorum acie perſtricta, minus vident, ſic oblucinaſſe ob vel ad lucem erraſſe. Vide ſuo loco. Veriſimilius tamen eſt quod docuit eruditiſſimus Salmaſius *alucinari* eſſe ab ἀλύσσειν, alucinatio eſt ἀλύκη, χάσμησις ut Heſych. exponit, id eſt *hiatus* quia frequentes oſcitationes oboriuntur eis qui ſimili tenentur langore & anxietate animi.

*Alveolum.*] Nam alveus, ut alveolus de tabula luſoria. *Dacerius.*

*Alumento.*] Aio Feſtum in depravatos codices vetuſtiſſimi poëtæ Livii Andronici incidiſſe. Nam *Laumento* dixit Livius. Ita fere ſemper veteres Latini, etiam poſteriores. ut Petronius, *Lauconte.* — —*gemina nati pignora Lauconte* — & *Lautumia*, non *Laotomia.* quod cognoſcimus ex Seneca. ſic *Laudicea*, pro *Laodicea.* Plinius libro 11. Epiſtol. *Nam ibi Laudiceni dicebantur per jocum, non cives Laodiceæ, ſed qui laudes ſuas cani libenter audiebant. ut & iidem non inurbane vocabantur σοφοκλεῖς, non ut proprio nomine Tragici poëtæ: ſed quia grande ſophos illis dicebatur à conductis, & redemptis auditoribus.* Ergo eodem modo Laumento, pro Laomedonte. *Joſ. Scaliger.*

*Alumento.*] Optime monuit Scaliger Feſtum in deprevatos Livii Andronici codices incidiſſe. Fortaſſe ſcripſerat Feſtus *Alumeton* pro *Laomedon*: nem-

Alvus venter fœminæ: ab alendo dicta eſt.

AM præpoſitio loquelaris ſignificat circum. unde infra ſervus ambactus id eſt circumactus dicitur.

Amaſſo, amavero.

Amatio ab amore denominatum.

Ambactus apud Ennium lingua Gallica actus dicitur.

## NOTÆ.

pe, tranſpoſitis litteris *a* & *l* & d mutato in t. Quod & doctiſſimo Meurſio in mentem video veniſſe.

*Alvus venter fœminæ.*] Et viri etiam Maſculino genere poſuit Accius.

— — *Ut quam fragiliſſimus alvus. Dacerius.*

*Am.*] Præpoſitio loquelaris eſt, quæ per ſe non ſubſiſtit, ſed cum loquelis. ita Sergius, Probus, Diomedes Grammatici. Ejuſmodi præpoſitiones ſunt, *dis, con, am, re*, & ſimiles ſi quæ ſunt aliæ. Nam cum loquelis, aliquid ſunt, per ſe, nihil. ſic apud Ciceronem in de ſomnio Scipionis *loquelariter annus ad curſum ſolis deſcriptus* eſſe dicitur: hoc eſt contemplatione ipſius ſolis, non quod re vera is annus dicendus ſit. quemadmodum illæ præpoſitiones revera non ſunt, niſi contemplatione earum vocum, quibus conjunguntur. Quare manifeſto errat Macrobius, qui apud Catonem legit am terminum, non anterminum, cum am per ſe nihil ſit, ſed loquelariter. vide quid annotamus voce Amtermini. Apud Ciceronem vulgo non loquelariter, ſed populariter excuſum. Sed diſcant omnes Ciceroniani hanc vocem, neque mihi iraſcantur, ſi eam, uti in omnibus manuſcriptis legitur, probamus. *Joſ. Scaliger.*

*Am.*] Servus ambactus fortaſſe ſignificat ſervum libertatem eſſe conſecutum. Perſius Saty. v.

— *Quibus una Quiritem*
Vertigo facit. hic Dama eſt non treſſis agaſo
Verterit hunc dominus: momento turbinis exit
Marcus Dama. Vide Manumitti.

*Am.*] à Græco ἀμφὶ: nam falluntur qui putant prius Græce dictum fuiſſe αμ addito φι ἀμφὶ.

*Amaſſo.*] Plaut. Caſin 5. 4.

*Si unquam poſt hoc aut amaſſo Caſinam aut occepſo*
*Modo, ne dum eam amaſſo. Dacerius.*

*Amatio.*] Lege, Amaſco: Iſidorus in Gloſſis: *Amaſco, amare cupio. Joſ. Scaliger.*

*Amatio.*] Scaliger legit *amaſco*. Favent Gloſſæ Iſidori: *amaſco, amare cupio*. Amo, amaſco, ut hio hiſco, miſereo miſereſco &c. quam formationem Latini à Græcis ſumpſerunt, qui τύπτω, τυπτίσκω, & alia apud eos frequentia. Verum & *amatio* retineri poteſt, qua voce non ſemel uſus eſt Plautus ut, Caſin. 2. 5.

*Verum edepol tua mihi odioſa eſt amatio.*

Meurſius totum ita mavult refingere, *amato, ab amo denominatum.* Nempe ut ab *hio, hiato*, ſic ab *amo, amato. Dacerius.*

*Ambactus.*] Sane Paulus iſte non aſſecutus eſt mentem Feſti. Nam Ambactum Feſtus dixit apud Ennium ſignificare ſervum mercenarium. à Gallis autem dici clientem, ut legitur apud Cæſarem. Vel, quod verius puto, Feſtus tantum ab Ennio ita vocatum ſervum conductitium dixit. Paulus verò iſte voluit ſincerum vas incruſtare, & ita à Gallis dictum eſſe ſcripſit, quia eam vocem in Commentariis Cæſaris legerat. Neque dubito quin ita res acciderit. Nam alii longe Ambacti apud Cæſarem, qui non ſervi erant: alius ambactus apud Ennium, quum ſervum ſignificet. illud Gallicum vocabulum, hoc plane Latinum. Huic conjecturæ fidem facit Gloſſarium illud non ſatis laudatum, & quod magiſtellorum manibus teri non debet, ſed tantum à doctioribus nocte, & die, verſari. In eo igitur legitur: Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. An non ſatis plane innuere videtur, quod de Pauli audacia odorati ſumus? At Ennius videtur de ſervo ambacto loquens comparatione aliqua, aut ſimilitudine dixiſſe neſcio quid tale, ut apud Theognin.

——————— μή σε βιάσθω
Γαστὴρ, ὥστ κακὸν λάτρειν ἐφημέριον. Nam de eo Theognis ſentit, qui quotidie locat operas ſuas: ut Ennius quoque de eo, cujus herus quotidie collocabat operas, & ex eo rem quærebat. Porro non placet referre ad manumiſſionum morem, & vertigines illas, quibus liberabatur ſervus, cum tamen id ſummis in omni doctrinæ genere viris placuiſſe videam, eoſque in ea hæreſi eſſe. Non poſſum non ridere, quod Agyrta quidam, homo inſignis audaciæ, atque impudentiæ, ſcripſit contra Turnebum ſuper hac voce Ambactus. Sed ut ejus omnes libri nihil aliud quam impudentiſſimam ſui fiduciam præferunt, ita hanc ejus de hac re opinionem ut impudentiſſimam, & ineptiſſimam rejicio. Nunquam legi majores nugas, nunquam inſigniorem temeritatem vidi, neque audivi, ut qui omnes linguas à ſua barbara deducere velit, adeo, ut ipſam Hebraicam linguam poſteriorem Cimbrica aſſerat. ubi etiam circulator Moſem reprehendit, quod nomina propria veterum illorum patrum à gentilitia ſua Hebræa, non à Cimbrica deducat. Ergo miſeros illos veteres Hebræos, qui non Batave ſcierint loqui. & feliciores longe futuros, ſi Antuerpienſes, quam ſi Syri, ſive Palæſtini fuiſſent. Talia infinita habent ineptiſſimæ illæ Origines & tamen non deſunt, qui admirentur. At de ineptiſſimo homine plura alias,

Digitized by Google

**Ambarvales hoſtiæ appellabantur, quæ pro arvis (à duobus fratribus ſacrificabantur. Ambarvalis hoſtia eſt, quæ rei divinæ cauſa circum arva ducitur ab iis qui pro frugibus faciunt.**

**Ambaxioqui: circum euntes catervatim.**

**Ambegni bos, & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium ducebantur.** 5

**Ambeſt ita tertiæ perſonæ verbum eſt, ut nullam aliam habeat declinationem.**

## NOTÆ.

alias, ubi erit locus. Hoc unum adjiciam, in tanta mole libri vix me reperiſſe, quod verum eſſet. & licet aliquid veri invenias, tamen id ejuſmodi eſt, ut in ea alea dicere poſſis eum, aliquando ut vincat, aſſidue perdere. *Joſ. Scaliger.*

*Ambactus.*] Cur lingua Gallica dicat ignoro. ut enim ſupra ſcriptum eſt, id recte Latine dicitur: & mos Romanus ſignificatur. *Ant. Auguſtinus.*

*Ambactus.*] Optime notavit Scaliger Feſtum ſcripſiſſe *Ambactus apud Ennium ſervus dicitur.* Probat Gloſſarium illud non ſatis laudatum, ubi legitur *ambactus* δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. i. *Ambactus ſervus conductitius, ut ait Ennius.* Paulus vero voluit ſincerum vas incruſtare, & ita Gallica lingua ambactum dictum eſſe ſcripſit quia in commentariis Cæſaris de bello Gallico legerat, *Plurimum circum ſe ambactos, clienteſque habet.* Sed, ut acute ad Vopiſcum Salmaſius, ex verbis Cæſaris non magis liceat colligere Gallicam vocem eſſe *ambactos* quam *clientes.* Cur non enim & clientes vox Gallica? Quos hic *ambactos* vocat Cæſar, paulo infra ſervos appellat, & cum clientibus jungit. Ita ut fruſtra ſit Scaliger qui notavit *ambactus*, cum ſervum ſignificat Latinum eſſe, at cum pro *cliente* Gallicum. *Ambactus* mere Latina vox eſt ὁ ἀμφιφερόμενος, ὁ περιφόρητος quaſi *circumactus* & numquam conſiſtens, qui hac & illac circumducitur mercedis gratia, cujus operas quotidianas Dominus locat lucelli cauſſa, qui & ideo locellaris & lucellaris appellatur. *Ambagere* autem vetus verbum pro *circumagere.* Neque enim recurrendum ad manumiſſionum modum & vertigines illas quibus liberabatur ſervus, quod viris doctiſſimis placuit. *Ambactus* etiam dictus *ambaxus.* Infra *ambaxi.* Nempe ut à *figo fixus* & *fictus*: à *tago, taxus* & *tactus*, ſic ab ago *axus* & *actus. Ambaxus ambactus.* Inde *ambactia*, & *ambaxia* ſervitium vel opera mercede conducta, pro quo recentiores Latini *ambaſciam* ſcripſerunt ut *aſcilla* pro *axilla.* Inde *ambaſciator* & *ambaxiator* internuntius, intercurſor, domeſticus, adſecula. *Dacerius.*

*Ambarvales.*] A duobus fratribus. fortaſſe pro xII. legerat II. & fugit eum nota denarii numeri. *Joſ. Scaliger.*

*Ambarvales.*] A duodecim fratribus ſcriberem, non à duobus, ex Plin. lib. xVIII. cap. II. Gellio lib. VI. cap. VII. & Fulgentio de obſcuris; ut intelligatur de duodecim fratribus arvalibus. ſed quæ ſequuntur Macrobius refert lib. III. uti à Pompeio Feſto conſcripta: & in his nulla mentio fratrum. ideo videndum eſt, an arvis, & frugibus emendare oporteat. *Ant. Auguſtinus.*

*Ambactus.*] Gloſſar. Ambact. δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Cæſar. li. VI. Ita plurimos circum ſe ambactos, clienteſque habet. *Ful. Urſinus.*

*Ambarvales hoſtia.*] Infra pro *à duobus fratribus* ſcribendum, ut optime Scaliger, *à duodecim fratribus.* Scriptum fuerat *à xii. fratribus*, & nota denarii numeri omiſſa eſt. Intelligit autem fratres arvales, quorum talem eſſe ferunt originem. Acca Laurentia Romuli nutrix conſueverat pro agris ſemel in anno ſacrificare, XII. filiis ſacrificium præcedentibus. At cum unus mortuus eſſet, propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti ſe ſuccedere pollicetur. Unde ritus proceſſit cum XII. jam deinceps ſacrificare, qui duodecim fratres arvales dicti ſunt. Inde in Gloſſis arvales ſodales, οἱ περὶ ὅρων διαγνώσκοντες δικασταί. *De finibus agrorum cognoſcentes judices. Dacerius.*

*Ambaxioqui.*] Mendoſus locus. Scribendum, Ambaxi, qui circum eunt, & catervatim. Ambaxes, ſive Ambaxi compoſitum ex Am, & Axes, hoc eſt glomerati. Infra, Axes, adglomerati, univerſi. Poteſt & legi Axei, ab Axus, Axi. *Joſ. Scaliger.*

*Ambaxioqui.*] Vide ſupra *Ambactus. Dacerius.*

*Ambo.*] Vide incerta Verrii Flacci. *Ant. Auguſtinus.*

*Ambegni.*] Ex *am* & *agnus*, *ambagnus*, *ambegnus.* Ambegnæ oves, quæ ex utraque parte habeant agnos. Et *bos ambegna* apud Varronem lib. 17. de L. L. quam circum aliæ hoſtiæ conſtituantur. Fulgentii locum de ambegna ove corruptum puto, ſcribit Fulgentius: *Bebius Macer qui faſtalia dierum ſcripſit ait Junoni eas, quæ geminas parerant oves, ſacrificare cum duobus agnis altrinſecus alligatis, quas oves ambegnas vocari, quaſi ex utraque parte agnos habentes.* Legendum & diſtinguendum *ait Junoni eas, quæ geminos parerent, oves ſacrificari, &c.* Ovis enim immolabatur cum duobus agnis quos pepererat. Neque requirebatur ut ea duas oves peperiſſet. *Dacerius.*

*Ambeſt.*] Ex *am* & *edo*, *ambedo*, *ambeſt. Dacerius.*

Am-

Digitized by Google

Ambidens ſive bidens ovis appellabatur, quæ ſuperioribus, & inferioribus eſt dentibus.

Ambiguum eſt, quod in ambas agi partes animo poteſt. hujuſmodi apud Græcos ἀμφίβολον dicitur.

Ambitio eſt ipſa actio ambientis.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum, & ſemipedis ad circum eundi facultatem relictus ex quo etiam honoris ambitus dici cœptus eſt à circum eundo, ſupplicandoque. Ambitus proprie dicitur circuitus ædificiorum patens in latitudinem pedes duos, & ſemiſſem; in longitudinem idem, quod ædificium. ſed & eodem vocabulo crimen avaritiæ, vel adfectati honoris appellatur.

Ambo ex Græco dictum videtur; quod illi ἄμφω dicunt.

Ambrices tegulæ, quæ tranſverſæ aſſeribus: & tegulis interponuntur.

Ambrones fuerunt gens quædam Gallica, qui ſubita inundatione maris, cum amiſiſſent

## NOTÆ.

*Ambidens, ſive bidens.*] Varie bidentem interpretantur. Vide Gellium lib. XVI. cap. VI. & Macrob lib. VI. atque Servium Vergilii interpretem. qui Nigidio conſentiunt bidentes dici bimas hoſtias; ſive quaſi biennes, ſive quod emineant ea ætate bini dentes. Vide Bidental, & Bovem bidentem. *Ant. Auguſtinus.*

*Ambidentes.*] Bidentes, vel ambidentes hoſtiæ quæ cornigeræ eſſent, & duos dentes eminulos haberent. Id enim requirebatur in hoſtiis, alioqui ſi carerent illis ἀτελεῖς erant & ad ſacrificia ineptæ. Neque quod aliqui putarunt, *bidens* dicitur quaſi *biens*, duobus annis nata, cur enim *bidentis* non *bidennis* aut *biennis* diceretur? Gellius tamen inveniſſe ſe dicit in commentariis quibuſdam ad jus Pontificium pertinentibus, bidentes *bimas hoſtias*, *bidennes* primo dictas littera *d* immiſſa quaſi biennes, tum longo uſu loquendi corruptam eſſe vocem, & ex bidennibus bidentes factam. ſed addit idem, Hyginum Julium qui jus Pontificum non ignorabat, in quarto librorum quos de Virgilio fecit, bidentes appellari ſcripſiſſe hoſtias quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Hygini verba ſunt, *quæ bidens eſt hoſtia oportet habeat dentes octo, ſed ex his duos cæteris altiores per quos appareat, ex minore ætate in majorem tranſcendiſſe.* Vide Gell. lib. 16. cap. 7.

*Ambiguum.*] Quod in ambas agi partes poſſit, & ſic dubium ſit, Virgil.

*Agnovit prolem ambiguam, geminoſque parentes.*

*Ambitio.*] Plaut. Prolog. Amphit.

*Virtute dixit vos victores vivere, non ambitione neque perfidia.*

Qui locus apprime notandus, ibi enim *ambitio* pro *ambitu*, id eſt, pro ipſa actione ambientis. Quomodo & apud Salluſtium alicubi.

*Ambitus.*] Varr. lib. 4. de L. L. *Ambitus iter quod circumeundo teritur, nam ambitus circumitus, ab eoque duodecim tabularum interpretes ambitum parietis circumitum eſſe dixerunt.*

*Ex quo etiam honoris ambitus.*] Cum largitionibus & profuſionibus judices corrumpere conabantur, *ambitus* dicebatur, *ambitio* verò ipſum honoris deſiderium. *Ambitus* re & actu perficitur, *ambitio* tantum in animo eſt, quamquam *ambitus* & *ambitio*, invicem confunduntur & *ambitio* pro ipſa ambientis actione ut ſupra. *Ambitio* etiam extra omnem cupiditatem honorum eſt obſequentior popularitas & impenſum ſtudium captandæ popularis gratiæ, unde ambitioſi, ſupra modum erga ſibi ſubjectos faciles & indulgentes ſtudio captandæ popularis auræ. Cicer. 1. ad Quintum fratrem ep. 112. *Qui de re ac de hoc genere toto, ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere, pauca cognoſce.*

*Ambitus proprie dicitur.*] Eadem quæ ſuperiora, unde facile hic geminam manum agnoſcas, & quæ ſequuntur à Paulo eſſe non immerito ſuſpiceris. *Dacerius.*

*Ambegni.*] Varro lib. VI. de lingua Latina. Ambegna bos apud augures, quam circum aliæ hoſtiæ conſtituuntur. Fulgen. Placiades de obſcuris. Bæbius Macer, qui faſtalia dierum ſcripſit, ait, Junoni eas, quæ geminas parerent oves ſacrificare cum duobus agnis altrinſecus alligatis, quas oves ambignas vocari, quaſi ex utraque parte agnos habentes. Vide hanc ambignas, illum ambiegnas, noſtrum ambegnas dicere. *Ant. Auguſtinus.*

*Ambrices.*] Addito l dicimus *lambris*. *Dacerius.*

*Ambrones.*] Quod ait de Ambronibus ſubita inundatione maris ejectos patriis ſedibus fuiſſe, id ridet Strabo, qui ejus ſententiæ auctorem facit Ephorum, quem hic ſequitur Feſtus. Nam de Cimbris, quorum pars erant Ambrones, ita ſcribit: περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι, καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελθεῖν ἐκ τῶν τόπων ἠναγκάσθησαν. καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον. Poſt: γελοῖον

δ'

ſedes ſuas, rapinis, & prædationibus ſe ſuoſque alere cœperunt. eos, & Cimbros, Teutonoſque C. Marius delevit. ex quo tractum eſt, ut turpis vitæ homines Ambrones dicerentur.

Ambulacra, ambulationes.

Amburbiales hoſtiæ dicebantur, quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur.

Ambuſtus, circumuſtus.

Amenta, quibus, ut mitti poſſint, vinciuntur jacula, ſive ſolearum lora. ex Græco, quod eſt ἅμματα, ſic appellata. vel quia aptantes ea ad mentum trahunt.

Ameria urbs in Umbria. ab Amiro ſic appellata.

Amia genus piſcis.

Amicinum utris pediculum, ex quo vinum diffunditur.

Amicitiæ vocabulum ab amore deducitur: quamvis interdum vituperandus ſit amor. ab antiquis autem ameci, & amecæ per E litteram efferebantur.

## NOTÆ.

*δὲ τοῦ φυσικοῦ καὶ αἰωνίου πάθει δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντα παρορμήσαντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου.* lege reliqua, quæ ſequuntur. Quod ait turpis vitæ homines dictos inde Ambrones, idem invenies in Gloſſis Iſidori: Ambro, inquit, devorator, conſumptor patrimoniorum, decoctor, luxurioſus, profuſus. *Joſ. Scaliger.*

*Ambrones.*] Quod hîc ait Feſtus id fuſe refellit Strabo lib. 7. Ejuſque ſententiæ auctorem Ephorum laudat quem Feſtus ſequutus eſt. Tamen Feſto conſentit Florus lib. 3. cap. 3. *Cimbri* (quorum pars Ambrones) *Theutoni atque Tigurini ab extremis Galliæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant.* Idem etiam eos alibi gentem vagam & prædabundam vocat.

*Turpis vitæ homines ambrones.*] Gloſſ. Iſidori, *ambro, devorator, conſumptor patrimoniorum, decoctor, luxurioſus, profuſus.*

*Ambulacra.*] Plaut. Moſtel. 3. 2.

*Viden' veſtibulum ante ædes hoc? & ambulacrum*
*quojuſmodi?*

Et *ambulatio* pro *ambulacro* Catul.

*In magni ſimul ambulatione.*

*Amburbiales hoſtiæ.*] Quibus urbs & pomœrium luſtrabatur: ut ambarvales quibus arva. Vide *amtermini.*

*Ambuſtus.*] Gloſſarium, *ambuſtus, περιπεφλογμένος, περικεκαυμένος.* i. *Circumuſtus.*

*Amenta.*] Amentum, lorum in media ſagitta revinctum quod primoribus digitis alligabant, ut eo ad ſe haſtam retraherent ſimul ac eam emiſiſſent. Hinc intelligendus locus Virgilii 4. Æneid.

——— *Qualis conjecta cerva ſagitta,*
*Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit*
*Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum,*
*Neſcius.*

Ubi male interpretes. Verum eſt autem quod ait Feſtus amentum eſſe ab ἅμμα ſimplici m ἅμα unde *amen, amentum,* ſive potius immediate ab antiquo *apio,* id eſt apto, *apimen, amen, amentum.* Nam quod infra legitur *quia aptantes ea ad mentum trahant* Pauli putidum commentum eſt.

*Ameria.*] Oppidum in Umbria viminibus & virgis ejuſmodi flexilibus abundans. Virg. 1. Georg.

*Atque Amerina parant curvæ retinacula viti.*

De Amiro ſive potius Amerio nihil me legiſſe memini.

*Amia.*] Piſcis cujus incrementum ſingulis diebus cernitur. Plin. Heſyc. *ἀμίαι ἰχθῦς* ubi male quidam pro *λαμίαι* eſſe dubitant. Euſtath. ait *amiam* eſſe ab a privativo & *μία*, quod nunquam ſola per æquora currat, ſed cum ſociarum numero. *Dacerius.*

*Amicinum.*] Gloſſarium: *Amicinus, ἀσκοῦ στόμα.* Vult Amicinum eſſe os, ſive luram utris, cum Feſtus velit eſſe *τὸν λεγόμενον ἀσκοῦ πόδα, ἤτοι ποδεῶνα,* cujus ſit mentio in oraculo, quod Laio Thebanorum Regi datum fuit. Sed mirum quod in aliis Gloſſis legitur: *Arvianus, ἀσκοῦ στόμα.* Sed profecto & in illis quoque *Amicinus* legendum. *Joſ. Scaliger.*

*Amicinum.*] Male quædam editt. *Anucinum.* Amicinus eſt os utris, qua vinum infunditur & diffunditur. Gloſſarium *amicinus ἀσκοῦ στόμα, os utris.* Utris pedem ſive pediculum intelligit, *ἀσκοῦ πόδα,* Græci vocant, ut & propter ſimilitudinem, membrum illud quo viri ſumus. Oraculum quod Laio Thebanorum regi datum fuit Euripid. in Medea.

*Ἀσκοῦ μὲ τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα,*
*Πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.*
*Utris ne eminentem ſolverem pediculum,*
*Priuſquam patriam iterum ad domum pervenirem.*

*Amicitia.*] Ait ab antiquis *amecum,* non *amicum* ſolitum dici. Et ſane amicus compoſitum eſt, Amæquus, vel, ut ipſi ſcribebant, Amecus. eodem modo dictum, quo Animecus, pro Animæquus. Gloſſarium: *Animecum, ἰσόψυχον.* Iſidorus in Gloſſis: *Animæquus, patiens animo. Joſ. Scaliger.*

Amiculum genus eſt veſtimenti à circumjectu dictum.

Aminula urbs parvarum opum fuit in Appulia.

Amita patris mei ſoror, quia ſimiliter tertia à me ſit, atque avia, videri poteſt dicta: exeo, quod ab antiquioribus avita ſit vocitata, ſive amita dicta eſt, quia à patre meo amata eſt. nam plus ſorores à fratribus, quam fratres diligi ſolent. videlicet propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideo minus habent diſſenſionis, quo minus æmulationis.

Amites, perticæ aucupales.

Amnenſes appellabantur urbes ſitæ prope amnem, ut à mari maritimæ. unde Interamnæ, & Antemnæ dictæ ſunt; quod inter amnes ſunt poſitæ, vel ante ſe habeant amnes.

Amnis proprie dicitur à circumnando, quoniam *am* ex Græca præpoſitione ſumptum, quæ eſt *amphi*, ſignificat circum, & nare fluere.

Amœbæum carmen eſt, quotiens aliqui ex æquali numero verſuum canunt: & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut malum, aut contrarium aliquid dicat.

Amœna dicta ſunt loca, quæ ad ſe amanda alliciant, id eſt trahant.

Amoſio, annuo.

## Notæ.

*Amicitia.* ] Amo, amicus, amicitia. Neque enim ab amore *amicitia* immediate.

*Ameci.* ] Veroſimile non eſt quod ait Scaliger *amecum* eſſe pro *amæquum* ex *am* & *æquum*, ut ipſi ſcribebant *amecum* eodem modo quo *animecum* pro *animæquum*. Nam ſimplicius multo ut *amecus*, ſit pro *amicus* i mutato in e. & ita Feſtus. *Dacerius.*

*Amiculum.* ] Gloſſarium: *Amiculum*, ἀναβόλαιον. *Joſ. Scaliger.*

*Amiculum.* ] Ab amicio, quod ab *am*, *circum* & *icio*, *jacio*. Quare optime Feſtus à circumjectu.

*Aminula.* ] Male in ora ſcriptum fuerat *animula*. *Dacerius.*

*Amita.* ] Si verum eſt, quod ait Feſtus, Amitam, quaſi avitam, aut quaſi amatam dictam: videtur apud veteres mediam ſyllabam productam habuiſſe, cum Perſius corripuerit.

*————— ſi mihi nulla*<br>
*Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis.*

*Joſ. Scaliger.*

*Amita.* ] Quaſi *avita* nam reliqua etyma duriora ſunt. *Dacerius.*

*Amites.* ] Gloſſarium: *Amites*, ξύλινες, ἰξευτικοὶ κάλαμοι. *Joſ. Scaliger.*

*Amites.* ] Ames furcula qua rete ſuſpenditur. Horat. Epod. 2.

*Aut amite levi rara tendit retia,*<br>
*Turdis edacibus dolos.*

*Amnenſes.* ] Varr. lib. 4. de L. L. *Oppidum Interamna dictum quod inter Amnes eſt conſtitutum. Item Antemna quod ante amnem qui influit in Tiberim.* Interamna oppidum in Umbria, item aliud via Latina in Samnio. Antemnæ in Sabinis.

*Amnis.* ] Ab *am* circum & *no* nato. Sed melius Varr. lib. 4. ab *am* tantum, *amnis id flumen eſt, quod circuit aliquid, nam ab ambitu amnis.* *Dacerius.*

*Amœbæum.* ] Videtur legendum, *& æqui numero*. nam ita habet Serv. in eclog. III. *Amœbæum*, inquit, *eſt quoties ij, qui canunt, & æquali numero verſuum*. in fine, pro verbo *malum*, opinor reponendum, *majus*; deleta voce, *ipſa*. *Ful. Urſinus.*

*Amœbæum.* ] Cum aliqui alternis vicibus inter ſe contraria loquuntur pari verſuum numero, ut apud Virgil. Thyrſis & Corydon.

*Alternis igitur contendere verſibus ambo*<br>
*Cœpere, alternos Muſa meminiſſe volebant.*<br>
*Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.*

Servius Eclog. 3. *Amœbæum eſt quoties ii qui canunt & æquali numero verſuum utuntur & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut majus aut contrarium dicat.* Quæ ad verbum in Feſto; ubi etiam pro *malum* Fulvius Urſinus reſcribebat *majus* è Servio. Quod non utique neceſſarium eſt. *Malum* enim rectum eſſe poteſt cum in amœbæo ſæpè alter alteri maledicat. *Dacerius.*

*Amœna.* ] Vide incerta Verrii Flacci ex Iſidoro. *Ant. Auguſtinus.*

*Amœna.* ] Virg. 6. Æneid. *Amœna vireta fortunatorum nemorum.* Ubi Servius: *Amœna, loca ſunt quæ ſolum amorem præſtant, in cæteris amunia hoc eſt ſine fructu.* Idem etiam Verrius: *Amœna loca ſolius voluptatis gratia, ſine fructu quaſi amunia.* Eadem & *amœnia* Gloſſ. *amœnia* αἱ ἀκταί. Sed ita dicta potius quod nos immunes præſtant. *Dacerius.*

*Amoſio.* ] Scribo: *Annos, annua.* Gloſſarium: *Annos, annua*, πολυετής. Eſt autem annua hic anus, non ἐπετήσιος. Propterea interpretatus eſt πολυετῆ. Et, *Annua*, χρεῶς, πολυετής. Declinatur autem *Annos, annotis.* Unde *Annotinus*, ἐπέτειος. *Joſ. Scaliger.*

Amo-

Ampedices dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc appendices appellamus.

Amputata, id eſt circumputata, dicitur ab eo, quod antiqui putum pro puro dicebant. unde deducuntur pudor, & pudicus.

Amſegetes dicuntur, quorum ager viam tangit.

Antermini, qui circa terminos provinciæ manent. Unde amiciri, amburbium, ambarvalia, amplexus dicta ſunt.

Amuſſim, regulariter; tractum à regula, ad quam aliquid exæquatur, quæ amuſſis dicitur. Quidam amuſſim eſſe dicunt non tacite: quod mutire interdum dicitur loqui.

## Notæ.

*Amfio.*] Lege ex Scaligero *annos, annua.* Gloſſ. *annos, annua,* πολυετής. Et, *annua,* χοῦς πολυετής. Quamvis ibi Bonaventura Vulcanius legit *anna* vel *anus* pro *annua.* Declinatur autem *annos, annotis* unde *annotinus* Gloſſ. *annotinus,* ἐτησίαι, ἐνιαύσιοι, eteſiæ, annui.

*Ampedices.*] Melius ex MSS. *Ampendices.*

*Amputata.*] Putare proprie eſt vacantia & inutilia auferre, excidere, ita ut id tantum relinquatur quod ſine vitio. Sic vites & arbores putatæ dicuntur cum id quod nocebat ablatum eſt. Virg. II. Georg.

*——— Et curvo Saturni dente relictam,*
*Proſequitur vitem attondens, fingitque putando.*

*Amputata* igitur id eſt *circumputata.*

*Unde deducuntur pudor & pudicus.*] Male nam à *pudeo, pudicus,* pudor, ut ab amo, amicus, amor.

*Amſegetes.*] Leg. 12. tab. *Amſegetes viam muniunto, ſi via immunita eſcit, qua volet jumentum agito. Dacerius.*

*Amtermini.*] Qui ſunt illi, qui circa terminos provinciæ manent? aut quænam ea eſt provincia? Vetuſtiſſimum verbum eſt *Amtermini:* provinciarum appellatio non ita vetuſta res apud Romanos. Quid ergo hîc dicemus? An mendo caret hic locus? Non, ſiquid in me judicii eſt. Sed Feſtum ita ſcripſiſſe puto: *Amtermini, qui circa terminos P. Ro. vicinia manent.* Notum enim, quam corrupte notæ illæ legantur. P. Ro. aliis Prætorem, aliis alia legentib. Seneca Nat. Quæ eſt lib. I. cap. ult. *Jam libertinorum virgunculis in unum ſpeculum non ſufficit illa dos, quam dedit pro ſe Scipio.* lege: quam dedit P. Ro. Scipioni. Intelligit per Amterminos, eos, qui non erant in agro Romano, ſed in vicinia. Cujus rei agrorum quattuor genera ponit Varro: Gabinum, Peregrinum, Hoſticum, Incertum. Qui enim in iis agris habitabant, erant *Amtermini* agri Romani. Quid eſt ager Romanus? quicquid ambarvali vel amburviali ſacrificio uno die luſtrari poterat. Arvales enim fratres, ſeu ſodales ad hoc creati erant, ut terminos agri Romani ſuovetaurilia circumferrent. Cujus rei imaginem præbebant patresfam. unuſquiſque in agro ſuo, cum fines fundi ſuovetaurilibus luſtrabat. Cujus rei exemplum habes apud Catonem. Et alluſit Virgilius:

*—— & cum luſtrabimus agros.*

Strabo: μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου, καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς ῥώμης, καλεῖται τόπος Φῆστοι. τοῦτον δ' ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε ῥωμαίων γῆς, οἵ τε ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν ἐνταῦθά τε, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν ὡς ὁρίοις αὐθημερὸν, ἣν καλοῦσιν ἀμβαρουΐαν. Ergo fines agri Ro. definiuntur amburvio. quod idem eſt cum ambarvali. & notandum præcipue, quod dixit, αὐθημερὸν, ut deſignetur exiguus modus agri Ro. Porro primum *Amterminos* puto, qui poſtea *Amitermini,* dictos. id eſt, ἀμφιτιέρμονας, ut olim interpretati ſumus. ſed Varro aliam aſſignat cauſſam. Non ſolum autem Antermini dicti ſunt, ſed & Antermines. quia etiam termen dicebant, auctore Varrone. Cato in Originibus: *Oratorum anterminum.* Errat Macrobius, qui divulſe legit, *an terminum.* cum ſit adjectivum, Antermen. unde Antermines oratores. Hæc Scaliger acutiſſime ut omnia. Sed cum ait *ambarvale* & *amburviale* idem eſſe, peccavit imprudens, nam *ambarvale* erat quo circum *arva* hoſtiæ ducebantur, quæ & ideo ambarvales dictæ. *Amburbium* vero ſeu *amburviale* quo circum urbem. *Amburbio* urbs luſtrabatur: arva & agri *ambarvali.* Et *ambarvale* ab *amburviali* ſic aperte diſtinguit Servius; *Dicitur hoc ſacrificium ambarvale, quod arva ambiat victima, ſicut amburvale vel amburbium, quo urbem circuit & ambit victima.*

*Unde amiciri.*] Certe hinc aliquid excidit, & neceſſario legendum, à *præpoſitione am, unde amiciri.* Res eſt nimis aperta.

*Amuſſim.*] Proprie funem creta vel rubrica illitum, quo demiſſo fabri explorant opera. Græcis dicitur σταθμή. Heſych. σταθμὴ σπάρτος ἐν ᾗ αἰκοδομοῦσιν οἱ τέκτονες, *Amuſſis, funis eſt quo dirigunt fabri.* Dicitur *regula fabrorum,* quare hîc Feſtus, *tractum à regula.* Vide *examuſſim.*

*Amuſſim non tacite.*] Ab a privativo & *mutire,* inarticulate loqui & *mu* facere. *Dacerius.*



Digitized by Google

ANATEM morbum anuum dicebant, id eſt vetularum: ſicut ſenſum morbum ſenum.

Ancæſa dicta ſunt ab antiquis vaſa, quæ cælata appellamus: quod circum cædendo talia fiant. ipſum quoque cælare verbum ab eadem cauſa eſt dictum, D littera cum L permutata.

Anceps ſignificare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut ſecuris, bipennis. ſed magis à capiendo, quod ex utraque parte æque captatur, appellatum eſt.

Ancillæ dictæ ab Anco Marcio. quod is bello magnum feminarum numerum ceperit. ſive ideo ſic appellantur, quod antiqui anculare dicebant, pro miniſtrare. ex quo dii quoque, ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ.

Anclabris menſa miniſteriis divinis apta, vaſa quoque ænea, quibus ſacerdotes utuntur, anclabria appellantur.

Anclare, haurire. à Græco ἀντλῶ deſcendit. Livius: florem anclabant liberi ex carcheſiis.

Ancunulentæ feminæ menſtruo tempore appellantur. unde trahitur inquinamentum.

Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non poſſit.

Andron locus domicilii appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimi morabantur. ut gynæceum à mulieribus.

## NOTÆ.

*Anatem.*] Gloſſarium: Anas, γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν. Antas, γερουσία. Antites, γερουσίαι. Anet, γηρᾷ. Annos, θεοχολωσία, ἢ μῆνις. In aliis Gloſſis, Anitas, γραότης. Apuleius lib. 1. Metamorpho. Ab unico congreſſu annoſam peſtilentem contraho. id eſt θεοχολωσίαν. *Joſ. Scaliger.*

*Anatem.*] Anus, anitas, anas. Gloſſarium *anas*, γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν. i. *Anilitas per Deorum iram.* Et *antas* idem. Gloſſ. *antas* γερουσία, *antites* γερουσίαι. Inde etiam *aneo* γηρῶ. Gloſſ. *anet* γηρᾷ. Porro quod hîc Feſtus dicit morbum optime Gloſſarium interpretatur κατ' ὀργὴν θεῶν. Intelligit enim uterque vitium illud, quo plerumque laborant anus quæ delirant ſcilicet.

*Anceps.*] Quod ex utraque parte caput habeat ut ſecuris. Reſpicit locum Plauti Menæch. v. 2.

*Faciam quod jubes ſecurim capiam ancipitem atque hunc ſenem,*
*Exoſſabo, dein dedolabo aſſulatim viſcera.*

Pro *anceps* dictum fuit *ancipes* quaſi *ancapes*, ut *concapes* in leg. 12. tab. Quod probat à capite potius oriri quam à capiendo contra Feſti ſententiam. Hinc Gloſſ. *anceps*, δικέφαλος. *Dacerius.*

*Ancillæ.*] Sane, quia primum dictæ Anculæ. Argumento Dii illi, quibus nomen Anculi, & Anculæ, tamquam miniſtri quidam. *Joſ. Scaliger.*

*Ancillæ.*] A Græco ἄγγελος, *miniſter*, veteres Latini fecere *angulus*, *anculus* ut à σικελὸς, *ſiculus*. Gloſſ. Iſidori, Anculus, miniſterialis domus regiæ. Inde *anculari*, miniſtrare, & *ancillari* diminutivè. Unde *ancilla*. *Dacerius.*

*Anclabris.*] Vide Eſcariæ, & Exanclare. *Ant. Auguſtinus.*

*Anclabris.*] Vide in *Eſcariæ*. *Ful. Urſinus.*

*Anclabris.*] Pro *anculare*, dicebant *anclare* unde *anclabris* pro *anculabris*. *Dacerius.*

*Anclare.*] In verſu Livii legendum, *Florem anculabant*. lege in Gloſſario, *Anclat*, ἀρύεται. non *ancleat*. Gloſſarium; *Auclator*, ὑπηρέτης. lege, *Anclator*. *Joſ. Scaliger.*

*Anclare.*] Si vera eſſet ſcriptura, *anclare* haurire, numquam non cum *anclare* miniſtrare, confunderetur. Quare certum eſt pro haurire *antlare* ubique ſcribendum eſſe per t à Græco ἀντλεῖν ut diſtinguatur ab *anclare* quod ab *anculare*. Verſus etiam Livii Andronici ſic legendus.

*Floremque antlabant liberi ex carcheſiis.*

Neque enim aſſentior Scaligero legenti *Florem anculabant*. Sed occupavit Doctiſſimus Voſſius in Etymologico ſuo numquam ſatis laudato. *Dacerius.*

*Ancunulentæ.*] Perperam in Gloſſario *Ancodata*, ἀφεδρευθεῖσα. Manifeſto legendum, *Ancunulenta*. per hoc verbum omnia ſpurca, & ſordida expreſſerunt veteres Latini, Cœnum, cunæ, inquinare, conquiniſcere, & alia, quæ non dicam. Quæ per u, antea per œ extulerunt. ut in pœnire, punire. *Joſ. Scaliger.*

*Ancunulentæ.*] *Cunire*, ut infra Feſtus, eſt ſtercus facere, unde *ancunulentus* ſordidus. Unde *inquinare*, *inquinamentum*. Cœnum, cunæ, cunire, inquinare, conquiniſcere. *Dacerius.*

*Ancus.*] Qui Latine *Ancus*, is à Græcis χωλαγκών. meminit & Gloſſarium: *Ancus*, *Mancus*, κυλλὸς, λορδός. *Joſ. Scaliger.*

*Ancus.*] Gloſſarium, *ancus*, *mancus*, κυλλὸς, λορδός. Inde Ancus Martius rex dictus.

*Andron.*] Græcis ἀνδρών. Infra pro *viri plurimi* qui-

Andruare, id eſt recurrere à Græco verbo ἀναδρᾶν, id eſt invenire. hinc & drua vocata eſt.

Angeronæ deæ ſacra à Romanis inſtituta ſunt, cum angina omne genus animalium conſumeretur. cujus feſta Angeronalia dicebantur.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino ſuffocantur.

Angiportus iter compendiarium in oppido: eo quod ſit anguſtus portus, id eſt aditus in portum.

Angor eſt animi, vel corporis cruciatus, proprie à Græco συνάγχη, id eſt ſtrangulatione dictus. unde & faucium dolor angina vocatur. Plautus: vellem me in anginam verti, quo huic aniculæ fauces præoccuparem.

Angulus à Græco ἀγκύλον: ſive ab eo, quod eſt ἐγγὺς, id eſt prope; quod aduncatur, quod ex diverſo coacta faciunt anguli formam.

Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi.

## Notæ.

quidam habent *plurimum* male. Cum in androne plurimos homines habitaſſe dicit Feſtus, ita innuit amplum domicilium fuiſſe, ut erat. Heſych. ἀνδρεὼν ὁ μέγας οἶκος.

*Andruare.*] A Græco ἀναδρᾶν. Quod iſtud ſit verbi, neſcio, magis, quid ejus vicem ſubſtituam non habeo. Non puto verbum Græcum hic deſiderari. Sed ſcripſiſſe Feſtum, *andruare eſt recurrere, à verbo truare id eſt movere. Hinc trua vocata.* Tamen ſi ἀναδραμεῖν reponamus tolerabilis erit lectio, ita, *andruare id eſt recurrere à Græco verbo* ἀναδραμεῖν, *id eſt indevenire.* Neſcio quid ſibi voluerit auctor Gloſſarii, qui ſcripſerit *andruare*, ἀνδρίζεσθαι. Niſi putavit andruare dictum παρὰ τὴν ἀνδρείαν. *Joſ. Scaliger.* Vide *redamtruare. Dacerius.*

*Angerona.*] Gloſſarium: *Angeronia*, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καιρῶν. *Joſ. Scaliger.*

*Angerona.*] Ab angina ſi ſequimur Feſtum. Sed potius ab angendo ore, eſt enim Dea ſilentii. Solin. cap. 1. *Inter antiquiſſimas ſane religiones ſacellum colitur Angeronæ, cui ſacrificatur ante diem duodecimum Calendarum Januariarum: quæ Dea præſul ſilentii iſtius prænexo obſignatoque ore ſimulacrum habet. Dacerius.*

*Anginam.*] Quiſquis dixit anginam vinariam pati eum, qui vino ſuffocaretur, ſecutus eſt eum, qui Demoſthenem dixit ἀργυράγχην ἔχειν. in Gloſſario: *Anguina*, ἄγκυρα, συνάγχη, κύναγχος. Quod interpretatur *Anguinam*, ἀγκύραν, confirmatur teſtimonio Cinnæ: *Atque anguina regit ſtabilem fortiſſima curſum. Joſ. Scaliger.*

*Anginam vinariam.*] Sic lepide Demades dixit Demoſthenem habere *anginam argenteam* ἀργυράγχην, quod argento corruptus nihil dixerit contra Mileſios ſed ſe angina premi ſimularit. *Dacerius.*

*Angiportus.*] Anguſtus portus, id eſt aditus in portum obſcurius dictum eſt; niſi addas hoc eſt in domum. Varro libro quarto, ab angendo, & portu; & quinto, quia in eo nihil poteſt agi. Feſtus: portum pro domo in duodecim poſitum omnes conſentiunt. & Ulpianus: Portus eſt concluſus locus quo importantur, & inde exportantur merces. unde angiportum dictum eſt. Donatus in Adelph. Angiportum eſt anguſta, & curta via, quaſi anguiportus. alii, quod inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos. *Ant. Auguſtinus.*

*Angiportus.*] Via anguſta ab *angendo* & *portu*, Varro lib. 4. Donatus ab *angue* & *portu*, angiportum quaſi anguiportum, id eſt viam flexuoſam in modum anguis. Portus enim antiquis viam ſignificabat. *Dacerius.*

*Angor.*] Plaut. in Moſtell. paucis immutatis. In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficæ illi fauces prehendam. *Ant. Auguſtinus.*

*Angor.*] Scribe, à Græco ἄγχειν. Miror à doctiſſimis viris margini appoſitum ἀγχινίλειν. Hoc quid ſit, ne ipſi quidem ſciunt. Sed quiſquis hoc auſus eſt, non dubium, quin ita legerit in lexico ſuo, cum legendum potius eſſet, ἄγχειν, ἴλλειν. Nam ἄγχω, eſt ἴλλω. Vide, quam ſæpe boni & docti viri ſuos ſibi oculos ipſi faſcinant. *Joſ. Scaliger.*

*In anginam ego nunc velim verti ut venefica illi.*
*Fauces prehendam atque enicem ſceleſtam ſimulatricem.*

*Angulus.*] Hic quædam trajecta putavit doctiſſimus Voſſius qui legit. *Angulus à Græco* ἀγκύλον *quod aduncatur, ſive ab eo quod eſt* ἐγγύς. Senſus eſt angulum factum eſſe, vel ab ἀγκύλος *incurvus*, quia omnis angulus aduncatur, hoc eſt incurvatur, vel ab ἐγγὺς prope, quia latera appropinquantia & concurrentia efficiunt angulum. Sed & recte legas ut in veteri Aldina, *angulus à Græco* ἀγκύλον, *vel ab eo quod eſt* ἐγγὺς *prope quod adducatur.*

*Annaria lex.*] Quæ & *villia* quia eam tulit L. Villius Tribunus plebis, L. Manlio, Q. Fulvio Coſſ. quot annos nati quemque Magiſtratum peterent caperentque. Ovid. in Faſtis.

*———— finitaque certis*
*Legibus eſt ætas unde petatur honos.*

 An-

Annus ex Græco venit quem illi ἔννον dicunt, & quod nos triennium, illi dicunt τϱίεννον.

Anquirere eſt, circumquærere.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.

Ante Terentius pro antea ponit.

Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio.

Antes ſunt extremi ordines vinearum. unde etiam nomen trahunt antæ, quæ ſunt latera oſtiorum.

Anteurbana prædia, urbi propinqua.

Antiæ muliebres capilli demiſſi in frontem appellati ex Græco videntur: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt.

Anticum veteres etiam pro janua poſuere.

Antigerio antiqui pro valde dixerunt.

## Notæ.

*Annus.*] Ἔνος, Æolice ἔννος, *e* mutato in *a annus.*

*Anquirere.*] Ab *an* circum & *quæro*, Cicero Tuſcul. 5. *Studioſe ab his ſiderum magnitudines & intervalla anquirebantur.* Anquirere etiam verbum eſt forenſe. Liv. lib. 36. *Cum Tribunus bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret.* Ubi *pecuniæ & capitis anquirere*, eſt *ad* populum ferre de multa & capite alicujus. *Dacerius.*

*Antarium.*] Antarium bellum eodem modo dictum quo à Vitruvio Antarii funes. Veteres Gloſſæ: Antarium bellum, ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. In veteri Gloſſario: Antarium, ἀντηρμὸς, hoc eſt antepagmentum. ab eadem mente dictum. *Joſ. Scaliger.*

*Antarium bellum.*] Quod ante portas geritur, Gloſſar. *antarium bellum* ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος i. ante portas bellum: ſed magis placet antarium bellum dici, quod Tyrannus ſeu apoſtata adverſus regem ſuum gerit, ab ἀνταίρω *rebello.* Nam & Græci antarium ἀντηρμὸν vocant Gloſſ. *antarium*, ἀντηρμός. Falluntur enim viri doctiſſimi, Vulcanius & Scaliger qui ibi *antarium* & ἀντηρμὸν de antipagmento accipiunt: inde ἀντάρτης Latine *antarta*, pro quo & *intarta*, rebellis, tyrannus, apoſtata. Heſych. ἀντάρτης, τύραννος ἀντιβαίνων βασιλεῖ. *Antarta, tyrannus rebellans adverſum regem. Dacerius.*

*Antea.*] Opinor legendum *Antidea. Ful. Urſinus.*

*Ante.*] Quaſi verò *ante* pro *antea* ſolus Terentius uſurparit.

*Antefixa.*] Horum mentio eſt apud Livium lib. 34. *Antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes.* Et lib. 36. *In æde Concordiæ victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decuſſaque, ad Victorias quæ in antefixis erant, hæſit, atque inde procidit.* Quid ſint diſertim explicat Vitruvius lib. 3. *In Areoſtylis autem nec marmoreis Epiſtyliis uti datur: ſed imponenda de materia trabes perpetuæ: & ipſorum Ædium ſpecies ſunt baricæ, humiles, laxæ. Ornantque ſignis fictilibus aut æreis inauratis earum faſtigia, Tuſcanico more: uti eſt ad Circum maximum, Cereris, Herculis Pompeiani, item Capitolii.* Ita locum illum Vitruvii legimus.

*Antes.*] Gloſſarium: *Antes*, ϛίχοι ἀμπέλων. *Antium*, τάξεων, ὀρχάτων. *Joſ. Scaliger.*

*Antes.*] Ordines anteriores Virg. 11. Georg. *Jam canit effœtos extremus vinitor antes.* ubi interpres: *Antes ſunt extremi ordines in ingreſſu, qui & finis eſt laboris cum ad eum perventum eſt.* Gloſſar. antes, οἱ τῶν ἀμπέλων ϛίχοι *vinearum ordines.* Item *antium*, τάξεων, ὀρχάτων.

*Antæ quæ ſunt latera oſtiorum.* Pilæ ſive columnæ lapideæ in lateribus oſtiorum, quadras columnas exponit Nonius. Gloſſæ *anta* παραϛάδες, & παραϛάδες. Heſychio ſunt πρὸς τοῖς τοίχοις πεπηγμένοι κίονες, columnæ muris applicatæ. Eædem Gloſſæ *antes* pro *anta antes* παραϛάται. *Dacerius.*

*Anteurbana prædia.*] Imitatio Græcorum προάστεια χωρία. *Joſ. Scaliger.*

*Antiæ.*] Gloſſarium Antide, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. Lege *antiæ*, i. (*Coma mulie-bres per media tempora deſcendentes.*) Aliæ Gloſſ. antiæ, τρίχες αἱ μεταξὺ τῶν κεράτων τῶν βοῶν. i. *Crines intra cornua boum.* Tert. de pallio: *genuinos inter antias adumbratos. Joſ. Scaliger.* Aliæ gloſſæ: antiæ προκόμιον. *antiæ* alio nomine *Capronæ* dictæ. vide *Caprone. Dacerius.*

*Anticum.*] Vide Poſticum. *Ant. Auguſtinus.*

*Anticum.*] Subintelligitur *oſtium.* Vide *Poſticum. Dacerius.*

*Antigerio.*] Gloſſæ veteres Latinæ: *Antigerio, valde. Antigerium, quemadmodum, imprimis. Joſ. Scaliger.*

*Antigerio.*] Placidus in gloſſis. *Antigerio, vel quemadmodum, vel in primis. Ful. Urſinus.*

*Antigerio.*] Quintilian. lib. 8. cap. 3. *Quid neceſſe eſt dicere oppido, quo ſunt uſi paulo tempore noſtro Superiores? vereor ut jam non ferat quiſquam. Certe antigerio, cujus eadem ſignificatio eſt, nemo niſi ambitioſus*

Digitized by Google

Antios, id eſt excruciatos.

Antipagmenta valvarum ornamenta: quæ antis adpanguntur, id eſt, adfiguntur.

Antiquare eſt in morem priſtinum reducere.

Antras, convalles, vel arborum intervalla.

Antroare, gratias referre. truant, movent. truam quoque vocant, quo permovent coquentes exta. 31

Anus dicta eſt ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant conſonantes, vel quod jam ſit ſine ſenſu, qui Græce dicitur ἄνȣς.

Anxur vocabatur, quæ nunc Terracina dicitur Volſcæ gentis. ſicut ait Ennius: Vulſculus perdidit Anxur. 10:

Ape apud antiquos dicebatur, prohibe, compeſce.

Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.

Aperta idem Apollo vocabatur; quia patente cortina reſponſa ab eo dentur.

## Notæ.

*bitioſus utetur.* Iſidorus in Gloſſis: *Antigerium, quemadmodum, in primis.* Item, *antigerio, valde.* Gloſſarium, antigerio, σφόδρα μέγα, νίκη ἀντιπολεμίας. Lego σφόδρα μέγα νίκης, ἀντίπραξις. *Dacerius.*

*Antios.*] Videtur legendum, *anctos. Ful. Urſinus.*

*Antios.*] Sine ullo dubio legendum *Anctos.* Adſtipulatur & optimum illud Gloſſarium: *Anctos*, ἀπαγχονισθέντες. *Ancti*, ἀγχόμενοι. *Joſ. Scaliger.*

*Antipagmenta.*] Gloſſ. antipagmenta, ἀντιπήγματα. Sculpturæ Deorum, hominum, animantium, aliarumve rerum, quæ poſtibus aut columnis poſtes ſuſtinentibus pangi ſolent.

*Antiquare.*] Verbum ſolemne quo populus Rom. utebatur cum ſignificabat ſe legem non accipere, antiquo eſt deleo, aboleo, in antiquum morem reduco, id eſt, ut antiquum jus valeat, nec novum ſtatuatur. Gloſſ. *antiquare*, ἀρχαιῶσαι; & *antiquo*, ἀρχαΐζω. *Dacerius.*

*Antras.*] Placidus in gloſſis. *Ancras, convalles, vel arvorum intervalla.* ἄγκεα ποιήεντα, Homerus. *Ful. Urſinus.*

*Antras.*] Gloſſarium, *ancras, ancra*, ἄγκεα, αὐλῶνες. Videtur Gloſſarii lectio verior: Confirmatur enim gloſſis Iſidori, *Angra, intervalla arborum, vel convalles.* Nam cognatæ ſunt C. & G. Fortaſſe ſcribendum *ancea* aut ut Iſidorus, *angea.* Nam à Græco ἄγκεα quin etiam in aliis gloſſis Græco-Latinis, *averca* αὐλὰν, ὁ ςενὸς τόπος, καὶ ἐπιμήκης: extant, enim veſtigia vocis *ancra*: ita enim legendum. Item *ancria*, φάραγξ, *vallis. Joſ. Scaliger.*

*Antruare.*] Vide, an idem ſit quod paulo ſuperius andruare: & quod hic trua dicatur; illic drua appelletur. *Ant. Auguſtinus.*

*Antruare.*] Gloſſarium: *Antruare*, ἀνηλεῦσαι. Ita corrigimus. ἀντὶλαιον enim antrum. Longe alia ſignificatione poſuit, ac Feſtus ipſe. *Joſ. Scaliger.*

*Antruare.*] Gloſſarium *antruare* ανηλεῦσαι. Reſcribit Vulcanus ανηλεῦσαι. Scaliger αντηλεῦσαι. Uterque ſine nullo ſenſu: nam ανηλεῦσαι eſt *contaminare, inficere*, quod verbo *antruare* nunquam convenire poſſit, at ανηλεῦσαι ab αντήλαιον *antrum* inaudita vox, & quæ nunquam referri ad τὸ *antruare* neque enim *antruare* ab antro. Lege igitur *antruare* ἀτιῦσαι. i. *citato gradu ferri*: Nunc quod ait Feſtus *antroare, gratias referre.* Id mihi dubium eſt aioque redamtruare potius pro gratias referre poſitum fuiſſe, nam *antruare* eſt motus edere, redamtruare, eoſdem motus invicem referre, unde non invenuſta metaphora pro gratias referre dici potuit redamtruare. Nihil aliud video.

*Anus.*] A Græco ἄνȣς *amens*: neque enim ab *annis* eſſe poteſt, quum *anus* vetula priorem ſyllabam corripiat, *anus* vero pro *annus* eandem producat. *Dacerius.*

*Anxur.*] Placet vetus editio, *Axur.* Nam certiſſimum eſt ex Servio, veteres ita dixiſſe, ob Jovem imberbem, ſive ἄξυρον, qui ibi colebatur. Et in nummo argenteo Panſæ, ab uno latere, JOVIS AXUR. VIBIUS C. F. C. N. ab altero, PANSA. *Joſ. Scaliger.*

*Anxur.*] Vel *Axur*, ut legitur in Panſæ numiſmate, Volſcorum oppidum, à Latinis *Terracina.* Quinquaſimo milliario ab urbe diſtans. Liv. lib. 4. *Anxur fuit quæ Terracinæ ſunt.* Idem Plinius. Terracina autem Græcis τραχινὴ à loci aſperitate. Strab. l. 5. Axur autem dixere veteres ob Jovem imberbem ſive ἄξυρον qui ibi colebatur, ut ſcribit Servius.

*Ennius: Vulſculus.*] Lib. 4. *annal.* Sed ibi *Volſcus* non *Volſculus.*

— — *Volſcus perdidit Anxur*

*Ape.*] Gloſſarium: Ape, κώλυσον. Apet, ἀποσοβεῖ. *Joſ. Scaliger.*

*Ape.*] Ab antiquo *apeo, prohibeo, compeſco.*

*Apellinem.*] Ut *hemo* pro *homo*; *agelum, agolum.*

*Aperta.*] Imo *Aperta* lingua Tarentina quæ magna ex parte Æolenſis fuit, ἀπεραῖος id eſt, ὑπεραίτης quod tranſmarinus Deus ſit & peregrinus; nam

regiis

Apex qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus eſt ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant. Unde aptus is, qui convenienter alicui junctus eſt.

Apica dicitur ovis, quæ ventrem glabrum habet.

Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt.

Apluda eſt genus minutiſſimæ paleæ frumenti, ſive panici. de qua Nævius: Non hercle apluda eſt hodie, quam tu nequior. ſunt qui apludam ſorbitionis liquidiſſimum putent genus; quod ſtatu dejiciatur, & quaſi adplaudatur.

Apluſtria navium ornamenta; quæ quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſu, etiam ampluſtria dicebantur.

Apollinares ludos, hoc eſt in laudem Apollinis, populus laureatus ſpectabat ſtipe data pro cujuſque copia.

## Notæ.

regiis temporibus ignotus Apollo Romanis, ut ex Pontificiis libris Arnobius refert. cujus rei fidem facit nomen Apollinis Græcum. Si enim antiquitus Romanis notus fuiſſet, peregrino eum nomine non deſignaſſent. at *Venus* peregrinum quoque numen, nomen autem Romanum, ſed ita, ut peregrinum ſignificet; *Venus* enim à *veniendo* quaſi dicas προσήλυτον Θεόν. *Joſ. Scaliger.* ἠπειρώτης, ει mutato in ι & η in α ut Æoles ſolent ἀπειρώτας, ἀπειρῶται & ſyncope quæ etiam illorum eſt propria ἄπιρται, *aperta.* Sic autem dictus quod ex Græcia venerit quæ Græcis ἤπειρος. Pacuvius in armorum judicio.

*Apertai fatur dictio ſi intelligas:*
*Tali dari arma qualis, qui geſſit, fuit;*
*Jubet, potiri ſi ſtudeamus Pergamo.*

*Cortina.*] A Græco χόρτος, *gramen*, Unde ſeptum rotundum quia χόρτῳ gramine in orbem ſignabatur, χόρτος dictum eſt Homero. Et inde vocabulum noſtrum *la court.* Inde etiam locus unde dabantur Apollinis oracula, *cortina.*

*Apex.*] Cacumen pilei. Eum ſic deſcribit Servius: *Apex dicitur in ſummo Flaminis pileo virga lanata id eſt in cujus extremitate modica lana eſt.*

*Unde aptus.*] Virg.

*——————— ubi maximus Atlas,*
*Axem humero torquet ſtellis fulgentibus aptum.*

Aptum id eſt *aſtrictum, colligatum, connexum.*

*Apica.*] Ovis quæ ventrem lana nudum habet. Varr. lib. 2. de r. r. *Ovem collum & ventrem piloſum habere oportet. Qua id non haberent majores noſtri apicas appellabant ac rejiciebant.* Apicus à Græco ἄπικος glaber ab α privativo & πῖκος *vellus, lana. Dacerius.*

*Apiculum.*] Veteres Grammatici aiunt, *Flamines*, quaſi *filamines* dictos, quod cum ipſis capite nudo in publicum prodire fas non eſſet, apicem pone regerebant, & *filo* velati incedebant. Quid ſit autem *filum* Livius explicat, cum dicit *velamentum lana* eſſe. Ergo hi Grammatici mihi quidem non probant etymon ſuum. non enim flamen, quaſi filamen dictus eſt. ſed tamen, cum hæc dicunt, morem priſcum circa cerimonias flaminis nos docent. Quæ cum ita ſint, non dubito legere: *Apiculum, filum, quo flamines velati, apicem regerunt.* Pone enim regerebant apicem, ne gravis eſſet ſummis æſtatis caloribus. amentis enim, quæ offendices dicebantur, ſub mentum adductis religabant, ut cum vellent, regererent, & pone pendere permitterent. Nam duarum rerum neceſſitate ſemper obſtrictus erat flamen, nunquam nudo capite in publicum prodeundi, ac nunquam apicem dimittendi. Hoc enim eſt caput ex lege Flaminica: SINE. APICE. SVB. DEIVO. ESSE. NEC. FAS. ESTO. IN. TECTO. VTEI. LVBET. LICETO. Ergo cum filo propter æſtus diei velati erant, apicem tamen geſtabant; ſed non in capite, uti diximus. Poſſumus tamen vulgatam lectionem tueri. Nam certum eſt eos velamenta geſtare ſolitos, quæ Flamea vocabantur. Dionyſius: οὓς (Flamines) ἀπὸ τῆς φορήσεως πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ νῦν ἔτι φοροῦσι, φλάμινα καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύουσι. Mihi prior conjectura magis placet. *Joſ. Scaliger.* Sed nihil agit vir doctiſſimus, nam certum eſt laneum illud filum quo totus apex ſive virga apicis velabatur *apiculum* à veteribus dictum fuiſſe.

*Apluda.*] Alii *applida.* Plin. lib. 18. cap. 10. *Milii & panici & ſeſama purgamenta appludam vocant.* Alii frumenti furfurem interpretantur. De ſorbitionis genere mihi adhuc incompertum eſt. *Dacerius.*

*Apluſtria.*] A Græco ἄφλαστα. Apollonius. Gloſſarium: *Apluſtra*, πτερὸν πλοίου, ὡς ἔνιοι. *Joſ. Scagiler.*

*Apluſtria.*] Summa pars puppis atque etiam ornamenta quæ ſemper in ſumma puppis parte, non in prora ut plerique veterum ſcripſerunt, collocacantur. Nam quæ in prora erant, dicebantur acroſtolia, *Apluſtria* autem & *apluſtra*, nam utroque modo antiquos protuliſſe docet Priſcianus, Græcè ἄφλαστα poſtea *ampluſtrum* & *ampluſtre* dictum eſt.

*Apollinares ludos.*] Qui fiebant iii. nonas Quintil. Eo-

Digitized by Google

Apor apud.
Appellitaviſſe, appellaſſe.
Appia via, & aqua ab Appio Claudio eſt appellata.
Apricum locum à ſole apertum. à Græco vocabulo φρίκης appellatur, quaſi ἀφρίκης, id eſt ſine horrore, videlicet frigoris. unde etiam putatur Africa appellari.
Aptus cum propria ſignificatione intelligatur, poni tamen ſolet pro adepto: ſicut apiſci pro adipiſci.
Apua, genus minimi piſciculi.
Apud mutuam loci, & perſonæ conjunctionem ſignificat: ut cum dicimus cœno apud amicum. Apud, & Penes, in hoc differunt: quod alterum perſonam cum loco ſignificat: alterum perſonam, & dominium, ac poteſtatem, quod trahitur à penitus.
Aqua dicitur, à qua juvamur. Aqua & ignis interdici ſolet damnatis. quam accipiunt nuptæ: videlicet, quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent. Itaque funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.

## N o t æ.

Eorum origo ex Cn. Martii carminibus petita, quæ legere poteris apud Liv. lib. 25. Sect. 12. *Dacerius.*

*Apor.*] Gloſſarium: Ape, ἐγγύς. ut in alterutro mendum ſit. *Joſ. Scaliger.*

*Apor.*] Pro *apur* ut antiqui ſcribebant pro *apud.* Ut *arventum* pro adventum. Male quidam *apot.*

*Apricum.*] Melius quaſi *apericum*, ſoli apertum.

*Appia via.*] Quæ ab urbe Brunduſium uſque lapidibus ſtrata erat, ab Appio Claudio extructa. Appia ſimpliciter dicta, Horat.

*Minus eſt gravis Appia tardis.*

De aqua Appia ab eodem Claudio in urbem introducta meminit Cicero in Cœlio.

*Unde etiam putatur Africa.*] Melius qui ab *Afro* uno ex poſteris Abrahæ de Cethura. Alii aliter. Sed ſolus veram originem oſtendit Doctiſſ. Bochartus in ſuo Canaan lib. 1. cap. 25. Ubi docet Africam ſic dictam à Pœnis ab Arabico *pheric* ſive *feric ſpica*, quaſi terram ſpicæ, id eſt, phraſi mere Punica γῆ ἀστάχυος terra ſpicarum ferax qualem fuiſſe Africam omnes tradunt, unde & in notitia Imperii ſymbolum eſt, Africæ mulier binas utraque manu ſpicas oſtentans, & ſub pedibus duas habens naves frumento onuſtas, cum his literis ſuperne inſcriptis PROCOS. AFRICÆ.

*Aptus.*] Adeptus ab antiquo *apiſcor.* Unde *adipiſcor.* Terent. Heauton. 4. 3.

——— *Deorum vitam apti ſumus.*

*Sicut apiſci.*] Plaut. in Prolog. Rudent.

*Qui hic litem apiſci poſtulant perjurio.*

*Apua.*] ἀφύην Græce dicunt, ſed Latini tenui pro aſpirata utuntur, ut in aliis. Vide Album. *Ant. Auguſtinus.*

*Apua.*] Græcis ἀφύη. Plin. lib. 31. cap. 8. *Apuam noſtri, Amphyn Græci vocant, quoniam is piſciculus è pluvia naſcitur.* Meminit Ariſtoph. in Equit.

*Οὐπώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας,*
*Numquam apuas vidi pretioſiores.*

Ubi Schol. *Apua piſciculus minutiſſimus qui ex limo concreſcit & vivit, natura miraculo, nullius cibi indigens, ſed alter alterum lingendo paſcitur.*

*Apud.*] Vide *ad.*

*Apud & penes.*] In eo differunt quod *apud* cuſtodiam tantum, *penes* vero dominium comprehendat & penes ſe rem habet qui eam omnino poſſidet, ut Dominus. Apud ſe habet qui eam ut depoſitarius tenet. Ulpian. *Penes te amplius eſt quam apud te. Nam apud te eſt quod qualiter qualiter à te tenetur, penes te eſt quod quodam modo poſſidetur.* Verum apud Juriſconſultos & alios auctores plerumque confunduntur. *Dacerius.*

*Aqua.*] Varro minus dure: Aqua quod æqua ſumma. quanquam neutrum implet aures meas. De aqua, & igni, quæ accipiunt nuptæ, idem Varro videndus libro IV. & Plutarch. in Problem. & infra Facem. *Ant. Auguſtinus.*

*Aqua.*] Videtur hic locus ita legendus. *Aqua, & igni tam interdici ſolet damnatis, quam accipiuntur nuptæ.* Scævola in L. Seia. D. de donat. inter vivos. *Quidam virgini die nuptiarum, priuſquam ad eum tranſiret, & prius quam aqua & igni acciperetur, ideſt, nuptiæ celebrarentur, obtulit decem aureos dono. Ful. Urſinus.*

*Aqua dicitur.*] Optime Caninius ab ἡ χέα à fuſione. Nam ſæpe Latini articulum nominibus jungunt.

*Aqua & ignis.*] Fulvio Urſino unice adſentior qui legit: *Aqua & igni tam interdici ſolet damnatis quam accipiuntur nova nuptæ.* De utroque more Ovid. 5. Faſt.



Digitized by Google

Aquælicium dicitur, cum aqua pluvialis remediis quibuſdam elicitur: ut quondam, ſi creditur, manali lapide in urbem ducto.

Aquagium quaſi aquæ agium, id eſt aquæ ductus appellatur.

Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi adſeclæ.

Aquilus color eſt fuſcus, & ſubniger. à quo aquila dicta eſſe videtur: quamvis eam ab acute volando dictam volunt. Aquilus autem color ab aqua eſt nominatus. nam cum antiqui duos omnino naturales noſſent, id eſt album & nigrum; intervenerit autem is quoque qui ita neutri ſimilis eſt, ut tamen ab utroque proprietatem trahat: potiſſimum ab aqua eum denominarunt, cujus incertus eſt color.

Aquilius prænomen ab aquilo colore, id eſt nigro, eſt dictum.

Aquilo ventus à vehementiſſimo volatu ad inſtar aquilæ appellatur.

Aquipenſer genus piſcis.

## NOTÆ.

*Quod in his vita cauſſa eſt, hac perdidit exul,*
*His nova fit conjux: hac duo magna putant.*

Vide *facem*. *Dacerius*.

*Aqualicium.*] Tertullian. *Aquilicia Jovi immolatis: nudipedalia populo denunciatis.* Fortaſſe Varro *Tuſcum aquiligem*, vel *Aquilicem* dixit, quod ſacrificiorum, & rei divinæ procuratione, quarum rerum periti Tuſci erant, aquas eliciebat. Verba Varronis ſunt hæc ex Satyra Quinquatribus: *An hoc præſtat Herophilus Diogeni, quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te jactas? at hoc pacto utilior te Tuſcus aquilex.* Tamen nihil impedit, & pro libratore aquarum ſumere. Gloſſarium: *Aquilices*, οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀνοχετεύοντες, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Ita enim legendus eſt locus ille apud auctorem Gloſſarii. *Joſ. Scaliger.*

*Aqualicium.*] Cum propter nimiam ſiccitatem manalem lapidem in urbem protrahebant ut aquas elicerent. Vide *Manalis lapis*. Sacrificia tum peracta innuit Tertullian. *Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis.* Aquilex qui hujuſce rei procuratione aquas eliciebat *Tuſcus aquilex* dictus quod harum rerum periti Tuſci erant. Varro in Satyra Quinquatribus: *An hoc præſtat Herophilus Diogeni, quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te jactas? at hoc pacto utilior te Tuſcus aquilex.* Quamvis ibi, ut optime Scaliger, aquilex ſimpliciter ſumi poſſit pro aquarum libratore. Gloſſarium, aquilices: οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀνοχετεύοντες, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Prout ipſe hunc locum digeſſit qui corruptiſſime legitur. Infra iſta *ſi creditur*, Sunt barbari mutilatoris qui dubitavit olim Romæ manales verrere ſolitos fuiſſe. *Dacerius.*

*Aquagium.*] Idem quod Aquarium. Gloſſarium: *Aquarium*. ὑδραγώγιον. *Joſ. Scaliger.*

*Aquarioli.*] Sic proprie dicebantur qui aquam meretricibus miniſtrabant, qua ſe poſt venerem abluerent. Gloſſarium, aquarioli, βαλλάδες, nam βαλλὰς à βάλλειν ὕδωρ ab aqua jaciunda. Inde poſtea Lenones & ſtupri conciliatores *aquarioli* dicti.

*Aquagium.*] Idem quod aquarium, Gloſſarium *aquarium* ὑδραγώγιον, aquæductus. *Dacerius.*

*Aquilus.*] Gloſſarium, *Aquilum*, μέλαν, ὡς λυκόφως. Varro. κυρτομετωπόν, ἀπὸ φλογὸς κόσμου.

*Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo.*
*Sævus ubi poſuit Neptuni filius urbem.*

*Aquilum fluctum*, μέλαν ὕδωρ. poëtæ. *Joſ. Scaliger.*

*Aquilus color.*] Medius inter album & nigrum. Sed male Feſtus ab *aqua* dictum putat cum ſit ab *aquila* quod & innuit Plaut. Rudent. 2. 4.

*—————— Eia corpus quojuſmodi?*
*Subvolturium illud quidem, ſubaquilum volui dicere.*

Aquila autem ut optime Caninius à Cyprio *agor*. Heſych. ἀγὼρ αἰετός, Κύπριοι. *agor, aquila, Cyprii. Agor* r mutato in l *agol, agul, aqul, aquila. Dacerius.*

*Aquilius prænomen.*] Aquillia familia duplex: patricia, & plebeia, utraque conſularis. Ideo Aquillius nomen malim, nam prænomen Aquilius, vel Aquillius nunquam extat, quod ſciam. Aquillium autem ſcribendum eſſe non Aquilium docent faſti Capitolini, & nummi. *Ant. Auguſtinus.*

*Aquilius.*] Simplici l pro *Aquillius* ut conſtanter Faſti Capitolini & nummi. Aquillia familia duplex, patricia & plebeia. Utraque conſularis, ideoque legunt viri doctiſſimi, *Aquillius nomen*, &c. quum nuſquam legatur *prænomen aquilius.*

*Aquilo.*] Optime Caninius à Græco ἀκιρός. Heſych. ἀκιρός, βορρᾶς. ἀκιρὸς ρ in l ἀκιλὸς aquilo.

*Aquipenſer.*] Scribitur & *acipenſer*. Horat. Satyr. 2. lib. 2.

*—————— haud ita pridem,*
*Galloni præconis erat acipenſere menſa*
*Infamis.*

Vulgo vocatur *ſturio*, *eſtourgeon*. Quamvis an aquipenſer ſit ſturio dubitari certe poſſit, cum *aquipenſer* ſit marinus tantum, ſturio vero & marinus & fluviatilis. Sed de hoc apud Horatium. aquipenſer

ARABICE olet, id eſt ex odoribus Arabicis.

Arbilla arvina, id eſt pinguedo corporis.

Arbiter dicitur judex, quod totius rei habeat arbitrium, & facultatem.

Arbitrarium; cum adhuc res apud arbitrium geritur.

Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur.

Arboſem pro arbore antiqui dicebant, & roboſem pro robore.

Arbutus genus arboris frondibus raris. Vergilius: & quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.

Arca diminutivum facit arculam, & arcellam: ut à porco porculum, & porcellum: à mamma mammulam, & mammillam.

Arcani ſermonis ſignificatio trahitur ſive ab arce, quæ tutiſſima pars eſt urbis, ſive à genere ſacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum à notitia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur: ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur. ſive ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, tuta manent. cujus ipſius origo ab arcendo pendet.

Arcere eſt continere. unde & arcus in ædificiis dictus eſt: quia ſe ipſum continet. Alii dicunt arcum dictum eſſe ab opere arrigendo in altitudinem: Arcere prohibere eſt. ſimiliter abarcet prohibet. porcet quoque dictum ab antiquis, quaſi porro arcet, & pro eo, quod eſt continet, ponitur. unde & coercere continere dicimus. trahitur autem hoc verbum à Græcorum magiſtratu, quem illi ἄρχοντα vocant; in cujus poteſtate eſt cogere, vel prohibere.

Arcubiæ, qui excubabant in arce.

Arcula dicebatur avis, quæ in auſpiciis vetabat aliquid fieri.

## NOTÆ.

ſer autem ab acumine roſtri dictus. *Peſnum* enim antiqui dicebant acutum. Inde *aquipeſner* primo poſtea *aquipenſer* & *acipenſer*. *Dacerius.*

*Arbilla.*] *Arvina* ſeu *arbina* non eſt quævis pinguedo, ſed *ſevum* tantum. Gloſſarium: arvina, λίπος ἀνὰ σαρκός. Hæc enim eſt definitio ſevi, eſt autem Siculum verbum Heſych, ἄρβινη, κρέας, σικελοί. Legendum fortaſſe στέαρ non κρέας. *Joſ. Scaliger.*

*Arbiter.*] Judex à prætore datus, vel ex conventione litigatorum electus. *Arbiter* autem & *judex* eo differunt, quod ille certos habeat terminos quos non excedat, hic nullos.

*Arbitrarium.*] Plaut. Amphit. *Hoc quidem profecto certum eſt, non arbitrarium.*

*Arbitrium.*] De differentiis *arbitrii* & *judicii* ſic Cicero pro Roſcio Comœdo. *Aliud eſt judicium, aliud arbitrium. Judicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo venimus ut totam litem, aut obtineamus, aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus ut neque nihil, neque tantum quantum poſtulavimus conſequamur.* Aliquando tamen arbitrium pro judicio ponitur ut arbiter pro judice. Præterea etiam arbitrium uſurpatur in funeribus pro præmio eorum qui funera curabant. Cicer. poſt reditum in Senat. decima ſeptima. *Nondum palam factum erat concidiſſe rempub. cum tibi arbitria funeris ſolvebantur.* *Dacerius.*

*Arboſem pro arbore antiqui dicebant.*] Placidus in Gloſſis. *Haſenam antiqui dicebant, ut aſas, quas nos aras, & Laſes quos Lares dicimus.* Velius Longus de orthographia. *Feſias antiqui pro ferias: & haſena, pro harena.* *Ful. Urſinus.*

*Arboſem.*] Ut *advoſis* pro *advoris*: *haſena* pro *arena*. *Aſa* pro *ara*. Et ſimilia. Lege infra, *roboſe pro robore*. *Dacerius.*

*Arbutus.*] Virg. Ecloga VII. *Ant. Auguſtinus.*

*Arcani ſermonis.*] Ab *arca*, *arcanus*, ut ab *oppido*, *oppidanus*. Arca autem ab arceo Varr. lib. 4. de L. L. *Arca quod arcentur fures ab ea clauſa.* Sive potius ab *arcere*, quia id veteribus erat *continere*. Unde & arcus qui ſine fulcris ſe ipſum continet. Eadem & *arcela*. Gloſſarium, *arca*, *arcela*, κιβωτὸς, σορὸς, κόμπτρον, λάρναξ. *Dacerius.*

*Arcere.*] Ἀρκέω. *Contineo*, *capio*, item *prohibeo*, *propulſo*. Et inde arcere, neque enim audiendus Feſtus qui ab ἄρχω *impero*. *Dacerius.*

*Arcula.*] Lego, *Arciva*. Veteres Gloſſæ: *Arcivus*, εἰρκτικὸς, κωλυτικός. Et ſane cum dictum ſit hoc ab *arcendo*, *Arcivum* dicendum eſſe quis non videt? *Joſ. Scaliger.*

*Arcula dicebatur avis.*] Legendum *arciva* ut in veteri libro. Eſt enim ab arcendo. Veteres Gloſſæ: *arcivus*, εἰρκτικὸς. i. *impeditivus*, *ineber*. In auſpiciis aves arcivæ dicebantur etiam *clivia*, quia difficilia dicebant *clivia*. Et *remores* à remorando, & *inebra* ſive *enebra*.



Digitized by Google

Arculata dicebantur circuli, qui ex farina in ſacrificiis fiebant.

Arculum appellant circulum, quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus, qui tutelam gereret arearum.

Arcuma genus plauſtri eſt modici, quo homo geſtari poſſit.

Area proprie dicitur locus vacuus, quaſi exaruerit, & non poſſit quidquam generare.

Arferia aqua, quæ inferis libabatur. dicta à ferendo. ſive vas vini, quod ſacris adhibebatur.

Argea loca Romæ appellantur: quod in his ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri.

Argennon argentum percandidum.

Argeos vocabant ſcirpeas effigias, quæ per virgines Veſtales annis ſingulis jaciebantur in Tiberim.

## NOTÆ.

*Arcula.*] L. m. habet, *Arciva*; & ita opinor legendum. *Ful. Urſinus.*

*Arculata.*] Ab *arculo* id eſt circulo qui fiebat ex virga, in modum coronæ curvata, & à regina in capite geſtabatur. Vide *inarculum. Dacerius.*

*Arculum.*] Vide Ceſticillus. *Ant. Auguſtinus.*

*Arculum.*] Vide *arculata*, idem *ceſticillus* dicebatur.

*Arculus.*] De arculo Deo nihil uſquam legi. Infra pro *qui tutelam gereret arearum* nemo non videt legendum *arcarum.*

*Arcuma.*] Videtur eſſe genus modici plauſtri, quo homo tantum geſtari poterat & à ſervis non à mannis trahebatur. Unde vocabatur Chiramaxium. Petron. *Hinc involutus coccina gauſapa lecticæ impoſitus eſt, præcedentibus phaleratis curſoribus* IV. *& chiramaxio in quo deliciæ ejus ferebantur*, &c. *Joſ. Scal.* Pro *arcuma* ſcriptum fuerat ad oram libri *arcima* cui favere videntur Gloſſæ veteres: *arcirma*, vel *arcirna*, ἁμαξίς.

*Area.*] Ab areo, quod ſit arida; melius forſan à Græco ἁλωὰ, λ enim ſæpe mutatur in ρ. *Dacerius.*

*Arferia.*] Arferia aqua, ut inferium vinum. ab adferendo, & inferendo. Arferium, pro adferium. ſic arvenire, arcire, arcedere, & ſimilia. eodem modo Adferia aqua. veteres Gloſſæ: *Adferial*, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον. *Joſ. Scaliger.*

*Arferia aqua.*] Ab adferendo, ut inferium vinum ab inferendo. *Arferia* autem quia veteres pro *ad* dicebant *ar*, *arvenire*, *arcire*, *arcedere*, *ardicere* & ſimilia. Porro non aqua tantum, ſed quæcumque mortuis libabantur *arferia* dicta ſunt ut lac, mel, vinum. Quæ omnes vocabantur *inferiæ* Græcis χοαί. *Dacerius.*

*Argea.*] Lege: *Argei*, ex Varrone, Ovidio, Plutarcho, & aliis. Gloſſarium: *Argiarra*, ἀφιδρύματα. Lege, *Argei*, *ara*. In lege Flaminia: CUM. EAT. AD. ARGEOS. NEQUE. CAPUT. COMITO. NEQUE. CAPILLUM. DEPECTITO. *Joſ. Scaliger.*

*Argea.*] Scal. Varro lib. 4. de L. L. *Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti partes urbis ſunt diſpoſita. Argeos dictos putant à principibus qui duce Hercule Argivo venerunt, & in Saturnia ſubſederunt. E queis prima eſt ſcripta regio Suburana, ſecunda Eſquilina, tertia Collina, quarta Palatina.* Nam diſtributa primum fuit urbs in quatuor illas urbanas tribus per quas diffuſi erant Argei per viginti ſeptem ſacraria. Unde in ſacris Argeorum ſcriptum eſt, *primæ regionis quartum ſacrarium.* Livius lib. 10. *Multa alia ſacrificia locaque ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, Numa dedicavit.* Vide Ovid. in Faſt.

*Itur ad Argeos, qui ſint ſua pagina dicet.*

Perperam hos Argeos confundit Beroaldus cum Argeis, hominum ſimulacris de quibus infra.

*Argennum.*] Ἀργεννόν. Legendum hic, *Argennum, argenteum, percandidum. Joſ. Scaliger.*

*Argennon.*] Legebat Scaliger, *argennum*, *argenteum*, *percandidum*; ego vero, argentum percandidum: Nam certum eſt argentum proprie nihil aliud eſſe quam album. Græce ἀργεννόν. Heſych. ἀργεννῇσι, λαμπραῖς, λευκαῖς. Ubi Homeri locum reſpicit ex Iliad. γ.

— — ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσι.

*Candidis cooperta linteis.*

*argennum*, *argendum*, *argentum.*

*Argeos.*] Varr. lib. 6. de L. L. *Argei fiunt è ſcirpeis virgultis. Simulacra ſunt hominum triginta, ea quotannis à ponte Sublicio à Sacerdotibus publice jaci ſolent in Tiberim.* Ovid. lib. 5. Faſt.

*Tum quoque priſcorum vulgo ſimulacra virorum*
*Mitti roboreo ſcirpea ponte ſolent.*

*Tum.* Idibus Maii Adi locum. Vide & in *ſexagenarios.*

Ari-

Argus, oculeus. Argus nomen eſt hominis, qui fuiſſe fingitur oculis plenus.

Argutum iri, in diſcrimen vocari.

Aridum proprie eſt, quod naturalem humorem amiſit. dicitur autem per contrariam ſignificationem, quod irrigari deſierit. nam Græce irrigare eſt ἄρδειν.

Arilator qui etiam cocio appellatur, dictus videtur à voce Græca, quæ eſt αἶρε, id eſt tolle. quia ſequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli poſſit tollere. lucellum diminutivum eſt à lucro.

Ariminum à nomine fluminis propinqui eſt dictum.

Ariſtophorum vas, in quo prandium fertur, ut diſcus.

Arma proprie dicuntur ab armis, id eſt humeris, dependentia: ut ſcutum, gladius, pugio, ſica; & ea quibus prope prælíatur: ſicut tela, quibus procul.

Armata dicebatur virgo ſacrificans; cui lacinia togæ in humerum erat rejecta. Legibus etiam Laurentium ſancitum eſt, ne pomum ex alieno legatur in armum, id eſt quod humeri onus ſit.

Armentum id genus pecoris appellatur, quod eſt idoneum ad opus armorum. Invenies tamen feminine armentas apud Ennium poſitum.

## Notæ.

*Aridum.*] Ridicule Paulus cum ſua hac antiphraſi; *aridus* eſt ab *areo*, ut *timidus* à *timeo*. *Dacerius.*

*Arilator.*] Melius ſcriberetur *Arrilator*. Non enim ab *ara*, ſed ab *arra* dictus. Eſt enim, qui empturiens data arra poſtulat ſibi credi. Unde à cunctando Cunctio, ſeu Cuctio dictus. Nam veteres Cuctum, quod poſtea cunctum. Hoc genus hominum, *Barguigneurs* vocant Galli ab antiqua appellatione, quæ ad poſteriora etiam Latinitatis tempora duravit, nempe *Bargenna*. De quo alias. Gloſſarii auctor ſequitur vulgarem ſcripturam: *Arilator*, ἐψέτης, βωμοφόρος, πραγματευτής. Idem: *Arilator*, μεταβόλος, ἀρχ. hoc eſt ἀρχαϊκῶς. Gloſſæ Iſidori: *Arilator*, *Cocio*, μεταβολεύς. Apud Gellium legitur *Arulator*, de quo in voce Cocio. *Joſ. Scaliger.*

*Arilator.*] Arilator, pro arrilator: veteres enim non geminabant literas. & *arulator* pro *arilator*, ut *maximus* & *maxumus* &c.

*Ariminum.*] Urbs vetus intra viam Flaminiam, & Æmiliam, Umbrorum Colonia, portum habet Ariminum & fluvium cognominem. Strab. lib. 5. Plin. *Ariminum Colonia cum amnibus Arimino & Aprusa.*

*Ariſtophorum.*] Ἄριστον enim Græcis prandium.

*Arma.*] Idem Servius: *Proprie arma ſunt quæ armos tegunt, hoc eſt ſcutum, quod Græcis* ὅλον ὦμον *dicitur, cum cætera ſua nomina habeant.* Et Iſidor. lib. ult. cap. 5. *arma proprie dicta ſunt eo quod armos tegunt.* i. *Humeros.* Et ita proprie de ſcuto Virgil.

*At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.*

*Sicut tela quibus procul.*] Nam tela dicuntur quæcumque in hoſtes mittimus. Virg. 9. Æneid.

*——— ——— Telorum effundere contra*
*Omne genus Teucri.*

unde & *miſſilia* dicta ſunt. Idem:

*— — — — pellere vallo*
*Miſſilibus certant.*

Vide *tela*. Quandoque tamen utriuſque vocabuli appellatione latiſſime utuntur non modo juriſconſulti, ſed ipſi quoque oratores & hiſtorici: nam arma vocant omnia quibus quis inſtructus eſt ad propulſandam aut inferendam vim, ut gladios, haſtas, fuſtes, ſaxa. Cujuſcumque etiam artis inſtrumenta *arma* dicuntur, ut Græcis ὅπλα. *Telum* autem omne id quo quis ſe tegit ac tuetur. *Dacerius.*

*Armata.*] Intellige Maximam virginem Veſtalem. In veteribus nummis viſitur ſæpe hoc habitu ſacrificans Maxima virgo, lacinia togæ pone rejecta, & diſco libatorio dextra vinum invergens. Eleganter vero pomum in armum legere, quod Græci dicerent ἀνδρογχλεῖν. ἐκ τῆς ἀλλοτρίας χώρας καρπὸν ἀνδρογχθεῖν μὴ ἐπιφορηπούτω. *Joſ. Scaliger.*

*Armata.*] De Laurentium legibus nihil aliud umquam legi.

*Armentum.*] Ab armando, *armamentum*, *armentum*. Virgil. de equis:

*Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.*

Sed verius ab *aramento*. Varro lib. 4. de L. L. *armenta, quod boves ideo maxime parabantur; ut inde eligerent ad arandum: inde aramenta dicta poſteà tertia litera extrita.* Nec obſtare debet quod Virg. equos armenta dixerit, nam & idem alibi de cervis dicit:

*——— ——— Tres littore cervos*
*Proſpicit errantes, hos tota armenta ſequuntur.*

 *Armen-*

Armillas ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas eſſe exiſtimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. unde arma ab his dependentia ſunt vocata.

Armillum vas vinarium in ſacris; dictum, quod armo, id eſt humero deportetur.

Armiluſtrium feſtum erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, ac dum ſacrificarent tubis canebant.

Arnæ caput, agni caput.

Arquites arcu prœliantes, qui nunc dicuntur ſagittarii.

Arſe verſe, averte ignem ſignificat. Tuſcorum enim lingua arſe, averte: verſe, ignem conſtat appellari. unde Afranius ait: Inſcribat aliquis in oſtio ARSE VERSE.

## NOTÆ.

*Armentas.*] Hunc Ennii verſum refert Nonius: *ipſius ad armentas eaſdem.* Ubi facile quivis legendum viderit:

— — — *Ad armenta ipſiu' eaſdem.*

*Armillos.*] Ab armis. Armi autem humerorum cum brachiis commiſſura. Græcis ἁρμὸς, *compages.* Armillas autem ex auro militarium virorum ornamenta fuiſſe, & in ſiniſtris geſtari ſolita, vel ex Sabinis illis notum eſt qui Tarpeiam virginem clypeis obruerunt, cum illa eis portas prodidiſſet. Vide Flor. lib. 1. cap. 1. *Dacerius.*

*Armillum.*] Proverbium fuit vetus: *Anus ad armillum redit.* Lucillius libro XXVIII. *Hinc ad me, hinc licet anus rurſum ad armillum.* Quod proverbium bis apud Apuleium reperies, libro VI. *& ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens ad armile redit.* Item libro IX. *ad armillum redit, & ad familiares feminarum artes accenditur.* Non tamen ab Eraſmo animadverſum. ſignificat, redire ad ingenium. nota eſt anuum in vinum propenſio. *Joſ. Scaliger.*

*Armillum.*] Varro lib. 1. de vita populi Rom. *Etiam nunc pocula quæ vocant capulas ac capides, quod eſt poculi genus, item armillum quod eſt urceoli genus vinarii.* Gloſſæ Iſidori: *Armillum, crater, vas vinarium.* Hinc proverbium, *anus ad armillum* ab Eraſmo prætermiſſum. Lucil. lib. 28. *Hinc ad me, hinc licet anus rurſum ad armillum.* Apul. lib. 6. Metam. *Interea Cupido nimio amore pereſus & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armile*; vel ut alii, *ad armillum redit.* Et lib. 9. *tamen altius commota atque exaſperata ad armillum revertit.* Significat autem ad ingenium redit. Nam nota eſt anuum in vinum propenſio. *Dacerius.*

*Armiluſtrium.*] Quo res divinas armati faciebant. Saltem debuit dicere *rem divinam.* In veteri Gloſſario: *Armiluſtrium*, ὁπλοκαθαρμὸς, ὁπλοκαθαρσία. Ego exiſtimo centuriatis comitiis exercitum armatum luſtrari ſolitum. Quod puto eſſe ex vetuſtiſſimo inſtituto Athenienſium apud quos οἱ περιςίαρχοι comitium luſtrabant. & ubicunque populus conveniret, id facere ſolebant. unde id καθάρσιον vocabant. Sed Longobardus iſte, hic nobis rei vetuſtiſſimæ cognitionem barbara mutilatione ſua totam nobis intercepit. Neque credibile eſt tubis in eo ſacro canere ſolitos, ſed claſſico. Aliter enim claſſes, aut exercitus convocari non poterant, quod *vocare inlicium* dicebatur. *Joſ. Scaliger.*

*Armiluſtrium.*] Armiluſtrium fiebat XIV. Calend. Nov. in Circo maximo. *Dacerius.*

*Arnæ caput.*] Gloſſarium: Arna, μήτηρ, κατὰ βάῤῥωνα. Supplendum, ὄϊς μήτηρ. Male quidem agnæ hic legunt. *Joſ. Scaliger.*

*Arnæ caput.*] Gloſſarium: *Arna*, μήτηρ κατὰ βάῤῥωνα. Supple cum Scaligero ὄϊς μήτηρ. *Arna, ovis mater ſecundum Varronem.* Ex hoc loco apparet mutilum eſſe hunc Feſti locum adeoque legendum, *arnæ caput, agni matris caput.* Male qui pro *agni* legunt *agnæ.*

*Arquites.*] Qui arcu pugnant. Gloſſarium: arquites, τοξόται. Ii veteribus *arcutes* dicti. Gloſſ. *arcutis* ὁ τοξότης; *arcutes*, οἱ τοξόται. Et *arcites.* Gloſſæ Iſidori, *arcites, ſagittarii.* Sic ab *armis*, *armites* ὁπλῖται qui *armutes*, ut à *flexus*, *flexitis* & *flexutes* equites. *Dacerius.*

*Arſe verſe.*] Ita verſus Afranii legendus eſt. *Inſcribat aliquis Arſe vorſe in oſtio.* In quo verſiculo oſtenditur ſuperſtitio veterum, qui ad deprecandum incendium inſcribebant in oſtio neſcio quid, quod ad eam rem faceret. Plinius libro XXIIX. *Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur.* *Joſ. Scaliger.*

*Arſe verſe.*] His vocabulis utebantur ad avertendum incendium. Plin. lib. 28. *Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur.* Neque *arſe* averte: *verſe*, ignem cum Feſto interpretor: ſed contra *arſe* videtur pro *arſiſſe* & *verſe* pro *verte*, id eſt, averte. Niſi malis hæc omnia eſſe ad arbitrium ficta, ut hodie fieri videmus ab his qui artes magicas tractant.

*Inſcribat aliquis.*] Hunc verſum Afranii ſic legit Scaliger:

*Inſcribat aliquis arſe verſe in oſtio.*

Opinor autem eſſe eum ex Afranii fabula *incendio.* *Dacerius.*

*Arſi-*

Digitized by Google

Arſineum, ornamentum capitis muliebris.
Artifices dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exercent; ſive quod apte opera inter ſe artent, qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt.
Artitus, bonis inſtructus artibus.
Artus ex Græco appellantur, quos illi ἄρθρα dicunt. ſive artus dicti, quod membra membris artentur.
Arvum dicimus agrum necdum ſatum.
Arytenam, ſive artenam, vas ab hauriendo ſic appellabant.
ASPARAGUS herba dicta, quod in aſpero virgulto naſcatur.
Aſſa dicebatur cantus tibiarum.

## NOTÆ.

*Arſineum.*] Cato Origine VII. *Mulieres opertas auro purpuraque, arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula.* Gloſſarium: *Arſinum*, διάχεσμα. *Joſ. Scaliger.*

*Arſineum.*] Non ſatis conſtat quale ornamentum fuerit. In vett. Gloſſ. exponitur διάχεσμα, *Diſcerniculum.* Unde ſuſpicari licet ornatum fuiſſe quo capilli in duos ordines diſcriminabantur, quod fiebat vitta, pectine & acu, quæ inde diſcriminalis dicta eſt. Arſinei meminit Cato in Origin. 7. *Mulieres opertas auro, purpuraque. Arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas, faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula.* In MSS. Feſti ſcriptum erat *arneſium*, quod nihili eſt. Vide *Ruſcum.*

*Artifices.*] Hîc Hiſtriones intelligit Feſtus, quos κατ' ἐξοχὴν *artifices* dictos fuiſſe creditum eſt. Ab *arte* autem *artifex*, non vero ut Feſtus ſive Paulus quod opera artent, vel quod ſcientiam per artus exerceant. Neque artifices potius hiſtriones dicti ſunt quam tibicines, medici, pictores, ſutores & alii. Quin etiam *artifices* ab hiſtrionibus diſtinguit Plaut. in prolog. Amphit.

> *Sive qui ambiſſint palmam hiſtrionibus;*
> *Seu quoiquam artifici.*

Ubi male Lambinus qui putat Plautum idem dicere. Ibi enim artifex dicitur unus eorum qui modos fecere; poſſet etiam & unus è machinariis intelligi, ſed prior explicatio magis placet. De medicis & ſutoribus, Varro lib. 4. de L. L. *Artificibus maxima cauſſa ab arte, id eſt ab arte medicina ut ſit medicus, à ſutrina ſutor.* De pictoribus idem lib. 8. *Pictores Apelles, Protogenes, ſic alii artifices non reprehendendi.* De tibicinibus Ovid. lib. 6. Faſt.

> *Adde quod Ædilis pompam qui funeris irent.*
> *Artifices ſolos juſſerit eſſe decem.*

*Qua ex cauſſa etiam artes.*] Potius ἀπὸ τῆς ἀρετῆς per ſyncopen; vel à Siculo ἀρετῆς pro ἀρετῇ.

*Artitus.*] Ab arte *artitus*, bonis inſtructus artibus, *centum puer artium* diceret Horat. Gloſſarium, *artitus*, πάντεχνος Δαίδαλος. *Artitus* item validus. Nam ἀρετῇ *robur* ut Latinum *virtus*. Plaut. Aſin. 3. 2.

> *Ubi ſæpe cauſſam dixeris pendens adverſus octo*
> *Artitos, audaces viros, valentes virgatores.*

Ubi male quidam *aſtutos.*

*Artus.*] Proprie nodi & membrorum commiſſuræ, à Græco ἄρθρον, amiſſo ρ ut à λέκτρον *lectus*. Antiqui pro *artus* dicebant *artu*, unde in plurali *artua* Plaut.

*Arvum.*] Ab *aro*, Varr. lib. 1. de r. r. cap. 29. *Seges quod aratum ſatum eſt, arvum quod aratum, nondum ſatum. Dacerius.*

*Arytenam.*] Apud Lucillium *Arutena*, cum ait -- *Arutenas, & aquales*, ut citat Chariſius. Gloſſarium: *Atena*, εἶδος ποτηρίου ὀστράκου, ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Legendum *Artena*. Nam & Artenam ſolere dici hic quoque monet Feſtus. Eam *Matulatam* vocat idem Gloſſarium. *Joſ. Scaliger.*

*Arytenam.*] Lucil. *arutenas & aquales.* Citante Chariſio. Gloſſarium *artena*, εἶδος ποτηρίου ὀστράκου, ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. i. *Artena genus vaſis fictilis quo L. viri Athen. in ſacrificiis utuntur. Arytena* ſive potius *arytana* Græcis ἀρυταίνα. ab ἀρύω *haurio.* Ariſtoph. in equit. Sc. 1. act. I'I I.

> Τῷ δήμῳ καταχεῖν ἀρυταίνῃ πλουθυγίειαν.
> *In populum infundere arytana opes & ſanitatem.*

Ubi Schol. notat arytænam fuiſſe vas æreum, quo oleum in lychnos infundebant. Quidam vas balnearium eſſe dicunt. Vide Pollucem. *Arutanam, matulatam* vocat Gloſſarium.

*Aſparagus.*] Melius Varr. lib. 4. de L. L. *Aſparagi quod ex aſperis virgultis, & ipſi ſcapi aſperi ſunt non leves, niſi Græcum, illic enim quoque dicitur* ἀσπάραγος: ſed & ἀσπάραγον interpretatur Heſych. ἐκ τῶν ἀκανθῶν φυόμενον τραχύ. *quod ex aſperis virgultis aſperum naſcitur. Dacerius.*

*Aſſa.*] Nonius aſſam vocem interpretatus meram, & ſolam vocem ſine organico inſtrumento ex Varrone. & Pedianus in Divinatione: Cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt ore prolatam, & ut in Argonavi per citha-

Aſſeres dicti, quod aſſideant parieti, trabibuſque.

Aſſiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino, & ſanguine temperatum: quod Latini priſci ſanguinem aſſir vocarent.

Aſt ſignificat at, ſed; vel, autem.

Aſtu apud poëtas aſtutiam ſignificat. cujus origo ex Græco ab oppido ἄςυ deducitur: in quo qui converſati adſidue ſint, cauti, atque acuti eſſe videantur.

Aſtutus, arte tutus.

At differentiam rerum ſignificat. ut cum dicimus, Scipio eſt bellator, at M. Cato orator.

Atanuvium eſt poculi fictilis genus, quo in ſacrificiis Romani utebantur ſacerdotes Potitii.

Atavus; quia atta eſt avi, id eſt pater: ut pueri uſurpare ſolent.

Atra bilis ab atro, id eſt, animi vitio dicta. eſt enim atrum nigrum, id eſt, à candore remotum.

Atratas atri coloris.

Atriplexum herba, quæ nunc atriplex dicitur.

Atrium proprie eſt genus ædificii ante ædem continens mediam aream, in quam col-

## Notæ.

citharam. Hæc igitur Pauli verba, non Feſti eſſe credendum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Aſſa.*] Servius in 2. Georg. *Aſſæ tibiæ dicuntur quibus canitur ſine chori voce.* Non ſolum autem tibiæ aſſæ dicuntur, quæ ſine voce, ſed etiam *aſſa vox* quæ ſine tibiis. Nonius, *aſſa voce, ſola voce, linguæ tantummodo aut vocis humanæ, non admiſſis aliis muſicis eſſe voluerunt.* Nam *aſſum*, nihil eſt quàm *toſtum, aridum, ſiccum.* Unde & pro *ſolo* uſurparunt, ut & *ſiccum* & *aridum.* Sic Plautus in Rudente dixit *arido argento eſt opus.* id eſt, ſolo argento; *argent ſec.* Sic & nos hodie panem ſolum & ſiccum dicimus *du pain ſec.* *Dacerius.*

*Aſſeres.*] Non eſt verum etymon *aſſeres* ab *aſſidendo*, quamquam & propterea à Græcis viderentur σφηνῆρες dicti. Sed *axis, axeris,* ut *ſuis ſueris: Jovis, Joveris: bovis, boveris: nucis, nuceris.* Ab *axeris aſſeris*; nam *x* frequenter abit in *ſſ*, unde veteres indifferenter *coſſare* & *coaxare* dicunt.

*liger.*

*Aſſiratum.*] Monet dictum ab eo quod Aſſir ſanguinem vocabant. Gloſſarium: *Aſſer,* αἷμα. *Joſ.*

*Aſſiratum.*] Ab *aſſir*, ſanguis. Gloſſ. *aſſir,* αἷμα. Utitur Cato de re ruſtica cap. 33. *Daps Jovi aſſir à pecu in urna vini caſte profanato ſine contagione.* De potione autem è vino & ſanguine Salluſt. Catilin. *humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe.*

*Aſtu.*] Aſtute. Plaut. in Prolog. Pœnul.

*Ita docte atque aſtu filias quærit ſuas.*

Terent. And. *Quæ ſi non aſtu providentur.*

*Ab oppido aſtu.*] Aſtu per excellentiam de veteri urbe Athenarum. Terent. Eunuch. *an in aſtu venit.* Sed male quidam ſibi perſuaſere de ſolis Athenis *aſtu* ſic abſolute dictum. Nam de alia quavis urbe exempla ſuppetunt. De Mileto Herodot. pag. 8. de Lydorum urbe pag. 37. de Cyrenis in fine lib. 11. *Dacerius.*

*Aſtutus arte tutus.*] Non recte. melius ab aſtu dictus: ut paulo ante. *Ant. Auguſtinus.*

*Aſtutus.*] Arte tutus. Sed quod jam ſupra de aſtu dictum eſt, ſatis oſtendit Feſtum ſcripſiſſe, *aſtutus, aſtu tutus.* *Dacerius.*

*Atanuvium.*] Gloſſæ Iſidori: *Attanabo, genus vaſis.* Gloſſarium: *Atnanulus,* ἄγιον ἱερέως σκεῦος. κειμήλιον. lege: *Atanuvius.* *Joſ. Scaliger.*

*Atanuvium.*] Attanulum ex Græco ἄττανον quod τήγανον ſignificat, inde ἀττανῖται panes & placentæ. Inde denominativum *attanulum.* Unde *attanuvium* factum eliquato lambda in ïota, ut ex *ſimpulo, ſimpuvium: ambuvia* ex *ambula,* &c. Salm. in Solin.

*Atavus.*] Lege ut in ora adſcriptum, *atavus, quia atta eſt abavi.* Atavus quartus pater, id eſt pater abavi. *Atta* autem eſt honorifica appellatio junioris ad ſeniorem. Vide *attam.* *Dacerius.*

*Atra bilis.*] Animi vitio. mendoſe. *Ant. Auguſtinus.*

*Atrabilis.*] Lege, *atrabilis ab atro animi vitio dicta.* Hæ voces, *id eſt*, male huc irrepſerunt, ut alibi ſæpe factum eſt. *Dacerius.*

*Atratas.*] lego: Atritas, ater color. *Joſ. Scaliger.*

*Atratas.*] Ab atrare, atratus, qui eſt nigri coloris; *atratas quæ ſunt nigri coloris.* Nihil itaque mutandum. Scaliger legit tamen, *atritas, ater color.*

*Atriplexum.*] Græce ἀτράφαξις. Itali nomen retinent, vocant enim *atriplice.* Galli *bonne-dame.*

*Atrium.*] Area ſubdialis quæ erat ante ædes ab

Atria

Digitized by Google

lecta ex omni tecto pluvia deſcendit. dictum autem atrium, vel quia id genus ædificii Atriæ primum in Etruria ſit inſtitutum: vel quia à terra oriatur: quaſi aterreum.

Atroces appellantur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda ſunt. ſive atrox dicitur ab eo, quod nihil timeat. τρέσαι enim Græci dicunt timere.

Attæ appellantur, qui propter vitium crurum, aut pedum plantis inſiſtunt; & attingunt magis terram, quam ambulant. quod cognomen Quintio poëtæ adhæſit.

Attam pro reverentia ſeni cuilibet dicimus; quaſi eum avi nomine appellemus.

Atticiſſat, Attice loquitur. Plautus: non Atticiſſat, ſed Siciliſſat. id eſt Sicule loquitur.

Attinge pro attingam poſuere.

AUCETA ſæpe aucta.

## NOTÆ.

Atria urbe Tuſcorum, ubi exemplum ſumptum. Varr. lib. 4. de L. L. alterum Feſti etymon quod *à terra oriatur* inſulſum plane & ineptum. Quidam ab *αἴθριον*, verius.

*Atria primum.*] Ex Varrone illud ut ſuprà. Atria autem Tuſcum oppidum, à quo nomen mari Adriatico *t* mutato in *d*. Plin. *Quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuſcorum Atria à quo Atriaticum mare antea appellabatur, quod nunc Adriaticum. Dacerius.*

*Atroces.*] In L. m. eſt, *ἄτρωκτα*. pro atrocia; & quidem Latinis litteris, *atrocta. Ful. Urſinus.*

*Atroces.*] Lege, quia illi *ἄτρωκτα*. vel Latinis litteris, quia illi atrocta. facilis error: ſed non parvi momenti. Sane *ἄτρωξ*, eſt purum putum Græcum. *ἄτρωξ*, *ἀτρώγης*, quod nondum maturum eſui. In Gloſſario ita corrige: *Atrox*, *δεινὸς*, *σκαιὸς*, *ἀνήκεστος*. Atrocem vero pro crudo, quod hic dicitur, veteres uſurpaſſe teſtis Nævius, qui dixit: *Simul exta porricerent atrocia miniſtratores. Joſ. Scaliger.*

*Atroces.*] Optime emendavit Scaliger, *quia illi atrocta appellant*, &c. Et ita in libro ſuo exaratum teſtatur Urſinus. Sane *atrox* eſt purum putum Græcum *ἄτρωξ ἀτρώγης*, quod nondum maturum eſui. In Gloſſario, ut correxit Scalig. *Atrox*, *δεινὸς*, *σκαιὸς*, *ἀνήκεστος*. *Sævus*, *aſper*, *intolerabilis*. Inde *atrox* Latinis *crudus*. Nævius: *ſimul exta porricerent atrocia miniſtratores.* Per metaphoram *atrox* ad animum transfertur, ut apud Horat. *præter atrocem animum Catonis*. i. *Integrum*, *invictum*, *impavidum*. Quo ſenſu aliquando etiam *crudus*. *Dacerius.*

*Atta.*] Gloſſarius, Atta, *ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν*. Ab eo ait Quintium poëtam Attam cognominatum. Ad quod puto alluſiſſe Horatium:

*Recte necne crocum, floreſque perambulet Atta.*
*Fabula.* - *Propterea enim verbo perambulare utitur. Joſ. Scaliger.*

*Atta.*] Ab attingendo, inquit Feſtus. Eſt autem attingere leviter, quaſi ſummis, vel pedum vel manuum digitis tangere. Terent. Adelph. 2. 1.

*Tetigine tui quidquam? Si attigiſſes, ferres infortunium.*

Gloſſarium., *atta*, *ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν*. *qui pedibus ambulare incipit.* Gloſſæ Iſidori, *atta*, *qui primis plantis ambulat.* Sed melius *atta* ab *ἄττω ſalio*, quod qui hoc vitio laborant, non ambulant, ſed ſaliunt. Sic vocatus fuit poëta celeberrimus Titus Quinctius Atta de quo Horat.

*Recte, necne crocum floreſque perambulet Atta.*
*Fabula.*

Ubi etiam ad ejus vitium alluſiſſe recte monet Scaliger.

*Attam.*] Græcum eſt *ἄττα πάππ*. Vide ſupra *atavus. Joſ. Scaliger.*

*Atticiſſat.*] Plaut. in Menæch. *Ant. Auguſtinus.*

*Atticiſſat.*] Locus Plauti eſt in Prol. Menæch. Sed ibi non *Siciliſſat*, ut hic ſed *ſiceliſſitat*.

*Atque adeo hoc argumentum graciſſat, tamen*
*Non atticiſſat, verum ſiceliſſitat. Dacerius.*

*Attinge.*] Legendum. *Attingem*: quomodo habet. L. m. *Ful. Urſinus.*

*Attinge.*] Locus mendoſus. ſcribe, *Attingem*, *attingam*. Nam Attingeo, claudeo: & Attingebo, claudebo, vivebo, dicebant. vide Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Attinge.*] Correxit Scaliger, *attingem*, *attingam*. Et ita in libro Urſini. Idem error in voce *recipie*. Quintilian. lib. 1. cap. 7. *Quid? non Cato Cenſorius dicam & faciam, dicem & faciem ſcripſit? eundemque in cæteris quæ ſimiliter cadunt, modum tenuit? quod & ex veteribus ejus libris manifeſtum eſt, & à Meſſala in libro de ſ litera poſitum.*

*Auceta.*] In MSS. erat *aucata*, unde doctiſſimus Voſſius legit *auctata* ab *auctare*. i. Sæpe augere, forſan *aucita*, id eſt *aucta*, ut à *caveo*, *cautum*, & *cavitum*, unde *cavitiones*. Feſto; ſic ab *augeo*, *auctum* & *aucitum*.

Auctarium dicebant antiqui, quod ſupra menſuram, vel pondus juſtum adjiciebatur: ut cumulus vocatur in modio.

Auctor communis generis apud antiquos.

Auctum vocabatur ſpatium circi, quod ſupra definitum modum victoriæ adjungitur.

Audacia ab avide, id eſt, cupide agendo, dicta eſt.

Audacias pluraliter Cato dixit.

Audax diminutivum facit audaculus.

Audivitavi; ſæpe audivi.

Aventinus mons intra urbem dictus eſt; quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus, atque ſepultus.

Avere nihil aliud eſt, quam cupere. argumento eſt avidum, & aviditatem. ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, cum ſignificet & gaudere.

Aves ab adventu earum dicuntur, quod inde veniant, unde quis non ſuſpicetur.

Augur ab avibus, gerendoque dictus; quia per eum avium geſtus ediſcitur: ſive ab avium garritu: unde & augurium.

Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auſpicarentur.

## Notæ.

*Auctarium.*] Plaut. Mercat.

—— —— *Auctuarium*
*Adjicito vel mille nummum pluſquam poſcet.*

Gloſſ. *auctuarium*, ἐπίμετρον. leg. *auctarium*. *Dacerius.*

*Auctor.*] Juno apud Virgilium: *Auctor ego audendi.* Neque ſolum Auctor, ſed & alia pleraque omnia verbalia. Ovidius:

*Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.*

Sed quid longinqua conquirimus? Ecce obvia ſemper vox Uxor, eſt feminini generis. Unxor dicendum erat: pro unctor. Ejuſmodi enim erant verbalia apud veteres, uxor, pro unctor: pacio, pro pactio. ita dicta eſt, quia adipe lupino poſtes novi mariti ungeret. Sed & Æſchylus τύχην σωτῆρα dixit in Agamemnone: τύχη δὲ σωτὴρ ναυστολοῦσ' ἐφίζετο. Quod ſane ſilentio prætereundum non erat. *Joſ. Scaliger.*

*Auctor.*] Juno apud Virg. 12. Æneid.

*Auctor ego audendi.* Ovid. 4. Faſt.
*Optima tu proprii nominis auctor eris.*

Et alia pleraque verbalia. Ovid.

*Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.*

Græcorum more. Æſchyl. τύχη σωτὴρ, *Fortuna ſervator.* In Agamem.

*Auctum.*] Quando Circus ob aliquam victoriam ampliabatur, ſpatium Circo additum *auctum* dicebatur. Ampliabatur autem Circus, opinor propter ludos frequentiores.

*Audacia.*] Inepte Feſtus, audacia enim ab *audeo*, quod ab *aveo* inſerto d. ut à *gaveo*, *gaudeo*. *Dacerius.*

*Audivitavi.*] Scribe, ut in veteribus editionibus. Auditavi. *Joſ. Scaliger.*

*Audivitavi.*] Legendum, *auditavi*, ut in ora.

*Aventinus.*] Ab Aventino XII. rege Albanorum Liv. lib. 1. *Is*, Aventinus, *ſepultus in eo colle qui nunc eſt pars Romanæ urbis cognomen colli fecit.* Plures nominis rationes affert Varro lib. 4. de L. L. *Aventinum aliquot de cauſſis dicunt. Nævius ab avibus, quod eo ſe ab Tiberi ferrent aves. Alii ab rege Aventino Albano, quod ibi ſit ſepultus. Alii ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum ſit conſtitutum. Ego maxime puto ab advectu: nam olim paludibus mons erat ab reliquis diſcluſus, itaque eo ex urbe qui advehebantur ratibus, quadrantem ſolvebant.* Hæc Varro, & Varronis ſententiam infra ſecutus Feſtus poſt *Noverca*. Locum adi. Idem Varro tamen in gente populi Rom. dicit *Sabinos à Romulo ſuſceptos iſtum accepiſſe montem, quem ab Avente Fluvio provincia ſua appellaverunt Aventinum.* Vide Servium in 8. Æneid. Cæterum Aventinus, à Remo Romuli fratre, *Remurius*; à Marciæ Socordiæ Deæ ſacello, *Murcius*; à Dianæ templo *collis Dianæ* dictus.

*Avere.*] Cupere Lucil. *Paraſiti avent divitias.* Inde *avidus*, *aviditas*, ut à *caleo*, *calidus*; à *torreo*, *torridus*. Infra tamen Feſtus *avidus* à non videndo. Ubi ejus inconſtantiam ride.

*Aves.*] Melius Iſidorus lib. 12. Originum. quod *per avia quæque diſcurrant.*

*Augur.*] Ab avium geſtu, quod ex modo quo ſe gerunt aves in volando futura prænuntiet. Inde & *augurium* quaſi *avigerium*. Alii ab avium guſtu vel garritu.

*Auguraculum.*] Caſula in loco editiori, ſpecula ſublimior patente in loco ad liberum aſpectum capiendis

piendis

Digitized by Google

Auguſtus locus ſanctus, ab avium geſtu; id eſt, quia ab avibus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſive ab avium guſtatu; quia aves paſtæ id ratum fecere.

Avidus à non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. ſicut amens, qui mentem ſuam non habet.

Avillas agnas recentis partus.

Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam litteram geminabant. Itaque aulicoqua exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant; id eſt elixa.

Avolant, evolant.

Aureas dicebant, frenos, quibus equorum aures religantur.

Aureax auriga. aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur. orias quo ora coercebantur.

Aureliam familiam ex Sabinis oriundam à Sole dictam putant: quod ei publice à populo Romano datus ſit locus, in quo ſacra facerent Soli. qui ex hoc Auſelii dicebantur, ut Valeſii, Papiſii: pro eo, quod eſt Valerii, Papirii.

Aurichalcum, vel orichalcum quidam putant compoſitum ex ære, & auro: ſive

## N o t æ.

piendis auguriis ex volatu & cantu avium. Quod autem hic putat Paulus *arcem* recentiorem eſſe, ibi certe fruſtra eſt ut ex veterum exemplis patet. Cicer. 3. de Off. *cum in arce augurium acturi eſſent augures.* Liv. lib. 1. *Numa deductus ab augure in arcem.* In arcem hoc eſt in *auguraculum.* Tabernaculum etiam dicebatur. Cicer. 1. de Divinat. *Gracchus cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens.* Ibi enim *tabernaculum*, nihil aliud eſt quam *auguraculum, arx.*

*Auguſtus.*] Locus augurio conſecratus. Sueton. Auguſt. cap. 7. *Loca religioſa & in quibus augurato quid conſecratur auguſta dicuntur, ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve, ſicut etiam Ennius docet ſcribens.*

*Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.*

*Avidus.*] Ineptè. Vide ſupra *avere.*

*Avillas.*] Ovis, ovilla, & *o* mutato in *a avilla*; ovis vetula, recentis partus. Vide *adaſia* nam inde patebit falli Meurſium qui avillas dici putavit, quæ nondum velli poſſent.

*Aulas.*] Aula mutato *au* in *o ola* addito l olla ut *cauda, coda.* Varr. *Sed ut canis ſine coda.* Infra *aulicoqua exta*, in MS. *aulicoctia.* Forſan pro *aulicocita* nempe à coquo, *coctum*, & *cocitum* ut à *faveo, fautum* & *favitum*, unde *favitores.* Plauto.

*Avolant.*] Avolare, præcipiti curſu auferri. Virg. 9.

*At Juvenis viciſſe dolo ratus, avolat ipſe,*
*Haud mora, converſiſque fugax aufertur habenis.*

Idem alibi *evolat*, lib. 7.

*Evolat, & natam frondoſis montibus abdit.*

Et lib. 9.

*Evolat infælix.*

*Aureas.*] Ab aure, aurea. Ut ab ore, orea. Verum *aureas* & *oreas* idem ut cauda, coda; cautes, cotes; aula, olla: Sic ab ore, *orea, aurea.* Ut Græcis ϛομὶς ab ϛόμα. *Dacerius.*

*Aureas.*] Vide Oreæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Aureax.*] Videtur legendum *dicebant*, pro *dicebatur. Ful. Urſinus.*

*Aureax.*] Gloſſarium: *Aura, exſolitarius,* ἱππευτής. lege: *Aureax, ſolitarius.* Confirmant Gloſſæ Iſidori: *Aureax, eques ſolitarius.* ſolitarium vocat, quem alibi idem auctor Gloſſarii *ſingulatorem*, hoc eſt κέλητα. Idem etiam *Caballarium.* Melius tamen eædem Gloſſæ Iſidori: *Caballarius, alaris. Joſ. Scaliger.*

*Aureax.*] *Aureax, auriga.* Non tantum auriga, aureax enim eſt equus ſolitarius, Græcis μονάμπυξ, & eques qui equo ſolo ac ſingulari vehit ut Græcis κέλης. Heſych. κέλης, ἵππος καὶ ἱππασὶς μονάμπυξ. Ita enim legendus hic locus. *Celes, equus & eques ſolitarius, monator.* Inde etiam ſingulatorem Latini dixerunt *monatorem* & *ſimplum. Dacerius.*

*Aureliam.*] A ſole Auſelii, origo dura. forte ab aureo ſole: nam aurum dicebant auſum Sabini, ut mox videbimus. ſic à Corneo Cornelius, à Cereo Cerelius. *Ant. Auguſtinus.*

*Aureliam.*] Aurelia gens Plebeia, Sabinis oriunda, nobilis tamen & conſularis & triumphalis, tribus diſtincta cognominibus; *Cotta, Oreſta*, & *Scauri.* A ſole dictam vult Feſtus, *Auſeliam, Aureliam.* Ut *Valeſii, Valerii. Sol* etiam Sabinum verbum. Varro lib. 4. de L. L. *Sol, vel quod ita Sabini, vel quod ſolum ita lucet, ut ex eo dies ſit.* alii Aureliam ab *aureo ſole* nam aurum Sabini dicebant *auſum. Dacerius.*

*Aurichalcum.*] Cum Græci dicant ὀρείχαλκον, tamen Latini ſcripſerunt *Aurichalcum*, quod putarent id ex auro & ære componi, addita Cadmea



ter-

quod colorem habeat aureum. orichalcum ſane dicitur, quod in montuoſis locis invenitur. mons etenim Græce ὄρος appellatur.

Auritus à magnis auribus dicitur. ut ſunt aſinorum, & leporum. alias ab audiendi facultate.

Aurum dictum, quia præcipue cuſtoditur. Græce enim ὠρεῖν, cuſtodire dicitur. unde & theſaurum. Hippocrates medicus de nomine inventoris id dictum putat. quem vocitatum ait Aurum. quidam à ſimilitudine auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant. nonnulli quia mentes hominum avertat. alii à Sabinis tranſlatum putant: quod illi auſum dicebant.

## Notæ.

terra: ut electrum ex auro & argento: de quo intellexit Martialis:

*Pallida ſic niveo radiant electra metallo,*
*Et niveum felix puſtula vincit ebur.*

Intelligit enim de illa materia compoſita, non de ſuccino. Igitur ex vitio pronuntiationis nata eſt falſa illa de compoſitione auri, & æris opinio. Quare & auctor Gloſſarii recte dixit: *Aurochalca*, *χρυσοχαλκά*. quod putarent eſſe auri, & chalci, ſeu æris κέραμα, & compoſitionem quandam. Non nego ex auro, & ære præſtantiſſimum æs fieri, ut prodiderunt veteres de Corinthio ære, ſed id ὀρείχαλκον eſſe, id vero pernego. Ariſtotelem enim habeo auctorem, qui apud interpretem Apollonii negat ὀρείχαλκον eſſe in rerum natura. Heſychius: ὀρείχαλκον, τὸ εἰκῇ διαβεβοημένον τοὔνομα. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτόν. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. Sane ὕλην ὁμοίαν χαλκῷ vulgo vocamus *Letonum*. & de eo intellexit Horatius:

*Tibia non, ut nunc, orichalco vincta.*

Sed illud commentitium Aurichalcum tanti fuit apud veteres, ut cum nuſquam eſſet, tamen quaſi eſſet, etiam auro excellentius haberetur. Id quod ex Plauto cognoſcimus, qui aurichalcum pluris facit, quam talentum auri. Quod & non prætermittit Servius in Virgilium. *Joſ. Scaliger.*

*Aurichalcum.* ] *Orichalcum* prius dictum, poſtea o verſo in *au*, *aurichalcum* ut ab *oſculor*, *auſculor*. Et hæc aurichalci pronuntiatio effecit, ut pravè omnes crederent aſſe ex *auro* & χαλκὸς ære. Compoſitionem ex auro, ære & cadmea terra. Quale κέρμα in rerum natura negat eſſe Ariſtoteles. *Oricha cum* à Græco ὄρος & χαλκὸς *as* quod è montibus eruatur, vulgo vocamus *Letonum*, ὕλην ὁμοίαν χαλκῷ matetiam auro ſimilem vocat Heſychius. De eo intellexit Horat. in Poëtica.

*Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque,*
*Æmula.*

Orichalci mixturam ſic deſcribit Strabo lib. 13. *Lapis eſt apud Andeira, qui uſtus in ferrum tranſit, deinde cum quadam terra in camino excoctus Pſeudargyrum ſeu falſum argentum ſtillat, cui ubi eſt as additum, mixtura fit quam nonnulli orichalcum dicunt.* Sane orichalcum quod inſtar auri fulvum eſſet tanti fuit apud veteres ut auro etiam excellentius haberetur ut ex Plauto videre eſt qui aurichalcum pluris facit quam talentum auri. Et ex Plinio qui ſcribit, in uſu gemmarum diu illud apud veteres in admiratione fuiſſe qui auri vice eo uterentur ad includendas gemmas. Sed poſtquam vere cognitum eſt, tum etiam & in ordinem redactum, nam Vitellius pro auro & argento quod templis ſurripuerat, ſtannum & orichalcum ſuppoſuit Sueton. in Vitell. cap. 6. *Dacerius.*

*Auritus.* ] Gloſſarium: *Auritus*, ὠτοπετής, ὠτοπτερόχος, ὀξυακουστικός. ὠτοπετής, eſt Flaccus, Plaudus, ut canes venatici. *Joſ. Scaliger.*

*Auritus.* ] Non admittenda Feſti diviſio ut *auritus* modo à magnis auribus, modo ab audiendi facultate dicatur. Nam plane eſt ab *auribus*. Plaut. in Prolog. Aſin. *Face jam tu præco nunc omnem auritum populum.* Et Horat. Od. 12. lib. 1. *Et auritas fibus canoris ducere quercus. Dacerius.*

*Aurum* ] *Hipſicrates* reponendum puto, pro *Hippocrates. Ful. Urſinus.*

*Aurum.* ] Male citatur *Hippocrates* legendum enim *Hypſicrates* qui à Varrone & Gellio lib. 16. citatur, ſcripſitque de Romanis vocibus, quæ à vetere lingua Græca derivantur. *Aurum* vero priſcum vocabulum Græcum, & ab eo *Theſaurum* dictum, *divitiæ & divitiarum conditorium.* Quod ſequitur: *nonnulli quod mentes hominum avertat:* Vereor ne paulus prætermiſerit quod clarius Feſtus expoſuerat. *Nonnulli quod mentes hominum auruncet, id eſt avertat.* Indifferenter enim *auruncare* & *averruncare* dicebant. Ut *cauneas* pro *cave ne eas.* Gloſſarium, *auruncus* θεὸς ἀποτρόπαιος. Nam ita in veteribus codicibus non ſemel legi. Quin & *Aurunci* veteres Italiæ populi ab ea eadem mente dicti, quod eſt idem ἀποσπασθέντες *avulſi à ſedibus ſuis*, quod nempe πλάνητες, & aborigines fuerint. Eodèm modo dicebant *dortium* pro *divortium*. Turpilius Leucada,

*Antefacta in ignem committo, triſtitias ante dortium.*

Quod & lex trochaici & vetus lectio manuſcripta docet. *Joſ. Scaliger.*

Au-

Auſculari dicebant antiqui pro oſculari. quod eſt os cum ore conferre.

Auſis, audeas.

Auſoniam appellavit Auſon Ulyſſis, & Calypſus filius eam primam partem Italiæ, in qua ſunt urbes Beneventum, & Cales. deinde paulatim tota quoque Italia, quæ Apennino finitur, dicta eſt Auſonia ab eodem duce, à quo etiam conditam fuiſſe Aruncam urbem ferunt.

Auſpicium ab ave ſpicienda. nam quod nos cum præpoſitione dicimus aſpicio, apud veteres ſine A præpoſitione ſpicio dicebatur.

Autumnum quidam dictum exiſtimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.

Avunculus matris meæ frater. traxit appellationem ab eo, quod æque tertius à me, ut avus eſt: ſed non ejuſdem juris. ideoque vocabuli facta deminutio eſt. ſive avunculus appellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur ſororis filium.

Avus patris, matriſque pater. dictus à Græco vocabulo, quod eſt apud eos πάππος mutatis quibuſdam litteris. Alii volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eoſdem Græcos τάτα appellatur. ſignificatque magnum. cum veluti magnus pater ſit avus. Alii putant avum dictum eſſe, quia ad duos attineat, quaſi adduum: vel quia ad patrem ſit additus.

Auxiliares dicuntur in bello ſocii Romanorum exterarum nationum; dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.

## Notæ.

*Auſculari.*] Ab *oſculor.* At contra *cauda, coda,* aula, olla, &c.

*Auſis.*] Audeas, & auſus ſis. *Dacerius.*

*Auſoniam.*] Lege infra, Auruncam: ut & veteres editiones habent. Sueſſa Auruncorum etiam apud Livium, & alios dicitur, unde fuit Lucillius. Cujus Satyræ dicuntur propterea *Camenæ Sueſſæ,* ab Auſonio ad Tetradium: *Rudes Camenas qui Sueſſæ prævenis.* Ita enim legendum eſſe apud Auſonium, oſtendimus in Lectionibus noſtris Auſonianis. Porro Gloſſarium vetus habet: *Aurunci,* οἰκήτορες ἰταλίας. *Joſ. Scaliger.*

*Auſoniam.*] Beneventum & Cales inter urbes Auſoniæ memorat etiam Livius. Auſonem autem Circes & Ulyſſis alii, alii Calypſus & Atlantis filium dicunt. Vide Euſtath. ad Dionyſ.

*Aruncam.*] Lege, *Auruncam* ut in vett. libb. & eam urbem intellige quæ à Sidicinis deleta fuit cum eam Aurunci deſeruiſſent, Sueſſamque confugiſſent, quæ ab eo poſtea Aurunca eſt appellata. Liv. lib. 8. cap. 15. *Fama affertur Auruncos metu oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus ac liberis, Sueſſam communiſſe, quæ nunc Aurunca appellata, mœnia antiqua eorum, urbemque à Sidicinis deletam.* Vide ſupra *aurum. Dacerius.*

*Auſpicium.*] Legendum, *apud veteres ſine præpoſitione, ſpicio.* ſive ut eſt in l. m. ſpecio. Vide in Spicio. *Ful. Urſinus.*

*Auſpicium.*] Quaſi aviſpicium ab *ave* & *ſpicio,* ut antiqui dicebant pro *aſpicio.* Plaut. Mil. Glor. 3. 2. *Flagitium eſt, ſi nihil mittetur quo ſupercilio ſpicit.* Vide *ſpectio.* Auſpicium non tantum ex cantu, vel volatu, vel garritu avium, ſed etiam ex victimarum extis, ex piſcibus, & acuminibus, tonitru, fulgure & aliis. *Dacerius.*

*Autumnum.*] Non eſt dubium dictum à veteribus ſine C. ut Autor, pro Auctor. Ergo Autumnus, pro Auctumnus. *Joſ. Scaliger.*

*Autumnus.*] Pro *auctumnus,* ut *autor* pro *auctor.* Auctumnus ab *auctu* quod tunc augeantur opes. *Auctumnitas,* auctumni tempeſtas. Varro.

*Avunculus.*] Matris frater. Per diminutionem quaſi parvus avus, quia remotior eſt quam patruus qui patris frater quaſi ſecundus pater eſt.

*Avus.*] τάτα. Scribe, ἄππα, ut apud Callimachum. *Joſ. Scaliger.*

*Avus.*] A Græco πάππος qui Græcis *avus.* Vel ἄππα, vel etiam ἄττα. Sic enim infra legendum eſt pro τάτα. *Dacerius.*

*Auxiliaris.*] Corruptus eſt in fine locus, atque ita diſſimulata Feſti ſententia, ut vix ullum veſtigium appareat. Scribendum: *dicti ex Græco vocabulo* αὔξη, *à quo nos dicimus rerum creſcentiam, auctionem.* Quam hæc eleganter dicta; contra, quam adverſetur Feſti menti vulgata lectio, nemo non videt. Quin audeo affirmare ne illud quidem RERUM Feſti eſſe. Quare expunge. *Joſ. Scaliger.*

*Auxiliares.*] Et auxilia, milites, qui à ſociis vel fœderatis gentibus mittebantur. Varro lib. 4. de L. L.



NEW JERSEY COLLEGE LIBRARY

Digitized by Google

Auxilla, olla parvula.

Axamenta dicebantur carmina ſaliaria, quæ à Saliis ſacerdotibus componebantur in univerſos homines (compoſita.) Nam in deos ſingulos verſus facti, à nominibus eorum appellabantur. ut Janvalii, Junonii, Minervii.

Axare, nominare.

Axe adglomerati, univerſi ſtantes, id eſt cohortibus, aut legionibus.

Axis, quem Græci ἄξονα dicunt, plures habet ſignificationes. Nam & pars cæli ſeptentrionalis, & ſtipes teres, circa quem rota vertitur: & tabula ſectilis axis appellatur.

Axitioſi factioſi dicebantur: cum plures una quid agerent, facerentque. Axit autem antiquos dixiſſe, pro egerit, manifeſtum eſt. Unde Axies mulieres, ſive dii dicebantur una agentes.

## Notæ.

*Auxilium appellatur ab auctu, cum acceſſerant qui adjumento eſſent alienigena.* Quæ ſequuntur corrupta ſunt, eaque ſic optime reſtituit Scaliger, *Ex Græco vocabulo αὔξη, à quo nos dicimus rerum creſcentiam auctionem.* Ubi etiam τὸ *rerum* expungendum arbitratur: Neque tamen ab αὔξη immediate *auxiliaris*. Sed ab *augeo*, *auxi*, *auxilium*, *auxilia*, *auxiliaris*. Augeo autem ab αὐξέω. *Dacerius.*

*Auxilla.*] Gloſſarium: *Auxilla*, μικρόπτερα, ὡς βάῤῥων. Ab eo autem ollæ dictum, ut ab Axilla, ala. Sic *Axilites*, pro *Alites*. Gloſſarium: *Anxilites*, ὄρνιθες, οἰωνοί. Scribendum *Axillites*. Qui error non eſt librarii, ſed ipſius auctoris. quod apparet ex ordine litterarum. *Joſ. Scaliger.*

*Auxilla.*] *Aula*, *auxilla*, ut *palus*, *paxillus*. Sed fruſtra eſt doctiſſimus Scaliger cum huc traducit locum illum Gloſſarii, *auxilla*, μικρόπτερα ὡς βάῤῥων. Neque enim iſta conveniunt μικρόπτερα cum *ollis*. Sane corrupte legitur in Gloſſario *auxilla*, reſcribendum *avicella*, avicellas enim μικρόπτερα i. parvas aves dixit Varro non auxillas. Locus eſt lib. 7. de L. L. *Dacerius.*

*Axamenta.*] Gloſſarium: *Axamenta*, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέους. Ubi notandum eſt ſacrificia, quæ Salii faciebant, non Marti, ſed Herculi fieri: cum tamen Salii ſint Martis ſacerdotes. Quare ſcriptor doctiſſimus illius Gloſſarii ſecutus eſt auctores eos, quos & Virgilius, dum attribuit Salios Herculi, non Marti. Sed & Antonius Nipho, & Octavius Herennius olim oſtenderant Salios Herculi dicatos eſſe. Porro *Axamenta* dicta ſunt ab *Axare*. hoc eſt, ut ipſe Feſtus explicat, nominare. Gloſſarium: *Anaxant*, ὀνομάζουσι. Sed non magis puto *axare* proprie eſſe nominare, quam apud Græcos στηλιτεῦσαι, τὸ δημοσιεῦσαι, aut τὸ ὑβρίζειν. Sed in axibus ſeu tabulis illa carmina deſcribebant, item ut leges ſuas Græci ἐν τοῖς ἄξοσι. Quia enim legitime concepta erant illa carmina, propterea non minus ediſcebantur à Saliis, quam à leguleis actiones, & formulæ juris. Itaque & Cicero ait à pueris prætextatis carmen Saliare tanquam legitimas formulas diſci ſolitum. Sed & erant alia carmina, quæ à pueris diſcebantur, ut carmen Nelei de moribus, & ſimilia. Quæ quia religioſe ediſcebantur, & ſolenniter concepta erant, nihil impedit legitima dici. Sic Tertullianus diſertiſſimus ac eruditiſſimus ſcriptor, in libro de perſecutione, orationem Dominicam *legitimam* vocavit elegantiſſime: quod à nobis, & ab omnibus, qui Chriſto ſacramento dixerunt, ut carminis lex quædam diſcatur. *Joſ. Scaliger.*

*Axamenta.*] Ab *axis* tabula, quod in tabulis deſcripta. Eadem *aſſamenta* quod aſſis dicebant pro *axis*. Gloſſarium *aſſamenta*, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέους. Unde diſcimus axamenta fuiſſe verſus qui in ſacrificiis Herculis ab ejus Saliis canebantur. Infra pro *componebantur* reſcribendum puto *canebantur*. Nam falſum eſt ea carmina à Saliis fuiſſe compoſita, quæ ipſis etiam obſcura ipſo Fabio teſte lib. 1. cap. 6. *Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intelligenda.*

*Axare.*] Ab *axis*. Gloſſarium, *anaxant*, ὀνομάζουσι, *nominant*.

*Axe.*] Lege *axes*, vel *axei*. Vide *ambaxioqui*. Infra, *id eſt cohortibus*. More Græcorum pro cum cohortibus, αὐταῖς σπείραις. Et σπείραις tantum. *Dacerius.*

*Axitioſi.*] Ita apud Plautum. citante Varrone:

*Axitioſa annonam caram è vili concinnant viris.*

Gloſſarium: *Axitas*, ἀποπλισματικαί. Lege *Axites*. Unde & infra Axites mulieres legendum, non Axies. *Joſ. Scaliger.*

*Axitioſi.*] Plaut. in Aſtraba:

*Axitioſa annonam caram è vili concinnant viris.*

Ab *axit* egerit quo uſus Pacuvius in Periboea.

*Aut quæ egi, ago, vel axim, averruncem.*

Sed reſcribendum *axioſi* & *axioſa*. Niſi malis *axitioſi* dictum putare pro *axioſi* ut *axilites* pro *alites*. *Axioſi* pro *actuoſi* ab *axus* pro *actus*? *fixus* pro *fictus*: *taxus* pro *tactus*, &c. Varro lib. 6. de L. L. *Ut ab una faciendo factioſa, ſic ab una agendo actioſa dicta ſunt.*

*Unde axies.*] Lege *axites*. Gloſſarium axites, ἀποπλισματικαί. Item *mulieres ſive Dii*. Reſcribe *mulieres ſive viri*. *Dacerius.*

*Bacar.*]

Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

## *LIBER SECUNDUS.*

### B.

BACAR vas vinarium ſimile bacrioni.

Bacchanalia dicebantur Bacchi feſta.

Bacrionem dicebant genus vaſis longioris manubrii. hoc alii trullam appellant.

Bajulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. unde adhuc bajulari dicitur.

Balænæ nomen à Græco deſcendit. hanc illi φάλλαιναν dicunt antiqua conſuetudine, qua πύῤῥον burrum, πύξον buxum dicebant. Balænam belluam marinam, ipſam dicunt eſſe piſtricem], ipſam eſſe cetum.

### NOTÆ.

*Bacar.*] Gloſſarium, Bavar, εἶδος ἀγγείου. Lege, *Baccar.* Iſidori Gloſſæ, *Baccarium, vas aquarium.* Quod hic dicitur bacrioni *vas* ſimile. Idem eſt *bacar, bacarium,* & *bacario,* ſeu *bacrio.* Iſidori Gloſſæ, *bacario, orceoli genus.* Gloſſarium, baccario, πορνοδιάκονος. *meretricibus aquam infundens.* Recte: nam à vaſe, miniſtri etiam dicti baccariones, aquarii; nam aquarii ſeu aquarioli πορνοδιάκονοι, à veteribus dicebantur. Ut ſuperius annotavit Feſtus ipſe. Utitur & Tertullianus, item Apuleius & alii. *Joſ. Scaliger.*

*Bacchanalia.*] Per auctumnum de nocte celebrata, quibus viri nudi cum mulieribus itidem nudis, omnes pariter omnia membra pampinis & racemis impediti huc & illuc varia geſticulatione diſcurrentes inconditum carmen Baccho cantitabant, donec Ebrii omnes procumberent.

*Bacrionem.*] Bacrio tamen & trulla eo differunt, quod ille, *vas aquarium*, hæc vero vinarium Horat. Sat. lib. 2.

*Qui Vejentanum feſtis portare diebus*
*Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis.*

*Bajulos.*] A bajulando, id eſt, ferendo. quo uſus Plautus. Aſinar.

*Ego bajulabo, tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.* *Dacerius.*

*Balena.*] In fine corruptus locus: legendum ſuſpicarer; *Balenam, belluam marinam, ipſam dicunt eſſe, id eſt Cetum.* Sane Piſtricem ineptiſſime hic legitur pro Priſtim. Quadrigarius: *Quinque Priſtes. navigium ea forma à marina bellua dictum eſt.* Virgilius:

*Frons hominem præfert, in priſtim deſinit alvus.*

Maſculinum eſt πρίστις. Sed Romani & declinationem, & genus mutarunt. *J. ſ. Scaliger.*

*Balena.*] In fine corruptus locus. Legendum ſuſpicarer, *balanam, belluam marinam, ipſam dicunt*

Balatrones, & blateas bullas luti ex itineribus: aut quod de calciamentorum ſoleis eraditur, appellabant.

Barathrum Græci appellant locum præcipitem, unde emergi non poſſit. dictum ab eo, quod eſt βαϑύς.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Græcis. unde Plautus Nævium poëtam Latinum, barbarum dixit. & de ſe cum transferret fabulam ex Græco dixit. Marcus Attius vertit barbare. fortaſſe & hinc noſter Apoſtolus Græcis, ac barbaris ſe debitorem eſſe fatetur.

Barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet quod eo genere barbari utantur.

Bardus ſtultus à tarditate ingenii appellatur. Cæcilius: nimis audacem, nimiſque bardum barbarum. trahitur autem à Græco, quod illi βάρδεις dicunt. Bardus Gallice

## NOTÆ.

*cunt eſſe, id eſt cetum.* Sane *piſtricem* ineptiſſime hic legitur pro *priſtim.* *Joſ. Scaliger.* Errat vir doctiſſimus, ex veteribus enim conſtat dici *piſtricem*, *piſtrim*, & *priſtim.*

*Balatrones.*] A bullis ſive ballis, balatrones. Vel à βάλλειν jacere, quæcumque de coriis reſecantur & jaciuntur. Unde balatrones homines nihili &c. Quanquam veriſimilius eſt balatrones convicium fuiſſe in eos quos abominabantur, & barathrones potius dictos tanquam dignos qui in barathrum Athenienſium more dejicerentur. Sed hæc omnia vere nugæ ſunt. Balatro vox eſt adhuc omnibus ignorata, & in qua exponenda æque falluntur cum veteres tum recentes; Eſt enim mere Græcum *balatro*, & à balneis tractum. Ut à καλίω, καλέσω, καλισρῶ, ſic à, βάλλω, βαλῶ, βαλίζω, βαλάζω, βαλάσρω, βαλάσρων, *balaſtro*, *balatro*, & *balaſtrum.* Gloſſæ Iſidori *ballaſtrum*, *balineum.* Erat igitur *balatro*, aquariolus qui in domo lenonia meretricibus lavantibus miniſtrabat in aqua aggerunda βαλλαῖς indidem dictus & βαλλίω. Et quia homines ſordidi & viles huic miniſterio operas ſuas locabant, inde factum ut homines quilibet impuri & nequam balatrones dicerentur. Poſſit etiam & alia ratio hujus nominis inveniri, & fortaſſe verior, ex eadem tamen origine, nam βάλλειν & βαλλίζειν abſolute dixerunt veteres Græci pro ὀρχεῖσϑαι *ſaltare.* At à βάλλειν Latini fecere *ballare.* Gloſſæ Græcolat. βαλλίζω, *ballo.* Unde noſtrum *bal*, *balet.* A *ballare*, *ballator* ſaltator, per tranſpoſitionem *balatro.* Quare apertum eſt cur cum mimis, balatrones conjungat Horatius:

*Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne.*

Et cur etiam *balatrones* dicti fuerint homines non quiſquiliæ. *Dacerius.*

*Barathrum.*] Fortaſſe ſcripſit βαρὺς, non βαϑύς. *Joſ. Scaliger.*

*Barathrum.*] Locus Athenis in immenſam altitudinem depreſſus, in quem malefici præcipitabantur, ut Spartæ in *Cajadas.* Sic dictus à βαϑὺς profundus, vel ut legit Scaliger à βαρὺς *gravis*, *moleſtus.* Sed durum utrumque. Quare potius Martinium ſequor qui docet eſſet à Chaldaico *ber* puteus, & *abar* lacus. Nam & *berathrum*, & *berethrum* dicebant. *Dacerius.*

*Barbari.*] Plaut. in Milite: *Nam os columnatum poëtæ inaudivi eſſe barbaro, Quoi vivi cuſtodes ſemper totis horis accubant.* idem in Aſinaria: *Marcus vortit barbare.* Locum Apoſtoli ex epiſt. ad Rom. i. nemo credat Feſti fuiſſe; ſed Pauli, qui epitomen confecit. *Ant. Auguſtinus.*

*Barbari.*] Locus Plauti eſt in Mil. glor. 2. 2.

*Nam os columnatum poëtæ eſſe inaudivi barbaro.*

*M. Attius.*] Lege tantum *Marcus.* Ut in ora ſcriptum fuerat. Locus eſt in Prolog. Aſin.

*Demophilus ſcripſit, Marcus vortit barbare.*

*Noſter Apoſtolus.*] Iſta à Paulo, non à Feſto ſunt. Intelligit autem D. Paulum qui epiſt. i. ad Rom. verſ. 14. ſcribit, *Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Sed non Græci tantum barbaros vocabant exteros, Romani etiam omnes præter Italos ſic vocabant, & quidquid alienum erat imperio Romano *Barbariam*, & *Barbaricum.* Sic & Ægyptii omnes eos qui ipſorum lingua non uterentur.

*Barbaricum.*] Hunc clamorem *barritum* etiam vocant. Veget. lib. 3. *Clamor, quem barritum vocant non prius debet exaudiri quam acies utraque ſe junxerit.*

*Bardus.*] Βραδὺς, βαρδὺς, *bardus*, *tardus cui contrarium ὠκὺς velox.* In verſu Cæcilii, *nimi' audacem* &c. *Dacerius.*

*Bardus.*] Lucan. lib. 1. qui cum alio loco non referatur à Feſto, ſuſpectum hunc facit. *Ant. Auguſtinus.*

*Bardus Gallice cantor.*] Vide Strabonem lib. 4. & Ammian. Marcell. lib. 15. Bardi fortia, virorum illuſtrium facta heroïcis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt. Eſt autem vox Gallica, hodieque, ut recte obſervavit doctiſſimus Voſſ. Britannis *Bard*, dicitur qui verſibus pangit

facta

cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gente Bardorum, de quibus Lucanus. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Barium urbem Italiæ appellaverunt conditores ejus expulſi ex inſula Bara, quæ non longe eſt à Brundiſio.

Barrire elephanti dicuntur. ſicut oves dicimus balare, utique à ſono vocis.

Baſilica ἀπὸ τῦ βασιλέως, hoc eſt rege dicta.

Baſilicum, regale.

Baſiliſcus appellatur genus ſerpentis. vel quod in capite habeat album inſtar diadematis vel quod reliqua ſerpentum genera vim ejus fugiant.

Batus, genus herbæ.

Bellarium, & bellaria res aptas bellis appellabant.

Bellicrepam ſaltationem dicebant, quando cum armis ſaltabant. quod à Romulo inſtitutum eſt. ne ſimile pateretur, quod fecerat ipſe, cum à ludis Sabinorum virgines rapuit.

Bellitudinem ſicut magnitudinem Verrius dixit.

Bellona dicebatur dea bellorum. ante cujus templum erat columella, quæ bellica vocabatur, ſupra quam haſtam jaciebant, cum bellum indicebatur.

## Notæ.

ſicta illuſtria. Et vetus Celtarum lingua eadem fuit quæ Britannica.

*Barium.*] In Apulia diſtans à Brundiſio 700. ſtad. Piſcoſum vocat Horat. Sat. 5. lib. 1.

*Poſtera tempeſtas melior, via pejor ad uſque*
*Barī mœnia Piſcoſi.*

Inſula Bara de qua hic Feſtus *Pharon* eſſe exiſtimavit Ortelius. Ea hodie S. *Andrea* niſi fallunt tabulæ.

*Barrire.*] Gloſſarium, *barrit*, τρίζει, Ἐλέφας βοᾷ. *Joſ. Scaliger.*

*Baſilica.*] Regum palatia, templa etiam & alia quælibet loca, ampla & magnifice extructa, ut ea quibus forum Rom. ornatum erat, ut Baſilicæ, Julia, Trajana, Portia, Sempronia, &c.

*Baſiliſcus.*] Plin. lib. 8. cap. 21. *Eadem & baſiliſci ſerpentis eſt vis. Cyrenaica hunc generat provincia, duodecim non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate inſignem. Sibilo omnes fugat ſerpentes.* Vide Solin. cap. 20. *Alba quaſi mitrula lineatus caput.*

*Vel quod reliqua.*] Feſtum ſequitur Iſidor. in origin. lib. 11. *Baſiliſcus Græce, Latine interpretatur regulus, eo quod rex ſerpentium, adeo ut eum videntes fugiant, quia olfactu ſuo eos necat. Dacerius.*

*Batus.*] Gloſſarium: Batis, εἶδος ἀκάνθης βοτάνης. Batum, σφόνδυλον. Iſidori Gloſſæ: Batis, genus oleris. *Joſ. Scaliger.*

*Batus.*] Rubus, Græcis βάτος. Theocrit. Idyl. 1.

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι.
*Nunc violas quidem feratis bati, feratis & ſpinæ.*

*Bellaria.*] Puto legendum: *Bellarium, & bellaria, res bellas appellabant.* Sane Latini *Bellariorum* nomine accipiunt, quæ Græci ὡραῖα vocant, hoc eſt cupedias. Nam ὡραῖος *bellus*, & *pulcher*. Unde & pulchralia eadem dixit Cato in ea, quam habuit de fundo oleario: *Pulchralibus, atque cupediis.* & res bellas pro cupediis. Terentius in Adelphis: *atque unum quidque quod erit belliſſimum Carpam. Friandiſes*, Galli. Græci etiam τραγήματα. neque ſolum eſculenta; ſed & poculentorum delitias. Nam & Liberi bellaria dicebant. *Joſ. Scaliger.*

*Bellarium & bellaria res aptas bellis.*] Legebat Scaliger, *bellarium & bellaria res bellas appellabant.* Perperam legendum enim quod & viris doctiſſimis placuit *res aptas epulis appel.* Latini bellariorum nomine accipiunt quæ Græci ὡραῖα vocant, hoc eſt cupedias, ut optime Scal. nam ὡραῖος *bellus* & *pulcher.* Unde & pulcralia eadem dixit Cato in ea quam habuit de fundo oleario: *pulcralibus atque cupediis.* Et res bellas pro cupediis Terent. in Adelphis: *Atque unumquemque quod erit belliſſimum carpam.* Galli vocant *friandiſes.* Græci τραγήματα: unde Gallicum vocabulum *dragées.* Neque ſolum eſculenta bellaria ſed & poculentorum delicias: nam & *liberi bellaria* dicebant.

*Bellicrepa ſaltatio.*] Gloſſ. Iſidori, *Bellicrepa quoddam genus ludorum cum armatis.* Lege, *bellicrepa ſaltatio.* Ea Græcis ἐνόπλιος ὄρχησις. à Romulo inſtitutam dicit Feſtus, ſed ante Romulum eam Curetes exercuerant. Callimach. & alii. Vide *Salios.* Hæc eadem fuit quæ Cretenſium pyrricha, niſi quod iſta gravior. *Dacerius.*

*Bellona.*] Hujus rei penitus ignorata ratio extat apud vetuſtiſſimum interpretem Virgilii, qui eſt penes Danielem noſtrum. *Poſt tertium*, inquit, & *tri-*

Bellule, apud Plautum, deminutivum adverbium eſt à bene, quod facit belle, & bellule.

Bellum à belluis dicitur: quia belluarum ſit pernicioſa diſſenſio.

Bellutus, beſtiæ ſimilis.

Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio. è contrario munifices vocabantur, qui non vacabant; ſed munus reipublicæ faciebant.

Beneventum colonia cum deduceretur, appellari cœptum eſt melioris ominis cauſa. namque eam urbem antea Græci incolentes μαλοίπον appellarunt.

## NOTÆ.

*triceſimum diem, quam res repetiſſent ab hoſtibus, Feciales haſtam mittebant. Denique cum Pyrrhi temporibus adverſum tranſmarinum hoſtem bellum Romani geſturi eſſent, nec invenirent locum, ubi hanc ſolennitatem per Feciales indicendi belli celebrarent, dederunt operam, ut unus de Pyrrhi militibus caperetur, quem fecerant in Circo Flaminio locum capere, ut quaſi in hoſtili loco jus belli indicendi implerent. Denique in eo loco ante ædem Bellonæ conſecrata eſt columna. Varro in Caleno ita ait:* Duces, cum primum hoſtilem agrum introirent, ominis cauſa prius haſtam in eum agrum mittebant, ut caſtris locum caperent. *Joſ. Scaliger.*

*Bellona.*] Gloſſarium, Bellona, Ἐνυὼ, Ἐριννὺς, θεὰ πολεμική. *Enuo, Erinnus, Dea bellorum.*

*Columella.*] Parva columnula. nam antiqui ſcribebant *columa.* Unde recte *columella.* Quintil. lib. I. cap. 8. *Et columa exempta n litera & conſules geminata ſ litera Coſſ. legimus.*

*Supra quam haſtam.*] Servius ad illud lib. 9. Æneid.

> —— *Et jaculum intorquens emittit in auras.*
> *Principium pugnæ.*

docet, cum bellum indicere vellent Romani, Feciales haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad finis eorum miſiſſe, poſt tertium & triceſimum diem quam res repetiſſet pater patratus. *Sed cum Pyrrhi temporibus adverſus tranſmarinum hoſtem bellum Romani geſturi eſſent, nec invenirent locum, ubi hanc ſolemnitatem per Feciales indicendi belli celebrarent, dederunt operam, ut unus de Pyrrhi militibus caperetur, quem fecerant in Circo Flaminio locum capere, ut quaſi in hoſtili loco jus belli indicendi implerent. Denique in eo loco ante Ædem Bellonæ conſecrata eſt columna. Varro in Caleno ita ait: Duces cum primum hoſtilem agrum introirent, ominis cauſſa prius haſtam in eum agrum mittebant; ut caſtris locum caperent.* Unde diſcimus non in omnibus bellis haſtam ſuper eam columnam jeciſſe Romanos, ſed tantum cum deerat vere hoſtilis locus. Atque hunc morem procul dubio nobis apertius Feſtus explicaverat, niſi verba ejus nobis mutilator barbarus invidiſſet. Porro Pub. Victor in deſcriptione urbis, in regione 9. *Ædes Bellonæ verſus portam Carmentalem. Ante hanc ædem columna index belli inferendi.*

*Bellule.*] A bene, benule, belle, bellule.

*Bellum.*] A belluis, ut vult Feſtus. Sed belluæ potius à bello. Prius dicebatur *duellum*, inde *bellum.* Quintilian. lib. I. cap. 5. *Sed B. quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde* Burrhus & Bruges & Balæna. *Nec non eadem fecit ex* duello, bellum. *Unde* duellios *quidam dicere* bellios *auſi.*

*Bellutus.*] Malim *belluatus*, ut belluata tapetia quæ belluas referunt; ſed legendum *belluus.* Gloſſæ Iſidori: *belluus, moribus belluarum.*

*Beneficiarii.*] Emendabat Salmaſius, *qui muneribus vacabant beneficio. Sed* quia per beneficium imperatorum vacabant muneribus, legendum eſt potius, *qui vacabant munere ducis beneficio.* Illa *munere ducis*, obliterata ſyllaba *du*, *Munerecis*, in *muneris* poſtea corrupta. Beneficiarii iidem, inde & *immunes* dicti. Ut contra *munifices* qui munus obibant, ut foſſas vallum ſtruerent, excubias & ſtationes obirent. Aliaque id genus. *Dacerius.*

*Beneventum.*] Vide Segeſta. Liv. lib. IX. Plin. lib. III. cap. XI. Steph. de Urbibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Beneventum.*] Omnibus nota eſt cauſa nominis in Benevento mutandi. nemo tamen vere antiquam appellationem reddidit. Nam de Maloetio nugæ. Sed veteres prius ſine dubio dixerunt μαλόεντα, ut σιπόεντα, Sipuntum: ὀπόεντα, Opuntum. Sic ergo Maloenta, Maluntum, & Maluentum: ut Auruncum, & Averruncum. Prius ſiquidem dixerunt, Sipuentum, Opuentum, Maluentum. Sic ὑδρόεντα. Hydruntum: quanquam & ipſum dixerunt ὑδροῦντα, ab ὑδροῦς, ut eſt apud Stephanum. Sed ſic ſemper ex ὑδρόεις contractum. Quod proprium eſt Dorum idiomatis, à quibus Tarentini, & magna pars Græciæ. Sic enim & τιμᾶντα, & αἰγλᾶντα, pro αἰγλήεντα, τιμήεντα. *Joſ. Scaliger.*

*Beneventum.*] Pelignorum in Samnitibus oppidum. Putat Scaliger veteres prius dixiſſe Μαλόεντα, ut Σιπόεντα *Sipuntum.* Ὀπόεντα, *Opuntum*; ſic ergo Μαλόεντα, *Maluntum* & *Maluentum.* Prius ſiquidem dixerunt *Sipuentum*, *Opuentum*, *Maluentum.* Unde *Malebentum*, quod in Beneventum poſtea ominis cauſſa mutatum eſt. Nam ridiculum eſt τὸ μαλοίπον de quo hic Feſtus: ſed fortaſſe ſcripſerat μαλόεντον. Μαλόεντος à μαλόεις, quæ Æolica vox eſt ἀπὸ τῶν μήλων, hoc eſt μήλων *ab ovibus.* Apuliam enim ovibus & lana nobilem eſſe, quæ *Appula* dicebatur, ſatis notum

Benignus proprie dicitur is, qui bonis, & dignis largitur. eſt autem compoſitum ex bono, & gignendo.

Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur. unde vocantur conbennones in eadem benna ſedentes.

Bes appellatum eſt. quod bis triens ſit, quamvis dura compoſitio fiat beſſis ex triente. beſſis unciæ octo ſunt, trientis quattuor.

Bibliothecæ & apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per ſe numerus, quam locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, appellantur.

Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur. Bidentes autem ſunt oves duos dentes longiores ceteris habentes.

## Notæ.

notum eſt. Hinc μαλόεις urbs illa quam ibi condidit Diomedes, *ὁ Μαλόεις, τοῦ μαλόεντος*. Ætoli vero more ſuo *ὁ μαλόεντος, τοῦ μαλοέντου*. Nam ex genitivo caſu aliorum, ſuum nominandi faciebant, ut *ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου, ὁ μάκαρος, τοῦ μακάρου*. *Salm. in Solin.*

*Benignus.*] Ridicule Feſtus. *Benignus* à *benus*, ut dicebant pro *bonus*. Ut Apello, Apollo. Benus, benignus, ut malus, malignus. Benignus, liberalis & largus: malignus illiberalis, & parcus. *Dacerius.*

*Benna.*] De hoc alibi. Gloſſarium: *Benarius*, καρράρχης. *Joſ. Scaliger.*

*Benna.*] Vox Belgica *banne* quæ corbem ſignificat & vehiculum vimineum quadratum duabus rotis volubile. Quin & apud eos hodie, genus carri itemque apud Helvetios *einbenne* vocatur. A *benna*, *combennones*. Et in Lexico Latino-Græco, combennit, συνβαστάζει. *Dacerius.*

*Bes.*] Videtur ſcribendum, *compoſitio ſit*, deletis verbis: *beſſis ex triente*. quæ videntur adjecta. *Ful. Urſinus.*

*Bes.*] Inepta Etymologia, & moroſa. Prius *Des* dicebatur, ut *duonus*, bonus: *duellus*, bellus. Auctor Varro. As ita in partes ſuas ſecatur, vel tribuitur, ut ab uncia ad octo fiat partium incrementum. ab octo ad duodecim fiat deminutio. Cum ergo ad octo perventum eſt, tunc de aſſe deminuendum in ratione partium ineunda. Non enim, ut ante, *quadrans*, *triens*, *ſemis* dicitur, quæ unciarum adjectione incrementum capiunt. ſed deeſt uncia, deeſt ſextans, deeſt quadrans. id eſt, *deunx*, *dextans*, *dodrans*. Ergo ab octo de aſſe deminuitur, unde Des, deſſis dictus primum à veteribus, & hæc eſt vera etymi ratio. Varro in enumeratione aſſis partium, poſtquam ad ſeptuncem pervenit: *Reliqua, inquit, obſcuriora, quod à deminutione. & ea, quæ deminuuntur, ita ſunt ut extremas ſyllabas habeant.* Sed Feſtus eandem ponit etymologiam in beſſe, quam Græci ἐν διμοίρῳ. Nam & δίμοιρον dictum, quod duas portiones, hoc eſt duos trientes habet. Sed Græci in aſſis diſtributione, quam poſterioribus temporibus οὐγκιασμὸν vocarunt, aliam rationem ſequuntur. ita enim numerant, ut poſt trientem adjiciant tantum unciam. ut Triens uncia, hoc eſt, Quincunx. ſemis uncia, hoc eſt, Septunx. deinde jam altero triente facto, quem μοῖραν vocant, δίμοιρον dicunt. Ita autem numerabant ultimis temporibus: δωδέκατον. ἕκτον. τέταρτον. τρίτον. τρίτον δωδέκατον. ἥμισυ. ἥμισυ δωδέκατον. δίμοιρον. δίμοιρον δωδέκατον. δίμοιρον ἕκτον. δίμοιρον τέταρτον. λίτρα. Tria enim tantum hic variant: Primus triens, qui ſimplici acceſſione unciarum progreditur. Alter triens compoſitus vel ex ſe & uncia, vel ex ſemiſſe & uncia. Tertius triens, qui ex ſe & augmento unciarum compoſitus eſt. Et iterum repetit ordinem primi trientis, uncia, ſextans, quadrans. Nam ſe componit cum illis, Beſuncia, beſſextans, beſquadrans. Ut non dubitari poſſit, quare δίμοιρον Græci vocarunt. Cum poſſent aliter facere, & à tribus quadrantibus Dodrantem potius, quam à duobus trientibus Beſſem.

*Bidental.*] Apage ſis illa verba, QUODDAM TEMPLUM. Nunquam enim doctiſſimus Feſtus ea ſcripſit. Verba ſunt barbari mutilatoris. Feſtus ita ſcripſit: *Bidental dicebant, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur.* Quis enim neſcit Bidental omnem locum eſſe, qui de cælo tactus eſt? Tantum abeſt, ut templum duntaxat dici debeat. Gloſſarii auctor recte expoſuit: *Bidental*, τόπος κεραυνόπληξ. Quin Perſius ipſum hominem κεραυνόπληκτα, *bidental* vocat:

*Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.*

Artemidorus libro II. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. De Bidentibus alibi diximus in Conjectaneis. Gloſſarium: *Bidentis*, διετὴς ὄϊς, ὄργια πρόβατα. lege, διόδοντα πρόβατα. *Bidentes*, ἐπὶ τῶν προβάτων, διὰ τὸ διόδοντα εἶναι. Græci bidental vocant ἐνηλύσιον. Gloſſæ Græcorum, ἐνηλύσια, τὰ κατασκηφθέντα χωρία. Nam σκηπτὸς fulgur. Porro de Bidentibus abunde diximus in Conjectaneis. Bidentes ſunt, quas μετάσσας Homerus vocat. quæ neque agnæ ſunt, quia illæ nondum dentes ediderunt. neque adaſiæ, quia jam ejecerunt. à quo λειπογνώμονας oves vetulas vocant Græci. *Joſ. Scaliger.*



*Biden-*

Bigenera dicuntur animalia ex diverſo genere nata. ut leopardus ex leone & panthera; (cicur ſus ex apro & ſcropha domeſtica; mulus ex equa & aſino.

Bignæ geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt.

Bilbit factum eſt à ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. Nævius, Bilbit amphora, inquit.

Bilingues Brutates Ennius dixit, quod Brutii & Oſce, & Græce loqui ſoliti ſint, ſunt autem Italiæ populi vicini Lucanis.

Billis apud Afros appellatur ſemen humanum humi profuſum.

Binomius, cui geminum eſt nomen, ut Numa Pompilius: Tullus Hoſtilius.

Biſeta porca dicitur, cujus à ſervice ſetæ bifariam dividuntur, cum jam eſſe incipit major ſex menſium.

Bitienſes dicuntur, qui peregrinantur aſſidue.

BLANDICELLA verba blanda per diminutionem ſunt dicta.

## NOTÆ.

*Bidental.*] *Locus ſacro perculſus fulmine, qui bidente ab aruſpicibus conſecratur quem calcare nefas eſt.* Vetus interpres Perſii, Bidental à bidente quod bidentibus ovibus expiabatur. Scaliger hæc duo verba *quoddam templum* quaſi barbari mutilatoris reſpuit, quod *bidental* diceretur quivis locus de cœlo tactus. Sed fruſtra eſt Scaliger. Nam cum à bidente *bidental* dictum conſtet, conſtat etiam non prius dictum quam à bidente fuerit expiatum & conſecratum. Ergo *templum quoddam* jure dicitur, id eſt, locus religionis cauſſa muro, palis, fune aut ſimili re clauſus ſeptuſque. Et re vera ut in libris fulguralibus Tagetis & aliorum Etruſcorum continetur, Aruſpex pura veſte indutus bidente locum expiabat, expiatum conſecrabat, conſecratum ſepiebat, quia calcari nefas erat. Et hic Feſtus egit de prima origine vocis *bidental*, Poſtea vero fieri potuit ut bidental diceretur quivis locus fulmine tactus qui bidente non fuerit expiatus, nam & Perſius hominem etiam *bidental* vocavit. Sed non ideo verba Feſti ſic temere mutilare debuit vir doctiſſimus. *Dacerius.*

*Bigenera.*] Docti viri putant aliquid mutandum in CICUR SUS. Quod quare ſibi perſuadeant, non video.

*Bigna.*] Bignus, pro Bigenus, eodem modo dictum quo Privignus, pro prigenus. Nam Pri, pro Præ dicebant, ut Pridie. *Joſ. Scaliger.*

*Bigna.*] *Bignus*, pro, *bigenus*. Infra, *quia bis una die nata ſunt.* Reſcribendum, *quia bina una die nata ſunt. Dacerius.*

*Bilbit.*] Gloſſarium: *Bilibit*, ἐπισχιασμὸς φωνῆς. *Bilbit*, βομβύζει. *Joſ. Scaliger.*

*Bilbit.*] Vox ad imitationem ſtrepitus quem edit aqua vel vinum, cum per anguſtum phialæ collum funditur. Gloſſarium: *bilbit*, ἐπισχιασμὸς φωνῆς. *Imitatio vocis. Bilbere* Græci dicunt βομβύλειν, & βομβύζειν Gloſſ. *Bilbit*, βομβύζει, Inde *bombylium. Dacerius.*

*Bilingues.*] Lego Brutiates, non Brutates. Βρεττιάται. Apud Porphyrionem tamen veterem Horatii interpretem legitur Brutaces, in eum locum, CANUSINI MORE BILINGUIS. *Bilinguis*, inquit, *dicitur, quoniam utraque lingua Canuſini uſi ſunt, ſicut per omnem illum tractum Italiæ, quem ex majori parte Græci incoluerunt. Ex quo magna Græcia nomen accepit. Ideo ergo & Ennius, & Lucillius Brutaces Bilingues dixerunt.* Ita enim ex veteri Codice emendandus ille Porphyrionis locus. In quo vides eadem, quæ hic ſcribit Feſtus. *Joſ. Scaliger.*

*Bilingues.*] Brutates legitur apud Ennium lib. 8. Sat.

*Brutates. . . . . . . . . . bilingues.*

Brutates autem iidem qui Bruttii in inferiori parte Italiæ qua Siciliæ contigua eſt, à Lucanis orti & ab iis etiam dicti *Bruttii* quod ab eis defeciſſent. Lucani enim *Bruttios* vocabant apoſtatas & fugitivos. Strab. lib. 6. & Diodor. Sicul. lib. 16. Hinc Gloſſarium, Brutiani, οἱ τὰς δουλικὰς πράξεις χειρουργοῦντες. *Servilia officia debentes.* Vide *Bruttiani. Dacerius.*

*Binomius.*] Lege *Binominis. Joſ. Scaliger.*

*Binomius.*] Legit Scaliger. *Binominis*, ut *cognominis.* Sed & *Binomius* rectum erit è Græco διώνυμος. Gloſſæ *Binomius*, διώνυμις. Leg. διώνυμος. *Dacerius.*

*Biſeta.*] *Biſanum* vocat Gloſſarium: *Biſanus*, χοῖρος ἑξαμηνιαῖος. & tamen non video, quomodo Biſænus, vel Biſenus ſit ἑξαμηνιαῖος. Idem eſt apud eundem auctorem, *Bibilles*, δίμυξοι. &, *Bicerres*, δίμυξαλοι, δίκερωτοι. Vide ipſum Feſtum in Diſulcus. *Joſ. Scaliger.*

*Biſeta.*] A *bis* & *ſeta* quod ex utraque parte ſetas habeat. Quod tum incipit cum ſex menſes nata eſt. Unde eleganter Gloſſarium *Biſſetus*, χοῖρος ἑξαμηνιαῖος. *Porcus ſex menſes natus. Dacerius.*

*Bitienſes.*] A Bitiendo. de quo in Conjectaneis: Dicebatur idem & *Batere*, ſeu *Betere*, & *Bitire*: Gloſſa-

Digitized by Google

Blaterare eſt ſtulte, & percupide loqui; quod à Græco βλάξ originem ducit, ſed & camelos, cum voces edunt, blaterare dicimus.

Blennos ſtultos eſſe Plautus indicat, qui ait: Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Blitum genus oleris à ſaporis ſtupore appellatum eſſe ex Græco putatur, quod ab his βλάξ dicatur ſtupidus.

Boa ſerpens eſt aquatilis; quem Græci ὕδρον vocant. à qua icti obturgeſcunt. crurum quoque tumor viæ labore collectus boa appellatur.

Boare, id eſt clamare, à Græco deſcendit βοάω.

Boarium forum Romæ dicebatur; quod ibi venderentur boves.

Bocas genus piſcis. à boando, id eſt vocem emittendo appellatur.

Boiæ, id eſt genus vinculorum, tam ligneæ, quam ferreæ dicuntur.

## Notæ.

Gloſſarium: *Baſis*, ἀποσκελῆς. Lege, Bætis. *Joſ. Scaliger.*

*Bitienſes.*] A verbo *bito* pro *beto*, id eſt eo. Varro. *Mulierem foras betere juſſit.* A *bito* igitur *bitio* unde *bitienſis* qui peregrinatur aſſidue. *Dacerius.*

*Blaterare.*] Βλάξ. Gloſſarium, *Blanx*, ἀνήθης. Legendum *Blax*. *Joſ. Scaliger.*

*Blaterare.*] Stulte loqui & inaniter. Plaut. Aulul. *Ubi tu es quæ blateraſti jam vicinis omnibus.* *Blatero*, à *blatio* quo uſus eſt Plaut. in Amphit.

*Qui malum! intelligere quiſquam potis eſt, ita nugas blatis.*

*Blatio* à βλάξ piſcis nihili. Unde per Metaphoram *blax*, *fatuus*, *ſtultus*. Gloſſ. *Blax*, ἀνήθης.

*Blennos.*] Proprie quos vulgo dicimus *morveux*. Nam βλέννα eſt μύξα, *morve*. Locus Plauti eſt in Bacchid. v. 1.

*Blitum*] Plaut. Pſeud. 3. 2.

*Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum.*

Inde fatui *blitei*. Plaut. Trucul. 4. 4.

*Blitea & lutea eſt meretrix niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam.*

Blitum autem non à βλάξ ſed à βλίτον. Heſych. βλίτον, λαχάνου εἶδος. *Genus oleris.* Schol. Ariſtoph. βλίτον μωρὸν εἶναι δοκεῖ λάχανον, *blitum videtur eſſe olus inſipidum.* Et forte βλίτον à βλητὸν *abjiciendum*. *Dacerius.*

*Boa.*] Crurum tumor. Lucillius:

*Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.*

Gloſſarium: *Bor*, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Puto *Boa*. Nam & à morbo ægrotans ipſe dici potuit, ut Carcer, qui in carcere eſt, & Ergaſtulus, qui in ergaſtulo. Lucillius: — *Non ergaſtulus unus, & alius judicem Oppoſuit.* Idem: *ut nemo ſententiam libere, quaſi ergaſtulus, poſſit dicere.* Sic ſervus *Noxa* dicebatur, qui noxam fecerat. Unde *Dedere noxam* dicebant veteres. Eſt etiam *Boa*, morbus boum Auctoribus rei ruſticæ. Gloſſario quoque *Bona*, νόσος βοῶν. Sive Boam, ſive Bouam ſcribas, nihil intereſt. *Joſ. Scaliger.*

*Boa.*] Vel *Boua*, nihil enim intereſt, ſic dicta quod bubulo lacte nutriatur, ait Plin. lib. 8. cap. 14. *Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ in tantam amplitudinem exeuntes ut D. Claudio principe occiſæ in Vaticano ſolidus in alvo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco unde nomen traxere.* Mihi magis placet à magnitudine *boas* vel *bovas* dictas. Inde crurum tumor *boa*. Lucil.

*Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.*

Inde etiam *boa* dictus qui hoc vitio laborat. Gloſſarium. *Bor*, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Lege ut optime Scaliger, *boa*. Et etiam *boa*, morbus boum auctoribus rei ruſticæ, Gloſſario quoque *boa*, νόσος βοῶν. Salmaſius vero boam ſerpentem dictum putat à Græco δύης quod idem eſt ac δύτης. Æoles Bœotii dicebant βύτης, inde *boa*, ut φύτης *popa*. δύης & δύτης idem eſt quod κολυμβητής. Heſychius, δύπτης, κολυμβητὴς, δύτης. Dicebatur & δύης pro eodem, ſic ἀμμοδύης & ἀμμοδύτης, idem, alterum genus ſerpentis. qui Græce ſciunt norunt me verum loqui. natricem eandem cum *boa* faciunt Gloſſæ: Natrix, boa, ἰχθύος εἶδος. Ita ſcribendum. Boa vero pro tumore, qui ex labore viæ in cruribus colligitur, aliam habet originem, ſed æque Græcam, δύη eſt κακοπάθεια, πόνος, ταλαιπωρία, Æolice βύη, Latine *boa*. Sic δετύρ, βετύρ, *verber*: δέλφυς, βέλφυς, *vulva*. κλάδα, κλάβα, *clava*. Idem & βύπτειν dicebant qui aliis δύπτειν. *Dacerius.*

*Boare.*] Reſonare, clamare. Plaut. *Boat cœlum, fremitu virum* & Ennius, *clamore bouantes.* Inde Gloſſarium bobantes, βοῶντες. Leg. *Bouantes.*

*Bocas.*] *Boca* dicitur & *box* à Græco βόαξ, βῶξ, ἀπὸ τῆς βοῆς *à voce*, ideoque. & Mercurio dicatus. Athen. lib. 7. De piſcibus vocalibus idem Athenæus lib. 8. & ibid. Caſaub. *Dacerius.*

*Boiæ.*] Boia proprie collare, veteres Gloſſæ: *Boia*, κλοιός. & *imboio*, κλοιὸν περιτίθημι. Sæpius in veteribus hiſtoriis Martyrum manuſcriptis legitur: ut



Digitized by Google

Boicus ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes.

Bombitatio eſt ſonus apum, ab ipſo ſonitu dictus; ſicut mugitus boum, hinnitus equorum.

Bona, id eſt ſubſtantia rerum, dicta ſunt quæ digna ſint bonis.

Botulus genus farciminis propter connexionem à bolis ſic appellatur.

Bovem bidentem à dentium numero dicunt appellari.

Bovinatur, conviciatur.

Brachium nos, Græci βραχίων dicunt. quod deducitur à βραχὺ, id eſt breve: eo quod ab humeris ad manus breviora ſint, quam à coxis plantæ.

Braſſica à præſecando eſt dicta.

Breves Græco deſcendit, quod eſt βραχύ.

Bruma à brevitate dierum dicta.

Brundiſium quidam poëtæ brevitatis cauſa Brendam dixerunt.

## Notæ.

ut, *Tolle boiam de collo meo.* Non mediocriter errat Brodæus, qui Boiam eandem cum Taurea facit: cum Taurea ſit ſcutica. Heſychius: *μάραγνα, μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία.* &, *μαράγνᾳ, τῇ ταυρείᾳ.* Artemidorus de carnibus bubulis, quod non bonum ſit videri in ſomnis eis veſci, præſertim ſervis: *δούλοις δὲ βασάνους (σημαίνει) διὰ τὸ ἱμάντα. καὶ τὴν ταυρείαν.* Alluſit Plautus: *Boius Boiam terit.* Nam Boiam accipiendum pro collari, cum tamen qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam ſi dixiſſet ipſum Gallum, cum Galla cubare. Notum enim Boios eſſe Gallos. & Gloſſarium: Bos buc, *Βοτίγεροι, ὡς οἱ Γάλλοι.* Scribe: Bos, *Βοῦς.* Boi, *ἐπιγροίως οἱ Γάλλοι.* *Joſ. Scaliger.*

*Boicus ager.*] Boii Galli qui circa Padum olim habitavere ſed inde à Romanis ejecti ad Iſtrum apud Tauriſcos. Strab. lib. 5. & Liv. lib. 5. Gloſſarium Bos, *buc, βοτίγεροι ὡς οἱ Γάλλοι.* Scribe bos, *βοῦς.* Boi, *ἐπιγροίως οἱ Γάλλοι.* Scaliger.

*Bombitando.*] *βόμβος* Græcis vox apum. Inde *bombito, bombitatio.*

*Bona.*] Per ſubſtantiam intellige *οὐσίαν.* Quidam bona à *beando.* nam & veteres dicebant *benum*, pro *bonum.* Voſſius ab Æolico *ὀνὸς* ab inuſitato *ὀνῶ* vel ab *ὀνίω* vel *ὄνημι juvo.* Sed *bonum* à priſco *duonum* ut à *duellum, bellum.* A *duis, bis.* Vide *duonum.* *Dacerius.*

*Botulus.*] Gloſſarium: *Botulus, φύσκος.* Bolos hic prima longa accipiendum. per bolos enim farciebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Botulus.*] Lucanica carnis ſuillæ bolis farta. Unde & nomen ut vult Feſtus. Sed repugnat quantitas. Bolus enim primam producit, botulus vero & per diminutionem botellus eandem corripit. Quare optime Voſſius à *βοτὸς cibus.* Vel à *βύθαλον farcimen.*

*Bovem bidentem.*] Vide *ambidens.* *Dacerius.*

*Bovinatur.*] Bovinator, tergiverſator. Gell. lib. XI. cap. VII. *Ant. Auguſtinus.*

*Bovinatur.*] Nuſquam repieries hoc verbum pro conviciari. Bovinari enim eſt tergiverſari. de quo ſatis alibi. Gloſſarium: *Bovinatores, θορυβοποιοὶ, θρύλλον ποιοῦντες, ἢ ταραχήν.* Gloſſæ Iſidori melius: *Bovinatores, inconſtantes.* *Joſ. Scaliger.*

*Bovinatur.*] Vocabularium vetus: *Bovinator, convitiator. inconſtans. Bovinari, convitiari, damnare, clamare.* Gloſſarium: *Bovinatores θορυβοποιοὶ, θρύλλον ποιοῦντες, ἢ ταραχήν. Id eſt turbantes, rumorem facientes, vel tumultum.* Gloſſæ Iſidori: *Bovinator, inconſtans.* Nempe bovinari eſt tergiverſari. Lucil.

*Hicce ſtrigoſu' bovinatorque ore improbu' duro.*

A bove in arando ſtrigante. Vide Gellium lib. 11. cap. 7.

*Brachium.*] Os ab humero ad cubitum. Græcis *βραχίων*, à *βραχὺ* quod breve ſit ſi cum oſſe femoris conferatur.

*Braſſica.*] A *præ* & *ſeco*, p mutato in b, & e in i. Varro lib. 4. de L. L. *Braſſica ut præſeca, quod ex hujus ſcapo minutatim præſecatur.*

*Breve.*] A *βραχὺ* mutato χ in u, ut à *μαλάχη malva.*

*Bruma.*] A brevitate dierum. Sic igitur ducenda etymologia *breviſſimus, brevimus, brevima, breuma, bruma.* Varr. lib. 5. de L. L. *dicta bruma quod breviſſimus dies eſt. Dacerius.*

*Brunduſium.*] Imo *Βρεντήσιον*, ſeu *Βρεντέσιον.* prius *Βρέντη* dictum videtur. Idque eſſe antiquum nomen ejus oppidi. quod ſignificat lingua Cretenſium Cervum. *Joſ Scaliger.*

*Brundiſium.*] Nullibi hodie *Brendam* apud poëtas reperies. Sed omnino reſcribendum *Brendum* vel *Brentium*; Brundiſium enim dictum quod portus habeat cervi cornua referentes, quem Meſſapii *βρένδον* & *βρέντιον* vocant. Heſych. *βρένδον ἔλαφον.* Vide Strabonem lib. 6. & Euſtath. in Homer. p. 1409.

Ste-

Digitized by Google

Brutianæ parmæ dicebantur ſcuta, quibus Brutiani ſunt uſi.

Brutiani dicebantur, qui officia ſervilia magiſtratibus præſtabant: eo quod hi primum ſe Hannibali tradiderant; & cum eo perſeveraverunt, uſquedum recederet de Italia.

Brutum antiqui gravem dicebant. R

Bubinare eſt menſtruo mulierum ſanguine inquinari. Lucilius: Hæc, inquit, te imbubinat, & contra te imbulbitat. Imbulbitare eſt puerili ſtercore inquinari. Dictum ex fimo, quod Græci appellant βόλβιτον.

Bubleum eſt genus quoddam vini.

Buccina quam nos appellamus, Græci buchianon à ſimilitudine ſoni dicunt. 16.

Bucephalus vocatus eſt equus Alexandri regis, propter quandam bubuli capitis ſimilitudinem.

## Notæ.

Stephanus autorem hujus etymologiæ citat Seleucum in Gloſſis. *Dacerius.*

*Brutiani.*] Videndus Gell. lib. x. cap. III. *Ant. Auguſtinus.*

*Bruttianæ parmæ.*] Vide *parmulis.* *Dacerius.*

*Bruttiani.*] *Brettiani* eſſet legendum, quia à Bruttiis, quos Græci Βρέττιοι dicunt, ductum eſt nomen. nec aliter habent manuſcripti libri Livii, quam *Brettii.* Vide A. Gellium lib. x. cap. III. *Ful. Urſinus.*

*Brutiani.*] Eleganter vetus Gloſſarium: *Brutiani,* οἱ δημόσιοι παῖδες χειροτέχναι. Non enim vocat δούλους. Eos Fulgentius ait etiam *Gerones* dictos. *Congerrones*, inquit, *qui aliena ad ſe congregant.* Unde apud Romanos *Gerones* Brutiani dicti. Quod verum eſt. Nam *Gerones* ſunt χειραγωγοί, σφαιρισταί, ut auctor Gloſſarii docet. Apud Plautum ſunt Geruli, in Truculento:

> *Ite hac ſimul mali aeris, damnigeruli, foraſgerones,*
> *Bonorum hamaxagoga.*

Atque hæc eſt prima conjectura noſtra de Brutianis geronibus. Sed, ut ingenue fateamur, putamus potius dictos, quia *gerones* literarum & publici curſores erant. Strabo: τῆς δὲ πικεντῶν ὑπῆρχε μητρόπολις πικεντία. νυνὶ δὲ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωσθέντες ὑπὸ ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς ἀννίβαν κοινωνίαν. ἀντὶ δὲ στρατείας ἡμεροδρομεῖν καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίῳ, καθάπερ καὶ λευκανοὶ, καὶ βρέττιοι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. *Joſ. Scaliger.*

*Bruttiani.*] Vide *bilingues.* Quod ſe Annibali dedidiſſent hoc pœnæ iis à Romanis impoſitum, ut curſores eſſent & tabellarii. Vide Gell. lib. 10. cap. 4. & Strab. extremo lib. 5. qui non Bruttiis tantum, ſed Picentinis etiam & Lucanis factum tradit. Inde etiam Bruttii *gerones* apud Fulgentium. Porro ab ultimis uſque ſeculis victoribus is mos fuit ut gentes devictas quas penitus nollent exſcindere, ad vilia ſervitia cogerent, ſic Joſue Gabaonitas quos delere ei nefas erat propter ſacramentum, aquatores fecit & lignarios. *Dacerius.*

*Brutum.*] Horat. *quo bruta tellus.* Eſtque ex Etruſcorum librorum doctrina in quibus etiam eodem modo *bruta fulmina* dicebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Bubinare.*] Gloſſæ Iſidori: *Buvinare, ſanguine inquinare mulieris menſtruatæ.*

Verſum Lucilii ſic legebat Franciſcus Duza:

> *Hæc te imbubinat, & contra te imbulbitat ille.*

vel:

> ——— ——— *Te imbulbitat infans.*

Imbulbitare autem eſt quovis ſtercore inquinare, non tantum puerili. Sed hic Lucilii verſum Feſtus explanavit, ubi de puerili ſtercore loquitur. *Dacerius.*

*Bubleum.*] Theocritus Eidyll. XIV. Byblini vini facit mentionem. *Ant. Auguſtinus.*

*Bubleum.*] Et *Bublinum.* Græce βύβλινος. Theocrit. Idyl. 13.

> ——— Ἀνῷξα δὲ βύβλινον αὐτοῖς
> Εὐώδη τετόρων ἐτέων.
>
> *Relevi autem Bubleum illis*
> *Fragrans, quatuor annorum.*

*Dacerius.*

*Buccina.*] Lege: Græci Bucanen. *Joſ. Scaliger.*

*Buccina.*] A Græco βυκάνη, ut optime correxit Scaliger, à ſimilitudine ſoni quia *bou bou* canit; ut ſentit etiam Varro lib. 4. de L. L. *Etiam buccinator à vocis ſimilitudine & cantu dicitur.*

*Bucephalus.*] Contra Feſtum Scholiaſtes Ariſtophanis: οὐ γὰρ, inquit, βουκεφάλους ἵππους καλοῦμεν διὰ τὸ μορφὴν τοιαύτην αὐτοὺς ἔχειν, ἀλλὰ διὰ οὕτως ἐγκεχαράχθαι, ὡς καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ὁ ἵππος ἦν. i. e. *Neque enim Bucephalos equos dicimus, quod tali forma*

Bulgas Galli ſacculos ſcorteos appellant.

Bulimam Græci magnam famam dicunt, adſueti magnis, & amplis rebus præponere BU, à magnitudine ſcilicet bovis. hinc eſt, quod grandes pueros bupædas appellant; & mariſcam ficum, buſycon.

Bulla aurea inſigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, ut ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio. dicta autem eſt à Græco ſermone βουλή, quod conſilium dicitur Latine. vel quia eam partem corporis bulla contingat, id eſt pectus, in quo naturale manet conſilium.

Burranica potio appellatur lacte commixtum ſapa. à rufo colore, quem burrum vocant.

Burranicum, genus vaſis.

Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. unde ruſtici burram appellant

## NOTÆ.

*ma præditi ſint, ſed quod talem notam inuſtam gerant, ut equus Alexandri Macedonis.* Idem Arrianus, vel quod notam candidam in capite habuerit equus Alexandri, ipſe totus niger. Sed verum eſt ita dictum fuiſſe quia Theſſalus eſſet herbamque boucranion inuſtam haberet. Ita enim generoſos, quoſque equos ſuos inurebant Theſſali. *Dacerius.*

*Bucerum.*] Gloſſarium: *Bucerum*, γέννημα βιός. lege, βοός. *Joſ. Scaliger.*

*Bucerum.*] Eleganter Lucret. lib. 5.

*Lanigeraque ſimul pecudes & bucera ſecla.*

Et Ovid. lib. 6. Metamorph.

*Lanigeroſque greges, armentaque bucera pavit.*

Gloſſ. Philoxeni. Bucerum, γέννημα βόος leg. *Bucerum ſæclum. Dacerius.*

*Bulgas.*] Adhuc Galli nomen retinent, ſed ὑποκοριστικῶς Bulgetas. Sunt autem riſci ſcortei. *Joſ. Scaliger.*

*Bulgas.*] Ita ſacculos pellaceos, crumenas veteres appellarunt. Lucil.

*Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus*
*Bulgam, & quidquid habet nummorum ſecum habet, ipſe*
*Cum bulga cœnat, dormit, lavit, omnis in una*
*Spes homini bulga, hac devincta eſt cætera vita.*

Vocabulum Gallicum quod Feſtus intelligit, eſt *bouge*, & diminutivum *bougette.* Et Latinos à Gallis vocem *bulgam* accepiſſe creditum eſt. Sed melius Voſſius qui ab Æolico, βολγὸς pro μολγὸς deducit, nam μολγός. βόειος ἀσκός. *Dacerius.*

*Bulimam.*] Lege Bulimum. Ego id πάθος invenio *Furcillam* dictum à vetere collectore, Gloſſarum. *Furcilla*, βούλιμος, ὁ μέγας λιμός. in Iſidoro, *Curcilla, oppilago.* & contra, *Oppilago, curcilla.* Quod ait de particula βοῦ, miratus ſum à Juſtiniano imperatore βουπόρνειον compoſitum eſſe, Novella VI. βουπόρνειον πορείαν. Porro βούπαιδας dicebant, quem Latini *Catulaſtrum.* Gloſſarium: *Catulaſter*, βούπαις. Aliæ Gloſſæ: *Catuleſter, pupa, pupula*, πάλλαξ. *Catlaſtros* eſt vetus lectio apud Vitruvium lib. VIII. cap. IV. Quod à nobis admodum adoleſcentibus olim animadverſum fuit. *Joſ. Scaliger.*

*Bulimam.*] Corrige cum Scaligero *bulimum*, Græce βούλιμος, à particula epitatica βοῦ à bovis magnitudine, ut βουλιμία, βούπεινα, βουγάϊος, βούγλωσσος, βούπαις, βούσυκον, & alia multa. *Dacerius.*

*Bulla.*] Βουλή. Tarentine βουλὴ, βόλλα. & ἀναβολὴ, ἀμβόλλα. unde Abolla. Quod Æoliſmum reſipit. *Joſ. Scaliger.*

*Bulla.*] Varro, ut refert Plutarch. ab Æolico, βόλλα pro βουλὴ, & pueris datam ut εὐβουλίας σύμβολον, quod cum Feſto facit. Bulla autem in collo pueris ingenuis ſuſpendebatur aurea, libertinis ſcortea, & à Tarquinio priſco originem habere putatur. *Dacerius.*

*Burrannica potio.*] Vide, quæ in Conjectaneis de hoc olim ſcripſimus. *Joſ. Scaliger.*

*Burrannica potio.*] Hanc facit lacte, id eſt, lac, cum ſapa, id eſt, mulſo decocto Burranicam potionem deſignat Ovid. lib. 4. Faſt.

*Dum licet oppoſita, veluti cratere camella*
*Lac niveum potes, purpureamque ſapam.*

*Burranicum.*] A burro, id eſt rufo. *Dacerius.*

*Burrus.*] Eleganter homines ex potione rubentes ait *Burros* à veteribus dictos. Quod verbum in eodem ſenſu retinet Hiſpanica lingua. *Burraceos* enim vocant ebrioſos, & vas vinarium, *Burraceam.*

Digitized by Google

buculam, quæ roſtrum habet rufum. pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

Buſtum proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus, & ſepultus. diciturque buſtum quaſi bene uſtum. ubi vero combuſtus quis tantum modo, alibi vero eſt ſepultus, is locus ab urendo uſtrina vocatur. ſed modo buſtum, eo, quod ſepulcra vocamus.

Buteo genus avis, quæ ex eo ſe alit, quod accipitri eripuerit: vaſtitatiſque eſt cauſa his locis, quæ intraverit, ut bubo: à quo etiam appellatur buteo.

Buttubata, Nævius pro nugatoriis poſuit, hoc eſt nullius dignationis.

## N o t æ.

*raceam.* Gloſſarium: *Burrum*, *πυῤῥὸν*, *ξανθόν.* *Joſ. Scaliger.*

*Burrum.*] *Burrus* à Græco *πυῤῥός*. Gloſſar. vet. *Burrus*, *πυῤῥός*. pro *burrus* ſæpe ſcribebant *byrrus*. Servius: *Pyrrus à colore comæ ſic dictus qui Latine byrrus dicitur.* Sic Πυῤῥίας nomen proprium, apud Latinos veteres comicos *Byrrias* dicitur. Sic genus equi brevioris à colore Græci *πυῤῥίχον* Latini *burrichum* appellarunt. Unde noſtrum *bourrique.*

*Pari modo.*] Hinc Neſtor: *Burrus dicitur qui ex potione cito fit rubeus.* Hoc verbum in eodem ſenſu retinet Hiſpanica lingua, *burraceos* enim vocat ebrioſos, & vas vinarium *burraceam*: *Dacerius.*

*Buſtum.*] Ab hoc inauſpicatum genus avium *Ambuſtaneum* dictum putarim, quod circa buſta verſetur. Gloſſarium, *Ambuſtandus*: *εἶδος ὀρνέου.* lego, *Ambuſtaneus.* ut Circanea avis. eæque *Ambuſtaneæ* aves dictæ videntur, quæ de buſto ſeu rogo, aliquid in tecta deferebant, & incendium portendebant. unde *incendiariæ aves* in augurali diſciplina. Servius in Fragmentis: *Sane bubo, ſi cujus ædes inſederit, & vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur. Si autem de buſto ſudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portendere.* Quin eandem Spinturnicem fuiſſe cum incendiaria, non dubito. Græco enim nomine dicta eſt, πῦρ ἀπὸ τῆς αἰθῆρος. quod carbonem ex rogo, aut ex altari in ædes inferret. σπινθὴρ eſt ſtrictura ignis. Neque vero prætermittendum, quod de Uſtrina hîc dicitur, ſeparatam aliquando à ſepulcro, aliquando conjunctam fuiſſe. Ideo hoc cavebatur à veteribus. quin & lex monimentis applicabatur, ut licet notare in antiquis duobus ſaxis Romæ: HVIC. MONIMENTO. VSTRINVM. APPLICARI. NON. LICET. Item, AD. HOC. MONIMENTVM. VSTRINVM. APPLICARI. NON. LICET. Vetus Gloſſarium: *Uſtrina*, *πυρκαϊά*. *uſtrina.* *καύστρα νεκρῶν.* Servii Fragmenta: *Apparatus mortuorum funus dici ſolet: extructio lignorum, rogus: ſubjectio ignis, pyra: crematio cadaveris, buſtum: locus, uſtrina: operis conſtructio, ſepulcrum: inſcriptum nomen, memoriaque, monumentum. publicæ autem uſtrinæ erant in exquiliis*, inquit Acro. *Joſ. Scaliger.*

*Buſtum.*] Area ſoli in qua corpus crematur & ſepelitur, unde & buſta olim ſepulcra dicta ſunt. Vide infra in *ſepulcrum*. Et Cicero in 2. de legibus: *Pœna eſt ſi quis buſtum hoc eſt tymbon, aut monumentum violarit.* Locus ubi corpora combuſta ſunt, nec ſepulta, *uſtrina* dicitur. *Pyra*, lignorum congeries, *rogus* eſt cum jam ardere cœpit. Virgil.

*Conſtituere pyras*
*Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis*
*Decurrere rogos.*

*Monumentum* eſt lapidea ſtructura ſepulcro impoſita, cui ad memoriam demortui quidpiam inſcribebatur. Cic. 1. Tuſcul. *Monumenta ſepulcrorum ex vulgari ſcilicet ſaxo, aut ex marmore*, quibus inciderentur laudes demortui, ut propagaretur ejus memoria.

*Buteo.*] Accipitris genus. Quæ ſubjungit Feſtus, ea refellit Voſſ. nam cum avis timidiſſima ſit, cum accipitre congredi non audet: nedum illi cibum eripiat, nec vaſtitatis cauſſa eſt cum ſit boni ominis, ut patet ex Plinio, qui & familiam ex eo cognominatam dicit cum proſpero auſpicio ducis in navi ſediſſet. *Dacerius.*

*Buttubata.*] Ut nugarum facilis & obvia materia, ita nomina multa à veteribus excogitata, ut Buttubata à puerorum vocibus, quas primas in infantia diſcunt, Bu, Tu, Ba, Ta. Bu, eſt bibere. unde buæ potus: & *vinibuæ* Lucillio ebrioſæ. Varro Cato de liberis educandis: *Cum cibum ac potionem buas, ac papas vocent; matrem, mammam: patrem, tatam.* ba, eſt papa. Unde Plautus: *Tum puero dandum, quod papet.* Ta, eſt appellatio Tatæ. Tu, etiam appellatio cibi, unde *Tubuccinari* factum, pro manducare. Idem & *Titia*: Gloſſarium: *Titia κρέα νηπίων, ὃ λέγουσι.* Sed præſtat Ba, pro Ma, hoc eſt mamma dictum. ut facilis eſt lapſus à B, ad M Buttubata ergo, quaſi Buttumata. Sunt & aliæ appellationes nugarum. *Hetta*, *Lire lire*, *nauci*, *Gerræ*, *Apinæ.* quod eſt detortum ab *Ἀφάνναι*. quod fuit ignobile oppidum. Stephanus: *Ἀφάνναι, χωρίον Σικελίας, ἄσημον. ἀφ' οὗ εἶ εἰς Ἀφάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἐκπεπτωσμένων.* Proverbium vult accipi Stephanus

 de

de remotiſſimis. Et Heſychius, qui non in Sicilia, ſed in Attica ponit. *Ἀφάνναι, χωρίον τῆς δημαρτίδος φυλῆς. πόῤῥωθεν.* proverbialiter *ἀφάνναι, ἀντὶ τοῦ πόῤῥωθεν.* At Romani de rebus nugatoriis. Gloſſarium, *Apina*, *φάνναι*, lege *ἀφάνναι*. Neque aliud eſt Affaniæ apud Apuleium libro IX. *Hac & alias ſimiles aſſanias fruſtra oblatrantes eos retrorſum abducunt pagani.* & libro X. *ore ſemiclauſo effutiens neſcio quas affanias effutire.* Apud eundem Apuleium *Folia*, pro nugis. in vita Gallienorum Impp. *Cyclopem etiam luſerunt omnes apenarii.* lege *apinarii.* id eſt, quos vulgo in Gallia *Plaiſantins*. ab apinis, & nugis. *Joſ. Scaliger.*

*Buttubata.*] Nugatoria à puerorum vocibus, *bu*, *tu*, *ba*, *ta*, quas primas in infantia diſcunt. *Bu* eſt bibere. *Tu* appellatio cibi. *Ba* eſt papa. *Ta* eſt appellatio tatæ. vel *ba* eſt pro *ma*, hoc eſt mamma, ut facilis eſt lapſus à *m* ad *b buttubata*, quaſi *buttumata* Scaliger. Verius, ut videtur Martinius qui ab Hebræo *bitu bote* eſſe putat quod ſignificat *locutionem garriens* ſive *futilia effutiens* & ſane non pueriles, ſed fictitias voces fuiſſe oſtendit Soſipater, apud quem disjuncte legitur, *Bu tu bat ta. Plautus pro nugis poſuit, ut in gloſſis veterum bat tatti anagmenorum* (anaxamentorum recte Meurſius) *vocum veterum Interpres ſcribit. Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

## *LIBER TERTIUS.*

### C

CACULA ſervus militis. Plautus: Video caculam militarem. dicitur autem à Græco κᾶλον, quod fuſtibus claviſque ligneis ad tutelam dominorum armari ſoliti ſint.

Caculatum, ſervitium.

Cadmea terra, quæ in æs conjicitur, ut fiat orichalcum.

Caduca auſpicia dicunt, cum aliquid in templo excidit. veluti virga è manu.

Caduceatores legati pacem petentes. Cato: Caduceatori, inquit, nemo homo nocet.

### NOTÆ.

*Cacula.*] Plaut. in Trinum. *Ant. Auguſtinus.*

*Cacula.*] Gloſſarium: *Cacula*, δοῦλος στρατιώτου. *Joſ. Scaliger.*

*Cacula.*] Locus Plauti eſt in Trinum. act. 3. Sc. 3.

*Video caculam militarem me futurum haud longius.*

à κᾶλον, id eſt, *lignum*, deducit Feſtus, inepte, nam eſt à κακὸς *imbellis*, quod non eſſet in numero militum. Caculam cum calone in etymo confundit Feſtus. *Dacerius.*

*Caculatum.*] Ut ædilatum. *Joſ. Saliger.*

*Caculatum.*] A cacula, intellige autem ſervitium cacularum *caculatus*, ut *ædilatus* &c.

*Cadmea terra.*] In æs injicitur, ut facilius fundatur. Plin. lib. 34. cap. 10. *Ipſe lapis, ex quo fit æs, Cadmea vocatur, fuſuris neceſſarius, medicinæ utilis.* Lapidem calaminarem vocant officinæ. Dicta autem *Cadmea* à Cadmo qui metallorum fuſuram inveniſſe dicitur. Alii aliter. *Dacerius.*

*Caduca.*] Virgam è manu Flaminis, quam Commentaculum vocabant, excidiſſe, Caducum auſpicium faciebat. & ni fallor, infelix erat. in Gloſſario: *Caducus*, πτωματοπολιτικός. δημόσιος. lege, πτωτικός. In eodem, *Caducos*, ἐπιληματτικῶν. lege, ἐπιληπτικούς.

*Caduceator.*] Caduceum Græcum eſt pro Caruceum. καρύκειον Syracuſane, & Tarentine, quod aliis κηρυκεῖον. R. in D, ut contra ſæpe D in R. *Joſ. Scaliger.*

*Caduceatores.*] Legati, præcones, feciales qui caduceum gerebant in ſignum pacis, græce κηρυκεῖον apud Lucian. & in epigram. Tarentinis & Syracuſanis καρύκειον & ρ in δ mutato *caduceum* de Caduceo Hygin. lib. 2. Aſtron. cap. 8. *Ab Apolline virgulam quamdam muneri accepit Mercurius, quam manu tenens cum proficiſceretur in Arcadiam, & vidiſſet*



Digitized by Google

Cæcultant, cæcis proximi ſunt oculorum acie obtuſa. Plautus: Num nam mihi oculi cæcultant? eſt ne hic noſter Hermio?

Cæcultare eſt cæcos imitari.

Cæculus condidit Præneſte. Unde putant Cæcilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alii appellatos eos dicunt à Cæcade Trajano Æneæ comite.

Cæcum vallum dicitur, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.

Cædem putant ex Græco dici, quod apud illos κτείνειν ſignificat interficere.

Cædere à cædendo dictum.

Cæditiæ tabernæ in via Appia à domini nomine ſunt vocatæ.

Cælaſſis cælaveris.

Cæleſtia auguria vocant, cum fulminat, aut tonat.

Cælibem dictum exiſtimant, quod dignam cælo vitam agat.

Cælla, quod ea cælentur, quæ volumus eſſe occulta.

## Notæ.

*diſſet duos dracones inter ſe conjuncto corpore alium appetere, ut qui dimicare inter ſe videretur, virgulam inter utrumque projecit, itaque diſceſſerunt, quo facto, eam virgulam pacis cauſa dicit eſſe conſtitutam, nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis.* Græci tantum Caduceos gerebant, Romani vero herbas quaſdam quæ *ſagmina* vocabantur.

*Cæcultant.*] Gloſſ. *Cæculto*, ἀμβλυώττω, & ita forte rectum eſſe putavit Voſſius, quem non ſequor, nam à *cæco*, *cæcutio*, ut *audio*, *audito*, *auſculto*.

*Numnam mihi.*] Hic verſus Plauti eſt ex amiſſis ejus comœdiis, quarum etiam nomen deſideratur.

*Cæculus concidit Præn.*] Virg. 7. Æneid.

> *Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis,*
> *Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem,*
> *Inventumque focis omnis quem credidit ætas,*
> *Cæculus.*

Ubi Servius: *Cæculus filius Vulcani ſic dictus quod minoribus oculis fuerit, quam rem frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine, poſtquam diu latrocinatus eſſet Præneſtinam civitatem in montibus condidit*, &c. Et Solin. cap. 8. *Præneſte, ut Zenodotus refert à Præneſſe Ulyſſis nepote Latini filio, aut ut Præneſtini ſonant libri à Cæculo quem juxta ignes fortuito invenerunt, ut fama eſt, Digitiorum ſorores.*

*Unde putant Cæcilios.*] Cæcilia gens plebeia, Metellorum cognomento clara è Præneſte oriunda puta à Cæculo. Alii à cæcitate Cæcilios dictos putant.

*Cæcum vallum.*] Occulta munitio ex præacutis in ſummo vallis alte ac denſe ſtipata in humo depactis, eorum modice prominente cuſpide, ac ea frondibus aut virgultis obducta, qua tranſituri ſunt hoſtes, qui ſe latentibus ſpiculis induant. Cæſar lib. 1. belli civilis. *Cæſariani milites poſitis ſcalis, Brunduſii muros aſcendunt, ſed moniti à Brunduſinis, ut vallum cæcum foſſaſque caveant, ſubſiſtunt, & longo itinere ab iis circumducti ad portum perveniunt.*

*Cædem.*] A cædo, quod à καίνω occido unde & *caido* antiqui dicebant.

*Cædere.*] Lege *cædere à cædendo dictum* ut in margi. Sed etymon illud Feſti falſum eſt. Vide *cædem*.

*Cæditiæ tabernæ.*] Ex hoc loco Sipontinus: *Cæditiæ tabernæ non à cædendo dictæ ſunt, ſed à domini nomine qui Cæditius vocabatur. à quo in via Appia ædificatæ ſunt.* Non longe ab eadem via circa Veſtinos alicubi campus nomine *Cæditius*, cujus meminit Plin. Unde optimus caſeus & circa Sinueſſam *Cæditiani* coloni.

*Cælaſſis.*] Cælaveris. *Cælaſſo*, *cælavero*, *amaſſo*, *amavero* & ſimilia quam formationem Latini à Græcis mutuati. Ex aoriſtis ſubjunctivi. *Dacerius.*

*Cælibem.*] Κοίλιψ, eſt Carens concubitu, ut αἰγίλιψ; Carens capris: κερκόλιψ, carens cauda. κεῖσθαι, κοῖτος, unde ὀρεσκοῖος, in montibus cubans. Ea eſt vera etymologia. *Joſ. Scaliger.*

*Cælibem.*] Hoc Feſti Etymon vulgo receptum fuit, nam & Donatus apud Terent. *Romani*, inquit, *cælibem, quaſi cœlitem dicunt*. Sed tamen falſum eſt. Nam *cœlebs* à Græco, κοίλιψ id eſt *carens concubitu*, ut αἰγίλιψ *carens capris*, κερκόλιψ *carens cauda*. A κεῖσθαι eſt κοῖος à quo & λείπω, κοίλιψ. *Dacerius.*

*Cælla.*] Gloſſ. *Cellarium & Cellaromarium*, ταμιεῖον. Lege: *Cellarium & Cellar, Omarium.* Omarium & Aumarium dicebatur. Petronius apud Fulgentium: *in aumarium memet ipſum conjeci. Joſ. Scaliger.*

*Cælla.*] A cælando. Melius per ſimplex è *cella à celando.*

*Cœna.*]

Digitized by Google

Cæna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. Veſperna, quod nunc cænam appellamus.

Cænacula dicuntur, ad quæ ſcalis aſcenditur.

Cærimoniarum cauſam alii ab oppido Cære dictam exiſtimant; alii à caritate dictam judicant.

Cæſar, quod eſt cognomen Juliorum, à cæſarie dictus eſt, quia ſcilicet cum cæſarie natus eſt.

Cæſariati, comati.

Cæſones appellantur ex utero matris exſecti.

Cæſtus vocantur & ii, quibus pugiles dimicant. & genus quoddam muliebris ornatus.

## N o t æ.

*Cœna.*] Idem in *prandium. Prandium*, inquit, *à Græco eſt dictum nam meridianum cibum cœnam vocabant* & in voce *ſcenſas. Scenſas Sabini cœnas dicebant, quæ autem nunc prandia ſunt cœnas habebant & pro cœnis veſpernas appellabant.* Sic apud Plautum *veſperna.* Eodem modo apud veteres Græcos δεῖπνον quod cœna nunc eſt, ſignificabat prandium, δόρπον autem veſpertinas epulas. Quod ſplendido Theocriti loco probatur qui eſt in fine Ἡρακλίσκῳ.

Δεῖπνον δὲ κρέα τ' ὀπτὰ, καὶ ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος
Δωρικός. ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι.
Αὐτὰρ ἐφ' ἄματι τυννὸν ἄνευ πυρὸς αἴνυτο δόρπον.

Id eſt; *Prandium autem carnes aſſata & grandis è caniſtro panis Doricus, qui facile etiam foſſorem ſatiare poſſet. Verum finito die exilem abſque igne ſumebat cœnam.* Sed de hoc apud ipſum Theocritum ſi conatus noſtros porro promoveat Deus opt. max.

*Cænacula*] Superiores ædium partes quod ibi cænarent. Gloſſ. *Cænaculum*, ὑπερῷον. Inde Ennius: *Cænacula maxima cæli.* Cænaculum ſuum ſic deſcribit Martialis. *Et ſcalis habito tribus, ſed altis.* Infra legendum *quod ſcalis ſcanditur* putavit *cœnacula* dicta quaſi *ſcandacula*, quia ſcriptum erat *ſcænacula.* Ignorans ſcilicet Sabinos *ſcænacula* dicere pro *cœnacula*, ut *ſcœlum* pro *cœlum*, ſcena pro *cœna* & ſimilia. Vide *ſcenſas. Dacerius.*

*Cærimoniarum.*] *Cerus* veteri lingua ſanctus, à quo *Cerimonia.* Ut à ſanctus, ſanctimonia. & myſticum erat nomen Jani *Cerus manus* in carmine Saliari. Quanvis & Creator bonus exponatur à quibuſdam veteribus. Nonnulli à Cerere cerimonias. Propterea Gloſſarium: *Cerimonia*, δημήτρεια. *Joſ. Scaliger.*

*Cærimoniarum.*] Scaliger deducit à *cerus*, id eſt, *ſanctus*, ut ipſe exponit, ſed contra Feſtum qui *cerus creator* interpretatur, quod ſi ita ſit, ut & re vera eſt, inde *cærimonia* nomen accepiſſe non poteſt. Erit igitur ab oppido *Cære* in Tuſcia non longe à Tarquiniis, quod ſacrarium populi Rom. diverſorium Sacerdotum, ac Romanorum ſacrorum receptaculum vocat Livius. Vide Strab. lib. 5. Alii à *Cerere cærimoniam* dicunt unde & in Gloſſ. *cærimonia*, δημήτρεια. Quidam à *caritate* ut Feſtus ſubjicit, id eſt à carendo, ſicut in cærimoniis eſſe dicuntur qui certis rebus abſtinent ut infra in *purimenſtrio* & illud etymon probavere Maſſurius Sabinus apud Gellium lib. 4. cap. 9. Macrob. lib. 3. cap. 3. Auguſtin. lib. 2. retract. cap. 37. & Iſidor. lib. 6. cap. ult.

*Cæſar.*] *Vel ab elephanto qui Mauris Cæſar dicitur, vel à cæſo matris utero, vel à Cæſarie, vel quod oculis cæſiis.* Spartian. in Ælio Vero. Poſtremum etymon prorſus ineptum: ſecundum multi amplectuntur, quod ſi verum, putandum eſt, id nomen accepiſſe quendam ex majoribus imperatoris non ipſum imperatorem, quem jam puberem & Gallias ſubigentem matrem amiſiſſe ſatis conſtat. Sed aliud omnino quærendum eſt, nam vetuſtiſſimum Cæſaris nomen quippe & ante bellum Samniticum quidam *Claudius Cæſar* extitit. Sane *Cæſar* ut optime notavit Salmaſius, antiqua vox Latina, quæ τὸ κομεῶντα ſignificat, unde *cæſaries* vel cæſaria, ἡ κόμη κομεῶσα.

*Cæſariatus.*] Plaut. in milite: *qui miles admutiletur cæſariatus. Dacerius.*

*Cæſones.*] Plinius: *Auſpicatius enecta parente gignuntur.* ſicut Scipio Africanus prior natus, primuſque Cæſarum à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa cæſones appellati. Quod ait de Scipione & apud Tertullianum legitur libro de anima: *Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris utero vivi aërem hauſerunt, Liberi aliqui, & Scipiones. Joſ. Scaliger.*

*Cæſones.*] A cædendo, quia ſecto matris utero in lucem prodeunt.

*Cæſtus.*] Laminæ ferreæ aut annuli connexi, quibus pugiles armabant brachia. Clavæ etiam plumbeas pilas loris bubulis appenſas habentes cæſtus dicebantur per *æ* à cædendo.

*Et genus quoddam.*] Cingulum intelligit, ſed hic fruſtra eſt Feſtus ſive Paulus, nam cum pro ornatu muliebri per *e* ſcribitur à Græco κεστὸς quod apud Homerum, Lucianum & alibi quoque obſervavi. Cum vero

Calaſſis tunicæ genus quod Græci καλάσιριν dicunt. Alii dicunt nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica ſubmittitur.

Calathos Græci, nos dicimus quaſillos.

Calatores dicebantur ſervi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod eſt vocare; quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſervitutis.

Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur.

Calces ampullæ plumbeæ.

Calicata ædificia calce polita. Calicatis calce politis.

## NOTÆ.

vero pro armis pugilum per *a* à cædendo, & ita ſenſiſſe videtur Servius. Sed cogitanti mihi ſuccurrit nihil opus eſſe dividua iſta originatione, ceſtus enim pugilum & ceſtus muliebris per e ſimplex, à κεστὸς quod adjective à *κεντέω pungo*. Ceſtus quaſi acu pictus & compunctionibus elaboratus & diſtinctus, quo modo Veneris cingulum ſive balteum κεστὸν ἱμάντα dixit Homer. Iliad. ξ. Et Heſychius interpretatur ποικίλον. Ab eo igitur Latini ſubſtantive formarunt ceſtus, ceſti, de muliebri ornatu; & ceſtus hujus ceſtus de armis pugilum. Ille quod acu variegatus, iſte quod inſerto ferro & plumbeis bullis ſive ſphærulis quaſi compunctionibus diſtingueretur. *Dacerius.*

*Calaſis.*] Vide Aclaſſis. *Ant. Auguſtinus.*

*Calaſis.*] Manifeſto Græcum nomen χάλασις, laxamentum tunicæ nodo retentum. *Joſ. Scaliger.*

*Calaſſis.*] A voce Ægyptia καλάσιρις, id eſt veſtis linea ad talos demiſſa Ægyptiis propria. Herodot. Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτούς, τοὺς καλέουσι καλασίρις. Id eſt, *induti ſunt veſtes lineas, circum crura fimbriatas, quas vocant calaſiris.* De Ægyptiis loquitur. Sed probabilius eſt *Calaſſis* eſſe à Græco χάλασις. Vide *Aclaſſis.*

*Calathos.*] Græce κάλαθος, ubi mulieres fuſos, lanas & penſa reponebant. Virgil.

> ——— *Non illa colo calathiſque Minervæ*
> *Fæmineas aſſueta manus.*

Latine *quaſillus* dicitur. Calathus etiam apud veteres pro quolibet vaſe vel poculo. *Dacerius.*

*Calatores.*] Verrius apud Chariſium lib. 1. *Nomenclator ſine, v, dicitur, velut nominis clatator.* Sed legendum *calator. Ful. Urſinus.*

*Calatores.*] *Calatores*, ἀκόλουθοι ἱερέων. δοῦλοι δημόσιοι, πρόσπολοι. *Calator*, κλήτωρ. Gloſſæ Græcorum. Et Iſidorus: *Calator, miniſter ſacrorum.* Quemadmodum Calatores ſunt ſacerdotum præcones, ita etiam κήρυκες ab Homero καλήτορες dicuntur. ἐς δ' ἄγαγεν κήρυκα καλήτορα τοῖο γέροντος. Calator ergo καλήτωρ. *Joſ. Scaliger.*

*Calator.*] A *calare*, vocare, nominare, quod à Græco καλεῖν. Plaut. Mercat. v. 2.

> *Egomet mihi comes, calator, equus, agaſo, armiger.*

Et Pſeudo l. 4. 2.

> *Harpax calator meus eſt ad te qui venit.*

Sed non ideo dictus calator quod vocari poſſet ob neceſſitatem ſervitutis, ut Feſtus putavit, ſed quod ipſe *calaret* dictaret nomina, qui & ideo *nomenclator* dicebatur. Horat. *Mercemur ſervum qui dictet nomina. Dacerius.*

*Calbeos.*] Suetonius Galbeos, & hiſtorici. Gloſſarium Calbæ: Calbæ, κόσμια. *Joſ. Scaliger.*

*Calbeos.*] Salmaſius monuit eſſe à κάρπος Junctura manus. Nam veteres κάρπιον dicebant quidquid in modum armillæ χειρὸς κάρπον vinciebat. *Carpion, calpion, calbion, calbeum, galbeum,* quod etiam Feſtus exponit ornamenti genus. Et Gloſſ. *Calba*, κόσμια. Leg. *Calbei.* Placidus: *calvea, ornamenta.* Ubi etiam reſcribendum *calbei*, niſi malis *calbea.* Quamvis *hoc calbeum* dixiſſe veteres ſatis non conſtat, ſed *hic calbeus.* Cato in Origin. 7. *Galbeos lineos, pelles, redimicula.*

*Calces.*] Per ampullas plumbeas non video quid intelligat Feſtus niſi ſignificet ampullas lividas quæ ſub pedibus naſcuntur. *Dacerius.*

*Calicata.*] Veteres dicebant Calecata, ut legitur hodie in Tabula vetuſtiſſima Aletri, quam deſcripſit ita amicus noſter Aldus Manutius Pauli F. juvenis doctiſſimus: *L. Betilienus L. F. Vaarus hac, quæ infra ſcripta ſont, de Senatu ſententia facienda coiravit. Semitas in oppido omnis: porticum, qua in arcem eitur: campum, ubei ludunt: horologium, macellum, Baſilicam calecandam: ſeedes, lacum balinearium: lacum ad portam,* &c. *Joſ. Scaliger.*

*Calicata.*] A Græco χάλιξ, per ſyncopen *calx*, *calix*, dicebatur, unde *calicare*, *decalicare*, infra Feſt. *Decalicatum, calce litum.* In veteri tabula Aletri, *Coiravit Baſilicam calecandam.* Id eſt, calce illinendam. De tectorio opere. Tectorii enim operis proprium *linere* & *polire*, ut *albarii* dealbare. Illud fiebat arenata calce, vel marmorato; Iſtud calce nuda, id eſt, cui nulla arena admixta. Inde in veteri inſcriptione: *Eoſque parietes margineſque omnes,*

Digitized by Google

Calim antiqui dicebant pro clam; ut nis pro nobis; ſam pro ſuam; im pro eum.
Caliptra genus veſtimenti, quo capita operiebant.
Calix, quod in eo calidum bibitur: vel à Græco κύλιξ.
Calones, calcei ex ligno facti. Calones militum ſervi, dicti, quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant. Is quoque qui hujuſmodi telo utitur, clavator appellatur.
Calpar vinum novum, quod ex dolio demitur ſacrificii cauſa ante, quam guſtetur. Jovi enim prius ſua vina libabant, quæ appellabant feſta vinalia. Calpar genus vaſis fictilis.
Calpurnii à Calpo Numæ regis filio ſunt oriundi.
Camara, & camuri boves à curvatione, ex Græco καμπὴ dicuntur.

## NOTÆ.

*nes, quæ lita non erunt calce harenata, lito politoque & calce nuda dealbato. Dacerius.*

*Calim.*] Inde Latini fecere *clam*. Non à clavibus ut infra Feſtus.

*Nis.*] Fortaſſe à Græco νῶϊν.

*Sam.*] A Dorico ἅν pro ἑῶ. Vide *ſos*.

*Im.*] A Græco νίν.

*Caliptra.*] Leg. *Calyptra*. καλύπτρα, κεφαλῆς καλύμματα Heſych. Id eſt. *Calyptra, capitis operimenta.*

*Calix.*] A Græco κύλιξ, quod urnam ſignificat, vel à caldo hoc eſt calido, quod & ſentit Varro lib. 4. de L. L. *Calix à caldo, quod in eo calda puls apponebatur & in eo calidum bibebant.* Sed magis placet ſi à Græco κύλιξ.

*Calones.*] Calcei ex ligno. Nihil tale uſquam hodie legitur. Id ſi verum ſit, Calones à κᾶλον vel Latino *cala* lignum. Sed multum ſe metuere dixit doctiſſ. Voſſius, ne Paulus confuderit *Calones* cum *calopediis* quæ *calopedia* ſunt pedes lignei, *formas* vocat Horat. & ita nos vulgo. *Dacerius.*

*Calones.*] Scribendum ξυλοφόρους, κᾶλα. ut κάγκανα κᾶλα. Gloſſarium: *Calo*, δοῦλος δημόσιος. Iſidorus: *Calones, Galearii militum. Joſ. Scaliger.*

*Calones.*] Scribe infra, *quæ Græci κᾶλα vocant.* Calones ſervi qui clavas ligneas gerebant, ligna colligebant, ac foco ſubminiſtrabant, à Græco κᾶλον *lignum*, vel ut vult Servius à Latino *cala*. Calas enim dicebant majores noſtri fuſtes, quos portabant ſervi ſequentes dominos ad prælium. verum non tantum fuſtes *calas* dicebant, ſed & quavis alia ligna. Unde Lucilius.

*Scinde puer calam ut caleas.*

Etſi ibi *calam* vectem interpretatur Scaliger. Sed de hoc alias. *Dacerius.*

*Calpar.*] Gloſſarium: *Calcar*; θυσίαις ἀπαρχῶν οἶνος. vides legendum eſſe, ut hic, *Calpar*. Item, *Calpar*, οἶνος ἐν θυσίαις. Vide Arnobium, & Conjectanea noſtra. Græcum eſt à κάλπη. ut ab Aula, aular. Nam Calpar non vinum proprie eſt, ſed vas ipſum vini. Varro apud Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Calpar.*] Dolium, vas vinarium, à Græco κάλπη; ut ab *aula*, *aular*. Poſtea *Calpar* metonymice pro ipſo vino ſumptum fuit Varr. lib. 1. de vita populi Rom. *Quod antequam dolii nomen prolatum eſſet, cum id genus vaſorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum.* Gloſſar. calcar, θυσίαις ἀπαρχῶν οἶνος. Lege *calpar*. item *calpar*, οἶνος ἐν θυσίαις. Calpar autem Jovi libabant feſtis vinalibus, priuſquam guſtarent, quippe ni ita feciſſent, reliquum omne vinum ſacrum fiebat & uſibus humanis eripiebatur, ut optime monuit Scaliger in conjectaneis ad Varr. Itaque cum calpar libabant, inferium vocabant, quod ſolum inferretur his verbis: MACTE HOCCE VINO INFERIO ESTO. Et hoc præcipue dicebatur de vino diffuſo & doliari: nam alioqui de eodem muſto libabant, ſed id *ſacrima* vocabatur, poſtea quam polluxerant eas confectiones, quæ vocabant ſuffimenta, ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo, quæ diis eo tempore dabantur quo uvæ calcatæ prelo premebantur; quomodo & in frumentis quoque quod ſacrificii cauſſa ante præmetebatur *præmeſſum*, vel *præmetium* appellabant. Cæterum ipſa feſta vinalia Athenienſibus etiam celebrata, qui & ipſa vocabant πιθοιγίαν, quod è dolio vina libarent, priuſquam inde quidquam guſtaſſent. Plutarch. 3. Sympoſ. fiebant autem die undecima menſis Auguſti, & tum Deos precabantur, ut ea libatione contenti, reliqui vini uſum illis innocentem concederent. *Dacerius.*

*Calpurnii.*] Lucanus in Panegyrico ad Piſonem:

*——— ——— hinc tua, Piſo,*
*Nobilitas, veteriſque citant ſublimia Calpi*
*Nomina, Romanas inter fulgentia gentes.*

*Joſ. Scaliger.*

*Calpurnii.*] A Calpo Numæ filio originem duxiſſe ſcribit etiam Plutarch. in Numa. Vetus Horatii interpres Numæ filium *Calpur* non *Calpus* vocat.

*Camara.*] Vide incerta Verrii ex Chariſio. *Ant. Auguſtinus.*

*Camara.*] A Græco καμάρα. Ex hoc loco Chariſius: *Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus affirmat,*

nomi

Camelis Virginibus ſupplicare nupturæ ſolitæ erant.

Camenæ muſæ à carminibus ſunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes: vel quod ſint caſtæ mentis præſides.

Camillus proprie appellatur puer ingenuus.

Cana dicunt Græci, nos caniſtra, & per diminutionem caniſtella.

Canalicolæ forenſes, homines pauperes dicti, quod circa canales fori conſiſterent.

Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem cancelli. ex quo genere ſunt calces, qui per deminutionem appellantur calculi.

## NOTÆ.

*non camera per E. Sed Lucretius: cameraque caminis ex cratibus*, *etiam cameram dici poſſe oſtendit.* *At Cameri* boves ſunt, ut ait Servius, *qui converſa introrſum cornua habent quibus contrarii patuli, qui cornua diverſa habent; quorumque cornua terram ſpectant, his contrarii Licini qui ſurſum verſum cornua habent. Camurus* à Græco καμπύλος, curvus, rejecto π & λ verſo in ρ. Quidam à camera dici putant; & idem ſenſiſſe videtur Erythræus cum dubitat an *camerus*, vel *camurus* ſit ſcribendum apud Virgil. in Georg.

—— *Camuris hirtæ ſub cornibus aures.*

*Camelis virginibus.*] Γαμηλίαις θεαῖς, *Camelis* pro Gamelis. Nam *G* ſæpiſſime mutatur in *C*; ut ſupra in voce *acitare.*

*Camenæ.*] A carminibus, nam primo *caſmenæ* dictæ ſunt, poſtea *carmenæ*, ut *caſmen*, *carmen*. *Caſmen* ab antiquo *caſno* pro *cano*. Et hoc multo probabilius videtur quàm ſi à *cano* ἀμώσως deducatur, quaſi *canena*, & *n* verſo in *m camena*. Prorſus ineptum quod ſequitur à caſta mente camenas dictas. *Dacerius.*

*Camillum.*] Verſiculus ille exagitatus à veteribus Criticis: *Prætextum in ciſta mures roſere camilli.* Camillum intellexit Ovidius cum ait: *Stat puer, & manibus lata caniſtra tenet.* Vide Conjectanea noſtra. Gloſſarium: *Camilla*, ἱέρεια. Servius P. Danielis: *Alexander*, inquit, *Ætolus poëta in Muſis refert Camillam nomen fuiſſe Dianæ ab Epheſiis dedicato templo ei impoſitum.* Hæc Servius in Schedis reconditis, quæ ſunt in Bibliotheca Danielis noſtri. Sed profecto magnus ille Virgilii interpres fallitur. Nam in eo poëmate Alexander Ætolus non Camillam, ſed ὦπιν Dianam vocat. Cujus verſus habes apud Macrobium. Sed eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα. *Joſ. Scaliger.*

*Camillus.*] Καδμῖλος. Bœotis miniſter deorum dicebatur, quam vocem à Phœnicibus didicere qui miniſtrum vocant *Chadmel*, & ita proprie Bœotis dictus Mercurius, quod deorum eſſet miniſter. A cadmillus factum caſmillus, & camillus & caſmillum dictum Mercurium, ex Callimacho Varro ſcribit lib. 4. alii *camillum*; ut Statius Tullianus. Servius in 11. Æneid. inde qui Diis ſerviebant vel in ſacris, ſacerdotibus miniſtrabant, *Caſmilli*, & dempto *ſ Camilli* dicti. Hinc Pacuvius in Medea: *Cælitum camilla expectata, advenis, ſalve hoſpita.* Et quia huic officio pueri ingenui deligebantur, Uſus poſtea obtinuit, ut quilibet pueri ingenui vocarentur *Camilli* ut hic Feſtus, & oſtendit vetus carmen: *Hiberno polvere, verno luto, grandia farra camille metes.* Neque homines tantum *camilli* dicti, ſed quælibet alia quæ rei cuipiam inſervirent, ut infra Feſtus notavit *cumeram*, ſive vas in quo nubentis utenſilia ferebantur caſmillum fuiſſe vocatum.

*Cana.*] Idem ſentit Varro lib. 4. de L. L. *Tryblia & caniſtra, quæ putant eſſe Latina, ſunt Græca*, τρύβλιον καὶ κάνεον *Græca ſunt.* Ergo κανᾶ à κάνεον in plurali κάνεα & per contractionem κανᾶ. Sed *caniſtrum*, ut optime Voſſ. non minus eſt à Græco quàm *cana*. A voce κάναστρον ſcilicet quam Heſychius exponit, ὄστρακον, τρυβλίον, κανοῦν. *Dacerius.*

*Canalicolæ.*] Forenſes vocat, ut etiam Græci ἀγοραίους, hoc eſt, χυδαίους. Cæterum ſingulari numero propter canalem legendum eſt, non, ut hic, propter canales. Plautus Curculione:

*In foro infimo boni homines, atque dites ambulant.*
*In medio propter canalem ibi oſtentatores meri.*

*Joſ. Scaliger.*

*Canalicolæ.*] Forenſes homines qui circa canales fori verſabantur: Græcis ἀγοραῖοι. Per canales autem fori cancellos intelligo qui *canales* dicti. & Ita hunc locum accepit doctiſſimus Salmaſius qui hunc Tertulliani locum adduxit: *Jam & de negotio provocat, ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſervo, canales non adoro, ſubſellia non contundo*, &c. Scaliger non *canales* ſed *canalem* legebat, ut apud Plaut. Curcul. 4. 1.

*In foro infimo boni homines, atque dites ambulant.*
*In medio propter canalem, ibi oſtentatores meri.*

Ita ut *meri oſtentatores* Plauto dicantur, qui Feſto *canalicolæ. Dacerius.*

*Cancri.*] Cancer, canceris, & mutato n, in r, Carcer, carceris. non à coercendo, ut Varro. Apuleius: *inter Orci cancros jam ipſos adhæſiſti. Joſ. Scaliger.*

*Cancri.*] Apuleius: *Inter Orci cancros jam ipſos adhæſiſti. Cancri* per diminutionem *cancelli*, ut à cal-

Digitized by Google

Candelabrum dictum, quod in eo candelæ figantur.

Canentas capitis ornamenta.

Canephora mulier appellatur, quæ fert canum; id eſt qualum quod eſt ciſtæ genus.

Canicæ furfures de farre, à cibo canum vocatæ.

Canitudinem pro canitie. Plautus: Stultus eſt adverſus ætatem & capitis canitudinem.

Cannenſem curſorem Titinius pro piſtore dixit.

Canta pro cantata ponebant.

Cantherius hoc diſtat ab equo, quod maialis à verre, capus à gallo, vervex ab ariete. eſt enim cantherius equus, cui teſticuli amputantur.

Canturnus nomen loci.

## Notæ.

*calces calculi.* Sunt autem *cancelli* ſepta quædam, rectis, obliquis & tranſverſis lignis contexta, feneſtellis diſtincta.

*Candelabrum.*] A candela dictum, docet etiam Varro lib. 4. de L. L. *brum* autem eſt vocis productio. Fruſtra igitur qui à *candela* & λάβειν *capere* vel à *candela* & *labrum.*

*Canentas.*] Capitis ornamenta, forſan, inquit Voſſ. à κανοῖς quæ in capite portabant Canephoræ, niſi legatur *carentas*, à Græco κάρηνον *caput.*

*Canephoræ.*] Græce Κανηφόροι, virgines quæ in Panathenæis aliiſve feſtis cana capite ferebant, ut Palladi, Cereri, Baccho, Dianæ etiam. *Dacerius.*

*Canicæ.*] A canibus ſcilicet. vide proverbium, κύων ἀπὸ μαγδαλιᾶς. Pacuvius: *Qui apud te quaſi ſervos eſt canicaceum panem. Joſ. Scaliger.*

*Canicæ.*]. Furfures de farre, veteribus ita dictæ quod cibi canum ſint. Lucil. lib. 27.

*Quanti vellet quàm canicis apud te & magoni' Manu.*

Hinc *Caninaceum* pro *furfuraceo.* Pacuvius:

*Qui apud te quaſi ſervos eſt caninaceum panem.*

*Canitudinem.*] Periit ea fabula cujus locum laudabat Feſtus. Albitudinem etiam dixit Plaut. Trinum. 4. 2.

*Lesbonicum hic adoleſcentem quæro in his regionibus*
*Ubi habitet, & item alterum ad iſtam capitis albitudinem.*

*Cannenſem.*] Locus non tam obſcurus, quam ridiculus: obſcurus tamen. Quod & me tacente ſatis per ſe patet. Ego ſane non dubito ita legere: *Cannenſem, curſorem Titinnius præpoſtere dixit.* Recte. Nota eſt conſternatio, & fuga eorum, qui ex Cannenſi clade evaſerunt: qui noctes, & dies nunquam curſum, & fugam intermiſerint. Quod Livius nominatim monet. Ab eo jocule Cannenſes, hoc eſt, qui ex clade Cannenſi effugerant, vocabantur curſores, ut ſuſpicari licet. At contra, præpoſtere Titinnius curſorem vocavit Cannenſem. Non enim, ſi Cannenſes curſores dicebantur, ab eo conſequens erit & curſorem quemvis Cannenſem dici. Sed comica licentia eleganter hoc dictum à Titinnio accipiendum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Cannenſem curſorem.*] Legit Scaliger *Cannenſem, curſorem præpoſtere dixit Titinius.* Et ita curſorem Titinium dixiſſe ſuſpicatur, alluſione facta ad conſternationem & fugam eorum, qui ex Cannenſi clade evaſerunt, qui noctes & dies nunquam curſum & fugam intermiſerint, quod præpoſtere dictum vult Feſtus: cum etſi Cannenſes curſores dicerentur, non continuo & quivis curſor Cannenſis dici potuerit. Ego vero exiſtimo Feſtum non eſſe aſſecutum, mentem Titinii, qui *Cannenſem curſorem*, vocavit quemdam ſuæ ætatis hominem ut eum φυγόμαχον, ut Horatius diceret *fugacem*, deſignaret. Itaque nulla diſtinctio poſt *Cannenſem*, neque enim *Cannenſem* ſic abſolute dixit Titinius. Sed alia etiam mens Meurſio, putat enim ſcriptum fuiſſe *canenſem* unico *n.* nempe à cane, quod erat vinculi ferrei genus, & catenatos fuiſſe piſtores nemo ignorat. Itaque *canenſem* lepide vocat, tanquam à loco aliquo regioneve nomine deducto. Et *curſorem* propter curſum quem exercebant in circumagitanda mola.

*Canta.*] In Saliari carmine, ut puto, unde *pa* pro *parte*, *po* pro *populo*, Feſtus adduxit. Vide ibi notata. Verum hic mihi locus ſuſpectus eſt, & ni bene fallor, legendum: *cante pro cantate ponebant.* Ex hoc Varronis lib. 6. de L. L. ubi voces è carmine Saliorum adducit, *Ab eadem voce canite*, inquit, *pro quo in Saliari carmine ſcriptum eſt cante, hoc verſu: Divum exta cante, Divum Deo ſupplice cante.*

*Cantherius.*] Cantherios equos dictos putat Varro quod ſemine careant. inepte ſane. Optime Caninius in Alphabeto à Græco κανθήλιος λ mutato in ρ.

*Canturnus.*] Geographis ignotus.



Digitized by Google

Caperatum rugoſum, à cornuum caprinorum ſimilitudine dicitur.
Capidulum genus veſtimenti, quo caput tegebatur.
Capillatam vel capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonſum ſuſpendebant.
Capis poculi genus dictum à capiendo.
Capita Deorum appellabantur faſciculi facti de verbenis.
Capital facinus, quod capitis pœna luitur. Capital, linteum quoddam, quo in ſacrificiis utebantur.
Capitalis lucus, ubi ſi quid violatum eſt, caput violatoris expiatur.
Capitarium æs, quod capi poteſt.

## Notæ.

*Caperatum.*] A *caper* eſt caperare, unde caperata frons rugis contracta. A caprorum frontibus criſpis, potius à caprinorum cornuum ſimilitudine. Varr. in Eumenid. *Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.*

*Capidulum.*] Gloſſ. *capidulum veſtimentum capitis. Dacerius.*

*Capillatam.*] Supplendum ex Plinio de Veſtalibus libro XVI. cap. 44. *Joſ. Scaliger.*

*Capillatam.*] Juvenes capillum Diis conſecrantes, eum vel templis vel arboribus ſuſpendebant. Sic Berenice crinem ſuum in Veneris templo poſuit, & Veſtales antequam in collegium ſacrarentur detonſum crinem ad certam arborem deferebant, quæ ideo *capillata* vel *capillaris* dicta: de qua Plin. lib. 6. cap. 44. *Antiquior illa eſt Lotos, ſed incerta ejus ætas, quæ capillata dicitur, quoniam Veſtalium Virginum capillus ad eam defertur.* Neque Diis tantum comas ſuas veteres conſecrabant, ſed fluminibus etiam, interdum & amicis; ut in inſula Delo teſtatur Callimachus.

> Ἤτοι Δηλιάδες μὲν ὅτ' εὐήχης ὑμέναιος
> Ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην
> Παρθενικαὶ. παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
> Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.

Quem locum vel levicula menda male deformat. Legendum παρθενικαῖς. Δηλιάδες παρθενικαῖς. παῖδες δὲ ἄρσενες ἠιθέοισιν. Nam τὸ Δηλιάδες, παρθενικαὶ comprehendit. Et ita olim legiſſe videtur Scholiaſtes cujus verba: παρθενικαὶ, ἀπὸ κοινοῦ τὸ φορέουσιν. ait Callimachus. *Etenim Deliades, quando ſonorus hymenæus mores puellarum terret,* coætaneos *capillos virginibus, at juvenes primam lanuginem, mares maribus primitiarum loco offerunt.*

*Capis.*] Varr. lib. 4. de L. L. *A quo illa capis & minores capulæ à capiendo quod anſata ut prehendi poſſint, id eſt capi. Harum figuras in vaſis ſacris ligneas & fictiles antiquas etiam nunc videmus.* A *capis* diminutivum *capidula*, unde *capula.*

*Capita Deorum.*] Quæ & *Struppi.* Vide *ſtruppi.*

*Capital facinus.*] Quod capite luitur. Capital etiam abſolute dixit Plaut. Menæch. I. I.

*Nunquam Ædepol fugiet tametſi capital fecerit.*

In vet. lex. Græco-Lat. vet. κεφαλικὴ τιμωρία, *capitale.*

*Capital, linteum.*] Linteum intelligit quo caput velabant de quo Helenus apud Virgil.

*Purpureo velare comas adopertus amictu.*

*Dacerius.*

*Capitalis.*] Non poſſum aliter mihi perſuadere, quin Feſtus ita ſcripſerit: *Capitalis locus, ubi ſi quid violatum eſt, capite violatoris expiatur.* Nam capite, non caput habent & priſcæ editiones. Quare Ovidius *capitale templum*, Minervæ captæ intelligit, cum ſcribit Faſt. III.

*Aut quod habet legem, capitis, quæ pendere pœnas*
*Ex illo jubeat furta recepta loco.*

Ergo capitalis locus eſt, qui habet legem, ut capital ſit, qui quid in eo violarit. *Capitalis lucus* hoc modo dicetur. Quare locus, non lucus legendum, quia locus & lucum, & alia comprehendat. *Joſ. Scaliger.*

*Capitalis lucus.*] Lege cum Scaligero. *capitalis locus ubi ſi quid violatum eſt, capite violatoris expiatur.* Nam *locus* lucum & alia comprehendit. Sic Ovid. capitale templum captæ Palladis intelligit lib. 3. Faſt.

*An quod habet legem capitis quæ pendere pœnas*
*Ex illo jubeat furta recepta loco.*

*Dacerius.*

*Capitarium.*] Jam & hoc nego à Feſto unquam ne in mentem quidem veniſſe. ſed, *Capitarium æs, quod caput eſt.* Ait Capitarium æs, id eſt ſortem Capitarium vocari, quia caput ſit uſuræ. Græci ἀρχαῖον. Ego tamen malo Capitarium æs eſſe, quod capite penditur. aliud enim ex cenſu pendebatur. vide Tributorum. *Joſ. Scaliger.*

*Capitarium.*] *Æs quod capi poteſt.* Ridicule lege cum Scaligero, *quod caput eſt.* Græcis Κεφάλαιον dicitur. Cicero *caput* vocat; tamen magis placet Scaligero ut capitarium æs dicatur quod capite penditur. Nam tributorum conlatio, alia in capite, alia ex cenſu, ut Feſtus alibi. Vide *tributorum.*

*Cap-*

Digitized by Google

Cappas marinos equos Græci à flexione poſteriorum partium appellant. * Campas.

Capræ dictæ, quod omne virgultum carpant, ſive à crepitu crurum. Unde & crepas eas priſci dixerunt.

Capreoli vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt appellati.

Caprilia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludes dici ſolet.

Capronæ equorum jubæ in frontem devexæ, dictæ quaſi à capite pronæ.

Capruncalum vas fictile.

Capſæ à Græco appellantur. Has illi κάμπ7ας dicunt.

Capſit, prehenderit.

Captus locus dicitur ad ſacrificandum legitime conſtitutus.

Capuam in Campania quidam à Capy appellatam ferunt, quem à pede introrſus curvato nominatum antiqui, noſtri Falconem vocant: alii à planicie regionis.

## Notæ.

*Cappas.*] Lege *campas*, ut in marg. Græcis καμπὴ quo nomine dicitur omne cetaceum, & quivis ingens piſcis à caudæ flexura quæ καμπὴ dicitur.

*Capra.*] A carpendo dictas tradit etiam Varro duobus locis, Iſidorus etiam qui utrumque Feſti etymon adducit, ſed eſt à Tyrrhenis, quibus caper κάπρος dicitur, capra, κάπρα. Heſych. κάπρος, αἶξ. Τυῤῥηνοί.

*Capreoli.*] Varr. lib. 1. de re ruſt. cap. 31. *Capreolus vites ut teneat, ſerpit ad locum capiendum, ex quo à capiendo capreolus.* Sed melius à capreolis animalibus deducas, quia *capreoli* illi vitium, ut capreolorum cornua, vel potius capreoli propter ſuam teneritudinem ſic dicti, quomodo & Græci novellos ramos vocant μόσχους.

*Caprilia.*] Ante urbem.

*Capronæ.*] Vide Antiæ. Nonius non equorum tantum jubas, ſed & hominum comas quæ ſunt ante frontem *capronas* dicit ex illo Lucilii:

*Aptari caput, atque comas fluitare capronas,*
*Altas, frontibus immiſſas, ut mos fuit illis.*

Forſan & de *capronis* iſtis intelligendus elegans ille locus in Cantico Canticorum, cap. 4. *Capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

*Capruncalum.*] Vas fictile, forte ſic dictum quod capri figuram haberet, ut vult Voſſius, qui dubitat etiam num legendum ſit *capunculum* quod erit diminutivum à *capis*.

*Capſæ.*] Ciſtulæ à Græco κάμψαι. Nam ſic legendum. Heſych. Κάμψη, θήκη. Item Καμψία, κανᾶ, κανίσκια:

*Capſit.*] Prehenderit. Plaut. Pſeudol. 4. 8.

*Si occaſionem capſit, qui ſiet malus.*

*Dacerius.*

*Capuam.*] Sane Capys Græcum vel Tarentinum videtur Latine expreſſum per Falconem. Nam κάπυς, παρὰ τὸ κάπτεσθαι, ἤγουν κάμπτεσθαι. quod incurvos habeat pedes. unde & Capus dictus κατ' ἐξοχὴν. ut ὄρνις Gallina κατ' ἐξοχὴν. & multa alia ejuſmodi. Ut & unus tantum ex genere accipitrum vocatus Falco; non omnes accipitres, quanvis omnes ſint γαμψώνυχες. hoc enim ſignificat Falco. *Joſ. Scaliger.*

*Capuam.*] Virgil. 10. Æneid.

*Et Capys; hinc nomen Campanæ ducitur urbi.*

Ubi Servius: *Cœlius qui Trojanum Capyn condidiſſe Capuam tradidit, eumque Æneæ fuiſſe ſobrinum. Alii hunc Capyn filium Capeti volunt eſſe Tiberini avum, ex quo fluvius Tyberis appellatus eſt. eumque Capuæ conditorem produnt: alii Capyn Samnitem condidiſſe Capuam confirmant. Sed Capuam vult Livius à locis campeſtribus dictam in quibus ſita eſt: conſtat tamen eam à Tuſcis conditam de viſo falconis augurio qui Tuſca lingua capys dicitur, unde eſt Capua nominata. Tuſcos autem omnem pæne Italiam ſubjugaſſe manifeſtum eſt. Alii à Tuſcis quidem retentam & prius Aliternum vocatam: Tuſcos à Samnitibus exactos Capuam vocaſſe: ob hoc quod hanc quidam Falco condidiſſet, cui pollices pedum curvi fuerunt, quemadmodum falcones aves habent, quos viros Tuſci Capuas vocarunt. Varro dicit propter cœli temperiem & ceſpitis fecunditatem campum eundem Campuanum ſive Campanum dictum quaſi ſinum ſalutis & fructuum.* Hæc Servius. *Capys* autem, Tuſcis *Falco*, à Græco καπτιάζ id eſt, καμπτιάζ, *incurvari, inflecti.* Sed unice placet Livii ſententia cujus verba lib. 4. *Vulturnum Etruſcorum urbem quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam Capuamque ab duce eorum Capye, vel, quod propius vero eſt, à campeſtri agro appellatam.* Et hoc ipſum eſt quod Feſtus in fine: *alii à planicie regionis.* Nam *Capua* quaſi *campua*, à *campo*, agro campeſtri, quæ vox *campus* planiciem ſignat ut *æquor*. Ab hujus ſententiæ partibus facit quod ipſa *Capua* prius *campa* ſive *campus* dicta. Unde *Campani* & *Campas* apud Plautum. Euſtath. in Dionyſ. Ὅτι οἱ Καμπανοὶ, ὧν τὸ πεδίον λιπαρὸν διὰ

Capulum & manubrium gladii vocatur; & id, quo mortui efferuntur. utrumque à capiendo dictum. ſane à capulo fit capularis.

Caput ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt.

Carinantes, probra objectantes. à carina dicti, quæ eſt infima pars navis: ſic illi ſortis infimæ.

Cariſſam apud Lucilium vafram ſignificat.

Carnificis loco habebatur is, qui ſe vulneraſſet, ut moreretur.

## NOTÆ.

τὴν δὶνηρετίαν λέγει, ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων ἐκεῖ κάμπων ὀνομασθῆναι, ἢ ἀπὸ Κάμπου πόλεως. Ideſt, *Campani, quorum pingue ſolum propter fertilitatem dicit, à ſubjacentibus campis vocati vel à Campo urbe.* Manifeſto Capuam urbem intelligit quod non ſatis perpenſum iis qui *Campum* neſcio quam à *Capua* diverſam fingunt.

*Capulum.*] Enſis manubrium, Virg.

— — *Et lateri capulo tenus abdidit enſem.*

Pro arca funebri, Lucil.

*Quem cum vidiſſent Hortenſiu' Poſthumiuſque,*
*Cæteri item in capulo hunc non eſſe, aliumque cubare.*

Ab hac capuli ſignificatione dictus *capularis* morti contiguus. Plaut.

*Quid ais tu? tam tibi ego videor oppido Acheruntícus?*
*Tam capularis? tamne tibi diu videor vitam vivere?*

*Caput.*] Potius à κεφαλὴ φ mutato in π. *Dacerius.*

*Carinari.*] Gloſſarium: *Carinari*, χαριεντίζεσθαι. Iſidorus: *Carinantes, illudentes.* Ennius,

*Contra carinantes verba, atque obſcœna profatus.*

Et tamen corripit in ſequenti mediam

* *neque me decet hanc carinantibus edere chartis.*

Qui verſus nondum excuſi, citantur à Servianis ſchedis doctiſſimi Danielis noſtri. Ita factum *carinari* à carina: ut apud Græcos γεφυρίζειν à γέφυρα. Idemque valet, ac carinari. *Joſ. Scaliger.*

*Carinari.*] Gloſſ. Iſidori: *Carinantes, illudentes. Carinari* à *carina* infima navis parte. Ut vult Feſt. vel, ut Voſſ. eo quod qui in carina eſſent alios contumelioſis verbis ſolerent laceſſere, quomodo Græci à γεφύρα *ponte* fecere γεφυρίζειν quaſi de ponte convicia jacere. Inde etiam ludi dicti γεφυρισμοὶ in quibus convicia jactabantur. Sed quia obſtat quantitas, cum ſecunda in *carinari* corripiatur contra quam in *carina*, addit Voſſ. *Carinari* vel eſſe à χαρίειν ita ut *carinari* fit quod dicimus *plaiſanter.* Unde in Gloſſ. *carinari*, χαριεντίζεσθαι. Vel potius (quod unice placet) à *carere* id eſt radere carpere à *caro carino* ut à *nato natino.* Juvat quod ut *carere* Latinis de veſte & dictis mordacibus dicitur ſic Græcis πλύνειν, veſtes lavare, & conviciis & maledictis laceſſere. Quomodo & Gallis vox *laver.* carinandi verbo uſus Ennius. lib. 1. Annal.

*Sed neque me decet hac carinantibus edere chartis.*

Et alibi.

*Ac contra carinans, verba atque obſcœna profatus.*

Ut eum locum emendavit Salmaſius. Vulgo *contra carinantes. Dacerius.*

*Cariſſa.*] In veteribus editionibus *vafrum*, non *vafram.* Cui adſtipulari videtur auctor Gloſſarii: *Cariſa*, μαυλιστὴς, πορνοβοσκός. Iſidori Gloſſæ contra feminino: *Cariſſa, lena vetus, & litigioſa. ancilla doloſa, & fallax. Joſ. Scaliger.*

*Cariſſam.*] In vett. Edit. eſt *vafrum* non *vafram.* Cui adſtipulari videtur auctor Gloſſarii. *Cariſſa*, μαυλιστὴς, πορνοβοσκός. *Scalig.* retineo *vafram*, & verba Gloſſarii, quæ ambigua ſunt, interpretor, *lena & quæ proſtibula alit.* Sic in fæminino Gloſſæ Iſidori, *Cariſſa, lena vetus, litigioſa, ancilla doloſa & fallax. Cariſſa* à Græco χάρις ut vult Voſſ. Legitur etiam & *capriſſa* à *capra*, ſcilicet quaſi eam ſignet quæ capræ vel meretricis mores imitetur. Sed omnium optime Lucas Fruterius qui in epiſtola quadam ad Muretum reponendum putavit *catiſſa.* Nam catos pro callidis & ingenioſis apud veteres dictos.

*Carnificis loco.*] Originem hujus moris explicat vetus ſcriptor Caſſius Emina apud Servium: *Tarquinius*, inquit, *Superbus cum cloacas populum facere coegiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſit corpora eorum cruci affigi. Tunc primum habitum eſt turpe mortem ſibi conſciſcere.* Ut non tantum de eo qui ſe vulneraſſet, ut moreretur, intelligendum ſit, ſed de eo qui quovis modo mortem ſibi conſciſceret. Quare adeo ejuſmodi homines abominabantur vetuſtiſſimi Romani, ut ne eis quidem juſta facerent. Servius in Schedis: *Varro ait ſuſpendioſis, quibus juſta fieri jus non ſit, ſuſpenſis oſcillis, veluti per imitationem mortis parentandum eſſe.* Artemidorus lib. 1. Ἄτιμός τε καὶ φυγὰς γενόμενος,

αἰτια-

Caſa à cavatione dicta.
Caſaria, quæ cuſtodit caſam.
Caſcum antiquum.
Caſeus à coeundo dictus.
5. Caſinam fabulam Plautus inſcripſit ab ancillæ nomine Caſina, quam amari à ſene introduxit.
Caſnar, ſenex Oſcorum lingua.
Caſſabundus crebro cadens.
Caſſia via à Caſſio ſtrata.
10. Caſſiculum, reticulum, à caſſibus per deminutionem dictum.
Caſſilam antiqui pro caſſide ponebant.
Caſta mola genus ſacrificii, quod veſtales virgines faciebant.

## NOTÆ.

ἀναρτήσας ἑαυτὸν ἐτελεύτησε τὸν βίον, ὡς μηδὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα τούτους γὰρ μόνους ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες. Id eſt *inglorius & fugitivus ſe ipſum ſuſpendio necavit ne poſt mortem quidem nomen habiturus: ejuſmodi enim homines ſolos ad mortuorum cœnas non vocant propinqui.* In Cariſtiis enim & parentalibus omnium carorum jam vita functorum nomina ciere ſolebant. Auſonius:

*— — — nomina tantum,*
*Voce ciere, ſuis ſufficiet tumulis.*

Quæ Auſoniana paulo diverſius interpretatur Turnebus, quod non debuit. *Joſ. Scaliger.*

*Caſa.* ] Potius à *caſo* id eſt *cado* quod cadat facile. Alii *à καίω uro* quod facile ceratur: alii aliter. *Dacerius.*

*Caſaria.* ] Eſt, quam Græci οἰκουρίδα vocant, Hebræi Navam. *Joſ. Scaliger.*

*Caſcum.* ] Varro lib. 6. de L. L. *Caſcum ſignificat vetus ejus origo Sabina, quæ uſque radices in Oſcam linguam egit. Caſcum vetus eſſe ſignificat Ennius cum ait:*

*Quam primum Caſci populi genuere Latini.*

Scaliger vult eſſe ab Oſca voce *caſus* παλαιός. Unde & *caſnar, ſenex.* Vide infra.

*Caſeus.* ] A coacto lacte caſeum vocatum ait Varro lib. 4. de L. L. quaſi *coaxeum*. *Caſeus*, inquit, *à coacto lacte ut coaxeus dictus.* Alii à *carendo* quod careat ſero. Scaliger ab *Oſco caſus* antiquus, ut ſit proprie lac vetuſtate coactum concretumque. Varronis etymon, mihi quidem, cæteris præſtat:

*Caſinam,* ] Huic Fabulæ nunquam *caſinam* nomen Plautus impoſuit, ſed *ſortientes*. Nam Diphilus qui illam Græce ſcripſerat *clerumenoe* vocaverat non κληρουμένην ut male Camerarius. Neque eſt quod quemquam moveat argumentum quod illi præmittitur. Ubi

*— — — Poſt id rurſum denuo*
*Latine Plautus cum latranti nomine.*

Ubi per *latrans nomen*, *caſina* intelligitur, nam uno ut verbo dicam, argumentum illud tam Plauti eſt quàm quod nunquam fuit. Caſinam dixere qui poſt Plautum nati ſunt.

*Caſnar.* ] Senem Caſnarem Oſce dictum teſtatur etiam Varro. Scaliger deducit à *Caſus* antiquus. Vide ſupra *Caſcum*. Vide *Nonium*. Veriſimile *Caſnares* ab Oſcis dictos qui Latinis *cani* à *canitudine*. Ratio eſt quod in vocibus ſuis Oſci ut & Sabini fere ſemper, ſibilum addunt, ſive literam *ſ*, quam à Græcis Dorienſibus acceperunt. Iidem *caſcum* pro antiquo nimirum à Græco κακός, *debilis*. *Cacos, cacus, caſcus.* Sic *caſmenas* dixerunt pro *camenis*. *Dacerius.*

*Caſſabundus.* ] Unico ſ. Caſabundus. vide Varronem. *Joſ. Scaliger.*

*Caſſabundus.* ] Scribendum *Caſabundus* unico ſ. à *Caſare*. Plaut. Mil.

*— — Bacchabatur hama, caſabant cadi.*

Et Nævius:

*Riſi egomet caſabundum ire ebrium.*

*Caſſia.* ] Ab auctore Caſſio. Hæc extra Flumentanam per Sutrium, Viterbium & Vulſinios mittebat. Meminit Cicero 12. Philip. *Tres ergo, ut dixi, via, à Supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, Media Caſſia.* *Dacerius.*

*Caſſiculum.* ] Gloſſæ Iſidori: *Caſſiculum, rete, jaculum.* *Joſ. Scaliger.*

*Caſſiculum.* ] A caſſis caſſiculus & caſſiculum, ut à funis funiculus.

*Caſſilam.* ] Legendum *caſſidam*: ut videre multi. Virg. 9. Æneid.

*Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati*
*Caſſida.*

*Caſta mola.* ] Ἁγνὸν θῦμα. Vide *mola*.

Caſtrenſi corona donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet, cui inſigne erat ex auro vallum.

Caſus dicimus non modo ea, quæ fortuito hominibus accidunt, ſed etiam vocabulorum formas, quia in aliam, atque aliam cadunt effigiem.

Catachreſin tropum nos abuſionem dicimus, cum alienis abutimur perinde, ac propriis, cum propria deficiunt.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.

Catampo genus eſt luſus.

Catax, claudus.

Catifons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit; dictus, quod in agro cujuſdam fuerit Cati.

Catillatio grave opprobrium hominibus generoſis objiciebatur, ſi qui provincias amicas populi Romani expoliaſſent.

Catilones appellabant antiqui guloſos.

## NOTÆ.

*Caſtrenſis corona.*] Ex auro facta ſed non tota, ut patet ex Sueton. Auguſt. cap. 25. ea vallo decorabatur, ideoque vallaris dicta.

*Catachreſis.*] Cum vox aliqua licentius à propria ſignificatione ad aliam deflectitur. *Abuſio* Latine dicitur.

*Catamitum.*] Pro *Ganumede* dicebant *Ganamidus* unde *g.* in *c.* & *d.* in *t.* *Catamitus.* Vide *alcedo.* Plaut. Monarch. 1. 2.

ME. *Dic mihi, nunquam tu vidiſti tabulam pictam in pariete,*
*Ubi Aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum.*

Ubi male Lamb. Catamitum Priami filium facit, cum re vera Trois fuerit. Quamvis cum Cicero Laomedontis dicat ut & vetus cycli ſcriptor cujus tibi verſus lepidiſſimos exhibebit Scholiaſtes Euripidis in Oreſte. *Dacerius.*

*Catampo.*] Græcum ſcilicet, *κάτ᾽ ἄμφω.* Videntur verba duorum, qui eum ludum exercebant. Ridiculus eſt doctiſſ. vir, qui in Codice Juſtiniani libro tertio in fine hariolatur de genere luſuum dictum, quod ipſi Imperatori nunquam in mentem venit, præſertim cum de hoc Catampo ibi mentionem fieri putet. Dictum *κάτ᾽ ἄμφω,* ut *καθ᾽ ἕν.* Sed puto potius Catambo ſcribendum per b. *καταμβαὶ* dictum ut *ὀπισαμβαί.* eſt autem *ὀπισαμβαὶ ἡ εἰς τοὔπισω ἀναχώρησις. καταμβαὶ ἡ εἰς τὸ κάτω καὶ τὸ πρηνές.* vide Euſtathium. *Joſ. Scaliger.*

*Catampo.*] Scaliger legit *catambo.* Ut *καταμβαὶ* ſit contrarium *τοῦ ὀπισαμβαί. Ὀπισαμβαὶ ἡ εἰς τοὔπισω ἀναχώρησις,* itio retrograda. *καταμβαὶ ἡ εἰς τὸ κάτω καὶ τὸ πρηνές,* itio in caput. *Catambo,* igitur quod hodie pueri faciunt cum capite ambulant, gradiuntur. *Dacerius.*

*Catax.*] Græcum eſt *κατάξ,* hoc eſt *κατεαγὼς τὰ μέλη.* Iſidori Gloſſæ: *Catax, claudus, coxus.* In veteribus Græcorum Gloſſis: *Coxus, λολός.* lege, *χωλός.* Hiſpani retinent nomen. claudum enim hodieque vocant *Coxo.* & *Coxquear,* claudicare. Quod & in illis optimis Gloſſis reperi, *Coxigat χωλαίνει.* & Nonius, *Catax dicitur, quem nunc Coxonem vocant.* dicitur & cloppus. *Cloppus, χωλός.* Gloſſarium. *Joſ. Scaliger.*

*Catax.*] Græcum eſt *ἀπὸ τοῦ κατεάξαι frangere.* Quaſi *Κατεαγὼς τοὺς πόδας.* *Fractos habens pedes.* Nonius: *Catax dicitur quem nunc coxonem vocant.* Lucil. lib. 2.

*——— ——— hoſtibus contra*
*Peſtem perniciemque catax quam & Manliu' nobis.*

Gloſſæ Iſidori: *Catax, claudus, coxus. Coxus autem* & *coxo* eſt *χωλός.* Quam vocem retinent Hiſpani qui claudum vocant *coxo.*

*Catifons.*] Non longe à Roma. Sed de Catifonte nihil alibi legere eſt. Vide *Petronia.* *Dacerius.*

*Catillatio.*] Catillones ait à Romanis dici, qui provincias Po. Ro. deſpoliaſſent. à *Catillonibus,* qui & catillos ipſos liguriunt, abſumpta prius dape. A Græcis vero ejuſmodi homines dicebantur *μολγοί.* *παρὰ τὸ ἀμέλγειν, καὶ κλέπτειν τὰ κοινά.* ut ille fur apud Maronem:

*Hic alienus oves cuſtos bis mulget in hora.*

*Joſ. Scaliger.*

*Catillatio.*] A *Catinus,* catinulus, catillus. A quo *catillare* ligurire. *Catillatio* ipſa actio liguriendi quæ iis objiciebatur qui populi Rom. Provincias exſpoliaſſent. Qui ideo *Catillones* dicti.

*Catilones.*] Vide *catillatio.* Margini adſcriptum *catiliones* quod monet ſcriptum fuiſſe *catillones* duplice *ll.* *Dacerius.*

Cato-

Digitized by Google

Catones appellantur portus in mari interiores arte & manu facti.

Catularia porta Romæ dicta eſt, quia non longe ab ea ad placandum caniculæ ſidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flaveſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulinam carnem eſitaviſſe, hoc eſt comediſſe Romanos Plautus in Saturnione refert.

Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.

Caudecæ ciſtellæ ex junco, à ſimilitudine equinæ caudæ factæ.

Caudicariæ naves ex tabulis craſſioribus factæ.

Caviares hoſtiæ dicebantur, quod caviæ, id eſt pars hoſtiæ cauda tenus diceretur, & ponebatur in ſacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Cavillatio eſt jocoſa calumniatio.

## NOTÆ.

*Catones.*] Repone, ut in veteribus editionibus, Cothones. quid differat Cothon à portu, explicat Servius. *Joſ. Scaliger.*

*Catones.*] Legendum monet Scaliger *Cothones.* Ut eſt in vet. edit. ſunt autem cothones parvi portus in mari non naturales, ſed arte & manu facti. Ut exponit Servius lib. 1. Æneid. dicitur *cothon, onis*; & *cothonum, ni.* Atqui *cothon* pro portu foſſitio vix Latinum videtur. ita vocabatur parva inſula Carthaginis, quæ vicem portus præbebat & navalia habebat. Strab. lib. 7. Factitia hæc inſula & Euripo circumdata, id eſt canali manufacto. Forte Κώθων dicta voce Græca quod rotunda eſſet inſtar poculi. Ex illo portu Carthaginenſi Cothone, alii, ut videtur, portus manu facti ſic dicebantur, ſi fides eſt Feſto. *Foſſas* etiam appellarunt Latini. Hodie quoque apud Namnetes, portus *foſſa* dicitur. Græcis χειρόδρος. *Salmaſ.* in Solin.

*Catularia.*] A *catulus.* Quod non longe ab ea immolarentur catuli, id eſt canes, unde patet *catulus* de canibus dici, quod pluribus exemplis firmavit Voſſius. porro quod Rufæ canes ad placandum caniculæ ſidus immolarentur, id aperte docet Feſtus in voce *rutilæ.*

*Catulinam.*] Hanc Saturnionem Plauti fabulam reſpicit Plinius cum ait lib. 29. — *Catulinam adjicialibus quidem celebrem epulis fuiſſe Plauti fabulæ ſunt indicio.*

*Catulus.*] Forſan prima notione *catulus* catenam illam ſignavit qua canes vincti. poſtea vero pro quovis vinculo ſumi cœptus. Lucil.

*Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum.*

Dicitur etiam *catellus.* Plaut. Curcul. 5. 5.

*Delicatum te hodie faciam cum catello ut accubes*
*Ferreo ego dico.*

Ubi non audiendus Lambinus qui hanc differentiam ſtatuit ut *catellus* parvum canem, *catellum* vero catenam ſignificet. Nam catulus & catellus canem & canis vinclum. Ut Græcis *σκύλαξ ἴσχνα κυνὸς* & *δεσμὸν σιδηρεῶν* notat. Catulus autem & *canis* pro vinclo, ut optime Feſtus. Plaut. Caſin.

*Deos quæſo, ut quidem hodie tu canem & furcam feras.*

*Dacerius.*

*Caudecæ.*] Lege, Caudeæ. Ita etiam Plautus Rudente. *Joſ. Scaliger.*

*Caudecæ.*] Lege *caudeæ* ut optime Scaliger. *Caudeæ* ciſtellæ ex junco à ſimilitudine caudæ equinæ factæ. Plaut. Rudent. 4. 4.

*Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo.*

*Caudicariæ.*] Naves ſic dictæ quod è caudicibus, id eſt, craſſioribus tabulis fierent. Varro lib. 3. de vita pop. Rom. *Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, à quo in Tyberi nave codicarias appellamus.* Inde Caudicarii dicebantur ii qui caudicariis navibus frumentum advehebant. *Dacerius.*

*Caviares.*] Locus corruptus in ſequentibus. Legendum: *Caviares hoſtiæ dicebantur quod caviar pars hoſtiæ cauda tenus dicebatur.* Manifeſtum eſt in equo Octobri, de quo hic agitur, partem ſecundum caudam dictam *Caviar*, ut in bove, *Palaſeam*: in ſue, *offam penitam.* De equo Octobri, inquam, Feſtus intelligit. cujus coda tanta celeritate in Regiam perferebatur, ut ſanguis recens inde in focum ſtillaret. Fiebat autem hoc ſacrificium quinto quoque anno, ut non multo poſt ſequitur. & Propertius refert:

*Qualia nunc curto luſtra novantur equo.*

*Joſ. Scaliger.*

*Caviares hoſtiæ.*] Lege cum Scaligero: *Caviares hoſtiæ dicebantur, quod caviar pars hoſtiæ cauda tenus diceretur.* Equum Octobrem intelligit, qui in campo Martio menſe Octobri Marti immolabatur. In eo pars ſecundum caudam *caviar* dicta, ut in bove, *palaſea.* in ſue *offa penita.* Vide *October equus.*

*Cavillatio.*] *Cavillari à cavere.* Iſtud de juriſprudentibus dicitur cum conſiliis ſuis nobis cavent, illud



Digitized by Google

Cavillum, cavillatio, id eſt irriſio.

Cavitionem dicebant, quam modo dicimus cautionem.

Caulæ à cavo dictæ. antiquitus enim ante uſum tectorum oves in antris claudebantur.

Cavum à chao dictum, ex ejus inanitate.

Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Celibari haſta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris ſtetiſſet abjecti, occiſique ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, ſic ipſa cum viro ſit. vel quia matronæ Junonis Curitis in tutela ſint, quæ ita appellabatur à ferenda haſta, quæ lingua Sabinorum curis dicitur. vel quod fortes viros genituras ominetur. vel quod nuptiali jure imperio viri ſubjicitur nubens: quia haſta ſumma armorum, & imperii eſt. quam ob cauſam viri fortes ea donantur, & captivi ſub eadem veneunt; quos Græci δορυαλώτους καὶ δορυκτήτους vocant.

## Notæ.

vere Leguleiorum & rabularum forenſium proprium cum tergiverſantes tricas & moroſas juris præſtigias effutiunt ad fallendum, unde *cavillatio*, fruſtratio, per fraudem irriſio, calumniatio. Et *incavillatio* per deſpectum irriſio infra Feſt. Gloſſarium *cavillatio*, ἐνέδρα, ἀπάτη, περιεγχείρησις. i. Inſidiæ, fraus, contentio. *Dacerius.*

*Cavillum.*] Dictum à cavendo, ὑποχρεωστικῶς. Propriumque eſt leguleiorum, & moratorum verbum. Nam Juriſconſultorum proprium *Cavere.* Ovidius:

> *Illo ſæpe loco capitur conſultus amore.*
> *Quique aliis cavit, non cavet ipſe ſibi.*

Tibullus:

> *Hæc mihi quæ caverem Titio, Deus edidit ore.*

Hodie inepte quæ canerem Tityo. nullo ſenſu. At Tibullus ſe prudentum more de amore publice reſponſurum cuilibet conſulenti proponit. Quod ex ſequentibus, & ex nomine Titii apparet. ſed qui corruperunt, ignorarunt ſecundam, & tertiam conjugationem eandem apud veteres fuiſſe. ut igitur deminuerunt nomen in formulariis illis, Leguleios, non juriſprudentes vocantes: ſic & verbum profeſſionis: cum *cavillare*, non *cavere* eos dicebant, propter tricas, & moroſas juris præſtigias. Sane ita eſſe vel unus Tertullianus ſatis dederit, qui in libro de corona ait: *omnibus modis cavillandum*, id eſt, cavendum. παντοίως ἀσελγαστέον. Non ergo obſcurum, quare in vitium verterit hoc verbum: cum genus hoc hominum male ſemper audierit. Gloſſarium vero: *Cavillatio*, ἐνέδρα, ἀπάτη περιεγχείρησις. *Joſ. Scaliger.*

*Cavillum.*] Idem quod *cavillatio. Dacerius.*

*Cavitionem.*] Plautus: *Opportune mihi cavita eſt hac Epiſtola. Joſ. Scaliger.*

*Cavitionem.*] A caveo, cavitum, cautum. Cavitio, cautio. Plaut. Pſeudol. 2. 3.

> *Nam ipſa mihi Opportunitas non potuit opportunius*
> *Advenire, quam hac cavita eſt mihi opportune epiſtola.*

Quanquam libri fere omnes habent non *cavita* ſed *cavata*. Quod ſatis placet. *cavata*, eruta.

*Caula.*] A cavitate dictas vult Feſtus, Varro etiam. Sic Lucret. dixit *caulas ætheris*, id eſt, *cava cœli*. Sed melius alii à Græco αὐλὴ *aula* addito *c. caula*. Servius ad illud 9. Æneid.

> *Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili*
> *Cum fremit ad caulas.*

*Caulæ, monimenta & ſepta ovium. Eſt enim Græcum nomen c detracto. Nam Græci* αὐλὰς *vocant animalium receptacula.* Gloſſæ Cyrilli: αὐλὴ, ἡ τῶν ἀσεβείτων *ſtabulum.* Inde in ſacris ædibus & in tribunalibus ſepta quæ turbas prohibent caulas vocamus. Quomodo Græci quoque αὐλάς. Suid. αὐλὴ τὸ νῦν ὀρχεῖον καλούμενον. Nam ὀρχεῖα eidem ſunt τὰ χωρία τῶν κριτῶν. Secretaria ſcilicet judicum. Inde Gloſſæ Iſidori. *Caules, cancelli tribunalis ubi ſunt advocati.* Nam utrumque dicebant *caules* & *caulas*, ut *furcilles* & *furcillas.*

*Cavum.*] Varr. lib. 4. de L. L. *Ego magis puto à chao cavum & hinc cœlum.* Chaos à χάω hio. Vide *cohum.*

*Celeres.*] A Celere interfectore Remi dictos multi conſentiunt: ſed non dubium eſt quin *celer* ſit à Græco κέλης, eques qui privo equo currit. Κέλης Æolice Κέλης, *celer. Dacerius.*

*Celibari haſta.*] Ovidius:

Nec

Celſus ex Græco κέλης eques dictus.

Cenina urbs, quæ fuit vicina Romæ, à Cenite conditore appellata.

Cenſere nunc ſignificat putare; nunc ſuadere; nunc decernere.

Cenſio æſtimatio. unde cenſores. Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. Cenſionem facere dicebatur cenſor, cum multam equiti inrogabat.

Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint.

Cenſui cenſendo agri proprie appellantur, qui & emi, & venire jure civili poſſunt.

Centaurion medicamentum à Chitone centauro inventum.

Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus, præter terra nata impendebatur: id eſt, centum aſſibus (qui erant breves nummi ex ære.)

## Notæ.

*Nec tibi, quæ cupida matura videbere matri,*
*Comat virgineas haſta recurva comas.*

Vide Plutarch. in quæſt. Rom. qui δορατίῳ vocat.

*Celſus.*] Non à κέλης, ut vult Feſtus, ſed à verbo antiquo *cello* quod à κέλλω, ταχέως βαδίζω. *citus ambulo.* Ut à compoſito *excello, excelſus. Celſus* eſt citus Horat.

*Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.*

Et in illo:

——— *Incedit citu' celſu' tolutim.*

Et Ovid.

*Celſus eques.*

Gloſſarium, celſus, ὑψηλὸς, μετέωρος, κήλιν. leg. κέλης.

*Cenina.*] Al. *Cænina.* Καινίνη. Steph. & Halicarn. *Caninenſes* Livio. In Latio ponit Plin.

*Cenſere.*] Modo *putare*, vel *arbitrari.* Terent. Adelph. 4. 2.

*Cenſen' hominem me eſſe.*

modo *æſtimare*, in *cenſum referre*, ut *cenſere populum.* Inde *cenſor* qui familiam & bona civium recenſet, & refert in tabulas publicas. Item *decernere.* Nam decreta per verbum *cenſeo* declarantur. Cicero 3. Catil. *Quoniam nondum eſt præſcriptum S. C. ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam. Cenſeo* etiam *ſuadeo.* Horat. Epiſt. 17.

*Ecce docendus adhuc quæ cenſet amiculus.*

*Cenſio.*] Cenſio haſtaria cum cenſor ob delictum militem haſtam dare jubebat. Et cenſio equitis erat cum equus illi publice adimebatur; & hoc Feſtus per *multam* intelligit.

*Cenſores.*] Vide ſupra *cenſere. Dacerius.*

*Cenſui cenſendo.*] Prædia cenſui cenſendo dicebantur ea, quæ eſſent mancupi: quæ habebant jus civile: quæ ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſent. ut auctor eſt Cicero in ea pro Cæcinna. *neque poſſeſſiones, id eſt, agri, qui non mancipatione ſed uſu tenebantur, Cenſui cenſendo dici poterant, neque hoc nomine in cenſum dicari. Joſ. Scaliger.*

*Cenſui cenſendo agri.*] Qui proprie jure civili, hoc eſt, Romano, non autem alio emi vendique poſſunt. Cicero pro Flacco: *Quæro ſint ne illa prædia cenſui cenſendo.* Id eſt, quæro an illa prædia jure Romano emi vendique poſſint.

*Centaurion.*] *Graveolentia centaurea* vocat Virgil. *triſtia* Lucret. quia ut addit, *ſuo acrem ex corpore odorem expirant.* Eſt herbæ genus à Chirone centauro repertum, unde χειρώνιον & κενταύρειον nominatur, hujus in curandis vulneribus tanta vis ut cohæreſcere etiam carnes tradant, ſi coquantur ſimul. Plin. lib. 25. cap. 9. Vide Galenum. *Dacerius.*

*Centenariæ.*] Circumſcripta verba ſemicirculis, videntur à Paulo adjecta, aut mendoſa eſſe. *Ant. Auguſtinus.*

*Centenariæ.*] Ultima clauſula, quæ pro Gloſſemate eſt, addita eſt à barbaro truncatore: ID EST, CENTUM ASSIBUS, QUI ERANT BREVES NUMMI EX ASSE. Hæc ſunt ſtigmata miſello Feſto ab illo erudito Longobardo inuſta. *Joſ. Scaliger.*

*Centenariæ cœnæ.*] Legem tulit Licinius qua cautum ne plus centuſſibus in cœnas impenderetur, præter ea quæ è terra naſcerentur. Hujus legis meminit Lucil.

*Legem vitemus Licini.*

Sed cave putes centum æris cœnis ſingulis quibuſvis diebus impenſum fuiſſe, ſed certis quibuſdam tantum diebus feſtis Gellius lib. 1. cap. 24. *Lex deinde Licinia lata eſt, quæ cum certis diebus, ſicut Fannia, centenos æris impendi permiſiſſet, nuptiis ducenos inaul-*

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Centumviralia judicia à centum viris ſunt dicta. Nam, cum eſſent Romæ triginta & quinque tribus quæ & curiæ dictæ ſunt, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad judicandum, qui centumviri appellati ſunt; & licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri ſunt dicti. Centumviralia judicia, quæ centumviri judicabant.

Centuria in agris ſignificat ducenta jugera; in re militari centum homines.

Centuriata comitia (item curiata) dicebantur; quia populus Romanus per centenas turmas diviſus erat.

Centuriatus ager in ducenta jugera definitus. Quia Romulus centenis civibus ducenta jugera tribuit.

## NOTÆ.

*indulſit, cæteris diebus ſtatuit æris tricenos. Cum & carnis aridæ & ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies conſtituerit.* Vid. Macrob. lib. 3. cap. 17. porro illi aſſes centum: triginta & quinque tantum noſtræ monetæ aſſes ſive ſolidos efficiebant.

*Qui erant breves nummi.*] Hæc Pauli non Feſti ſunt. Neque enim Feſtus dixiſſet *erant*, cum ſuo adhuc tempore & multo poſt iis adhuc uterentur. *Dacerius.*

*Centenas pondo.*] Quin & addebant ſæpe libras, Centenas pondo libras. Varro, Livius, Gellius. *Joſ. Scaliger.*

*Centenas pondo.*] Subauditur *libras*. Quam vocem addebant aliquando. *Centena libra*, idem quod *centeni æris*, aſſes ſcilicet. *Dacerius.*

*Centumviralia.*] Illa verba; quæ, & curiæ dictæ ſunt; non eſſe Feſti exiſtimo. Vide Curia. *Ant. Auguſtinus.*

*Centumviralia judicia.*] De quibus cauſis centumviri judicaverint docet nos Cicero lib. 1. de Oratore. *Jactare ſe in cauſis centumviralibus, in quibus uſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium jura verſantur.*

*Quæ & curiæ dictæ ſunt.*] Hic Feſtus *tribum* & *curiam* idem eſſe teſtatur. quod verum eſt, & ante Servii regnum hæc duo confundebantur, ita ut qui tribum tantum vel curiam appellaret, deſignaret utramque. Peſſime igitur qui de hocce Feſti loco dubitavere eò tantum quod tribus curias vocaverit De tribubus & curiis vide ſuo loco.

*Centumviri ſunt dicti.*] Sic & ſi triginta quinque eſſent curiæ, uſus obtinuit ut triginta tantum dicerentur.

*Centuria.*] Primo centum jugerum erat centuria, unde & nomen, poſtea vero ducentorum, aliquando etiam plurium. Columell. lib. 1. cap. 5. *Centuriam agri nunc dicimus ducentorum jugerum modum, olim autem ab centum jugeribus vocabatur centuria. Sed nunc duplicata nomen retinuit.* Idem Varro lib. 5. *Centuria prima centum jugeribus dicta, poſt duplicata retinuit nomen.*

*In re militari centum homines.*] Varr. lib. 4. *Centuria militum qui ſub uno centurione ſunt, quorum centenarius juſtus numerus.* Centuriæ etiam aliquot ſeculis uſurpatæ ſunt pro ſexagenûm militum numero, quod notandum. *Dacerius.*

*Centuriata.*] Si recipere volumus illa duo verba, *item curiata*: oportet, ut ſcribamus *per centurias, & curias, diviſus erat.* *Ant. Auguſtinus.*

*Centuriata.*] Mirum quam placuerit huic Paulo nomen *Curia*. hoc enim omnibus rebus attribuit. Vult Centurias, Curias fuiſſe. item Tribus ipſas: ut in voce Centumviralia, & in voce Curia. Quare ſuperius in voce Centumviralia, impactum Feſto pittacium à Paulo iis verbis, QUÆ CURIÆ DICTÆ SUNT. Item hic, ITEM CURIATA. & in voce Curia, QUIBUS POSTEA SUNT ADDITÆ QUINQUE. Quæ omnia ea confidentia tollere poſſumus, qua poſita fuerunt. Lege igitur: *Centuriata comitia dicebantur, quia Po. Romanus per Centurias diviſus erat.* *Joſ. Scaliger.*

*Centuriata comitia.*] Sic dicuntur cœtus quidam ad quos in campum Martium conveniebat tota civium multitudo per centurias diſtributa, ſuffragia vero ferebant ſinguli in ſuis centuriis, cum à conſulibus vocabantur. Hæc verba (*item curiata*) hinc fuganda, ut optime monuit Scaliger. Neque enim eadem curiata & centuriata comitia. Illis populus Rom. per curias, non centurias, diſtributis curiatum ſuffragium ferebat.

*Centuriatus ager.*] Ager ducentûm jugerum, quem ſic appellatum vult habita ratione centenorum civium quibus erat attributus; non vero numeri jugerum quibus conſtabat; quod notandum. Hinc intelligendus Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 10. *Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod à Romulo primum diviſa dicebantur viritim, quæ quod heredem ſequerentur, heredium appellarunt, has poſtea à centum centuria dicta.* Tamen propius vero eſſe arbitror, agrum quamvis ducenum jugerum, quod primis temporibus centeno-

Centurionus antea, qui nunc Centurio; & curionus, & decurionus dicebantur.

Cercolopis genus ſimiæ, quæ ultimam partem caudæ villoſam habet.

Cercopa Græci appellant lucrari undique cupientem, quaſi Κέρδονα, quem nos quoque lucrionem vocamus.

5. Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Cermalus locus in urbe ſic nominatus.

Cernuus calciamenti genus.

Cerritus furioſus.

## Notæ.

tenorum tantum fuerit, *centuriati* nomen retinuiſſe.

*Centuriones.*] Centenariæ civium catervæ præfectus, Curio: ſive Curionus, curiæ præfectus, *Chef d'une paroiſſe*, Decurio ſive Decurionus, qui decem equitibus præeſt. *Dacerius.*

*Cercolopis.*] Legendum ſine ulla controverſia, *Cercolips.* hoc eſt Simia, quæ caudam non habet. Martialis: *Si mihi cauda foret, Cercopithecus eram.* Cercolips igitur opponitur Cercopitheco, & proprium Latinum nomen habet: *Cluna.* At Feſtus hic manifeſto errat, qui putat à κέρκος, & λίπος factum Ideo quod craſſam, & villoſam ultimam caudæ partem haberet. Atqui talia non ab aliis nominibus, ſed à verbis componuntur. ut αἰγίλιψ. παρὰ τὸ λείπεσθαι αἰγός. quod capra careat. quin & nullum eſt genus talium Simiarum. Catullus quoque harum ſimiarum mentionem facit in epigrammate:

——— *& trepidas lingere Cercolipas.*

Quam enim apertus ſenſus, omnes vident. quid enim fœdius, quam nates Simiæ, præſertim Cercolipis? Politianus tamen maluit *Carbatinas.* Quod ipſe non excogitavit. Sed ita in manuſcriptis viderat. Ita enim habet manuſcriptus Catullus clariſſ. & eruditiſſimi Cujacii, J. C. ac ſenatoris ampliſſimi. Sed non defuerunt, qui in Politiano candorem animi requirerent. Quod docti viri hic ſubſtituunt *Cercalopex* pro *Cercolips*, ut quod ingenioſe excogitatum ſit laudamus, ita quod alienum à Feſti ſententia rejicimus. *Joſ. Scaliger.*

*Cercolopis.*] Legendum *Cercolips*, ut bene Scaliger. ſed fallitur Feſtus qui putat dici à κέρκος *cauda* & λίπος pinguedo, quod caudam pinguem habeat, & villoſam, dicitur enim *cercolips*, qui caudam non habeat à κέρκος & verbo λείπω, linquo. Ut αἰγίλιψ petra dicitur παρὰ τὸ λείποντος αἰγός, quod capris deſtituta ſit, τὸ *cercalopex* quod à viris doctis oræ adſcriptum fuerat, quia Feſti ſententiæ adverſatur, rejiciendum. *Dacerius.*

*Cercopa.*] Quid habebat in animo Feſtus, aut Verrius, cum hæc ſcriberet? quæ enim cognatio τοῦ κέρκου, & τοῦ κέρδους? κέρκωπες à Græcis πανοῦργοι dicuntur. Ejuſque rei cauſſam petunt ab hiſtoria. *Joſ. Scaliger.*

*Cercopa.*] Feſtus videtur deducere à κέρδος *lucrum* vel à Græco κέρδος & Latino *cupio* quaſi *cerdocupis.* meræ nugæ. Κέρκωψ Græcum eſt, & exponitur animal magnam habens caudam, id eſt, vulpes, à cujus aſtutia homines fraudulenti *cercopes* dicti. Unde & nata fabula de Cercopibus populis qui Jovis ira in ſimias, quæ Græcis πίθηκοι, & in inſulas delati iis Pithechuſarum nomen dedere. Ovid. 14. Metamorph.

*Quippe Deum genitor fraudem & perjuria quondam*
*Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſæ,*
*In deforme viros animal mutavit ut iidem*
*Diſſimiles homini poſſent ſimileſque videri.*

*Cereos.*] Lucernas cera illitas quas Feſtus opponit candelis quæ pice illinebantur. Potentioribus cereos dabant humiliores Saturnalibus, de more ſcilicet, illis enim diebus munera per totam urbem commeabant. Vide Martial. lib. 4. Epig. 46. & 89. *Dacerius.*

*Cermalus.*] Varro lib. IV. *Germalum à germanis Romulo, & Remo, quod ad Ficum Ruminalem hi inventi.* Plutarch. in Romulo, Germalum olim à germanis, poſtea Cermalum dictum eſſe ſcribit. Vide Septimontium, & Matrem Matutam. *Ant. Auguſtinus.*

*Cermalus.*] Palatini montis pars quæ forum verſus, Κερμαλός. Plut. in vita Romuli. Scribitur & *Cermalus.* C. mutato in G. *Dacerius.*

*Cernuus.*] Lucilius. *Cernuus extemplo plantas conveſtit honeſtas. Ful. Urſinus.*

*Cernuus.*] Calciamenti genus eſſe male putavit Feſtus hocce Lucilii verſu deceptus ex Satyr. lib. 3.

*Cernuus extemplo plantas conveſtit honeſtas.*

Ubi *cernuus* nihil aliud eſt quam *inclinatus* .quaſi quod terram cernat. Vide Nonium. Deceptus etiam Iſidorus qui ait, *Cernui ſocci ſunt ſine ſolo.* A cernuus dictus *Cernulus.* Gloſſ. Iſidor. *Cernulus in capite ruens.* Gloſſarium *cernuli*, κυβιστητήρ. Cernulus, κυβιστητής.

*Cerritus.*] Cereriti, cerriti, & larvati, maleſani, Cereris ira & Larvarum incurſione animo vexati. Plaut. Menæch. 5. 4.

Cerrones leves & inepti à cratibus dicti; quod Siculi adverſus Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt uſi, quas Græci γέῤῥας appellant.

Cervaria ovis, quæ pro cerva immolabatur.

Cervus, quod κέρατα, id eſt cornua gerat, dictus.

Ceſpes eſt terra in modum lateris cæſa, cum herba, ſive frutex reciſus & truncatus eſt.

Ceſticillus appellatur circulus, quem ſuperponit capiti, qui aliquid eſt laturus in capite.

Chalcidicum genus ædificii, ab ube Chalcida dictum.

Chaos appellat Heſiodus confuſam quandam ab initio unitatem hiantem, patentemque in profundum, ex eo & χαίνειν Græci; & nos hiare dicimus. Unde Janus detracta aſpiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo ſupplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium.

## Notæ.

*Num larvatus eſt ille aut Cerritus? Fac ſciam.*

Et ita, puto, propriè dicebantur qui ſibi Cererem & Larvas vidiſſe videbantur, ut Nymphati qui Nymphas. Vide *Larvati*. Gloſſarium, Ceritus, παραμωμανὴς, παρεμφέραγκτος. *male ſani, commoti.* Ubi nihil mutandum. Vide Heſych. in παρεμφέραγκτος. *Dacerius*

*Cerrones.*] Vide Gerræ. *Ant. Auguſtinus.*

*Cerrones.*] Inde *Concerrones*, & *Concerra.* Lucillius:

*Tapullam legem rident concerra Opimi.*

*Joſ. Scaliger.*

*Cerrones.*] Pro *Gerrones G.* mutato in *C.* Sic autem dicti à *gerris*, cratibus vimineis, quibus pro ſcutis uſi Siculi, & ab Athenienſibus irriſi, utpote qui ſe re parum idonea tutarentur unde factum eſt ut inepti & leves homines Cerrones hodieque dicantur. Aliter tamen idem Feſtus infra in vocegerræ. Inde *congerra* & *congerrones*, vel *concerro* & *concerrones* ſodales dicti. Varro lib. 6. *Congerro à gerra, & Græcum eſt & in Latina cratis.* Vide *ſodales*. *Dacerius.*

*Cervaria.*] Cerva mactabatur Dianæ. Ovidius.

*Quæ ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,*
*Nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.*

Cum ea non erat, ſuccedaneam ejus mactabant ovem, quæ ob id Cervaria ovis dicebatur. *Joſ. Scaliger.*

*Cervaria.*] Jam alibi monuimus veteres cum vera ſacrificiis adhibere non poterant, alia quædam vero abſentium nomine inſignita ſubſtituere ſolitos fuiſſe. Sic cum cerva deerat quæ Dianæ mactaretur, ſuccedaneam ejus ovem mactabant, quæ idcirco *cervaria ovis* dicebatur.

*Cervus.*] Idem Varro lib. 4. *Cervi quod magna cornua gerunt mutato G in C. ut in multis, quaſi gervi.* Sed potius à Græco κεραὸς dictos putem ἀπὸ τῶν κεράτων. *Dacerius.*

*Ceſpes.*] In modum lateris. Propterea elegantiſſime à Græcis vertitur χορτόπλινθος, χορτόβωλος, πλίνθος. Male, χορτόβολος, πλῆθος. *Joſ. Scaliger.*

*Ceſpes.*] Virg. 1. Eclog.

*Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.*

Ubi Serv. *Ceſpite, id eſt herba cum propria terra evulſa.* A *cædo* dictus ceſpes quod frutice undique reciſo quadratam lateris figuram referat. Inde in Gloſſario *ceſpes*, χορτόπλινθος, χορτόβαλος. πλῆθος. Leg. χορτόβωλος, πλίνθος. Later herbæ, *gleba cum herba avulſa, later*, &c. *Dacerius.*

*Ceſticillus.*] Vide Arculum, *Ant. Auguſtinus.*

*Ceſticillus.*] A *ceſtus*, id eſt cingulum, *ceſticulus*, unde *ceſticillus*. Vide *caſtus*. Emendabat Salmaſius *Cercitillus* à voce *cercites*, circuli. Varr. lib. 5. *Ut parvi circuli annuli, ſic magni dicebantur circites anni.*

*Chalcidicum.*] Vitruv. lib. 5. cap. 1. *Sin autem locus erit amplior in longitudinem chalcidica in extremis conſtituantur.* Iſidor. *Chalcidicum foris deambulatorium, quod & peribulum dicitur & iterum.* Idem quod *Mænianum.* Galli vocant *balcon.* Vide *Mæniana.*

*Chaos.*] Vaſtus & confuſus hiatus ab initio creatus Heſiod.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' —
*Certe quidem initio chaos creatum eſt.*

*Unitatem hiantem* vocat Feſtus de qua Ovid. 1. Met.

*Unus erat toto naturæ vultus in orbe,*
*Quem dixere chaos.*

Et 2. de arte.

*Unaque erat facies, ſidera, terra, fretum.*

Ex illo Euripid. in Menalippa.

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
*Cælum & terra erat una facies.*

A'obat

Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Cilo ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque veluti reciſa videtur.

Chœnica, menſuræ genus.

Choragium, inſtrumentum ſcenarum.

Cibus appellatur ex Græco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, κιβίσιν appellant.

Cicatricare, cicatricem inducere.

Ciccum membrana tenuis malorum punicorum.

Cicindela genus muſcarum, quod noctu lucet, videlicet à candore. Unde etiam candelabra putantur appellata.

Cicuma avis noctua.

Ciere, nominare.

Cilium eſt folliculus, quo oculis tegitur. unde fit ſupercilium.

## Notæ.

A *chao* Græci χαίνειν, & nos *hiare* dicimus, unde & *Hianus* detracta aſpiratione *Janus* ſic dictus quod primus deorum ſit, & ex eo, omnium, veluti ex chao ducatur initium.

*Cui primum ſupplicabant.*] Macrob. lib. I. Sat. cap. 9. *Janum quidem ſolem demonſtrari volunt potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat, invocarique primum cum alicui Deo res divina celebratur, ut per eum pateat ad illum Deum cui immolatur, acceſſus: quaſi preces ſupplicium per portas ſuas ad Deos ipſe tranſmittat.* Idem Ovid. I. Faſt.

*Veluti parenti.*] Ideo & *pater* addebant. JANE PATER. Virg. Horat. &c. *Dacerius.*

*Chilo.*] Græci interpretantur μακρόχειλον. *Joſ. Scaliger.*

*Chilo.*] A Græco χεῖλος *labrum*. Idem Cariſius lib. I. *Cilones dicuntur quorum capita oblonga & compreſſa ſunt. Chilones autem cum aſpiratione ex Græco, à labris improbioribus, quæ illi χείλη, unde chilones improbius labrati.*

*Chœnica.*] Χοῖνιξ, chœnix, *ſemimodius. Sextarium* Gaza vertit. Continet tres cotylas, ut ait Pollux. Cotyla autem continet uncias tredecim & dimidiam. Chœnix ergo capit libras tres & uncias quatuor cum dimidia. *Demenſum* Terentio dicitur, quod ſingulis diebus ſervis dabatur in cibum, unde & ἡμερότροφιον Græcis dicitur.

*Choragium.*] Eo nomine intelliguntur ea omnia quibus ſcenæ ornantur. Plaut. in Prol. Capt.

> *Nam hoc pene iniquum eſt comico choragio*
> *Conari deſubito nos agere tragœdiam.*

*Dacerius.*

*Cibus.*] Orus Mileſius in Etymologico apud me manuſcripto Κιβωτὸς, inquit, ὤφειλε διὰ τοῦ ι λέγεσθαι διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν αὐτῇ, &c. ἴσως δὲ παρὰ τὸ κίβος γέγονεν, ὃ σημαίνει τὴν τροφὴν, καὶ κίβισις ἡ πήρα, ἢ ἡ κιβωτὸς, παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βορὰν. *Ful. Urſinus.*

*Cibus.*] A Græco κίβος *pera* nam ita legendum loco τοῦ Κιβώτιον pluribus oſtendit Voſſ. in MS. erat *Cybon.*

*Cicatricare.*] Cicatricem inducere, de vulnere dicitur: cum obducitur & obcæcatur. *Dacerius.*

*Ciccum.*] Varro lib. VI. ling. lat. habet. *cicum. Ful. Urſinus.*

*Ciccum.*] Gloſſarium: *Ciccum*, ῥοιᾶς ὑμὴν. Iſidori Gloſſæ: *Ciccum, mali granati membrana.* Vide Varronem, & Conjectanea noſtra. *Joſ. Scaliger.*

*Ciccum.*] Varro. *Cicum dicebant membranam tenuem qua eſt in malo Punico. Dacerius.*

*Cicindela.*] λαμπυρίς. Gloſſarium. *Joſ. Scaliger.*

*Cicindela.*] A *cis* & *candeo*, unde & *candela* & *candelabrum*. In MS. pro *candore* legitur *candela*. Sed immediate à *candeo*, unde *candor*, *candela*, quomodo à λάμπω ſplendeo λαμπυρὶς Græcis dicitur. *Dacerius.*

*Cicuma.*] Iſidori Gloſſæ: *Cecuma, noctua. Joſ. Scaliger.*

*Cicuma.*] Multum variant lectiones. al. *cucuma* al. *cecuma*. Voſſ. legendum putat *ciccaba*, vel *ciccuba*. Quod noctua Græcis κικκάβη dicatur. Sed omnino legendum *cicuma* nam & Græcis etiam κίκυμις dicitur. Scol. Ariſtoph. in ὄρνιθ. in voce Κικκαβαῦ: τὰς γλαῦκας οὕτω φωνεῖν λέγουσιν. ὅθεν καὶ κικκάβας αὐτὰς λέγουσιν. οἱ δὲ κικυμίδας. ὡς Καλλίμαχος, κατ᾽ ἀγαθὴ κίκυμις. I. *Noctuas ita aiunt clamare unde eas ciccabas dicunt. Alii Cicumas ut Callimachus, Valdè bona cicuma.*

*Ciere.*] Vocare. Virg.

> ——— *quo non præſtantior alter*
> *Ære ciere viros martemque accendere cantu.*

Item movere. Idem.

> *Bella cient.*

*Dacerius.*

*Cilium.*] Gloſſarium: *Cilia*, ὑπώπια. lege, ὑπώπια. Palpebras intelligit. *Joſ. Scaliger.*

Cillibæ, menſæ rotundæ.

Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.

Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias, & Cumas in ea regione, in qua convallis ſatis eminenti jugo circundata eſt; quæ neque matutino, neque veſpertino tempore ſole contegitur.

Cincia. locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit.

Cincta flaminica veſte velata.

Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſolvebat, factum ex lana

## NOTÆ.

*Cilium.*] Feſto conſentit Iſidor. lib. XI. cap. I. *Cilia*, inquit, *ſunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi, & dicta cilia quod celent oculos, tegantque tuta cuſtodia.* Sed proprie cilium eſt crepido ſuperioris tunicæ unde pili exeunt. Unde *ſupercilium* quod ſupra cilium eſt.

*Cilliba.*] Dicitur & *cilibantum* Varro. lib. 4. *Menſa rotunda nominabatur cilibantum, ut etiamnum in caſtris, id videtur declinatum à Græco* ἀπὸ τοῦ κυλίκος. Verum in etymo fallitur Varro. Nam *cilliba* dictæ à Græco κιλλίβας, menſa tripes ſupra quam antiquitus bello redeuntes clypeos reponebant. Ariſtoph. in Acarn.

> Τοὺς κιλλίβαντας οἶσε παῖ τῆς ἀσπίδος.
> *Cillibantes affer puer clypeorum.*

Ubi Scholiaſtes: Κιλλίβαντας, τρισκελῆ τινὰ σκευάσματα ἐφ' ὧν ἐπιτιθέασι τὰς ἀσπίδας ἐπειδὰν κάμωσι πολεμοῦντες. Id eſt, *cillibantas, tabulas quaſdam tribus pedibus fultas ſupra quas clypeos ponunt qui bellando defeſſi ſunt.* Ab harum ſimilitudine poculorum menſæ *cilliba* etiam dictæ. *Dacerius.*

*Cimbri.*] Ληστικοὶ ſane, καὶ πλάνητες fuerunt. Sed non magis Cimber latronem ſignificat, quam Iſaurus piratam: Ambro, diſſolutum, ac voracem: Opicus, obſcænum. Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus, qui tales ſunt. *Joſ. Scaliger.*

*Cimbri.*] Germaniæ Septentrionales populi qui cum huc & illuc prædabundi vagarentur, inde factum eſt ut Germanica & Gallica lingua latrones *Cimbri* dicerentur.

*Cimmerii.*] Cimmerios in campania circa Bajas & Cumas prope lacum Avernum teſtantur Lycophron, Silius, Euſtathius, Ephorus & ex eodem Strabo, Plinius, Marcianus & alii. De iis intelligendus locus Homeri Odyſſ. λ.

> Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
> Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
> Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
> Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Ibi autem,

> *Cimmerium virorum populus & urbs*
> *Qui ære & nebulis tecti, neque unquam eos*
> *Sol lucidus illuſtrat radiis*
> *Sed deſuper nox triſtis obtenditur.*

Ulyſſes enim ex Circes inſula mane diſcedens, vento ſecundo ſub veſperam ad Cimmeriorum oram appulit. Quod probat de Cimmeriis Scythis circa Boſphorum non poſſe intelligi. ſed audi Servium ad illud 5. Æneid.

> ——— *quando hic inferni Janua regis*
> *Dicitur & tenebroſa palus Acheronte refuſo.*

*Acheron*, inquit, *fluvius dicitur inferorum, quaſi ſine gaudio: Sed conſtat locum eſſe haud longe à Baiis undique montibus ſeptum, adeo ut nec Orientem nec Occidentem Solem poſſit aſpicere, ſed tantum medium diem. Quod autem dicitur ignibus plenus, hac ratio eſt: omnia vicina illic loca calidis & ſulphuratis aquis ſcatent. ſine gaudio autem ideo ille dicitur locus, quod necromantia vel ſciomantia, ut dicunt, non niſi ibi poterat fieri; quæ ſine hominis occiſione non fiebat. nam & Æneas illic occiſo Miſeno ſacra iſta complevit, & Ulyſſes occiſo Elpenore, quanquam fingatur in extrema oceani parte Ulyſſes fuiſſe; quod ipſe Homerus, falſum eſſe oſtendit ex qualitate locorum quæ commemorat ex tempore navigationis. Dicit enim eum circa unam noctem navigaſſe, & ad locum veniſſe, ubi ſacra perfecit. Quod de Oceano non procedit, de Campania manifeſtiſſimum eſt.* Inde autem *Cimmerios* à tenebris nomen habere Phœnices fabulati ſunt, ut optime notavit Doctiſſ. Bochartus in *Chanaan.* lib. I. cap. 33. Quia *cimmer* eis eſt *nigreſcere.* Unde *cimrir tenebrarum atror.*

*Cincia.*] Ad portam Romanam, qui locus ab antiquis appellari ſolitus *ſtatua Cinciæ.* Quod ibi ejus familiæ ſepulchrum fuit. Vide *Romanam portam.*

*Cincta Flaminica.*] Flaminicas niſi velatas nefas erat conſpici. Quare aſſidue flameum geſtabant. Vide *flameo* cincta igitur Flaminica, quæ caput cingebatur flameo, quod flameum hic *veſtem* vocat, ut infra in *flameo*, *veſtimentum.*

*Cingulo.*] Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Novos maritos tacitus taxim uxoris ſolvebat cingulum.* Idem *zona* dicebatur Catul.

*Quod*

Digitized by Google

ovis: ut ſicut illa in glomos ſublata conjuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctuſque eſſet. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir ſolvit ominis gratia: ut ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.

Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues.

Cinxiæ Junonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii ſolutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.

Circana dicitur avis, quæ volans circuitum facit.

Circites, circuli ex ære facti.

Circumluvium jus prædiorum.

Ciſpius mons in urbe Eſquilinæ regionis de nomine cujuſdam hominis dictus.

Ciſterna dicta eſt, quod cis ineſt infra terram.

Citeria appellabatur effigies quædam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quæ in

## N O T Æ.

*Quod zonam ſolvit diu ligatam.*

Unde *zonam ſolvere* pro devirginare.

*Herculaneo nodo.*] Id eſt arctiſſimo. Vide Eraſm. Hunc repræſentant in Mercurii virga Dracones media corporis parte mutuo implicati. Macrob. *Hi Dracones*, inquit, *parte media voluminis ſui invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur, primaque partes eorum reflexa in circulum, preſſis oculis ambitum circuli ingruit, & poſtmodum cauda revocantur ad capulum caducei. Ornaturque aliis ex eadem capuli parte naſcentibus.* Hujuſce rei rationem exponit Athenagoras, in Oratione quæ inſcribitur *legatio ad Impp. Antoninos.* Καὶ ὅτι (de Jove loquitur) τὴν μητέρα ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε. Δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ Ἡρακλεωτικῷ ἅμματι, ἐμίγη, τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος. i. *Perſecutus autem* (Jupiter) *Matrem Rheam illius concubitus recuſantem, cum ſeſe illa in Dracænam convertiſſet, ipſe ſeſe pariter in Draconem commutavit, & cum illa miſtus eſt, cujus miſtura ſchema & ſymbolum virgæ Mercurii eſt.* Et inde forſan nodus ille in nuptiis celebratus. Quamvis nihil vetat cum Feſto propter omen factum intelligere cum Hercules ſeptuaginta ſororibus nodum ſolviſſet. Neque in nuptiis tantum ſed alia quoque in re religioſum ac ſacrum nodum illum fuiſſe ex veteribus certum eſt. Ut in vulneribus præligandis, Plin. lib. 28. cap. 6. *Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quantum ocyor medicina eſt. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quantam utilem habere dicuntur.*

*Qui* LXX. *liberos reliquit.*] Multo plures numerantur filii Herculis ſed eos omnes de quibus hic Feſtus loquitur, ex quinquaginta ſororibus Theſtii filiabus ſuſcepit. Vide Apollod. lib. 2.

*Cingulos.*] *Ubi cingi ſolet.* in MS. melius *ubi cingi ſolent. Dacerius.*

*Cinxiæ.*] Tamen Varro apud Auguſtinum de Civit. lib. IV. cap. XI. ait *Virginenſem Deam fuiſſe, cui virgines ſolvebant zonam.* Eandem Fortunam Virginalem vocabant. Arnobius: *Virginum togulas fortunam defertis ad Virginalem.* Nam nuptiarum tempus virginibus idem erat ac pueris tyrocinii dies. Eo enim tempore feminæ prætextum deponebant. *Joſ. Scaliger.*

*Cinxiæ.*] Juno nuptiis præſidebat. Ovid.

*Junonemque toris quæ præſidet alta maritis.*

Unde pronuba dicitur & jugalis. Virg. 4. Æneid.

——— *prima & Tellus & pronuba Juno*
*Dant ſignum.*

Et alibi:

*Junoni ante alias cui vincla jugalia curæ.*

*Circanea.*] Sic generatim aves omnes dictas puto quæ prædam circumeundo luſtrant, ut Milvus aliæque aves rapaces, à *circando*, circumeundo.

*Circites.*] Non ſolum circuli ex ære facti ſed & quivis alii circuli. Vide *Ceſticellus.*

*Circumluvium.*] Cum parte aliqua diviſum flumen agrum alicujus ita ambit, ut inferius unitum, illum in inſulæ formam redigat. *Circumluvionem*, vocat Cicero.

*Ciſpius mons.*] Eum inter Eſquilini colles numerat noſter, unde & Eſquilinum montem *Ciſpium* & *Oppium* dictum volunt. Vide Septimontio. Diverſum tamen facere videtur Varro lib. 4. *Eſquilinus Sexticeps. Ciſpius mons Septiceps apud ædem Junonis Lucinæ ubi Æditumus habere ſolet.*

*Ciſterna.*] Quod ſit cis terram, quaſi *ciſterrena.* Sed magis placet eſſe à *ciſta.* Quæ, ſacculum crumenam ſignat. *Ciſta, ciſterna* aquæ receptaculum, vini etiam foſſa enim ad vinum recipiendum ciſterna dicitur. *Dacerius.*

*Citeria.*] In verbis Catonis legendum, *vectitatum iri. Joſ. Scaliger.*

Ci-

Digitized by Google

pompa vehi ſolita ſit. Cato in M. Cæcilium. Quid ego cum illo diſſertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum?

Citimus, extremus. Uls enim facit ultra, ultimus: cis, citra, citimus.

Citior comparativum à cito. Plautus: Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor.

Citroſa veſtis appellata eſt à ſimilitudine citri.

Civicam coronam civis ſalutis ſuæ cauſa ſervatus in prælio dabat, quæ erat ilignea frondem habens perennem.

Clacendix, genus conchæ.

Clam à clavibus dictum, quod his, quæ cælare volumus, claudimus.

Claritudinem, claritatem.

## Notæ.

*Citeria.*] In tanto veterum ſilentio vix dici poſſit, nec quo tempore, nec quo modo effigies iſta gerebatur. Licet tantum ſuſpicari hominem fuiſſe, qui ſe pro *citeria* locabat ut alius apud Plautum pro *manduco*, & ante triumphantium currum præcedere fuiſſe ſolitum. Quin & illum plane intelligit Livius de Æmilio triumphante. *Totum agmen claudebatur à quodam qui ineptâ geſticulatione riſum omnibus moveret, hoſtibus illuderet, eoſque virtutis Romanæ & ſuæ temeritatis admoneret.* Neque prætereundum non deeſſe qui hominem iſtum non eſſe *citeriam* dicant, ſed picturas ferre quæ *citeria* dicebantur. Sed eos abunde refellit ſuperior locus Livii. Neque vero citeria & manducus ſoli currum triumphantium præcedebant. In partes veniebat anus, quæ *Petreia* dicebatur. Vide *Petreia*.

*In Pompa.*] Triumphali ut ſupra diximus.

*Vectitatum ire.*] Lege *vectitatum iri.* vidit Scaliger. *Dacerius.*

*Citimus.*] Declinabantur olim, Cis, citis: Uls, ultis. Pomponius de origine juris dixit, *ultis Tiberim.* Dixit & Varro alicubi. *Joſ. Scaliger.*

*Citimus.*] A *cis* & *citra*, unde *citer*, *citerior*, *citimus*; ut ab *uls*, *ultra*, *ulter*, *ulterior*, *ultimus*. Citimus eſt extremus, ſed qui proximus nobis eſt. Quanquam & eum ſignare poteſt, qui nobis ſit remotiſſimus: nam & *cis* pro *ultra* poſitum invenias. Declinabantur olim *cis*, *citis*, *uls*, *ultis*. Vide *uls*.

*Citior.*] Vide Macrob. lib. 3. cap. 19. qui Nævium hujus vocis laudat autorem.

*Nullam ego rem.*] Hæc ex amiſſis Plauti comœdiis. Integram Gnomen. ſic Virgil.

*Fama malum quo non aliud velocius ullum.*

*Dacerius.*

*Citroſa.*] Nævius, *pulchramque ex auro, veſtemque Citroſam.* Feſtus vult ita dictum, quod ſit undatim criſpa. At Macrobius, quod poma citri veſtibus inſererentur, ad odorem concipiendum. In quo licet videre veterum inconſtantiam. Nam alia eſt citrus, ex qua menſæ fiebant: alia, quæ poma habet, quam Medicam vocarunt. Quam cum dicant eandem eſſe cum Homerica Thyia, ipſi viderint. Vix enim & Virgilianis temporibus non ſolum Europæ, ſed & Aſiæ minori cognita erat. *Joſ. Scaliger.*

*Citroſa veſtis.*] Nævius:

*Pulcramque ex auro veſtemque citroſam.*

Eam Feſtus ita dictam vult, quod ſit undatim criſpa, ut citri arbores, quibus præcipua dos eſt, ſi venæ criſpæ, ut ait Plinius. Macrobius vero lib. Sat. cap. 16. quod poma citri veſtibus inſererentur, ad odorem concipiendum. pro quo facit Plinii locus. *Pomum ipſum non manditur* (de Aſſyrio, id eſt citreo pomo loquitur) *odore præcellit, foliorum quoque, qui tranſit in veſtes una conditus arcetque animalium noxia.* Quod Latini *citrum*, Homerus θύον, & quas illi *citroſas veſtes*. Ille θυώδεα εἵματα.

Εἵματα δ' ἀμφιέσασα θυώδεα σιγαλόεντα.
*Veſtes induta odoratas (citroſas.)*

Unde etiam Nævii locum expreſſum docuit idem Macrob.

*Civicam coronam.*] Quam dat civis à quo ſervatus eſt in prælio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ. Ex Iligneis, vel quernis foliis texebatur, non auro. quia nefas erat civem lucri cauſſa ſervari. Vel quia cibus victuſque antiquiſſimus querceus capi ſolitus ſit. Vide Gell. lib. 5. cap. 6.

*Clacendix.*] Gloſſæ Iſidori: *Clacindex, concha.* leg. *clacendix.* Legitur & *claxendix.* Priſcianus exponit concham. qua ſigna ſua, quibus res ſuas obſignabant, claudere ſolebant veteres; & ad id probandum è Plauti vidularia hunc locum adducit:

*Oppoſita eſt claxendix. At ego dicam ſigni quid ſit.*

Claxendix à Græco κλᾷξαι, id eſt, κλεῖσαι claudere.

*Clam.*] Vide *calim.*

*Claritudo.*] Salluſt. Jugurth. *Quum præſertim tam multa*

Claſſes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus.
Claſſici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur.
Claſſis procincta, exercitus inſtructus.
Clava teli genus, qua Hercules utebatur.
Clavata dicuntur aut veſtimenta clavis intertexta, aut calciamenta clavis confixa.
Claudere & clavis ex Græco deſcendit. cujus rei tutelam penes Portumnum eſſe putabant, qui clavim manu tenere fingebatur, & Deus putabatur eſſe portarum.

## N o t æ.

*multa variaque ſint artes animi quibus ſumma claritudo paratur*, ubi *claritudo* pro *claritas*. Sed claritudinem, clarorem etiam dixere. Plaut. Moſtel. 3. 1.

*Speculo claras* (ædes ſcil.) *clarorem merum*.

*Dacerius*.

*Claſſes.*] Et claſſem procinctam, exercitum ordinatum. Lex Numæ: QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. JOVI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO. QVEI. CEPIT. AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO. *Joſ. Scaliger*.

*Claſſes clypeatas.*] Pro equitibus claſſes pluraliter veteres dixiſſe multis probari poteſt. Virgilius:

*Claſſibus hic locus.*

& alibi:

—— *Scio me Danais è claſſibus unum.*

Sed pro exercitu neſcio an exemplis poſſit firmari: tunc enim *claſſem* numero ſingulari ſolebant dicere. Cui rei fidem faciunt Iſidorus, Numæ lex, Gellius; & ipſe Feſtus in *claſſis procincta*. Locum adi. *Dacerius*.

*Claſſici teſtes.*] Hoc eſt, Cives Romani. Qui enim cives Ro. erant, omnino in aliqua claſſe cenſebantur. Qui non habebant claſſem, nec cives Ro. erant. *Joſ. Scaliger*.

*Claſſis procincta.*] Exercitus ordinatus, ad pugnam paratus. Fabius Pictor apud Gellium: *Equo Dialem Flaminem vehi religio eſt; claſſem procinctam ante pomœrium, id eſt, exercitum armatum videre*. Numa in lege: Quojus AUSPICIO CLASSE PROCINCTA, &c. Vide *Opima*.

*Clava.*] A qua claviger Hercules. Nota interim Feſtum clavam *telum* vocare. Nam inde tibi patebit veteres non ea tantum quæ manu mitterentur, ſed alia etiam quibus cominus pugnarent tela dixiſſe. Sic enſem *telum* vocavit. Virg. 6.

*At non hæc telum mea quod vi dextera verſat*
*Effugies, neque enim is teli nec vulneris auctor.*
*Sic ait, & ſublatum alte conſurgit in enſem.*

*Clavata.*] Veſtimenta clavis purpureis ad oram prætexta, ſeu tota facie deſcripta & exarata, quorum alia latis clavis, Senatorum, alia anguſtis clavis equitum propria notabantur. Clavi autem illi purpurei figuram non aliam exprimebant quam veri clavi. Unde & nominantur: nam ἥλους etiam Græci vocarunt. Unde ἔνηλος veſtis purpura clavata. Gloſſ. clavus πορφύρα ὑφασμένη. *purpura intexta*. *Dacerius*.

*Claudere.*] Portumnum portubus præeſſe notat Servius lib. VI. Æneid. ex illis Vergilii verſibus: *Et pater ipſe manu magna Portumnus euntem Impulit: illa Noto citius volucrique ſagitta Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.* & Varro lib. V. *Portumnalia*, inquit, *à Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feria inſtituta*. In æreis nummis Neronis, portus Oſtienſis agnoſcitur: cum hujus Dei imagine. Vide Ovid. lib. VI. Faſtor. *Ant. Auguſtinus*.

*Claudere & clavis.*] Claudo, à Dorico κλᾴζω, clavis à κλᾴξ.

*Portumnum.*] Portuum Deus. Et ita legendum non *portarum*. de Melicerta Athamantis filio qui in Portumnum verſus eſt nota fabula. Vide infra *Portumnus*. Græcis *Palæmon* dicitur. Is clavim manu tenebat quod notandum: per eam autem *clavim* ſignificabatur & aperiendi & claudendi eſſe poteſtatem datam. Eaque ſæpius non manu tenebatur, ſed ex humeris dependebat qui mos ab ultimis uſque temporibus repetendus. Deus enim loquens; apud Iſaiam cap. 22. ℣. 22. de *Eliakim*, Καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαυὶδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων, καὶ δώσω αὐτῷ τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυὶδ ἐπὶ τῷ ὤμῳ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀποκλείων, καὶ κλείσει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀνοίγων. i. *Et dabo illi gloriam Davidis, & regnabit, neque erit adverſarius. Et dabo illi clavem domus Davidis ſuper humeros ejus, & aperiet, neque erit qui claudat, & claudet, neque erit qui aperiat.* Hinc lucem capit illud Callimachi hymn. in Cererem verſu 45. de Cerere in Nicippam converſa:



Digitized by Google

Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher inſtituit, ut ludis poſt ſcenam collectus * lapidum ita fieret; ut veri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. nam antea leves admodum, & parvi ſonitus fiebant, cum clavi & lapides in labrum æneum conjicerentur.

* Conjectus.

Clavim conſuetudo erat mulieribus donare ob ſignificandam partus facilitatem.

Clauſula, quam Græci κολοφῶνα vocant, à brevi concluſione eſt appellata.

Clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, ut per eos numerus colligeretur annorum.

Clientam pro cliente Plautus dixit.

Clingere cingere à Græco κλείειν dici manifeſtum eſt.

Clitellæ dicuntur non tantum eæ, quibus ſarcinæ conligatæ mulis portantur, ſed

## Notæ.

*——— ——— ϑύσε δὲ χερὶ*
*Στέμματα ϗ μήκωνα. κατωμαδίαν δ' ἔχε κλαῖδα*
*— — — — cepitque manu*
*Coronas & papaver, & ſuper humeros habebat clavem.*

quod interpretes huc uſque latuit, ut abhinc jam quatuor annis apud Theocritum notabamus.

*Claudiana tonitrua.*] Phædrus lib. 5. fab. 8.

*Aulæo miſſo, devolutis tonitrubus*
*Dii ſunt locuti more tranſlatitio.*

*Clavim.*] Uxori intranti limen viri claves tradebantur, non tantum ut eo facilitatem partus ſignificarent, ſed ut oſtenderent viros uxorum fidei ſeſe committere, omniaque earum cuſtodiæ mandare. Eædem etiam claves adimebantur mulieri divertenti & exeunti; unde in leg. 12. tab. *claves adimito.* Mulier etiam nuntium viro remittens, claves remittebat. *Dacerius.*

*Clauſula.*] Suſpicor, *quam Græci κῶλον vocant. ex quo factum κολοφῶν. Joſ. Scaliger.*

*Clauſula.*] Græcis κῶλον proprie eſt pars orationis inter duas lineas (-) conſtricta abſolutum ſenſum continens. unde metaphorice pro fine paſſim uſurpatur. Quo ſenſu Græci dicunt κολοφῶνα; ſed fruſtra eſt doctiſſ. Scaliger qui putavit à κῶλον factum κολοφῶν. Quaſi vero, ut de ſcriptura nihil dicam, τὸ κῶλον pro Colophone uſpiam legatur. Sed adi Strabonem qui te docebit, quid ſit & unde ſit *Colophon.* Vide & infra *Colophon.*

*Clavus annalis.*] Qui notandis annorum numeris figebatur. Livius lib. 7. ſect. 3. *Lex vetuſta eſt priſcis litteris verbiſque ſcripta, ut qui Prætor maximus ſit idibus Septembribus clavum pangat, fixus fuit dextro lateri Ædis Jovis Opt. Max. ea ex parte qua Minervæ templum eſt. Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt: eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum ſit. Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Etruſcæ Deæ, comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius affirmat.* Item alibi: *Ab Conſulibus poſtea ad Dictatores, quia majus imperium erat, ſolenne figendi clavi tranſlatum eſt.* Neque ſolum pro numero annorum clavus figebatur. Sed piaculi etiam cauſſa, cum ſcilicet ſive peſtilentia quædam inciderat, ſive ſeceſſio populi, ſive prodigium aliquod grave. Vide Livium lib. 7. cap. 3. & lib. 8. cap. 18. *Dacerius.*

*Clientam.*] Plaut. in Milite: *Habeo ecce illam clientam meam, meretricem adoleſcentulam. Ant. Auguſtinus.*

*Clientam.*] Plaut. Mil. 3. 1.

*Habeo eccillam meam clientam, meretricem adoleſcentulam.*

Et in Argument. ejuſdem Fab.

*Suam clientam ſollicitandum ad militem ſubornat.*

Et in Pænul.

*— — — tantus ibi clientarum erat numerus.*

Horat. Od. 18. l. 2.

*Nec Laconicas mihi,*
*Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.*

*Dacerius.*

*Clingere.*] Omnino legendum, *Clingere, cludere.* Alioqui fruſtra dixiſſet à Græco κλείειν manaſſe. Quin Iſidorus plane ſententiam noſtram adjuvat. *Clingit, inquit, cludit. Joſ. Scaliger.*

*Clingere, cingere.*] Omnino legendum *clingere, cludere.* Alioqui fruſtra dixiſſet à Græco κλείειν manaſſe. Tamen in MS. non κλείειν ſed κιγκλίζειν. quod eſt crebro corporis motu motacillam imitari. Quæ ſi vera lectio turpiculum aliquid innuit verbum *clingere.* Sed dubito. Imo & *cludere* & κλείειν retinendum. Juvat Iſidor. *clingit, cludit. Dacerius.*

*Clitellæ*] Clitellas etiam pro locis acclivis dicunt Græci. Nam κανθήλιον ſignificat non tantum clitellas, & ſagmata aſinorum: ſed etiam, ut dixi, acclivia loca. Quin & iidem Græci κλιτὺν dicunt locum in vallem demiſſum. A quo Clitellas formarunt Latini. *Joſ. Scaliger.*

*Cli-*

Digitized by Google

etiam locus Romæ propter ſimilitudinem. & in via Flaminia loca quædam devexa ſubinde & accliva. eſt etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Clivia auſpicia dicebant, quæ aliquid fieri prohibebant. omnia enim difficilia clivia vocabant. unde & clivi loca ardua.

Cloacæ à conluendo dictæ.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium conluvie.

Cloacare, inquinare. unde & cloacæ dictæ.

Clœlia familia à Clœlio Æneæ comite eſt appellata.

Clœliæ foſſæ à Clœlio duce Albanorum dictæ.

Clucidatum dulce, & ſuave dicebatur.

Clumæ folliculi ordei.

Clunaclum cultrum ſanguinarium dictum; vel quia clunes hoſtiarum dividit; vel quia ad clunes dependet.

Clunas ſimias clunibus tritis dictas exiſtimant.

## N o t æ.

*Clitellæ.*] Sellæ dorſuariæ quæ ad onera geſtanda jumentis imponuntur, à Græco *κλιτὺς declivitas*, quod ſint declives. Unde factum etiam ut loca declivia *clitellas* nominarent ut apud Græcos *κανθήλιον* non tantum clitellas & ſagmata aſinorum ſignificat, ſed etiam acclivia loca. Ut optime Scaliger. *Dacerius.*

*Clivia.*] Viden. Plin. lib. x. cap. xiv. *Clivinam avem ab antiquis nominatam animadverto ignorari. quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. Ant. Auguſtinus.*

*Clivia.*] Videndus Plinius lib. x. c. xiv. *Ful. Urſinus.*

*Clivia.*] Clivus proprie locum aſcenſu difficilem notat. unde *clivium* dictum eſt omne difficile, & *auſpicia clivia* difficilia, prohibentia.

*Cloaca.*] A *cluo* pro *colluo*, id eſt, purgo, *cluaca*, *u* in *o cloaca*. Unde *cloacare* inquinare, & *cloacale flumen* in quod cloacæ confluunt.

*Cloacare.*] Supra *cloaca*, Gloſſæ vett. cloaco, *μολύνω*, *inquino*. Pro *cloacare* vet. liber *cloeare* optime, eſt enim pro *cluare*, quod Servio eſt purgare, *cluere* dicit Plin. Quare ſupra corrigendum eſt *cloaca à cloeando dicta*. At *cloacare* eſt à *cloaca*, &c.

*Clœlia familia.*] Patriciam fuiſſe conſtat ex Livio. Alba oriundam facit Dionyſius lib. 3. A Clœlio Æneæ comite dictam. Et ſic legendum, non *Cloantho*. Nam *Cluentia* familia à *Cloantho* Æneæ comite dicta, à qua diverſa *Clœlia*.

*Clœliæ foſſæ.*] Cluilia foſſa Livio lib. 1. *Caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locant, foſſa circumdant. Foſſa Cluilia ab nomine ducis per aliquot ſæcula appellata eſt. Donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit. In his caſtris Cluilius Albanus rex moritur. Dacerius.*

*Clucidatum.*] Vide infra in *Glucidatum*. infra eſt *Gluma*, & *Gnephonſum* pro eo, quod paulo poſt *Cluma*, & *Cnephonſum*. Vide in *Orcus*. *Ful. Urſinus.*

*Clucidatum.*] A *γλυκὺς dulcis* factum *glucidatus* & verſo *g* in *c clucidatus*. Meminit Varro lib. 6. *Clucidatus ſuavis. tametſi à magiſtris accepimus manſuetum.* Vide infra *Glucidatum*. *Dacerius.*

*Cluma.*] Gloſſarium: Clunar, *κελφῖς λέπυρον*. *Joſ. Scaliger.*

*Cluma.*] Pro *Gluma*, tenuiſſima membrana qua ordeum involvitur. Vide *Gluma*. In Gloſſario legitur *clunar*, *κελφῖς λέπυρον*. *Ordei membrana*, corrupte pro *cluma*, aut *clumarum*. Ut optime Vulcanius. *Dacerius.*

*Clunaclum.*] Quid ſit *cultrum ſanguinarium*, ego neſcio. An *cultrum jugulatorium?* Propterea dicitur *σφαγὶς* à Græcis. Sed puto mendoſum eſſe: & ita legendum: *Clunaclum, cultrum ſane victimarium* &c. Ita enim aliquando loquitur. ut ſupra: *Ærarium ſane populus Ro. in æde Saturni habuit.* Vel ſimpliciter: *Clunaclum, cultrum victimarium* &c. Vel, quod verius puto, *cultrum ſaginarium*. Eſt enim culter laniorum, ad jugulanda pecora ſaginata. Neque dubito, quin hæc vera ſit lectio. Ita ergo poparum culter vocabitur. *Joſ. Scaliger.*

*Clunaclum.*] Scaliger legit: *Clunaculum cultrum Saginarium*, ut intelligatur culter laniorum quo jugulabant ſaginata pecora. Tamen non video cur *ſanguinarium* rejiciatur. Quidni enim *ſanguinarius* culter dicatur qui victimarum ſanguine mergitur: De Etymo, poſterius, nempe *quod ad clunes dependet* priori multum præſtat. Sic in veteri Gloſſario Arabicolat. *Clunaculum, pugio: dictum quod ad clunes religetur. Idem ſpatha.* Spatha autem Græcum. Heſych. *σπάθη μάχαιρα*, *ξίφος*. *Dacerius.*

*Clunas.*] Gloſſarium: Clura, *πίθηκος*. perperam, ut vides, Clura, pro cluna. Græce, ut ſupra monuimus, *κιρκόλιψ*. *Joſ. Scaliger.*

*Clunas.*] *Cluna*, ſimia quæ cauda caret, & nates habet apertas. Pro *cluna* veteres dixere *clura n* in *r* mutato ut ſit. Gloſſ. *Clura*, *πίθηκος*, ubi Scaliger



Digitized by Google

Clunes maſculine. Plautus: Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.

Clutum Græci κλυτὸν dicunt. Unde accepta præpoſitione fit inclutus. In enim ſæpe augendi cauſa adjicimus, ut invocavit, inclamavit.

Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum.

Cnasonas. acus, quibus mulieres ſcalpunt caput.

Cnephoſum antiqui dicebant tenebricoſum, Græci enim κνέφας appellant obſcurum.

Cocetum genus edulii ex melle & papavere factum.

Coclacæ dicuntur lapides ex flumine rotundi ad coclearum ſimilitudinem.

## Notæ.

legi debere contendit *cluna*, perperam. A *clura* factum *clurinum* quo uſus Plaut. Trucul. 2. 2.

*——— tu vero clurinum pecus*
*Adveniſti huc oſtentatum cum exornatis oſſibus.*

Ubi *clurinum pecus* dicuntur homines deformes, qui & ideo *ſimiæ*. Gloſſæ Papiæ: *Clura vel clurinum ſimia dicitur*. Lege: *Clura vel clurinum pecus ſimia dicitur*. Nam ſuperiorem Plauti locum reſpexit. Sed omnino verum eſt quod docuit Salmaſ. Simias cluras dictas, Græce κολούρους. Nam κόλουρος proprie qui cauda caret & mutilam habet caudam; ita Callimachus κόλουρα dixit *ecaudia* animalia. *Colura* igitur *clura*, ut βάλανος glans, & ſimilia. *Dacerius.*

*Clunes.*] Vide incerta Verrii. *Ant. Auguſtinus.*

*Clunes.*] Paulo diverſius à Nonio citatur locus Plauti. Clunes maſculino. Plautus Agroico: *Quaſi lupus ab armis valeo: clunes deſertos gero. Joſ. Scaliger.*

*Clunes.*] *Clunes infractos*, id eſt, *clunes infirmos*. Nonius hunc locum adduxit ex Agroico Plauti legitque *clunes deſertos*.

*Clutum.*] Inclytum, valde celebre à cluo, quod à κλύω, unde κλυτὸν & addita præpoſitione *in* quæ ſæpe auget *inclytum*. Simplex *clutum* non eſt in uſu.

*Clypeum.*] A Græco κυκλέω rotundum per tranſpoſitionem litterarum. Nam clypeos rotundos fuiſſe certum eſt. id aperte declarat Virgilius qui ut rotundum Polyphemi oculum demonſtret ait fuiſſe,

*Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.*

Ubi ſolis & clypei eandem eſſe formam dicit: Sic Græcis clypeus ἀσπὶς dicitur. Unde Homerus ἀσπίδα πάντοσ᾽ ἴσην. *Clypeum undiquaque æqualem* quod tantum rotunda forma recipit. ἀσπὶς autem rotunditatem ſignat, unde ſerpens ille orbiculari ſeſe forma involvens ἀσπὶς dictus eſt. Quare Heſychius in illo Homeri Iliad. λ΄. δι᾽ ἀσπίδος πολίοιο. ἀσπίδος πολίης, interpretatur περιφερὴς, *rotundum*. Sic Attius Agamemnone *cœli clypeum* dixit. *In altiſſimo cœli clypeo temo ſuperat ſtellas.* Ab hac igitur clypei ſignificatione *clypeum* dixere corium in quo Gabinorum fœdus deſcriptum. *Dacerius.*

*Cnaſonas.*] Iſidorus, Cnaſon, acus, qua mulier caput ſcalpit. Nam duplex eſt acus ornatricum: altera, qua ſcalpunt caput, quæ diſcerniculum dicitur, altera, qua crines figunt, & ſuſtinent, quam Græci καλαμίδα, κὴ σύριγγα vocant. Latini etiam aliquando *fiſtulam*. Eſt autem *Cnaſon* Tarentinæ linguæ. Nam Tarentinorum proprium eſt, ſimplicia verba κατὰ παραγωγὴν producere. ut ab ἄγω, ἀγάζω. Unde Agaſo, ὁ ἀγάζων. & à κνάω, κνῶ, κνάζω. unde *Cnaſo*, ὁ κνάζων. Sed de hoc alibi. *Joſ. Scaliger.*

*Cnaſonas.*] Iſidorus: *Cnaſon, acus qua mulier caput ſcalpit.* Nam duplex eſt acus ornatricum. Altera qua ſcalpunt caput, quæ *diſcerniculum* dicitur. Altera qua crines figunt & ſuſtinent, quam Græci καλαμίδα κὴ σύριγγα vocant. Latini etiam aliquando *fiſtulam*. Eſt autem *Cnaſon* Tarentinæ linguæ. Nam Tarentinorum proprium eſt ſimplicia verba, κατὰ παραγωγὴν producere, ut ab ἄγω, ἀγάζω. *agaſo*, ὁ ἀγάζων, & à κνάω, κνῶ *Scalpo*, κνάζω. Unde *cnaſo*, ὁ κνάζων, qui ſcalpit. Scaliger. *Dacerius.*

*Cnephoſum.*] L. m. Cnephonſum. Velius Longus de Orthographia. *Sequenda eſt nonnunquam elegantia eruditorum, qui quaſdam litteras levitatis cauſa omiſerunt, ſicuti Cicero, qui Foreſia, Megaleſia, Horteſia, ſine n, littera libenter dicebat. Ful. Urſinus.*

*Cnephoſum.*] A Græco κνέφας vel κνέφος *tenebra*. Nam utrumque dicitur. Vide *Gnephoſum*. *Dacerius.*

*Cocetum.*] Tertullianus libro contra Valentinianos: *Pandoram Heſiodi: Acci patinam: Neſtoris cocetum: Miſcellaniam Ptolemai. Joſ. Scaliger.*

*Cocetum.*] A Græco κυκέω *miſceo*, proprie de potionibus. *Cucetum*, u in o *cocetum*. Neſtoris cocetum nominat Tertullianus in libro contra Valentinianos: *Pandoram Heſiodi: Acci Patinam: Neſtoris cocetum.* Ubi manifeſto κυκεῶνα Neſtoris reſpicit, de qua Homer. Iliad. λ΄. pro *Edulii* melius cum Voſſio legas *potionis*. Ad poculenta enim potius quam ad eſculenta pertinuit. *Dacerius.*

*Coclacæ.*] Nempe Græcanice detortum, κόχλακες. *Joſ. Scaliger.*

*Coclacæ.*] Doctiſſ. Voſſius putat *cochleacæ*, vel *cochleæ*.

Digitized by Google

Coctiones dicti videntur à cunctatione, quod in emendis, vendendiſque mercibus tarde perveniant ad juſti pretii finem. Itaque apud antiquos prima ſyllaba per V litteram ſcribebatur.

Coctum à cogendo dicitur, quia coquendo coartetur, ut ad utilitatem veſcendi perducatur.

Cocula vaſa ænea coctionibus apta. alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obſonia.

Codeta ager, in quo frutices exiſtunt in modum codarum equinarum.

Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem.

## Notæ.

*cochleca*. Sed omnino legendum *cochlaca* à Græco ſcilicet κοχλακας. *Dacerius.*

*Coctiones.*] Vide arilator. *Ant. Auguſtinus.*

*Coctiones.*] Recte definit, quos ſuperius à Gallis *Barguigneurs* vocari monuimus. Et recte, ut ipſe ait, à veteribus per V, *Cuctio* ſcribebatur. Quia *Cuctus* dicebant, quod poſtea *Cunctus*, & *Cojux*, quod poſtea *conjunx*. & ſimilia. *Cuctus*, *conjectus*: ut *tractus*, pro *trajectus*. de quo in Appendice in Varronem, quia dicebant *Coicio*, & *cojectus*. Laberius in Necromantia:

*Duas uxores? hercle hoc plus negotii*
*Eſt, inquis. Cocio ſex ædiles viderat.*

Ubi Cocio, non coctio ſcribitur, ut ſæpe alias. ut in Gloſſario: *Cocio*, μεταβολος. Iſidorus: *Cocio*, *arilator.* in veteribus Gloſſis: *Cocionatura*, μεταπρασις. In Gloſſario: *Cociatria*, μεταβλητική. Mallem *Cociatrina.* ut, meditrina. Quare autem Gellius reprehendat Laberium, qui pervulgate dixerit *Cocionem*, cum veteres dicerent Arulatorem, non video. Plautus enim Aſinaria uſus eſt: Itaque non eſt pervulgatum, neque, ut ipſe Gellius loquitur, proculcatum vocabulum. *Joſ. Scaliger.*

*Coctiones.*] Gloſſarium, *cocio*, μεταβολος. Gloſſæ vett. *cocionatura*, μετάπρασις. Gloſſar. *cociatria*, μεταβλητική. Legit Scaliger *cociatrina*, ut Meditrina. Gloſſ. Iſidori *Cocio*, *arilator.* Vide *arilator*, *cuctio*, *coctio*, *cocio* Eliſo t. Plaut. Aſinar. 1. 3.

*Vetus eſt, nihili cocio eſt, ſcis cujus.*

Quem locum peſſime accepit doctiſſimus Salmaſius, qui integrum proverbium fuiſſe putat, *nihili cocio eſt qui credit.* nihil dico de conjectura quæ nullo fundamento nititur, certum eſt illud à Cleæretæ mente eſſe quam maxime alienum, cujus verba ſic explicanda cenſeo: *Quemadmodum*, inquit illa, *nos, quæcumque volumus uti, Græca mercamur fide, ita ut cum æs damus, tum mercem nobis etiam dent, eadem nos diſciplina utimur, oculatæ ſemper noſtræ ſunt manus, id credunt quod vident, ut vetus dictum eſt, ſci cujus, nihili cocio eſt.* Id eſt, pro nihilo ducere debemus eos homines, qui cùm nos uſurarias ſibi mercantur, tantillulum quid dantes, mercedis reliquum in diem proferri poſtulant, ut cociones in foro, qui empturientes dant arram, cæca die cætera ſoluturi. Neque melius idem hoc, *ſcis cujus* intellexit qui interpretatur *ſcis qualis* ut *cujum pecus.* Quod miror tanto viro excidiſſe. Nam *cujus* vel *cujum* nunquam qualitatem deſignat, ſemper κτητικῶς profertur. Unde apud Virg. Poſt *cujum pecus* addit Menalcas, *an Melibœi?* & reſpondet Damœtas. *Non, verum Ægonis.* Redeamus ad cocionem. Elegantiſſimus Muretus verba Plauti aliter accepit, quippe pro *caucio*, *cocio* dictum tradit, ut *aula*, *olla*. Idque lenam dicere. *Vetus eſt dictum nihil eſt cautio, ſive ſyngrapha, nam qui cautionem habet, ſæpe litigare cogitur, at cui ſoluta pecunia eſt, ei res omnis in tuto.* Sed ut illud ingenioſe potius excogitatum eſt quam vere, ita nos Feſti potius & veterum criticorum ſententiam tuemur.

*Coctum.*] A coquendo. *Coquere* à *cogere*, *coagere.* *Dacerius.*

*Cocula.*] Sunt Homeri κάγκανα ξύλα. & Varro nos docet libro 1. de vita P. Ro. *Cocula, quæ coquebant panem, primum ſub cinere: poſtea in forno. utriuſque vocabulum à forno ductum, id eſt à caldore.* Iſidorus: *Cocula, ligna arida, vaſa ærea.* *Joſ. Scaliger.*

*Cocula.*] Gloſſ. Iſidori: *Cocula, ligna arida vel vaſa ærea.*

Pro vaſis æreis uſus eſt Plaut. capt. 4. 2.

*Jubes an non jubes aſtitui aulas, patinas elui?*
*Laridum atque epulas foveri coculis ardentibus.*

Et Cato c. 2. de R. R. dixit *ahenum coculum.*

*Ligna minuta.*] *Ligna arida* ſupra Iſidor. Eadem quæ Homero κάγκανα ξύλα Iliad. φ'. Varr. lib. 1. de vita Pop. R. *Cocula, qui coquebant panem primum, ſub cinerem, poſtea in forno: cujus utriuſque vocabulum à forno ductum, id eſt à caldore.* Sed ibi pro *qui* vel ut in quibuſdam editt. *quæ*, legendum puto *queis.*

*Codeta.*] Pro *caudeta* à cauda pro quo dixere *coda* ut alibi dictum. Hic ager Codetanus in decima quarta urbis regione trans Tyberim.

Cœlius mons dictus eſt à Cœle quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adverſus Sabinos præbuit; eo quod in eo domicilium habuit.

Cœpiam futurum tempus ab eo, quod eſt cœpi. Cato: Cœpiam ſeditioſa verba loqui. Invenitur quoque apud majores & infinitivi modi cœpere.

Cogitatim adverbialiter, pro cogitate.

Cogitatio dicta velut coagitatio, id eſt longa ejuſdem rei agitatio in eadem mora conſilii explicandi.

Cognitor eſt qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt, procurator autem abſentis nomine auctor * ſit.

* Actor.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua dictu facilia, & perſpectu, & factu facilia.

Cognomines dicuntur, qui ejuſdem ſunt nominis.

Cohum lorum, quo temo buris cum jugo conligatur, à cohibendo dictum. Cohum poëtæ cælum dixerunt à chaos: ex quo putabant cælum eſſe formatum.

## NOTÆ.

*Cœlius mons.*] In Suburanæ regionis parte à Varrone recenſetur, qui eum ſic appellatum fuiſſe dicit *à Cœlio Vibenno Tuſco duce nobili. Qui cum ſua manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Sabinos.* Hunc Feſtus non *Cælium* ſed *Cœlen* vocat, ut & Tacit. lib. 4. qui & Cœlium montem *Querquetulanum* vocatum fuiſſe docet. *Haud fuerit abſurdum tradere*, inquit, *montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuiſſe, quod talis ſylva frequens, fœcunduſque erat, mox Cœlium appellatum à Cœle Vibenna, qui dux gentis Etruſcæ, cum auxilium appellatum ductaviſſet, ſedem eam acceperat à Tarquinio priſco, ſeu quis alius regum dedit. Dacerius.*

*Cœpiam.*] In veteri quodam ſchedio reperi in verbis Catonis *ſemeſa verba*, non *ſeditioſa*. Erunt ergo verba tertiata, & quartata, ut idem Cato dixit aliquem *tertiato, & quartato verba dicere præ metu*, ut notat Servius in Schedis. quod imitatus eſt, ut alia, Apuleius lib. v. *tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens. Joſ. Scaliger.*

*Cœpiam.*] Legendum: *ab eo quod eſt cœpio. Cœpiam* dixit Cæcilius: *Ære obſcuro hercle deſine, mane cœpiam. Cœpio.* Plaut. Menæch. 5. 5.

*Neque ego inſanio, neque ego pugnas neque lites cœpio.*

In verbis Catonis quæ laudat Feſtus, Scaliger non *ſeditioſa verba* ſed *ſemeſa verba* ſcriptum reperit. Sunt autem *ſemeſa verba* quæ quis tertiato & quartato præ metu ſubſtrepit, ut Cato dixit aliquem *tertiato & quartato verba dicere præ metu.* Ut notat Servius. Quod eſt imitatus Apuleius ut alia, lib. 5. *Tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens.*

*Cogitatio.*] Idem Varro lib. 5. *Primus agitatus mentis, quod primum ea quæ ſumus acturi cogitare debemus.* Et paulo poſt. *Cogitare à cogendo dictum. Dacerius.*

*Cognitor.*] A veteribus Græcis, ἔκδικος. De eo Aſconius. *Joſ. Scaliger.*

*Cognitor.*] Qui defendebat alterum in judicio, aut *patronus* dicebatur, ſi orator eſſet, aut *advocatus* ſi aut jus ſuggerebat aut præſentiam ſuam commodabat amico: aut *procurator* ſi negotium ſuſcipiebat abſentis: aut *cognitor* ſi præſentis cauſſam noverat, & ſic tuebatur ut ſuam. Cicero pro Q. Roſcio: *Quid intereſt inter eum qui pro ſe litigat & eum qui cognitor eſt datus? qui pro ſe litem conteſtatur ſibi ſoli petit, alteri nemo poteſt niſi quia cognitor eſt factus.* Cognitor à prætore dabatur. Interdum etiam *cognitor* pro prætore vel judice qui cauſſas audit.

*Cognomines.*] Plaut. Bacchid. 1. 1.

——— *Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines,*

Et in Fragment.

*Illa mei cognominis fuit.*

certum eſt legi debere: *Illa mi cognominis fuit. mi* pro *mihi. Dacerius,*

*Cohum.*] Varro lib. iv. de ling. lat. *Cavum à cavo cælum* &c. *Ful. Urſinus.*

*Cohum, cælum.*] Ennius ut notavi in quadam veteri membrana:

— — — — *pilam vix*
*Sol mediam: complere cohum terroribu' cæli.*

De hoc plura vide in Conjectaneis. *Joſ Scaliger.*

*Cohum.*] Cum lorum ſignificat quo temo aratri cum jugo colligatur, quaſi *cohibum* dicitur. Cum vero pro *cœlo* ſumitur eſt à Græco κόος *cavitas* non vero à *chaos* ut putat Feſtus. Ennius:

— — — *pilam vix*
*Sol mediam complere cohum terroribu' cœli.*

*Cœlum* autem non à *chao* ut Feſtus, vel à *cavo* quod à *chao*, ut Varro. Sed à κοῖλον quod idem eſt ac κόον. Unde & coilum apud veteres. Ennius:

*Tollitur in coilum clamos exortus utrimque.*

Coin-

Coinquire, deputare.

Collus quoque maſculine dixerunt. eſt enim genus tormenti è corio.

Colluvialis porcus dicitur, qui cibo permixto & colluvione nutritur.

Colophon dixerunt, cum aliquid finitum ſignificaretur.

Coloſſus à Caleto artifice à quo formatus eſt, dictus. Fuit enim apud Rhodum inſulam ſtatua ſolis alta pedes centum & quinque.

## NOTÆ.

*Coinquire*] Suſpicor, *Conquinire*, *decubare*. A quo conquiniſco. De eo vide apud Nonium. *Conquiniſcere*, eſt cernuum ſe inflectere, vel inclinare: ut faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Atellanarius:

> —— *ſimul intro veni, acceſſi ad patrem. prendi manum,*
> *In terra ut cubabat nuda. ad eum ut conquexi, interim*
> *Mulieres conſpiciunt* ——

Hoc etiam veteres *cernuare* dicebant. Quanquam & cernuare etiam ἀντὶ τοῦ ἀσκωλιάζειν accipiebant. Varro lib. 1. de vita Po. Ro. *Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant.* A quo ille verſus vetus eſt in Carminibus:

> *Sibi paſtores ludos faciunt coriis cernualia.*

Hic ludus ἀσκωλία vocabatur. de quo Virgilius *unctos ſaliere per utres*. Nam cadebant proni in armos. Idque *cernuare* vocabant. Erant & Cernui ludii, κυβιστηταί. de quibus in Conjectaneis diximus. Et ab eo petauriſtæ, hoc eſt funambuli dicebantur cernui. Gloſſæ: *Cernulat*, κυβιστᾷ. Seneca Epiſtola VIII. ut eſt animadverſum à N. Fabro ex veteribus libris: *Non vertit fortuna, ſed cernulat, & allidit.* *Cernulus*, κατωνερής. *Cernuavit*, κατεπανέρισαι, Male, Cernuit. Lucillius:

> *Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui.*

Hoc eſt petauriſtæ. Evenit enim illi nunc ſurſum, nunc deorſum collum pendere, pro ut aut ſe deorſum dejicit, aut in altum ſubjicit. *Joſ. Scaliger.*

*Coinquire, deputare.*] Hunc locum ſic legit Scaliger: *conquinire, decubare*, à *conquinire* eſt *conquiniſcere*, quod eſt cernuum ſe inflectere, vel inclinare, ut faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Atellanarius:

> *Simul intro veni, acceſſi ad patrem, prendi manum,*
> *In terra ut cubabat nuda. ad eum ut conquexi interim*
> *Mulieres conſpiciunt.*

Sed nihil agit Scaliger *coinquire* compoſitum à verbo *inquo* quod eſt *purgo*. *Deputare* autem nihil aliud eſt quam *putare*, id eſt *purgare*. Compoſitum pro ſimplici, ut fit. Imo & alibi Scaliger fere ſententiam demutat, cum adducit illud è tabula marmorea Romæ: *Earumque arborum adoleſcactarum & coinquendarum. Et in eo luco aliæ ſint repoſita. Dacerius.*

*Collus.*] Repone ex veteribus editionibus: *Culleus.* Non autem aliud genus tormenti fuiſſe puto, quod hic dicatur, quam culleum, in quem immittebantur parricidæ. Res vulgatiſſima. Sed tamen apponam de eo quod inveni. ἐγένετο νόμος τις τοιούτου τρόπου πᾶσιν ἀνθρώποις. ὅπως ὅστις πατροκτόνιον πεποίηκε, δημοσίως εἰς μολγὸν πεμφθεὶς συνερραφῇ μετ' ἐχίδνης, καὶ κυνὸς, καὶ πιθήκου, καὶ ἀλέκτορος ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος. καὶ ἐπὶ ἁμάξης ἐζευγμένης μελανοῖς βουσὶ κατενεχθῇ εἰς θάλασσαν, καὶ ῥιφῇ εἰς βαθύ. Et mirum mihi videtur, quod de eadem re Iſidorus ſcribens in Gloſſis, ait Culleum tunicam fuiſſe ex ſparto in modum cruminæ factam, & ſolitam liniri à populo pice, & bitumine. Plautus Vidularia. —— *jube hunc inſui culleo, Atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam. Joſ. Scaliger.*

*Collus.*] Legendum *culleus* qui ſaccus erat ex corio in quo parricidæ concluſi cum vipera, cane, vel gallo, vel ſimia, in mare mittebantur. Iſidor. in Gloſſ. *Culleus tunica ex ſparto in modum crumina facta, qua linebatur à populo pice & bitumine, in qua includebantur parricida cum ſimia, ſerpente & gallo inſuta mittebatur in mare, & contendentibus inter ſe animantibus homo majoribus pœnis afficiebatur.* Plaut. in Vidularia:

> —— —— *Jube hunc inſui culleo*
> *Atque in altum deportari ſi vis annonam bonam.*

*Colluvialis porcus.*] Qui cibo mixto & colluvie, id eſt, ſordibus ablutis ſaginatur.

*Colophon.*] Κολοφῶν, τέλος, unde colophona operi imponere, pro ultimam manum ei admovere. A Colophone Ioniæ urbe id tractum docet Strabo lib. 13. quæ equitatu ita cæteris urbibus præſtabat, ut ubicumque bellum aliquod ambiguum eſſet, Colophonio equitatu ſuperveniente dirimeretur. Unde etiam ortum ferunt adagium. *Colophonem impoſuit*, quando rei cuipiam finis imponitur. *Dacerius.*

*Coloſſus.*] Plinius lib. XXXIV. cap. VII. *Ante omnes in admiratione fuit ſolis Coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius Lyſippi diſcipulus.* ſeptuaginta cubitorum altitudinis fuit. *Ant. Auguſtinus.*

Coloſ-

Digitized by Google

Columnæ dictæ, quod culmina ſuſtineant.

Colurna haſtilia ex corno arbore facta.

Comedum bona ſua conſumentem antiqui dixerunt. Comedo comedonis, qui, ut ſupra, bona ſua conſumit.

Comiſſatio à vicis, quos Græci κώμας dicunt, appellatur. in his enim habitabant prius, quam oppida conderentur. quibus in locis alii alios convictus cauſa invitabant.

Comitiales dies appellabant, cum in comitio conveniebant. qui locus à coeundo, id eſt ſimul veniendo dictus eſt.

Commentacula virgæ, quas flamines portant pergentes ad ſacrificium, ut à ſe homines amoveant.

Commentaculum genus virgulæ, qua in ſacrificiis utebantur.

Committere proprie eſt inſimul mittere. Nunc eo utimur & pro facere, aut pro incipere.

## Notæ.

*Coloſſus.*] Legendum à *Charete*, teſte vel ipſo artifice, qui ſubſcripſit Coloſſo:

> Τὸν ἐν ῥόδῳ κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα
> Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

*Joſ. Scaliger.*

*Coloſſus.*] A *Caleto* legendum à *Charete*. Teſte Simonide.

> Κολοσσὸν ἡλίου πόθ' ἑπτάκις δέκα
> Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λινδιος.

id eſt, *Coloſſum Solis olim ſexaginta & decem cubitorum fecit Chares Lyndius.*

Plin. lib. 34. c. 7. *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis Coloſſus Rhodi quem fecerat Chares Lyndius Lyſippi ſupra dicti diſcipulus.* Idem Strabo & Euſtath. ad Dionyſ. verum Simonidis verſus aliter in quibuſdam; nempe:

> Τὸν ἐν ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
> Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λινδιος.

Niſi ibi Χάρης & ἑπτάκις ut ſupra ſit reſcribendum Coloſſus poſt quinquageſimum ſextum annum terræ motu cecidit. Vide Plin. & Polyb. lib. 5.

*Columna.*] *Columna*, quaſi *columina* à *columen*. Vitruv. lib. 4. c. 2. *Columen in ſummo faſtigio culminis, unde & columnæ dicuntur.* Donat. *Columen vero familiæ, ſuſtentatio vel decus, unde columna.*

*Colurna.*] Ab arbore *corylo* dicta potius *colurna* tranſpoſitione litterarum pro *conurla*, ut ſentit Servius. Virgil. Georg.

*Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.*

Tamen vett. Gloſſ. Κρανία, δένδρον: *colurnum, cornus.* Ergo, *cornus, cornulus, conurlus, colurnus, colurnum. Dacerius.*

*Comiſſatio.*] Græci interpretantur ἐπίκωμον. *Joſ. Scaliger.*

*Comiſſatio.*] Proprie convivium quod poſt cœnam fiebat in multam noctem à Græco κωμάζειν *in multam noctem convivari.* Sive ad Comum laſciviæ & conviviorum deum poſt cœnam ire cum corollis, conviviali veſte, funalibus & tibicinis. Unde *laſciviarum eruptionem* vocat Tertullianus. Vide Caſaub. de Satyrica poëſi lib. 1. c. 4. *Dacerius.*

*Comitiales.*] Non omnibus diebus comitialibus conveniebant; neque ſemper in comitio. comitiales tamen dies ſunt, quibus comitia haberi poterant. *Ant. Auguſtinus.*

*Comitiales.*] Comitiales opponit nefaſtis Plautus, illis jocularibus verſibus:

> *Non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.*
> *Nam iſtorum nullus nefaſtu'ſt, comitiales ſunt meri.*
> *Ibi habitant. ibi eos conſpicias, quam prætorem ſæpius.*

*Joſ. Scaliger.*

*Comitialis dies.*] Quo univerſus Pop. Rom. ſive pars illius maxima, comitium petebant conventus agendi gratia. Fuit autem *comitium* certa fori Romani regio ac portio, ad Hoſtiliam curiam & ſubter roſtra Hoſtiliæ curiæ adfixa, à *coeundo* dictum. Comitiales dies inter faſtos dies numerantur, & illos nefaſtis opponit Plaut. Pœnul. 3. 2.

> *Non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos:*
> *Nam iſtorum nullus nefaſtu'ſt, comitiales ſunt meri.*
> *Ibi habitant, ibi eos conſpicias, quam Prætorem ſæpius.*

*Commentacula.*] Legendum *commotacula* ut in ali. editt. nempe à *commotando*, id eſt *commovendo.*

*Commentaculum.*] Leg. *commotaculum*; vid. not. ſuperiorem. *Dacerius.*

*Committere.*] Opinor pro *delinquere*, legendum eſſe, *relinquere. Ful. Urſinus.*

*Com-*

Commugento, convocanto.

Comœdias conſtat appellari ex eo, quod initio in vicis juvenes cantare ſoliti eſſent convenientes.

Comœdice figuratum à comœdo. Plautus: Euge heus adſtitiſti & dulce, & comœdice.

Comparſit Terentius pro compeſcuit poſuit.

Compaſcuus ager, relictus ad paſcendum communiter vicinis.

Comperce pro compeſce dixerunt antiqui.

Compernes nominantur homines genibus plus juſto conjunctis.

Compeſcere eſt velut in eodem paſcuo continere.

Compeſcere lucum, eſt lucum ſuis finibus cohibere.

## Notæ.

*Committere.*] Scribe, delinquere, non relinquere. *Joſ. Scaliger.*

*Committere.*] Inſimul mittere, jungere. Virgil.

*Delphinum caudas utero commiſſa luporum.*

Commiſſas habens, id eſt, junctas. pro *facere*. Cicero lib. 1. de legibus: *Quocirca vereor committere ne non bene proviſa principia ponantur.* pro *delinquere*, ſic enim legit Scaliger pro *relinquere*. Virg. 1. Æneid.

*Quid meus Æneas in te committere tantum,*
*Quid Troes potuere?*

Sed ſcripſiſſe potuit etiam Feſtus *relinquere*. Sic Nonius, *Committere, donare, relinquere, M. Tullius in Verrem actione* II. *Is calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent.* pro *incipere*. Virg. lib. 5.

*Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos,*

& lib. 7.

*Promiſſi dea facta potens ubi ſanguine bellum*
*Imbuit & prima commiſit funera pugna.*

*Commugento.*] Proprie *conclamanto*: nam *mugio* & *mugeo*: unde *commugeo*.

*Comœdias.*] A *κώμη vicus* & *ᾠδὴ cantus*, quia hi luſus in vicis fiebant antequam in urbes conveniſſent. *Dacerius.*

*Comœdice.*] Plaut. in Milite: *Euge εὐσχημόνως, Hercle, adſtitit, & dulce, & comœdice. Ant. Auguſtinus.*

*Comœdice.*] Id eſt feſtive. Plaut. Milite 2. 2.

*Euge, euge, euſcheme hercle aſtitit & dulice & comœdice.*

Nam legendum *dulice* non *dulce*. *δουλικῶς ſerviliter.* Et ita olim Janus Gulielmus. *Dacerius.*

*Comparſit.*] Terent. in Phorm. *Ant. Auguſtinus.*

*Comparſit.*] Locus quidem Terentii notus vulgo ex Phormione, ita tamen, ut in aliam ſententiam, ac Feſtus interpretatur, accipiendus ſit. *Joſ. Scaliger.*

*Comparſit.*] Pro *compeſcuit*. Lege *comperſit*. à parco. vidit Salmaſius. Locus Terent. eſt in Phormione, 1. 1.

*Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo*
*Suum defraudans genium comparſit miſer.*

*Compaſcuus.*] A verbo *compaſco*, ſimul paſco. compaſcuus ager in quo vicinorum pecora ſimul paſcunt.

*Comperce.*] Plaut. Pœnul. 1. 2.

*— — — — Comperce amabo me attrectare,*
*Agaraſtocles.*

id eſt *compeſce*, & hanc vocem reſtituendam puto Bacchid. 3. 3.

*Cave malum & compeſce in illum dicere injuſte.*

lego: & *comperce*. Id eſt *comparce*. *Parco*, autem & *paſco* veteres dicebant. Unde *paſcito linguam* in ſacrificiis *linguam coerceto*. Vide paſcito. *Dacerius.*

*Compernes.*] Græci vocant γονυκρότους *Joſ. Scaliger.*

*Compernes.*] Qui genua conjunctiora habent, quam par eſt. Plaut. milite 3. 1.

*Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut patum*
*Aut broncum filium.*

Græci vocant γονυκρότους.

*Compeſcere.*] A *paſco*; compoſita *diſpeſco*, *impeſco*, *compeſco*. *Compeſcere* eſt pecus iiſdem paſcuis continere, in unum cogere, compellere. *Diſpeſcere* gregem ſegregare, ita ut pars ſeorſim paſcat. *Impeſcere* vero eſt pecus in lætam ſegetem paſcendi gratia immittere. Vide ſuo loco.

*Compeſcere lucum.*] Lucum intra deſcriptos fines cohibere. putarem potius eſſe lucum conlucare adhibito piaculo: nam compeſcere lucum idem videtur quod apud Virgil. *ramos*, apud Columellam, *vitem*



Digitized by Google

Compilare eſt cogere, & in unum condere.
Compitalia feſta, quæ in compitis peragebant.
Compluriens à compluribus ſignificat ſæpe. Cato: Contumelias mihi dixiſti compluriens.
Comprædes ejuſdem rei populo ſponſores.

## NOTÆ.

*tem compeſcere.* Sed Feſti autoritas prægravat. *Dacerius.*

*Compilare.*] L. m. pro *condere* habet *congere*, unde conjecturam facio, *congerere* ſcribi debere. *Ful. Urſinus.*

*Compilare.*] Aſconius in prætura urbana: *Compilarit: pilos*, inquit, *pervellerit: ſic fraudaverit furto, ut ne pilos quidem in corpore ſpoliatis reliquerit.* Hæc indigna ſunt & veteri, & erudito interprete. Saltem ſyllabæ modulus debebat eum inducere, ut aliter exiſtimaret. Sed verbum eſt militare, compilare, cogere. Nam pilatum agmen dicebatur preſſum, ac denſum. Varro apud Servium Danielis noſtri: *Duo ſunt genera agminum: Quadratum, quod immiſtis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſidere. Pilatum alterum, quod ſine jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur. Scaurus de vita ſua: In agrum hoſtium veni. pilatim exercitum duxi. id eſt, ſtrictim, & denſe. Ab eo pilare eſt premere, cogere. Hoſtius belli Hiſtrici primo:*

*Percutit, atque haſtam pilans præ pondere frangit.*
*Idem.*

*—— —— —— ſententia præſto*
*Pectore pilata eſt.* *Aſellio Sempronius: quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. Ennius Satyrarum ſecundo:*

*Inde loci liquidas, pilataſque ætheris oras*
*Contemplor —— —— ——*

*hoc eſt, preſſas, denſas: & , ut ipſe ante dicit, liquidas.* Ab eo igitur Compilare. non, ut Aſconius, à pilis. Qui igitur omnia preſſim colligit, dicitur Compilare. Quare hic recte, cogere, ut in unum condere exponitur. In Græcis ſane id fero, qui compilare interpretantur, μαδίζειν. *Joſ. Scaliger.*

*Compilare.*] Pilare, denſare, cogere, inde pilatum agmen dicebatur preſſum ac denſum. Sed en tibi locum inluſtrem Servii ad illud 12. Æneid.

*—— —— —— Pilataque plenis*
*Agmina ſe fundunt portis*

*Quidam*, inquit. *hoc loco* pilata agmina *non à genere haſtarum poſitum adſerunt, nam paulo poſt dictum inferunt* defigunt tellure *haſtas: ſed* pilata, *denſa, ſpiſſa, ut implere portas potuerint, & poſtea ſe in loca apertiora diffundere. Alii* pilatum agmen *dicunt quod in longitudine directum eſt, quale ſolet eſſe cum portis procedit. Vel certe* pilata *fixa & ſtabilia, vel à pilo quod figit, vel à pila ſtructili quæ fixa eſt & manet; nam & Græci res denſas & artas πιλῶσαι* dicunt. (Lego *πιλῆσαι* vel *πιλῶσαι*) *Ennius Satyr.* 11.

*Inde loci liquidas pilataſque ætheris oras*
*Contemplor.*

*cum firmas & ſtabiles ſignificaret, & quaſi pilis fultas. Hoſtius belli Hiſtrici primo:*

*Perculit atque haſtam pilans præ pondere frangit.*
*Pilans id eſt figens. Idem:*

*———— — Sententia præſto*
*Pectore pilata eſt.*

*Id eſt fixabilis. Aſellio hiſtoriarum* III. *quartum ſignum accedebat, ſive pilatim ſive paſſim iter facere volebat. Scaurus de vita ſua: in agrum hoſtium veni, pilatim exercitum duxi, id eſt ſtrictim & denſe: nam ubi proprie de genere haſtæ loquitur, ait:*

*Pila manu ſævoſque gerunt in bella dolones.*

*Varro rerum humanarum, duo genera agminum dicit, Quadratum quod immixtis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſiſtere: pilatum alterum, quod ſine jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur.* Hactenus Servius: à *pilare* igitur hoc eſt *πιλῶν compilare* dicitur is qui omnia preſſim colligit. Quare hic recte à Feſto exponitur *cogere*. Et in unum condere. In libro Fulvii Urſini pro *cogere* erat *congere*. Unde ille faciebat *congerere*. Sed *congere* pro *cogere* antiqua illa, ſed vitioſa ſcribendi conſuetudine; ſic *Thenſaurus, cneſonſus, compluriens, quotiens. Dacerius.*

*Compitalia.*] Gloſſæ: *Compitalia*, θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ, αἱ γινόμεναι ἐν τοῖς τριόδοις ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. *Joſ. Scaliger.*

*Compitalia.*] Deorum Larium feſta in compitis 6. Nonas Majas celebrari ſolita. Varro lib. 5. *Compitalia dies attributus Laribus, ut alibi. Ideo ubi viæ competunt tum in compitis ſacrificatur, quotannis is dies concipitur.* Gloſſarium, *compitalia*, Θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. Legit optime Vulcanius, ἐν τοῖς τριόδοις. *compitalia Deorum viarum feſta in triviis celebrari ſolita ab affinibus mortuorum.* Inde Lares *viales* dicti non ſemel apud Servium. Vide Macrob lib. 1. Sat. cap. 7. & Dionyſ. Halicar. lib. 4. Plin. lib. 36. cap. 27. à Tarquinio priſco originem duxere.

*Compluriens.*] Ut *quotiens* pro *quoties* &c. de quo alibi diximus.

*Comprædes.*] *Præs* is eſt qui populo ſe obligat & ſpon-

Comptus, id eſt ornatus, à Græco deſcendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere, & κόσμιος, quod apud nos comis. & comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compoſiti.

Conauditum, coauditum; ſicut conanguſtatum dicitur.

Conceptivæ feriæ feſta dicebantur, quæ incertis diebus ſervabantur quotannis, ut ſementinæ, compitaliciæ.

Conciliabulum dicitur locus, ubi in concilium convenitur.

Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros.

Concilium dicitur à populi conſenſu. ſive concilium dicitur à concalando, id eſt vocando.

Concinnare eſt apte componere. Concinere enim convenire eſt.

Concio conventus dicta, quaſi convocatio. Concio ſignificat conventum, non tamen alium, quam eum, qui à magiſtratu, vel à ſacerdote publico per præconem convocatur. Concionem antiqui maſculino genere poſuere.

Concipilaviſti dictum à Nævio pro corripuiſti, & involaſti.

## Notæ.

ſpondet ſe aliquid pro altero præſtaturum, ni ipſe alter præſtet, *compras* qui conjunctim cum altero populo ſe obligat. Vide *pras*.

*Comptus.*] A *comere* quod à Græco κοσμεῖν, undè *coma* κόμη, quaſi κόσμη, quia coma animalium & arborum eſt ornamentum. Sed in hocce Feſti loco aliquid turbatum fuiſſe exiſtimo, & huc pertinere quod infra legitur in *conitum*. *Conitum Afranius pro ornatu & excultu poſuit.* Quæ manifeſto hinc avulſa, legendum enim *comtum Afranius* &c. Et ita apud Grammaticos citatur.

*Conauditum*] *Coauditum* quod undiquaque auditum eſt. Et *coanguſtatum* quod undiquaque anguſtum.

*Conceptivæ feriæ.*] Quarum incertus dies, & quas prætor certis verbis concipiebat, & curio indicebat. Ovid. 2. Faſt.

*Curio legitimis nunc Fornacalia verbis*
*Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.*

Ideoque *indictitia* feſta etiam dicta. *conceptas ferias* vocat Varro. Vulgo *feſta mobilia*.

*Conciliabulum.*] Locus in agris aut vicis, ad quem ruſtici frequentes emendi & vendendi cauſſa conveniebant, certis nundinarum diebus, à verbo *conciliare* emere. Feſtus vero à *concilium* deducit ubi per *concilium* convocationem intelligit quaſi *concalium* quod plures in unum coeant, & convocentur. Imo & *concilium* nundinæ etiam dicebantur. Eugraphius apud Terent. *Male conciliate, male empte. Nam concilium nundinas dicimus. Dacerius.*

*Conciliatrix.*] Lucillius: *Ætatem, & faciem, ut ſaga, & bona conciliatrix.* Gloſſæ: *Conciliatrix*, προξενήτρια. *Joſ. Scaliger.*

*Conciliatrix.*] A verbo *conciliare*, id eſt copulare, quod & in bonam partem ſumitur, nec ſemper de lenocinio. De legitimis nuptiis Plaut. Trinum. 2. 2.

*Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poſcas.*

Catul.

*Ut ſemel es Flavo conciliata viro.*

*Concilium.*] Non à conſenſu ſed à concalando, hoc eſt convocando, quaſi *concalium*. Supra. *Dacerius.*

*Concinnare.*] Perperam volunt mutare *concinere* in *conciere*. Vide ſecundum Conjectaneum noſtrum. *Joſ. Scaliger.*

*Concinnare.*] Ita rem componere, ut apte conveniat & hæreat à verbo *concinere* (male alii conciere) id eſt convenire quod verbum muſicum eſt. plures enim diverſe canentes *concinere* dicuntur cum inter ſe conveniunt. Unde *concinere* pro convenire, conſentire, ut Græcis συνᾴδειν. Tamen magis placet Nonius qui ait eſſe à *cinnus*. *Cinnus, inquit, eſt commixtio plurimorum unde & concinnare dicitur.* Cinnus quidem idem quod *cocetum*. Græcis κυκεών. A *coeundo coinus*, unde *cinnus*, quod in eum varia coeant; eſt igitur concinnare ex pluribus rebus aliquid efficere & apte componere. Etſi aliquando pro ſimplici *facere* uſurpatur.

*Concio.*] A verbo *concieo*, convoco. Et eſt *concio* conventus à Prætore vel Sacerdote convocatus: Et fruſtra eſt Varro qui concionem quaſi coactionem dici putat. *Sic à lacte coacto*, inquit, *caſeus nominatus, ſic ex hominibus concio dicta. Dacerius.*

*Concipilaviſti.*] Idem ac Compilaſti. ut reciprocus, reprocus: reciperare, reparare: incitegere, integere. *Joſ. Scaliger.*

*Concipilaviſti.*] Corripuiſti. Locus Nævii non extat, ea voce uſus Plaut. Trucul. 2. 4.

 ....*quem*

Conclavatæ dicebantur, quæ ſub eadem erant clave.

Conclavia dicuntur loca, quæ una clave clauduntur.

Condere, imponere. Condere proprie eſt unum, & in interiorem locum dare ad cuſtodiam faciliorem. quod verbum nunc ſignificat conſcribere: nunc facere: nunc componere, & inſtruere.

Condicere eſt dicendo denuntiare.

Condictio in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio.

Condictum eſt, quod in communi eſt dictum.

Condulus anulus. Condalium ſimiliter anuli genus.

Confecerunt, una fecerunt.

Confeta ſus dicebatur, quæ cum omni fetu adhibebatur ad ſacrificium.

## NOTÆ.

*—— —— ——. —— quem ego*
*Oſtatim, jam jam concipilabo.*

*concipilare* idem quod *compilare*, ut *reciprocus* ;. *reprocus*: *incitegere*, *integere*. Vide *incitega*. *Dacerius*.

*Conclavatæ.*] Haud dubie legendum *Conclavia*. & recte huic expoſitioni convenit Græcorum interpretatio. *Conclavia*, *συνοίκια*. Quin & ſequentia confirmant. *Joſ. Scaliger*..

*Conclavatæ.*] Subintelligitur *ædes*. Ædes conclavatæ ſunt quæ una clave clauduntur, & idem videntur facere, quod *conclave* ſive *conclavium*. Unde & hic etiam *conclavia* legendum concludit doctiſſ. Scaliger fruſtra. Aliud enim *conclave*, aliud *conclavata*. Nam conclavatas ædes dixiſſe veteres puto compluria cubicula pervia quæ porta una ſive clave clauderentur; quamvis hoc non ſatis dilucide apud Feſtum.

*Conclavia.*] Conclave & conclavium nam utrumque dicitur, eſt locus ſecretior in penetralibus intimis domus, una clave domeſticis pervius. Vel ut ait Donatus; *conclave eſt ſeparatior locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærentia Triclinio*.

*Condere.*] Simul in interiorem locum dare cuſtodiæ cauſſa; ut, *condit opes alius*. Aliquando *conſcribere*, ut *exercitum condidit*, id eſt conſcripſit. Aliquando facere, componere, inſtruere, ut *condere carmen*, *bella* &c. Aliquando *renovare*, in integrum reſtituere. Florus 1. 3. de Tullo Hoſtilio. *Hic omnem militarem diſciplinam artemque bellandi condidit*. Et alibi: *Auguſtus condidit imperium*. *Dacerius*.

*Condicere.*] Veteres Græci, *συντίθεσθαι μετὰ παραγγελίας*. *Condictio*, *συνταγή*. *Joſ. Scaliger*.

*Condicere.*] Proprie eſt cum actor adverſario denuntiat ut certa & ſtata die judicio adſit. Poſtea factum eſt ut in quovis alio negotio *condicere* dicantur ii qui ex compacto quidpiam gerunt, & mutuo ſibi denuntiant diem locumque rei gerendæ. Plaut. Curcul.

*Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies.*

Inde *condictio* in diem certum rei quæ agitur denunciatio & *condictum* quod in communi dictum eſt. Inde condicere cœnam alicui eſt illi denuntiare ſe apud eum cœnaturum, quod Cicero abſolute dixit *condicere* lib. 1. famil. ep. 9. *cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me*.

*Condictio.*] Vide not. ſup. eadem videtur quæ *comperendinatio*. Vide *res comperendinata*.

*Condictum.*] Nam *condicere* eſt ſimul dicere. Pomp. lib. 66. de empt. *In vendendo fundo quædam etiam, ſi non condicantur, præſtanda ſunt*. *Dacerius*.

*Condulus.*] Ita propius accederet ad originem ſuam, *κόνδυλος*. ſed ſcimus veteres Condalum dixiſſe, & Condalium. *υ* in *α*. ut *κύλιξ*, calix. Plautus quoque fabulam Menandri *δακτύλιον* cum verteret, *Condalium* eam nominavit.

*Condulus.*] A Græco *Κονδύλος*, quod articulum notat. Sed veteres *condalum* & *condalium* dixere *υ* in *α* mutato, ut *κύλιξ*, *calix*. Plautus quoque cum fabulam Menandri *δακτύλιον* nomine verteret, *condalium* eam nominavit. Eſt autem *condalium* annuli genus quod ſervi digitis ferebant. Plaut. Trinum. 4. 3.

*———— Satin' in Thermopolio*
*Condalium es oblitus, quando thermopotaſti gutturem.*

*Confecerunt.*] Una fecerunt. Sic apud Terent. *confeciſtis*, pro una feciſtis. Phorm. 2. 1.

*Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.*

Nam quod alii interpretantur, *effeciſtis*, *perfeciſtis*, non placet. *Dacerius*.

*Confeta ſus.*] Talis fuit, quæ cum triginta porculis ab Ænea mactata eſt. Ambegna quoque ovis, confeta dici poteſt. *Joſ. Scaliger*.

*Confeta ſus.*] Qualis fuit quæ cum triginta porcis ab Ænea mactata eſt, de qua Virg. lib. 8.

*Littoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus*
*Triginta capitum fœtus enixa jacebit,*
*Alba ſoli recubans, albi circum ubera nati.*

Confu-

Digitized by Google

Conflages loca dicuntur, in quæ undique confluunt venti.

Confœduſti, fœdere conjuncti.

Confugelam antiqui confugium dicebant.

Congruere dictum eſt à gruibus, (quæ non ſe ſegregant, ſive cum volant, ſive cum paſcuntur.

Conjector, interpres ſomniorum.

Conitum genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant. Conitum Afranius pro ornatu & excultu poſuit.

Conivola, occulta.

Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint conlatæ, à qua porta Romæ Conlatina dicta eſt.

Conlativum ſacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.

Conlativum ventrem magnum, & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur.

## NOTÆ.

*Confluges.*] Nonius *Confluges* loca, in quæ diverſi confluunt rivi. Iſidorus lib. XIV. c. LVIII. *Confrages. Ful. Urſinus.*

*Conflages.*] Iſidorus legit confrages. ſed idem eſt propter cognationem F, cum R. ut ſufflamen, ſufframen. Fraxtabula, Flaxtabula. Eodem modo compoſitum confluges, quam Homerus vocat μισγάγκειαν. Livius Andromeda:

*Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.*
*Joſ. Scaliger.*

*Conflages.*] Voſſius legit *confluges* propter verbum *confluunt*. Male ut videtur, nam *conflages* & *confluges* diverſa res eſt. Ut mox patebit. Sed pro *confluunt* legendum omnino *conflant*. ſic *conflages* loca dicuntur in quæ undique conflant venti. A *conflatum*, *conflages* ut à *ſtratum ſtrages*. Iſidorus habet *confrages* quod idem eſt nam L & R cognatæ inter ſe ſunt & facile commutantur. At vero *confluges* loca ſunt in quæ rivi diverſi confluunt. Livius Andromeda.

*Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.*
Homerus μισγάγκειαν vocat. *Dacerius.*

*Confœduſti.*] Imo potius videtur *Confiduſti*. à fidus, fiduſtus: ut ab ancus, anguſtus: ab uncus, unguſtus. *Joſ. Scaliger.*

*Confœduſti.*] Scaliger legit *confiduſti*: A *fidus*, *fiduſtus*. Sed nihil mutandum, nam ut optime Voſſius, à *con* & *fœdus* eſt *confœduſtus* ut ab *onus*, *onuſtus*.

*Congruere.*] A gruibus verbum antiquum *gruere* Gloſſarium *Gruunt* γερανίζει. Unde *congruere* expedire inter ſe convenire. Terent. Heauton. 3. 1.

*Ne nos inter nos congruere ſentiant.*

*Congruere* etiam eſt ſimul irruere ut grues quæ non ſe ſegregant. Idem. Eunuch. 5. 8.

*— — cui tam ſubito congruerint commoda.*

*Conjector.*] Conjectoribus viri, conjectricibus mulieres utebantur. Innuit Plaut. milite 3. 1. Ubi mulier virum ſuum alloquitur.

*——— da quod dem quinquatribus*
*Præcantatrici, conjectrici, hariola, atque haruſpica.*

Inde *conjecturam facere* proprie dicebantur ſomniorum interpretes. Plaut. Curcul. 2. 1.

*Potin' conjecturam facere ſi narrem tibi*
*Hac nocte quod ego ſomniavi dormiens?*

*Conitum.*] In lib. vet. *Coniptum.* Quæ vera lectio. *Coniptum* à κονίπτω pulvere aſpergo. *Dacerius.*

*Conitum.*] Placeret, *comtum. Ful. Urſinus.*

*Conitum Afranius.*] Hæc alio pertinent. Legendum *comtum Afranius*. Vide *comptus. Dacerius.*

*Conivola.*] Duplicem lectionem reperio in Gloſſis Iſidori: *Conivoli, concordes, juncti.* & *Cohibuli, concordes, conjuncti.* Utrique aſtipulatur Gloſſarii auctor, qui *cohivum*, & *conivum* interpretatur κάλυκα ῥόδου μεμυκότα. Ut videatur jam antiquitus in dubium hoc revocatum, utrùm Conivum, an cohivum dicendum eſſet. *Joſ. Scaliger.*

*Conivola.*] A *coeo* veteres fecere *coius* & interjecta aſpiratione *cohivus* ut *cohercere*. Hinc *cohivum* Gloſſarium interpretatur Calycem roſæ qui adhuc coit necdum apertus eſt. *Cöhivum* κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Quod etiam *conivum* dixere. Idem Gloſſarium *conivum* κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Hinc diminutivum *conivolus*, occultus qui coit nec apertus eſt. Unde per metaphoram *conivoli*, & *cohivoli*, ſive *cohivuli* dicuntur amici concordes. Gloſſæ Iſidor. *Coivoli, concordes, juncti.* Item *cohivoli, concordes, conjuncti.*

*Conlatia.*] Latii in via Tiburtina oppidum prope Romam. A quo Collatina porta. In colle hortulorum ad Septentrionem, quæ & *Pinciaria* à palatio Pincii Senatoris.

*Conlativum ſacrificium.*] Ad quod ſinguli conferebant, qualia erant ſacrificia quæ Latinis feriis & Paganalibus etiam fiebant. *Dacerius.*

*Conlativum ventrem.*] Plaut. in Curcul. *Ant. Auguſtinus.*

Conlucare dicebant, cum profanæ ſilvæ rami deciderentur officientes lumini.
Conquirere, coercere.
Conregione, è regione.
Conruſpari, conquirere. Plautus: Conruſpare tua conſilia in pectore.

## NOTÆ.

*Conlativum ventrem.*] Locus Plauti eſt Curcul. 2. 1.

*———— Qui hic eſt homo*
*Cum collativo ventre atque oculis herbeis.*

*Dacerius.*

*Conlucare.*] Profanam ſilvam dixit: Quia luci ſacri erant intædui, propterea ita deprecatur paſtor ille apud Ovidium in ſacro Palili:

*Seu mea falx ramo lucum ſpoliavit opaco,*
*Unde data eſt teneræ fiſcina frondis ovi.*

Neque tibi imponat, quod in Gloſſario legitur: *Conlucatis*, εἶδος νεκροῦ. Legendum enim, *Conlocatio*, εἶδος νεκροῦ. erat autem *Conlocare mortuum*, in janua ponere, pedibus in publicum converſis. Quod Græci προτίθεσθαι νεκρόν. Perſius:

*——— tandemque beatulus alto*
*Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis*
*In portam rigidos calces extendit. — —*

Gloſſæ Grammaticorum, in illud Ἰλιάδος τ'. ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένον. εἰς τὸ πρόθυρον, inquiunt, βλέπων. τοιοῦτο γάρ τι σχῆμα τῆς τῶν νεκρῶν προθέσεως. Ex quibus illuſtratur Perſianum, *In portam rigidos calces extendit.* Mos erat eam πρόθεσιν à filiis fieri. Dio in Tiberio de Liviæ exceſſu: καὶ αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, οὔτε ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο. Male enim hodie προσέθετο. *Joſ. Scaliger.*

*Conlucare.*] Succiſis arboribus locum implere luce, infra in *ſublucare* Columel. lib. 2. *Neque terram aperire, neque arborem conlucare.* Gloſſæ Græculat. Διακαθαίρειν δένδρον, *conluco.* Dicitur & *ſublucare. Interlucare* etiam dixit Plin. hoc eſt, lucis cauſſa ſuperfluos ramos amputare. Hic autem *profanam Sylvam* dixit Feſtus quia luci, hoc eſt Sylvæ ſacræ, non cædebantur niſi prius facto piaculo. Vide Caton. de r. r. cap. 130. *Dacerius.*

*Conquirere.*] Legendum *Coinquire*, vel *Coinquere*. utrumque enim videtur uſurpatum, *Coinquio*, & *Coinqueo.* verbum nemini hactenus, quod puto, animadverſum. Dictum autem veteri diſtortione coinquio, pro coanquio. anquire à Græco ἄγχειν, à quo anquina. Cinna:

*Atque anquina tenet ſtabilem firmiſſima curſum.*

veteres ergo per Q. dicebant, quod poſtea per G. Nam *Anquere* prius fuit, quam *Anguere.* *Coinquire* ergo ſeu Coinquere arbores, eſt coercere. verbum aptum ei rei. In tabula marmorea non dudum Romæ effoſſa, cujus exemplum communicavit mihi Cl. Puteanus, ita legitur: EARVMQVE. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. ALIÆ. SINT. REPOSITÆ. &c. Videndum igitur, num ſuperius, ubi legimus, *Coinquire deputare:* idem verbum intelligere debeamus, & mutilatoris negligentia commiſſum ſit, quo minus illud explicatum ſit. Nam fulguritas arbores coercere, nihil aliud, quam ea parte ramis collucare, qua de cælo tactæ ſunt. ut pro deputare, legendum videatur, putare. Sane quidquid eſt, illud *coinquire.* nihil aliud eſt, quam id verbum, de quo nunc agimus. *Joſ. Scaliger.*

*Conquirere, coercere.*] Scaliger legebat: *coinquire coercere* ut ſit quod ſupra *coinquire deputare.* Sive ut idem hic legit *putare*, nam fulguritas arbores coercere nihil aliud quam ea parte ramis conlucare, qua de cœlo tactæ ſunt, locum adi. Ego quidem nihil mutandum cenſeo. *Conquirere* ut *inquirere* puto eſſe verbum juris. Et conquirere vitia, fures, &c. dicuntur, qui inquirunt & ita coercent. Quare *conquirere coercere.* Tamen vetus codex ex ſententia Scaligeri habet *coinquere coercere.* Sic τὸ *coercere* pro *coinquere* ſive deputare in precatione ſacrificii quod fieri ſolebat ad conlucandas arbores ſacras apud Catonem: *Si Deus, ſi Dea es, cujum illud ſacrum eſt. uti tibi jus ſiet porco piaculo farere, illius ſacri coercendi ergo.* Ubi coercere idem eſt quod *conlucare* ſupra dicit Feſtus, quod in ſacra ſylva fieri non poterat niſi prius facto piaculo. Sic ſupra Feſtus *coinquire* interpretatus eſt *deputare*, ut ſexcentis locis apud Plin. & Columel, *deputari* vites & arbores dicuntur quarum ſuperflui reciduntur rami: Et Ovid. de Nuce.

*Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras.*

*Conregione.*] *E regione.* Hac voce utebantur Pontifices in effandis templis auguralibus, vel finibus fanorum & ararum, cum regionum ipſarum terminos concipiebant. Varro lib. 6. *Interea conregione, conſpicione, cortumione, utique ea rectiſſime ſenſi.* Conregione, hoc eſt, ut Varro ipſe interpretatur, intra eas regiones qua oculi conſpiciunt.

*Conruſpari.*] Ruſpari eſt ſcrutari, ſtudioſe quærere. Accius in Meleagro.

*Vagent ruſpantes ſylvas, ſectantes feras.*

Vide infra *Ruſpari.* Plauti locus quem laudat Feſtus in editis comœdiis non extat.



Digitized by Google

Conſcripti dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, ut numerus Senatorum expleretur.

Conſentia ſacra, quæ ex multorum conſenſu ſunt ſtatuta.

Conſiderare à contemplatione ſiderum videtur appellari.

Conſilium vel à conſulendo dicitur, vel quod in unam ſententiam plurium mentes conſiliant, & conveniant. ſed à ſilentio credibilius dictum putatur, quo maxime invenitur.

Conſiluere Ennius pro conticuere poſuit.

Conſiptum apud Ennium pro conſeptum reperitur. Conſiptum clavis præfixum.

Conſponſor, conjurator.

Conſponſos antiqui dicebant fide mutua conligatos.

Conſternatio, quæ eſt concitatio quædam ſubita ex aliquo metu; à ſternutamento deducta eſt, quod eo toto concutimur corpore.

Conſtitutus hominum à conſiſtentium multitudine appellatur.

## Notæ.

*Conſcripti.*] Ergo iidem ſunt conſcripti qui adlecti. Quos vide ſuo loco. Eos Junius Brutus legit. Liv. lib. 2. *Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam explevit, traditumque inde fertur ut in ſenatum vocarentur. Qui patres quique conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet in novum ſenatum appellabant lectos.* Vide *qui patres. Dacerius.*

*Conſentia ſacra.*] Erant gentilium inter ſe *Conſentia ſacra*, & *Conſentes Dii.* ut Corneliorum, Valeriorum &c. *Joſ. Scaliger.*

*Conſentia ſacra.*] Erant gentilium inter ſe, ut Corneliorum, Valeriorum, & pro tota gente fiebant, conſentiente gentilitate.

*Conſiderare.*] Aſtrologorum proprium qui ſidera intuentur. Vide *Deſiderare.*

*Conſilium.*] Imo omnino à *conſulendo* u verſo in i. Sic ab *exul*, *exilium.* *Conſulo* autem à *ſalio.*

*Conſiluere.*] Conſileo, conſilui, ut conticeo, conticui.

*Conſiptum.*] Pro *conſeptum* veteres dixere *conſipitum* unde *conſiptum.* Quod eſt agri circa templum ſpatium Deo dicatum. Varro lib. 6. *Extemplo eſt continuo, quod omne templum debet circum ſeptum, nec pluſquam unum introitum habere.* Ubi Varroni *circumſeptum* eſt quod Feſto *conſeptum*, περίβολος, περίφραγμα. Apud Ennium hæc vox hodie non extat, nam quod ait Scaliger Feſtum intelligere ex Medea Ennii. *Teneor conſipta undique venor.* Id vero probare non poſſum. Ratio eſt quod vocem ipſam produxiſſet Feſtus uti ea apud Ennium & non mutato genere. Nam ita ſolet.

*Conſponſor.*] Intelligendum hic conjuratores, qui pœna ſacramenti mutuo ſe provocant, cum in rem aliquam agerent, puta in litem vindiciarum. *Nam*, ut inquit Varro, *qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus, uterque quinquagenos æris ad pontificem deponebant* &c. Nam formula provocationis erat hæc, QVANDO. NEGAS. TE. SACRAMENTO. QVINQVAGENARIO. PROVOCO. &, QVA. DE. RE. PETO. LAVDABILITER. JVRA. Hoc erat Conſponſio. Nam qui exegerat juramentum, rurſus & ipſe ſacramentum adigebatur ab adverſario, vide ſacramentum. *Joſ. Scaliger.*

*Conſponſor.*] Intelligendum hic conjuratores, qui pœna ſacramenti mutuo ſe provocant cum in rem aliquam agerent, puta in litem vindiciarum, nam ut inquit Varro, qui petebat & qui inficiabatur, de aliis rebus, uterque quinquagenos æris ad Pontificem deponebant. Nam formula provocationis erat hæc. QVANDO. NEGAS. TE. SACRAMENTO. QVINQVAGENARIO. PROVOCO. & QVA. DE. RE. PETO. LAVDABILITER. JVRA. Hoc erat conſponſio. Nam qui exegerat juramentum, rurſus & ipſe juramentum adigebatur ab adverſario. Vide in voce *ſacramentum.* Scaliger. Alias *conſponſores* etiam dicti qui ſe ſimul pro quopiam obligarunt. *Correi* debiti Juriſconſultis dicti.

*Conſponſos.*] Sic eos dicebant qui ſibi mutuam fidem dederant. Uſus Nævius ut docet Varro lib. 5. *Hinc ſponſus, conſponſus. Hoc Nævius ſignificat cum ait: conſponſi.*

*Conſternatio.*] A ſternutamento. Ergo Feſtus per conſternationem metum illum intelligit quem ex ominoſo ſternutamento Romani veteres concipiebant. Sed neque ad vocis originem acceſſit. Imo & quidam libri habent *à ſternatumente* quam veram lectionem puto. Veteres *ſternere* dicebant & *ſternare* quod eſt dejicere. Ab hoc *conſternare*, *conſternatio* animi dejectio. In fine lege *quod ea toto. Dacerius.*

*Conſtitutus.*] Non leviter depravatus locus. Sic legendum videtur: *Conſtitutus hominum, Conſiſtentium multitudo appellatur.* Varro: *Comitiales dicti,*

quodi

Digitized by Google

Conſualia ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant; quem deum conſilii putabant.

Conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit.

Conſulas antiqui ponebant, non tantum pro conſilium petas, & perconteris; ſed etiam pro judices, & ſtatuas.

Contagionem eſſe dicendum, non contagium.

Contemplari dictum eſt à templo; id eſt loco, qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem antiqui templum nominabant.

Conteſtari eſt, cum uterque reus dicit, Teſtes eſtote. Conteſtari litem dicuntur duo, aut plures adverſarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote.

## NOTÆ.

*quod tum eſſet populi conſtitutus ad ſuffragium ferundum. Joſ. Scaliger.*

*Conſtitutus hominum.* ] Hominum cœtus. Varro: *Comitiales dicti, quod tum eſſet populi conſtitutus ad ſuffragium ferendum.* A conſiſtentium multitudine dictum vult Feſtus (neque enim depravatus hic locus ut perperam voluit Scaliger) nam ſic apud Gellium locus ubi conſiſtitur *conſtitio* pro quo libri quidam habent *conſtitutio.* Melius tamen à verbo *conſtituere* quod ibi ad conſtitutum conveniat populus. Quin & τὸ *conſtitutum* apud Tullium legitur pro loco ubi conveniebant. In Orat. pro Cœlio. *Graves erunt homines qui hoc dicere audeant, cum ſit his conſitendum ne congreſſu quidem & conſtituto cœpiſſe de tantis injuriis experiri. Dacerius.*

*Conſualia.* ] Gloſſarium: *Conſo*, τῷ υἱῷ τοῦ ἵππου. Male. *Joſ. Scaliger.*

*Conſualia.* ] Feſta quæ Deo Conſo peragebantur. 12. Kal. Septembr. Ovid. Faſt. 3.

*Feſta para Conſo: Conſus tibi cætera dicet,*
*Illo feſta die dum ſua ſacra canes.*

*Ludi equeſtres* etiam dicebantur, quibus Sabinæ virgines raptæ ſunt. Vide Liv. lib. 1. Varr. lib. 5. & Plutarch. in Romulo.

*Conſuetionem.* ] Locum Plauti quem vult Feſtus, hodie inter fragmenta legere eſt. Sed male ibi *conſuetudo* pro *conſuetio* legitur.

*Clandeſtina ut celetur conſuetudo.*

Lege *conſuetio.* Imo & hic verſus eſt ex Amphit. 1. 2.

*Et clandeſtina ut celetur conſuetio.*

Ubi male libri omnes editi, *celetur ſuſpicio. Conſuetio* primus reſtituit *Scioppius. Conſuetio*, συνήθεια: *conſueſcere*, συνεῖναι. Sed hæc nimis nota. *Dacerius.*

*Conſulas.* ] Attius in Bruto: — *qui recte conſulat, conſul cluat.* ita legendum apud Varronem memini me admoneri ab amico quodam meo Colonienſi, doctiſſimo juvene. *Joſ. Scaliger.*

*Conſulas.* ] Conſulere pro conſilium petere. Cicer. in Varr. 2. *Nunc ego judices vos conſulo, quid mihi faciendum putetis.*

*Pro judices & ſtatuas.* ] Male vel bene de aliquo vel in aliquem conſulere, eſt, ſtatuere, decernere de eo, quod ei vel commodum ſit vel incommodum. Terent. Heaut. 3. 1.

*Quia peſſime iſtuc in te atque in illum conſulis,*
*Si te tam leni & victo animo eſſe oſtenderis.*

Livius lib. 30. *De perfugis gravius quam de fugitivis conſultum.*

*Contagionem.* ] Salluſt. *Poſt ubi contagio, quaſi peſtilentia invaſit.* Sed & contagium dixit Virgil.

*Nec mala vicini pecoris contagia lædent.*

*Contagio* & *contagium* antiqui ſimpliciter conjunctionem ſignificabant *tago* pro *tango*, *contago.* Sed poſtea ad venenum traducta & morbum qui ſerpit, gliſcit, & contactu inficit.

*Contemplari.* ] Templum dicitur quivis locus vacuus & apertus ut *ætherea templa*, regiones ætheris. *Acheruſia templa*, &c. Unde in auguriis templum dicitur locus auſpicii cauſſa, quibuſdam conceptis verbis finitus in edito & aperto ad proſpectum, ſingulis ejus lateribus obverſis ad ſingulas mundi plagas, in cujus umbilico erat *arx* ſeu *auguraculum* ſeu *tabernaculum* ad obſervandas alitum auguralium volatus. Ab eo igitur contemplari. Sed vide apud Varronem lib. 6. qui optime totam templorum ſignificationem eſt perſecutus, etſi in Etymo operam luſerit, neque enim *templum* à *tuendo* quaſi *tuemplum*, ſive *tuempulum* ut ipſe, docet, verum à τέμενος quomodo non ſolum agri partem aliquam, ab aliis diviſam & ſecretam quæ viris fortibus & regibus pro honore dabatur ut Tarquinio Superbo in campo Martio, Græci dixere, ſed locum quemvis patulum & apertum certis quibuſdam finibus terminatum; ſic Æſchylus dixit τέμενος αἰθέρος, *templum ætheris. Dacerius.*

*Conteſtari.* ] Interpunctionis nota videtur addenda ad verbum, *uterque. Ful. Urſinus.*

Con-

Contignum fruſtum carnis cum ſeptem coſtis demptum.

Contrarium æs, grave æs.

Contubernales dicuntur à tabernis, quæ fiebant ex tabulis. unde & tabernacula dicta ſunt, licet ex tentoriis, & ex pellibus fiant.

Contubernium dicitur contubernalium habitatio.

Contuoli oculi ſunt in anguſtum coacti conniventibus palpebris.

Convallis eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus, collibuſve. Vallis duobus lateribus incluſa planities. Vallis deminutivum vallicula facit.

Conventæ * conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. * Conventa.

Conventus quatuor modis intelligitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum eſſe dicimus; Altero, cum ſignificatur multitudo ex compluribus

## Notæ.

*Conteſtari.*] Apud veteres Latinos petitor, & is unde petebatur, ille petens, hic negans primum inter ſe vel in jure apud Prætorem, vel in judicio apud pedarium judicem contendebant, præſentibus teſtibus, quos uterque ſui facti memores eſſe jubebat hac formula: *teſtes eſtote.* Inde *conteſtari litem* & *litis conteſtatio* dici cœpta ſunt, qua ſcilicet litis conteſtatione, uterque ſe liti perſequendæ obſtringebat apud judicem à Prætore dandum, & ex ea formula quam daret, ita ut à neutro liceret ſalva lite diſcedere. Unde Gloſſ. *lites conteſtatæ αἱ ἀρχὴν λαβοῦσαι ἐν δικαστηρίῳ δίκαι ἐξ ἀντικαθεστώτων. Lites quæ initium capiunt in judicio ex conteſtantibus.* Cicero pro Roſcio: *qui per ſe litem conteſtatur ſibi ſoli petit, alteri nemo poteſt, niſi cognitor eſt factus.* Nunc in foris Gallicanis *litis conteſtatio* non poteſt conſtare actoris intentione, & rei inficiatione ſola, niſi intervenerit judicis ſuper ea re decretum aliquod litis conteſtationi abſolvendæ, in foris enim dicitur: *Il y a conteſtation de cauſe quand le juge a donné ſon apointement à écrire & à produire.*

*Contrarium æs.*] Grave æs, cujus ſinguli aſſes pondo libram. Vide *grave. Contrarium* autem quod non numerato ſed appenſo debita exolvi & alia quæcumque emi ſolebant. Sic dictum à *contra* quod eo ad præponderandum uterentur. Nam quod præponderabat, id *contra eſſe*, hoc eſt, ἀντιῤῥέπειν, & contrarium æs, ἀντίῤῥοπον. Inde ſæpiſſime apud Plautum invenias, *auro contra* vel *contra aurum emere. Talento contra carus non eſt.* hoc eſt, *auro præponderante, contrario. Dacerius,*

*Contubernales.*] Laudo conjecturam doctorum hominum: *Licet & tentoria ex pellibus fiant.* Ego tamen verius crediderim: *Unde & Tabernacula dicta ſunt, licet ex tentis pellibus fiant.* Licet, inquit, non ex tabulis, ſed ex pellibus fiant. Lucillius:

*Hic ubi conſeſſum, pelleſque ut in ordine tenta.*

& apud Cæſarem, *detendere tentoria. Joſ. Scaliger.*

*Conturbernales.*] Vide *adtubernalis.* contubernales qui iiſdem tabernis habitant, & ſub eodem duce pugnant. Et ſic proprie dicebantur decem milites qui ſub uno papilione degebant quibus decanus præerat & caput contubernii dicebatur. Infra legendum eſt: *Licet & tentoria ex pellibus fiant.* Vel ut Scaliger: *licet ex tentis pellibus fiant.* Ut apud Lucilium:

*Nunc ubi conſeſſum, pelleſque in ordine tenta.*

*Contubernium.*] Sueton. in Julio: *Stipendia prima in Africa fecit in Thermi prætoris contubernio. Dacerius.*

*Contuoli.*] Non eſt dubium, quin legendum ſit, *Conivoli*, ut ſupra. Quod & ipſe Grammaticus declarat, cum dicit, *Conniventibus palpebris. Joſ. Scaliger.*

*Convallis.*] A *con* & *vallis.* Male Varro qui *convallis* dici putat *cavata vallis. Dacerius.*

*Conventæ.*] Omnino legendum, *Conventa conditio.* Nam & id ſimpliciter dicebatur conditio, unde formula repudii: Conditione tua non utor. Et quod dicebatur, Parentes liberis ſuis conditiones quærere. *Joſ. Scaliger.*

*Conventa conditio.*] Legendum ut in margine: *conventa conditio.* Quæ & *conditio* abſolute dicebatur. Id eſt, conjunctio, vel pactio nuptiarum, & ſponſaliorum. Plaut. Aulul. 3. 5.

*Narravi amicis multis conſilium meum*
*De conditione hac.*

Inde formula repudii: *conditione tua non utor.* Et quod dicebatur, parentes liberis ſuis *conditiones* quærere. Notandum etiam *conditio* interdum non de nuptiis: ſed de ſtupris intelligi: Sueton. Auguſt. cap. 69. *Et conditiones quæſitas per amicos.*

*Conventus.*] Hoc priori modo Terent. Hecyr. 5. 1.

*Non hoc de nihilo quod Laches nunc me conventum expetit.*



Digitized by Google

generibus hominum contracta in unum locum; Tertio, cum à magiſtratibus judicii cauſa populus congregatur; Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis, aut gratulationis cauſa colligitur.

Convexum eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cœli, ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt.

Convicium à vicis, in quibus prius habitatum eſt, videtur dictum; vel immutata littera quaſi convocium.

Convoti, iiſdem votis obligati.

Copona taberna à copiis dicta.

Coquitare pro coctitare, id eſt frequenter coquere, Plautus poſuit.

Coquum & piſtorem apud antiquos eumdem fuiſſe accepimus. Nævius, Coquus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. ſignificat per Cererem panem, per Neptunum piſces, per Venerem olera.

## NOTÆ.

Reliqui tres modi ſequentes ad unum & eundem poſſunt referri. Nam à conventibus quos Magiſtratus, ſive in Italiæ præfecturis & in provinciis ſuis, ſive Romæ, qui & *conventiones* dicebantur, ut patet ex Varrone, quivis alii cœtus hominum quacumque de cauſſa, *conventus* dicti ſunt. Sed non prætereundum *conventus* nomine præterea deſignari corpus civium Romanorum, qui in quibuſvis oppidis extra Latium, negotiandi cauſſa degebant, qua appellatione ſecernebantur ab oppidianis apud Tullium ſæpiſſime. Et in Orat. pro Sext. *Et tum conventus ille Capuæ, qui, propter ſalutem illius urbis, conſulatu conſervatam meo, me unum patronum adoptavit, huic apud me maximas gratias egit.* Ubi *conventus ille Capuæ*, eſt corpus civium Romanorum qui Capuæ degebant.

*Convexum.*] Quaſi *converſum*. Iſidor. lib. 3. Orig. *Convexum curvum eſt, quaſi converſum ſeu inclinatum & ad modum circuli flexum.* Sed à *veho* potius quam à *verto*, convexum deducitur. Eſt enim *convexum* id quod ſupra concavum convehitur.

*Convicium.*] Hac voce proprie ſignatur confuſa vociferatio quæ fit pluribus pariter una loquentibus. Vulgo dicimus *vacarme*. Terent. hoc ſenſu dixit, Adelph. 2. 1.

——— ——— *Ante ædes non feciſſe erit melius hic convicium.*

Et proprie facere convicium dicitur *occentare*. Vide *occentaſſint*. Inde patet *convicium* eſſe quaſi *convocium* à vocum conlatione, & ita proprie apud Phædr. fab. 6. lib. 1.

*Convicio permotus quærit Jupiter*
*Cauſſam querelæ.*

Priorem tamen etymologiam ſecutus Nonius: *Convicium dictum eſt quaſi è vicis jocum, qui ſecundum ignobilitatem maledictis & dictis turpibus cavilletur.* Sed is quid eſſet *convicium* non ſatis intellexit.

*Convoti.*] Proprie conjuratores συνομνύοντες. *Dacerius.*

*Copona.*] Non video, quare doctis viris hic viſum mutare *à cupis*, pro, *à copiis*. Nam nihil eſt apertius. *Joſ. Scaliger.*

*Copona.*] Non video cur viri docti pro *à copiis* legerint *à cupis*. Nam *cupa*, ut veteres dixere pro *copa*, idem eſt ac *copona*. *Copona* autem ſive *cupa* vel *copa*, & tabernam & mulierem ſignificat. De Muliere Virg.

——— ——— ——— *Copa Syriſca.*

Quod Lucil.

*Caupona hic tamen una Syra.*

Neque tamen *à copiis* dicta *copona*, ut Feſtus opinatur, ſed potius, ut in alphabeto ſuo Angelus Caninius & Scaliger in Conjectaneis, *caupo* à Græco κάπηλος, κάπηλος κάπτειν, ut à κάνθηλος κάνθων. A κάπτειν Latini fecere *caupo* addito *u*. Pro quo etiam dixere *copo* ut pro *aula*, *olla*. & à *copo*, *copona*. Et antiquitus *copo* & *copona* non de una re tantum ut nunc, ſed ad multa alia extendebatur. Ut Græcis κάπηλος.

*Coquitare.*] Hodie hæc vox, apud Plautum, nuſquam legitur, niſi locum intelligat Feſtus qui eſt in Pſeud. 3. 2. ubi nunc *coquinare* legitur.

*Hem mane, quanti iſtuc unum me coquinare perdoces.*

Ubi *coquinare*, eſt à *coquina*, ut & idem *coquinatum* paulo ſuperius dixerat.

*An tu coquinatum te ire quoquam poſtulas.*

Et Aulul. 3. 1.

*Neque ego unquam, niſi hodie, ad Bacchas veni ad Bacchanal coquinatum.*

*Coquum.*] Piſtorem apud veteres non fuiſſe te-

ſtatur

Corbitæ dicuntur naves onerariæ: quod in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi.

Corculum à corde dicebant antiqui ſolertem, & acutum. Plautus in Caſina: Ego ſum liber meum corculum melliculum verculum.

Corda frumenta, quæ ſero matureſcunt, ut fenum cordum.

Corgo apud antiquos pro adverbio, quod eſt profecto, ponebatur.

Corinthienſes ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti, qui antea Corinthii ſunt dicti. quam conſuetudinem ſervamus etiam, cum Romanenſes, & Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.

Corius apud antiquos maſculino genere dicebatur. Plautus: Jam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt. Pari modo diverſo genere dicebant, hæc ludus, hæc metus, hæc amnis, hic frons.

## NOTÆ.

ſtatur Varro in περὶ Μυλώνων. *Nec piſtorem ullum noſſent, niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinam.* & lib. 1. de vita populi Rom. *Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus qui far pinſebat.* Plin. lib. 18. cap. 12. *Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum annis ab urbe condita ſuper* ıↃLXXX. *ipſi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus in fabula quam Aulularium ſcripſit magna ob id concertatione eruditorum an is verſus poëta ſit illius, certumque ſit Atteii Capitonis ſententia, toſtum panem lautioribus coquere ſolitos, piſtoreſque tantum eos qui far pinſebant nominatos.* Sic & apud Plautum *coquum* centies, *piſtorem* vero ne ſemel quidem niſi pro eo qui far pinſit ram *piſtum* antiqui dicebant pro *molitum.* Vide *piſtum.* Locus Nævii.

*Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.*

Ex iis operibus deſumptus fuit quorum nomina hodie non extant. Cur autem per Venerem olera intelligat Nævius, hoc inde eſt quod horti in Veneris erant tutela. Varro lib. 1. de re ruſt. *Adveneror Minervam & Venerem, quarum unius procuratio oliveti, alterius hortorum, quo nomine ruſtica vinalia inſtituta.* Idem lib. 5. de L. L. vide infra poſt *Roſcii* & in *ruſtica vinalia.*

*Corbita.* ] Genus navigii tardum & grave. Plaut. Pœnul. 3. 1.

*— — — Homines ſpiſſigradiſſimos*
*Tardiores quam corbitæ ſunt in tranquillo mari.*

Sic autem dictæ *corbitæ* quod *corbes* in malo παράσημα ſuſpenderentur contra ſolitum morem ſemper enim παράσημα in prora, & inde nomen. *Dacerius.*

*Corculum.* ] Plauti exemplum hic nihil ad rem. ſed potius, quod ait Cicero de Scipione Naſica, cum vulgo *Corculum* dictum. *Joſ. Scaliger.*

*Corculum.* ] Hic Plauti locus quem laudat Feſtus nihil ad rem, nam quo ſenſu dixit Plautus, non pro ſolerti & acuto ſed ὑποκοριστικῶς poſitum eſt. Ut & reliqua verba ad eumdem modum efficta. Sed *corculum*, quo ſenſu ſolertem & acutum ſignificat, dictus Scipio Naſica. Cicero in lib. de claris Orator. *P. etiam Scipionem Naſicam, qui eſt corculum appellatus, qui item bis conſul & cenſor fuit, habitum eloquentem.* Item paulo inferius: *Jam duorum abavorum quam eſt illuſtre nomen, P. Scipionis, qui bis conſul fuit, qui eſt corculum dictus.*

*Corda frumenta.* ] Non de plantis tantum, ſed & de animalibus *cordus* dicitur. Varr. lib. 2. de re ruſt. cap. 1. *dicuntur agni cordi qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in volvis intimis, vocant χορίον à quo chordi appellati.* Ubi à χορίον quod eſt membrana fœtus, chordum dici putat: ſed melius Martinius qui à Græco κουρίδιος, *juvenilis*, vel ab ὅρος *terminus, finis.* vel ut quidam volunt à χόρτος, *herba.* Hominibus etiam ſero natis id nomen tributum. Ita Cordus Cremutius. Vide Plin. *Dacerius.*

*Corgo.* ] Vetus Gloſſarium per G, Gorgo. Goreo, ἀναμφίβολος. Lege, *Gorgo*, ἀναμφιβόλως. *Gorgi*, ἀναμφίβολοι. *Joſ. Scaliger.*

*Corgo.* ] Quaſi *corde ago* dici putat Martinius: in Gloſſ. Philox. legitur *Gorgo*, ἀναμφιβόλως. *Gorgi*, ἀναμφίβολοι. *Gorgo* pro *corgo*, *c* mutato in *g*.

*Corinthienſes.* ] Qui Corinthum habitant, ſed aliunde nati ſunt. At Corinthii, Corintho oriundi, etſi aliud ſolum colant. Sic *Romanenſes*, *Sicilienſes*, *Hiſpanienſes.* Soſipater: *Cum dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus, cum autem Hiſpanienſis, cognomen eorum qui provinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani.* *Dacerius.*

*Corius.* ] Lege, *Hæc lupus*: non *Hæc ludus.* Ennius:

*Endotuetur ibi lupus femina conſpicio amnem.*

*Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

Corniſcarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela eſſe putabantur.

Cornua Liberi patris ſimulachro adjiciuntur, quem inventorem vini dicunt: eo quod homines nimio vino truces fiunt.

Corolla deminutivum eſt à corona. corollam nova nupta de floribus, verbenis, herbiſque à ſe lectis ſub amiculo ferebat.

Corona, cum videatur à choro dici, caret tamen aſpiratione. ſive coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

Corpulentis Ennius pro magnis dixit. nos corpulentum dicimus, corporis obeſi hominem.

## NOTÆ.

*Corius.*] Ignoratur Comœdiæ nomen, unde Plauti locus quem Feſtus laudat petitus eſt. Et idem eo alibi maſculino genere uſus eſt ut Pœnul. act. 1. Scena 1.

*Tres facile corios contriviſti bubulos.*

Et Varro in Eumenid.

*Nunc corius ulmum tuus depavit, pergis, heja.*

*Hæc ludus.*] Optime notavit Scaliger legendum eſſe *hæc lupus* ut apud Enn.

*Endoruetur ibi lupu' fæmina, aſpicio amnem.*

Neque enim *hæc ludus* unquam dixere veteres. ſed pro ea dicebant *luſio* vide Nonium.

*Hæc metus.*] Ennius.

*Ni metus ulla tenet, rite virtute quieſcunt.*

*Hæc amnis.*] Plautus in Mercat.

*Neque ulla mihi obſtabit amnis, neque mons, neque adeo mare.*

*Hic frons.*] Cæcilius in ſubditītio:

*Nam ii ſunt inimici peſſimi fronte hilaro.*
*Corde triſti, quos neque ut apprehendas, neque ut mittas ſcias.*

*Dacerius.*

*Corniſcarum.*] Cornices eſſe in tutela Junonis præter fabulas, cognomen etiam ipſius Deæ docuerit, *Moneta.* nam inde Gracchuli *Monetæ*, & *Monetulæ* dicti. Poſterior ætas per D. *Monedulæ*. Gloſſarium exponit *Monetam*, μνημοσύνην. non male. Hyginus: *Ex Jove, & Moneta, Maia.* Moneta ergo ἡ Μνημοσύνη, mater Muſarum: & in Odyſſea veteri Livii Andronici: *Nam Diva Monetas filia docuit*, hoc eſt μοῦσα. Nam eſt ex illo:

— — — ἔνεκ' ἄρα σφίας
Οἴμας μοῦσ' ἐδίδαξε — — —

*Joſ. Scaliger.*

*Corniſcarum divarum locus.*] Lego *lucus.* in vett. Epigrammate DEINAS CORNISCAS SACRVM. Sic dictus à cornicibus quas in Junonis tutela eſſe vel bullatæ ætati notum eſt. Hanc ideo natalem dixit Tibull. lib. 2. El. 2. quod Juno natalis dea eſt.

*Huc veniat natalis avis prolemque miniſtret.*

Corniſcas abſolute vocat P. Victor, qui ponit in decima quarta urbis regione trans Tiberim. *Dacerius.*

*Cornua.*] Alluſit Horatius:

— — — *& addis pauperi.*

*Joſ. Scaliger.*

*Cornua.*] Nicandri Scholiaſtes ἀλεξιφαρμάκοις· οἱ παλαιοὶ κέρασιν ἐχρῶντο ἐν τῇ πόσει ἀντὶ τῶν ποτηρίων, ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι εἴρηται. ἢ διὰ ταυρωτικὸν τῶν πινόντων, τουτέστι τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου ἰσχύν. Ὁ Διόνυσος καὶ ταυρόκερως. i. *Antiqui cornibus utebantur pro poculis unde & κεράσαι vinum infundere dicitur. Vel propter torvitatem bibentium, hoc eſt robur à vino datum. Bacchus etiam Tauriformis.* Ad hanc bibentium torvitatem alluſit Horatius: *Et dat cornua pauperi.*

*Corollam.*] Sub amiculo, hoc eſt ſub flameo: quo nubens caput obnubebat. Catull.

*Cinge tempora floribus*
*Suaveolentis amaraci,*
*Flammeum cape.*

Qui locus interpretes latuit. *Dacerius.*

*Corona.*] Et nos quoque alibi docuimus Coronam Græcæ originis eſſe. Simonides:

Φοῖβος ἐσμεγεῖται τοῖς τανδαρείδησιν ἀοιδῆς,
ἂν ἄμυτροι πέπλιγες ἀπημείψαντο χορωνῷ.

Ideoque non carebant ratione, qui cum aſpiratione ſcribebant. *Joſ. Scaliger.*

*Corona.*] Non à choro, ſed à Græco χορωνὸς, nam primum veteribus στέφανος *corona* χορωνὸς vocabatur. παρὰ τοὺς χορούς. Quæ vox apud Simonidem legitur. Imo potius *corona* à Κορώνη quam Heſych. interpretatur εἶδος στεφάνου. *Speciem Coronæ.*

*Corpulentis.*] Hæc vox in Ennii fragmentis non apparet. Sed inde in Gloſſis. *Corpulentus*, μεγαλόσωμος. *Magni corporis.* Poſtea *corpulentus* dici cœpit

pro,

Coſſi ab antiquis dicebantur natura rugoſi corporis homines, à ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur.

Cotiliæ lacus appellatur, quod in eo eſt inſula Cotilia nominata à Græcis.

Coturnium vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur.

Coturnix appellatur à ſono vocis.

Cracentes graciles. Ennius: Succincti gladiis media regione cracentes.

Craticulum à Græco κρατίω deducitur.

Crebriſuro apud Ennium ſignificat vallum crebris ſuris, id eſt palis, munitum.

Creduas, credas. Plautus: Ipſus nec amat, nec tu creduas.

Creperum, dubium, unde increpitare dicimus, quia male dicta fere incerta & dubia ſunt.

## Notæ.

pro pingui. *Corpus* enim pinguedo. Unde *corpus facere* dixit Phæd. pro pingueſcere. Ut contra *corpus amittere*, pro macilentum fieri. Quod jam olim viris doctis annotatum. *Dacerius.*

*Coſſi.*] Ante *Cotiliæ* in l. m. amplius eſt. Cothones appellantur portus in mari arte, & manufacti. *Ful. Urſinus.*

*Coſſi.*] Eos poſtea Cuſos invenio vocatos. Gloſſarium: *Cuſus*, ξύλου σκώληξ. Unde Hiſpani hodie vocant *Guſanos*. *Joſ. Scaliger.*

*Coſſi.*] Alii vermes iſtos non *coſſos* ſed *coſſes* vocant, nempe *coſſis* & *coſſus* ut *matrimus* & *matrimis*. Coſſi poſtea *cuſi* vocati. Gloſſ. *cuſus* ξύλου σκώληξ. *Ligni vermis. Dacerius.*

*Cotiliæ lacus.*] Malim Cutiliæ, ut apud Varronem lib. IV. de Lingua Latina, & Plin. lib. III. cap. XII. *Ant. Auguſtinus.*

*Cotilia.*] A Græcis quibus ſcilicet reſponſum redditum:

*στείχετε μαιόμενοι σικελῶν σατούρνιον αἶαν,*
*ἠδ' ἀβοριγινέων, κοτύλη οὗ νᾶσος ὀχεῖται.*

κοτύλην ergo Græci vocarunt. In Strabone monuimus κωπισκολίας perperam legi. Legendum enim κοτυλίας. *Joſ. Scaliger.*

*Cotiliæ lacus.*] Alii *Cutiliæ*. Et *lacum Cutilienſem* vocat Varro. Sed apud Dionyſ. & Strab. *Cotilia* legitur. Italiæ umbilicus in agro Rheatino, intra Rheate & Amiternum. A Græcis nomen traxit quibus Κοτύλη inſula dicitur in reſponſo illis reddito.

*Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατύρνιαν αἶαν,*
*Ἠδ' Ἀβοριγινέων, κοτύλη οὗ νᾶσος ὀχεῖται.*
*Vadite quærentes Siculúm Saturniam terram*
*Vel aboriginum, Cotilia ubi inſula fertur.*

*Dacerius.*

*Coturnium.*] Ego non puto differre à Gutturnio. Sed literæ in ſuas cognatas degenerarunt. *Joſ. Scaliger.*

*Coturnium.*] A *gutta* eſt *gutturnium* ſic dictum quod guttatim funderet. Poſtea *g* in cognatam *c* mutata *coturnium* factum eſt. Vide *Gutturnium.*

*Coturnix.*] A ſono vocis dictam vult Feſtus, quod primam in cantu ſyllabam referat. Sed melius Servius ab obliquo ὄρτυγος per tranſpoſitionem. γ in e mutato.

*Cracentes.*] Iſidorus: *Cracentes, graciles.* A verbo *graceo* pro quo *craceo* dicebant. *Graceo* autem à χράω abſumo. Ex hoc loco Neſtor: *Gracentes, graciles. Ennius: ſuccincti gladiis media regione gracentes. Dacerius.*

*Craticulum.*] Ego quod verbum hic Græcum ſubſtituendum ſit, non video. Potius mihi videtur legendum, *Craticulum à crate deducitur.* & verum eſt. Crate neutro genere antiquitus, à quo Craticulum: ut rete, reticulum. *Joſ. Scaliger.*

*Craticulum.*] A Græco κρατίω, teneo, vincio, apprehendo. Sed non immediate. Nam eſt à *crate*, ut à *rete reticulum*, crates autem à κρατίω. Male igitur Scaliger, qui hic aliter legendum cenſet. Male etiam qui κράτημον vel κραταίωμα ut erat in margine.

*Crebriſuro.*] In obliquo ſcilicet. Nam rectum eſt *crebriſurum*, Feſto enim ut & Heſychio & aliis ſolenne eſt verba producere ut poſita ſunt in locis unde ea petiere. *Crebriſurum* autem eſt vallum crebris ſuris, hoc eſt palis fixum. Nam *ſurus* palum ſignificat. Vide infra in *rigido* & *ſurus*. *Dacerius.*

*Creduas.*] Plaut. in Bacchid. *Ant. Auguſtinus.*

*Creduas.*] Locus Plauti eſt Bacchid. 3, 3. Sic & Amphitr.

*—— —— —— o Di faciant ut tu quoque*
*Conciſus pugnis, & illiſis dentibus, id impranſus creduas.*

Et alibi plus vicies.

*Creperum dubium.*] Lucret. lib. 5.

*Exæquataque ſunt creperi certamina belli.*

Sabinam vocem eſſe ait Varro lib. 5. *Crepuſculum à crepero, id vocabulum ſumpſerunt à Sabinis. Unde veniunt Crepuſci nominati Amiterno, quod eo tempore erant nati. Ut Lucii prima luce in creatione. Crepuſcu-*

Crepidines, ſaxa prominentia.

Crepitulum ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit.

Crepos Romani lupercos dicebant à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in lupercalibus nudos diſcurrere, & pellibus obvias quaſque feminas ferire.

Cretere vocabulum trahitur à cratere, quod vas eſt vini.

Crevi modo ſignificat hereditatem adii: modo major ætate, vel cenſu ſum, modo judicavi: modo diviſi. quæ omnia à duobus verbis creſco, & cerno veniunt: cujus unius origo ex Græco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere.

Crines à diſcretione dicti, quam Græci κρίσιν appellant. nam iidem eos κρινίδας vocant.

Crocatio, corvorum vocis appellatio.

Crocotilum valde exile. Plautus: Extortis talis cum crocotilis cruſculis.

## NOTÆ.

*puſculum ſignificat dubium ab eo res dubiæ dicta crepera, quod crepuſculum, dies etiam num ſit, an ima nox, multis dubium.* Sed *creperus* & *crepuſculum* à crepus. At *crepus* Sabini ab Hebræo ארב ἑσπέρα.

*Unde increpitare.*] Male hic Feſtus à *crepero*, *increpitare* dixit, nam eſt à verbo *crepare* quod clamare ſignificat. Et ita ipſe Feſtus in voce *increpitare*. Locum adi.

*Crepidines.*] Saxa prominentia. Proprie, baſis ſaxorum, ſummitates riparum, aliquando etiam margo fontis, lacus, ut Græce κρηπίς. *Dacerius.*

*Crepitulum.*] Apud Tertullian. *Crepidulum* in lib. de Pallio: *& ſtolam, ſupparum, crepidulum, & caliandrum. Joſ. Scaliger.*

*Crepitulum.*] Scribitur & *crepidulum* & *crepiculum*. Meminit Tertull. in lib. de Pallio: *Et ſtolam, ſupparum, crepidulum, & Caliandrum.* Sed mihi ſuſpicio eſt apud Feſtum & Tertull. vitioſe ſcriptum eſſe *crepidulum*, ſive *crepitulum* pro *capidulum*. Nam in Gloſſis Arabicolat. Legitur *capedulum*, *veſtimentum capitis.*

*Crepos.*] Alii legunt *Creppos*. Luperci Panos Lycei Sacerdotes ab Evandro Arcade Romam tranſlati, ſacra lupercalia vocabantur 15. Calendas Majas ſolita. Ovid. Faſt II.

*Tertia poſt idus nudos Aurora Lupercos*
*Aſpicit, & Fauni ſacra bicornis eunt.*

Nudi luperci diſcurrebant pelle Caprina tamen amicti, ut & ipſius dei ſimulacrum, & per laſciviam diſcurrentes pellibus cædebant obvios. Unde à pellium crepitu, *crepi* ſunt dicti.

*Cretere.*] Legendum *creterra* vel *cretera*. Ab Ionico κρητῆρ. Vide Nonium. *Dacerius.*

*Crevi.*] Non proprie ſignificat hereditatem adii. ſed cretionem aditio hereditatis ſtatim ſequebatur. Vetus Gloſſarium: *Cernitoque*, καὶ ἐγχειρησάτω. Ita enim legendum eſt. Quaſi diceret, ut eam poſſit adire: agat, aggrediatur. *Joſ. Scaliger.*

*Crevi, hereditatem adii.*] Cernere hereditatem non proprie ſignificat hereditatem adire, ſed videre, cernere, an illam expediat adire necne. Unde *cretio* dicebatur certorum dierum ſpatium quod inſtituto heredi dabatur ad deliberandum utrum hereditatem adire vellet & formulæ comparatæ ad cretionem erant ejuſmodi: *Titius heres meus eſto, cernitoque in diebus centum proximis: niſi ita creverit, exheres eſto.*

*Modo major ætate vel cenſu.*] A verbo *creſco* quod à κραίνειν, implere, abſolvere.

*Modo judicavi.*] Pacuv. in armorum judicio.

*Et æquum & rectum eſt quod poſtulas, jurati cernant.*

*Modo diviſi.*] Unde *increta*, *indiviſa*. Vide ſuo loco.

*Cujus unius.*] Verbi *creſco* ſcilicet. Vide ſupra. *Dacerius.*

*Crines.*] Nam iidem eos κρινίδας vocant. Falſum. & ſuſpicor ne hic quidem Græcam vocem deſiderari: ſed potius legendum: *Nam ideo eos, crines vocant.* ideo, inquit, propter κρίσιν, crines vocant. *Joſ. Scaliger.*

*Crines.*] A κρίνω *divido, diſcerno*. Unde & diſcerniculum acus qua mulieres capillos diſcernunt, dividunt. Sed falſum eſt quod ſubjungit Feſtus: *nam iidem eos κρινίδας vocant*. Legendum putat Scaliger: *ideo eos crines vocant*. Quod perquam veriſimile eſt. Ideo, inquit, propter κρίσιν vel, ut in margine διάκρισιν, Crines vocant. Et re vera *crinis* comam in plures στίχους ſive ordines diviſam diſcretamque ſignificat.

*Crocatio.*] Legendum *crocitio*, à verbo *crocire*. crocitare. Aulul.

*Simul radebat pedibus terram & voce crocibat ſua.*

*Crocotilam*] Legendum *crotilum*, *tenue*; Unde ſuccrotilum & ſuccrotila; quæ vide ſuo loco.

*Extortis talis.*] Cum talis inflexis. Sic in ſuccrotila.

Crocotinum genus operis piſtorii.

Crucium, quod cruciat. Unde Lucilius vinum inſuave crucium dixit.

Crumina ſacculi genus. Plautus: Dii bene vortant, tene, crumina minuerint triginta minæ.

5. Cruſculum deminutivum à crure.

Cruſtariæ tabernæ à vaſis potoriis cruſtatis dictæ.

Cruſtumina tribus à Tuſcorum urbe Cruſtumena dicta.

## NOTÆ.

tila. Et hanc lectionem agnoſcit etiam Priſcianus: ſed in voce *ſchœniculas* & voce *todi* aliam lectionem ſequitur Feſtus nempe *cum extritis talis*. Ita ut quid ſequi debeas incertum ſit. homines cum extritis talis λαισποδίαι ab Athenienſibus dicebantur ut in Conjectaneis notavit Scaliger, quanquam nonnulli dicunt λαισποδίας eos eſſe qui δερματώδεις habeant pedes ut ii ſunt quos falcones à veteribus vocatos eſſe teſtatur Feſtus.

*Cum crocotilis cruſculis.* ] Legendum ut ſupra. *cum crotilis cruſculis.* Sed mirum quam parum ſibi Feſtus conſtans ſit qui in ſuccrotila ſcripſerit *ſuccrotilis cruſculis*, & in voce *todi. cum todell*[illegible]*ſculis*, quæ etiam vera lectio eſſe poſſit. Imo & eam aſſerere videtur Priſcianus qui hunc Plauti locum laudat *cum todenis cruſculis*. *Todenis* manifeſto curruptum ex *todellis*. Neque ſine ratione, cum *todi* ſint, parvæ aves, à quibus cruſcula exilia & tenuia *todella* dicantur, præſertim cum ſimili tralatione, ut in Conjectaneis ſuis notavit Scaliger, Eubulus comicus dixerit σκέλη κοψίχου; ab ea minutula avicula ſcilicet quæ κόψιχος dicitur. Ita enim ille de Theano meretrice:

> *Ἡ Θεανὼ δ' οὐχὶ σειρήν ἐστιν ἀποτετιλμένη;*
> *Βλέμμα μὲν καὶ φωνὴ γυναικός, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου.*

id eſt,

> *Theano vero nonne capillum avulſa eſt; habetque*
> *Vultum & vocem mulieris, crura vero copſichi* ſive *todi*.

In priori verſu videtur Eubulus Ariſtophanem imitatus qui in ὄρνιθ. ait:

> *Σὺ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.*
> *Tu ſimilis eſt Copſicho depili.*

*Crocotinum.* ] A croco dictum, ſed cujuſmodi fuerit incompertum eſt. *Dacerius.*

*Crucium.* ] *Crucium vinum* Lucillius dixit imitatione Alexidis, qui de vino Corinthio ita pronunciat:

> *Οἶνος ξενικὸς παρῆν. ὁ γὰρ Κορίνθιος*
> *βασανισμός ἐστι* — — —

*Joſ. Scaliger.*

*Crucium.* ] Vinum inſuave & quod cruciat, *crucium* dixit Lucil. imitatione Alexidis qui de vino Corinthio ita pronuntiat:

> *Οἶνος ξενικὸς παρῆν. ὁ γὰρ Κορίνθιος*
> *Βασανισμός ἐστι.*

id eſt,

> *Vinum patrium aderat. nam Corinthium crucium eſt.*

*Dacerius.*

*Crumina.* ] Verſus Plauti mendoſus ita legi debet:

> *Di bene vortant. tene cruminam. in ea erunt trigita minæ.*

*Joſ. Scaliger.*

*Cruſculum.* ] Supra: *cum crotilis cruſculis.* Plaut.

*Cruſtariæ tabernæ.* ] Ubi vaſa potoria cruſtata vendebantur. Cruſtæ autem emblematis genus quod inſerebatur vaſculis atque, cum vellent, detrahebatur, uti & emblemata. Cicero in Verr. 6. *cruſta aut emblemata detrahuntur. Dacerius.*

*Cruſtumina.* ] Dionyſius lib. 2. Plutar. in Romulo. Steph. de urbibus: *Cruſtomeriam* Sabinorum urbem appellant. Livius lib. 1. *Cruſtuminium*, & *Cruſtumerium*, & lib. 2. *Cruſtumeriam Latinorum.* Verg. lib. 7. Æn. *Cruſtumeros.* Silius lib. 8. *Cruſtumium*, Servius *Cruſtumium*, & *Cruſtumerium*. Cicero pro Plancio, & pro Balbo *Cruſtuminam tribum*. Verg. lib. 2. Georg. *Cruſtumia pira.* Columella lib. V. cap. X. & lib. XII. cap. X. & Plin. lib. XV. cap. XV. & lib. XXIV. cap. VII. & Cloatius apud Macrobium lib. III. Saturn. *Cruſtumina.* prima ſyllaba CLV. in monumentis aliquot videmus; in aliis CRV. pro tribu. Eligat ex his lector, quod ſequatur. mihi Cruſtumina tribus placet, & Cruſtumeria urbs Latinorum. *Ant. Auguſtinus.*

*Cruſtumina.* ] Non prætermittendum, quod Caſſius Emina apud Servium Danielis noſtri ſcribit: *Siculum quendam nomine uxoris ſuæ Clytemeſtræ condidiſſe Clytemeſtrum, mox corrupto nomine Cruſtumerium dictum.* Clytemeſtram vero ſine N. pro Clytemneſtra & Auſon. dixit:

> *Vindicem adulterii cum Clytemeſtra necet.*

*Joſ. Scaliger.*

*Cruſtumina.* ] In al. *Cruſtumerina* ab oppido *Cruſtumerio.* Quod in Sabinis ſtatuit Livius. Sed apud illum inconſtanti ſcriptura. Legitur *Conſtruminum*, *Cruſtomerium*, & *Cruſtomeria*. *Cruſtumeros* vocat Virg. lib. 7.

Ant-

Cubam Sabini vocant eam, quam militares lecticam. unde videtur derivatum eſſe cubiculum.

Cubans auſpicatur, qui in lecto quærit augurium.

Culcita, quod tomento inculcatur, appellata.

Culigna vas potorium. Cato, Culignam, inquit, in fœno Græco ponito, ut bene oleat. Culigna vas vinarium à Græco dicta, quam illi dicunt κύλικα.

Culina vocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur.

Culiola cortices nucum viridium, dicta à ſimilitudine culeorum, quibus vinum ſive oleum continetur.

## Notæ.

*Ardea, Cruſtumerique, & turrigera Antemna.* Quæ ſcripturæ varietas in re adeo incerta, facit ut nihil pronuntiare audeam. Tamen ad vulgatam lectionem retinendam me Plinii locus vehementer movet: *Cruſtumenus*, inquit, *ager veteris oppidi nomen retinet in Tuſcia.* Et Cicero pro Flacco: *In Cruſtumino aut in Capenati agro.* Idem Cicero pro Planco & pro Baldo *Cruſtuminam* tribum nominat. & ita in Lapp.

*Cubam.*] A *cubo*, quod ibi milites cubabant, cum ait, *lecticam, ut militares vocant*; lecticas militares intelligit, quæ Græcis χαμευνάδες dicuntur & χαμεῦναι. Eurip. in Rheſo: λεῖπε χαμεύνας φυλλοστρώτους. *Relinque lecticas foliis ſtratas.* Talem Varro lecticam intelligit lib. 4. *Lectica, quod legebant, unde eam facerent, ſtramenta atque herbas, ut etiam nunc fit in caſtris*; ſunt qui legant *cumbam* pro *cubam*, ſed *cubam* vera lectio. *Dacerius.*

*Cubans.*] Virgil.

*Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.*

*Joſ. Scaliger.*

*Cubans.*] Interdum qui à divis reſponſa vel alia petebant, in eorum fano cubare ſoliti. *Incubare* dixit Plaut. Curcul. 1. 1.

*Id eo fit quia hic leno ægrotus incubat*
*In Æſculapi fano.*

Et 2. 2.

*Namque incubare ſatius te fuerat Jovi.*

Et Virg. 7. Æneid.

*Pellibus incubuit ſtratis ſomnoſque petivit:*
*Multa modis ſimulacra videt volitantia miris.*

Ubi Servius: *incubare dicuntur proprie hi qui dormiunt ad accipienda reſponſa. Unde eſt:* ille incubat Jovi. *Id eſt dormit in Capitolio ut reſponſa poſſit accipere.* Neque in templis tantum incubabant, ſed & in tumulis, ut de Augilis tradunt Mela & Herodotus. Vide Manes. Porro notandum Feſtum *auſpicatur* dixiſſe pro *oracula conſulit*, & *augurium*, fatum, oraculum.

*Culcita.*] Huic Feſti loco lucem dabit alter Varronis lib. 4. *Poſtquam tranſierunt ad culcitas, quod in eas acus aut tomentum aliudve quid calcabant, ab inculcando, culcita dicta.* tomentum proprie eſt ex ciliciis pilis. *Borram* vulgo vocant. *Dacerius.*

*Culigna.*] Lego, *quam illi dicunt* κυλίχνην. *Joſ. Scaliger.*

*Culigna.*] Vas vinarium Gloſſar. *culigna*, σκεῦος οἴνου, *vas vini.* Cato cap. 132. *Jovi Dapali Culignam vini, quantumvis, polluceto.* A Græco dicta quam illi dicunt κύλικα, lege cum Scaligero, κυλίχνην. *Dacerius.*

*Culina.*] Poëta innominatus:

*Neque in culinam, & uncta compitalia*
*Dapeſque ducis ſordidas.*

εὔστρας eas vocari jamdudum monuimus. Significat & culina τὸν ἀφεδρῶνα. Gloſſarium: *Culina*, λάπατος. Item: *Conclavis, & culina*, ἀφεδρὼν, λάπατος. Gloſſæ Iſidori: *Culina, latrina, ſeceſſum.* Petronius: *Qui inter hac nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam bene olere, qui in culina habitant. Joſ. Scaliger.*

*Culina.*] Aggenus Urbicus de agrorum controverſiis: *Culinæ vocantur in ſuburbiis loca inopum funeribus deſtinata.* Et hoc ſenſu legitur in Catalect.

*Neque in culinam & uncta compitalia,*
*Dapeſque ducis ſordidas.*

Has culinas Ariſtophanes εὔστρας vocavit in Equit.

Ε'ν ταῖσιν εὔστραις κονδύλοις ἡρμοττόμην.
*Ego in culinis pugnis aptabar probe.*

Significat & *culina* ἀφεδρῶνα, cloacam, ſeceſſum exonerandi ventris cauſſa. Gloſſæ Iſidori, *culina, latrina, ſeceſſum.* Neque tamen de ea intelligendus locus Petronii: *Qui inter hac nutriuntur non magis ſapere poſſunt, quam bene olere qui in culina habitant:* hic enim *culina* eſt *coquina*, quod & doctiſſ. Bourdelotius vidit. Nempe ex imitatione Plautina in Moſtell. *Dacerius.*

*Culiola.*] Eadem dicuntur verbo Gulliocæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Culiola.*] A *culeus* ſaccus ex corio, *culeolum*, & *culiolum* factum: dicebant etiam *culiola* in fæminino unde *Guliola* C in G mutato. Mendoſe legitur in

Digitized by Google

Culticula fuſticulus quidam ligneus in ſacris dicebatur.

Cumalter ſignificat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis cauſa ut ſodes, pro ſi audes, ſcilicet, pro ſcias licet, ſis, pro ſi vis.

Cumeram vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utenſilia, quod & camillum dicebant, eo quod ſacrorum miniſtrum κάμιλλον appellabant.

Cumerum vas nuptiale à ſimilitudine cumerarum, quæ fiunt palmeæ vel ſparteæ ad uſum popularem, ſic appellatum.

Cum imperio eſſe dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium.

Cum populo agere, hoc eſt populum ad concilium, aut comitia vocare.

Cum poteſtate eſſe dicebatur de eo, qui à populo alicui negotio præficiebatur.

Cuncti ſignificat quidem omnes, ſed conjuncti & congregati; at vero omnes etiam ſi diverſis locis ſint.

## Notæ.

in Gloſſ. *gutillioca*, *κόρυα μακρά. παρὰ Λυκιλλίῳ.* lege *Gulliola*. Item *gullica*, *καρυοτομία*.

*Culticula.*] In MSS. *culcitula* à culcita ſcilicet. Sed quid ad fuſtem culcita? An dicendum cum Voſſ. *culticula* eſſe à *cultro* quaſi *cultricula*. Sed litem dirimit liber antiquus ubi: *Culcitula faſciculus quidam in ſacris dicebatur*. *Culcitula* ergo parva culcita. Et de pulvinaribus forſan hic locus intelligendus in queis Struppi ſive Deorum capita. Vide *Struppi*. *Dacerius*.

*Cumalter.*] Dictum, ut in Epiſtola Caſſii: *Inpræſentiarum*, *Cumpartim*, *cumprime*, & ſimilia. *Joſ. Scaliger*.

*Cumalter.*] Sæpe præpoſitiones cum nominibus junctas invenies. Sic *inpræſentiarum*. *cum partim*: *cumprime* & ſimilia. *Cumalter*, pro *cum altero*. Quidam legunt *cumalter*, pro *cum aliter*. Sed magis placet *cum altero*. *Dacerius*.

*Cumeram.*] Varro lib. VI. de Ling. Lat. *Igitur dicitur in nuptiis Camillus, qui cumerum fert, in quo quid ſit in miniſterio, pleriq. extrinſecus neſciunt.* Ita Macrobius etiam legit lib. III. cum apud Varronem *cum merum ſit*. *Ful. Urſinus*.

*Cumeram.*] Omnino legendum *cumerum*, nam vas illud quo nubentis utenſilia ferebantur conſtanter *cumerum* non *cumera* dicebatur. Innuit ipſe Feſtus infra, qui etiam diſcrimen illud inter utrumque ponit, ut *cumera* ſit ad uſum popularem, *cumerum* vero ad nuptias. Firmat etiam Varro lib. 6. *Igitur dicitur in nuptiis Caſmillus qui cumerum fert, in quo quid ſit in miniſterio plerique extrinſecus neſciunt.* Porro hic mos à Græcis deductus eſt, apud quos puer ille ingenuus quem *caſmillum* Latini, ipſi vero vocant ἀμφιθαλῆ, hoc eſt, *patrimum*, *matrimum*, ἐν λίκνῳ qui hic dicitur *cumerum*, male *cumeram* dici putavit Scaliger, panes geſtabat cum hac intentione ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. i. *malum fugi*, *melius inveni*.

*Quod & camillum dicebant.*] Vide *Camillus*.

*Cumerum.*] Vide ſupra. A *cumera*, *cumerum*; eſt autem cumera vas vimineum vel etiam fictile, quo plebeii homines frumenta condebant. Horat. in Sat.

*Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?*

*Cum imperio eſſe.*] De imperio militari hic Feſtus loquitur, nam cum imperio eſſe dicebatur dux, qui imperabat exercitui, unde ſæpius apud hiſtoricos invenies ex formula: *Cum imperio miſſus*, *cum imperio mittere*. At vero infra: cùm poteſtate eſſe dicebatur magiſtratus qui juriſdictionem habebat, & civili aliquo munere fungebatur, quæ poteſtas interdum *civile imperium* dicebatur: nam ſemper civilis eſt poteſtas. Cicero pro Fonteio: *Ecquis unquam reus, in honoribus petendis, in poteſtatibus, in imperiis gerendis ſic accuſatus eſt.* Ulpian. inſtit. 1. *Populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.*

*Cum populo agere.*] Eſt vocare populum ad conſilium aut comitia, eumque rogare ut ſuffragiis ſuis quid jubeat aut vetet. At vero *agere apud populum* eſt concionem habere ad populum ſine ulla rogatione. Hoc omnibus diebus fieri licebat, & non magiſtratu tantum ſed etiam à privato ſenatore, magiſtratu ei concionem dante. Illud comitiali tantum die, à ſolo etiam magiſtratu. Meſſala de auſpiciis 1. *Si concionem habere volunt, utine cum populo agant.* Auſon. Popma.

*Cum poteſtate eſſe.*] Vide ſupra *cum imperio*.

*Cuncti.*] Idem Aſcon. in divinat. *Cuncti ſimul omnes quaſi conjuncti.* Sic Virg. 1. Æn.

——— *Cuncti nam lectis navibus ibant.*

Ubi Servius: *Sane cuncti non idem ſignificat quod omnes, Cicero ſæpe ait, cuncti atque omnes, quia omnes non ſtatim ſunt cuncti, niſi iidem ſimul ſunt juncti.*



Digitized by Google

Cuniculum, id eſt foramen ſub terra occultum, aut ab animali, quod ſimile eſt lepori, appellatur, quod ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum; aut à cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes.

Cunire eſt ſtercus facere. unde & inquinare.

Cupes, & cupedia antiqui lautiores cibos nominabant. inde macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem à cupiditate ſunt dicta, vel, ſicut Varro vult quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus.

Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia hujus generis arbor exciſa

## Notæ.

*Omnes* de univerſis numero diſtinctis dicitur. Virg.

——— *Rex Jupiter omnibus idem.*

Et Salluſt.

*Omnes homines qui ſe ſe ſtudent.* &c.

*Cuniculum.*] Contra Varro lib. 1. de re ruſt. cuniculum animal à cuniculis; id eſt, foraminibus ſubterraneis dictum putat. Ejus verba ſunt *Cuniculi dicti ab eo quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris.* Sed veriſimilius ab animali nomen inditum, quod miles cuniculos fodiat animalis hujus imitatione. Eſt autem Hiſpanicum vocabulum *cuniculus.* Plin. lib. 8. cap. 53. *Leporum generis ſunt, & quos Hiſpania cuniculos appellat.* Idem Galen. lib. 3. Ælian. de animal. lib. 13. cap. 15. Idem & alii multi; ſed tandem vere oſtendit erudiditiſſimus Ægid. Menagius in peramœno illo de juris amœnitatibus libro cuniculum Græcum eſſe origine. Κυὼν, Κυνὸς, κυνικὸς, *cunicus, cuniculus,* id eſt, *caniculus,* ab ὕω, Κύω, Κύων, &c. *Cuniculus* enim, inquit, proprie & primario eſt fœtus animalis, tranſiit poſtea ad λαγιδεῖς γεωρύχυς, *lepuſculos terram fodientes.* Ita cuniculos Strabo eleganter appellat, cumque cuniculorum ferax eſſet Hiſpania (unde cuniculoſam Celtiberiam dixit Catullus) τὸ *cuniculus* vocem eſſe Hiſpanam falſo creditum eſt, non igitur animal à ſubterraneis meatibus, ut ſcripſere Varro & Plinius, nomen accepit, ſed meatus ſubterranei ab animali dicti ſunt, ut recte Martialis.

*Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris,*
*Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias.*

*Quod ſimile eſt lepori.*] Vere lepus non eſt. Leporum tria genera facit Varro lib. 3. de re ruſt. & de cuniculo: *Tertii,* inquit, *generis eſt quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem cuniculum appellant.*

*Cunire.*] A *cœnum, cuna, cunire, inquinare, inquinamentum, ancunulentum.* Vide in voce *Ancunulenta.* A *cœnum* dictæ ſunt cunæ, ut à *Pœna, punire, œ* ſæpiſſime abit in *u.* *Cunire* autem proprie dictum videtur de infantibus cunas ſtercore fœdantibus. *Dacerius.*

*Cupes.*] Varro IV. de Latino ſermone: *Ad corneta forum cupedinis, à faſtidio.* Ita enim legitur in manuſcripto. & recte. Faſtidium enim eſt, quod vulgus Gallorum dicit *Friandize.* & faſtidioſus, *Friand.* Italice *Giotto.* à glutiendo. vetuſtiſſimus orator Favorinus: Is nunc flos cænæ habetur inter iſtos, quibus ſumptus & faſtidium pro facetiis procedit. Iſidorus: Cuppes, faſtidioſus, cupidus. Gloſſarium: Cupidus, κνιπός. Lego, Cupedius. Κνιπὸς eſt re vera, quem faſtidioſum vocari admonuimus, qui non multa, ut voratores, ſed electilia edit: neque facile invenit, quod ad palatum faciat, ſignificat & κνιπὸς parcum. quod non recedit à priore ſignificatione. Porro Cupedinis forum eſt, forum piſcatorium, ut cognoſcimus ex Apulei variis locis. *Joſ. Scaliger.*

*Cupes & cupedia.*] Omnes ciborum delicias *cupes* & *cupedia* vocabant antiqui. Plaut. Stich. *Nihil moror cupedia.* *Cupedia* autem quaſi *caupedia* non à Cupedio quodam ut putat Varro, ſed quod in cauponis venderentur. *Caupo, copo, cupo,* unde cupes & cupedia. Neque etiam caret ratione à *cupiditate* forum *cupidinis* dictum. Nam & idem ſcribit Varro lib. 4. *Multi forum cupedinis à cupiditate.* Et *Cupedinem* pro *Cupidinem* veteres dixiſſe certum eſt. Lucret.

*Quanta conſcindunt hominem cupedinis acres*
*Sollicitum curæ?*

Facit etiam quod in gloſſ. legitur: *Cupes faſtidioſus, cupidus.* Hujuſcemodi hominem vulgo vocamus *friand.* Porro quod hic ait Scaliger ex Apuleio forum cupedinis & forum piſcatorium idem eſſe, non ſatis firmo tibicine fultum eſt, nam ex Varrone & aliis ſatis conſtat forum cupedinis à foro piſcatorio diverſum fuiſſe.

*Inde macellum.*] Vide ſuo loco.

*Quod ibi fuerit cupedinis.*] Varronis locusquem Feſtus intelligit, eſt ex lib. rerum humanarum, *Numerius Equitius Cupes, inquit, & A. Omanius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta.* Sed ibi non *cupedo* ſed *cupes* nominatur. Unde ergo *cupedinis? Dacerius.*

*Cupreſſus.*] Plinius apud Servium, qui nondum editus eſt: *Romani moris fuit, propter cerimonias*

*ſacrorum.*

Digitized by Google

non renaſcitur; ſicut ex mortuo nihil jam eſt ſperandum. quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur.

Cura dicta eſt, quaſi cor edat; vel quia cor urat.

Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur: ſive illi qui rei frumen-
5. tariæ, agriſve dividundis præpoſiti.

Curia, locus eſt, ubi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Curiæ etiam nominantur, in quibus uniuſcujuſque partis populi Romani quid geritur. quales ſunt eæ, in quas Romulus

## NOTÆ.

*ſacrorum. quibus P. Romanus obſtrictus erat, ut potiſſimum cupreſſus, quæ exciſa renaſci non ſolet, in veſtibulo mortui poneretur, nequis imprudens funeſtam domum rem divinam facturus introeat, & quaſi attaminatus ſuſcepta peragere non poſſit.* Ex his Servianis intelliges quare Plinius de ea arbore loquens dixerit, *Diti ſacra, ideo & funebri ſigno ad domos poſita.* Novum autem hunc morem fuiſſe, neque tam vetuſtum, quam putat Servius, vel ex eo apparet, quod peregrina erat arbor, ſeroque Romam advecta fuit, non multum ante Catonis ætatem. neque enim de ea tam verboſe locutus eſſet Cato, ut notat etiam Plinius, divitum autem tantum non etiam omnium ædibus præponi ſolere auctor Lucanus:

*Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus.*

Cujus rei cauſſam nullam aliam puto, quam raritatem arboris, quod initio pauci in agris aut intra urbanas villas eam arborem inſtituebant. *Joſ. Scaliger.*

*Cupreſſi.*] Servius ad illud 3. Eneid.

*——— Et fronde coronant*
*Funerea.*

*Romani*, inquit, *moris fuit*, &c. Ad hunc morem alludens Horat. Od. 14. lib. 2.

*Neque harum, quas colis, arborum*
*Te præter inviſas cupreſſos*
*Ulla brevem dominum ſequetur.*

Et Virg. lib. 6.

*——— Ferales ante cupreſſos*
*Conſtituunt.*

Porro non omnium, ſed nobilium tantum & divitum funeribus adhibebatur. auctor Lucanus:

*Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus.*

Cujus rei cauſſam eſſe putat Scaliger, raritatem arboris, quod initio, paulo ante tempora Catonis pauci in agris aut intra urbanas villas eam arborem inſtituebant.

*Cura.*] Idem Varro lib. 5. *Curare à cura, cura quod cor urat.* Idem Servius, proprie autem *cura* de amore. Virg.

*At regina gravi jamdudum ſaucia cura.*

Item:

*——— ——— ——— tua cura Lycoris.*

Scaliger à κόρος ſatietas curam dictam putat: ſed magis placet eſſe à κορεῖν purgare, ut proprie ad nitorem domus pertineat. Et ita Voſſ.

*Curatores.*] Tutores dicuntur qui impuberibus dantur qui ſe per ætatem defendere non poſſunt, curatores vero qui tutoribus ſuccedunt & dantur puberibus. Et hæc voluit Feſtus cum ait curatores loco tutorum pupillis datos. Ubi eo erraſſe videtur, quod puberibus non pupillis darentur. Nam ex juris formula tutor pupillum puberem factum admonebat, ut ſibi curatorem ſumeret. Tamen extra erroris aleam erit Feſtus, ſi dicamus pupillorum nomine puberes aliquando etiam contineri, quod verum eſſe ſciunt qui in jure verſati ſunt. *Dacerius.*

5. *Curia.*] Quod ait additas eſſe quinque, ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret: eſt ni fallor vel mendoſum, vel falſum. Licet verbo centumviralia, XXXV. curias eaſdem eſſe, exiſtimet tribus: quod contra Romanarum rerum memoriam eſt. Videndum eſt, an recte amoveri poſſint illa verba: *quibus poſtea addita ſunt quinque*: quæ fortaſſe Pauli ſunt. His amotis cetera vera ſunt, præterquam quod de nominibus curiarum ſcribit; quod nonnullis falſum eſſe videtur. *Ant. Auguſtinus.*

*Curia.*] Aſconius in Verr. III. ſentire videtur tribus, & curias eaſdem eſſe. *Tribus*, inquit, *principio tres fuerunt. Tat. Ram. Luc. poſtea de nominibus. Sabinarum plures factæ ſunt, quibus deprecantibus bellum parentum, maritorumque finitum eſt; ad poſtremum* XXXV. factæ. & in Verri. II. *Legitimos omnes tribus habent diviſores ſuos, quos Plautus magiſtros Curiarum vocat in Aulul.* Vide Verrium apud A. Gell. lib. XVIII. c. XVII. ubi ſcribendum eſt, *tribus quoque & curias*, pro eo quod eſt in vulgatis, *decurias. Ful. Urſinus.*

*Curia.*] Calabra. Gloſſarium: *Calabra*, ἱερατεῖον, βουλή. ſane hoc verbo ἱερατεῖα, ſignificari nunquam legi. Supra monuimus inepti mutilatoris verba eſſe. QVIBVS POSTEA SVNT ADDITAE QVINQVE. Illa vero etiam mendoſum tinniunt: NOMINA CVRIA-

populum diſtribuit numero triginta. (quibus poſtea additæ ſunt quinque:) ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret. feriaſque obſervaret. hiſque curiis ſingulis nomina Curiarum virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.

Curiales ejuſdem curiæ, ut tribules, & municipes. Curiales flamines curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis eſt appellata.

## NOTÆ.

CURIARUM VIRGINUM. Legendum enim *Curium*, aut *Curetium Virginum*: vel ſi mavis, *Curienſium*. Sabinarum enim virginum nomina impoſita Curiis. *Joſ. Scaliger.*

*Curia.*] Tribus modis accipitur *curia*. Sed ex eadem ſemper origine, nempe à *cura*. Primo pro loco ubi ſenatus conſedit. Varro lib. 2. de vita pop. R. *Itaque propter curam locus quoque, quo ſuam quiſque ſenator confert, curiam appellat.* Secundo, quæ & prima vocis origo, pro loco ubi ſacerdotes cujuſque curiæ, res divinas peragerent, ut *curiæ veteres*. Denique pro trigeſima parte populi Rom. qui in triginta curias diviſus fuit. Duas priores ſignificationes Feſtus amplexus eſt ut & Varr. lib. 6. *Curia duorum generum, nam & ubi curarent ſacerdotes res divinas ut curia veteres, & ubi ſenatus humanas, ut Curia Hoſtilia, quod primus ædificavit Hoſtilius rex.* Apud Feſtum pro *geritur* quidam libri habent *digeritur*. Male ut videtur, nam ſacra Feſtus intelligit, quæ ſingulæ curiæ in ſacra ſua æde per ſacerdotes ſuos peragebant.

*Calabra Curia.*] Ad collem Capitolinum ſita. Sic dicta à *calando*, hoc eſt, *vocando*. Quod univerſus populus ad eam calaretur, vocaretur, ſingulis calendis ad nonas & nundinas ediſcendas. Unde liquet hanc fuiſſe maximam curiam, omnibus populi curiis communem, quam ſupra triginta reliquas à Romulo extructas Capitolium inter & Palatium ædificaſſe Numam teſtatur Dionyſius lib. 2. cap. 6.

*Quibus & poſtea additæ.*] Non video cur hæc verba viris doctis ſuſpecta ſint, cum *tribus* & *curia* perpetuo unum & idem fuerint aliud ex alio conflatum corpus Romani populi. Quod & ipſe Feſtus aperte nos docet in *centumviralia*. Locum adi.

*Nomina Curiarum virginum.*] Lege *curium virginum* aut *curetium* ſive ſi mavis *curienſium* ut monet Scaliger. Ex Curibus Sabinis ſcilicet. Idem Liv. lib. 1. *Itaque cum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis impoſuit.* Sed falſi ſunt & Livius & Feſtus aliique omnes qui idem tradidere, nam ex Dionyſio & Plutarcho certum eſt Curiis nomen impoſitum à ducibus & eorum patriis, idque etiam ex earum nominibus quæ ſuperſunt cuilibet ſatis apertum, etſi infra Feſtus in *Popilia* tradit non tantum à viris ſed à fœminis quoque tribus nominatas. Verum in antiquitate enucleanda ſatis indiligentes fuere Romani veteres, & in ea multo accuratiores Græci, ut Dio, Plutarch. Dionyſius. *Dacerius.*

*Curiales.*] Dicuntur & ſervi Curiarum, qui etiam poſt deſitam Curiatorum comitiorum ſolennitatem ea comitia convocare ſolebant. Terentius non alios intellexit, *Curialis vernula eſt, qui me vocat.* niſi, quod verius puto, *curialem* dixerit ab eo quod Græci cenſebant ſervos ex tribu, populo, & curia dominorum. Itaque apud Ariſtophanem legimus, τὴν γρυμμοδόρχ θεράπαιν ἐκ τοῦ φελλέως. A qua mente dicit ſervus in Phormione: *Amicus ſummus meus & popularis Geta*, vocat popularem ſuum in palliata Comœdia, ſervum cujus herus ejuſdem δήμου eſſet cum ſuo hero. Si ſervi erant Curiales, & vernas quoque fuiſſe neceſſe eſt. Quare eruditiſſimus vir Ant. Goveanus aſſequi non potuit, cum tamen, ſi illud ſagax ingenium adhibuiſſet, potuiſſet, ni fallor, aut certius pronunciare, aut pudentius tacere. Ii ſervi cum liberabantur à magiſtratu, prænomen, & nomen ipſius magiſtratus accipiebant. Publici ii ſervi erant ex iis, qui dicebantur Servi Romani. Porro *Curiales*, poſtea & *Curiones* dicti ſunt, quia cum antea Curionum eſſet habere *Comitia Curiata*, ipſi poſtea obſoleta veteri conſuetudine Comitiorum eorum vicem ea Comitia habebant, & propterea abuſi ſunt poſteriores Romani eo nomine, ut omnes ſervos publicos, deinde & præcones vocarent *Curiones*. Martialis: *epigrammata Curione non egent.* Sed & *Calatores* ipſos antiquitus vocabant *Curiones*, ut in carmine Saliari: *omnia dapatilia comiſſe Jani Cuſiones.* hoc eſt Calatores, vel præcones ſacrorum. Illi, ut dixi, erant ſervilis conditionis. *Joſ. Scaliger.*

*Curiales.*] Ejuſdem curiæ. Plaut. Aulul. 2. 2.

*——— nam neque quiſquam curialium*
*Venit, neque magiſter, quem dividere argentum*
*oportuit.*

Tribules, ejuſdem tribus; municipes, ejuſdem municipii. Vide ſuo loco.

*Curiales Flamines.*] Minores Sacerdotes intellige, qui curionum vicem ſacra & cærimonias obibant, nam *curiones* curiarum ſacerdotes fuiſſe notum eſt.

*Curiales menſæ.*] Menſæ cujuſque curiæ, Junoni dicatæ Dionyſ. lib. 2. cap. 8. Tatius in omnibus curiis menſas, Junoni Quiritiæ ac Sabinæ dicavit.

Hæ

Curiata comitia à curiis appellata.

Curii fana à Curio dicta, quia eo loco domum habuerat.

Curionem agnum Plautus pro macro dixit, quaſi cura macruiſſet.

Curionia ſacra, quæ in curiis fiebant.

Curionium æs dicebatur, quod dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus.

Curis eſt Sabine haſta. Unde Romulus Quirinus, quia eam ferebat, eſt dictus; & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Quidam eum dictum putant à Curibus, quæ fuit urbs opulentiſſima Sabinorum.

Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant.

Curriculo pro curſim ponebant. Plautus: Licet, inquit, vos abire curriculo.

Curriculus deminutivum eſt à curru.

Curtii locus appellatur à Curtio, qui eo loco in profundiſſimum ſe ob ſalutem populi Romani projecit hiatum.

Curules equi quadrigales. Curules magiſtratus appellati ſunt, quia curru vehebantur.

Cuſſilirem pro ignavo dicebant antiqui.

## NOTÆ.

Hæ menſæ celebrandis conviviis inſtitutæ. Nam ſingulæ curiæ cum ſuis ſacerdotibus ſacrificia obibant & una epulabantur, unde & *curiæ dies* apud Ciceronem de Oratore: *Ut cum lauti accubuiſſent, tolleretur omnis ſuperioris ſermonis triſtitia, eaque eſſet in homine jucunditas, tantus in jocando lepos ut dies inter eos curiæ fuiſſe videretur.*

*Curiata comitia.*] Quibus curiatim ſuffragia dicebantur, ut quod plures curiæ ſtatuiſſent, id juſſum populi diceretur. Ea Magiſtratus qui prioribus comitiis creati fuerant, confirmabant.

*Curii fana.*] A quodam Curio dicta. Quidam codd. *Curiati fana.* Forſan *Curii tifata.* Sic infra *Mancini tifata* locum adi.

*Curionem agnum.*] Locus Plauti eſt Aulul. 3. 6. *quo quidem agno ſat ſcio.*

*Magis curioſam nuſquam eſſe ullam beſtiam.*
*Volo ex te ſcire quid ſit agnus curio,*
*Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.*

Ubi & *curioſum* & *curionem* vocat. Nec neceſſe eſt ut ſupra pro *curioſam*, *curionem* legas, nam utrumque recte dici poteſt. Et Apulei. Agnum pinguem *incurioſum* vocat.

*Curionia ſacra.*] Quæ in curiis habebant à curione ſacrorum curialium præfecto. *Curionium æs, le revenu annuel du Curé.*

*Curionium æs.*] Curionia ſacra.

*Curis.*] Curis Sabinorum lingua haſtam ſignificare teſtatur Cato & alii. Ovid. etiam.

*Sive quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis.*

Sed propius vero eſt à *Curi* Curibus nomen inditum & à *Curibus*, *Quirinum* & *Quirites* dictos. Nam *Quirites* proprie qui *Cures* Sabinorum oppidum incolebant. Et à *Curibus* Quirites appellatos teſtatur Livius lib. 1. *Quirites à Curibus appellati.* Et inde forſan Juno Sabina *Quiris* etiam dicta.

*Curitim.*] Vide *Curis.*

*Curriculo.*] Locus Plauti quem laudat Feſtus, eſt ex iis fabulis quarum nomina non ſuperſunt. Sed ea voce idem alibi ſæpius uſus eſt. Ut Moſtel.

*Sed ego ſumne infelix qui non abeo curriculo domum.*

Quod Feſtus *curſim* exponit. At doctiſſ. Voſſius non cenſet eſſe adverbium, ſed à nomine *curriculum* & *curriculo* eſſe *curſu*. Nam idem dixit Trinum. v. 4.

*Curre in Pyræum atque unum curriculum face.*

Et id magis placet.

*Curtii locus.*] Lege *lacus.* In foro erat. Sed de hac hiſtoria apud veteres non conſtat. Alii à Marco Curtio, alii multo ante à Curtio Metio T. Tatii milite, dictum volunt. De priori plures conſentiunt. Vide Liv. lib. 7. ſect. 6. triplicem hiſtoriam affert Varro quem vide lib. 4.

*Curules.*] Equi qui currum ubi ſella curulis erat, trahebant. Erat autem ſella curulis eburnea. Unde *Curule ebur* appellat Horat. Græci ἐλεφάντινον δίφρον. Magiſtratus qui hac ſella uterentur *curules* dicti. *Dacerius.*

*Cuſſilires.*] Prius dictos puto *Coſſilires.* Sic vocati ignavi, & oſcitabundi, qui per vias urbis otioſi incedunt varici, & lentis paſſibus. Metaphora ab aratoribus, qui porcas in agro faciunt. Oportet enim

Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.

Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiendum quid ſumpta.

Cutis Græcam habet originem. hanc enim illi κύτος dicunt.

Cybele mater, quam dicebant magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Gæci κύβηβον dicunt. Cybele vero eadem dicta à loco, qui eſt in Phrygia.

Cybium dictum, quia ejus medium æque patet in omnes partes, quod genus à geometris κῦβον dicitur. Unde etiam teſſellæ quadratæ κῦβοι. Hinc & κύβιον genus piſcis, quia piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant.

Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem ſermo ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis, qui carent, κυλλοὶ vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt ſic appellatum, quod in Cyllenia via ſit nutritus. Alii quod in monte Arcadiæ Cyllene. Alii quod à Cyllene ſit nympha educatus.

Cymbam Græci appellant κύμβην.

Cymbium poculi genus à ſimilitudine navis, quæ dicitur cymba, appellatum.

## Notæ.

enim eos pedes ambos in ſulcis ſeu liris ponere, & porcam in medio habere: ut neceſſe ſit varicitus incedere, quod dicebatur *Coſſim lirare*. unde *Coſſilires*. *Coſſim*, pro *coxim* eſt varicitus. Vide Nonium. Attius Parergis: *Bene proſciſſas Coſſigerare ordine porcas*, bidenti ferro rectas deruere. Formatum verbum ex *Coſſim*, & *aggerare*. *Joſ. Scaliger.*

*Cutis*] Non video quomodo à κύτος quod profunditatem notat, *cutis* poſſit deduci. Et vera eſt conjectura Voſſ. qui legendum monuit σκύτος quod Heſych. Interpretatur πᾶν δέρμα. *Omnem pellem*. A σκύτος *cutis* ut à στέγω tego. A σκύτος etiam *ſcutum*, & *ſcutica*.

*Cybele.*] Deorum mater ideoque magna mater dicta. Sed legendum *Cybebe*. Ut viris doctis placuit. Cybebe enim à Græco κύβιβον, lege κύβησον, vel ut alii κυβήβειν malim κύβηβον. Nam κυβήβοι proprie Cybeles furore correpti, ut βακχοὶ qui Bacchi ſpiritu pleni erant, dicebantur. Vide Euſtath. in κυβήβοι. Eſt autem κυβήβειν. Idem quod κυβιςᾶν, capitis rotatione furorem contrahere, quod Cybeles ſacerdotibus ſolenne fuit Lucanus.

*— — — crinemque rotantes*
*Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.*

Eadem *Cybele* à Cybelo Phrygiæ monte dicta. Et male qui pro: *A loco qui eſt in Phrygia* legunt *à luco qui eſt in Ph.*

*Cybium.*] Salſamenti ſive tarichi genus quadratum à Græco κῦβος quod Geometris figuram quadratam notat. A Pelamyde fiebat cybium, quia Pelamys in cybia ſecabatur. Athenæus lib. 3. Γκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ περὶ ὕλης πηλαμύδας κύβια εἶναι φασὶ μεγάλα. Plin. lib. 9. cap. 15. *Pelamydes in apolectos particulatimque conſecta in genera cybiorum diſpartiuntur.* Et hic mos etiamnum durat, Thunni enim qui & Pelamydes, in cybia ſecantur. Infra Feſtus cum ait κύβιον eſſe genus piſcis, pelamydem intelligit, ſed in eo falſus eſt quod Pelamydas cybia dicta fuiſſe opinatur, cum earum tantum fruſtilla in quadrum conciſa cybia dicta ſint. Neque Feſto favet Plinius ut doctiſſ. Salmaſius exiſtimavit, qui & Feſtum & Plinium eodem modo deceptos putat. Plinii verba ſunt ex lib. 22. cap. ult. *Cybium, ita vocatur pelamys quæ poſt XL. dies à Ponto in Mæotim revertitur.* Sed enim vitioſo codice Salmaſius utebatur, nam omnes alii qui melioris notæ ſunt aperte præferunt, *Cybium, ita vocatur conciſa pelamys*, &c. In fine cum Feſtus ait piſcantes piſcem illum quaſi aleam luſiſſe, de ejus Cybiis intelligendum eſt, quibus piſcatores pro alea utebantur.

*Cyllenius.*] Mercurius Deorum nuntius & interpres, & quia eorum mandata ſermone exequebatur ſine manuum auxilio, à Græco κυλλὸς *mancus* Cyllenium dictum Feſtus putavit. Ubi illum meras nugas ludere nemo non videt. Ita enim à Cyllene Arcadiæ monte dictus eſt. Virg. 8. Æneid.

*Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia*
*Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.*

Tamen ſi Græculorum amas ſomnia vide Euſtath. in Homer. p. 300. & 1951.

*Cyllenia via.*] Ad hanc viam inveſtigandam nullam invenire viam poſſum. Forſan reſcribendum *Cyllene vico* vel *Cyllenio vico*.

*Cymba.*] Navigii genus: Virg. *Gemuit ſub pondere cymba.* A Græco κύμβη, quod νεὼς εἶδος exponit Heſych.

*Cymbium.*] Poculum quod in modum cymbæ factum. Virg. v. Æn.

*Cymbiaque auro perfecta atque aſpera ſignis.*

Cypa.

Cynthius Apollo à Cyntho Deli monte vocatus.

Cypariſſæ appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere ſolent ad ſimilitudinem cupreſſi.

Cypariſſiæ dicuntur ignes prodigioſi à ſimilitudine cypreſſorum.

Cypria Venus, quod ei primum in Cypro inſula templum ſit conſtitutum. vel quia parientibus præſideat, quod Græce κύειν parere ſit.

Cyprio bovi merendam, Ennius ſotadico verſu cum dixit, ſignificat id, quod ſolet fieri in inſula Cypro, in qua boves humano ſtercore paſcuntur. Idem cum dicit, Propter ſtagna, ubi lanigerum genus piſcibus paſcitur; eſſe paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces ſimiles ranunculis, quos oves ſectatæ edunt.

Cytherea, Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta eſſe dicitur concha, cum in mari eſſet concepta.

## NOTÆ.

*Cypariſſæ.*] Cupariſſeæ, & cupariſſiæ, & cupariſſæ; ignes qui in modum cypreſſi apparent. Nam pro *cupreſſus*, *cupariſſus* dicebatur à Græco κυπάρισσος. Virgil. *Nec Idæis cupariſſis.*

*Cypria.*] Cypris & Cypria dicta Venus à Cypro inſula non à κύειν quamquam idem aliquis ſenſerit qui ait: Κύπρις κυοπορίς τις ὤσα, ὡς τὸ κύειν παρέχουσα i. *Cypris quaſi cyoporis quaſi parere faciat*, quod & apud Euſtath. legere eſt.

*Quod ei primum in Cypro.*] Verum eſt primum Veneri templum conſtitutum fuiſſe in Cythera. Et hoc illud eſt quod hic Feſtum fefellit, Cytheram enim hic Cypri urbem putavit quæ re vera eſt Peloponneſi inſula in ſinu Laconico, ubi Veneri templum primi dicarunt Phœnices. Vide Pauſan. in Laconicis. *Dacerius.*

*Cyprio bovi.*] Videndus Plinius lib. XXIII. c. XX. *Ful. Urſinus.*

*Cyprio bovi.*] Tam verum eſt ullos boves σκατοφάγους eſſe, quam ullas oves ἰχθυοφάγους. Utrumque enim contrarium animali ruminanti. Scio quidem in quibuſdam nationibus piſces arefactos, ac ſale duratos bubus apponi. Sed aliud eſt piſces pecori dare, cum jam amplius piſces non ſunt: aliud pecus ipſos vivos conſectari, & paſci. Sed περὶ σκατοφάγων βοῶν non ſolum Feſtus ait: ſed & Græci παροιμιογράφοι, exponentes proverbium Κύπριος βοῦς. Vide illos, *Joſ. Scaliger.*

*Cyprio bovi merendam.*] Cyprios boves ſtercore veſci antiquis proditum eſt, unde *Cyprius bos* proverbii vice in quemlibet jactabatur qui ſe fœdo victu imbulbitaret. Heſych. Κύπριος βοῦς ἐπὶ κοπροφάγου εἰρημένη (τάσσεται) τοῦτο, ἐπειδὴ οἱ Κύπριοι βόες κοπροφαγοῦσι. id eſt, *Cyprius bos in merdiphagum quemlibet dicitur iſtud, quod boves Cyprii ſtercore veſcuntur.* Quanquam id contra ruminantis naturam eſſe conſtat.

*Propter ſtagna.*] Hic Sotadicus verſus ſic legi debet.

*Propter ſtagna genus ubi lanigerum piſcibus paſcit.*

Etſi falſum eſt oves ullas eſſe ἰχθυοφάγους.

*Cytherea.*] Ab urbe Cypri Cythera, in quam ſalo exorta, ſtatim delata fuit. Quapropter & in Cypro nata dicitur. Unde *Cyprogeneia* dicta. Verum quia hujus Cytheræ nemo quod ſciam præter Heſiodi Scholiaſten meminit eos ſequor qui Cythéream dictam tradunt ab inſula Cythera in ſinu Laconico, hodie Cerigo. Vide Bocharti Chanaan lib. 1. cap. 22. Neque illud prætereundum Scholiaſten Heſiodi Cytheras accepiſſe de urbe Cypri manifeſto contra mentem Heſiodi qui ſcribit Venerem, ubi primum nata fuit Cytheras advectam. Deinde & circumfluam ad Cyprum perveniſſe. Neque enim poterant in Cypro eſſe Cytheræ, cum è Cytheris Venus in Cyprum delata ſit &c. *Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

---

## *LIBER QUARTUS.*

### D.

DACRIMAS pro lacrymas Livius ſæpe poſuit, nimirum, quod Græci appellant δάκρυα. Item dautia quæ lautia dicimus, & dantur legatis hoſpitii gratia.

Dædalam à varietate rerum, artificiorumque dictam eſſe apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Vergilium Circen, facile eſt intelligere: cum Græce δαιδάλλειν ſignificet variare.

### NOTÆ.

*Dacrymas.*] Dacryma à Græco δάκρυμα quod verbale eſt à δάκρυ vel δάκρυον. Uſus eſt Livius Andronicus, ſed hodie apud eum fruſtra quæras.

*Item dautia.*] *Dautia* rectum eſſe arbitror & inde *d* in *l* mutato *lautia*. A Græco videlicet δῶπα; ſunt autem *lautia* Xenia quæ legatis mittebantur in donum ut recte Feſtus. Meminit Livius plus ſemel lib. 25. de Saguntinorum legatis: *Locus inde, lautiaque præberi juſſa:* & alibi: *Locus & lotia præbita.* Plutarch. in αἰτίοις: τὸ γὰρ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, οἱ ταμίαι ξένια, τοῖς πρεσβεύουσιν ἔπεμπον. ἐκαλεῖτο δὲ Λαύτια τὰ πεμπόμενα. i. e. *Antiquitus enim ut videtur tamiæ munera legatis mittebant, quæ mittebantur vocata lautia.* Quam antiquus is mos fuerit ad legatos munera mittendi ex Homero & aliis notum eſt.

*Dædalam.*] Dædalam terram ob varietatem dixit Lucret. lib. 1.

——— *Tibi ſuavis Dædala tellus*
*Summittit flores.*

Idem lib. 2.

——— *Dædala cordis*
*Carmina.*

Et lib. 4.

*Verborum Dædala lingua.*

Lib. 5.

——— *Naturaque Dædala rerum.*

Item:

—— —— *Dædala ſigna.*

*Apud Ennium Minervam.*] Ob lanificii artificium cui præeſt locus Ennii lib. 1. annal. ſed mutilus:

*Dædala . . . . . . . . . . . Minerva.*

*Apud Virgilium Circen.*] Lib. 7. Æneid.

*Illorum de gente patri quos Dædala Circe*
*Suppoſita de matre nothos furata creavit.*

Dæ-

Dagnades ſunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quæ vellicando, morſicandoque & canturiendo aſſidue non patiuntur dormire potantes.

Dalivum ſupinum ait eſſe Aurelius, Ælius ſtultum. Oſcorum quoque lingua ſignificat inſanum. Santra vero dici putat ipſum quem Græci δείλαιον: id eſt, propter cujus fatuitatem quis miſereri debeat.

Damium ſacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ deæ, dictum à contrarietate, quod minime eſſet δημόσιον, id eſt publicum. dea quoque ipſa δαμία, & ſacerdos ejus δαμίας *, appellabatur. *Damiatrix.

Daniſtæ, feneratores.

Danunt, dant.

Daps apud antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hiberna ſemente, aut verna, quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Itaque & daptice ſe acceptos antiqui dicebant, ſignificantes magnifice. & dapticum negotium amplum, ac magnificum.

## Notæ.

*Dagnades.*] Scribe per, C. δακνάδες. Heſychius: δακνὶς, εἶδος ὀρνίθ. Quod vero CANTVRIENDO hic mutant docti vi i, & ſubſtituunt *Cantitando*, neſcio quare ſibi perſuaſerint *Canturire* verbum Latinum non eſſe: cum alii veteres uſurparint, & vetus Gloſſarii ſcriptor: *Canturit*, ψιθυρίζει. *Joſ. Scaliger.*

*Dagnades.*] Pro *dacnades c* converſo in *g.* δακνάδες, Heſych. δακνὶς εἶδος ὀρνίθ. à *δάκνω mordeo.* Has aves coronis vinctas capiti imponebant quippe queis ebrietatem depelli, ſeque ebrios factos, fieri ſobrios exiſtimabant. De coronis Geopon. lib. 7. cap. 30. *ἀνανήφειν ποιοῦσι τοὺς μεθύοντας στέφανοι ἀπὸ ποικίλων ἀνθῶν, ἐπιτιθέμεναι τῇ κεφαλῇ.* i. e. *Coronæ ex variis floribus capiti impoſitæ ebrios ad ſobrietatem revocant.*

*Canturiendo.*] Viri docti legunt *cantitando*, ſed neſcio quare ſibi perſuaſerint *canturire* verbum Latinum non eſſe cum alii veteres uſurparint & vetus Gloſſarii ſcriptor, *canturit*, ψιθυρίζει. *Dacerius.*

*Dalivum.*] Gloſſarium: *Daunum*, ἄφρονα. manifeſto legendum *Dalivum.* ſinceriora veſtigia apud eundem ſcriptorem in illo, *Davus*, ἄφρων, ἄπειρος. *Dalivus* enim legendum. *Joſ. Scaliger.*

*Dalivum.*] Per *ſupinum* negligentem intellige & inſipientem. Ad eandem mentem gloſſæ: *Dalivus* ἄφρων, ἄπειρος. Item: *Dalivum* ἄφρονα; Et optime, Santra eum eſſe putavit quem Græci vocant δείλαιον. Ab Æolico δείλαιϝος, *dalivus.* δείλαιος autem eſt μάταιος ut exponit Heſych. δείλαιον, μάταιον. *Dacerius.*

*Damia.*] Gloſſarium: *Damium*, θυσίαι, ὑπαίθριον γινόμενον. contra dicit, ac Feſtus. Falſum vero ἀντιφραστικῶς dictum, quod minime publicum ſit. Imo ita dictum, quod pro populo fieret. Juvenalis:

*Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.*

Sequentia quoque ita legenda: *Dea quoque ipſa Damia, & ſacerdos ejus Damiatrix appellabatur.* Sane Damiatrix etiam in antiquitus excuſis legebatur. Quod inepti homines in neſcio quas Græculas ineptias mutarunt. *Joſ. Scaliger.*

*Damium.*] Sacrificium in honorem Maiæ quæ bona dea vocabatur, à matronis in æde Pontificis Maximi fieri ſolitum; ſed male per antiphraſin ſic dictum putavit Feſtus, quaſi minime publicum ſit, cum conſtet pro populo factum fuiſſe, & ſub dio. Cicero epiſt. lib. 1. ad Atticum: *Credo enim te audiviſſe cum apud Cæſarem pro populo fieret, veniſſe ibi muliebri veſtitu virum.* Gloſſ. Damium: θυσία ὑπαίθριος γινόμενον *ſacrificium ſubdiale.*

*Et Sacerdos ejus Damias.*] Lege *Damiatrix*, ut in margine.

*Daniſtæ.*] Qui pecuniam fœnori collocant *Daniſtæ*, Græce δανειστὴς à δάνος fœnus. *Trapezita* etiam dictus à tabulis quæ Græce τράπεζαι. Quamquam illud diſcriminis inter utrumque quidam ponunt ut *daniſta* privatus, trapezita vero publicus ſit fœnerator; ſed apud veteres plerumque confunduntur.

*Danunt.*] Plaut. Moſtel. 1. 2.

*Ad legionem cum itant, adminiculum iis danunt.*

*Dacerius.*

*Daps.*] Exempla dapis pro verna, aut hiberna ſemente habes apud Catonem. *Joſ. Scaliger.*

*Daps.*] Sacrificium hyberna vel verna ſemente fieri ſolitum: unde apud Catonem reperias *daps* pro ipſo veris vel hyemis tempore. Daps etiam latius patet, nam omnes opiparos & ſumptuoſos apparatus ſignificat. Livius Andronicus:

*Quæ hæc daps eſt, quis feſtus dies?*

Ex homer. illo Iliad. γ'.

Τίς δαὶς, τίς ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο;

Daſi, dari.

Daunia Appulia appellatur à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domeſticam ſeditionem excedens patria occupavit.

DEACTIO, peractio.

Deblaterare eſt ſtulte loqui. Nam Græci βλάκας ſtultos appellant.

Decalicatum calce litum.

Decermina dicuntur, quæ decerpuntur purgandi cauſa.

Decima quæque veteres diis ſuis offerebant.

Decotes togæ detritæ.

Decrepitus eſt deſperatus crepera jam vita: ut crepuſculum extremum diei tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter ſenectutem nec movere ſe, nec ullum facere poteſt crepitum.

Decultarunt, valde occultarunt.

Decumana ova dicuntur, & decumani fluctus, quia ſunt magna. nam & ovum decimum majus naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu ſolis ad occaſum. Alter ex tranſverſo currens appellatur cardo.

Decures, decuriones.

Decuriones appellantur, qui denis equitibus præſunt.

## NOTÆ.

Et inde *daptice* ſumptuoſe. *Dapticum* magnificum, ſumptuoſum *dapſilis*, magnificus. *Daps* autem potius à δαπανᾶν quam à δαὶς, nam prius dicebatur *dapis*.

*Daſi.*] *Dari*, ut *Valeſii* pro *Valerii*. &c.

*Daunia.*] Plin. *Apulia Daunorum cognomine, à duce Diomedis ſocero.* Solinus tamen: *A Cleolao Minois filio, Daunios.* Corrupte forſan.

*Deactio.*] *De* aliquando intendit, auget, ſic *deamare*, valde amare: *decultare* valde occultare: *deagere*, peragere: *decalicare*, omnino calicare, calce illinire: *Deparcus*, valde parcus apud Sueton. *defœdus*, valde fœdus. Cic.

*Deblaterare.*] Vide *Blaterare*.

*Decalicatum.*] A Græco κύλιξ, calix, *calicare*, decalicare. Vide *Calicata*.

*Decermina.*] Purgationes ad placandos Deos fieri ſolitæ. Sed non conſtat quomodo peragerentur: nam proprie *decermina*, de frondibus ad luſtrandum decerptis. Et forſan de iis Feſtus. *Dacerius.*

*Decima quæque.*] Vide quantum juris Barbarus ille ſibi ſumſerit in hoc loco mutilando. uni enim tantum Herculi hoc fiebat. *Joſ. Scaliger.*

*Decima.*] Nunquam legi decima quæque Diis oblata fuiſſe, ſed tantum Herculi. Plauti Stich.

*Uti decumam partem Herculi polluceam.*

Nam quod Decimam prædæ partem Apollini votam apud Livium legas, alia plane res eſt. *Dacerius.*

*Decotes.*] L. m. addit. Decotes, Decuriones. *Ful. Urſinus.*

*Decrepitus.*] A lucerna, vel candela, quæ ultimum expirans crepitum edere ſolet. Hoc enim eſt Decrepare. ut apud Perſ. deſtertere. Decrepitus à veteribus Græciæ magiſtris exponitur, ὑπέργηρος, τυμβογέρων, ἰφθὸς, γέρων τεχοθνήκατος. *Joſ. Scaliger.*

*Decrepitus.*] Cui vita crepera, id eſt, dubia, ut crepuſculum diei tempus dubium, vel à *crepitu*, quod ſenex nullum facere crepitum queat. Sed magis placet Scaliger qui ait eſſe metaphoram à lucerna vel candela quæ ultimum expirans crepitum ſolet edere. Hoc enim eſt decrepare, ultimum crepare, ut apud Perſium *deſtertere*, id eſt, poſtremum *ſtertere*. Et eo ſenſu decrepitus eleganter in Gloſſario exponitur ἐκπνευσμένος. Qui ultimum flatum ſive crepitum edidit.

*Decultarunt.*] Vide *deactio*.

*Decumana ova.*] Mirum veteres inepte credidiſſe quæ ordine decima naſcuntur, ea eſſe omnium maxima; ut de fluctibus. Ovid. Triſt. lib. I. el. II.

*Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes*
*Poſterior nono eſt, undecimoque prior.*

Nam per metaphoram *decumana* ea dicuntur à re agraria ſcilicet, maximus enim limes in agris Romanis *decumanus* vocatur.

*Decumanus.*] In agris Romanis decumanus limes qui ab Oriente ad Occidentem. *Cardo* qui à Meridie ad ſeptentrionem dirigitur, ubi mundi cardines.

*Decuriones.*] Gloſſ. Decurio, δεκαδάρχης. Decurionatus, δεκαδαρχία.

*Dedita.*]

Digitized by Google

Dedita intelligitur valde data.

Deſomitatum à fomitibus ſuccīſum, * quibus conſoveri erat ſolitum.

Deſrenſam, detritam, atque detonſam.

Deſrui dicebant antiqui, ut deamare, deperire: ſignificantes omnem fructum percipere.

Degere * antiqui poſuerunt pro expectare. *Degenere.

Degunere, deguſtare.

Deinceps qui deinde cepit; ut princeps, qui primum cepit.

Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.

Deinde compoſitum eſt ex præpoſitione, & loci ſignificatione: ut exinde, perinde, proinde, ſubinde; quæ item tempus ſignificant.

Delapidata, lapide ſtrata.

Deliberare à libella, qua quid perpenditur, dictum.

Delibrare aquam ſulco derivare.

Delicare ponebant pro dedicare.

Delicata dicebant diis conſecrata, quæ nunc dedicata. Unde adhuc manet delicatus, quaſi luſui dicatus. Dedicare autem proprie eſt dicendo deferre.

## Notæ.

*Dedita.*] Valde data, id eſt, omnino, in perpetuum data, ita ut ea nequeas repetere. Sic vetus Terentii interpres: *Dare eſt quod repetas. Dedere eſt ad perpetuum. Damus amicis, dedimus hoſtibus.*

*Deſomitatum.*] Quod de fomite excutitur, eſt autem fomes materia arida ad igneſcendum apta. Virg.

——— *Rapuitque in fomite flammam.*

*Fomes à foveo*, quod fomite foveri ſolerent. *Dacerius.*

*Deſrenſam.*] Gloſſarium: *Deſrenſa*, ἄρυες ϑερισθεῖσα. Defrens, ἄρυες, ϑερισμός. *Joſ. Scaliger.*

*Deſrenſam.*] Detrens, vel defrenſa, propriè eſt ſeges demeſſa. Gloſſ. *Defrenſa*, ἄρυες ϑερισθεῖσα. Inde per metaphoram detrenſa veſtis dici potuit veſtis detrita & detonſa.

*Deſrui.*] Vide *deactio.*

*Degere.*] Malim legere *degerere*, ut in marg. quanquam utrumque mihi æque ignotum eſt. Niſi *degerere* operis privationem ſignificet à *de* privativo ut *denaſci* pro mori, ſic *degerere*, nihil agere & qui nihil agunt quodammodo videntur exſpectare. Nihil aliud ſuccurrit, nunc quidem. *Dacerius.*

*Degunere.*] Fortaſſe *Degumare.* Quod in Conjectaneis monuimus. *Joſ. Scaliger.*

*Degunere.*] Gloſſ. *degunere*, ἀπογεύσασθαι, γεύσασθαι. Sed apud Feſtum & in Gloſſario legendum monuit Scaliger *Degumare* ſive *degumiare*, à *gumia* ſcilicet, id eſt *guloſus*. Lucil.

*Compellans gumias ex ordine noſtros.*

*Dacerius.*

*Deincipem.*] Apuleius dixit *deincipem ſermonem. Joſ. Scaliger.*

*Deinceps.*] A *Dein* & *capiendo* & ſignificat, *qui deinde capit* & *quod deinde captum eſt.* Ut *princeps* qui primus cepit & qui primus captus eſt. Et *deinceps* ut *princeps* per obliquos veteres efferebant. Sic Apuleius dixit *deincipe die* & *deincipem ſermonem.* Vide *tignum.*

*Deinde.*] Ex præpoſitione *de* & *inde* quæ loci ſignificationem continet à Græco ἔνθεν, *ex illo loco*, & hæc fuit Feſti ſententia. Sic *exinde*, *perinde*, *proinde*, *ſubinde*; quæ etiam tempus ſignificant. Nam pro *poſtea* vel *deinceps* veteres uſurparunt.

*Delapidata.*] Gloſſæ *delapidata*, λιθόσρωτα. Delapidare eſt lapidibus ſternere. Quandoque etiam lapides auferre, lapidibus purgare.

*Deliberare.*] Animo perpendere quid à duobus vel pluribus potiſſimum ſumas. Et à *libra* ſeu *libella* dictum ait Feſtus, inepte, nam ſi ita eſſet diceretur etiam *delibrare* quod aliud eſt. Melius igitur qui à *libero* deducunt: is enim tantum deliberat cui libertas data eſt è duobus aliquid eligendi.

*Delibrare.*] MSS. *Delirare* optime. A *lira* quod foſſam vel ſulcum ſignificat, per quem aqua in quemlibet locum deducitur.

*Delicare.*] Pro *dedicare* ut *lacryma* pro *dacryma.*

*Delicatus.*] *Luſui dicatus*, in MS. *uſui.* Delicati homines ſunt qui muliebria patiuntur. Græci παῖδας ἁπαλοὺς vocant, *pueros teneros*, *Enervatos greges* vocat Victor, ſed *delicatus* melius à deliciis: nam & delicati Suetonio etiam *deliciæ* dicuntur.



*Deliciæ.*]

Delicia eſt tignum quod à culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigium collocatur, unde tectum deliciatum, & tegulæ deliciares.

Delinquere eſt prætermittere, quod non oportet præteriri. Hinc deliquia & delicta.

Deliquium ſolis à delinquendo dictum, quod delinquat in curſu ſuo.

Deliquum apud Plautum ſignificat minus.

Delubrum dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, quem venerabantur pro deo.

Deluit, ſolvit. à Græco διαλύειν.

Demagis pro minus antiqui dicebant.

Deminutus capite appellatur: qui civitate mutatus eſt: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus eſt: & qui in hoſtium poteſtate venit: & cui aqua, ignique interdictum eſt.

## NOTÆ.

*Delicia.*] Tignum quod à faſtigio tecti ad ultimas uſque tegulas pertinet, ita ut inter duo tigna quaſi ſulcus tegularum efficiatur per quem aqua decurrat, à *deliciendo*, quod inde aqua deliciatur. Gallice *goutiere*. Inde tectum deliciatum, *toict à goutieres*. Et tegulæ deliciares, *tuile propre à faire des goutieres*.

*Delinquere.*] Proprie *deficere*, more antiquo ut ait Servius Tubero: *Num delinquit aut ſupereſt aliquid tibi?* Cælius in hiſtoriis: *Delinquere frumentum: Sardiniam hoſtes tenere.* Inde per metaphoram *peccare*, & ut exponit Feſtus, ea linquere quæ non oportet præteriri. A *delinquere*, deficere, eſt *deliquium ſolis*, ſolis defectio, ut à Græco ἐκλείπειν, ἔκλειψις, *Eclipſis*. Male igitur qui *deliquando* pro *deliquendo*, & *deliquatur* pro *delinquat* legi voluerunt; quanquam idem & Varro. *Dacerius*.

*Deliquium.*] Imo quia delinquere apud veteres erat deficere. Tubero: Num delinquit, aut ſupereſt aliquid tibi? Cælius in Hiſtoriis: delinquere frumentum: Sardiniam hoſtes tenere. *Joſ. Scaliger*.

*Deliquum.*] Plautus in Caſina: Sine amet, ſine quod lubet, id faciet, quando tibi nil domi Deliquum eſt. *Ant. Auguſtinus*.

*Deliquum.*] Scribendum per C. quatuor ſyllabarum, Delicuum. In Caſina

——— *quando nil tibi domi delicuum eſt.*

Gloſſarium: *Delicuum* interpretatur πλεῖσμα. *Joſ. Scaliger*.

*Deliquum.*] Locus Plaut. eſt Caſin. 2. 2.

*Quando tibi nil domi deliquum eſt.*

Id eſt: cum nil tibi domi minus ſit. cum nil tibi domi deſit. Gloſſarium *delicuum* interpretatur πλεῖσμα. [At legendum *delictum* in Gloſſario.] *Dacerius*.

*Delubrum.*] Duplex eſt hujus nominis ſignificatio: nam & pro Dei ſimulacro, & pro loco Deo conſecrato ponitur. Varro apud Macrob. lib. 3. Servius lib. 2. & 4. Æn. Aſconius hanc Feſti interpretationem reprehendens in Divinat. *Ant. Auguſtinus*.

*Delubrum.*] Græci Grammatici, καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα. *Joſ. Scaliger*.

*Delubrum.*] Simulacrum ligneum, quod ſit ſine *libro*, id eſt, *cortice*. Idem Servius 4. Æn. *Aut certe ligneum ſimulacrum delubrum dicimus, à libro, hoc eſt, raſo ligno factum quod Græce ξόανον dicitur.* Sic ξόανα, ἀγάλματα, εἴδωλα exponit Heſych. ab hoc igitur delubro ſive ſimulacro templa dicta delubra. Sed magis placet aliorum ſententia, qui putant delubra dicta, à delubris, hoc eſt fontibus, quæ ante templa collocabantur, ut iis homines ante ingreſſum deluerentur. Cornelius Fronto: *Delubrum in quo homines pericula ſua deluunt.* Delubrum igitur à *deluendo*. Servius 2. Æn. *Alii ut Cincius, delubrum eſſe locum ante templum ubi aqua currit à deluendo.* Et lib. 4. *Delubrum autem dictum aut, ut ſupra diximus, propter locum in quo manus abluuntur.*

*Deluit.*] Solvit. purgat. Gloſſ. *Deluo*, ἀπολύομαι. *Dacerius*.

*Demagis.*] Contra Gloſſarium: *Demagis*, σφοδρῶς. Et Nonius: *Demagis, valde magis.* Sed de hoc ſatis dicemus in Plautum. *Joſ. Scaliger*.

*Demagis.*] Numquam *demagis* pro *minus* me legere memini ſed ſemper pro *valde magis*. Gloſſ. *Demagis* σφοδρῶς. *Valde magis*; vide Nonium. Sed forſan pro *minus* legendum, *nimis*.

*Deminutus capite.*] Capitis nomine veteres pericula libertatis, civitatis, familiæ, vitæ denique & exiſtimationis ſignificabant. Sic *diminui capite* dicebatur is qui civitatis vel familiæ jus amiſerat, vel alicui pro ſervo traditus fuerat, cum liber eſſet, vel denique cui vita interdictum fuerat. Et ſic tribus modis accidebat capitis diminutio, cum enim aliquis cum libertate civitatem amiſerat ut ſervi, ingrati liberti, ea dicebatur maxima capitis diminutio.

Digitized by Google

Demoe apud Atticos ſunt, ut apud nos pagi.

Demum quod ſignificat poſt, apud Livium demus legitur. Alii demum pro duntaxat poſuerunt.

Denariæ cærimoniæ dicebantur, & tricenariæ, quibus ſacra aditutis decem continuis rebus vel triginta certis quibuſdam rebus carendum erat.

Denicales feriæ colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim νέκυν mortuum dicunt.

Deorata, perorata.

Depeculatus à pecore dicitur, qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur.

Deperire ſignificat valde perire.

Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.

Depontani ſenes appellabantur, qui ſexagenarii de ponte dejiciebantur.

Deprehenſa dicitur genus militaris animadverſionis caſtigatione major, ignominia minor.

## NOTÆ.

nutio. Et cum civitatem tantum amittebat, libertatem retinens, ut in inſulam deportati, aqua & igne interdicti, ea minor ſive media dicebatur capitis diminutio. cum vero hominis tantum ſtatus mutabatur, conſervata civitate, & libertate retenta, ut in iis accidit qui cum ſui juris eſſent ſeſe in adoptionem dederunt, aut contra qui alieno juri ſubjectus erat, ſui juris factus eſt, tum ea minima dicebatur capitis diminutio. Et hæc omnia paucis perſecutus eſt Feſtus. In eo tamen aliquid reprehendas, neque enim omnino verum eſt eos qui in hoſtium poteſtatem venerunt, pati capitis diminutionem, ſcilicet propter ſpem poſtliminii quo reſtituuntur in integrum unde & in edicto de majoribus in integr. reſt. ſervitus ſeparatur ab hoſtium poteſtate.

*Demoe.*] Antique pro *demoi*, ut *poploe*, *poploi*, *popli*, ut alibi dictum; *demoe* autem Græcum eſt δῆμοι. In *demos* Attica dividebatur, qua de re vide Doctiſſimi Meurſii libellum de populis Atticæ.

*Demum.*] *Poſtea, tandem.* Et apud Livium Andron. Legitur *Demus.* Sed locus non extat. Sic *rurſus* pro *rurſum.*

*Alii demum pro dumtaxat.*] Quintilian. lib. 1. c. 4. *Poſſunt tantum id demum quod in proximo eſt.*

*Denariæ Cerimoniæ.*] Denariæ, vel tridenariæ cum per decem vel triginta dies in caſto erant, antequam ſacra aggrederentur. Sic in libris ſacris ſacerdotes antequam conſecrarentur per ſeptem continuos dies cerimoniis vacabant quæ ſic ſeptenariæ dici potuere.

*Denicales.*] A *nex*, *neco*, unde *deneco.* Unde *denicales.* Cicero 2. de legib. *Nec vero tam denicales quæ à nece appellatæ ſunt quia reſidentur mortui, quam ceterorum cæleſtium quieti dies, feriæ nominarentur, niſi majores eos qui ex hac vita migraſſent in Deorum numero eſſe voluiſſent. Eas in eos dies conferre jus quibus neque ipſius neque publicæ feriæ ſunt.* Columel. lib. 2. cap. ult. *Nos apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos jungere non licere, ceteris licere.*

*Deorata.*] Nam veteres *deorare* dicebant pro *perorare. Dacerius.*

*Depeculatus.*] Legendum: *Depeculatus, à peculatu dicitur.* Quod ſequentibus confirmatur. veteres Græcorum magiſtri: *Depeculatio*, νοσφισμὸς δημοσίων χρημάτων. *Joſ. Scaliger.*

*Depeculatus.*] Lege cum Scaligero: *Depeculatus à peculatu dicitur.* Id probant ſequentia. *Peculari* & *depeculari* eſt furari, & de furto publico proprie dicitur, nam is qui populum fraudat, peculatus, hoc eſt, furti publici pœna tenetur. Inde autem vox *peculari* tracta eſt, quod cum antiquitus opes fere in pecoribus conſiſterent, multæ pecore dicebantur, quarum ſi averſa pecunia eſſet *peculatus* committebatur. Vide *peculatus.*

*Deperire.*] Valde perire, funditus perire. Inde deperire dicitur is qui efflictim amat & perdite.

*Depolitum.*] Valde politum. Plin. lib. 36. cap. 25. *Si vero cote depolitum eſt, nigri pavimenti uſum obtinet.* Hinc & *depolitiones.* Vide Nonium in *politiones.*

*Depontani.*] Qui ſexaginta annis nati de ponte in Tiberim præcipitabantur. Cicero pro Sext. Roſc. *Habeo etiam dicere quem contra morem majorum minorem annis LX. de ponte in Tiberim dejecit.* Varro ſexageſimo: *Vix ecfatus erat cum more Majorum ultro Caſnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant, ſenibus craſſis heu multi non videmus quid faciant. Nam quis patrem nunc decem annos natus non modo aufert, ſeu tollit niſi veneno.* Vide *argeos* & *ſexagenarios.*

*Deprehenſa.*] Gloſſ. *deprehendit*, διορθοῦται. *Deprenſi* ὑπερεκτίσεως. Lego *deprenſa.* Id eſt, *pœnæ, mulcta.*

Depubem porcum lactantem, qui prohibitus ſit pubes fieri.

Depuvere, cædere. Lucilius: palmiſque miſellam Depuvit me. id eſt, verberavit me. quod ipſum ex Græco eſt παίειν.

Δέρεις Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria.

Derogare proprie eſt, cum quid ex lege vetere, quo minus fiat, ſancitur lege nova. derogare ergo detrahere eſt.

Deſiderare, & conſiderare à ſideribus dici certum eſt.

Deſivare deſinere.

Deſpretus, valde ſpretus.

Deteriæ porcæ, id eſt macilentæ.

Detractare eſt male tractare.

Detudes eſſe detunſos deminutos.

## Notæ.

*Depubem.*] Porcus qui trucidatur dum lactet & ita *pubes* fieri prohibetur. Pro *lactantem* legendum omnino *lactentem* id eſt, lac ſugentem. Et ita in MSS. *Dacerius.*

*Depuvere.*] Lege, *Depuvire.* *Joſ. Scaliger.*

*Depuvere.*] Legendum *depuvire* ut optime Scaliger. Niſi *e* pro *i* poſitum ſit. *Depuvire* à *pavio*, cædo, pulſo, quod à Græco παίω. A *pavio*, *depuvio* a in u. ut *quatio*, *concutio*. Vide *obpuvit.* *Dacerius.*

*Deris.*] Gloſſæ veterum: *Segeſtre*, διφθέρα, διφθέρα πλοίου. Gloſſarium: *Segeſtre*, σίγαςρον, περίδερμον. fortaſſe παραδέρμιον. vel potius γερόδερμον, vetus pellis, ut γερόνδρυον. *Joſ. Scaliger.*

*Δέρεις.*] Δέρεις eſt δέρρις ſive δέρμα. *pellis* Heſych. Δέῤῥις, δέρμα βύρσα. Latini vocant *ſegeſtre* σίγαςρον, quod à σέγω, *tego*. In Gloſſario exponitur, διφθέρα πλοίου, pellis navigii. Sed prius *ſegeſtria* è ſegete fiebant & tum demum δέρρεις dici cœpta ſunt cum in eorum uſum pelles ceſſerunt. Quamvis & δέρρεις texta quibus pro velis ſive umbraculis utebantur, Græci dixerunt. Heſych. Δέῤῥις, τὸ παχὺ ὕφασμα ὃ εἰς παραπέτασμα εἶχον. i. *Deris, textum illud denſum quo pro umbraculo utebantur.* *Dacerius.*

*Derogare.*] Gloſſarium: *Derogat*, ἀπελίζει, χρεωκοπεῖ. retulit ad tabulas novas. Nam & id eſt derogare veteri credito. *Joſ. Scaliger.*

*Derogare.*] Aliquid veteri legi per legem novam detrahere, & idem eſt *exrogare*, quod vide.

*Deſiderare.*] Proprie cum ſideris tempus deſiit, unde & deſiderari dicuntur quæ deſunt. Vide *conſiderare* & *præſiderare.* *Dacerius.*

*Deſivare.*] Vetus editio: *Deſirare.* fortaſſe melius. Gloſſarium: *Deſinator*, ἀβοήθητος. Qui ſcilicet deſinit deſtitutus ope. Tamen dubito. Nam & alibi legitur: *Die ſuatur*, βοηθεῖται. pro *Deſivatur*, βοηθεῖται. Sane apud Senecam epiſtola CXVIII. *Deſinare* per N. legitur. *Imbecilla*, inquit, *mentis iſta ſunt verba, & hac deſinatione miſericordiam captantis.* *Joſ. Scaliger.*

*Deſivare.*] Legendum ut in al. cod. *deſinare.* Deſinere, ope ſcilicet deſtitutus, Gloſſ. *Deſinator*, ἀβοήθητος. i. *Auxilio deſtitutus.* Et Senec. Ep. 118. *Imbecilla mentis iſta ſunt verba & hac deſinatione miſericordiam captantis.* Gloſſar. *Dieſvatur* βοηθεῖται. Leg. Deſinatur, οὐ βοηθεῖται. Forte etiam *deſivare* rectum ſit quaſi deſinere juvare. Quod dejuvare dixit Plaut. in Trinum. 2. 2.

*Deſerere illum, & dejuvare in rebus advorſis pudet.*

Niſi ibi etiam *deſivare* reſtituendum.

*Deteria.*] *Deterius* à terendo quia ille deterior eſt qui magis detritus eſt. Vide Priſcianum.

*Detractare.*] Malim *detrectare.* Sic *attrecto*, *contrecto.* *Detrectare* autem eſt male tractare, male habere. Gloſſ. *Detrectat*, ἀπειθεῖ, παραιτεῖται. i. *Recuſat, & accuſat.* *Dacerius.*

*Detudes.*] Gloſſarium: *Detudes*, μιανθέντες. *Joſ. Scaliger.*

*Detudes.*] A *tudo*, ut veteres dicebant pro *tundo*, ut *frago* pro *frango*, *detudes* diminuti, detonſi. Gloſſ. *Detudes*, μειωθέντες. i. *diminuti.* Ut optime hunc locum correxit Vulcanius, cum antea legeretur μιανθέντες. *Concutere* autem, *percutere* & *decutere* verba ſunt à Latinis in textura veſtium uſurpata. *Concutere* & *percutere* eſt κρούειν, vel σπαθᾶν, radio telam percutere, licia denſare, inde *concus* radius textorius, & *concutes* vel *percutes* quas κρουςὰς καὶ σπαθητὰς Græci vocant, denſatas veſtes, bene percuſſas. Juvenal.

*Et bene percuſſas textoris pectine Galli.*

His opponuntur *detudes* quæ ſunt detritæ, deminutæ, quomodo & Græci συγκεκρουσμένα ἱμάτια interpretantur ὧν ὁ κρόκος ἀνατέτριπται *quorum detriti ſunt flocci.* *Concutes* alio nomine Latinis dicuntur *Pavidenſes.* Quod bene *pavita* i. *pulſata*, *percuſſa.* Quibus contrariæ *levidenſes* quæ leviter denſatæ ſunt, & non aliæ ſunt quam *detudes* Iſidor. lib. 19. cap. 23. *Levidenſis veſtis dicta, quod raro filo ſit, pavidenſis contraria levidenſi, quod graviter preſſa atque calcata ſit.* Vide Salmaſium ad Trebel. Pollionem in D. Claudio.

Dever-

Digitized by Google

Deverſus dicebant deorſum verſus.

Devitare, valde vitare.

Deus dictus eſt, quod ei nihil deſit: vel quia omnia commoda hominibus dat: ſive à Græco δέος, quod ſignificat metum; eo quod hominibus metus ſit. ſed magis conſtat id vocabulum ex Græco Θεὸς eſſe dictum aſpiratione dempta, qui mos antiquis noſtris frequens erat.

Dextans dicitur, quia aſſi deeſt ſextans, quemadmodum duodeviginti & deunx.

Dextimum & ſiniſtimum antiqui dixerunt.

Dextra auſpicia, proſpera.

Dextrarum tibiarum genus eſt, quæ dextra tenentur.

DIABATHRA genus ſolearum Græcanicarum.

Dianius locus Dianæ ſacratus.

Dicaſſit, dixerit.

Dice pro dic antiqui poſuere.

## NOTÆ.

*Deverſus.*] *De* ſignificat *infra* & opponitur τῷ *ſus* quod ſignificat *ſupra*, *ſurſum*.

*Devitare.*] Terent. And. 3.

*Poſt hac incolumem, ſat ſcio, fore me, nunc ſi hoc devito malum.*

Gloſſ. *Devitat*, ἐκκλίνει, περιΐσταται, ἐκνεύει.

*Deus.*] Non ſolus eſt Feſtus qui vel à *dare* vel à *deſum* vel etiam à δέος, *metus*, *timor*, *Deus* deducat. Nam & idem multi. Sed *Deus* eſt à Græco Θεὸς Θ in δ ut à πέρθω, *perdo*. Vel potius ab Æolico Δεὺς ut Fr. Junio placuit. Δεὸς autem ſive Θεὸς vel à Θέω *curro* quia antiqui ſic dixerunt ſidera & ſtellas, quod ſemper in curſu eſſent. Vide Macrob. lib. 1. Sat. cap. 23. vel ab Hebræo *dai* id eſt *ſufficere*, unde *ſhaddai*, quod ſolus Deus ſufficiat. Vel potius ab Ægyptio Mercurii nomine *Thoyt* ſive *Theut*, ſive *Thoth*.

*Dextans.*] Vide *Bes*.

*Dextimum.*] Dexter, dexterior, dextimus, ut ſiniſter, ſiniſterior, ſiniſtimus. Varro: *A primo compito dextimam viam munit Epicurus*. Vide Nonium.

*Dextra auſpicia.*] Dexter ut apud Græcos δεξιὸς propitium ſignificat. Ita dextro Jove dextro Hercule. Id eſt propitio, more Græcorum ſcilicet, nam alioqui Romani *dextrum* vocant infauſtum, *ſiniſtrum* vero fauſtum. Vide *ſcæva*.

*Dextrarum tibiarum.*] Dextræ tibiæ & ſiniſtræ tibiæ quæ dextra parte oris & manu dextra, ſive ſiniſtra parte oris & manu ſiniſtra tenebantur. Siniſtræ tibiæ acuti ſoni erant & pluribus foraminibus apertæ: dextræ vero gravis & uno tantum foramine. Cum dextra & ſiniſtra jungebantur impares dictæ, cum dextræ, ſive duæ ſiniſtræ pares. Vide *impares*. De tibiis dextris & ſiniſtris paribus & imparibus multi multa tradidere: ſed adeo diverſa, ut res magis incerta ſit. Vide Donat. Jul. Scaliger lib. 1. Poët cap. 20. Caſaub. in libello de Satura & Satyrica. Manut. lib. 3. de quæſ. per ep. cap. 4. & Salmaſium ad Vopiſcum in Carino, qui rem omnem omnium optime proſecutus.

*Diabathra.*] A διαβαίνω, eo, ambulo. Inde diabathrarii qui diabathra faciunt. Plaut. Aulul. 3. 5.

*Sedentarii ſutores, diabathrarii:*

*Dacerius.*

*Dianius.*] Lege: *Dianium*, ut Minervium, & Vitruvio Æſculapium. *Joſ. Scaliger.*

*Dianius.*] Optime legendum monuit Scaliger *Dianium*. Sic *Minervium* & *Vulcanium* dicitur locus Minervæ vel Vulcano conſecratus. Et apud Livium aperte Dianium legitur lib. 1. ſect. 48. *Quum ſe domum reciperet, perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum ubi Dianium nuper fuit.*

*Dicaſſit.*] Dicaverit, id eſt, dixerit. *Dicare* enim & *dicere* pro eodem veteres uſurpabant. Unde *dedicare* ſupra in *delicata* expoſuit *dicendo deferre*, & poſt *profanum*, *Deo dicta*, id eſt *Deo dicata*. Et in illo Virgilii 8. Æneid.

*— — — — Lupercal*

*Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.*

*Dictum* inquit Servius, *dicatum conſecratum*. *Dacerius.*

*Dice.*] In veteri editione, *Dice pro dicam*. Recte. Legendum enim, Dicem, pro dicam. ſic ſupra *Attingem pro Attingam*. Ubi ſimilis error, *Attinge*, pro *Attingem*: ut hic *Dice*, pro *Dicam*. *Dicem* ergo ſecunda conjugatione, & dicebo apud veteres. Nonius: *Primum, quod dicebo recte, ſecundum, quod dicebo, eo melius. Joſ. Scaliger.*

*Dice.*] Pro *dic*. Plaut. Mercat. 1. 2.

*Quid eſt igitur quod vis? Dicam, dice.*

Vide locum Nævii in voce *ſummuſſi*. Sed in veteri edit.

Dicearchia vocabatur, quæ nunc Puteoli; quod ea civitas quondam juſtiſſime regebatur.

Dici mos erat Romanis in omnibus ſacrificiis, precibuſque, Populo Romano, Quiritibusque, quod eſt Curenſibus. quæ civitas Sabinorum potentiſſima fuit.

Dictynna Diana, quam eſſe lunam putabant, dicta quod fulgore ſuo noctu omnia oſtendat.

Dierectum dicebant per antiphraſim, volentes ſignificare malum diem.

Dies dictus, quod divini ſit operis, ſive ab Jove ejus, ut putabant, rectore, qui Græce Δία appellatur. ſive quod aër diurnus dehiſcat in candorem.

Diffarreatio genus erat ſacrificii, quod inter virum, & mulierem fiebat diſſolutio. dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

## Notæ.

edit. legitur *dice pro dicam.* Recte modo legas *dicem* pro *dicam.* Vide *attinge.*

*Dicearchia.*] Melius ut in margine *Dicæarchia:* nam Græce Δικαιαρχία. Campaniæ felicis urbs, Puteoli. Idem ſcribunt Strabo, Pauſanias, & Stephanus qui etiam *Dicæam* vocat. *Minor Delos* etiam dicta. Vide *minorem Delum.* *Dacerius.*

*Dici.*] Hæc erant ſcribenda infra littera Q. eſt enim interpretatio illius verbi Quiritibuſque. Sed nos Feſti & Pauli errores hac in re ſecuti ſumus, indice tamen adjecto eorum verborum, quæ obiter explicantur. *Ant. Auguſtinus.*

*Dici mos erat.*] Hæc verba *Populo Romano Quiritibuſque* ex conceptis antiquarum precationum verbis tracta ſunt. Livius lib. 8. *Comparant inter ſe ut ab utra parte cedere Romanus exercitus cepiſſet, inde ſe Conſul devoveret pro populo Rom. Quiritibus.* Et apud Gellium lib. 10. cap. 24. *Die Noni Populo Romano Quiritibus compitalia erunt,* quaſi dicas quod Populo Rom. & Quiritibus bene vertat.

*Dictynna.*] Ridicule Feſtus Dictynnam lunam dictam putat quaſi quæ dicat & indicet noctu omnia. Dictynna enim Græcum eſt, & ſic dicta Diana à retibus venatoriis quæ Græce δίκτυα ut de nympha Britomarti docet Callimachus hymn. in Dianam:

— — — καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
Δίκτυα, τά σφ' ἐσάωσεν, ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν Δίκτυναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη
Δικταῖον καλέουσι.

Id eſt,

— — — *& ſaliit in piſcatorum*
*Retia, quæ illam ſervarunt, unde poſtea Cydones*
*Nympham quidem Dictynnam, montem vero unde ſaliit*
*Dictæum vocant.*

Hanc Callimachi hiſtoriam narrat Scholiaſtes Ariſtophanis in Βατράχ. p. 275. ſed apud eum corrupte βριτημάρτις pro βριτόμαρτις legitur, tu monitus emenda. *Dacerius.*

*Dierectum.*] Quod Græci dicunt εἰσφθαρῆναι, Latini dierectum intrare, quod, οὐκ ἀποφθαρεῖ ἐντεῦθεν; Latine id eſt, *Non hinc dierecta abibis?* & ſimilia. De quibus ſatis apud Plautum. *Joſ. Scaliger.*

*Dierectus.*] Quaſi *dies rectus* & per antiphraſim dici vult Feſtus, quod is dies minime rectus ſit, ſed contra *ſævus.* Quod ineptum plane eſt. Nec placet etiam ut *dierectus ſit* in crucem elatus, ut quidam volunt. Vere ut videtur Salmaſius qui monuit *dierectus* eſſe meram putam vocem Græcam διάρρηκτος α in ε mutato *dierectus*, id eſt *diſruptus*, Curcul. 2. 1.

*Lien dierectu' 'ſt.*

Ubi quidam Codd. habent:

*Lien diſruptu' 'ſt.*

Quod ſine dubio non vera lectio, ſed explicatio vocis *dierectus* ab ſtudioſo aliquo margini adſcripta ut fit, & male poſtea in textum recepta; quod certe unice Salmaſii conjecturam fulcit.

*Dies.*] Primum & tertium etymon Feſti falſum & ineptum eſt, præſertim tertium: quis enim à *dehiſco* diem dictum putet. Secundum confirmat Macrob. lib. 1. Sat. cap. 15. *Jovem accipimus,* inquit, *lucis auctorem, unde & Lucetium. Salii in carmine canunt & Cretenſes* Δία τὴν ἡμέραν *vocant, ipſi quoque Romani Dieſpitrem appellant, ut diei patrem.* Idem Varro lib. 4. *Nam olim dijovis & dieſpiter dictus, hoc eſt, aër & dies pater, à quo dei dicti qui inde & dies, & dius, & divus.* Et lib. 5. *A quo tempus, id ab hoc deo dies appellatur.* Caninius vero in alphabeto ſuo à Punico *dia* diem vult dictum. *Dacerius.*

*Diffarreatio.*] Diſſolutio matrimonii confarreatione contracti, diffarreatio dicebatur. Cicero in Topicis: *Genus eſt uxor, ejus duæ formæ, una matrum familias, hæ ſunt, quæ in manum convenere. altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.* Addit Severinus: *Tribus modis uxor habebatur, uſu, farreatione,*

Digitized by Google

Dignorant ſigna imponunt, ut fieri ſolet in pecoribus.

Dilaniare eſt diſcindere, & quaſi lanam trahere. unde lacinia & lanius dicitur, qui pecus diſcindit.

Dilectus militum, & is, qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt.

Diobolares meretrices dicuntur, quæ duobus obolis ducuntur.

Diomedea inſula in qua Diomedes ſepultus eſt excedens Italia.

Diomedis campi in Appulia appellantur, qui ei in diviſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt.

Diox, genus piſcis frequens in ponto.

Dirigere apud Plautum invenitur pro diſcedere.

Dirunciunt, depurgant.

## NOTÆ.

*tione*, *coemptione*, *ſed confarreatio ſolis pontificibus conveniebat*, *quæ autem in manum per coemptionem convenerant*, *hæ matres f. vocabantur*; *quæ vero uſu*, *vel farreatione*, *minime*. Et Ulpianus tit. 8. Inſtitut. *Farre convenitur in manum certis verbis*, *& teſtibus decem præſentibus & ſolemni ſacrificio facto*, *in quo panis quoque farreus adhibetur.* Dionyſius lib. 2. à Romulo rege inſtitutum eſſe ſcribit, ut farreatione matrimonia fierent, ab ea re dicta, quod far, quo tunc pane utebantur, communionem vitæ oſtenderet. De eodem genere matrimonii Tacitus ſcribit lib. 4. Annalium. Plin. lib. 18. cap. 3. *Ant. Auguſtinus.*

*Diffarreatio.*] Lege: *Diffarreatio genus eſt ſacrificii quom inter virum &c.* vel, *quo inter virum*, &c. Diffarreatio eſt ſolutio matrimonii per confarreationem contracti. Confarreationem autem ſic deſcribit Ulpianus tit. 9. inſtit. *Farre*, inquit, *convenitur in manum certis verbis*, *& teſtibus decem præſentibus*, *& ſolenni ſacrificio facto*, *in quo panis quoque farreus adhibetur.* Inde gloſſæ Iſidori: *Diffarreatio*, *diſſolutio inter virum & fœminam. Dacerius.*

*Dignorat.*] Gloſſarium: *Dignorat*, ἀναπλύσει. Sed melius infra: *Dicorat*, ἀναγνώσει. Lege: *Dicnorat*. *Joſ. Scaliger.*

*Dignorant.*] Gloſſ. *dicnorat*, ἀναγνώσει id eſt ſignat. Nam dignorare eſt ſignare notas inurere. Virg.

——— *Et nomina gentis inurat.*

Nota inuſta dicta character Columel. lib. 11. cap. 2. *Nec minus majora quadrupedia charactere ſignari debent.* Quo loco forte an deceptus Scalig. in conjectaneis notavit inſtrumentum quo perurunt dici *character* rei ruſticæ autoribus, quod falſum eſt: nam de nota impreſſa *character* ſemper dicitur ut & Græcum χαρακτὴρ & χάραγμα.

*Dilaniare.*] A lana, quod à Græco λᾶνος Dorice pro λῆνος, lana. Inde laniare & laniſta, ut apud veteres dicebatur is qui lanam carebat, hoc eſt carminabat, carpebat inde *lanius* & *laniena*: ſic enim legendum in verbis Feſti pro *lacinia. Dacerius.*

*Dilectus militum.*] Ita ſemper, non delectus, in veteribus libris eſt. Sic in Pandect. Floren. titulo de re militari, cap. 4. ita etiam ſcribendum eſt, titulo communi divid. cap. xx. ubi delictum ſcripſerunt. Vide Lacus Lucrinus, & Neglegens. *Ant. Auguſtinus.*

*Dilectus.*] Militum dilectus vel delectus: nam hæc duo veteres non diſtinguebant, à legendo. Varro lib. 5. *ab legendo legio & diligens & delectus.* Item *dilectus*, quo amatum ſignificamus, à *diligendo* quod à *legendo*, quia eum legimus quem amamus. utramque vocis ſignificationem optimæ gloſſæ amplectuntur, ubi: *dilectus.* στρατολογία, Δοκιμασία, ἀγαπηθεὶς. i. e. *Exercitus collectio*, *probatio*, *amatus.*

*Diobolares.*] Viliſſimæ meretrices quæ parvo ſtipendio proſtant. Διώβολοι Græce. Plaut.

*Diobolares, Schœnicula, miracula.*

Et alibi:

*Diobolaria ſcorta.*
*Servorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.*

*Diomedea inſula.*] Circa Timavum fontem. Hodie *Belforte.*

*Diomedis campi.*] Ad Aufidum flumen, ubi Cannæ, vicus Romanorum clade nobilis. *Dacerius.*

*Dirigere.*] Lege *Diſcindere*, non *diſcedere*. Locus Plauti quem intelligit, eſt in Curculione. *Joſ. Scaliger.*

*Dirigere.*] Pro *diſcedere*, lege *diſcidere*. ut in veteri codice. *Diſcidere* enim, ut *abſcidere*, *concidere*, &c. Locus autem Plauti eſt Curcul. act. 3.

*Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit.*

Ubi male hodie *diſſicit.* Male etiam apud Nonium legitur *diligit* pro *dirigit*. Sic Titinnius: *Pernam totam dirigit.* Id eſt, in duas partes ſcindit. Inde *directarii* qui fores effringunt, quos cum latronibus jungit Baſil. in Epiſt. ὅτι πάντες λῃστῶν καὶ διρεκταρίων πεπλήρωνται αἱ τῶν ὁδοῦ. *quia via omnes latronibus & directariis plena erant.*

*Dirunciunt.*] An legendum *diruncant?* Runcare enim

Dirus, Dei ira natus.

Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non erat datum: quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum.

Diſertim pro diſerte dixerunt antiqui.

Diſertiones, diviſiones patrimoniorum inter conſortes.

Diſertus à diſſerendo dictus.

Diſpenſatores dicti, qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expenſa, ſive diſpenſata, vel compenſata: item compendium, diſpendium, aſſipondium, dupondium.

Diſpeſcere eſt proprie pecus à paſtione deducere, ut compeſcere una paſcere, & in uno loco continere.

## Notæ.

enim Varroni eſt herbas è ſegetibus expurgare. An *diruncinant?* *diruncinare* eſt radere, polire, à Græco ῥυκάνην inſtrumentum fabrile ad opera lævigandа. vel *diruncinant.* à *dirunco*, *diruncino*, ut à *nato*, *natino* & alia. *Dacerius.*

*Dirus.*] Θεοχόλωτος. *Joſ. Scaliger.*

*Dirus.*] Nannius: *Dirum eſt triſte, infeſtum & quaſi Deorum ira miſſum.* Virg. lib. 11. Æneid.

*Apparent diræ facies.*

& lib. 3.

——— *Seu ſint diræ obſcœnæque volucres.*

Servius vero ait eſſe vocem Sabinam: *Sabini*, inquit, *& Umbri, quæ nos mala, dira appellant.* Quod ſi verum eſt Sabini à Græcis accepere: *dirus* enim à δεινὸς *gravis*, *n* mutato in *r*, ut ſæpe.

*Dirutum ære.*] Quantum conjectura aſſequi poſſum inde dirutum ære militem dictum puto, quia *ære exciderat*, hoc eſt, *privatus fuerat*, ut *diruere* ſit pro ſimplici *ruere*, id eſt *cadere*. Varro de vita pop. Rom. lib. 11. *Stipendium appellabatur, quod æs militi ſemeſtre aut annuum dabatur; cui datum non ſit propter ignominiam ære dirutus eſſet.* Cic. Verr. 7. *Aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.* Id eſt *ære decidit.* Æs autem abſolute pro militis ſtipendio. Plaut. Aulul. 3. 5.

*Ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit.*
*Impranſus miles aſtat, æs cenſet dari.*

Et æs illud quo milites diruti *reſignatum æs* proprie dicebatur. Vide ſuo loco.

*Diſertim.*] Plaut. Stich. 1. 3.

*Fuit diſertim, verum id uſu perdidi.*

Et Liv.

*Tuque mihi narrato omnia diſertim.*

*Dacerius.*

*Diſertiones.*] Videtur legendum *Diſortiones.* Vide infra in *Erctum.* & Iſidor. lib. x. Servius. *Ercto*, inquit, *non cito. i. patrimonio, vel hereditate non diviſa. Ful. Urſinus.*

*Diſertiones.*] Ἀρχαϊσμὸς, pro *diſſortiones.* Apello, Apollo. Gloſſarium: *Diſſortes*, Διακληρωθέντες. eſt & *Diſſortium*, Διαχωρισμὸς, Διάστασις. *Joſ. Scaliger.*

*Diſertiones.*] Antiqui pro *diſſortiones.* Ut *Apello, Apollo.* *ſors* autem eſt hereditas, patrimonium. *Diſſortio* ſortis diviſio, inter *conſortes*, id eſt, coheredes. Vide *ſors.* Inde diſſertio pro controverſia & contentione Gloſſar. *diſſertio*, ἀμφισβήτησις.

*Diſertus.*] A diſſerendo. *Diſſerere* autem verbum eſt tralatitium à re agraria. Varro lib. 5. *Quod dicimus, diſſerit partes, item areas, tranſlatitio æque ex agris verbo utimur. Nam ut olitor diſſerit in areas ſui cujuſque generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus. Dacerius.*

*Diſpenſatores.*] Videndus Varro lib. 4. de ling. Lat. & Plin. lib. 33. cap. 3. Vide Pendere. *Ant. Auguſtinus.*

*Diſpenſatores.*] Pecunias veteres non numerabant: ſed pendebant paſſim in ſacris & profanis literis. Hujus moris veſtigium erat in æde Saturni ubi trutina poſita. Varro lib. 4. *Per trutinam ſolvi ſolitum, veſtigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc propter penſuram trutinam habet poſitam.* A pendendo igitur diſpenſatores dicti qui pecunias pendebant. Inde *expenſa* quæ de pondere detrahuntur, *compenſata* quæ æquali pondere facta ſunt. *Compendium*, cum æquales aliquid addendo redduntur lances. *Diſpendium*, ponderis diminutio, cum quid ponderi detrahitur, Varro lib. 4. *Ab eodem ære impendendo diſpenſator, & in tabulis ſcribimus expenſum, & inde prima penſio, & ſic aut ſecunda, aut quæ alia, & diſpendium ideo quod in diſpendendo ſolet minus fieri: compendium, quod cum compenditur, una ſit.* Vide Plin. lib. 30. cap. 3. Inde eſt etiam quod nunc dicimus *pœnas pendere* quia ob delictum veteres pecuniam non numeratam ſed penſam ſolvebant. Vide *pendere.*

*Diſpeſcere.*] Vide *compeſcere. Dacerius.*

Diſu-

Digitized by Google

Diſſulcus porcus dicitur, cum in cervice ſetas dividit.

Diſtiſum, & pertiſum dicebant, quod nunc diſtæſum, & pertæſum.

Dividiam diſcordiam.

Dividicula antiqui dicebant, quæ nunc ſunt caſtella, ex quibus à rivo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit.

Dium antiqui ex Græco appellabant, ut à deo ortum, & diurnum ſub cœlo lumen ἀπὸ τοῦ Διός. Unde adhuc ſub dio fieri dicimus, quod non fit ſub tecto; & interdiu, cui contrarium eſt noctu. Dium, quod ſub cœlo eſt extra tectum, ab Jove dicebatur. & Dialis flamen, & Dius heroum aliquis ab Jove genus ducens.

Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani.

Doli vocabulo nunc tantum in malis utimur: apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebantur. unde adhuc dicimus Sine dolo malo; nimirum, quia ſolebat dici & bonus.

Doliola, locus in urbe ſic vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus urbem, ſacra in eodem loco doliolis repoſita fuerunt, qua de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat.

## NOTÆ.

*Diſulcus.*] Gloſſarium: *Diſulcis*, χοιροδαίτης, διαύλαξ. Lege, χοῖρος διχαίτης. *Joſ. Scaliger.*

*Diſſulcus.*] Porcus qui ſetas in fronte ita diviſas habet ut in medio quaſi ſulcus efficiatur. Gloſſar. Diſſulcus, χοῖρος διχαίτης.

*Diſtiſum & pertiſum.*] Ut à *cado*, *occido* ſic à *tædet*, *diſtiſum*, diſtæſum, & *pertiſum*, pertæſum. *Dacerius.*

*Dividia.*] Gloſſæ: *Dividia*, διχόνοια. vide Conjectaneum tertium. *Joſ. Scaliger.*

*Dividiam.*] Diſcordiam, Attius Phœniſſis;

*Ne horum dividia diſcordes diſſipent,*
*Diſturbent tantas & tam optimas*
*Civium divitias.*

Quem locum afferens Nonius ſimiliter *dividias* diſſenſiones interpretatur. Et Gloſſarium: *Dividia*, διχόνοια, *diſſentio*. Significat etiam *dividia* triſtitiam, tædium. Plaut. Bacch. 4. 6.

*Nimio illæc res eſt magna dividiæ mihi.*

Vide Varr. lib. 6.

*Dividicula.*] Caſtella erant loca quæ aquam publicam recipiebant & in varia loca tramittebant, unde à *dividendo*, *dividicula* dicta. *Dacerius.*

*Dium.*] *Et dius heroum aliquis*, &c. agnoſcis facile ſubæratum Pauli numiſma. qui ſine dubio plane legerat apud Feſtum *Dius Fidius*. Is enim eſt à Jove genus ducens. Grammatici Græci: *Dius filius*, Διὸς υἱὸς, Ἡρακλῆς. *Joſ. Scaliger.*

*Dium.*] Παρὰ τοῦ Διός, *ab Jove*. Unde δῖος, δῖος *Dius*. Inde *ſub Dio*. Quod Horat. dixit, *ſub Jove*.

*Et interdiu.*] *Diu* & *noctu* non à *Dius* ut putat Feſtus ſed à *Dies*. *Diu* & *noctu* pro *die* & *nocte*. Antique. Unde *interdiu*.

*Et Dius heroum aliquis.*] Herculem intelligit. Sed ſcripſerat Feſtus, ut optime Scaliger, *Dius fidius Her. al: ab Jove genus ducens.* Pro quo ſubæratum numiſma Paulus dedit. Gloſſarium, *Dius filius*. Διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς.

*Dium fulgur.*] Jovi diurna fulmina, Summano nocturna veteres tribuebant, quod ille Diei, hic tenebrarum pater, eſt enim *Summanus* Pluto. Gloſſ. Κεραυνοβόλιον ἡμερινὸν *fulgur Dium*. Κεραυνοβόλιον ἀπὸ ... νυκτερινὸν, *fulgur Summanum provorſum* vero fulgur dicebatur, quod in certum erat noctu an interdiu factum eſſet, quapropter Jovi fulguratori & Summano ſacrificabant. Vide *provorſum*.

*Doli.*] Dolus ut in malam ſic & in bonam partem ſumebatur. Unde ad diſtinctionem *dolum malum* & *dolum bonum* dicebant. Sic multæ aliæ voces mediæ cum apud Latinos tum apud Græcos, ut *gratia* apud Terent. bona & mala gratia. Phorm. 4. 3.

*— — — inter vos ſic hæc potius cum bona*
*Ut componatur gratia quam cum mala.*

Et apud Plaut. alicubi.

*Cognatæ meæ malam gratiam habere nequeo.*

Sic apud Græcos χάρις. Callim. hym. in Del.

Μάλα γάρ τε χάριν ἠμείψατο Λητώ.
*Valde enim malam gratiam retulit Latona.*

*Doliola.*] Varr. lib. 4. *Eſt locus qui vocatur Doliola ad cloacam maximam, ubi non licet deſpuere, à Doliolis ſub terra.* Integram ex Livio hiſtoriam libet apponere lib. 5. ſect. 40. *Flamen interim Quirinalis, viginesque Veſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, quæ ſacrorum ſecum ferenda, quæ (quia vires ad omnia*



Digitized by Google

Domus à Græco δόμος.

Donaticæ coronæ dictæ, quod his victores in ludis donabantur, quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt ſuper modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum lares ornantur.

Donum ex Græco eſt, quod illi vocant δῶρον.

Dorſum dictum, quod pars ea corporis devexa ſit deorſum.

Dotem manifeſtum eſt ex Græco eſſe. nam διδόναι dicitur apud eos dare.

Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quod eſt videre. clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex cauſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa finxerunt antiqui. Ideoque Æſculapio adtribuuntur; quod vigilantiſſimi generis putantur. quæ res medicinæ maxime neceſſaria eſt.

Dubenus apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus.

Dubiat, dubitat.

Duco, cum pro puto ponimus, ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.

Duellum, bellum. videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & perduellis, qui pertinaciter retinet bellum.

## NOTÆ.

*omnia ferenda deerant.) relinquenda eſſent, conſultantes, quiſve ea locus fideli cuſtodia aſſervaturus eſſet, optimum ducunt condita in doliolis, ſacello proximo, ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt, defodere.* Locus eſt non longe à muris paulo ſupra horrea publica, in XIII. regione urbis. *Dacerius.*

*Donaticæ.*] Sunt ut puto, aliter provinciales dictæ. Tertullianus: *ſunt & provinciales aureæ* (coronæ) *imaginum jam, non virorum, capita majora quærentes.* Erant & donaticæ haſtæ, quæ militibus ob virtutem dabantur. vide in Optionatus. *Joſ. Scaliger.*

*Donatica.*] Majores quædam coronæ, quas capite ferre propter earum amplitudinem nequibant milites ſed imaginibus ſuis appendebant. Provinciales eas vocat Tertullian. ut monet Scaliger. *Sunt & provinciales aureæ,* (coronæ) *imaginum jam, non virorum, capita majora quærentes.*

*Quali amplitudine ſunt.*] Lares coronis floribus ornabant Sueton. Auguſt. cap. 31. *Compitales lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus & æſtivis.* Ex hoc autem Feſti loco docemur coronas illas amplas fuiſſe imo & ipſis etiam laribus majores.

*Donum.*] Nam ſæpe *r.* mutatur in *n.*

*Dorſum.*] A *deorſum* quod dorſum ex utraque parte declive ſit & deorſum feratur.

*Dos.*] A διδόναι dare, inquit Feſt. Sed non immediate. eſt enim à δὼς quod Heſychius exponit δόσις.

*Dracones.*] Acie acutiſſima & inſomni natura dracones eſſe multi prodidere, quare & eos à δέρκω, δρακεῖν dictos putant. alluſit Horatius.

*— — — tam cernis acutum*
*Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius:*

Inde eos poëtæ Heſperidum hortis & aureo Æetæ velleri præfecere. Æſculapio etiam dicati feruntur, quin & Æſculapium ipſum Romam olim ſpecie Draconis tranſlatum ex hiſtoria notum eſt. *Dacerius.*

*Dubenus.*] Locus mendoſus. Proculdubio ita legendus eſt, *Dubienus apud antiquos dicebatur, qui nunc dubius.* Vide ſupra quæ annotavimus in *Addubanum.* Gloſſarium: *Dubinus,* δεσπότης. Ibi quoque *Dubienus* reponendum. Et tamen mirum, quod in eodem Gloſſario legitur: *Dubius,* δεσπότης, videtur enim vulgatæ lectioni hujus loci favere. *Joſ. Scaliger.*

*Dubenus.*] Vide in voce *Addubanum.* Nam hic quoque legit Scaliger. *Dubienus apud antiquos dicebatur qui nunc dubius,* &c. in gloſſis tamen legitur: *dubius* δεσπότης, i. *Dominus.* Quod huic Feſti loco favere videtur. Imo & Feſti ſcripturam veram eſſe arbitror *Dubenus.* Et ita in Gloſſario reſcribendum vel potius *dubinus.* A *Dominus M.* mutato in *B. dobinus, dubinus, dubenus.*

*Dubiat.*] A *duo, dubium,* unde *dubiare,* poſtea *dubitare.*

*Duco.*] A δοκῶ puto. Virg. 10.

*— — — tanton' me crimine dignam*
*Duxiſti.*

*Duellum.*] Ut à *duonum,* bonum; ſic à *duellum* bellum. Varr. 6. de L. L. *Perduelles ſunt hoſtes, ut perficit. Sic perduellum, duellum, id poſtea bellum. Ab eadem cauſſa facta Duellona, Bellona.* Gloſſ. Duellona, πολεμικὴ. *Bellatrix.* Male Vulcanius reſcribendum contendit *Bellona.* *Dacerius.*

Dui-

Digitized by Google

Duicenſus dicebatur cum altero, id eſt cum filio, cenſus.

Duidens hoſtia bidens.

Duis duas habet ſignificationes. nam & pro dis ponebatur, & pro dederis.

Dumecta antiqui quaſi dumiceta appellabant, quæ nos dumeta.

Dumoſa, frondoſa.

Duodeviginti dicendi conſuetudinem à Græcis traxiſſe videmus, qui ſic enuntiant δυοεξεικοσι.

Duonum, bonum.

Duplabis, duplicabis.

Duplionem antiqui dicebant, quod nos duplum. venit autem à Græco διπλοῦν.

Duſmoſo in loco apud Livium ſignificat dumoſum locum. antiqui enim interſerebant S litteram, & dicebant coſmittere pro committere, & caſmenæ pro camenæ.

## NOTÆ.

*Duicenſus.* ] Gloſſarium: *Duicenſus*, δισσῶς * δεύτερον ἀπογεγραμμένος. Illud δισσῶς. eſt, διπλᾶ, β'. hoc eſt, διπλᾶ, δεύτερον, dupliciter, iteratove cenſus. *Joſ. Scaliger.*

*Duicenſus.* ] Biſcenſus. Gloſſ. Duicenſus, διπλᾶ, β'. δεύτερον ἀπογεγραμμένος, i. *Bis, & ſecundo cenſus.* Vide *duis.*

*Duidens.* ] Vide *Bidens.*

*Duis.* ] A Græco δίς, *dues*, inde *bis*. Et hic pro dis legendum *bis*; *duis* autem pro *dederis* à verbo *duero.* Vide *adduas.*

*Dumecta.* ] A *dumus*, *dumicetum*, *dumectum*, & eliſo c *dumetum.*

*Dumoſa, frondoſa.* ] Dumus à δρυμὸς ſylva querna. δρυμὸς, δυεμὸς *durmus* & r in ſ *duſmus* duſmoſus, & eliſo ſ *dumoſus*, frondoſus.

*Duodeviginti.* ] Duo deſunt de viginti.

*Duonum.* ] Vide *duellum*. Duonus legere eſt in carmine ſaliari ut illud reſtituit Scaliger.

*— — — omnia*

*Dapatilia comiſſe Jani cuſiones.*

*Duonus ceruſes Divius, Januſque venit.*

*Duonus ceruſes*, i. Bonus creator.

*Duplabis.* ] Ut à *donum*, donare; ſic à *duplum* duplare. Gloſſarium *duplavit*, ἐδιπλωσεν. *Duplicavit.*

*Duplionem.* ] Duplum. leg. XII. *tab. Reus furti duplione decidito.*

Item:

*Noxiamve duplione decernito.*

*Dacerius.*

*Duſmoſo.* ] Legendum fortaſſe, *duſmoſum locum.* *Ful. Urſinus.*

*Duſmoſo.* ] A dumoſo inſerto ſ ut vult Feſt. Contra, ſ in duſmoſo non modo non inſertum eſt, ſed eliſum in *dumoſo*. Eſt enim à Græco δρύμος. Vide ſupra. *Dacerius.*



SEX.

Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

### *LIBER QUINTUS.*

### E

EAMUS ex Græco ἴωμεν.
Eapſe, eaipſa.
Eccere juſjurandum eſt, ac ſi dicatur per Cererem, ut æcaſtor, ædepol. Alii eccere pro ecce poſitum accipiunt.
Edeatre, qui præſunt regiis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων.
Edecimata, electa.
Ederam flamini diali neque tangere, neque nominare fas erat: pro eo quod

### Notæ.

*Eamus.*] Potius à Græco ἴωμεν, ab ἴω eo, vado.
*Eapſe.*] Ea ipſa. Plaut. Cyſtel. 1. 2.

*Puerum aut puellam alicunde ut reperirem ſibi*
*Recens natum, eapſe quod ſibi ſupponeret.*

Sic *eampſe*, eam ipſam. Idem Trucul. 1. 2.

*Quia te adducturam huc dixeras eum ipſum non eampſe.*

*Dacerius.*

*Eccere.*] Veteres Gloſſæ: *Eccere*, κατὰ τῆς Δήμητρος. *Joſ. Scaliger.*

*Eccere.*] Per Cererem. Gloſſ. *Eccere*, κατὰ τῆς Δήμητρος. Sic *Ædepol*, per Pollucem. *Æcaſtor*, per Caſtorem. Terent. Phor. 2. 2.

— — — *Eccere quid ſi reddet.*

Alii volunt dici quaſi ecce rem ut Chariſius & Nannius lib. 2. Miſcell. cap. 21. ſed fruſtra. Vide *Mecaſtor. Dacerius.*

*Edeatre.*] Scribe per diphthongum, *Edeatræ.* ἐδεάτραι. *Joſ. Scaliger.*

*Edeatre.*] Scaliger legit *Edeatræ:* ſed legendum *edeatroe.* hoc eſt *Edeatroi*, ut ſupra *domoe*, *demoi.* Ἐδέατρος, προγεύστης βασιλέως, ἐπιμελητὴς δείπνου. Heſych. *Edeatrus, prægustator regius, curator epularum*, ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων, ab eduliis. *Dacerius.*

*Edecimata.*] Gloſſarium, *Decimata. Decumatum*, δόκιμον, ἐπίλεκτον. Tamen in aliis Gloſſis: *Edecumatus*, ἀδέκατος, ἀδωροδόκητος. *Joſ. Scaliger.*

*Edecimata.*] Quæ è multis decima ſive potius quæ è decimis, *decima* capiuntur. Id eſt electa. Sed mirum quod in Gloſſario legitur nempe edecimatum, ἀδέκαστον, ἀδωροδόκητον. Decimus excluſum cui non datæ ſunt decimæ. Heſychius: ἀδέκαστον, ἀδωροδόκητον, ὁ δεκάδας μὴ λαμβάνων. *qui decimas non accepit. Dacerius.*

*Ederam.*] Vide Hedera. De iis, quæ Diali erant prohibita, vel conceſſa, vide Equo vehi, & Fabam, & Funebres & Jurare, & Gell. lib. x. cap. xv. & Plu-

edera vincit ad quodcumque ſe applicat. Sed ne anulum quidem gerere ei licebat ſolidum, aut aliquem in ſe habere nodum.

Effafilatum exertum, quod ſcilicet omnes exerto brachio ſint exfilati, id eſt extra veſtimentum filo contextum.

Effari, & effata à fando, quod ipſum ex Græco φᾶσθαι.

Effata, elocuta.

Egens velut exgens, cui ne gens quidem ſit reliqua.

Egeriæ nymphæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.

Egretus & adgretus ex Græco ſunt ducta, à ſurgendo, & proficiſcendo. Unde & Nyctegreſia, quaſi noctiſurgium.

Ejuratio ſignificat id, quod deſideretur, non poſſe præſtari. Plautus: ejuravit militiam.

Elacatena, genus ſalſamenti, quod appellatur vulgo malandrea.

Elaudare plus, quam nominare.

Elecebræ argentariæ meretrices, ab eliciendo argento dictæ.

## Notæ.

Plutarch. in Problem. Sed quid hæc ad verborum ſignificationem, qua de re agitur? *Ant. Auguſtinus.*

*Ederam.* ] Cur Flamini Diali nefas eſſet hederam tangere multa Plutarch. Sed verum eſt quod ait Feſtus nempe quod ea vinciat quibus adhæret: neque enim nodum ullum habebat, vel in apice vel in cinctu, vel alia quavis parte. Annulum etiam ſolidum ei geſtare non licebat, hoc eſt qui non pervius eſſet & caſſus. De iis quibus Flaminibus interdictum. Vide Gellium lib. 10. cap. 15. *Dacerius.*

*Effafilatum.* ] Vox nihili. Legendum *Exfilatum.* poterat & *Exaffilatum. Joſ. Scaliger.*

*Effafilatum.* ] Scaliger: *exafilatum.* Voſſ. *effafilatum* pro *exafilato*, ut *effari* dicitur pro *exfari*. Feſtus autem reſpicit locum Plauti Mil. Glor. 4. 4.

*Id erit connexum in humero levo, exaffilato brachio.*

*Exafilato brachio*; id eſt extra fila; i. e. veſtem educto. Quidam legunt *expapillato.* Inter quos etiam Feſtus qui infra expapillato, exponit *exerto.* Vide Nonium, id quod & probavit Salmaſius, ſed certum eſt legi debere *effafilato* ſive *exafilato*, ut probat etiam Voſſius, neque enim exerto brachio nudantur papillæ, nec, ſi id fiat, propterea brachium recte expapillatum dici poſſit. Neque diſplicet doctiſſ. Meurſii conjectura legentis *exſipulato*, pro *exfibulato*, vel *effifulato.* Nam *fiſula* & *fiſulare* veteres pro *fibula* & *fibulare* dicebant ut *ſiſilum*, *ſiſilare*, pro *ſibilum*, *ſibilare.*

*Effari.* ] Eloqui, *effata*, elocuta. Virg. *Sic effata.* Aliquando *effata*, à recto *effatum*, dicebantur augurum preces, & effari templa, ſiſtere templa, conceptis verbis conſecrare. Græci dicunt περιορίζειν.

*Egens.* ] Feſto conſentit Iſidorus cui egens dicitur ſine gente & ſine genere. Sed potius ab *egeo*, ut ab *indigeo* indigens.

*Egeriæ.* ] Lege in fine: *Conceptum alvo egerere:* Egeria hæc diverſa videtur ab Egeria Romuli uxore; fuerit forſan ipſa Juno ab *egerendo* dicta *Egeria.* Tamen nihil tale in veterum monimentis me legiſſe memini. In gloſſis Iſidori *Egeria* exponitur *noxia*, quod ſane non prætereundum fuit.

*Egrettus & adgrettus.* ] Verbum Græcum quod Feſtus intelligit eſt ἐγείρομαι, *ſurgo.* Sed falſum eſt ab eo eſſe *egrettus* & *adgrettus*, quæ à gradior, & præpoſitione *e* vel *ad.* De *nyctegreſia* quidem verum, tranſpoſita litera *ρ* pro *nyctegerſia.*

*Ejuratio.* ] Eſt recuſatio, cum negamus ea præſtare quæ à nobis petuntur. Sic *ejuravit militiam*, i. militiam recuſavit. *Ejurare forum: provinciam* Cicero. Sic *ejurare bonam copiam* dicebatur is qui jurejurando affirmabat ſe in bonis non habere, unde æs alienum ſolveret. Cic. Ep. fam. *Tu quod mihi bonam copiam ejures, nihil eſt. Dacerius.*

*Elacatena.* ] Plin. lib. 32. cap. ult. helacatenes piſcis nomen eſſe ait. De melandrya vero Varro lib. 4. de Ling. Lat. Plin. lib. 9. cap. 15. Athen. lib. 3. cap. 20. *Ant. Auguſtinus.*

*Elacatena.* ] Elacate, & Elacatena piſcis ex Thunnorum genere, ſaliri ſolitus, unde Feſtus exponit *ſalſamenti genus.* Athenæus lib. 7. ἠλακατῆνες ἰχθῦς κητώδεις, ἐπιτήδειοι εἰς ταριχείαν. i. e. *Elacatena piſces cetacei ad ſalituram apti.* Vulgo vocantur *melandria.* leg. *melandrya.* μηλάνδρυα Græce pulpamenta Thynnorum.

*Elaudare.* ] *Laudare*, nominare. *e* eſt intenſivum. Sic *emirari* majus eſt quam *mirari.* Horat.

——— *Emirabitur inſolens.*

Ubi olim plura. *Dacerius.*

*Elecebræ.* ] Plautus Menæchmis:

Digitized by Google

Electabo, eliciam.
Elices ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur è liris.
Elinguem ſine lingua.
Elixa à liquore dicta.
Elucum ſignificat languidum, ac ſemiſomnum. vel ut alii volunt allucinatorem, & nugarum amatorem. ſive halonem, id eſt heſterno vino languentem, quem ἕωλον vocitant Græci.
Elumbem, evulſo lumbo.
Em pro eum ab eo, quod eſt is.
Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ii, qui ex patris jure exierunt; aut ii, qui aliorum fiunt dominii. quorum utrumque fit mancipatione.
Emem eundem.

## NOTÆ.

> *Nam ita ſunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ.*

Vulgo, *illecebræ argentariæ* legitur. *Joſ. Scaliger.*

*Elecebræ.*] Reſpicit ad locum Plauti Menæch. 2. 3.

> *Nam ita ſunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ.*

*Electabo eliciam.*] Plaut. Aſin. 2. 2.

> *Quæ iſtæc præda eſt? ibo advorſum atque electabo Quidquid eſt.*

Vide *adlicit* & *lacit. Dacerius.*

*Elices.*] Gloſſarium: *Elix*, ἀναπνοὴ ὕδατος. *Elicatores*, ὑδρογοχόοι. Male putantur dici ἔλικες Græce in lib. 1. D. de aqua & aquæ pluv. in Pandectis Florentinis. Neque enim, ut puto, unquam id Ulpianus ſcripſerat. *Joſ. Scaliger.*

*Elices.*] Ab eliciendo elices dicti ſulci per quos aqua è liris, id eſt, ſulcis minoribus extra ſegetem educitur. Colum. lib. 2. cap. 8. *Sed quamvis tempeſtive ſementis confecta erit, cavebitur tamen ut patentes liras, crebroſque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus. Dacerius.*

*Elinguem.*] Ut Elinguatio, γλωσσοτομία. *Joſ. Scaliger.*

*Elinguem.*] Sic infra, *elumbem, avulſo lumbo.* Elinguare dixit Plautus linguam præcidere, Aulul. 2. 2.

> *Si hercle ego te non elinguandam dedero uſque ab radicibus.*

*Elixa.*] Quæ in aqua cocta ſunt, à liquore quem *lix* dicebant. Id ſentit Varr. lib. 4. de L. L. *Elixum eſt à liquore aquæ deductum. Dacerius.*

*Elucus.*] Pro ipſo affectu Tertullianus in libro de corona, cum ait *ab eluco defenſare.* Id enim eſt, ἀπὸ τῆς ἑωλοκρασίας. & Gellius lib. 16. cap. 12. *tarditatem animi, & ſtuporem, qui hallucinantibus plerunque uſu venit. Joſ. Scaliger.*

*Elucum.*] A Græco ἕωλος *heſternus.* Feſtus videtur deducere tranſpoſito *l* & addito *c*; ita ut is Elucus dicatur, qui heſterno vino, heſternis epulis languet, unde & infra lib. 8. Helucum ab hiatu & oſcitatione dictum ſcribit. At Gellius lib. 16. c. 12. *Cloatius verus, inquit, alucinari factum ſcribit ex eo quod dicitur Græce ἀλύειν unde elucum quoque eſſe putat, a litera in e converſa, tarditatem quandam animi ac ſtuporem, qui allucinantibus plerumque uſu venit.* Unde colligimus elucum, non ſolum languidum, ſemiſomnum, allucinatorem, ſive halonem ſignificare, ſed etiam morbum vel affectum ipſum ob heſterni vini repletionem, quem Græci ἑωλοκρασίαν vocant. Sic Tertullianus dixit *ab heluco defenſare*, hoc eſt, ab heſterni cibi vel vini gravedine. De etymo autem Feſto potius aſſentior, niſi malis *elucum* eſſe quaſi *è luce*, id eſt ſine luce. De *alucinari.* Vide *alucinatio.* Sed omnino Elucus eſt ex Græco ἠλυγός. Tardum & hebetem ſignificat proprie, vel tarditatem ac ſtuporem. ἠλυγαὶ ὄρη apud poëtam veterem τὰ ἐν σκότῳ κατακεχωσμένα. Hinc ἠλυγὸς homo *Elucus*, ὁ ἐπεσκιασμένος, tarditate ac ſtupore obſeſſus, & oppreſſus. Sed & pro ipſo affectu ſumitur. Gellius definit Elucum, *tarditatem quamdam animi quæ alucidantibus plerumque evenire ſolet*, ab alia tamen origine eſt, quam *alucinor.* Salmaſ. in Solin.

*Elumbem.*] Vide *elinguem.*

*Em.*] A poëtico νὶν ſive μὶν dixere *im* eum. & *em*, unde *emem*, eundem, eum ipſum. *Dacerius.*

*Emancipatus.*] Eleganter veterum Gloſſæ: *Emancipatio*, ἐξουσίωσις. *Emancipatus*, χειρόφετος. *Emancipatio*, χειραφισία. *Joſ. Scaliger.*

*Emancipati.*] Filii dicuntur emancipati qui è patris manu exeunt, ut ſui fiant dominii, vel ut in adoptivi patris poteſtatem tranſeant, utrumque autem fit emancipatione, hoc eſt abalienatione vel exemptione è patria poteſtate, ex ſolenni juris Romani formula.

*Emem.*] Vide ſupra *em.*

*Emere.*]

Digitized by Google

Emere quod nunc eſt mercari, antiqui accipiebant pro ſumere.

Empanda, paganorum dea.

Emptivum militem, mercenarium.

Emuſſitata, ad amuſſim facta.

ENDOITIUM, initium.

Endoplorato, implorato, quod eſt cum quæſtione inclamare. Implorare namque eſt cum fletu rogare, quod eſt proprie vapulantis.

Endoprocinctu, in procinctu. ſignificat autem cum ex caſtris in prælium exitum eſt. procinctos quaſi præcinctos, atque expeditos. nam apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicuntur.

Ennam, etiamne.

Enubro, inhibenti.

## NOTÆ.

*Emere.*] Vide ſupra *abemito.*

*Empanda.*] Paganorum, hoc eſt, agricolarum Dea in cujus honorem Paganalia feſta menſe Januario peragebantur, eadem quæ Ceres ex Varrone apud Nonium in pandere: *Varro*, inquit, *exiſtimat ea cauſſa dici, quod qui ope indigerent, & ad aſylum Cereris confugiſſent panis daretur, pandere ergo quaſi panem dare, & quod nunquam fanum talibus clauderetur. De vita pop. Rom. lib. 1. Hanc deam Ælius putat eſſe Cererem, ſed quod in aſylum qui confugiſſet, panis daretur, eſſe nomen fictum à pane dando pandere, hoc eſt aperire.* Non dubium eſt quin Pandam ſive Empandam Deam intellexerit. Sed eam Scaliger à latitudine Empandam dictam putat, nam & εὐρύστερνος dicebatur. At Varro à pandendo. Eandem Ælius Cererem, Scaliger Palem. Ab utraque tamen diverſam facere videtur Varro his verſibus:

*Te Anna & Peranna, Panda, καὶ Λατώ, Pales.*
*Nerienes, Minerva, Fortuna, ac Ceres.*

Eam alii pacis Deam. Gloſſ. *Panda* εἰρήνης Θεός. Cui non immerito à *pandendo* Panda nomen datum eſt.

*Emptivum.*] Emptivi milites qui mercede conducti militabant.

*Emuſſitata.*] Ad amuſſim facta, recte reſpicit locum Plauti Mil. Glor. 3. 1.

*Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio eſt ſenex*
*Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.*

Ubi ex Feſto legendum *emuſſitata*, ut & in Aldina legitur & apud Nonium in voce *examuſſim.* Malim tamen *amuſſitata*, ut in antiquiſſima Veneta. Et facile apud Feſtum & Nonium erratum fuiſſe crediderim, & *emuſſitata* pro *amuſſitata* operas poſuiſſe. Etſi obſtat ſeries litterarum. Porro de primo verſu Plauti, en tibi quod etſi alienum videatur, non ingratum tamen fore confido. Is eſt ex Anacreonte ad verbum tranſlatus Od. 48.

Τρίχας γέρων μὲν ἐσι
Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

Id eſt,

*Capillis quidem ſenex eſt*
*At ingenio juveneſcit.*

*Dacerius.*

*Endoitium.*] Endoplorato, Endoprocinctu. Sic in 12. tab. *manum endojacito*, pro injicito. & Ennius, apud Auſonium in monoſyllabis: *Endo ſuam do*, pro in ſuam domum. Hac de cauſa ut arbitror in kalendario Auguſti tempore confecto EN pro Interciſo notatum eſt, quaſi endoterciſum. Vide *Sub vos placo*, & *Struere. Ant. Auguſtinus.*

*Endoitium.*] Pro *in* veteres dicebant *endo.* Gloſſ. *endo*, ἐν, εἰς. *Endotuetur.* Ennius pro *intuetur.*

*Endotuetur ibi lupu' fœmina, conſpicio amens.*

*Dacerius.*

*Endoplorato.*] Gloſſarium. *Endoplorato*, ἐπιχείλεσον. *Joſ. Scaliger.*

*Endoplorato.*] Gloſſ. *endoplorato* ἐπιχείλεσον. i. implorato, inclamato. *Implorare, eſt inclamare, ad auxilium invocare*, Feſtus. Item *plorare, flere, inclamare.* In leg. Rom. *Si parentem puer verberet aſt olle plorаſſit*, id eſt, clamaverit, ad auxilium vocaverit. Locum adi. *Dacerius.*

*Endoprocinctu.*] Ita exple in Gloſſario: *Endoprocinctu*, ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ. Exponit *Endo*, ἐνείς. lege, ἐν, εἰς. *Endopicus*, ἀναβεὶς ἐνδοτέρω. lege, *Endo*, ἄνω, εἰς, ἐνδοτέρω. Nam τὸ *Picus* ſequenti voci adjungendum, *Eniber picus.* ὄρνις πωνηγός. *Joſ. Scaliger.*

*Endoprocinctu.*] In procinctu dicebantur milites cum ſe ad pugnandum cinxerant. Nam veteres Romani cinctuti pugnabant. Inde Cethegi dicti *cinctuti.* Vide Horat. in arte.

*Ennam.*] Exempla deſidero. *Dacerius.*

*Enubro.*] Gloſſarium: *Enubra*, ἐνάντια. *Embrum.*

Enunquam, ecquando.

Epeus nomen cujuſdam fabri, qui equum Dureum fecit.

Epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue, & perlucidum.

Epilimma genus viliſſimi unguenti.

Epiſtylium trabs, quæ ſuper columnas ponitur.

Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem eſt his nomen, quod epulas indicendi Jovi, ceteriſque diis poteſtatem haberent.

Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere.

Epulares appellabantur, qui in quibuſdam ludis nocte epulabantur.

Equestre æs, quod equiti dabatur.

Equiria ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum, qui in campo Martio exercebantur.

Equirine, jusjurandum per Quirinum.

Equo vehi flamini diali non licebat, ne ſi longius digrederetur, ſacra neglegerentur.

Equitare antiqui dicebant equo publico merere.

Equus Marti immolabatur, quod per ejus effigiem Trojani capti ſint: vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur.

Erctum citumque fit inter conſortes, ut in libris legum Romanarum legitur.

## Notæ.

πραγματος ἐπιβλαβής. lege, *Enibrum* πράγματος ἐπιβλαβής. *Eniber picus*, ὄρνις πονηρά. *Inebra*, ὄρνεον μαντευτικόν. Servius in fragmentis: *Certa genera avium ab auguribus appellantur, quæ pennis, vel volatu omnia poſſunt facere: quæ ſi fuerint proſperæ, Præpetes: ſi adverſæ, Inebræ dicuntur. Joſ. Scaliger.*

*Enubro.*] Enubrum auſpicium, enubræ aves, quæ remorantur. Gloſſ. *Enubra*, ἐναντία. i. contraria. *Eniber piſcis*, ὄρνις πονηρά. i. avis improba, infauſta. Enuber autem ſive *eniber*, *enuber* vel *ineber* ab inhibendo ut à prohibendo, *proeber*. Vide *inebra*.

*Enunquam.*] Gloſſ. *Enunquam*, εἴ ποτε, καὶ ποτέ. Livius lib. 10. *Enunquam fando audiſtis patricios primo eſſe factos non de cœlo demiſſos.*

*Epeus.*] Faber qui equum ligneum edificavit quo Troja capta. Virg. 2. Æneid.

——— *Et ipſe doli fabricator Epeus.*

*Dacerius.*

*Epicrocum*] Gloſſarium: *Epicrocum*. ἐσθῆτος εἶδος. ἢ χιτώνιον λεπτὸν καὶ διαφανές κατάπορφυρον. Vide Varronem lib. 6. *Joſ. Scaliger.*

*Epicrocum.*] Genus veſtis à Græco ἐπὶ & κρόκος quod croco tincta ſit. Nævius apud Varronem: *Diabathra in pedibus habebat & erat amictus epicroco.* Gloſſ. *Epicrocum* ἐσθῆτος εἶδος.

*Epilimma.*] Lege ut erat in marg. *Epalimma*. Græce ἐπάλειμμα ab ἐπαλείφω unguo.

*Epiſtylium.*] Ab ἐπὶ & στήλη columna, quod ſupra columnam ponitur, vulgo *Architrave*.

*Epolonos.*] Apud Romanos is mos erat ut placandæ alicujus dei iræ, Epulæ, convivia in illius templo exhiberentur, quæ alio nomine *lectiſternia* dicebantur quod diis epulaturis lecti ſternerentur. Et iis conviviis procurandis præerant triumviri Epuloni dicti, qui poſtea ſeptemviri, tandem decemviri facti ſunt. *Epolonos* autem antiqua ſcribendi conſuetudine qua *Epolas pro epulas*, &c. *Dacerius.*

*Epulam.*] Non mirum, cum adjective ſumatur. Intelligitur enim dapem, & epulæ, dapes. Sic *Epulæ oves* Varroni. *Joſ. Scaliger.*

*Epulam.*] Sicut *deliciam* ſingulari numero. Unde in lapide antiquo: *Pro ſalute Veneriæ filiæ dolciſſimæ deliciæ ſuæ.*

*Epulares.*] Varro: *Dum Epulares nocte epularentur.*

*Equiria.*] Ab equorum curſu dicta Equiria, die 27. Februarii celebrari ſolita. Ovid. 2. Faſt. Erant & alia Equiria quæ die 14. Martii peragebantur in campo Martio, vel, ſi is aqua teneretur, in monte Cœlio. Vide *Martialis campus.*

*Equirine.*] Per Quirinum ut *Ecaſtor*, per Caſtorem, *Eccere* per Cererem. Vide *Mecaſtor*.

*Equo flamini Diali.*] Vide *Edera*.

*Equitare.*] Proprie de equitibus militaribus dicebatur qui equo publico militabant, unde Plin. lib. 33. cap. 1. *Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum. Dacerius.*

*Equus Marti.*] October equus. *Joſ. Scaliger.*

*Erctum citumque.*] Tolle copulam QUE. Erctum citum eſt hereditas diviſa. Gloſſæ: *Herctus citus*, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων. Donatus apud Servium: *Erctum non citum, hoc eſt, patrimonium non diviſum.*

*Exalum*

Erctum à coercendo dictum, unde & erciſcundæ & erciſci. Citum autem eſt vocatum à ciendo.

Erebum Vergilius interdum obſcuritatem quandam eſſe deſcribit apud inferos, cum ait: Imas Erebi deſcendit ad umbras. Interdum flumen ejuſdem loci, dicens. Et magnos Erebi tranſnavimus amnes. Varro vero Erebo natam noctem ait. Unde eſt & illud: Erebo creata fuſcis crinibus nox te invoco.

Ergo correptum ſignificat idem, quod apud Græcos ἕν: producte, idem quod χάριν, hoc eſt gratia; cum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Sed illud ſuperius etiam ſine exemplis notum eſt; hoc inferius, ſic formatur, cum dicimus de aliquo, ſtatua donatus eſt honoris, virtutiſque ergo, id eſt honoris, virtutiſque cauſa.

Eritudo, ſervitudo.

Erugere ſemel factum ſignificat, quod eructare ſæpius. illud enim perfectæ formæ eſt, hoc frequentativæ.

Ervum & ervilia à Græco ſunt dicta, quia illi ervum ὄροβος ὀρόβινον appellant.

## NOTÆ.

*Erctum ciendum: hereditas dividunda.* Gloſſarium: *Cienda*, διαμεριζομένης. Idem: *Erciſcunda*, διαιρέσεως fortaſſe διαμερισίας. *Joſ. Scaliger.*

*Erctum citumque.*] Tolle copulam *que* & lege: *Erctum citum.* Erctum ab ercendo, hoc eſt coercendo, ab *erco* ercis, unde *erciſco*, coerceo, certis regulis rego, partior. *Citum* à *cio* divido. Ita ut *erctum citum* ſit coercitum diviſum. Nam primum coercebatur patrimonium, poſtea dividebatur. Verum Donatus *erctum* non *coercitum* ſive *ſeptum*, ſed *patrimonium*, *hereditatem* interpretatur. Erit igitur *erctum* pro *herctum* quod pro *horctum*, id eſt *bonum* teſte Feſto. Quare *horctum herctum*, vel *erctum citum* eſt *hereditas diviſa*, quod inter cohæredes fit qui proprie *conſortes* dicuntur. Vide *ſors*. *Dacerius.*

*Erebum.*] Verg. lib. 6. Æneid. utrumque. Sed non flumen eſſe ait Erebum, ſed tranaſſe amnes illius loci, qui Erebus dicitur. *Ant. Auguſtinus.*

*Erebum.*] Quiſquis poëta dixit *Erebo creatam noctem*, interpretari voluit quod toties Græci poetæ dicunt, νὺξ ἐρεβεννή. ἔρεβος eſt nomen Hebræum, aut Syrum. *Ereb* enim in iis linguis eſt ἑσπέρα. Ab eo Arabes, quaſi dicas ἑσπέριοι, qui & ab eadem re dicuntur ἐρεμβοί. Eadem eſt origo. *Joſ. Scaliger.*

*Erebus.*] Hic certe turpiter ſive Feſtus ſive Paulus lapſus eſt, Erebus enim duobus hiſce Vergilii locis pro toto inferorum loco ponitur. Illum vide 6. Æneid.

*Erebo natam noctem.*] Heſiodus tamen noctem Erebi ſororem facit & ex chao una cum Erebo genitam.

*Ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο.*

*Ex chao autem Erebuſque nigraque nox nati ſunt.*

Sed quiſquis erebo creatam noctem dixit, interpretari voluit quod toties Græci poetæ dicunt νὺξ ἐρεβεννή. Ut optime monuit Scal. Nam *Erebus* eſt nomen Hebræum aut Syrum. *Ereb*, ἑσπέρα. Ab eo *Arabes* quaſi dicas ἑσπέριοι, qui & ab eadem re dicuntur *Erembi*. *Dacerius.*

*Ergo.*] L. m. habet Οὐκοῦν, *pro*, ἕν. *Ful. Urſinus.*

*Ergo.*] Servius ad illud 6. Æn. *Illius ergo. Illius ergo*, inquit, *propter illum vel cauſſa illius. Ergo autem conjunctio fuit, ſed per accentus mutationem in adverbium tranſit & eſt ſola particula quæ habet in fine circumflexum. Multi male putant nomen eſſe indeclinabile, & dicunt poſitam eſſe pro cauſſa, (cauſſa autem nomen eſt quod ponitur pro ratione) qui caſus declinatione caret. Dacerius.*

*Eritudo.*] *Erus* ſcribebant veteres. à quo *Eritudo*. ab antiquo Græco ἔρος, unde ἐρέτης. *Joſ. Scaliger.*

*Eritudo.*] A Græco ἔρος unde ἐρέτης, ἔρεσεν ſervitus, quo poſtremo uſus Homer. Od. Θ'. v. 529. ſic *erus* ſervus, à quo *eritudo*, ſervitudo. Gloſſ. *Eritudo* διακονεία. ἔρος Æol. ἐρός, *eruos* & addito ſibilo, *ſervos ſervus*. *Dacerius.*

*Erugere.*] A quo *Eructum* Gellio libro x. cap. VII. *vinumque eructum, & fœtidum potare.* Græcum eſt, ἐρυγή, ἐρευγμὸς. *Joſ. Scaliger.*

*Erugere.*] Erugo, ab ἐρεύγομαι, unde frequentativum *eructo*. Ab *erugo* compoſitum *exerugo* quo uſus Ennius:

*Contemſit fontes quibus exerugit aquai vis.*

*Exerugit*, metaphorice, cum ſonitu erumpit. *Dacerius.*

*Ervum.*] In lib. m. eſt, *Erviliam*, ἐρέβινθος, pro *ervilia*, ὀρόβινθον. *Ful. Urſinus.*

*Ervum.*] A Græco ὄροβος & ὀρόβινον ſunt autem *ervum* & *ervilia* leguminum genus qucis armenta pingueſcunt. *Dacerius.*



*Eſca-*

Digitized by Google

Escariæ menſæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur. Anclabris ea, quæ in ſacrificando diis anclatur, quod eſt hauritur, miniſtraturque.

Eſcit erit.

Euboicum talentum nummo Græco ſeptem millium, & quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro quattuor millium denariorum.

Eudiæon lineum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt, per quod climos emittitur.

Evelatum, eventilatum. Unde velabra, quibus frumenta ventilantur.

## Notæ.

*Eſcariæ.*] L. m. habet, *quæ in ſacrificando*, pro quæ. & poſt. Eſcendere, egredi: amplius quam in vulgatis. *Ful. Urſinus.*

*Eſcariæ menſæ.*] Ab *eſca eſcariæ* dictæ, ut à *cibo cibillæ*. Varr. lib. 4. *Menſam eſcariam cibillam appellabant ea erat quadrata ut etiam in caſtris eſt, à cibo cibilla dicta, poſtea rotunda facta.*

*Anclabris.*] Lege: *Anclabris ea quæ*, &c. Et ita liber antiquus Ful. Urſini. Ultima verba, *quod eſt hauritur miniſtraturque* à Paulo eſſe ſuſpicor. Neque enim *anclare* haurire ſignificat & miniſtrare, ſed miniſtrare tantum, & eſt ab *anculare*. Anclare vero pro haurire per librariorum incogitantiam ſcriptum eſt pro *antlare* quod eſt à Græco *ἀντλεῖν*. Vide *anclabris* & *anclare*, ſuo loco. *Dacerius.*

*Eſcit.*] Vide infra in *Obeſcit. oberit.* & in *Supereſcit, ſupererit. Ful. Urſinus.*

*Eſcit.*] Vide Nec conjunctionem. & Supereſcit. *Ant. Auguſtinus.*

*Eſcit.*] In 12. tab. *Si morbus ævitaſve vitium eſcit.* Ita Lucret. Ita etiam Virg.

*Hic mihi magna domus celſis caput urbibus eſcit.*

De quo abunde apud Horatium diximus. Sic *obeſcit*, oberit, *ſupereſcit*, ſupererit. *Dacerius.*

*Euboicum.*] Talentum Babylonicum eſt ſeptuaginta minarum Euboicarum, ut Herodotus ſcribit lib. 3. & Atticarum minarum ſeptuaginta duarum, ut Ælianus affirmat lib. 1. cap. 22. de varia hiſtoria. Omne autem talentum eſt ſexaginta minarum; minæ autem ſingulæ centenas drachmas continent; ut Africanus, & Julius Pollux ſcribunt. Sic fit ut Euboicum talentum ſit ſexaginta minarum Euboicarum, ut Atticum eſt ſexaginta Atticarum. hoc autem continet ſex millia drachmarum Atticarum, & totidem millia denariorum, ut verbo Talentorum Feſtus ſcribit: quod etiam Plin. ait. lib. 35. cap. 11. & Athen. lib. 4. cap. 6. & Pollux lib. 9. Itaque ſi LXX. minæ Euboicæ æſtimantur LXXII. Atticis, & eadem proportio eſt in drachmis, ſive denariis: triginta quinque drachmæ Euboicæ æſtimantur Atticis drachmis triginta ſex. Talentum vero Euboicum æſtimatur drachmis Atticis, ſive denariis centum & ſeptuaginta uno ſupra ſex millia. Mendoſe igitur Feſtus ait quattuor millibus denariorum æſtimari. Quod vero ad ciſtophoros attinet, nihil à me certi ſtatui poteſt. Non ignoro Pollucem dicere Babylonicum talentum æſtimari ſeptem millibus drachmarum Atticarum, ſed mihi veriſimilior videtur Æliani opinio, ut Euboicæ minæ ab Atticis differant. *Ant. Auguſtinus.*

*Euboicum talentum.*] Falſiſſimus videtur hic locus nam Ciſtophorus non multo pluſquam denarii dimidium continet. Euboicum autem talentum talento Attico minus eſt tribus minis & triente. Atticum continet ſexaginta minas hoc eſt ſex millia denariorum, ut infra in *Talentum*, ſunt igitur in Euboico talento minæ 56. & bes, hoc eſt ſexcenta & ſexaginta ſex ſupra quinque denariorum millia. Ergo Ciſtophorûm major quam ſeptem millium & quingentorum debet eſſe numerus, adeoque major etiam quam *quatuor millium denariorum*, quod ex ſupradictis facile cognoſcitur. Euboicum talentum aureos noſtros capit 556. paulo plus: Atticum 600. Ciſtophorus Aſiaticæ pecuniæ genus ſic dictus quod expreſſos haberet ciſtigeros qui ſacrorum arcana ciſtis incluſa geſtabant. Euboïcum autem talentum dictum, non ab Eubœa inſula, ſed ab Eubœa Argolidis loco, ubi Phidon pondera & menſuras invenit primuſque nummos, argenteos & aureos cudere inſtituit. *Dacerius.*

*Eudiæon.*] Εὐδιαῖον. Ab eo *Eugium* dixerunt Latini. Lucillius Epodis: *Hymnis ſim eugio, ac diſtina.* Imitatio Græcorum. vide Heſychium *διδιαῖον. Joſ. Scaliger.*

*Eudiæum.*] Εὐδιαῖον proprie foramen navis per quod effluunt cum pluviæ aquæ, tum quæ è ſentina exhauriuntur. Unde per metaphoram ſic dicitur filum illud lineum per quod *κλυσμὸς* (ſic enim legendum eſt, non, *κλιμὸς*) emittitur. *διδιαῖον*, ab *δὶ* & *διαίνω irrigo. Dacerius.*

*Evelatum.*] Ventilabra appellat Columella lib. 2. cap. 10. & Varro lib. 10. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Evelatum.*] An à velo? quod velo aliquoties ad ventilandum uterentur? an *Evelatum* per ſyncopen pro *eventilatum* & *velabra* pro *ventilabra*? nihil aliud video. Sed optime Salmaſ. in Solin. legendum docuit *evallatum*, *eventilatum*, *unde valli quibus, &c.* A *vannus* diminutive *vallus*, unde *evallare*.

Everriator vocatur, qui accepta jure hereditate juſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbaverit, ſuo capite luat. id nomen ductum à verrendo. Nam exverræ ſunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per everriatorem certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ.

Eum antiqui dicebant pro eorum:

Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum eſt appellari. Sed alii de amore Jovis in taurum verſi narrant. Alii eam à prædonibus raptam, & navem, quæ Jovis tutelam effigiem tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per ſimulationem raptæ filiæ occupatam eam terram ab Agenore, & Phœnicibus ferunt.

## NOTÆ.

*lare* pro *evannare*, foras ejicere. Fruſtra ſunt Grammatici qui à vallo caſtrorum deducunt. Inde *evalloſacere*. Vide *valleſcit* & *valvoli*.

*Everriator.*] Ab everrendo, purgando. Everriator, exverræ vel exverriæ. Erant autem exverriæ februi genus quo purgabant familiam juſta facientes ad digitum quem mortuo abſciderant antequam reliquum corpus combureretur. in olim excuſis pro *exverra* legitur *exverta*, quod probat Meurſius pro *exverſa*, i. exverſiones, quas fieri etiam in ædibus puerperarum notavit ex Auguſtino de civit. D. lib. 6. cap. 9.

*Eum.*] Ut dominûm pro dominorum, & ſupra *Ciſtophorûm*, *Ciſtophororum*. Neque tamen id contractione, ut volunt Grammatici, ſed Græcæ flexionis imitatione factum eſt. *Dacerius.*

*Europem.*] Verba illa, *& navem, quæ Jovis tutelam*, mendoſa ſunt. & fortaſſe ita corrigenda, *& navem quoius tutela effigiem tauri habuerit. Ful. Urſinus.*

*Europam.*] Legendum, *& navem, quæ Jovis tutelam effigie Tauri habuerit.* notum, quid ſit *tutela* in nave. Vetus Gloſſarium: *Tutela*, παράσημον τοῦ πλοίου. Tutelas navium à Phœnicibus πατταίκους dici, auctor Herodotus: hoc eſt, cælaturas, καὶ ἐκτυπώσεις. Qui Hebraice ſcit, non negabit verum eſſe, quod dicimus. Nam nemo paulo doctior dubitat Phœnices Hebraice locutos. *Joſ. Scaliger.*

*Europam.*] Veteres alii in tres partes, in duas alii totum orbem dividebant Salluſt. Jugurth. *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere, pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* Varr. de L. L. lib. 4. *Terra in Aſiam & Europam, Aſia enim jacet ad Meridiem & Auſtrum, Europa ad Septentrionem & Aquilonem.* Ubi notandum Varronem Africam in Aſia ponere, contra quod ſupra Salluſt. De hac poſtrema diviſione intelligendus locus Horatii Od. 27. lib. 3.

— — — *Tua ſectus orbis*
*Nomina ducet.*

*Sectus*, i. Diviſus in duas partes. Europæ autem nomen eſſe ab Europa Agenoris filia ſcriptores fere omnes tradunt. Vide tamen Euſtath. in Dionyſ. Sed verum eſt Europæ nomen Phœnicibus deberi qui Europam dicebant *Ur-appa* quaſi terram λευκοπρόσωπον quia Europæi Africanos candore faciei multum ſuperant, unde & Europa ipſa Cadmi ſoror dicta eſt quaſi *alba facie* virgo. De Europæ raptu variant ſententiæ, ut hic Feſtus refert, cui addere potes, ſi lubet, eam raptam fuiſſe navi quæ taurus dicebatur. ex Polluce lib. 1. cap. 9. Ἔστι δέ τινα πλοῖα Λύβια λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι, ὡς εἰκάζειν ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ ταῦρος ὁ τὴν Εὐρώπην ἀγαγών. i. e. *Sunt & quædam naves Lybicæ dictæ arietes & hirci, ita ut conjicere liceat talem fuiſſe navem & taurum qui Europam abduxit.* Item ex Palæphato Taurum hunc, Cretenſium regem fuiſſe qui occupato Tyro Europam inter alias virgines rapuit. Τὸ δὲ ἀληθὲς, inquit, ἔχει ὧδε. Ἀνὴρ Κνώσιος ὀνόματι Ταῦρος ἐπολέμει τῇ Τυρίων χώρᾳ. τελευταῖον δ' ἐκ Τύρου ἥρπασεν ἄλλας τε κόρας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα Εὐρώπην· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι Εὐρώπην τὴν τοῦ βασιλέως Ταῦρος ἔχων ᾤχετο. τούτου δὲ γενομένου συνανεπλάσθη ὁ μῦθος. i. e. *Veritas autem ſic ſe habet: homo Cnoſſius nomine Taurus Tyriorum regionem vexabat bello, ac poſtremo cum omnes alias Tyri puellas, tum etiam rapuit filiam regis Europam: Et inde vulgo dicebant Europam regis filiam Taurus habens abiit. His ita geſtis fabula conficta.* Hujus Tauri regis meminit Euſtath. in Dionyſ. meminit & ſcriptor Chronici Alexandrini, aitque eum occupata Tyro rapuiſſe Europam & tori conſortem feciſſe.

*Quæ Jovis tutelam effigiem tauri.*] Lege cum Scaligero: *Quæ Jovis tutelam effigie tauri.* Sed fœdius mendum latet. Quippe legendum, *Et nave, quæ* &c. ait enim Agenoris filiam nave delatam in eam regionem, nempe Europam, nihil certius. Lege modo. Tutela dicebatur in navi ubi Deorum effigies cælabantur, in puppi ſcilicet, non in prora, ut quibuſdam perſuaſum. Ovid. in Epiſt.

*Accipit & pictos puppis adunca Deos.*

Virg. 10. Æneid.

EXAGOGEN evectionem.

Examen eſt & æquamentum, & judicii inveſtigatio, & apum congregratio, vel locuſtarum.

Examuſſim, regulariter. amuſſis enim regula fabrorum eſt. vel, ut alii volunt, ferramentum, quo in poliendo utuntur.

Exanclare exhaurire.

Exbueres exinteratas; ſive exbuæ, quæ ebiberunt, quaſi epotæ.

Excedere egredi.

Excidionem urbis à cædendo dictam manifeſtum eſt.

Exciet excutiet.

Excipuum, quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur.

## NOTÆ.

*Et aurato fulgebat Apolline puppis.*

Tutelam & paraſemon perperam confundunt viri docti quæ & loco & ſignificatione differunt. Tutela ſemper in puppi, paraſemon ſemper in prora, nempe animalium ut plurimum, aliquando etiam rei cujuſlibet effigies ſive pictura ſupra roſtra poſita, unde navibus nomen apud Virg.

*Maſſicus ærata princeps ſecat æquora tigri.*

Navis, tigris dicta quod tigrem haberet pro paraſemo. Sic apud eundem *priſtis*, *chimæra*, *Centaurus*, *Scylla*, Naves dictæ. Sic navis Bellerophontis dicta *Pegaſus* quod ei equus alatus erat inſigne. Navis autem quæ Europam vexit, tutelam Jovis habuit ſub effigie tauri. Unde & navis *taurus* dicta. Verum Agatharchides Gnidius in Europicis ait, non in tutela navis, ſed in paraſemo, in prora taurum fuiſſe depictum. Inde fulciri poſſit ſententia eruditiſſimi Salmaſii, qui legebat in verbis Feſti, *alii eam à prædonibus raptam, & nave quæ Jovis tutelam, effigiem tauri habuerit.* Quaſi Feſtus ſeparet Jovis tutelam quæ in puppi, ab effigie tauri, quæ paraſemon erat in prora. *Dacerius.*

*Exagogen.*] Plautus Rudente. *Joſ. Scaliger.*

*Exagogen.*] Exportationem, evectionem, à Græco ἐξάγω educo, Plaut. Rudent. 3. 2.

*Eamque eventuram exagogen Capuam & ſoſpitem.*

*Dacerius.*

*Examen.*] L. m. pro *judicii.* habet, *indicii.* *Ful. Urſinus.*

*Examen.*] Σήκωμα Græci. unde Latini *ſacoma.* Vitruvius. Vel *Scama.* Gloſſarium: *Scama*, σήκωμα. Apud eundem auctorem, *Scava*, ζυγός. Lego, *Scama.* *Joſ. Scaliger.*

*Examen.*] Lingula illa quæ in anſa huc atque illuc nutat dum lancibus æquatis reſpondeat ſummo puncto quare optime Feſtus *æquamentum* dixit. *Dacerius.*

*Examuſſim.*] Quod ait, Amuſſim etiam ferramentum eſſe, quo utuntur Fabri in poliendo, verum eſt. Inde enim Amuſſivum Vitruvio. Varro Quæſtionum Plautinarum lib. 2. *Amuſſis eſt æquamen, levamentum.* Vetus Gloſſarium: *Examuſſim*, ἐξευναι. Id potius conveniret voci Examina. *Joſ. Scaliger.*

*Examuſſim.*] Accurate Plaut. Proleg. Menæch.

*Ut hanc rem vobis examuſſim diſputem.*

Vide *amuſſis.*

*Exanclare.*] Pro *exantlare.* Vide *anclare.* *Dacerius.*

*Exbueres.*] *Exbuæ* dictæ à bua infantium puerorum voce. unde *vinibuas* Lucillius bibaces mulieres vocat. niſi auctoritas Feſti intercederet, ego libentius *Exuberes* ἀπογαλάκτους infantes interpretarer, quemadmodum contra *Sububeres*, ὑπομαζίους. ut inveni in Gloſſis Latinis. *Joſ. Scaliger.*

*Exbueres.*] Veteres Latini *buere* & *imbuere* dicebant pro implere liquore, unde *bua* potio, quæ propria puerorum vox eſt qui cum volunt bibere *bu* priori ſyllaba contenti ſunt, ut infra Feſtus in voce *imbutum.* A *bua* igitur dicuntur mulieres *exbuæ* ſeu *exbueres* quas *vinibuas* dixit Lucilius. Sed cur *exinteratas* interpretetur non video, niſi ſignificare velit mulieres quæ nimium epotæ torquentur & quaſi exenterantur, & eviſcerantur. Alii legunt *exuberes* & *exuberæ*, ἀπογαλάκτους infantes interpretatur Scaliger, hoc eſt, ab ubere remotos. Ut contra *ſububeres* dicuntur qui ſub ubere ſunt. Prior lectio vera eſt.

*Excedere.*] Lege ut in vet. lib. *eſcendere.* Gloſſæ, *eſcendit*, συμβαίνει.

*Exciet.*] *Cieo* moveo à Græco κινέω *exciet*, exmovet, & exmovebit, ut apud Plaut. Trucul. 1. 1.

*Suum nomen omne ex pectore exmovit meo.*

*Excipuum.*] Quod excipitur, ſejungitur, ſeparatur: excipere enim ſeparare. Virgil.

——— ——— ——— *Ipſum illum clypeum, criſtaſque rubentes*

*Excipiam ſorti.*

Excu

Digitized by Google

Excudere, procudere, & incus ipſa à cudendo dicta ſunt.

Exdorſua, dorſum confringe; alii exime.

Exdutæ, exuviæ.

Exemplum eſt, quod ſequamur, aut vitemus: exemplar, ex quo ſimile faciamus. Illud animo æſtimatur, iſtud oculis conſpicitur.

Exercirent, ſarcirent.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitiorem, exercitiſſimum; ſicut ab exercitato, exercitatiorem, exercitatiſſimum.

Exercitus & militum copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus. ſed ſuperius quarti ordinis. hoc ſecundi eſt.

## NOTÆ.

*Excudere.*] *Excudo* & *procudo* feriendo fabrico, elicio. Nam cudere eſt ferire, unde *incus*: quod illic aliquid fabri cudant, id eſt, feriant. Quidam pro *cudendo* legunt *cædendo*: ſed nihil mutandum.

*Exdorſuare.*] Reſpicit locum Plauti Aulul. 2. 9.

*——— ——— Tu Machario,*
*Congrum, murænam exdorſua quantum potes*
*Atque omnia dum abſum hinc exoſſata fac ſient.*

Verum apud Plautum mihi ſemper ſuſpectum fuit *exdorſua*; neque enim dici poſſe putabam quid eſſet in piſcibus præparandis *exdorſuare*, ſive dorſum confringere, eximere; quare legebam *exoſſua*, id ſequentia ſuadebant, *quantum potes* & *exoſſata fac ſient*. Itaque ubi illud primum in mentem venit, nec mora, doctiſſ. & acutiſſimo ita & optimo viro Tanaquillo Fabro, nunc μακαρίτῃ, μυσταγώγῃ, tunc meo, eoque nomine, ut alia multa taceam, de me optime merito, meam ſuſpicionem aperui, atque ille, ut erat facilis & mei amans, conatum laudare, hortari, mihique codicem ſuum oſtendere, ubi illud idem manu ſua vir doctiſſimus prænotarat. Adjecit etiam, ita ſemper de piſcibus veteres locutos. Plaut. Amphit. 1. 1.

*Exoſſatum os eſſe oportet, quem probe percuſſeris*
*Mirum niſi hic me quaſi murænam exoſſare cogitat.*
*Ultro iſtinc qui exoſſat homines. Perii ſi me aſpexerit.*

Et Pſeudol.

*Exoſſabo ego illum ſimiliter, itidem ut murænam coquus.*

Sic Terent. Adelph. 3. 3.

*Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere*
*Pauliſper, ubi ego venero exoſſabitur,*
*Prius nolo.*

Hæc propter Feſti auctoritatem pluribus.

*Exdutæ.*] Legebam, *exdutæ, exutæ*, ſive potius *exduviæ, exuviæ*. Sed vulgata lectio retineri poteſt: nam exuviæ nihil aliud proprie quam veſtes exdutæ, ut indutæ, induviæ. *Exduta* ab *exduo* Græce ἐκδύω, & eliſo *d exuo*, exuviæ.

*Exemplum.*] Quod animo imitandum proponitur Terent. Adelph. 3. 3.

*——— ——— Denique*
*Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium*
*Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.*

Exemplar vero quod oculis, ut picturæ, tabulæ pictoribus. Horat. Epiſt. 2. lib. 1.

*Rurſus quid virtus & quid ſapientia poſſit*
*Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem.*

Sed confunduntur ut plurimum hæc duo. Ut cum dicitur exemplum & exemplar eloquentiæ, pro imagine & præſcriptione ad imitandum, & exemplar, vel exemplum, literarum, chirographi, teſtamenti, pro forma & deſcripto quod vulgo *copia* vocatur.

*Exercirent.*] A ſarcio compoſitum *exſercio* eliſo *ſ exercio*. Unde Terent.

*— — — Qui opere ruſtico*
*Faciundo facile victum exercirent ſuum.*

Ita enim ſcribendus eſt locus, non ut quidam male *exſarcirent*. Et forte reſtituenda vox illa Ciceroni in libro de petitione conſulatus: *Aliis te id rebus exacturum eſſe perſuadeas*. Legendum enim *exerturum*.

*Exercitionem.*] Ab exerceo eſt *exercitium, exercitio, exercitus, exercitior, exercitiſſimus*, quibus uſi veteres Juriſconſulti. ut ab exercitatus, exercitatior, exercitatiſſimus, &c. Sed in vett. libb. ſcriptum *exercionem exerciti dicebant*, &c. quod & verum eſt: nam ut à *ſuſcipio*, dictum *ſuſcipio, onis*. à *conſpicio, conſpicio, onis*, ſic ab exerceo, ductum ſubſtantivuum *exercio, onis*.

*Exercitus.*] Militum copia exercitus, ûs ſubſtant. quartæ declinationis. At exercitus, ta, tum, adject. negotiis diſtrictus, impeditus, fatigatus. Plaut. Bacchid.

*——— Quæ ſodalem atque me exercitos habet.*

Ali-

Exeſto, extra eſto: ſic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitabat: hoſtis, vinctus, mulier, virgo exeſto. ſcilicet intereſſe prohibebatur.

Exſit purgamentum, unde adhuc manet ſuffitio.

Exſuti, exſuſi; ut mertat pro merſat.

Exgregiæ, egregiæ, id eſt è grege lectæ.

Exhauſtant, efferunt.

Exiles & Ilia à tenuitate viarum, quas Græci in chartis ita appellant, videntur eſſe dicta.

Exilica cauſa, quæ adverſus exulem agitur.

## Notæ.

Aliquando etiam exercitus hujus exercitûs, pro exercitatione legitur ut apud Plautum Rudent. 2. 1.

*Pro exercitu gymnaſtico & palæſtrico hoc habemus.*

Legitur & *exercitus exerciti*, pro *exercitus*, *ûs*. Varr. de vita pop. Rom. lib. 2. *Decius Imperator pro exerciti ſalute ſe Diis manibus devovit. Dacerius.*

*Exeſto.*] Quod ait in quibuſdam ſacris, recte docet non in omnibus ſacris id obſervatum: ſed in illis tantum, quæ Reſolutoria dicebantur, ad quæ niſi ſolutis nodis accedi fas non erat. Servianæ ſchedæ Danielis noſtri in illud: *Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta: Solent enim*, inquit, & *reſolutoria ſacrificia ab auſpicibus fieri. & ad Junonis Lucinæ ſacra non licet accedere, niſi ſolutis nodis. Joſ. Scaliger.*

*Exeſto.*] Quod ait in quibuſdam ſacris, recte docet non in omnibus ſacris, id obſervatum, ſed in illis tantum quæ *reſolutoria* dicebantur, ad quæ niſi ſolutis nodis accedi fas non erat. Servius Danielis in illud Virgilii 11. Æneid.

*Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.*

*Solent enim*, inquit, *& reſolutoria ſacrificia ab auſpicibus fieri. Et ad Junonis Lucinæ ſacra non licet accedere, niſi ſolutis nodis.* Scalig. Hinc capiendus hic locus Ovidii 7. Metam.

*Egreditur tectis veſtes induta recinctas,*
*Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.*

Et alter Tibulli lib. 1.

*Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis.*

De hoſtibus, hoc eſt peregrinis quos ſacris intereſſe nefas, Servius 8. Æneid. *Extraneos ad ſacra non licebat adhibere. Dacerius.*

*Exſit.*] Vide quæ olim in Conjectaneis ſuper hoc diximus. *Joſ. Scaliger.*

*Exſit.*] A ϑύω adoleo, ſacrifico, ϑ mutato in *f*, *fio*, à quo *exſio* & *ſuffio*, inde *ſuffitus*, *ſuffimentum*, *exſit*. Fabius pictor apud Nonium in voce *Sal* aperte nos docet quid ſit *exſit*. *Exſit*, inquit, *eſt Sale ſordidum quod uſtum eſt, & in ollam rudem fritilem objectum eſt, poſtea id ſal Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant.* Hoc ſal ſerra ſecatum in ſeriam conjiciebant, & infuſa aqua jugi muriem efficiebant. Vide *Muries*.

*Exſuti.*] Nam *ſ* ſæpe mutatur in *s*. exempla paſſim. *Dacerius.*

*Exgregiæ.*] Vide Abgregare. *Ant. Auguſtinus.*

*Exgregiæ.*] Vide *abgregare* & infra *eximium*.

*Exhauſtant.*] Nihil muto ab *exhaurio*, *exhauſi*, *exhauſtum*, *exhauſtare*, efferre, educere. *Dacerius.*

*Exiles.*] Legendum videtur *inarum*, pro *viarum*, ut habet l. m. Vide in *Ilia*. *Ful. Urſinus.*

*Exiles.*] Lege, *à tenuitate inarum.* Vide Ilia. Quid ſit Ina in charta, diximus in libros Varronis de re ruſtica. Plinius de chartarum generibus: Deprehenditur & lentigo oculis: ſed inſerta mediis glutinamentis tenia fungo papyri bibula, vix inis literæ fundenti ſe tantum eſt fraudi. Qui locus & perperam hodie legitur, & male conceptus eſt à Melchiore Guillandio, qui in ea capita Plinii de papyro ſcripſit. At nos plura in eum dicemus, & errata hominis in omnes bonos ſcriptores debacchantis in medium proferemus. *Joſ. Scaliger.*

*Exiles & Ilia.*] Lege: *Exiles & Ilia à tenuitate inarum.* Nam & ita infra in *Ilia*. Vidit Scaliger. *Ina* à Græco ἶνες, hoc eſt, ſubtiliſſimæ intercurſantes venæ, quales in chartis veterum, & aliquando in noſtris: ab *ina*, *inula*, unde *illa* vel *ila*, unde *Ilia*, & *exilis* niſi malis cum Iſidoro *ilia* eſſe à Græco εἰλεὸς quod inteſtinum tenue ſignificat. & cum Voſſio, *exilis*, ab ἐξίτηλος, *exilis*, *tenuis*, *evanidus*, *obſcurus*. Per ſyncopen ἔξιλος, *exilis*. Apud Horat. Od. 4. lib. 1.

*Jam te premet nox, fabulæque manes,*
*Et domus exilis Plutonia.*

*Domus exilis* interpretibus negotium faceſſit. Ibique omnes etſi ſe excruciant, tamen nihil intelligunt. Atqui poterant ipſum Horatium ſui ipſius interpretem adhibere, qui ait Epiſt. 6. lib. 1.

*Exilis domus eſt: ubi non & multa ſuperſunt*
*Et dominum fallunt, & proſunt furibus.*

*Exilis* igitur eſt tenuis, *pauper*.

*Exilica.*] Ab *exilio*, quod pro *exſulio*. Et *exſilium* per

Eximium inde dici cœptum, quod in ſacrificiis optimum pecus è grege eximebatur: vel quod primum erat natum.

Exin metri cauſa dicitur pro exinde.

Exinfulabat exerebat. infulas enim ſacerdotum, filamenta vocabant.

Exiſtimare dictum eſt ab æſtimatione.

Exitium antiqui ponebant pro exitu. nunc exitium peſſimum exitum dicimus.

Exodium exitum.

Exoletus qui adoleſcere, id eſt creſcere deſiit.

Exomides ſunt comici veſtitus exertis humeris.

Exoriri, ſurgere.

Expapillato, brachio exerto; quod cum fit papilla nudatur.

Expatare, in locum patentem ſe dare, ſive in ſpatium ſe conferre.

Expectorat, ex pectore ejicit.

## Notæ.

per ſ ſcribendum aiunt Grammatici. ſed non attendunt in omnibus fere verbis quæ incipiunt à præpoſitione *ex* & *ſ* litera eam ipſam literam perire. ſic ſupra: *exerſirent*, pro *exſercirent* à *ſarcio*. Vide *Pierium*. lib. 5. Æneid. & lib. 1. Georg.

*Eximium.*] Quod eximitur. Donat. ad Hecyr. act. 1. ſc. 1. *Eximia pecora dicuntur quæ à grege excepta ſunt ad uſus dominorum ſuorum, ut uberius paſcantur. Sed proprie eximii ſunt porci majores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. Etenim boves qui ad hoc lecti ſunt, egregii dicuntur & oves lectæ.* Virgil.

——— *Mactant lectas de more bidentes.*

*Ita & porci eximii.* Verum non de porcis tantum ſed de quibuſlibet hoſtiis eximium dici, ex Veratio docet Macrob. lib. 3. Sat. cap. 5. *Veratius*, inquit, *in pontificiis quæſtionibus docet eximias dictas eſſe hoſtias quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximuntur à grege, vel quod eximia ſpecie, quaſi numinibus offerendæ eligantur.*

*Exin.*] Cicer. in Orat. *Dein etiam ſæpe & exin, pro deinde & exinde dicimus.*

*Exinfulabat.*] Quaſi extra infulas educebat. Vide *infula*.

*Exiſtimo.*] Ab *ex* & *æſtimo*. Æſtimo autem à Græco ἀντιμῶ, *pretium ſtatuo*, *æſtimo* niſi malis eſſe à Græco τιμῶ, & Latino *as*.

*Exitium.*] Olim *exitus*. nunc *pernicies*, *mors*. Gloſſ. *exitium*, ὄλεθρος, ὄλεθρον. *Dacerius*.

*Exodium.*] Mirum diſplicuiſſe hoc doctis viris, qui pro eo ſubſtituerint *Exodum*. Quam bene, ipſi viderint. Meminerant quippe ἔξοδον à Græcis dici, non ἐξόδιον. At iidem debebant contra meminiſſe, πρόλογον à Græcis dici, non item προλόγιον, cum tamen Pacuvius prologium dixerit. Varro Hecatombe περὶ θυσιῶν· *Socrates cum in vinculis publicis eſſet, & jam bibiſſet κώνειον in exodium vitæ.* Idem ἴσως ποτὲ, περὶ αἱρῶν· *Vitæ curſum ut agnoſcere poſſem, & quæ ſervitutis, & libertatis ab origine ad exodium adducta.* Idem ταφῆ μενίππου· *Quod cœperas modo in via narrare, ut ad exodium adducas. Joſ. Scaliger.*

*Exodium.*] Viri docti ſubſtituunt *exodum* quod Græce ſit ἔξοδος. Sed meminiſſe eos oportuit Græcos ἐξόδιον etiam dixiſſe. Sic προλόγιον & πρόλογον, μεθόδιον & μέθοδον. Exodium, exitus, finis, unde Varro *ad exodium vitam perducere*. Vide Nonium. De exodiis fabularum erit alias dicendi locus. *Dacerius*.

*Exoletus.*] Gloſſarius: *Exoletus*, ὑπέρακμος, καὶ ἐξώλης. Legendum puto, καὶ ἔξωρος. Idem: *Exoletus*, τρίβακος. *Joſ. Scaliger.*

*Exoletus.*] Vide *adoleſco*. inde *exoleti* dicuntur ſcorta maſcula jam adulta.

*Exomides.*] Ἐξωμίδες. Tunicæ ſic dictæ vel quod ab humeris dependerent, ſive quod humeri exererentur. ἐξωμίδα, ἐσθῆτα κωμικὴν, *veſtem comicam*, vocat etiam Pollux lib. 4. Idem etiam innuit Heſych. ſed non tantum comicam fuiſſe certum eſt. Gell. lib. 7. cap. 12. *Romani primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas & breves tunicas citra humerum deſinentes habebant: quod genus Græci dicunt exomidas.* Tria autem exomidum genera fuiſſe reperio. primum fuit earum quæ ſine manicis erant, cum uno tantum foramine quo collum exerebant, quæ proprie ἐξωμίδες. Alterum earum quæ duas manicas habebant ἀμφιμάσχαλοι dictæ, & ingenuorum tantum propriæ. Tertium earum quæ unam manicam duntaxat; & dicebantur ἑτερομάσχαλοι, & erant ſervorum. De his intelligendus Schol. Ariſtoph. cum ait, ἐξωμίδας εἶναι ἱμάτια δουλικὰ καὶ ἑτερομάσχαλα. Vide in ἀμφιμάσχαλος & ἑτερομάσχαλος.

*Expapillato.*] Vide *effafilato*.

*Expatare.*] Pacuvius. *Expatant ſe omnes, publiceque ſe oſtendunt.* *Expatant ſe*, id eſt, *expatiantur*. Hoc vocabulum retinent *Vaſcones* qui dicunt *s'eſpatar, s'eſtendre, s'eſcarter.*

*Expectorat.*] Pacuvius in Epigono: *Eloquere*

Expergitus, ab alio excitatus; quem ſolemus dicere expergefactum.

Experitos, imperitos.

Experrectus, à corrigendo ſe vocatus; quod fere facimus recentes à ſomno. Experrectus eſt, qui per ſe vigilare cœpit.

Explenunt, explent.

Explorare antiquos pro exclamare uſos, ſed poſtea proſpicere, & certum cognoſcere cœpit ſignificare. itaque ſpeculator ab exploratore hoc diſtat, quod ſpeculator hoſtilia ſilentio perſpicit, explorator pacata clamore cognoſcit.

Exporgere, porro agere, exporrigere.

Expreta antiqui dicebant, quaſi expertia habita.

Exrogare eſt, ex lege vetere aliquid eximere per novam legem.

Exta dicta, quod ea diis proſecentur, quæ maxime extant, eminentque.

Externus eſt alienæ terræ.

Exterraneus ex alia terra. Exterraneus quoque dicitur & qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt. dictus autem exterraneus quod eum mater exterrita alvo ejecit.

## Notæ.

*proprie ac pavorem hunc meum expectora.* Hoc verbum damnare videtur Quintilian. lib. 8. cap. 3. *At veteres*, inquit, *ne expectorat quidem timuerunt.* Modeſtius tamen Cicero 3. de Orat. *Novantur autem verba, quæ, ab eo, qui dicit, ipſo gignuntur, ac fiunt vel conjungendis verbis ut hæc.*

*Tunc pavor ſapientiam mihi omnem exanimato expectorat,*
*Num vis hujus me verſutiloquas malicias.*

*Videtis enim & verſutiloquas & expectorat. ex conjunctione facta eſſe verba, non nata.* Inde Gloſſæ: *Expectoro* ἀποστηθίζω.

*Expergitus.*] Inter *expergitus* & *experrectus* hoc diſcrimen Feſtus ſtatuit ut ille ſit qui ab aliis excitatur. Hic, qui per ſe vigilat. Aliter tamen Diomedes lib. 1. *Expergitus*, inquit, *qui ſatiatus ſomno ſponte vigilat, unde & Lucilius ait:*

*— — — — — — Ergo*
*Et ſomno pueros cum mane expigitu' clamo,*

*Experrectus autem à quiete impeditus: unde Salluſtius: interdum ſomno experrectus tumultum facere. Expergefactus porro eſt, qui per alium ſomno excitatur.* Ego vero crediderim hæc tria eadem eſſe neque differre *experrectus*, ab *experrego*, unde per ſyncopem factum *expergo. Expergitus* ab *expergo*, *expergiſcor. Expergefactus* ab *expergeſio*. Vide infra.

*Experitus.*] *Expers*, à *periri* quod eſt *conari*, *diſcere*, eſt *peritus*. Inde *experiri*, *experitus*, qui & *expertus*. infra *expreta*, *expertia* & *expers*. Gloſſarium *expers* ἄπειρος καὶ ἔμπειρος. i. e. *Doctus & ignarus*. Et infra: *expertes*, *ignari*. Vides *experitum* eſſe *expertem*. Nam *ex* modo privativum, modo intenſivum, ut *e*, *in* &c. *Dacerius.*

*Experrectus.*] Pro *corrigendo ſe*, videtur legendum, *à porrigendo ſe. Ful. Urſinus.*

*Experrectus à corrigendo ſe.*] Lege à *porrigendo ſe* ut notarunt viri docti. Hic autem *porrigere* eſt pro *perregere* unde *pergere*. Vide ſupra expergitus. *Exporrigere* autem unde per ſyncopen *exporgere* non à *porro agere* ut infra Feſtus ſed à *per* & *rego* probat præteritum *porrexi*.

*Explenunt.*] Ut *redinunt*, pro, *redeunt*. *Pleo* autem unde *impleo*, *expleo*, *compleo*, *repleo*. A πλέος. *Plenus.*

*Explorare.*] Vide *endoplorato*, & *plorare*. Inde *explorare*, inquirere, tentare. Et *explorator*, qui inter hoſtes verſatur & ex rumore eorum ſecreta cognoſcit, ſuiſque renuntiat. Et differt ab ſpeculatore qui ante exercitum ſpeculandi gratia mittitur, hic munere belli honeſto fungitur, ille ſæpius capitis pœnas luit. Arrius Menander de re militari. 1. *Exploratores qui ſecreta nuntiaverunt hoſtibus proditores ſunt & capitis pœnas luunt.*

*Exporgere.*] Vide *experrectus*.

*Expreta.*] Nihil mutandum. *Expreta* tranſpoſita litera pro *experta*. Id eſt *experita*. *Experiri*, *experitus*, *expers*. Vide ſupra *experitus*.

*Exrogare.*] Vide *Derogare*.

*Exta.*] Quaſi *exſecta* ab exſecando. Et non ab extando ut putat Feſtus. Inde *extar* in Gloſſario, olla ubi exta coquebantur.

*Externus.*] Ab *exter*, *exterus*, unde *externus*.

*Exterraneus.*] Fruſtra eſt Feſtus qui à *terra* & præpoſit. *ex*, *exterraneum* dictum putat. Nam eſt ab *extra* pro quo prius dicebant *extera*. Ita *exterraneus* qui poſtea *extraneus*.

*Exterraneus quoque.*] Hic locus ſic melius in quibuſdam cod. conceptus eſt: *Exterricineus quoque dicitur qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt.*

*Dictus*

Digitized by Google

Extimum extremum ſignificat, ita ut intimo ſit contrarium.

Extrarium ab extraneo ſic diſtinguitur. extrarius eſt, qui extra focum, ſacramentum, juſque ſit. extraneus ex altera terra, quaſi exterraneus.

Exugentes, exprimentes.

5. Exuviæ ab exuendo dictæ.

## Notæ.

*Dictus autem exterricineus quod eum mater exterrita alvo dejecit.* Ab exterrendo *exterricineus* dictus quem exterrita mater ejecit. Græci vocant ἐκτρώματα, & ἐξαμβλώματα. Et differt ab eo quem Græci vocant ἠλιτόμηνον qui ante exactos menſes natus eſt ut apud Poëtas Euryſteus.

*Extimum.*] *Extimum promontorium.* Plin. *Dacerius.*

*Extrarium.*] Legendum cenſeo, *extra focum, ſacra, juſque ſit.* intelligit ſacra familiæ, aut potius gentis. Sui heredes ſunt in ſacris patris familiæ. *Joſ. Scaliger.*

*Extrarium.*] *Extrarius* & *extraneus* nullo modo differunt, Sic *proletarius*, & *proletaneus* dicebant *præſentarius* & *præſentaneus*, *Vicarius*, & *vicaneus* & ſimilia. Sic extrarius & extraneus hæres qui nullo cognationis vinculo teſtatori jungitur. Infra legendum, *qui extra focum, ſacra familia juſque ſit.* Extrariis opponuntur ſui hæredes qui ſunt in ſacris patris familiæ. *Dacerius.*

*Exugere.*] Gloſſarium: Exugit, ἐκπιτίζει. *Joſ. Scaliger.*

*Exugentes.*] *Exugo*, pro *exſugo*. Deperdita litera S. Vide *exercirent*. Et *exilica*. Verbo exugere ſæpe utitur Plautus.

*Exuviæ.*] Vide *exduta*. Exuviæ dictæ quæcumque exuuntur, imo & alia etiam ut *exuviæ Deorum* infra in voce *tenſa*. *Dacerius.*





Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

### *LIBER SEXTUS.*

### F.

FABAM nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus jacitur larvis, & parentalibus adhibetur ſacrificiis, & in flore ejus luctus litteræ apparere videntur.

Fabiani & Quintiliani appellabantur luperci à Fabio, & Quintilio præpoſitis ſuis.

Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque aſpergebatur nova nup-

### NOTÆ.

*Fabam.*] Vide Gellium lib. 10. cap. 15. de fabis quas *lemuribus* jaciebant in eorum ſacris, Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *Quibus temporibus in ſacris fabam jactant noctu, ac dicunt ſe lemures domo extra januam ejicere.* Ritum aperte docet. Ovid. lib. 5. Faſt.

*Ille memor veteris ritus, timiduſque Deorum*
*Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.*
*Signaque dat digitis medio cum pollice junctis*
*Occurrat tacito ne levis umbra ſibi:*
*Terque manus puras fontana perluit unda,*
*Vertitur, & nigras accipit ore fabas.*
*Averſuſque jacit: ſed dum jacit, hac ego mitto,*
*His, inquit, redimo meque meoſque fabis.*
*Hoc novies dicit, nec reſpit: umbra putatur*
*Colligere, & nullo terga vidente ſequi.*

Hunc morem ſi ego hodieque alicubi obſervari moneo, neſcio an plures ſim habiturus qui facile fidem adhibeant, atque certum eſt illud idem etiamnunc in Vaſconia pueros factitare, qui cum larvas illas lemurales expavent, ſabas aliaque legumina per cubicula ſua diſſeminant, & ita opinantur ſe eis è cubiculo fugare & extra domum ejicere. *Dacerius.*

*Fabiani.*] Vide Quintia prata. *Ant. Auguſtinus.*

*Fabiani & Quintiliani.*] Fabiani Remi ſocii, Romuli Quintil. Ovid. 2. Faſt.

*Dicta facit, Fabiique ſimul. venit irritus illuc*
*Romulus, & menſas, oſſaque nuda videt.*
*Riſit & indoluit, Fabios potuiſſe Remmumque*
*Vincere. Quintilios non potuiſſe ſuos.*

His poſtea à C. Cæſare addita tertia ſodalitas, nempe *Juliorum* Dio lib. 44.

*Facem.*] Catull.

*——— ——— viden' ut faces*
*Splendidas quatiunt comas.*

Ideo autem faces quia per noctem tantum nova nupta ad maritum ducebatur ut ait Plutarch. qui quinque ferri ſolitas fuiſſe docet in quæſt. Rom. quæſt. 2. Illum vide, vide & infra *Patrimi* & *rapi*. Aqua etiam aſpergebatur nova nupta. Varr. lib. 4. de

L. L.

ta: ſive ut caſta, puraque ad virum veniret; ſive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

Faces antiqui dicebant, ut fides.

Faceſſere ſignificat interdum facere, ut eſt, Juſſa faceſſunt. interdum vero pro abire ponitur. Pacuvius, Faceſſite omnes hinc, id eſt abite.

Factio & factioſus, initio honeſta vocabula erant. unde adhuc factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis ſeditio, & arma vocantur.

Facul antiqui dicebant, & faculter pro facile. unde facultas, & difficultas videntur dicta. Sed poſtea facilitas morum facta eſt. facultas rerum.

Fagutal ſacellum Jovis, in quo fuit fagus arbor, quæ Jovi ſacra habebatur.

Falæ dictæ ab altitudine à falando, quod apud Etruſcos ſignificat cælum.

Falarica, genus teli, miſſile, quo utuntur ex falis, id eſt ex locis exſtructis dimicantes.

## N O T Æ.

L. L. *Igitur cauſſa naſcendi duplex aqua & ignis, ideo ea in nuptiis in limine adhibentur.* Idem apud Servium 4. Æneid. *Aqua & igni mariti uxores accipiebant unde & hodie faces præluœnt & aqua petita de puro fonte per puerum feliciſſimum, vel puellam quæ intereſt nuptiis, de qua ſolebant nubentibus pedes lavare.* Vide Plutarch. loco ſupra laudato. quæſt. 1. Vide ſupra *aqua*.

*Faces.*] In nominandi caſu prius dicebant *faces*, quod nunc *fax*. *Dacerius.*

*Faceſſere.*] Pacuvi. in Teucro apud Nonium: *Faceſſite omnes hinc, parumper tu mane.* *Ant. Auguſtinus.*

*Faceſſere.*] A *facio*, *faceſſo*, ut à *capio*, *capeſſo*. *Faceſſo*, duo ſignificat, *facio*, & *retrocedo*. Donat. ad illud Terentii Phorm. act. 4. ſc. 3.

*Hæc hinc faceſſat.*

*Pro hinc ſe faciat*, inquit, *id eſt, abeat, ut huc ſe faciat, huc accedat ſignificat.* Item, *faceſſat, pro cedat, alias faciat. Ergo duas res ſignificat hoc unum verbum. an hinc faceſſat, proverbialiter, quaſi hinc faciat. Plautus argentum hinc facite. Huc te fac dicitur, pro huc accede.*

*Pacuvius.*] Hunc Pacuvii locum adducit Nonius è Teucro.

*Faceſſito hinc omnes parumper, tu mane.*

*Factio & Factioſus.*] Initio *factiones* proprie divitum & nobiliorum ordines dicebantur, & factioſi nobiles & opulenti. Plautus *Ciſtellaria*. act. 2. ſc. 1.

—— —— *Neque nos factione tanta, quanta tu, ſumus.*

Et in Aulular.

*Iſtas magnas factiones, animos, dotes, dapſiles.*

Inde in Gloſſ. factio exponitur τάγμα. id eſt ordo. Inde hiſtriones & quadrigarii in *factiones*, hoc eſt, in *ordines* diviſi. At poſtea *factio* in malam partem ſumi cœpta eſt, nempe pro conſpiratione & conſenſu peſſimorum hominum & ita nunc ſemper.

*Facul.*] Afranius.

*Haud facul femina invenietur bona.*

Vide Nonium.

*Sed poſtea.*] Ait *Facultatem* de rebus ſive opibus dici, *facilitatem* ad animum pertinere. Sic fere Cornel. Fronto *Facultas*, inquit, *locupletis, facilitas artificis eſt. Itaque dives facultatem habet multa vel emendi, vel redimendi: Artifex opera perficiendi facilitatem.*

*Fagutal.*] Varro lib. 4. de L. L. *Et Fagutal à fago: unde etiam quod ibi ſacellum, Jovis Fagutalis.*

*Falæ.*] Proprie turres ligneæ militares unde tela mittebantur, quæ ideo falarica dicta: Vide infra. *Falæ* autem ab Hetruſco *phalando* ſive *phalanto* quod cælum notat. Φάλανθον Græcum eſt à φαλὸς forſan, *albus, nitens*. Sed potius falæ à Græco φάλαι ut Græci dicebant montes, altitudines, arces. Heſych. Φάλαι, ὄρη, σκοπιαί, *montes, arces*. Et inde φάλανθον, cœlum apud Hetruſcos, quod altum. Inde *palatium*, id eſt, *arx*. Inde etiam *falere* apud Varronem, ſaxa pilea ad onus periſtylii ſuſtinendum. Et φάλαι Saxones ſive Germani vocabulum retinent *fales*, ſive *fels*, *rupes*.

*Falarica.*] Ennius:

*Quæ valido venit contorta falarica miſſu.*

Falarica à *falis*. Idem Nonius & Servius. Alii à φαλὸς *ſplendidus*, quod ea tela ſplendeant ob ferratam cuſpidem, vel potius ob flammam: nam falaricis circumligabatur materia è pice ſulphure & ſtupa. Sed prius etymon certum eſt. Ut ſupra.



Digitized by Google

Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curvati, à ſimilitudine falcis.

Faleri oppidum à ſale dictum.

Falſius, & falſior cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine.

Fama à fando dicta. ſic apud Græcos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως.

Famelicoſam terram, terram paluſtrem vocabant.

Famelia deminutivum à fama.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. Unde familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum. & familiares ex eadem familia. poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata I cum V littera.

Familiaris Romanus, privatus Romanus.

Famino, dicito.

Famuletium dicebatur, quod nunc ſervitium.

Famuli origo ab Oſcis dependet, apud quos ſervus famel nominabatur, unde & familia vocata.

Fana, quod fando conſecrantur.

Fanatica dicitur arbor fulmine icta.

## NOTÆ.

*Falcones.*] Glaſſarium: *Falcones*, Δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες. *Digiti pedum intro aſpicientes.* Et Iſidorus in Gloſſ. *Falcones, qui pollices pedis intra curvos habent.* Similiter Græci δρεπανώδεις dicunt, à δρέπανον *falx.* *Dacerius.*

*Faleri.*] *A ſale dictum*, l. m. habet pro, à *ſale*. *Ful. Urſinus.*

*Faleri.*] A *ſale* quod apud eos ſal fieret, prius *Halerii* dicti. Sed magis placet ab Haleſo conditore, unde & Faliſci. Ovid. lib. 4. Faſt.

*Venerat Atrides fatis agitatus Haleſus:*
*A quo ſe dictam terra Faliſca putat.*

*Falſius & Falſior.*] Vox *rationabiliter* eſt Pauli. Qua etiam alii inferiores notæ Grammatici utuntur. Voluit dicere ἀναλόγως. *Scalig.*

*Fama.*] A Dorico φάμα pro φήμη, quod à φημί. Iſtud à φάω, unde Latinum fari.

*Famelicoſam.*] Id eſt, aridam. Gloſſ. Famelicus, λιμόξηρος. Famelice, λιμοξήρως.

*Familia antea.*] Quædam editiones habent, *Familia aurea*; qua re motus Jo. Meurſius, Philologici auctarii cap. 11. exiſtimavit *ſervos* ſimpliciter *familiam*, at *ingenuos*, *familiam auream* appellari. Quod probari non poteſt, & certum eſt Feſtum ſcripſiſſe, *Familia antea* ut in antiqua Mediolanenſi. Id probat antitheſis. *Familia antea in liberis*, &c. *Poſtea hoc nomine.* Familia eſt cœtus hominum, à Græco ὁμιλία. & ita proprie antea dicebatur ſeries hominum ejuſdem generis qui ſinguli familiares dicebantur. Ubi notandum *familiam* Feſtum dixiſſe quæ proprie *gens* eſt. Sic apud Livium lib. 11. de Fabiis. *Ibant unius familiæ duces.* Inde poſtea *familia* ad ſervos & gladiatores tranſlatum. & familiæ ſervorum & gladiatorum cœtus dicti ſunt. Cicero *gladiatorum familia.* Apul. apolog. *Quindecim liberi homines populus eſt, totidem ſervi familia; totidem vincti ergaſtulum.* Inde etiam ſervi dicti ſunt famuli. Tamen infra Feſtus à ſe ipſo diſſentit, aitque familiam eſſe ab Oſco *famel* ſive *famul.* Id eſt *ſervus.* Vide famuli. Et ibi notata.

*Familiaris.*] Ejuſdem familiæ.

*Famino.*] Cato. cap. 141. *Janum Jovemque vino prece famino, ſic dicito.* Et alibi, *hoc vino præfamino.* Unde Lexicorum Sarcinatores ridicule vinum præfaminum dici putarunt.

*Famuletium.*] Pro *famulitium.* Varro: *Apud ignavum dominum duro famulitio aſtrictus.* *Famulatum* vocat Cicero. *Famulitatem*, Accius & Pacuvius apud Nonium.

*Famuli origo.*] A *Famel.* Oſca voce *famul*, *famulus*; ſed Latinum eſſe non Oſcum *famulum* puto. Ut & ſupra Feſtus in Familia, pro famulo dictum poſtea *famul.* Ut *pa* pro *parte*; *do* pro *domo* & familia. Quæ ſequuntur, *unde & familia vocata.* Si Feſti ſunt, levitatis & inconſtantiæ Feſtum arguunt, qui in *familia* his contraria ſcripſit. Nempe famulum dici à familia *i* mutato in *u*, quod verum eſt. Nam ſi à *famel* eſſet *familia*, velim hic mihi reſpondeant qui Feſtum ſequuntur, qui fieri potuit ut antea familia honeſte de ingenuis hominibus diceretur.

*Fana.*] Vide *fanum.*

*Fanatica.*] Fanatici proprie dicebantur qui divino

furore

Digitized by Google

Fanum à Fano dictum; ſive à fando; quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur.

Farfenum, virgulti genus.

Farrago appellatur id, quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur jumentis.

Farreum genus libi ex farre factum.

Fartores, nomenclatores; qui clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati.

Faſcinum, & fas, à fando nominantur.

Faſtigium ædificii ſummum.

Faſtis diebus jucunda fari licebat; nefaſtis quædam non fari licebat.

## NOTÆ.

furore correpti, qui numine afflati erant. Inde fanatica arbor quæ fulmine afflata: ſed *fanatici* etiam dicebantur ſacrorum miniſtri. Optimum Gloſſarium, *fanaticus*, *ἱεροφάντης*, *ἱερόδουλος*. In veteri lapide extra Romam. *Q. Cælio Apollinari fanatico de æde Bellonæ. Dacerius.*

*Fanum à Fauno.*] Ita l. m. pro *à fano*. *Ful. Urſinus.*

*Fanum à Fano.*] Lege ut in vet. lib. *Fanum à Fauno.* A Faunis fana dicta veteres putabant quod illis primum templa ſint conſecrata. Cornelius Fronto: *Fanum Fauno conſecratum*: Alii fana à *fando*. Quod in iis conſecrandis pontifex certa verba fatur. Vel potius ut Varro lib. 5. de L. L. quod pontifex in ſacrando fatus eſt finem; hinc (à fando) *fana nominata*, inquit, *quod pontifices in ſacrando fati ſunt finem.* Sed maxime placet ſententia Voſſii qui putat fanum eſſe eo, quod id Græci ſimiliter *ναὸν* vocent. Nempe per tranſpoſitionem fuerit *ἀνὸν*, ſed ſpiritus abit ſæpius in f. Id probant ipſamet Feſti verba è lib. 8. *Hanula parva delubra quaſi fanula.* Ergo ex obliquo *ἀνὸν* fanum, unde hanulum, poſtea fanulum, ut *hoſtis*, *foſtis*, *holus*, *folus*, & ſimilia.

*Farfenum*] Videtur legiſſe in Plauti milite: *eo præſternebant folia Farfani*, *vel Farſeni. Joſ. Scaliger.*

*Farfenum.*] Scripſerat Feſtus *Farferum*. Niſi dicas *r* abiiſſe in *n*. *Farferus*, autem pro *farfarus*. Quod fluvii, in Sabinis, de quo Servius. 7. Æneid. & herbæ nomen eſt. Fluvio nomen à farfar ſive *pharphar* Syriæ fluvio. Et à fluvio herba nomen accepit, quod juxta eum naſceretur. Quæ fuit ſententia Voſſii. Farfari herbæ meminit Plaut. Pœnul. act. 2.

*— — — Viſcum legioni dedi*
*Fundaſque, eo præſternebant folia farferi.*

Et Apuleius:

*Folia ſunt farfari & nugæ meræ.*

Farfarus, eſt tuſſilago noſtra, populago, ungula caballina.

*Farrago.*] Quod ex multis ſatis, ut hordeo vicia, & leguminibus fit pabuli cauſſa Varr. lib. 1. de re ruſt. Cap. 31. *Contra ex ſegete, ubi ſata admixta, ordeum & vicia, & legumina, pabuli cauſſa viridia, quod far ferro caſa, farrago dicta, aut niſi quod primum in farracia ſegete ſeri cœptum.* Gloſſ. farrago, *χλόη*. i. gramen ſemiviride. Vide Plinium.

*Farreum.*] Quod in nuptiis fiebat, unde nata vocabula *confarreatio*, & *diffarreatio*. Plin. lib. 18. cap. 3. *Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant.*

*Fartores.*] Candidati, id eſt, qui Magiſtratum aliquem petebant, ſumma ope nitebantur ut ſibi complurium ſtudia conciliarent, ideoque ſummo mane ſolebant domi inambulare, & ſalutatoribus ſui copiam facere, quorum ſingulos nomine proprio compellabant. Verum cum in tanta ſalutantium turba fieri non poſſet, ut æque omnes cogniti eſſent, huic rei miniſtrum habuere præpoſitum ut accedentium nomina dictaret, qui inde *nomenclator*, vel *monitor*, vel *fartor* dictus eſt.

*Faſcinum & fas.*] *Fas* quidem à ſando, quod quaſi fatum ſit à Diis & Sacerdotibus. Sic *jus* à jubendo. ſed quomodo *faſcinum* à *fando* an quia *lingua* quoque fieret *faſcinatio*, ut apud Catul.

*Quæ nec pernumerare curioſi*
*Poſſint, nec mala faſcinare lingua.*

Hæc ſunt nugæ. Faſcinum ut optime Cloatius verus apud Gellium lib. 16. cap. 12. à Græco *βάσκανον*, & *faſcinare* à *βασκαίνειν*, *enſorceler*, *enchanter*. Ad faſcinum avertendum omnia turpia veteres adhibebant, ſic veretri figuram de collo pueris ſuſpendebant, in gremium ſuum deſpuebant, de quibus alibi. *Dacerius.*

*Faſtigium.*] In Gloſſario: Faſtidium, *λίτωμα*. Lege Faſtigium, *ἀέτωμα*. Ita ſæpe Vitruvius ex Cteſibio, & aliis. & *ἀέτωσις*, Faſtigiatio. *Joſ. Scaliger.*

*Faſtigium.*] Græci vocant *ἀέτωμα*, quod aquilæ volantis ſpeciem repræſentaret. Gloſſ. Faſtigium, *ἀέτωμα* de hoc ita Galenus: *Ἀέτωμά ἐστι τὸ εἰς ὕψος ἀνατεινόμενον τῆς ὀροφῆς ὥσπερ τρίγωνον*. Id eſt, *faſtigium eſt tecti pars in altitudinem elevata quaſi triangulum.* Inde & faſtigium, *trichoron* dictum. *τρίχωρον* & *τρίγωνον* idem. Vide Salmaſ. in Feſcennino Nigro Spartiani, *Dacerius.*

*Faſtis diebus.*] Lego, *Faſtis diebus jus fari licebat. nefaſtis non fari licebat. Joſ. Scaliger.*

Fa-

Faſtorum libri appellantur, in quibus totius anni fit deſcriptio. Faſti enim dies feſti ſunt.

Fatantur, multa fantur.

Faventia bonam ominationem ſignificat. Nam præcones clamantes, populum ſacrificiis favere jubebant. Favere enim eſt bona fari. at veteres poëtæ pro ſilere uſi ſunt favere.

Favi, à favendo.

Faviſſæ locum ſic appellabant, in quo erat aqua incluſa circa templa. Sunt autem qui putant faviſſas eſſe in Capitolio cellis ciſterniſque ſimiles, ubi reponi erant ſolita ea, quæ in templo vetuſtate erant facta iuutilia.

## Notæ.

*Faſtis diebus jucunda.* ] Lego: *Faſtis diebus jura quadam fari &c.* Varro lib. 5. de L. L. *Faſti dies, quibus certa verba legitima ſine piaculo prætoribus licet fari. Ab hoc nefaſti dies, quibus diebus ea fari jus non eſt, & ſi fati ſunt, piaculum faciunt.* Ovid. 1. Faſt.

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,*
*Faſtus erit per quem lege licebit agi.*

Tria verba ſunt, *do*, *dico*, *addico*. Quibus tota juriſdictio continetur. *Dacerius.*

*Faſtorum.* ] Faſti enim dies feſti ſunt. Hoc falſum eſt. ſunt enim faſti dies, quibus fari licet prætori juridica verba. Varro, Ovid. Macrob. ab his diebus Faſtorum libri appellantur, quibus eos dies cognoſcimus, & tranſlaticie faſtos conſulum appellamus, quibus Conſules ſingulorum annorum continentur. *Ant. Auguſtinus.*

*Faſti.* ] Eleganter veteres Græci, *Faſtus*, ἡμερολόγιον. & faſtus in quarta declinatione, de quo quæſtio apud veteres Grammaticos, ſuper illo Lucani: *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* Ex quibus licet conjicere antiquitatem ejus Gloſſarii, & quantum fidem ejus ſequi debeamus. Ego alioqui inveni duos verſiculos Iambos in litera R. qui videntur dedicationis loco eſſe:

*Τοῦτο δῶρον τῇ σοφῇ γερουσίᾳ*
*Ὕπατος ἀπὸ ἀρχῶν προσφέρει Φιλόξενος.*

Videtur fuiſſe is Philoxenus, qui temporibus Juſtiniani Conſul fuit cum Probo. Porro verba ultima, *Faſti enim dies feſti ſunt:* ne Pauli quidem ſunt. Sed ad ſacrificulorum Kalendaria, unde profecta ſunt, ea remittimus, atque adeo flagris ablegamus. *Joſ. Scaliger.*

*Faſtorum libri.* ] Ut Faſti Ovidiani. *Faſti* à diebus faſtis, qui in iis referuntur, ut & nefaſti. ſed cum plures faſti, à potiori nomen ſortiuntur; quæ leguntur in fine: *Faſti enim dies feſti ſunt.* Pauli eſſe putavit Voſſ. At Scaliger ne Pauli quidem eſſe, eaque flagris ablegat. Ego vero Feſti eſſe exiſtimo, ſed leviter deformata: lego: *Faſtis enim dies faſti inſunt.* vel ſi malis: *Faſtis enim dies faſti ſcripti ſunt.*

*Fatantur.* ] Apud Salluſtium tamen *fatatum* eſt fatis decretum.

*Faventia.* ] Bona ominatio, *Fauſtum:* bene ominatum. Nam *favere* eſt bona & bene ominata fari. Græcis εὐφημεῖν. Et ut apud Latinos in ſacris præco Favere populum jubebat, ſic apud Græcos in ſacris clamabat εὐφημία ἔστω. *Sit faventia.* Sæpe apud Ariſtophanem, & ab hac faventium attentione bonaque ominatione *favere* pro ſilere dictum eſt, & ad alia etiam tranſlatum. *Dacerius.*

*Faviſſa.* ] Vide Gell. lib. 2. cap. 10. *Ant. Auguſtinus.*

*Faviſſas.* ] Non eſt dubium, quin Græci vocarint θησαυροὺς ea loca. Plutarchus in Philopœmene: οὐ μὴν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο. Livius cum acciperet hæc ab eodem auctore, ex quo hauſit poſtea Plutarchus, ita reddidit de eadem re loquens lib. 39. *Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum publicum ſub terra, ſaxo quadrato ſeptum. eo vinctus demittitur: & ſaxum ingens, quo operitur machina, ſuperimpoſitum eſt.* In quo annotandum, eleganter ab ipſo Livio τὸν περιαγόμενον λίθον verti ſaxum, quo operitur machina, hoc eſt, mola inferior, quam metam vocat Paulus Juriſconſultus. Intelligit ergo *Catillum*, ut idem Paulus vocat: hoc eſt ſuperiorem molam. Machina enim ſignificat molam apud veteres. Unde Auſonius dixit *Machinale pondus*, pro mola. Hinc Italicum vulgus *Machinare*, pro molere. Sane neque Plutarchus ſine Livio: neque ille ſine Plutarcho exponi potuerat. Porro & Varro theſaurum pro eadem re dixit lib. de Latino ſermone VI. *Sed quod Delphis in æde foramen ad latus eſt quoddam theſauri ſpecie*, quod Græci ὀμφαλὸν dixerunt. *Theſauri ſpecie*, hoc eſt ad modum illarum Faviſſarum, quod Græci θησαυροὺς vocant. Non tamen ignoro aliter olim à nobis eum locum expoſitum. Sed eleganter Nævius in ſuo Epitaphio Orcivum theſaurum ab ea tranſlatione dixit:



Digitized by Google

Fauſtulum porcellum, feturam porcorum.

Februarius menſis dictus, quod tum, id eſt extremo menſe anni populus februaretur, id eſt luſtraretur, ac purgaretur: vel à Junone februata, quam alii februalem, Romani februlim vocant: quod ipſi eo menſe ſacra fiebant, ejuſque feriæ erant lupercalia, quo die mulieres februabantur à lupercis amiculo Junonis, id eſt pelle caprina. quam ob cauſam is quoque dies februatus appellabatur. Quæcumque denique purgamenti cauſa in quibuſque ſacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatum.

Fedum antiqui dicebant pro hedo, folus pro holere, foſtim pro hoſte, foſtiam pro hoſtia.

Felices arbores Cato, dixit, quæ fructum ferunt, infelices quæ non ferunt.

## Notæ.

*Itaque poſtquam eſt orcivo traditus theſauro.*

*Joſ. Scaliger.*

*Faviſſæ.*] Ciſternæ templi ad aquam recipiendam. ab antiquo *favio* pro *foveo*, vel *fodio*. Et hæc prima fuit hujus vocis notio. Poſtea ob ſimilitudinem *faviſſæ* dictæ ſunt cellæ ſubterraneæ in templis ubi reponi ſolebant res ſacræ vetuſtate collapſæ. Varro apud Gellium lib. 2. cap. 10. *Faviſſas eſſe cellas quaſdam & ciſternas, quæ in area ſub terra eſſent, ubi reponi ſolerent ſigna vetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſa donariis conſecratis.* Has faviſſas Græci vocant θησαυρὲς, ut ex Valerio Sorano idem Varro apud Gellium, ibidem. Unde in Gloſſ. *Faviſſæ*, θησαυροί. Vide Liv. lib. 39. & Plutarch. in Philopœmene. Inde eleganter Nævius in ſuo epitaphio orcivum theſaurum de inferis dixit:

*Itaque poſtquam eſt orcivo traditus theſauro.*

Et Ennius in Iphigen.

*Acherontem obibo ubi mortis theſauri objacent.*

Neque tamen *faviſſæ* dictæ à *flaviſſa* dempta *l* litera, quod in eas non rude æs argentumque, ſed flatâ ſignataque pecunia conderetur, ut idem Valerius Soranus exiſtimavit. Nam ſi ita eſſet prima in faviſſa produceretur, quam corripuit Cæſar Scaliger:

*Quæ poſſunt de Socraticis exiſſe faviſſis.*

Neque prius *faviſſæ* de theſauris, ſed de puteis, & aquæ ciſternis dictum eſt ut jam ſupra. De faviſſis Capitolii inſignis locus Varronis, qui Servio Sulpitio roganti quid in Cenſoriis libris ſignificarent *faviſſæ Capitolinæ*, reſcripſit *in memoria ſibi eſſe quod Quintus Catulus curator reſtituendi Capitolii dixiſſet, voluiſſe ſe aream Capitolinam deprimere ut pluribus gradibus in ædem conſcenderetur, ſuggeſtuſque pro faſtigii magnitudine altior fieret, ſed facere id non quiſſe, quoniam faviſſæ impediſſent. Dacerius.*

*Fauſtulum.*] Fauſtitatem Deam colebant veteres pro incremento pecoris: ut, *Si fœtura gregem ſuppleverit.* propterea almam Fauſtitatem vocat Horatius. *Joſ. Scaliger.*

*Fauſtulum.*] A fœtura, quæ proprie fauſtitas. Unde & fauſtitatem Deam colebant veteres, Horat. Od. 5. lib. 4.

*Nutrit rura Ceres & alma fauſtitas.*

Hanc in ſeculari carmine ſic mire depinxit Horatius:

*Fertilis frugum pecoriſque tellus*
*Spicea donet Cererem corona;*
*Nutriant fœtus & aquæ ſalubres*
*Et Jovis auræ.*

*Dacerius.*

*Februarius.*] Ait diem Lupercalia à veteribus *Februatum* vocari ſolitum. Varro: *Lupercalia dicta, quod in Lupercali Luperci ſacra faciant. Rex, cum ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat. Joſ. Scaliger.*

*Februarius menſis.*] Varro lib. 5. de L. L. *Rex cum ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat. Februum Sabini purgamentum, & in id ſacris noſtris verbum, nam & Lupercalia, Februatio, ut in antiquitatem libris demonſtravi.* Et paulo poſt: *Prior, à Principe Jano, Januarius appellatus: poſterior, ut iidem dicunt ſcriptores, ab Deis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium à die februato, quod tum februatur populus, id eſt lupercis nudis luſtratur antiquum oppidum palatium, gregibus cinctum.* De februis vide Ovid. lib. 11. Faſt. initio.

*Fedum.*] Varro lib. 4. de L. L. *Hircus quod Sabini fircus: Et quod illic fedus in latio rure hedus quod in urbe ut in multis, a addito, hædus.* Ab antiquis Græcis deductum, puto qui pro aſpirata ponebant F. Latini etiam vice verſa pro f. utebantur aſpirata h. Sic *horctis* dicebant pro *forctis* quod & Hiſpanis familiare. *Dacerius.*

*Felices.*] Enumerat Verannius apud Macrobium lib. 3. arbores felices, & infelices, in quibus eſt ficus

Femur femoris, & femen feminis; fenero, & feneror dici poteſt.

Fenus appellatur naturalis terræ fetus; ob quam cauſam & nummorum fetus fenus eſt vocatum, & de ea re leges fenebres. Fenus, & feneratores, & lex de credita pecunia, Fenebris, à fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Græcos eadem res τόκος dicitur. fenum quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum, quando idipſum manens quotannis novum parit. Unde etiam feſtuca vocata eſt.

Feralia, diis manibus ſacrata feſta, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus appellata.

Ferctum genus libi dictum, quod crebrius ad ſacra ferebatur; nec ſine ſtrue, altero genere libi. quæ qui adferebant, ſtruferctarii appellabantur.

Ferentarii auxiliares in bello, à ferendo auxilio dicti. vel quia fundis, & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, ita appellati. Ferentarii levis armaturæ pugnatores.

## Notæ.

ficus atra. Vide Plin. lib. 16. cap. 27. *Ant. Auguſtinus.*

*Felices arbores.*] Duobus modis intelliguntur felices & infelices arbores, pro fertilibus & frugiferis ſive agreſtibus & feris ſic *felix olea* apud Virgil. & *infelix oleaſter*. At in libris pontificum *felices* & *infelices* arbores dicuntur fauſtæ & infauſtæ non tam fertilitatis habita ratione, quam Deorum in quorum eſſent tutela. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 20. qui inter infelices, fructiferas etiam nominat. Quamquam id à veteribus, non fuiſſe obſervatum teſtatur hic Feſti locus. Cui ſuffragatur alter Plinii: *Infelices exiſtimantur damnataque religione, quæ neque ſeruntur uſquam, neque fructum ferunt.* Item iſte Apulei in Apologia: *Arbor infecunda & infelix, quæ nullum fructum ex ſe ſe gignit, tanti eſt in pretio, quanti lignum ejus trunco.* Imo & Lycophron *infelicia ligna* quæ ad portentorum expiationem adhibebantur vocat ἄκαρπα φυτά.

Ὅταν ἀκάρποις γυῖα συμφλέξας φυτοῖς
Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράσῃ σποδόν.

Id eſt:

*Quando infelicibus membra cremans lignis*
*Vulcanus in mare cineres pone jaciet.*

*Femur femoris, & femen feminis.*] At Servius & Cariſius annotarunt, *Femur* tantum dictum & ab eo declinari *femoris* & *feminis* pro ea parte corporis quæ eſt à coxa ad flexum pedis. Tibull. *Implicuitque femur femini.*

*Fenus appellatur.*] Pauli verba male cohærent cum verbis Feſti. Hæc Pauli ſunt. Feſti quæ ſequuntur *Fenus & feneratores, & lex de credita pecunia*, &c. Hic Varronem Feſtus ſequitur de quo Gellius lib. 16. cap. 12. *Fenerator enim, uti M. Varro in lib. 3. de ſermone Latino ſcripſit, à fenore eſt nominatus, fenus autem dictum à fetu & quaſi fetura quadam pecunia parientis atque increſcentis; idcirco & M. Catonem & cæteros ætatis ejus, feneratorem ſine a litera pronuntiaſſe tradit, ſicuti fetus ipſe & fecunditas appellata.* Nonius: *Fenus ab eo dictum eſt quod pecuniam pariat increſcenti tempore, quaſi fetus aut fetura, nam & Græce τόκος dicitur* ἀπὸ τοῦ τίκτειν. Neque tamen *fenus* à *fetu* ſed ab obſoleto *feo* unde *fenum*, *fetus*, *feſtuca*, *femur*. At Salmaſius de uſuris p. 35. ait Fœnus eſſe à Græco ποινός, quod eſt Merces, pretium, vel pœna. Quod certe nemini unquam probabitur, imo & vel vocem Græcam ποινός pro ποινή, neſcio unde Salmaſius. Nemo ſane eam idonei ſcriptoris auctoritate tueatur.

*Feralia.*] Priorem Feſti etymologiam probat Varro lib. 5. de L. L. *Feralia ab inferis & ferendo, quod ferunt tum epulas ad ſepulchrum, quibus jus ibi parentare.* Sed certum eſt *feralis* & *feralia* eſſe à *fera* nam *feram* dicebant mortem. Et ferale eſt quod ad mortuos pertinet, unde Gloſſ. interpretantur νεκρικόν. Feralia fiebant die 21. Februarii Ovidius à veteribus Calendariis recedit qui ea fuiſſe dicit die 17. Illum vide lib. 11. Faſt. Feralia Græci dicebant μιαρὰς ἡμέρας. Heſych. μιαραὶ ἡμέραι, τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. *Ferales dies menſis Antheſterionis, quibus mortuorum animas è ſepulchris exire putabant. Dacerius.*

*Ferctum.*] Viden. Cato de re ruſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Fertum.*] Iſidori Gloſſæ: *Fertores, ferto libantes. Joſ. Scaliger.*

*Ferctum.*] Pro *fertum*. A *fero fertum* pro *latum* & *fertum* eſt Diis oblatum. Inde *fertor* & *infertor*. Gloſſ. *Fertores, ferto libantes, infertor,* παρεβίτης. Id eſt *ſtructor*. De ſtrue & Ferto, Vide *Strufettarii.*

*Ferentarii.*] Varr. lib. 6. de L. L. *Ferentarii equites hi dicti qui ea modo habebant arma quæ ferrentur, ut jaculum.* Vide *adſcriptivi.*

Fere-

Feretrius Jupiter dictus à ferendo, quod pacem ferre putaretur. ex cujus templo ſumebant ſceptrum, per quod jurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent.

Feria à feriendis victimis appellata.

Feriæ ſtatæ appellabantur, quod certo, ſtatutoque die obſervarentur.

Ferias antiqui feſtas vocabant. & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ; aliæ cum feſto, ut Saturnalia. quibus adjungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

Ferire dictum, quod ferientes feruntur.

Ferocit apud Catonem, ferociter agit. Fivere idem pro figere.

Ferus ager incultus.

Feſcennini verſus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Feſcennina dicuntur allati. ſive ideo dicti, quia faſcinum putabantur arcere.

## NOTÆ.

*Feretrius.*] Alii quod ei opima ferrent ſpolia, vel à feriendo. Propert. lib. 4.

— — — — — *cauſſa Feretri*
*Omine quod certo dux ferit enſe ducem*
*Seu quia victa ſuis humeris hac arma ferebant*
*Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Jovis.*

Sed optime monuit Scaliger dictum Feretrium à Feretro pompæ triumphalis. Valerius Flaccus:

*Has precor, exuvias, & opima cadavera noſtro*
*Linquite, ait, feretro.*

*Ferias.*] Corrige, *Ferias antiqui feſias vocabant*, recte. feriis epulationes adjungebantur quare à Græco ἑστιᾶν *feſtum diem agere*, convivio excipere dictæ *feſia* quæ poſtea *Feriæ*. Velius Longus: *Ferias quoque non fereas, quoniam apud antiquos feſia non feſea dicta ſunt.* Vide infra.

*Feria ſtata.*] Publicarum feriarum genera ſunt quatuor: *ſtativa*, quæ certis diebus & menſibus, & in faſtis ſtatis obſervationibus adnotatæ ut *agonalia*, *carmentalia*, *lupercalia*, &c. *Conceptiva* quæ quotannis à magiſtratibus vel Sacerdotibus concipiuntur, vel in certos, vel in incertos dies. Ut *Latinæ*, *Paganalia*, *ſementina*, *compitalia*. *Imperativa*, quas conſules vel prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt. Et *nundinæ*, paganorum id eſt ruſticorum. Quibus conveniunt negotiis propriis vel mercibus proviſuri. Vide Macrob. lib. 1. Sat. cap. 16.

*Ferias antiqui Feſtas vocabant.*] Atqui quædam feriæ ſine die feſto. Quomodo igitur ferias feſtas veteres dixere? Ridiculum. Lege modo: *Ferias antiqui feſias vocabant*. Idque etiam doctiſſ. Voſſio in mentem veniſſe video. Vide ſupra *feria*.

*Ferire.*] Inepte Paulus à ferendo. Ferio eſt ab Æolico βερτὺρ pro φερτὺρ unde & verbero.

*Ferocit.*] A *ferox*, quod à *ferus*. De *fivere* pro *figere*. Valde dubito neque enim reperio *g* unquam mutatum in *u*. Sed legendum eſt *fibere*. Nam *fibo* dicebant pro *figo* hinc *fibula*, quæ à *figo*, *fixula*.

*Ferus.*] Ut contra politus ager qui bene cultus eſt.

*Feſcennini verſus.*] A *Feſcennina* Tuſciæ urbe, quæ *Feſcennia* Plinio, *Pheſcennium* Catoni. Dionyſio Φασκίνιον. Servio ſi vera ſcriptura *Feſcennium*. Hodie *Citta Caſtellana*. Perperam Servius Campaniæ oppidum dicit. Feſcennini verſus, temere compoſiti & rudes naſcentis adhuc Romanæ poëſeos primordia fuere, neque nuptiales, quippe eos caſci illi homines in conventibus ſuis ac feſtis ſolemnibus poſt fruges conditas, & labores, ruſticos exactos, ſacrificiis operati, ut animum relaxarent, & ſe ſe jucunditati traderent, genio indulgentes inter epulas uſurpabant, per ludum & jocum, inter ſe jocularia dicta obſcænitate & opprobriis referta jacientes. Aperte declarat Horat. in Epiſtola ad Auguſtum quæ eſt 1. lib. 2.

*Agricolæ priſci, fortes, parvoque beati*
*Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto*
*Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,*
*Cum ſociis operum & pueris & conjuge fida*
*Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,*
*Floribus & vino Genium memorem brevis ævi.*
*Feſcennina per hunc inventa licentia morem*
*Verſibus alternis opprobria ruſtica ludit.*

Livius lib. 1. *Qui non ſicut ante, Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant.* Inde poſtea verſus qui à puerorum multitudine nubentibus canebantur, quia omnium laſciviarum & opprobriorum pleniſſimi erant, *Feſcennini* dicti ſunt. Catull.

*Nec diu taceat procax*
*Feſcennina locutio.*

*Convitia feſta* vocat Lucanus lib. 2.

*Non ſoluti luſere ſales, nec more Sabino*
*Excepit triſtis convitia feſta maritus.*

*Dacerius.*

Feſnoe vocabantur, qui depellere faſcinum credebantur.

Feſtram antiqui dicebant, quam nos feneſtram.

Fetiales à feriendo dicti apud hos enim belli, paciſque faciendæ jus eſt.

FIBER genus beſtiæ quadrupes. Plautus: Sic me ſubes cotidie, quaſi fiber ſalicem. quo nomine extremæ fluminis oræ appellantur. Unde & fibras jecinorum, & fimbrias veſtimentorum dicimus.

Ficolea palus ficulneus.

Fides genus citharæ dicta, quod tantum inter ſe chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent. cujus deminutivum fidicula eſt.

Fiduſta à fide denominata, ea quæ maxime fidei erant.

Filicata patera dicta, quod ad filicis herbæ ſpeciem ſit cælata.

## NOTÆ.

*Feſnoe.*] L. m. *Feſcenoe.* & ita videtur ſcribendum. *Ful. Urſinus.*

*Feſnoe.*] Lego *Faſcinoe* ex veſtigiis priſcæ editionis. Faſcinoe, ut Pilumnoe, poploe: hoc eſt, Faſcini, Pilumni, populi. *Joſ. Scaliger.*

*Feſnoe.*] In marg. *Feſcenina.* An legendum *Feſcenninoe*, ut Feſcennini dicti fuerint pueri qui in nuptiis Feſcenninos verſus canentes ſic faſcinum arcere putabantur? At liber antiquus, *Feſcenoe.* Et ita legendum. Nam & Deus *Faſcinus* fuit qui faſcinum depellebat. Imperatorum & infantium cuſtos, inter ſacra Romana à Veſtalibus cultus. De quo Plin. lib. 28. cap. 4. *Feſcenoe*, pro *Faſcinoe*, id eſt, *Faſcini* ut *Pilumnoe*, *poploe*, pro *Pilumni*, *popli*. *Dacerius.*

*Feſtram.*] Nihil præterea addit ineptiſſimus mutilator, hoc uno contentus, vocabula tantum nobis apponere, ſignificationis, & omnis ritus, atque antiquitatis ſecurus. At nos ſciamus Feſtram fuiſſe oſtium minuſculum in ſacrario. Quod tantum abeſt, ut prætermittere debuerit abbreviator iſte, ut etiam de eo librum juſtum confecerit doctiſſimus ſimul, atque vetuſtiſſimus Grammaticus M. Antonius Gnipho. Macrobius: *Item Antonius Gnipho, vir doctus, cujus ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat quid ſit Feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario, quo verbo Ennius etiam uſus eſt.* Ita jamdudum legendum in Macrobio ſuſpicati ſumus, cum ecce confirmata eſt ſententia noſtra libro Macrobii manuſcripto, cujus copiam nobis fecit eruditiſſimus, ac totius antiquitatis juriſque civilis promptuarium Petrus Pithoeus, amicus noſter. *Joſ. Scaliger.*

*Feſtram.*] *Feneſtra* à φαίνω, quaſi *faneſtra.* Per ſencopen *feſtra*, niſi *feſtra* ſimpliciter ſit à φάω, ut putavit Voſſius. Neque *feſtra* fuit quævis feneſtra per quam lux intraret, ſed minuſculum ſacrarii oſtium. De ea librum juſtum confecit doctiſſimus ſimul atque vetuſtiſſimus Grammaticus M. Antonius Gnipho, Macrobius: *Item Antonius Gnipho vir doctus, cujus ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat quid ſit feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario, quo verbo etiam Ennius uſus eſt.*

*Fetiales.*] Legati qui vel ad pacem faciendam vel ad bellum indicendum. A feriendo fœdere dicti quaſi *feriales*, vel à *faciendo* quaſi *feciales*, unde & quidam per C ſcribunt. Sed apud Græcos ſemper per T φητιάλεις. Quare optime Voſſius qui ait dictos à *fatu*, id eſt *fando*, *a* converſo in *e*. Quippe & *oratores* dicebantur Varr. de vita pop. Rom. *Itaque bella & tarde & nulla licentia ſuſcipiebant, quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere, & priuſquam indicerent bellum iis, à quibus injurias factas ſciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant.*

*Fiber.*] Animal quod & *caſtor*, & *canis ponticus* dicitur. *Fiber* quod extremas amnium oras colat, quas *fibras* dixere. Nam veteres omne extremum *fibrum* vocabant. Unde *fibra* extremæ jecinoris partes, & veſtium fimbriæ. Varro lib. 4. de L. L. *Fiber ab extrema ora fluminis dextra & ſiniſtra maxime quod ſolet videri, & antiqui fibrum dicebant extremum., unde in ſagis extrema fimbria, & in jecore extremum fibra, hinc fiber dictus.* Ubi Scaliger, *Ut à cerno cribrum: à facio, faber: à luo liber: à creſco, creber: à glubo, glaber: à ſcarreo, ſcaber: à ſuo, ſuber:* &c. *ſic à finio fiber.* Verum Salmaſius *fimbria* ſive *fibria* & *fiber* pro Caſtore ab Æolio φιβρὸς pro θιβρὸς, quod ſignificat, *molle, pulchrum, ornatum amans.* Heſych. Nam *fimbriis* villi aſſuuntur ad mollitiem & ornatum. Fibro autem mollior pluma pilus Plin. lib. 8. cap. 30. Mihi veterum ſententia magis placet.

*Ficolea.*] Pro *ficulea*, id eſt, ficulnea, à *ficus*, *ficulus.*

*Fides.*] Imo à Græco σφίδες. Heſych. σφίδες χορδαὶ μαγειρικαί, σφιδὴ, χορδή. A fides fidicula, fideris nomen eſt quod *lyram* vocant.

*Fiduſta.*] Ut à *venus*, *venuſtus*: *onus*, *onuſtus*, ſic à *fidus*, *fiduſtus.*

*Filicata patera.*] Cui *filicis* ſive *felicis* herbæ ſpecies cælo erat inſculpta. Meminit Cicero in paradoxis: *Quid à Numa Pompilio? minus ne gratas diis immor-*

Filicones mali & nullius uſus, à filice dicti.
Firmum ἀπὸ τοῦ ἕρματος, dictum videtur.
Fiſcellus caſei mollis appetitor ut catillones catillorum liguritores.
Fixulas, fibulas.
FLAGRATORES dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cædebantur.
Flamearii infectores flamei coloris; violarii violatii coloris dicuntur.
Flamen Dialis dictus, quod filo aſſidue veletur; indeque appellatur flamen, quaſi filamen. Dialis autem appellatur à Dio, à quo vita dari putabatur hominibus.
Flameo amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eo aſſidue utebatur. Flaminica, id eſt Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.
Flameo veſtimento Flaminica utebatur, id eſt Dialis uxor, & Jovis ſacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore.
Flaminia dicebatur ſacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præminiſtrabat, eaque patrimes & matrimes erat, id eſt patrem, matremque adhuc vivos habebat.
Flaminiæ ædes, domus flaminis Dialis.
Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes, & matrimes, qui Flamini Diali ad ſacrificia præminiſtrabat. antiqui enim miniſtros camillos dicebant. Alii

## NOTÆ.

*immortalibus capedines ac fictiles urnulas quam filicatas aliorum pateras arbitramur?* Sic *lanx pampinata, patina hederata, Diſcus Corymbiatus* apud Trebellium Pollionem à *pampino, hedera*, & inſculptis *corymbis* ſive *corymbiis*.

*Filicones.*] Sic *blitei* & *blitones* à *blito*.

*Firmum.*] A Græco ἕρμα fulcrum, firmamentum, niſi malis cum Voſſio, ab εἱρμός, *nexus*.

*Fiſcellus.*] A fiſcella, quæ eſt vas vimineum per quod defluit ſerum. Iſidoro in Gloſſis, *forma ubi caſei exprimuntur*.

*Fixulas.*] A *figo, fixum, fixibula, fixula, fibula*.

*Flagratores.*] Imo potius ii videntur fuiſſe *qui flagris cædebant*. Id ipſa vox ſatis oſtendit, quæ activa eſt non paſſiva.

*Flamearii infectores flamei coloris.*] Diſtingue: *Flamearii, infectores flamei coloris; violarii, violatii coloris dicuntur.* Locum Plauti reſpicit Feſtus qui eſt in Aulul. Act. 3. Sc. 5.

*Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius:*
*Caupones patagiarii, induſiarii,*
*Flamearii, violarii, carinarii.*

*Flamen.*] Quaſi filamen à filo lanæ quo velabantur. Idem Varr. lib. 4. de L. L. & Servius lib. 8. Æneid. Alii à *Pileo* quaſi *pileamines*, ſed omnino *flamines* dicti à velamento capitis quod *flameum* dicebatur propter colorem luteum ſive rubrum.

*Flameo amicitur nubens.*] Lucanus lib. 2. de Martia iterum nubente.

*Lutea demiſſos velarunt flamea vultus.*

Inde Plinius lib. 21. cap. 8. *Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flameis totum feminis conceſſum.*

*Eo aſſidue utebatur Flaminica.*] Quæ ideo *cincta* dicebatur. Vide *cincta*. Ubi flameum, *veſtem* dicit ut infra *veſtimentum*.

*Flaminia.*] Puella quæ Flaminicæ miniſtrabat, ut *Flaminius*, puer qui Flamini, utrique patrimi & matrimi erant, ſive patrimes & matrimes. Nam utrumque dicitur. Vide *Patrimi*. *Dacerius.*

*Flaminia.*] Omnino legendum: *Flaminia, ædes Flaminis Dialis.* Nam Flaminiæ ædes mirum non eſt ſi ſunt domus Flaminis, quomodo dicitur Flaminius Camillus, & Flaminius lictor. Apud Ovidium in Faſtis:

*Ipſe ego Flaminia poſcentem Februa vidi.*
*Februa poſcenti pinea virga data eſt.*

Flaminia, ex ædibus Flaminis. Ita legimus apud Ovidium pro eo, quod hodie Flaminiam. *Joſ. Scaliger.*

*Flaminiæ ædes.*] Scaliger: *Flaminia, ædes Flaminis Dialis.* Optime, *Flaminia* enim abſolute dicebatur. Ovid. 11. Faſt.

*Ipſe ego Flaminia poſcentem februa vidi,*
*Februa poſcenti pinea virga data eſt.*

Prout hunc locum reſtituit idem Scaliger: *Flaminia*, id eſt, ex ædibus flaminis. *Dacerius.*

*Flaminica.*] Patrimem, & matrimem interpretatur, cujus uterque parens in vivis eſt. At alii, qui ex eodem patre & matre nati. Nam ἀμφιθαλῆ vertunt. At contra ἀδελφὸν ἑτεροθαλῆ vocat Cedrenus uterinum, aut conſanguineum. *Joſ. Scaliger.*

*Flaminius Camillus.*] Vide *Camillus*.

dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, ſicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura præciperet: Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes.

Flaminius circus, & via Flaminia à Flaminio conſule dicta ſunt, qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum.

Flaminius lictor eſt, qui Flamini Diali ſacrorum cauſa præſto eſt.

Flator, tibicen.

Flemina dicuntur, cum ex labore viæ ſanguis defluit circa talos.

Florifertum dictum, quod eo die ſpicæ feruntur ad ſacrarium.

Flumentana porta Romæ appellata, quod Tiberis partem ea fluxiſſe affirmant.

Fluoniam Junonem mulieres colebant, quod eam ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.

Fluſtra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, quam Græci μαλακίαν vocant.

Focus, fomenta, focillationes, foculi à fovendo, id eſt calefaciendo dicta ſunt.

Fodare, fodere.

Fœdus appellatum ab eo, quod in paciſcendo fœdere hoſtia necaretur. Vergilius: Et cæſa jungebant fœdera porca. vel quia in fœdere interponatur fides.

## NOTÆ.

*Flaminius circus & via Flaminia.*] Livii epitom. lib. 20. *C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit: & circum Flaminium extruxit.* Circus Flaminius, qui & *Apollinaris* ab Apollinis templo dictus ab æde ſancti Angeli in Piſcina, ad campum uſque Agonium protenſus. Via Flaminia per Hetruſcos Aretium ducebat.

*Flaminius lictor.*] Hunc Ovidius intelligit II. Faſt.

*Quæque capit lictor domibus purgamina certis,*
*Torrida cum mica farra, vocantur idem.*

*Dacerius.*

*Flator.*] Gloſſarium: *Flat flator, φυσᾷ αὐλητής.* Arnobius libro ſecundo: *Tibia, calamoque flantes.* Veteres Gloſſæ: *Αὐλητὴς, flator, tibicinator. Joſ. Scaliger.*

*Flemina.*] Placidus in Gloſſis. *Fleminum, veſtem in qua ſanguis ambulando in pedes defluit.* Vide infra in *Tama.* & ſupra in *Boa. Ful. Urſinus.*

*Flemina.*] Caper: *Flemina eſt ubi abundant crura ſanguine.* Voſſius deducit à φλεγμονὴ, id eſt *tumor.* Uſus eſt Plaut. Epidic. Act. I. Sc. 2.

*Laſſitudine me invaſerunt miſerum in genua flemina.*

*Florifertum.*] Quod in ſacrarium Cereris ferebant poſt meſſem factam. Gloſſæ: *florifertum, ἀνθοφορία.*

*Flumentana porta.*] Imo potius quod ad fluvium ſita eſſet. Nam erat ad lævam partem Tyberis. Hodie *porta populi.*

*Fluonia Juno.*] Vide Arnob. lib. 3. Auguſtin. de Civit. Dei lib. 7. cap. 2. & 3. *Dacerius.*

*Fluſtra.*] Tertullianus de Pallio: *Sic & mari fides infamis, dum flabris aqua mutantibus de tranquillo probum, de fluſtris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat. Joſ. Scaliger.*

*Fluſtra.*] A fluo, *fluſtrum*, ut à luo, *luſtrum* utitur Tertullianus de Pallio lib. II. *Sic & mari fides infamis, dum flabris aqua mutantibus de tranquillo probum, de fluſtris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat.* Tunc autem *fluſtrum* dictum puto cum poſt tempeſtatem fluctus non moventur, quia tunc *defluit ſaxis agitatus humor.*

*Focus.*] Ovid. VI. Faſt.

*At focus à flammis & quod fovet omnia dictus.*

Sed melius viri docti qui *foveo* dicunt à *focus.* Unde *foculus, foculare, focillare. Focus* autem à φώγω, ſeu φωγνύω, vel φώγνυμι, *uro.*

*Fodare.*] Forteau apud Ennium legerat:

*Illyrici reſtant Sicis Sibiniſque fodantes.*

Ubi vulgo *fodentes* quod non placet, quia hic litera *e* vocem reddit nimis exilem & exanguem. Aurem tuam interroga & lege. Vide *Sibina. Dacerius.*

*Fœdus.*] Verg. lib. 8. Æn. Fetiales autem dici apparet in veteribus monumentis, & à Græcis Dionyſio, & Plutarcho ita appellantur, à feta fortaſſe cæſa. Vide Porci. *Ant. Auguſtinus.*

*Fœdus.*] Vide in *Fedum.* & fortaſſe hic *Foſtia*, pro *hoſtia* ſcribendum. Velius Longus de Orthographia. *Siquidem, ut teſtis eſt Varro, à Sabinis Faſena dicitur, & ſicut S familiariter, in R tranſit, ita F in vicinam aſpirationem mutatur, ſimiliter ergo, & hœdos dicimus cum aſpiratione, quoniam fœdi dicebatur apud antiquos, item hircos, quoniam eoſdem aque ſircos vocabant. Ful. Urſinus.*

*Fœdus.*]

Digitized by Google

Folium à Græco venit, quod illi dicunt φύλλον, ſed ideo per unum L, quia antiqui non geminabant conſonantes.

Folliculare appellatur pars remi, quæ folliculo eſt tecta, à quo vita follicularis.

Fomites ſunt aſſulæ ex arboribus, dum cæduntur excuſſæ, dictæ, quod in eo opere occupati, cibis, potuque confoventur. At Opilius aduſtas jam vites vocari exiſtimat fomites. alii vocari putant ſcintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur. dictæ autem ita, quia igni ſunt confotæ. pari modo aſſulæ, quæ ſunt ſecuribus excuſſæ.

Fons à fundendo dicitur.

Fontinalia fontium ſacra. unde & Romæ fontinalis porta.

Forago filum, quo textrices diurnum opus diſtingunt, à furando dictum.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci φορβὴν vocant.

Forcipes dicuntur, quod his forma, id eſt calida capiuntur.

## Notæ.

*Fœdus.*] Vel à *ferire*, vel à *forda*, vel à *fœde*, vel à *fide*, vel ab *Hædus*. Sed eſt à *fidus*, Nam & *fidus* pro *fœdus* dixit Ennius.

*Folium.*] Verum eſt eſſe à φύλλον, ſed poſterius *l* mutatur in *i*. Contra quod Feſtus putavit. Sic ab ἄλλος, *alius*. *Dacerius.*

*Folliculare.*] Folliculum vocat, quòd Græci ἄσκωμα. *Joſ. Scaliger.*

*Folliculare.*] A folliculo, id eſt, pelle remos muniente, qua parte ſcalmo incumbunt. ἄσκωμα vocant Græci. Heſych. ἄσκωμα, δερμάτιον, ὃ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔχουσιν, id eſt, *folliculum, pellis, quam in triremibus habent.* Heſychii verba illuſtrat interpres Ariſtophanis in βατραχ. ἄσκωμα δὲ δερμάτιόν τι ᾧ ἐν ταῖς τριήρεσι χρῶνται. καθ' ὃ ἡ κώπη βάλλεται. i. e. *Folliculum, pellis qua in navibus utuntur per quam remus impellitur.* Inde follicularis vita, eorum qui ad remos ſunt delegati. Aliter tamen follicularem vitam interpretatus eſt Meurſius nempe caducam, ad inſtar folii: nam follum, i. folium, unde folliculum, extrema pars remi in folii ſimilitudinem deſinens, quæ Græcis πτερὸν quod alæ vicem navi præſtet.

*Fomites.*] Omnis materia arida & ad igneſcendum apta *fomes* dicitur à *fovendo*. Quod eo ignis foveatur. Notum eſt illud 11. Æneid.

*Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum*
*Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.*

*Pari modo aſſula, quæ ſunt ſecuribus excuſſa.*] Inde Gloſſarium Græco-Lat. πελέκημα, *fomis, fomes.* πελεκίτης, *dolator.* πελεκῶ, *dolo, fomeo.* Supra, cum addit Feſtus, *at Opilius aduſtas jam vites vocari exſtimat fomites.* Nugæ ſunt de vitibus, ſcribendum ut in vetuſtiſſimo libro legitur: *At Opilius aduſtas jam fomites vocari exiſtimat. Fomites alii vocari putant ſcintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur.* Dixerat fomites aſſulas eſſe ex arboribus dum cæduntur excuſſas. Opilius non aſſulas quæ ex arboribus excuterentur inter cædendum, ſed jam aduſtas exiſtimabat vocari fomites. Servius ex libro commentariorum Clodii quarto: *Fomites aſſula ambuſta, ligna excavata, à fungis nomine excepto.* Hoc dicit quia *fungi* pro fomitibus in uſu erant & eſcas vocabant, unde apud recentiores Græciæ medicos, ἴσκαι, hoc eſt, *eſca* proprie appellantur fungi arboribus innaſcentes, quod fomitum uſum præberent. Salmaſ. in Solin.

*Fons à fundendo.*] Varro lib. 4. de L. L. *Fons unde funditur è terra aqua viva.*

*Fontinalia.*] Et *fontanalia*. Varr. lib. 5. *Fontinalia à fonte, quod is dies feria ejus, ab eo autem tum & in fontes coronas jaciunt, & puteos coronant.* Erant die Octobris decima tertia. Porta Capena dicta Fontinalis quod juxta eam fontis delubrum fuerit. *Dacerius.*

*Forago.*] L. m. habet *à forando*, pro *furando*. *Ful. Urſinus.*

*Forago.*] Imo à *forando* potius, quia eo filo forabant telam, ut penſa diſtinguerent. Quare vel ita legendum, vel dicendum eſt hæc *à furando dictum* ab alio eſſe adjecta. Sane à MS. Pauli codice abſunt. ut monuit Voſſ. In Gloſſario Iſidori *forago* exponitur *trames diverſi coloris. Dacerius.*

*Forbeam.*] Servius: *Fibra, herba. Nigid. Commento Grammaticali:* φορβὴ, *ſed antea Fibra dicta eſt, ut nunc etiam ruſtici dicunt.* Hæc Servius qui adhuc eſt in conditoriis eruditi amici noſtri P. Danielis. Ex quibus ſuſpicor alterutrum ſcriptorem ex altero emendandum. *Joſ. Scaliger.*

*Forbea.*] A Græco φορβειὰ pro φορβὴ, quod apud Suidam legitur. φορβὴ φέρβω, *paſco. Dacerius.*

*Forcipes.*] Velius Longus. *Forcipes dicimus ab eo, quod formum capiant. i. calidum. Ful. Urſinus.*

*Forcipes.*] *Formicapes, forcipes.* Si Feſto credimus. Sed melius à *ferro*, quaſi *ferricapes. Dacerius.*

Fordi-

Digitized by Google

Fordicidiis boves fordæ, id eſt gravidæ, immolabantur, dictæ à fœtu.

Forma ſignificat modo faciem cujuſque rei; modo calida, ut cum exta, quæ dantur, deforma appellantur. Et Cato ait de quodam ædificio æſtate frigido, hieme formido. Item forma appellatur puls miliacea ex melle.

Formiæ oppidum appellatur ex Græco, velut hormiæ, quod circa id crebræ ſtationes, tutæque erant, unde proficiſcebantur navigaturi.

Formucales forcipes dictæ, quod forma capiant, id eſt ferventia.

Fornacalia feriæ inſtitutæ ſunt farris torrendi gratia. quod ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Fornacalia ſacra erant, cum far in fornaculis torrebant.

Fortis frugi, & bonus, ſive validus.

Forum ſex modis intelligitur. Primo; negotiationis locus, ut forum Flaminium, forum Julium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt, quod etiam locis privatis, & in viis, & in agris fieri ſolet. Alio, in quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent. Tertio, cum is, qui provinciæ præeſt, forum agere dicitur, civitates vocat, & de controverſiis eorum

## NOTÆ.

*Fordicidiis.*] Varro libro v. non à fetu, ſed quia fert in ventre fordam dici exiſtimat. Ovid. lib. IV. *Forda ferens bos eſt, fecundaque dicta ferendo: Hinc etiam fetus nomen habere putant.* Feſtus hordam etiam dici, & hordicidia oſtendit littera H. *Ant. Auguſtinus.*

*Fordicidiis.*] Gloſſarium: *Fordas*, ἐγκυμονούσας. *Forda*, θυσία ἐγκύμονος βοός. *Joſ. Scaliger.*

*Fordicidiis.*] Varro lib. 4. de L. L. *Fordicidia à fordis bubus, bos forda quæ fert in ventre. à fordis cædendis fordicidia dicta, quod eo die publice immolantur boves prægnantes in curiis complures.* Vide *Horda. Dacerius.*

*Forma.*] Lege: *ut cum exta, quæ dantur, Formida appellantur. Joſ. Scaliger.*

*Forma.*] *Formum* antiqui dixere calidum quod eſt à Græco θερμός. Unde deformus apud Catonem valde calidus. Inde *forma* pro facie, & pulcritudine, & *formoſus*. Quidam non *formum* ſed *forvum* dicunt à *fervendo* ſcilicet. Servius: *Nam forbum eſt calidum, unde & formoſos dicimus, quibus color ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat.* Sed melius *formum*. Donat. in Phorm. Act. 2. Sc. 2. *Veteres ignem & calorem quendam, quaſi fervorem, dixerunt formam & ideo fornaces forcipes, formam & formoſos ex quibus ignis amoris exoritur.* Melius tamen forma vel ab ὅρμημα, vel à μορφή. tranſpoſitis literis. De *forma* pro *pulte* nemo quod ſciam præter Feſtum meminit.

*Formiæ.*] Campaniæ urbs, quaſi *hormiæ* inquit Feſtus. Eum igitur latuit prius dictam, *Hormiæ*, Strab. lib. 5. Ἑξῆς δὲ Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα. Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον, διὰ τὸ εὔορμον. Id eſt, *Deinde Formiæ oppidum à Laconibus conditum Hormiæ prius dictum propter opportunitatem portus.* Plin. *Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, ut exiſtimavere, antiqua Laſtrigonum ſedes.* Neſcio unde Servius ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, dictum tradidit. *Formiæ*, inquit, *quæ ante Hormiæ*, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, *id eſt, ab impetu dictæ. Dacerius.*

*Formucales.*] Manifeſto legendum *formucapes.* unde contractum Forcipes. *Joſ. Scaliger.*

*Formucales.*] Legendum *Formucapes*, ut optime Scaliger. Id ſequentia clamant.

*Fornacalia.*] Ovid. lib. 2. Faſt.

*Facta Dea eſt Fornax, læti fornace coloni*
*Orant ut fruges temperet illa ſuas.*
*Curio legitimis nunc fornacalia verbis*
*Maximus indicit nec ſtata ſacra facit.*

*Dacerius.*

*Fortis.*] Reſtitue in veteri editione Forctis. In 12. Tabulis: SANATIBVS. IDEM. QVOD. FORCTIBVS. IOVS. ESTO. id eſt bonis, & qui non defecerant à populo Ro. *Joſ. Scaliger.*

*Fortis.*] Lege forctis. Vide *Horctum. Dacerius.*

*Forum.*] In fine, pro *forecula*, m. l. habet, *forula. Ful. Urſinus.*

*Forum.*] *Forum agere.* Lucas in Actis. αἱ ἀγοραῖοι ἄγονται. Et Servius in illud: *Indicitque forum. Joſ. Scaliger.*

*Forum.*] Varro lib. 4. de L. L. *Quo conferrent ſuas controverſias, & quæ vendere vellent, & quo quæque ferrent forum appellarunt.*

*In quo judicia fieri, cum populo agi &c.*] Græce δικαστήριον. Vide *cum populo agere.*

*Cum is qui provinciæ præeſt forum agere.*] Cic. Epiſt. fam. 4. lib. 3. *Malevoli homines, qui te forum Tarſi agere, ſtatuere multa, decernere, judicare dicerent, cum poſſes jam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum.*

*Conven-*

Digitized by Google

cognoſcit. Quarto, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc veſtibulum ſepulchri dici ſolet. Quinto, locus in navi, ſed tum maſculini generis eſt, & plurale. Sexto fori ſignificant Circenſia ſpectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare, & foras dare, & fores, & foras; & forecula, id eſt oſtiola dicuntur.

Fovii, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis ejus ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum urſi & lupi foveis caperentur.

Fracebunt diſplicebunt.

Frater à Græco dictus eſt φρήτωρ, vel quod ſit fere alter.

Fratilli, villi ſordidi in tapetis.

Fratrare puerorum mammæ dicuntur, cum primum tumeſcunt, quod velut fratres pares oriuntur. quod etiam in frumento ſpica facere dicitur.

## NOTÆ.

*Conventum* & *conventus agere* pro eodem dicitur. Cicer. Verr. 27. 27. *Scitote eſſe oppidum in Sicilia nullum, ex iis oppidis, in quibus Prætores conſiſtere & conventum agere ſolent.* Cæſar. lib. 4. belli Gall. *Frumento exercitui proviſo, in Italiam ad conventus agendos profectus eſt.* Galli dicunt *tenir les aſſiſes, les eſtats.*

*Cum id forum antiqui app. q. n. v.*] Cicer. lib. II. de Legib. ſect. 24. *Quod autem Forum, id eſt, veſtibulum ſepulchri, buſtumve uſucapi vetat, tuetur jus ſepulchrorum.* Loquitur Cicero de lege 12. tab. *Forum buſtumve uſucapi nefas eſto. Fori buſtivi æterna auctoritas eſto.*

*Locus in navi, ſed tum m. g. eſt. & pl.*] *Forus* non tantum pro loco in navi ſed etiam pro negotiationis loco maſculine dixerunt. Ut Lucilius. Vide Nonium. Chariſius lib. I. *Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis deſtinatum, aut quum commercium ſignificamus. Maſculine autem tabulata navium, & ſemper pluraliter, quamvis Gellius fora navium neutraliter dixerit. Et Lucilius negotiorum forum maſculine extulerit. lib. 3. Forus olim ornatus lucernis.* Imo falſi ſunt etiam & Feſtus & Chariſius cum affirmant *fori* de tabulatis navium pluraliter dici. Nam & ſingulariter Ennius extulit.

*Multa foro ponens ageaque longa repletur.*

Et Salluſt. *Illum nautis forum.* Videlicet *forus* eſt *tabula.* Unde *forum aleatorium* vocat Sueton. tabulam five alveum luſorium. Et Gellius de Arione lib. 17. cap. 19. *Stanſque in ſumma puppis foro. Fora* id eſt *tabula.*

*Fori ſignificant Circenſia ſpectacula.*] Hoc eſt loca erecta in Circo unde ludos ſpectarunt. Livius lib. I. ſect. 36. *Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt. Loca diviſa patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes.* Inde per diminutionem dicti foruli, id eſt, armariola ſive capſulæ ubi reponuntur libri. Sueton. Auguſt. cap. 31.

*Inde & forare & foras.*] Imo potius à *foras* eſt *forum, forus* & *foris*, unde *forare. Foras* autem à θύραζε. Forſan etiam *foris* melius à θύρα. Quod Scaligero & Caninio placuit.

*Fovii.*] Veteres pro *fodio*, dixere *Faveo* & *foveo*, *fovea* & *favea*, inde *Fovii* & *Favii* qui poſtea *u* mutato in *b*. *Fabii.* Sed vide Plutarch. in vita Fabii Maximi. Plinium lib. 18. cap. 3.

*Ex ea natus ſit.*] Hanc Vindunam Evandri filiam vocant.

*Fracebunt diſplicebunt.*] *Fracem* veteres dicebant fecem expreſſam ex oleis. Inde *fracere* & *fraceſcere*, molleſcere putreſieri & corrumpi. Gloſſ. *Fraceſcere*, ἐξίςασθαι. *demutari, corrumpi.* Item *Fracidus*, ὑπέρωρος *exoletus.* Et quia quæ fracida & corrupta, ea minus grata ſunt. Inde factum ut *fracere* pro *diſplicere* veteres uſurparint. *Dacerius.*

*Frater.*] Nigidius hoc apud Gell. lib. XIII. cap. 3. *Ant. Auguſtinus.*

*Frater.*] Poſtremum etymon ex Nigidio refert Gellius lib. 13. cap. 10. *Fratris autem, inquit, vocabulum P. Nigidius, homo impenſe doctus, non minus arguto ſubtilique etymo interpretatur, frater, inquit, eſt dictus quaſi fere alter.* Vide Nonium. Et hoc firmari videtur cognomento Romuli qui *altellus* dictus eſt, id eſt, gemellus ab *alter*. Tamen magis placet *frater* eſſe à φράτωρ, ſive potius ab Æolico φράτηρ, φράτορες enim dicebant ſodales qui erant ejuſdem tribus vel etiam familiæ, nam φρατρία eſt quaſi πατρία inſerto ρ. Inde & collegæ appellantur *confratres.*

*Fratilli.*] A φράττω munio. Et ita videntur eſſe villi illi qui in oris & extremitatibus tapetium relinquuntur, quare optime *fimbriæ.* Gloſſæ veteres, *Fratilli*, κροσσοί. Nam Croſſi ſunt λέγναι, λώματα, *fimbriæ. Dacerius.*

*Fratrare.*] Vide Sororiare. *Ant. Auguſtinus.*

Fratria, uxor fratris.

Frauſus erit, fraudem commiſerit.

Fraxare, vigiliam circumire.

Fregellæ locus in urbe, in quo civitatis illius hoſpites habitavere.

Fremitum dictum velut ferimentum.

Frendere eſt frangere. unde eſt faba freſſa: unde & dentibus dicimus frendere.

Frequentarium, frequentem.

Frigere & frictum à Græco venit φρικεῖν.

Fringilla avis dicta, quod frigore cantet, & vigeat. unde & frigutire.

Frivola ſunt proprie vaſa fictilia quaſſa. Unde dicta verba frivola, quæ minus ſunt fide ſubnixa.

Frontem antiqui maſculino genere dixere.

Frugamenta à frugibus appellata.

## NOTÆ.

*Fratrare.*] Et fraterculare. Vide *Sororiare.*

*Fratria.*] Nonius: *Fratriæ appellantur fratrum inter ſe uxores.* Gloſſ. Fratria εἰνάτηρ. Andromacha & Helena erant fratriæ. *Dacerius.*

*Frauſus.*] Livius lib. 23. *qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ judicati in vinculis eſſent.* Lege, *fraudem frauſi.* Plautus Aſinaria:

*Metuo, in commune ne quam fraudem frauſus ſiet.*

*Joſ. Scaliger.*

*Frauſus.*] Plaut. Aſinaria act. 2. Sc. 2.

*Non placet, metuo in commune nequam fraudem frauſus ſiet.*

Vide *Nonium.*

*Fraxare.*] A φράττω munio, quod qui vigilias obeunt ii ſint velut aliorum ſeptum atque munimentum. Aliter paulo tamen Scaliger in conjectaneis. *Frago antiquum, ut pago, tago, eſt lentare, flectere:* παρὰ τὸ φράγειν *unde* φράγνυμι, *quod ſignificat lentare, ut lentare remum Virgilio & lentare arcum. Statio. Ab eo* φράγειν, *&* φράττειν *dici cœptum pro ambire, & Latinum priſcum fraxare, obire, circuire vigilias, à frago, ut à veho, vexo. Tago, taxo, fraxatores ergo cuſtodes circumientes vigilias.*

*Fregellæ.*] Fregellæ urbs olim nobilis ad fluvium Lirim ſita, unde poſtquam cives Romam commigrarunt, locus ubi habitavere *Fregellæ* dictus eſt.

*Fremitum.*] Imo à *fremo* quod à βρέμω.

*Frendere.*] Proprie dentibus colliſis ſonitum edere, vox à ſono ficta. Per metonymiam dentibus frangere. Gloſſ. frendeo, θλάω. tero, frango, inde Pacuvius in Antiopa *fruges frendeo, ſolas, ac ſicco robore.* Serenus:

*Copia farris uti frendentibus eruta ſaxis.* Attius Troadibus. *Saxo fruges frendam.* Virgil. in culice *obvia infrenderet.* Inde *freſſus*, fractus Columel. lib. 2. cap. 11. *Cicera bubus ervi loco, freſſa faba datur in Hiſpania Bethica.* Et Celſus cap. 18. lib. 5. Martial. lib. 4. Ep. 46.

*Farris ſemodius, fabaque freſſa.*

Vide *Neſrendes.*

*Frigere.*] A φρικεῖν ſive φρυγεῖν. Lege φρύγειν. Gloſſarium. *frigit,* φρύγει, τηγανίζει. *Sartagine torret.* Inde *frictæ nuces* Plauto. *Frictum Cicer.* Horatio. *Dacerius.*

*Fringilla.*] σπῖνος. *Joſ. Scaliger.*

*Fringilla.*] Nonius: *Frigere eſt, & frigutire & fritinire, ſubſilire cum ſono, vel erigi & exſilire, quod quacumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum ſono ſuſum ſuſſiliunt.* A *frigutire* igitur ſive *fringutire* erit *fringillus* ſive *fringilla*, avis ſic dicta quod crebro ſubſiliat & ſubſultet cum ſono. Sic à *fritinnire fritinnus* & per diminutionem *fritillus* vaſculum, turricula in quo teſſeræ fritiniunt, cum ſono ſubſiliunt, concuſſæque agitantur. At Varro innuit *fringutire* & *fritinnire* voces eſſe à ſono effictas, & illam fringillarum, hanc hirundinum propriam; ſed per Metaphoram ad homines transferri. ejus verba ſunt lib. 5. de L. L. *Ejuſdem* (Ennii) *ab hirundine, nefrende fritinni ſuaviter. M. Actius in Caſina à Fringuilla, quid fringutis quid iſtuc tam cupide cupis?* Inde Fulgentius *Frigutire*, inquit, *eſt ſubtiliter adgarrire*, & affert locum Plauti quem laudat Varro. *Quid fringutis*, &c.

*Frivola.*] A *frio* contero, imminuo. Budæus annot. in Pandect. Sumitur pro ſupellectili tenui Ulp. leg. 11. §. 4. D. de pigner. act. *Non enim credibile eſt hoc conveniſſe, ut ad univerſam penſionem inſulæ frivola mea teneantur.* Senec. lib. Controverſ. 3. *Ego illos in frivola invitavi noſtra. Dacerius.*

*Frontem.*] Vide Corius. *Ant. Auguſtinus.*

*Frontem.*] Vide *recto fronte.*

*Frugamenta.*] An legendum *frumenta?* an exiſtimavit Feſtus *frumenta* dicta quaſi *frugamenta*, à frugibus? Dubito. *Frugis* & *frumenta* à fruendo. Fruges ſunt quæ ſiliqua ſeu folliculo continentur, ut faba, lupinum & reliqua legumina: frumenta quæ habent ariſtam. Interdum tamen *frugis* nomen generale

Digitized by Google

Fruniſcor & frunitum dixit Cato, noſque cum adhuc dicimus infrunitum, certum eſt antiquos dixiſſe frunitum.

Frutinal templum Veneris fruti.

Frux frugis dixerunt antiqui fructam & fructum.

## Notæ.

nerale eſt. Et Julianus Juriſconſultus D. de Verbor. ſigni. l. 77. tradit *frugem appellari omnem reditum, non ſolum qui ex frumentis aut leguminibus, verum etiam qui ex vino, vel ex ſilvis caduis, vel creta fodinis, Lapicidinis percipitur.* *Dacerius.*

*Fruniſcor.*] Quod ait vulgo dici infrunitum, uſus eſt Seneca de Benef. lib. 3. *Infrunita,* inquit, *& antiquaria eſt, quæ neſciat matrimonium vocari unum adulterum.* ut Iter, itiner, Jecur, Jecinor, Se, ſine: ſic Fruor, fruinor, Fruiſcor, Fruiniſcor, & Fruniſcor. *Joſ. Scaliger.*

*Fruniſcor & frunitum.*] Gellius lib. 17. cap. 2. ad illud Q. Claudii primo annali. *Domus ſuas quemque ire jubet & ſua omnia fruniſci. Rarius quidem,* inquit, *fuit in ætate M. Tullii, ac deinceps infra rariſſimum: dubitatumque eſt ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret. Non modo autem Latinum, ſed jucundius amœniuſque etiam verbum fruniſcor factum eſt, quam fruor. Q. Metellus Numidicus, qui caſte pureque lingua uſus Latina videtur, in epiſtola quam exſul ad Domitios miſit, ita ſcripſit: Ego neque aqua neque igni careo & ſumma gloria fruniſcor. Nævius in Atellana, quæ partus inſcripta eſt, hoc verbo ita utitur:*

*Quod magnopere quæſierunt, id fruniſci non queunt.*

*Qui non parſit apud ſe, frunitus eſt.*

Hæc Gellius. Ut *fruor*, *fruiſcor*, ſic à *fruimor*, *fruiniſcor*, & per ſyncopen *fruniſcor*. A fruniſcor frunitus, & *infrunitus* proprie dictus homo qui rebus fruniſci neſciret, vel homo nullius frugis, ſed poſtea homo agreſtis inſulſus ἀπειρόκαλος. Niſi malis *fruniſcor* geminam olim habuiſſe notionem, unam *fruendi* à *fruor*. Alteram ſapiendi à φρονεῖν. Unde *infrunitus* ἄφρων. Sipontinus. *Frunitus dicitur prudens, hoc eſt is quo perfrui licet: ſicut à contrario infrunitus, inſipiens ac ſtolidus, qui nulli uſui eſt. Sed nos frunitum & infrunitum à Græco potius deducta exiſtimamus. Nam Græci φρόνιμον prudentem. ἄφρονα dementem dicunt.* *Dacerius.*

*Frutinal.*] Si liceret in prima littera erratum librarii exiſtimare in hoc nomine, ut in aliis quibuſdam: *Erucinal* potius ſcriberem templum Veneris Erucinæ. id fuiſſe duplex Romæ in Capitolio, & ad portam Collinam, teſtatur Livius lib. 22. 23. 30. 40. Extat etiam denarius C. Conſidii Noniani cum templo, in quo ERUC ſcriptum eſt. Illud vero, quod in Sicilia Erycinæ Veneri erat dicatum, laudatores non deſiderat. Sed nil temere affirmandum eſſe reor. *Ant. Auguſtinus.*

*Frutinal.*] Veneris Fruti meminerunt Solinus: *Dum,* inquit, *ſimulacrum dedicat Veneri matri, quæ Fruti dicitur.* Item Auguſtinus lib. 4. cap. 21. de Civit. quam *Divam Fruti Seiam* vocat. Trium horum teſtimoniis, Solini, Feſti, Auguſtini cur fidem elevemus, quominus Frutinal legamus, cauſæ non eſt. At Erucinæ Veneris templum fuit Romæ. Quid? propterea non erit & Veneris Fruti, præſertim cum conſtet fuiſſe Venerem cognomine Fruti? Neque nos non vidimus nummum Conſidii Noniani. ejus enim copiam, & aliorum vetuſtatis monumentorum, nobis fecit Chriſtophorus Neytter Auguſtanus. At Gloſſarium Erucinam non Venerem, ſed Iſim putat: Erucinæ, ἴσιδος. Male hodie Erudnæ: A Venere Fruti dicta eſt *Frutilla,* ἴυγξ. quia Veneri dicata eſt. Gloſſæ. Sine dubio Fruti detruncatum ex ἀφροδίτη. Nam cum poſt tempora Numæ in urbem Venus recepta ſit, non potuit habere nomen Latinum, ſed Græcum Afrodite, quod diſtortum in Fruta, ſeu Fruti. ſic etiam dicebatur Venus Murti, ut Venus Fruti. Varro: Intimus circus dictus ad Murtim. Utrumque autem poteſt dici & Fruti & Frutis. item Murti, & Murtis. *Joſ. Scaliger.*

*Frutinal.*] Atqui ſi ita ſit, *Venus* & *Frutis* idem eſt. Non poteſt igitur *Frutis* eſſe Veneris cognomentum. Quare potius legendum *Frucinal, templum Veneris frugi. Frucinal* pro *Fruginal.* Et ita *Venus frugi* cæleſtis illa Venus ſit. Sed mihi maxime placet ut *Frutis* dicatur à *fruor* nempe *fructus frutus, frutis.* Vide Salmaſ. in Solin. cap. 8. *Dacerius.*

*Frux frugis.*] Puto ita diſtinguendum, & ſupplendum: *Frux, frugis dixerunt antiqui.* Mox à capite: *Fructum,* & *fructam à fruor.* *Frux* quidem dixit Auſonius imitatione veterum:

*Ante equidem, campis quam ſpicea ſuppeteret frux.*

*Fructus ſum* & *perfructus* aliquam rem dixerunt veteres, inter quos Lucretius. *Joſ. Scaliger.*

*Frux frugis.*] Scaliger hæc ita diſtinguit & ſupplet. *Frux frugis dixerunt antiqui.* Et à Capite: *Fructum & fructam à fruor.* Nihil muto. Nam ſic ſæpe Feſtus. Diſtinctio tantum poſt *antiqui*, ponenda eſt. De recto *frux* vide Varronem lib. 8. Auſonius veteres ſecutus:

*Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux.*

*Fructus* autem & *fructu* pro *fruitus.* Lucret. lib. 3.

*Sin ea quæ fructus cumque es, perire profuſa.*



Digitized by Google

Fucilis falſa; dicta autem quaſi fucata.

Fulgere priſci pro ferire dicebant. Unde fulgur dictum eſt.

Fulguritum id, quod eſt fulmine ictum. qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quod eum Deus ſibi dicaſſe videtur.

Fulmen dictum à fluore flammæ.

Fundus dicitur ager, quod planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Fundus quoque dicitur populus eſſe rei, quam alienat, hoc eſt auctor.

Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur. quas Flamini audire putabant illicitum.

Furcilles, ſive furcilla, quibus homines ſuſpendebant.

## Notæ.

Item:

*Omnia perfructus vitai præmia, marces.*

*Dacerius.*

*Fucilis.*] A fuco, ut ab herba, herbilis. Nihil mutandum. *Joſ. Scaliger.*

*Fulgere.*] Falſum erit quod ait Feſtus, niſi *ferire* intelligas de fulgore & coruſcatione, *Fulgur* enim proprie eſt ignis. ſive coruſcatio cum fulmine emicans. *fulmen* telum ipſum quod mittitur. Etſi poſtea frequenter *fulgur* pro fulmine. Ut infra *fulguritum* quod *fulgure* id eſt fulmine ictum eſt.

*Fulguritum.*] *Locus fulguritus* τόπος κεραυνόπληξ, qui *bidental* dicitur. Vide *bidental.*

*Fulmen.*] Imo à *fulgore* ut in vet. cod. probat Varro lib. 4. de L. L. Nam etſi ignis proprie manare dicatur & fluere ut apud Lucret.

*Quam noſter fluat è tædis terreſtribus ortus.*

Et Callimach. hym. in Dian.

—— —— *τό ῥα πατρὸς ἀποστάζουσι κεραυνοί.*
*Quam* (lucem) *patris diſtillant fulmina.*

A *fluore* tamen eſſe nequit fulmen, niſi tranſpoſitis literis quaſi *fluimen*. Quod ineptum eſt. *Dacerius.*

*Fundus.*] Cicero pro Balbo ita fieri populum fundum ſcribit: *ſi cum iuſſiſſet populus Rom. aliquid, ſi id adſciviſſent ſocii populi, ac Latini; & ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tamquam in fundo reſediſſet, ut tum lege eadem is populus teneretur.* Significare autem auctorem ex ſententia accuſatoris Balbi crediderim. *Negat*, inquit, *ex fœderato populo quemquam potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc civitatem venire.* Et poſtea: *Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, quoniam hoc magnopere delectare verbo, ſi tum ſit fundus, cum ſcitis, ac juſſa noſtra ſua ſententia comprobat: quam cum hoſpitium fecit?* Plautus in Trinummo: *Nunc mihi is propere conveniendus eſt, ut quæ cum ejus Filio egi; ei rei fundus pater ſit potior eo.* Adde Gell. lib. 16. cap. 13. & lib. 19. cap. 8. *Ant. Auguſtinus.*

*Fundus.*] A Græco βυθὸς, *imus*, ſive potio βύθος, profunditas. Nam *fundus* prima notione notat imum putei, fluvii, dolii. Poſtea de agro cum ædificiis uſurpatus.

*Fundus quoque dicitur.*] Cicero pro Cæcinna. *In judicium non venire utrum Cæcinna poſſedit, multo etiam minus quæri, Cæcinna fundus ſit necne: me tamen docuiſſe fundum eſſe Cæcinnam.* Idem ſæpe in oratione pro Balbo. Uſus eſt etiam Plaut. Trinum. act. 5. ſc. 1.

*Nunc mihi is propere conveniendus eſt, ut quæ cum*
*ejus filio.*
*Egi, ei rei fundus pater ſit potior, eo.*

*Fundus* igitur dictus auctor quod ſit veluti ſolum & firmamentum.

*Funebres tibiæ.*] Nam funeribus tibiæ addebantur: Ovid. 5. Faſt.

*Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,*
*Cantabat mœſtis tibia funeribus.*

Item de tibicinum numero:

*Adde quod Ædilis pompam qui funeris irent*
*Artifices ſolos juſſerit eſſe decem.*

Erat in leg. 12. tab. *Decem tibicinis adhibeto.* Servius autem ad 5. Æneid. notavit antiquæ conſuetudinis fuiſſe, ut majoris ætatis funera ad tubam proferrentur, minoris vero ad tibias. Inde Papinius lib. 6.

*Tibia cui teneros ſuetum producere manes.*

*Quas Flamini audire.*] Flamini tamen funus exequi non eſt religio. Gellius cap. 15. lib. 10. *Dacerius.*

*Furcilles.*] Imo quibus aliquid movebant. Furcillis movere, expellere, ejicere, & Latinis proverbialiter effertur, & Græcis ipſis, qui *δικράνοις ὠθεῖν* dicunt, adeo ut ne inferiorum quidem temporum Græci ignorarint. Cedrenus: *τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς κιναίδοις, καὶ σαμβυκιστρίαις, καὶ ὀρχηστρίσι, καὶ αὐλη-*

Digitized by Google

Furnalia ſacra Furinæ, quam deam dicebant.

Furum genitivus pluralis à fure.

Furvum nigrum, vel atrum. hinc dicta furnus, furiæ, funus, fuligo, fulgus, fumus. Furvum bovem, id eſt nigrum, immolabant Averno.

ſ. Futare, arguere eſt. unde & confutare. Sed Cato hoc pro ſæpius fuiſſe poſuit.

Futiles dicuntur, qui ſilere tacenda nequeunt, ſed ea effundunt. ſic & vaſa futilia à fundendo vocata.

## NOTÆ.

*ἀνηλαύνων ὅλαν πλήθυϊ διαφόροις ὅλαις ἀποκαινοῦντος.* Non eſt dubium, quin ea verba, QUIBUS HOMINES SUSPENDEBANT, ſint emplaſtrum ipſius Pauli breviatoris. *Joſ. Scaliger.*

*Furcilles ſive furcillæ.* ] Exiſtimo Feſtum loqui de furcis pœnalibus ad quas nocentes alligati & ita circumducti, in iis poſtea tollebantur. Quare temere Scaliger qui verba iſta *quibus homines ſuſpendebant*, Pauli emplaſtrum pronuntiavit. Sane ſi quid hic tentandum eſſet, crederem vocem addendam nempe: *quibus homines onera ſuſpendebant.* Ut de ærumnulis quibus religatas ſarcinas viatores gerebant Feſtus locutus ſit, nam & furcillæ dicebantur. Vide *Ærumnula.* Initio etiam legendum *furcilles*, ſive *furcillæ.* Dicebantur enim furcilles & furcillæ, ut *caules, caulæ, &c.* *Dacerius.*

*Furnalia.* ] Varro lib. 5. de Lingua Lat. Furinalia, & lib. 4. & 6. Furinalis Flamen, & Furinales feriæ. In faſtis marmoreis 8. K. Aug. FURR. hoc eſt Furrinalia. Ita credendum eſt deam ipſam Furrinam eſſe appellatam. *Ant. Auguſtinus.*

*Furnalia.* ] Lege *furinalia*, Var. lib. 5. de L. L. *Furinalia à Furina, quod ei Deæ feriæ publicæ dies is cujus deæ honos apud antiquos: nam ei ſacra inſtituta annua & flamen adtributus: nunc vix nomen notum paucis.* Furinalia erant 8. Kalend. Auguſt. Furina eadem quæ Furia. Vide Lil. Gyraldi Syntagma.

*Furvus.* ] Furvus eſt color qui ex aduſtione comparatur. A *ferveo* quaſi *fervus.* Vel ut Voſſius à *φρύζω torreo.* Nam & olim dicebant *fuſuus.*

*Hinc dicta furnus, furia.* ] Furnus quidem à *furvo* recte duci poſſit, ſed in reliquis Feſtus ineptus eſt. *Furia* enim à *furere*; *fuligo* à *fumo*, quaſi *fumiligo*, *Funus* à funalibus, ſive potius à φόνος. *Fumus* ab Æolico φύμος pro θυμός. πνοὴ, ἀήρ. *aer*, *ſpiritus.*

*Furvum bovem.* ] Diis inferis hoſtia furva faciebant. Virg. 6. Æneid.

> *Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos*
> *Conſtituit.*

Et paulo poſt:

> — — — *Ipſe atri velleris agnam*
> *Æneas matri Eumenidum magnæque ſorori*
> *Enſe ferit.*

*Dacerius.*

*Futare.* ] Iſidorus: *Futo*, ἐλέγχω. *Joſ. Scaliger.*

*Futare.* ] Proprie futo, quod erat vas aquarium, aquam ferventem compeſcere. Varr. lib. 4. de L. L. *Vas aquarium vocant futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant.* Et proprie Titinnius in Setina.

> *Coquus ahenum quando fervit, paulla confutat trua.*

Inde per metaphoram futare, arguere. Gloſſ. *futo* ἐλέγχω, à quo *confutare*, *refutare.* *Dacerius.*

*Futilis.* ] Lutatius Grammaticus: *Futile, vas lato ore, fundo anguſto, quo utebantur in ſacris deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur. Quod ſi fiat, piaculum eſt. Unde excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſet, ſed ſi poſitum, ſtatim funderetur. Unde & homo commiſſa non retinens, Futilis dicitur.* Hæc ille vetus Grammaticus. At Terentius in Eunucho vas futile intelligit plenum rimarum. *Joſ. Scaliger.*

*Futilis.* ] Donat. And. act. 3. ſc. 5. *Futili, id eſt, levi à vaſe quod futile dicitur, quod non deponunt miniſtri ſacrorum, quod eſt acuto fundo & patulo ore, eoque inſtabile eſt:* Idem Phorm. act. 5. ſc. 1. *Effutiretis eſt eloqueremini, evacuaretis, eximaniretis, ab eo quod eſt effundere. Tranſlatio eſt à vaſe futili nomine, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile, nihil prorſus continet. Unde futilis dicitur ejuſmodi, ut nihil intra ſe contineat & ſemper inanis ſit.* *Dacerius.*

 SEX

Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER SEPTIMUS.*

### G.

GAIA Cæcilia appellata eſt, ut Romam venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat uxor Tarquinii Priſci regis Romanorum. quæ tantæ probitatis fuit, ut id nomen ominis boni cauſa frequentent nubentes, quam ſummam aſſeverant lanificam fuiſſe.

Galbeum ornamenti genus.

Gallam bibere, ac rugas conducere ventri, cum ait Lucilius; præmonet par-

### NOTÆ.

*Gaia.*] Pauli errorem potius quam Feſti, vel Verrii crederem in hoc genere ſcripturæ: in quo poſt Conſtantinum omnes pene librarii, & marmorum inciſores errabant. Notum eſt illud Quintiliani Caium, & Caiam ſcribi: dici vero Gajum, & Gajam. Paulum non erraſſe arbitror, cum viderim antiquiſſimum Feſti fragmentum ordine litterarum ſcriptum; & Verrius eundem ordinem ſecutus fuerit, in libris de verborum ſignificatione. Secuti igitur ſunt ſonum, non figuram litteræ: vel cum ipſi alio loco ſcripſerint, imperiti mutarunt, erratum librariorum eſſe putantes. Quod ad rem ipſam attinet: viden. Plutar. in Problem. Plin. lib. VIII. cap. 48. Julius Paris in epitome Valerii Maximi de prænominibus. Sed & obſervatum eſt omnes mulieres, quæ alio prænomine carerent Caias dictas, earumque libertos Caii prænomine plerumque appellatos: ſeque Caiæ libertos dixiſſe. Viden. Cicero pro L. Murena, & Velius Longus de Orthogr. *Ant. Auguſtinus.*

*Gaia Cæcilia.*] Ex Quintiliano tamen *Caia* & *Caius* per C ſcribebatur, ſed *Gaja* & *Gajus* pronuntiabatur per *G*. Ejus verba ſunt lib. 2. cap. 7. *Quid quæ ſcribuntur aliter quam enuntiantur? Nam & Gajus C litera notatur, quæ inverſa Ɔ mulierem declarat: quia tam Cajas eſſe vocitatas quam Cajos, etiam ex nuptialibus ſacris apparet.* Quod ad morem attinet. Idem Valer. Max. *Ceterum Caja uſu ſuper omnes celebrata eſt: Fertur enim Cajam Cæciliam Tarquinii priſci regis uxorem, optimam lanificam fuiſſe. Et ideo inſtitutum fuit ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Cajam eſſe ſe dicerent.* Vide Plutarch. in problem. Plin. lib. 8. cap. 48. Cicer. pro Muræna, qui id facete exagitat. *Quia*, inquit, *in alicujus libris exempli cauſſa id nomen invenerunt, putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Cajas vocari.* Vide Velium Longum de Orthographia.

*Galbeum.*] Vide *Calbeos. Dacerius.*

*Gallam.*] Lucil. lib. XV. apud Nonium: *Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroſo, oleo decumano, pane coegit Cumano.* Sic enim ſcribendi ſunt hi verſus. *Ant. Auguſtinus.*

*Gallam*

ſimonia eſſe utendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coartandum.

Galli qui vocantur Matris Magnæ comites, dicti ſunt à flumine, cui nomen eſt Gallo. quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut ſe privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos ſibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris, matriſve, ne poſſint ipſi fieri parentes.

Ganeum antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt. Terentius: Ubi illum quæram? credo abductum in ganeum.

Gannitio, canum querula murmuratio.

Galearia * à galearum ſimilitudine dicta. * Galerita.

Gaudium ἀπὸ τοῦ γανυσιᾶν dictum.

Gaulus, genus navigii pene rotundum.

GEMURSA ſub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.

Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc verſu: Pandite ſulti' genas, &

## NOTÆ.

*Gallam bibere.*] Integrum Lucilii locum affert Nonius in voce *aceroſum*, ex annal. 25.

*Quæ Gallam bibere ac rugas conducere ventri,*
*Farre aceroſo, oleo decumano, pane coegit*
*Cumano.*

*Galla* eſt fructus ſub autumnum arboribus innaſcens, præcipue robori, Gall. *noix de galle*. Ejus ſapor aſper, quare vinum quod atrum eſſet & aſperum ad inſtar gallæ *Gallam* dixere.

*Galli.*] Sacerdotes Rheæ caſtrati, à Gallo fluvio Phrygiæ. Ovid. 4. Faſt.

*Cur igitur Gallos, qui ſe excidere vocamus:*
*Cum tantum à Phrygia Gallica diſtet humus.*
*Inter, ait, viridem Cybelen, altaſque Celænas*
*Amnis it inſana nomine Gallus aqua.*
*Qui bibit inde, furit: procul hinc diſcedite, queis eſt*
*Cura bonæ mentis, qui bibit inde furit.*

Herodianus in Commodo: Πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῇ Θεῷ τομίαι ἱερώμενοι. *Antiquitus Phryges Orgia celebrabant ad fluenta fluvii Galli à quo nomen habuere qui Deæ caſtrati conſecrantur. Dacerius.*

*Ganeum.*] Terent. in Adelph. *Ubi ego illum quæram? Ant. Auguſtinus.*

*Ganeum.*] Locus Terent. eſt Adelph. Act. 3. Sc. 3. ubi Donat. *Veteres ganeum meritoriam tabernam dixerunt*, ἀπὸ τοῦ γᾶς, τουτέστι τοῦ γῆς. *Quod ipſa ſit in terra, non ut Cœnacula ſuperius.* Ergo ganeum, quaſi γάνειον, à γα, ſive potius γάνα ut veteres dicebant ſi fides Heſychio. At Julius Cæſar Scaliger Exercit. CCCXVIII. Sect. 11. ait *ganeum* dici à γάνος, hoc eſt *gaudium*, γάνυσθαι *gaudere*, nempe quod homines lætam voluptariamque vitam ibi agitent.

*Gannitio.*] A γάνυσθαι gaudere, proprie de canibus qui ut ait Lucretius:

— — *Hannitu vocis adulant.*

Quidam vulpibus etiam tribuunt.

*Galearia.*] Lege *galerita*. *Galerita* & *galeritus* avis dicta ab apice, quem habet in capite, galeæ ſpeciem referente. A Græcis ſimiliter κόρυδος, κορυδαλὸς, & κορυδαλλὶς dicitur: nam κόρυς *galea*. *Galeria* hic locum habere non poteſt: nam *galeria tribus* à Galeſo fluvio nomen habuit ſive ab alio quovis loco.

*Gaudium.*] Imo potius à γαθέω, ſive potius à γαθέω, lætor, gaudeo.

*Gaulus.*] Navis Phœnicia rotunda: nam Græci veteres uſque ad Jaſonem & Argonautas rotundis ſolum navibus utebantur. Unde Plin. lib. 7. cap. 56. *Longa nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus auctor eſt.* Ariſtoph. in avibus: Γαῦλον κτῶμαι καὶ ναυκληρῶ. *navem poſſideo & guberno.* Ubi Schol. γαῦλος, φοινικικὸν σκάφος. Et Callimach.

Κυπρόθε Σιδώνιός με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.
*Ex Cypro Sidonius me huc adduxit Gaulus.*

Ab hujus Gauli formæ ſimilitudine vas paſtorale *Gaulus* dictum Theocrit. Idyll. 5.

Στάσω δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος.
*Statuam vero octo quidem gaulos Pani lactis.*

Vide Heſych. Sic & multa alia nomina ſunt navigiis communia cum vaſis, ut κύμβαι, κάνθαροι, κελέβαι, σκάφαι.

*Gemurſa.*] Plin. lib 26. cap. 1. *Et bene quidem morbus celeriter in Italia reſtinctus eſt, ſicut & ille, quem Gemurſam appellavere priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine obliterato. Dacerius.*

*Genas.*] In verſu Pacuvii potius legerim *flora-* quam

corde relinquite ſomnum. Alii eas partes putant genas dici, quæ ſunt ſub oculis. Pacuvius genas putat eſſe, qua barba primum oritur, hoc verſu: Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aërem, ea enim ſunt ſemina rerum, quæ Græcorum alii στοιχεῖα, alii σπέρματα vocant. Duodecim quoque ſigna, lunam, & ſolem inter hos deos computabant.

Geniales autem dicti à gerendo, quia plurimum poſſe putabantur, quos poſtea gerulos appellarunt.

Genialis lectus, qui nuptiis ſternitur in honorem genii. unde & appellatur.

## NOTÆ.

quam *flore*. *Nunc primum opacat flora lanugo genas.* Nam idem Attius in Bacchis:

*Genas lanugo flora nunc demum irrigat.*

Idem in iiſdem:

*Nam flori crines video ut propexi jacent.*

Quod Euripides πλοκαμός τε γὰρ σοῦ τιναός.
Pacuvius Antiopa:

——— ——— *Cervicum*
*Floros diſpargite crines.*

Eſt coronis Anapæſtica. Virgilius tamen contra lib. 12.

*Tum mihi prima genas veſtibat flore juventas.*

*Joſ. Scaliger.*

*Genas.*] Pro operimento oculorum & pro malis veteres uſurparunt, ſed priorem notionem propriam fuiſſe cum Becmanno exiſtimo. Sic proprie Ovid. Eleg. 8. lib. 2.

*Nam caput è noſtra citius cervice recidi,*
*Et patiar foſſis lumen abire genis.*

*Dacerius.*

*Geniales deos.*] Petrus Chiacconus Hiſpanus, homo magni ingenii, præclaræque eruditionis, à quo multa in hoc libro emendata ſunt, exiſtimabat *Genitales* legendum eſſe. nam & in veterib. numiſmatib. eſt. DIS GENITALIBUS, & Vergilius habet genitales illo verſu lib. VI. *Romulus in Cœlo cum dis genitalibus ævum Degit.* item L. 11. Georg. *Genitalia ſemina poſcunt. Ful. Urſinus.*

*Geniales.*] In fine corruptiſſima ita reſtituo: *Geniales dicti à genendo, qua plurimum poſſe putabantur, quos poſtea Genios appellarunt.* Id eſt: Qua re plurimum pollent, hoc eſt genitura. ſunt enim θεοὶ γενέθλιοι. Quod autem ait Geniales deos eſſe ſemina & elementa rerum, non latuit Græcos magiſtros, qui interpretantur *Geniales*, στοιχεῖα. *Genialem* etiam τύχιον, & *Genialia*, τύχια. Addendum & quod Santra vetus ſcriptor monet: *Scis enim Geniales homines ab antiquis appellatos, qui ad invitandum, & largius apparandum cibum promptiores eſſent.* Poteſt & vulgaris lectio defendi, à gerendo, & Gerulos. Nam & idem Cenſorinus: *Eundem*, inquit, *eſſe Genium & Larem multi veteres memoria prodiderunt, in quis etiam C. Flaccus in libro, quem ad Cæſarem de indigitamentis reliquit ſcriptum.* hunc in nos maximam, quinimo omnem habere poteſtatem creditum eſt. Gerulus enim apud veteres, non ὁ βαστάζων, ut poſtea, ſed ὁ πράττων, & πρακτὴρ dictus eſt. Ut Plautus in Bacchidibus dixit gerulifigulos mendacii, gerulos, & figulos, hoc eſt, πρακτῆρας, & πλάστας. Et veteres Gloſſæ, *Geruli*, πρακτῆρες. *Joſ. Scaliger.*

*Geniales Deos.*] Rerum ſemina & elementa. Unde & Gloſſ. *Genialis* στοιχεῖον. Dicti autem à *gerendo*, corrigebat Scaliger *genendo* nam *genere* dicebant pro *gignere*. Sed addit idem vulgatam lectionem defendi poſſe. Imo certe ita Feſtus ſcripſit, & *gerere* idem quod *genere* unde & apud Varron. de re ruſt. lib. 1. cap. 31. quidam codd. habent. *Id ex pabuli ſegete viride ſectum antequam gerat ſiliquas.* Quod in aliis, *antequam genat ſiliquas.* Et inde *gerulus* non ὁ βαστάζων, ut nunc ſed ὁ πράττων, πρακτήρ. Gloſſ. *geruli* πρακτῆρες. Item in Gloſſ. Græco-Lat. ἀνύτης, *gerulus, efficax*, πράσσειν autem & ἀνύειν, verba ſunt quæ jocoſis rebus illis accommodantur quibus adeſſe genios neceſſe eſt. Petrus Chiacconus, Hiſpanus, homo magni ingenii præclaræque eruditionis, à quo multa in hoc libro emendata ſunt, exiſtimabat *Genitales* legendum eſſe, nam & in vett. Numiſmatibus eſt DIS. GENITALIBUS. Et Virgil. habet *genitales* illo verſu lib. 6. *Romulus in Cælo cum Dis genitalibus ævum Degit* Item lib. 11. Georg. *genitalia ſemina poſcunt.* Fulv. Urſin. *Dacerius.*

*Geniales.*] Vox, *nuptiis* videtur abundare. *Ful. Urſinus.*

*Genialis lectus.*] De eo Arnobius contra gentes. Deſcribitur prolixe à Catullo de Nuptiis Pelei, & Thetidis. Gloſſæ, *Genialis lectus*, κλίνη συμποσίου. Non de eodem intellexit. Nam Genialis lectus ſternebatur Genio, & Junoni. *Joſ. Scaliger.*

*Genialis lectus.*] Servius 5. Æneid. *Geniales* (lecti) *proprie dicuntur qui ſternuntur puellis nubentibus.* In honorem Genii & Junonis ſternebatur Catull. in nuptiis Pelei:

*Pulvinar vero divæ geniale locatur*
*Ædibus in mediis.*

Apu-

Digitized by Google

Genium appellabant deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Auſtius, genius, inquit, eſt deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur. & propterea genius meus nominatur, qui me genuit. Alii genium eſſe putarunt uniuſcujuſque loci deum.

Gens Ælia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.

Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui ſimili nomine appellatur. ut ait Cincius: gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellantur.

Genuini dentes, quod à genis dependent.

Genus dictum putatur à terræ Græco vocabulo, quam γῆν dicunt.

Germen eſt, quod ex arborum ſurculis naſcitur, unde & germani, quaſi eadem ſtirpe geniti.

Gerræ, crates vimineæ. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent; irridentes Siculi, gerras clamitabant. Unde factum eſt, ut gerræ pro nugis, & contemptu dicantur.

Geruſia curia ab ætatis vocabulo dicta.

## Notæ.

Apuleius Miles 10. *Et jam torus genialis ſcilicet noſter futurus, accuratiſſime deſternebatur, lectus Indica teſtudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veſte ſerica floridus.*

*Genium.*] Aurelius Auguſtinus: *Genius eſt Deus qui præpoſitus eſt ac vim habet omnium rerum gignendarum.* Vide *Geniales. Dacerius.*

*Genius.*] Laberius, *Genius, generis noſtri parens. Joſ. Scaliger.*

*Genius Deorum fil. & par. hom.*] Hinc Laberius imagine. *Genius generis noſtri parens.*

*Alii genium.*] Servius 1. Georg. *Genium autem dicebant antiqui naturalem Deum unius cujuſque loci, vel rei, aut hominis.* Inde apud Virgil. 5. Æneid.

*Incertus Geniumve loci, famulumve parentis*
*Eſſe putet.*

Ubi Servius: *Nullus enim locus ſine Genio eſt, qui per anguem plerumque oſtenditur.* Genios Græci vocant ἐγχωρίους θεοὺς, δαίμονας, Ἥρωας.

*Gens Ælia.*] Quaſi vero illud Æliæ gentis proprium ſit ut in familias dividatur, & non reliquarum omnium. Quid igitur? lege: *Gens illa appell. &c. Gens* nomen eſt generale, & familias complectitur. Aliquando tamen familia latius patet, & Gentem ſignificat. Vide *Familia.*

*Gentilis.*] Cicero in Topicis ex Q. Scævola: *Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt. Non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. Ne id quidem ſatis eſt. Quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit. Abeſt etiam nunc: qui capite non ſunt deminuti. Hoc fortaſſe ſatis eſt, nihil enim video Scævolam pontificem ad hanc definitionem addidiſſe.* Legitur apud Ciceronem *gentilis*, pro *cognominis* 1. Tuſcul. *Regnante gentili meo* de Tullo Volſcorum rege. De diſcrimine inter gentiles & agnatos vide juris commentatores.

*Genuini dentes.*] Græce σωφρονιστῆρες, quod prudente & perfecto homine naſcantur. Gloſſ. Genuini, σωφρονιστῆρες. Item: *genuinum* ὀδόντα μύλην. A *genis* dicti *genuini*. Interp. Perſii: *Genuinus proprie dens qui ſub genis eſt.* Alii à *geno* gigno. Ex Plinio lib. 11. cap. 37. *homini*, inquit, *noviſſimi, qui genuini vocantur, circiter vigeſimum annum gignuntur, multis & octogeſimo.*

*Genus.*] A γῆ terra, quod è terra omnia nata ſint. Sed nemo neſcit eſſe à γόνος, quod à γόνω, unde *geno*.

*Germen.*] A *gero* pro geno, *gerimen, germen*. Inde germani qui ex eodem ſemine. Ex eadem ſtirpe. Et Germani proprie dicuntur qui eundem habent patrem ſive ii communem matrem habeant: Quomodo Terentius, Cicero & alii *Germanorum* voce uti ſolent. Sive diverſam, qui *conſanguinei* dicti ſunt. Aliter tamen Varro in lib. de gradibus: *Germanus*, inquit, *ex eadem genitrice natus eſt, non ut multi de eodem germine, qui tantum fratres dicuntur.* Sed vana eſt hæc Varronis differentia, nec idoneis autoribus obſervata. Terent. Adelph.

*Te habeam fratrem ô mi Æſchine, ô mi germane.*

*Frater* nomen generale eſt & continet *fratres germanos, fratres conſanguineos*, qui ex uno patre nati ſunt & matres diverſas habent: *Fratres uterinos* qui ex eadem tantum matre geniti ſunt: *Et fratres patrueles*, qui ex duobus fratribus procreati.

*Gerra.*] Vide *Cerrones* ubi aliter paulo. Quare & tertium illud forte addi poteſt, nempe Athenienſes à Siculis Gerras vocatos quaſi imbelles, nam gerra Siculis pudenda ſignificat. Suid. Heſych.

*Geruſia.*] Γερουσία, Senatus. Plutarch. An ſeni adminiſtr. Reſp. Ἡ δὲ Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται. Id eſt. *Romanorum vero Senatus hodieque geruſia dicitur.* Heſych. Γερουσία, πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων.

X *Geſtit.*]

Geſtit, qui ſubita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter conſuetudinem exultat.

Geſtus, quo indicatur, quid geratur, præter participium, quod à gerendo deducitur.

Geſum grave jactum.

GIGERIA ex multis obſoniis decerpta.

Gingeriator tibicen.

Gingrire anſerum vocis proprium eſt. Unde genus quoddam tibiarum exiguarum gingrinæ.

## NOTÆ.

*Geſtit.*] A geſtu, *geſtire* quod Donatus Eunuch. act. 3. ſc. 5. interpretatur: *Motu corporis monſtrare quid ſentias. Conſtat autem à pecudibus ad homines eſſe tranſlatum.* Item. *Geſtire proprie eſt, ſenſum corporis geſtu indicare: quod magis brutorum eſt animalium. Virgilius.*

*Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi.*

1. Georg. Ubi Servius *Geſtire*, inquit, *eſt lætitiam ſuam corporis habitu ſignificare. Nam ut homines verbis lætitiam ſuam exprimunt, ita aves corporis geſticulatione.*

*Geſtus.*] Subſtant. σχῆμα, εἶδος, χειρονομία. Gloſſ. *Dacerius.*

*Geſum.*] Lege, *Geſum, grave jaculum.* Varro de vita Po. Ro. lib. 3. *qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis geſis eſſent.* Iſidorus: *Geſum, haſta, jaculum,* βολὶς. *Joſ. Scaliger.*

*Geſum.*] Melius quidam lib. *Grave jaculum. Geſum, geſſum, & gæſum.* Quidam haſtam interpretantur. Servius 7. Æneid. *Pilum proprie eſt haſta Romana, ut Geſſa Gallorum, Sariſſæ Macedonum:* Suidas: Γαῖσα ἐ γαισὸς, κοντὸς, εἶδος ἀκοντίου ὁλοσιδήρου. *Gaſa & gæſus, contus, genus teli ut haſta.* Sed melius Feſtus qui jaculum dicit, grave quod totum eſſet ferreum: Heſych. Γαισὸς, ἀκόντιον ὁλοσίδηρον. *Jaculum totum ferreum.* Et jacula fuiſſe vel hinc conſtat quod bina gerebant ſinguli: Varro: *cum binis geſſis eſſent.* Virgil. 7. Æn.

*—— —— Duo quiſque Alpina coruſcat*
*Geſa manu.*

Quod idem alibi de *haſtili.*

*Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.*

Gæſum autem Gallicam vocem putant, vel etiam Hiſpanicam, ab Hiſpanis enim gæſa accepiſſe Romanos docet Athenæus: Illuſtriſſimus Bochartus Geſum putat quod Chaldæis *giſa*, vel Hebræis *chets.* *Sagitta, jaculum.* Nam *chet* mutatur in G. *Dacerius.*

*Gigeria.*] Falſum eſt Gigeria eſſe cibum confectum ex multis obſoniis. ſed Gigerium eſt, ventriculus Gallinarum: quod verbum hodie in Gallia retinemus. *Geſier* enim vocamus. Lucillius.

*—— —— Gigeria ſunt*
*Sive adeo hepatia. —— ——*

*Gingriator.*] Tibicen. Vide Athenæum. Gloſſæ Heſychii: γίγγλαι, αὐλοὶ μικροὶ, ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι. ὅπερ ἔνιοι γίγγρους. Gloſſarium: *Gingriva*, εἶδος φωνῆς σάλπιγγος. *Gingriunt*, χῆνες κλαγγάζουσι. *Gingrum*, φωνὴ χηνός. Arnobius libro VI. *anſerum gingritibus.* vide Solinum cap. x. *Joſ. Scaliger.*

*Gingeriator.*] Lege *gingritor.* A gingrire: vel *gingrinator* à *gingrina*, ut viri docti. *Dacerius.*

*Gingrire.*] Gloſſar. *Gingrina*, εἶδος φωνῆς σάλπιγγος. *Ful. Urſinus.*

*Gingrire.*] Gloſſ. Gingriunt, χῆνες κλαγγάζουσι. *Anſeres clamant. Gingrum*, φωνὴ χηνός. *Vox anſeris.* Inde *gingrina* tibiæ dictæ. Gloſſ. *Gingrina* εἶδος σάλπιγγος. *Gingria* ſunt Heſychio: Γίγγλαι, αὐλοὶ μικροὶ ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι. *Gingria, parva tibia, quibus primum diſcunt.* Solin. cap. 12. *Sive gingrinas, quæ breviores licet, ſubtilioribus tamen modis inſonant.* Verum Athenæus, Euſtath. & Pollux non à gingriendo, ſed à Gingra, Gingre, vel Gingri Adonidis nomine. Athen. cap. 23. Γιγγραΐνοις γὰρ οἱ Φοίνικες, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος, ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένοις. Id eſt. *Gingranis enim, ut dicit Xenophon, tibiis utebantur Phœnices palmam longis, ſtridulum & lugubrem ſonum edentibus.* Idem paulo poſt: Ὀνομάζονται δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγροι ὑπὸ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων, τὸν γὰρ Ἄδωνιν γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὥς ἱστορεῖ Δημοκλείδης. Id eſt. *Gingri autem nominantur à Phœnicibus tibiæ ob lamenta quibus Adonim deflent. Nam vos Phœnices Adonim Gingrem appellatis ut refert Democlides.* Euſtathius Iliad. 6. Ἡ δὲ χρῆσις τῶν γίγγρων ἐν τῷ περὶ Ἄδωνιν θρήνῳ, ὃν γίγγραν καλοῦσιν οἱ Φοίνικες. Id eſt. *Gingrorum autem uſus ex lamento ſuper Adonide, quem Gingrim vocabant Phœnices.* Pollux lib. 4. cap. 10. Γίγγρας τις αὐλίσκος γοώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφίησι, Φοῖνιξ μὲν ὢν τὴν εὕρεσιν πρέπων δὲ Μούσῃ τῇ Καρικῇ· ἡ δὲ Φοινίκων γλῶττα Γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασται. Id eſt. *Gingras tibia quadam meſtum & lugubrem cantum mittit. Phœnicium inventum, dicatum Muſæ Caricæ. Phœnicum autem lingua Gingram Adonim vocat, & ab hujus nomine tibia denominata.* Gingra autem Bochartus ex Phœnicio

Gliscere creſcere eſt, & gliſceræ, menſæ gliſcentes, id eſt, creſcentes per inſtructionem epularum ſcilicet.

Glittis ſubactis, levibus, teneris.

Glocire & glocidare gallinarum proprium eſt, cum ovis incubituræ ſunt.

Glomus in ſacris cruſtulum cybii figura & oleo coctum appellatur.

Gloria à Græca voce dicta. hanc enim illi κλέ@ vocant.

Glos, viri ſoror, à Græco γάλως.

Glucidatum, ſuave, & jucundum. Græci etenim γλυκιῶ dulcem dicunt.

Gluma hordei tunicula: dictum, quod glubatur id granum. unde & pecus glubi dicitur, cujus pellis detrahitur.

Gnæus & corporis inſigne, & prænomen, à generando dicta eſſe, & ea ipſa ex Græco γίγνεσθαι apparet.

Gnarigavit ſignificat apud Livium narravit.

## Notæ.

nicio*gigara*, *Dominus*, plenum fuiſſet *girgara*: ſed prius *R* eliſum.

*Gliſcere.*] Gloſſ. *Gliſcit*, αὔξει. Aliæ Gliſco, ἐπιτείνομαι. Hinc *regliſco*. Quod vide ſuo loco: & *Gliſcera*, menſæ opimæ & opiparæ ſtruibus frequentibus refertæ. *Dacerius.*

*Glittis.*] Lege, Glutis. Cato: Uti bene ſubactum, utique bene glutum fiet. In Gloſſis Latinis: Glis, glitis, humus tenax. *Joſ. Scaliger.*

*Glittis.*] Nihil mutandum, glittis pro gluttis. Nam *u* ſæpe abit in *i*. A *glus*, gluten, *glutus*, unitus bene ſubactus. Cato cap. 45. *Locus bipalio ſubactus, beneque glutus ſiet.*

*Glocire & glocidare.*] Lege: *glocire & glocitare*. Glocire à κλώζειν vox à ſono efficta. Columel. lib. 7. cap. 5. *Ut ova quam recentiſſima ſupponantur glocientibus.* Gloſſ. gluttit, Κρωκεῖ ἡ ὄρνις. *glocit avis.* leg. *glocit.* Hanc vocem Vaſcones retinent qui dicunt *cloucir*, & ipſam avem glocientem *clouque* ut Hiſpani *clueca*.

*Glomus.*] Globulos dicit Varr. lib. 4. de L. L. *Item in oleo cocti dicti à globo globuli.* Vide Catonem cap. 29. Gloſſ. Græco-Lat. Globus & glomus, ἀγαθίς. Nam Agathis Heſychio eſt Seſamis, placenta ex oleo, melle & Seſamo. Agathis etiam eſt faſciculus lini ſive ſtaminis, ut & Latinum *glomus*. *Dacerius.*

*Gloria.*] Antiquitus *Gloſia*, à Græco γλῶσσα. *Joſ. Scaliger.*

*Gloria.*] Prius *Gloſia*, à Græco γλῶσσα. Scaliger. Sed Martinio aſſentiar qui à κέλωρ, φωνή, vox. *Dacerius.*

*Glos.*] Gloſſarium: *Glos*, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή· γάλως, πενθερὰ πενθεροῦ. *Joſ. Scaliger.*

*Glos.*] Græcis. Γάλως. Heſych. Γάλως ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή, ἡ θυγάτηρ Κασσάνδρα τῇ Ἀνδρομάχῃ, *Glos ſoror mariti velut Caſſandra Andromachæ. Dacerius.*

*Glucidatum.*] Vide tertium Conjectaneum. Gloſſarium, *Gloditatus*, ἡδύς. *Glocidatus* legendum. *Joſ. Scaliger.*

*Glucidatum.*] Vide *Clucidatum*.

*Gluma.*] A γλύφω, *Scalpo*, ſive potius à λέπω corticem detraho, eſt *glubo* unde *gluma*, *folliculi hordei*, λέπυρον κριθῆς, Gloſſ. Quod o granum glubitur, nudatur. Varr. de re ruſt. lib. 1. cap. 48. *Ariſta & granum omnibus fere notum: Gluma paucis: Itaque id apud Ennium ſolum ſcriptum ſcio eſſe in Euhemeri libris verſis. Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. Itaque eodem vocabulo appellant fici ejus, quam odimus, folliculum.* Hinc pecus *glubi* & *deglubi* dicitur, unde illud Tiberii: *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. Dacerius.*

*Gnæus.*]. C N. hoc prænomen ſignificari dubitat nemo. & licet ſonus G litteræ audiatur, C N ſcribitur. ut in Pandectis Florentinis apparet Gnæum, & Gajum ita ſcribi ut pronunciatur. corporis autem inſigne nævus dicitur, unde Nævia familia nomen deduxit. additur autem C. antiquo more, ut cum frucmentum, ferctur, forctis, cnatura dicebatur: ex Valerio à Julio Paride relato. qui enumerat triplicem hujus prænominis ſcribendi rationem. C N. G N. N. *Ant. Auguſtinus.*

*Gnæus.*] Idem quod Nævus, ut Natus, gnatus: Nævus, gnævus. *Joſ. Scaliger.*

*Gnæus.*] *Gnæus* & *gnævus* tuberculum in facie excreſcens quaſi γναῖος vel γναῖφος. A γίνεσθαι *naſci* unde prænomen *Gnæus*. Itaque cum *næus* & *nævus* ſcribitur *g* perit, non contra, ut volunt viri docti. Sed perperam in voce γίνεσθαι Etymon rimatur Feſtus. Græcum eſt κναῖος ἀπὸ τοῦ κναίω, quæ πάθος & φῦμα ſignificat. Unde *gnævus* Latinum. Ut ὠόν, *ovum*. Salmaſ. in Solin. *Dacerius.*

*Gnarigavit.*] Et Gnaruris. Auſonius:

*Non cultor inſtans, non arator gnaruris.*

Apud Arnobium lib. 11. *Cur eſſe dicatis in aliis præceptionibus gnarures.* Male hodie in Auſonio gnarus eſt, in Arnobio, *gnariores*. *Joſ. Scaliger.*

*Gnarigavit.*] Optime Voſſ. *gnaruravit*. Antiqui dicebant *gnaruris* gnarus. Plaut. act. 1. ſc. 2.

 *Simul*

Gnaruiſſe, narraſſe.

Gnarus cum ſignificet id, quod ſcius, peritus: tamen invenimus prognare ſignificare aperte.

Gnephoſum, obſcurum: videlicet ex Græco, quod eſt κνέφας.

Gnitus, & gnixus à generibus priſci dixerunt.

Gnotu, cognitu.

GRACCHURIS urbs Iberæ regionis, dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Ilurcis nominabatur.

Gracculi à ſono oris vocati. ſive à gerendo dicti, quod jacta ſegetum ſemina plurimum gerant. vel quod ex olivetis cubitum ſe recipientes duas pedibus baccas, tertiam ore ferant.

Gradivus Mars appellatus eſt à gradiendo in bella ultro, citroque: ſive à vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν: vel ut alii dicunt, quia gramine ſit ortus; quod interpretatur, quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis.

## NOTÆ.

*Simul gnarures volo vos eſſe hanc rem mecum.*

Hinc *gnaruro*, *gnarum reddo*. Unde per ſyncopen & aphæreſin *naro*, quod nunc *narro*. Gloſſ. *gnarurat*, γνωρίζει. *Gnarurem*, γνώριμον. Gnaritur, γνωρίζεται. A *gnaruris* per ſyncopen *gnarus* ἐπιστήμων, *ſciens*, *peritus*. *Dacerius.*

*Gnaruiſſe.*] Gloſſæ: *Gnaritur*, γνωρίζεται. *Joſ. Scaliger.*

*Gnaruiſſe.*] Vide notam ſuperiorem.

*Gnarus.*] Vide ſupra. *Gnarus* proprie cui cuncta *gnara* ſunt, id eſt, cognita, aperta. Non mirum igitur *prognare* ſignificare *aperte*. *Dacerius.*

*Gnephoſum.*] Gloſſar. *Gneſonſum*, σκοτεινόν. Vide in *Cneſonſum*. *Ful. Urſinus.*

*Gnephoſum.*] Gloſſarium: *Gnetonſum*, ἀμαυρόν, σκοτεινόν. Corrige, *Gneſonſum*. *Joſ. Scaliger.*

*Gnephoſum.*] Vide Cneſoſum. Gloſſ. *Gneſoſum*, ἀμαυρὸν, σκοτεινόν. *Dacerius.*

*Gnitus.*] Lege, *à genubus*. *Joſ. Scaliger.*

*Gnitus.*] Lege: *gnitus & gnixus à genibus priſci dixerunt*. Scal. ſic infra in *nixi*. *Nixi Dii appellantur tria ſigna in Capitolio, ante cellam Minervæ genibus nixa.* Ergo gnitor, quod nunc *nitor*, quaſi *genitor*, *genibus* incumbo. A *gnitor*, *gniſus*, *gnitus*, & *gnixus*. *Dacerius.*

*Gnotu.*] Gloſſæ: Gnotum, γνῶσιν, διάγνωσιν. *Joſ. Scaliger.*

*Gnotu cognitu.*] A γινώσκω factum *gnoſco* Varr.

*Adeſte, adeſte, quæ feramque gnoſcite,*
*Domum ut feratis è theatro literas.*

A *gnoſco* dempto *g* *noſco*. *Gnotu*, *notu*. Gloſſar. *gnot*. Lege *gnoſcit*, Εἶδε, ἐπιγινώσκει. Gnotu, γνῶσιν, διάγνωσιν. Falluntur igitur qui in *gnoſco* & *gnotus* *g* credunt aſſumptum in his. Priſcianus lib. 2. *Eſt quando N principalis ſyllabæ ante ſe aſſumit g, ut natus, gnatus: notus, gnotus antique, unde ignotus; noſco, gnoſco, novi, gnovi.* Sed contra Diomedes lib. 1. *Gnoſcit, ait Cæcilius, quoniam & præpoſitione addita, adgnoſco, & cognoſco dicimus.*

*Gracchuris.*] *Ilerda* Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi.

*Gracculi.*] Varro lib. 4. *quod gregatim volent*. Sed melius Feſtus, à ſono oris, ut & Iſidorus lib. 12. cap. 7. *Graculus à garrulitate nuncupatus, non, ut quidam volunt, pro eo quod gregatim volent, cum ſit manifeſtum ex voce eum nuncupari. Eſt autem loquaciſſimum genus & vocibus importunum.* Idem Quintilian. lib. 1. cap. 10. *gracculus* diminutivum à *graccus*, & *graccus* à *graxo* aut *graco* quod à κρώζω. Sed verum etymon invenit eruditiſſimus & elegantiſſimus Ægidius Menagius amicus noſter, qui ſcribit ἀπὸ τοῦ κόρακος diminutiva forma *coracus*, *coraculus*, *craculus*, *graculus*, graculus enim ex corvorum genere. *Graculus* contractum *graulus* unde Italicum *grola*, Gallicum *grole*. Quare corniculam dixit Horatius in epiſtolis.

*Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim*
*Grex avium plumas, moveat cornicula riſum*
*Furtivis nudata coloribus.*

Plura vide apud illum in *amœnitatibus Juris civilis*. *Dacerius.*

*Gradivus.*] Quia gramine ſit ortus. ex flore neſcio quo concepit eum mater. Ovidius lib. 5. Faſt. *Joſ. Scaliger.*

*Gradivus.*] Servius 3. Æneid. *Gradivum exilientem in prælia: quod in bellantibus ſic neceſſe eſt. aut gravem Deum Patrem: aut ideo quia apud Pontifices Mars pater dicitur. Alii Gradivum, quod gradum inferant, qui pugnant, aut quod impigre gradiantur. Alii à gratitudine*, lege *graditudine*, *quod huc & illuc gradiatur: unde Martem communem dici. Alii Gradivum quia nunquam equeſter, aut à gradu dictum.*

Gra

Græca ſacra, feſta Cereris ex Græcia tranſlata, quæ ob inventionem Proſerpinæ matronæ colebant. quæ ſacra, dum non eſſent matronæ, quæ facerent propter cladem Cannenſem, & frequentiam lugentium, inſtitutum eſt, ne amplius centum diebus lugeretur.

Grallatores appellabantur pantomimi, qui ut in ſaltatione imitarentur ægipanas; adjectis perticis furculas habentibus, atque in his ſuperſtantes ad ſimilitudinem crurum ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem conſiſtendi. Plautus: Vinceretis curſu cervas, & grallatorem gradu.

Gramiæ oculorum ſunt vitia, quas alii glamas vocant.

Grando guttæ aquæ concretæ ſolito grandiores.

Graſſari antiqui ponebant pro adulari. graſſarii autem dicuntur latrones vias obſi-

## NOTÆ.

*Græca feſta.*] Cerealia, quæ ad Eleuſiniorum imitationem facta: ideo ex Græcia tranſlata dicit Feſtus. Repræſentabatur Ceres Proſerpinam quærens & cum face totum orbem pererrans. Vide Ovid. 4. Faſt. Arnobium & Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 9. Cerealibus ante noctem epulari nefas, quia, ut ait Callimachus, Ceres fame affecta, ac nihilominus pertinaciter jejunium ſervans, à veſpero tandem perſuaſa, ut potum ſumeret.

*Ἕσπερος, ὅς τε πιεῖν Δαμάτερα μοῦνος ἔπεισεν.*
*Veſperus qui ſolus Cererem perſuaſit ut biberet.*

Vel ut Ovid. quod dum ſub noctem papaver legebat, imprudens guſtaverit.

*Colligit agreſti leve papaver humo.*
*Dum legit oblito fertur guſtaſſe palato,*
*Longamque imprudens exſolviſſe famem.*
*Quæ quia principio poſuit jejunia noctis,*
*Tempus habent myſtæ ſidera viſa cibi.*

A lugentibus hæc ſacra peragi non poterant, quia poſt receptam Proſerpinam,

*Tum demum vultumque Ceres animumque recepit,*
*Impoſuitque ſuæ ſpicea ſerta comæ.*

Ideoque tunc candidas veſtes induebant:

*Alba decet Cererem veſtis, Cerealibus albam*
*Sumite, nunc pulli velleris uſus abeſt.*

Sed poſt cladem Cannenſem cum propter luctum matronæ Cerealibus operari non poſſent, Senatus luctum finiri juſſit, *centum diebus*, ut Feſtus. ut Livius, *triginta*. Livii verba ſunt lib. 22. ſect. 36. *Tum privata quoque per domos clades vulgata ſunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut ſacrum anniverſarium Cereris intermiſſum ſit; quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in illa tempeſtate matrona expers luctus fuerat. Itaque ne ob eandem cauſſam, alia quoque ſacra publica aut privata deſererentur, Senatuſconſulto diebus triginta luctus eſt finitus.* Inde proprie minui luctus dicebatur, cum erant in caſto Cereris, hoc eſt cum rebus Venereis abſtinebant ad ſacra Cereris obeunda: nam Cerealibus vino & Venere interdictum. Vide *minuebatur*. Porro Cerealia erant à pridie Idus Aprilis per dies octo. *Dacerius.*

*Grallatores.*] Plautus in Pœnulo: *Vinceretis cervom curſu, vel grallatorem gradu.* Sic etiam apud Varronem lib. 6. de Lingua Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Grallatores.*] Gloſſarium: *Grullatores, πανικὰ φορεμῶντες.* imo Grallatores. *Πανικὰ φορεῖν* explicat quod de Ægipanibus hic dicitur. *Joſ. Scaliger.*

*Grallatores.*] Grallæ ſunt perticæ ligneæ furculas habentes quibus pedes ponebant. Gall. *des echaſſes.* A gradiendo gradulæ, grallæ. Inde grallatores qui grallis ambulabant. Plaut. Pœnul. act. 3. ſc. 1.

*At ſi ad prandium me in ædem vos dixiſſem ducere*
*Vinceretis cervum curſu vel grallatorem gradu.*

His grallis, ut ait Feſtus pantomimi utebantur cum Panas ſive Ægipanas induebant, quorum exſicci pedes & crura non melius repræſentari poterant quam ligneis illis pedibus grallatorum. Quare & grallæ Græce πανικὰ dictæ, & in Gloſſ. *Grallatores, πανικὰ φορεμῶντες.* Grallatores Græcis dicuntur γύπωνες, Colobathrarii, & ipſæ Grallæ colobathra. *Dacerius.*

*Gramia.*] *Λήμη* Æolice *γλάμα*. unde Gramia: *Joſ. Scaliger.*

*Gramia.*] Nonius: *Gramia pituita oculorum, Cæcilius: Gramioſis oculis ipſa, atratis dentibus.* Gramia & *grama* dictum pro *glama* quod à γλήμη G addito à λήμη. Gloſſ. *grama*, λήμη. Vide Heſych.

*Grando.*] Plin. lib. 2. cap. 60. *Grandinem conglaciato imbre gigni, & nivem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. Grando* autem à *grandis*, Feſtus. Sed melius Iſidorus lib. 13. cap. 10. à *granum*, unde & *grandis*. *Dacerius.*

*Graſſari*] *Graſſari, ὀξυποδεῖν, ἐπιχειρεῖσθαι, βαδίζειν. Graſſa, βάδισμα, βῆμα. Graſſatur, λωποδυτεῖ. Graſſator, λωποδύτης. Joſ. Scaliger.*

*Graſſari.*] A gradior, graſſari, ire, ambulare. Gloſſ. graſſari, ἐπιχειρεῖν, βαδίζειν, ὀξυποδεῖν, *inniti*, ἵεσθαι

dentes. gradi ſiquidem ambulare eſt, unde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi.

Gravaſtellus; ſenior. Plautus: qui eſt gravaſtellus, qui advenit? ut puto gravaſtellus à gravitate dictus.

Grave æs, dictum à pondere, quia deni aſſes, ſinguli pondo libras efficiebant denarium ab hoc ipſo numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus preſſus ære alieno, ex ſingulis aſſibus librariis ſenos fecit, qui tantundem valerent. Item nummi quadrigati, & bigati à figura cælaturæ dicti.

Gravida eſt, quæ jam gravatur conceptu: prægnans velut occupata in generando, quod conceperit. inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fetus ejus.

Greges ex Græco dici, quos illi ἀγέλας ſolent appellare.

Gricenea funis craſſus.

Groma appellatur genus machinulæ cujuſdam, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα.

## NOTÆ.

*ire, cum impetu ferri.* Sed poſtea hoc verbum male audiit, & *graſſari* de viarum obſeſſoribus dictum qui in prætereuntes impetum faciebant. Unde in Gloſſ. graſſatur, λωποδυτεῖ, *veſtimentis exuit. Graſſator* λωποδύτης, *qui veſtimentis exuit, tireur de laine.* Inde autem *graſſari* pro *adulari.* quod paraſiti atque adulatores per plateas ambulantes in obvium quemque graſſarentur ut adulationibus ſuis ſibi victum quærerent. Et quia ita olim fere poetæ, ii etiam *graſſatores* dicti ſunt. Varro in libro de moribus. Apud Gellium lib. 11. cap. 2. *Veſtiri in foro honeſte mos erat, domi quod ſatis erat, equos carius quam coquos emebant. Poëticæ artis honos non erat. Si quis in ea ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, graſſator vocabatur. Dacerius.*

*Gravaſtellus.*] Plaut. in Epid. *Sed quis eſt hæc muliercula, & ille raviſtellus qui venit?* Vide Ravi coloris. *Ant. Auguſtinus.*

*Gravaſtellus.*] Locus Plauti eſt Epid. Act. 5. Sc. 1.

*Sed quis hæc eſt muliercula, & illic gravaſtellus qui venit?*

Sed hic *gravaſtellus* non à *gravitate* ut putat Feſtus, ſed pro *ravaſtellus* à *ravus* qui ravi eſt coloris, aſcito g, *gravus* à quo gravaſter & diminutivum *gravaſtellus*, qui *ravaſtellus*, imo & *raviſtellus* corrupte, etiam apud Plautum legiſſe videtur Feſtus. Vide *ravi coloris. Dacerius.*

*Grave æs.*] Hic locus ita interpungendus, emendanduſque. *Quia aſſes ſinguli pondo libram efficiebant, deni autem denarium, ab hoc aſſium numero dictum.* Vide Plin. lib. 33. cap. 3. & infra in *Sextantarii. Ful. Urſinus.*

*Grave æs.*] Vide Plin. lib. 33. cap. 3. Feſtum verb. Sextantarii. *Ant. Auguſtinus.*

*Grave æs.*] Legebat Urſinus: *Quia deni aſſes ſinguli pondo libram efficiebant, deni autem denarium.* Sed nihil mutandum, neque video cur eum offenderit vulgata lectio: illum fugit ſcilicet hic *libras* eſſe ſecundi caſus. Nam ita omnia plana. Porro *æs grave* de libralibus aſſibus ſemper dictum, & duravit uſque ad primum bellum Punicum quo ſextantarii, poſtea unciales & ſemunciales facti ſunt. Vide *ſextantarii. Dacerius.*

*Gravida.*] Gloſſar. Inciente, innitente, pariente, à ciendo, & invocando proximos quoſque auxiliatores. Hæc ad verbum *Inciens. Ful. Urſinus.*

*Gravida.*] Lego infra: *Prægnans velut occupata in genando* Nam *prægnans* eſt quaſi *prægenans.* Et veteres *genere* & *genare* dicebant pro *gignere.*

*Inciens quod incitatus.*] Imo potius quod cieat, & ad auxilium vocet. Gloſſar. *inciente, innitente, pariente, à ciendo & invocando proximos quoſque auxiliatores.*

*Greges.*] *Quos illi ἀγέλας*, melius *quos illi γάργαρα.* Γάργαρα eſt pro γάργαρα *multitudo.* Heſychio γάργαρα, πλῆθος, πολλά. A γάργαρα ſive γέργερα factum *grex.* Niſi potius ſit ab ἀγερσις ex ἀγείρω *congero*, quæ Voſſii ſententia. Mihi maxime placet, *grex* dici ab antiquo Hebræo *gar* pro quo nunc *agar.* Nam & ita ſimplex *grego* quod poſtea *aggrego.*

*Gricenea.*] Mihi omnino ignota vox. adeoque hic nihil vel immutare audeam vel tentare. *Dacerius.*

*Groma.*] Gloſſæ: *Gruma*, γνώμων, βασιλικὴ γνώμη. & male lectum ab ipſo auctore Gloſſarii, *Gauma*, ὀργυιὰ τεκτονική. lego Gruma, ὄπτρα τεκτονική. in aliis Gloſſis; *Gruma*, διόπτρα, ἡ τῶν μέτρων. & *Grumari* Lucill.

*— — — — Viamque*
*Vis degrumari, ut caſtris menſor facit olim.*

Gloſſarium: *Grumat*, μετρεῖ, ἐξισοῖ Nonius: *Gruma ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congreguntur, & conveniunt viæ.* recte. Nam & in caſtris

& in

Digitized by Google

Gruere dicuntur grues, ut ſues grunire. unde tractum eſt congruere, hoc eſt convenire, quia id genus volucrum minime ſolivagum eſt.

Grumus, terræ collectio minor tumulo.

Gulliocæ nucum juglandium ſumma, & viridia putamina.

Gurguſtium genus habitationis anguſtum, à gurgulione dictum.

Gutturnium vas, ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter oris anguſtiam guttatim fluat.

## Notæ.

& in coloniis capiendis groma ponebatur in tetrantem, antiqua & poſtica linea ſe invicem ad angulos rectos interſecantibus. Auctor Aggenus. *Joſ. Scaliger.*

*Groma.*] A γνώμα N. mutato in R, groma. Pro quo dicitur *gruma o* in *u*. Gloſſ. *Gruma*, γνώμων βασιλικὴ γνώμη. Nonius, *Gruma, menſura quadam, qua flexa via ad lineam diriguntur, ut eſt agri menſorum & talium.* Hinc *grumare* & *degrumare* Gloſſ. grumat, μετρεῖ, ἐξισοῖ. *metitur. dirigit.* Lucill.

*— — — — — Viamque*
*Degrumabis uti caſtris menſor facit olim.*

In caſtrorum etiam metatione gruma dicitur menſura illa, illud organum quod à metatore in loco medio ponebatur in tetrantem, hoc eſt ut quatuor faceret angulos normales, & ita divideret caſtra in quatuor partes. Et locus ipſe medius ubi *gruma*, gruma etiam dictus: Nonius: *Gruma ſunt loca media, in qua directa quatuor congregantur via.* A *gruma* ſeu *groma* dictus *gromatitus* & *gromatica* diſciplina quæ agrorum menſuram docet. *Dacerius.*

*Gruere.*] Gloſſæ: *Gruunt*, γεργύζουσι. *Joſ. Scaliger.*

*Gruere.*] Vide *congruere*. *Dacerius.*

*Grumus.*] Gloſſarium: *Grumi*: τύμβοι. *Grimini*, οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι. Lege *Grummi*. *Joſ. Scaliger.*

*Grumus.*] Scribitur & *grummus*. Proprie, clivulus, terræ collectio, paulatim exurgens. Unde exponitur τύμβος. Gloſſ. *Grumi*, τύμβοι, inde propter ſimilitudinem, acervi lapidum qui ad terminorum diſtinctionem ponebantur, *grumi* dicti. Gloſſ. *grumi*, οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι. *Lapides qui fines partiuntur, dividunt.* Et Gloſſ. Græco-Lat. ὅρων λίθοι, *grumi*. Grumus autem à *congerie* ducit Nonius. Voſſius à κρυμὸς frigus, quia frigore res concreſcunt. ſed veriſimilius illud quam verius. Puto à *gruo*, id eſt congruo; dictum *grumus* quod terra multa, & multi lapides coeant & congruant ad *grumum* efficiendum. A Grumus factum diminutivum *Grumulus* pro qualibet acervatione & ſtrue. Paulinus Epiſtol. 3. ad Severum: *Et ut totam juxta Dei verbum confectionem prophetici panis impleret, lentem quoque & hordeum viciam miſcuiſſet in grumilum.* A *grumus* facta gallica vox *grumeau*. *Dacerius.*

*Gullioca.*] Gloſſar: *Guilliciola cortice nucis juglandis viridi, per quem corpus humanum intelligi vult.* *Ful. Urſinus.*

*Gullioca.*] Vide eadem, verbo Culiola. *Ant. Auguſtinus.*

*Gullioca.*] Gloſſæ, *Gullyca*, περιφλοιστήριον &, *Gutilli oca*, κάρυα μικρά, τὰ λεγόμενα λευκίσκια. Lege, *Gullioca*, περιφλοιστήριον. *Gullioca*, κάρυα μικρά. De longis nucibus alibi ſatis diximus. *Joſ. Scaliger.*

*Gullioca.*] Lege: *gullica* vel *galliola*. Vide *Culiola*. *Dacerius.*

*Gurguſtium.*] Quin & gurgulio. Gloſſæ enim interpretantur οἴκημα βραχύ. *Joſ. Scaliger.*

*Gurguſtium.*] A gurgulione. Nam *gurgulio* & *gurguſtium* exponuntur οἰκημάτιον βραχύ, *habitatio anguſta*; tamen gurguſtium potius à *gurgite* quaſi *gurgiſtium*. Nam proprie *gurguſtium*, taberna obſcura & latens. *Dacerius.*

*Gutturnium.*] Gloſſæ: *Gutturnium*, εἶδος σκεύους ὀστρακίνου. *Gutturnium*, βαλμός, στενόστομον, εἰς βάψιν. Ultimum videtur dictum quod Guttatim fiat. *Joſ. Scaliger.*

*Gutturnium.*] Vide *Gutturnium*. *Dacerius.*

SEX.

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

## *LIBER OCTAVUS.*

### H.

HABITIOR, pinguior.

Habitudo, habitus corporum.

Halapanta ſignificat omnia mentientem. ab eo quod halet omnia. ἄλλω enim Græci τὴν πλάνην; id eſt fallentem appellant.

### NOTÆ.

*Habitior.*] Reſpicit locum Terent. Eunuch. 2. 3.

*Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum.*

*Habitudo.*] Pinguedo. Gall. *enbonpoint.* Terent. ibid. 2. 2.

*Qui color, nitor, veſtitus, qua habitudo eſt corporis.*

*Dacerius.*

*Halapanta.*] L. m. *Holaphanta.* forte, *Holpata*, ex Græco ὅλος, & ἀπατάω. *Ful. Urſinus.*

*Halapanta.*] Ego ſuſpicor Plautum ſcripſiſſe *Halopanta* per o, ut παρὰ τὴν ἅλα ſimile faceret, ac παρὰ τὸ σῦκον factum eſt ſycophanta. Nihil ſignificat *Halopanta.* ſed Comice & tempore luſum eſt, propter habitum marinum, & recte hodie in Plautinis codicibus legitur per o. *Halophantam, an ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio*, in Curcul. *Joſ. Scaliger.*

*Halapanta.*] Liber antiquus *holaphanta.* Male Fulv. Urſin. *Holpata* ex Græco ὅλος *totus & ἀπατάω* fallo. Legendum *halophanta.* Reſpicit locum Plauti Curcul. 4. 1.

*Halophantam an ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio.*

Sed peſſime Feſtus *halapantam* (ut ipſe legit) omnia mentientem interpretatur, ab ἄλη, πλάνη *error*, & πάντα *omnia.* Nec melius viri doctiſſimi, quorum alii ut Scaliger & Canterus *halophantam* dici volunt ab ἅλς *mare* & φαίνειν, *oſtendere*, ob veſtitum nauticum. Alii ut Nonius ab ἄλη & ὑφαίνω *texo*, qui mendacia texit, conſuit. Alii denique ut Turnebus ab ὅλος *totus* & φαίνειν, quaſi, qui ſit totus in oſtentatione. Mirum in tantis viris. Halophantæ ii dicebantur qui eos apud quos ſal privatum contra leges repertum fuerat, deferebant, ut ſycophantæ, qui eos apud quos ficus. Nam quod hodieque apud nos fieri videmus, ut nemini è certis quibuſdam locis in alia ſal auferre licitum ſit, id olim & apud Græcos obſervatum fuiſſe vel unicus Ariſtophanis locus fidem faciet ex Acharn. 2. 5.

Ἀλλ'

Hallus, pollex pedis ſcandens ſuper proximum, dictus à ſaliendo. nam ἅλλομαι Græce, Latine ſignificat ſalio.

Hamo cognominatus, quia in arena putatur inventus, quæ Græce hoc nomine ἄμμος appellatur cui cornua adfiguntur arietis, à genere pecoris inter quod inventus eſt.

Hamotrahones alii piſcatores, alii qui unco cadavera trahunt.

Hanula parva delubra quaſi fanula.

Haruiga dicebatur hoſtia, cujus adhærentia inſpiciebantur exta.

Haſtæ ſubjiciebantur ea, quæ publice venundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta. Nam & Carthaginenſes cum bellum vellent, Romam haſtam miſerunt: & Romani fortes viros ſæpe haſta donarunt.

Hebes, retuſi acuminis.

Hecate, Diana, eadem putabatur & luna, & Proſerpina.

Hedera dicta, quod hæreat; ſive quod edita petat, vel quia id, cui adhæſerit, edat. quæ in tutela Liberi putabatur eſſe, quia ut ille juvenis ſemper, ita hæc viret. vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum, illigat.

## NOTÆ.

Ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ παρακεκομμένα
Ἄτιμα καὶ παράσημα, καὶ παράξενα
Ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια
Κεἴ που σίκυον ἴδοιεν, ἢ λαγῴδιον
Ἢ χοιρίδιον, ἢ σκόροδον, ἢ χόνδρους ἅλας
Ταῦτ' ἦν Μεγαρικὰ, κἀπέπρατ' αὐθημερόν.

*Sed homunciones peſſimi, nota peſſima,*
*Inhonorati, male ſignati, ignobiles,*
*Falſo accuſarunt Megarenſium penulas,*
*Et ſicubi videbant Cucumerem, vel lepuſculum,*
*Vel porculum, vel allium, aut etiam micam ſalis,*
*Omnia erant Megarica & vendebantur eodem die.*

*Dacerius.*

*Hallus.*] Vide Allex. *Ant. Auguſtinus.*

*Hallus.*] Ut ſupra *Allus.* ὁ ποδὸς μέγας δάκτυλος. Gloſſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Hamo.*] Mutilus eſſe videtur hic locus, qui forſan ita ſupplendus ſit: *hammo cognominatus eſt Jupiter quia.* Nam de Jove hic agitur quem, cum libero patri per Lybiæ deſerta iter cum exercitu facienti, ſitique arido, arietis formam indutus fontem pede vel cornu effoſſum oſtenderit, ab arena quæ Græce ἄμμος dicitur, *hamonem* cognominatum & ſub ejuſdem arietis perſona cultum fuiſſe poëtæ fabulati ſunt, unde Græcis Κριοπρόσωπος, *arietinum caput.* Latinis *corniger.* Sed verum eſt *hammo* non à Græco ἄμμος arena, ſed ab Ægyptiaco ἀμοῦς, ut Herodotus & Euſtath. apud Dionyſ. tradunt. Docet autem doctiſſimus Bochartus Jovem eſſe *cham* ſive *ham* filium Noæ, qui in ſteriles Africæ arenas ablegatus ibi per multa ſecula cultus eſt ſub nomine Jovis *ham* ſeu hammonis. Ægyptii mollito ſono denſæ aſpirationis ἀμμοῦν vel ἀμοῦν dicebant, & ab eo tota Africa *Ammonia* olim nominata. Ut ex Alexandro Polyhiſtore teſtatur Stephanus.

*Hamotrahones.*] Piſcatores, & qui unco quaſi hamo cadavera trahebant, hic autem Romanorum morem alludit apud quos damnatorum cadavera unco in Gemonias vel in alia loca trahebantur.

*Hanula.*] A Græco ναὸν per tranſpoſitionem ἀνὸν, digamma Æolico Fανὸν *fanum.* Inde fanulum, & poſito *h* pro *f* ut ſæpe apud veteres, *hanulum.* Vide *fanum.*

*Haruiga.*] Ἄρηξ *aries.* Inſerto digam. Æol. ἄρFιξ. Aruix, inde *haruiga*, proprie hoſtia, cum aries ſcilicet mactabatur. Sed poſtea quævis hoſtia cujus exta inſpiciebantur, haruiga dicta. in antiqua Mediolanenſi legitur. *Haruiga dicebatur hoſtia cujus ad hepatia inſpicienda conducuntur arioli.* Unde Voſſius: *Cujus ad hepar & exta inſpicienda conducuntur arioli. Dacerius.*

*Haſta.*] Vox *præcipuum* forte mutanda in *prælii. Ful. Urſinus.*

*Haſta ſubjiciebantur.*] Cum quid publice venibat haſta erigebatur, unde paſſim apud veteres *ſub haſta venire* reperias. Inde autem mos deductus videtur quod primis temporibus ea tantum publice venibant, quæ bello capta fuerant, Græci vocant δορύκτητα.

*Nam & Carthaginenſes.*] Sic Romani in eorum fines quibus bellum indicebant haſtam mittebant. Quem morem alibi fuſius. Vide *Bellona.*

*Hebes.*] Corpora obtuſa & minime acuta hebetia proprie, & per metaphoram homines ſtupidi & craſſi hebetes dicti ſunt.

*Hecate.*] Eam in cœlo lunam, in terris Dianam, in inferis Proſerpinam fuiſſe poëtæ fabulantur. Unde & *tergemina* dicta. Alii tamen diverſas faciunt. *Dacerius.*

*Hedera.*] Vide Ederam. *Ant. Auguſtinus.*

*Hedera.*] Ab edendo, *edera*, & cum aſpiratione, ut



Digitized by Google

Heliconides muſæ à monte Helicone vocatæ.

Heluacea, genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt inter rufum & album, appellaturque heluus.

Helucus ab hiatu & oſcitatione dictus.

Heluela, holera minuta.

Heluo dictus eſt immoderate bona ſua conſumens, ab eluendo. Cui aſpiratur, ut aviditas magis exprobretur. fit enim vox incitatior.

Helus, & heluſa antiqui dicebant, quod nunc holus, & holera.

Hemina ex Græco ἥμισυ; quod eſt dimidia pars ſextarii.

Hemona humana, & hemonem hominem dicebant.

Herbam do, cum ait Plautus, ſignificat, victum me fateor; quod eſt antiquæ; & paſtoralis vitæ indicium. nam qui in prato curſu, aut viribus contendebant, cum ſuperati erant; ex eo ſolo, in quo certamen erat, decerptam herbam adverſario tradebant.

## NOTÆ.

ut ſolebant illi veteres *hedera*. Idque magis placet quam ab hærendo, nam tertium etymon *quod edita ſetat* ineptum plane eſt.

*Heluaca.*] Heluus dicitur color inter rufum & album ab Æolico πίλφος, *niger*, *fuſcus*, *pallidus*. Varr. lib. 2. de R. R. *Colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo.* Ab *heluus*, *heluolus*, *heluinus* & *heluaceus*, qui heluum colorem refert.

*Helucus.*] Vide *Elucus. Dacerius.*

*Heluela.*] Titinnius:

*Lenti calido eluela, rapula, rumices.*

*Joſ. Scaliger.*

*Heluela.*] Veteres pro *holus* dicebant *helus* ut *Apello* pro *Apollo*, & ab *helus heluela* parva *holera*. Titinnius: *Lenti calido, Eluela, rapula, rumices.* Gloſſæ, heluola, λαχανάρια. Inde & heluones Meurſio non voraces ut infra Feſtus docet, ſed delicati & opipari, ab ægrotis voce tranſlata, qui nauſeabundi & faſtidioſi oleribus tantum olim victitabant.

*Heluo.*] Ab eluendo *eluo* qui bona ſua eluit, i. diſſipat, perdit. Cum aſpiratione *heluo*. Gloſſ. heluo, λαφύκτης. Heluari, λαφύσσειν, *Haurire*. Quomodo *haurire opes* dixit Martialis. Sed vide ſupra *heluela*. *Dacerius.*

*Helus.*] Lege: *Helus, & Heleſa. Joſ. Scaliger.*

*Helus & heluſa.*] Lege: *helus & heleſa* & ita Scaliger. *Heleſa* autem pro *holeſa* quod pro *holera*. Ut *Valeſii*, *Valerii*, *daſi*, *dari*, &c.

*Hemina.*] Dimidia pars ſextarii, nam,

*Heminas recipit geminas ſextarius unus.*

A Græco ἡμίσυ, melius à Græco ἡμι ſemi. *Na* eſt vocis productio.

*Hemona.*] *Hemonem* pro hominem dicebant veteres. Ennius:

*Volturis in ſylvis miſerum mandebat hemonem.*

Et ab *hemo*, *hemonus*, *i. humanus. Dacerius.*

*Herbam do.*] Nam nemo poterat dici victor, niſi prius is quem viciſſet, ſe victum fateretur, & victum agnoſceret. Ennius:

*Qui vicit, non eſt victor, niſi victus fatetur.*

Citatur in fragmentis Servii, quæ extant in pluteis P. Danielis. Verſus vero Attii, qui citantur ex Meleagro à Nonio, nihil ad rem. imo contra ſententiam ipſius Nonii, qui eos ad hoc proverbium accommodat. Sunt autem hi:

*Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent.*
*Pro ſe quiſque cum corona clarum conluſtrat caput.*

Nam hic quidem agnoſcitur victor, at non à victis. Sunt enim ſocii & æquales Meleagri, victori de ſue interfecto gratulantes. *Joſ. Scaliger.*

*Herbam do.*] Plin. lib. 22. cap. 1. *Apud antiquos ſignum victoria erat porrigere herbam victos, hoc eſt terra & altrice ipſa humo, & humatione cedere, quem morem etiam nunc durare in Germania ſcio.* Vides hunc morem in Germania ætate Plinii, & ego eum etiam nunc durare in Vaſconia certò ſcio. Et inde originem traxiſſe arbitror, quod eum primum pugnæ genus apud antiquos ut pote paſtores lucta fuerit, victus ut ſe terram tetigiſſe oſtenderet, & ita ſe plane minorem fateretur, victori herbam ex eodem loco decerptam porrigebat, neque enim victor is dici poterat niſi victus fateretur & victorem agnoſceret. Ennius:

*Qui vicit non eſt victor, niſi victus fatetur.*

Sed poſtea illud ad alia traductum & *herbam dare* pro ſe victum fateri dictum eſt. Inde Nonius: *Herbam*

Herbilis anſer, herba paſtus, qui gracilior eſt, quam frumento altus.

Herceus Jupiter intra conſeptum domus cujuſque colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant.

Hercules aſtrologus dictus, quod eo die ſe flammis injecit, quo futura erat obſcuratio ſolis.

Here, id eſt adverbium temporis heri, dictum à Græco ἐχθὲς.

Heredium, prædium parvulum.

Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quæ à nomine appellabatur heredum, & eſſe una ex Martis comitibus putabatur.

## Notæ.

*bam veteres palmam vel victoriam dici volunt.* Sed hæc paulo aliter Servius ad illud 8. Æneid.

*Et vitta comptos voluit prætendere ramos.*

*Ut in pacis petitione*, inquit, *ramus olivæ cum vittis offerebatur, partim fabula, partim natura efficit ratio. Nam cum de nomine Athenarum Neptunus & Minerva contenderent, & juſſiſſet Jupiter, ut illius nomine diceretur civitas qui munus melius obtuliſſet hominibus, Equum Neptunus, Minerva Olivam protulit & ſtatim vicit. Unde cum ejus ramus alicui offertur indicat eum eſſe meliorem. Hinc eſt illud proverbium herbam do, id eſt, cedo victoriam, quod Varro in antiquarum libris ponit: Cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, & fatetur eſſe meliorem.* Hæc Servius. Sed multo melius Feſtus. In Græcia autem manus, ſive manum victi pugiles porrigebant. Theocrit. Id. 22.

——— ——— *πᾶς δ' ἐπὶ γαίῃ*
*Κεῖτ' ἀλλοφρονέων, καὶ ἀνέσχετο νεῖκος ἀπαυδῶν*
*Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας.*

Id eſt,

——— ——— *totus vero humi*
*Jacebat, exanimis, & porrigebat, pugna renuntians*
*Ambas ſimul manus.*

Ubi olim plura. *Dacerius.*

*Herbilis.*] Lucillius: *Anſeris herbilis virus.* Citatur in fragmentis Servii. *Joſ. Scaliger.*

*Herbilis anſer.*] Lucillius in fragmentis Servii.

— — — *Anſeris herbilis virus.*

Pro *gracilior* quidam *grandior.* Male.

*Herceus Jupiter.*] Sic dictus quod intra conſeptum parietem qui ἕρκος dicitur colebatur. Ovid. in Ibin.

*Cui nihil hercei profuit ara Jovis.*

Ideoque *Domeſticus*, *Cortalis*, & *Septitius* Latine dicitur.

*Hercules.*] Atqui is ſe flammis injecit anno ante Chriſtum natum 1196. quo anno nulla fuit ſolis obſcuratio. Melius Servius ad illud 1. Æneid.

— — — *Docuit quæ Maximus Atlas.*

*Hic Atlas*, inquit, *Japeti filius in Africa natus dicitur. Hic quod annum in tempora diviſerit, & primus ſtellarum verſus vel circulorum vel ſiderum tranſitum, naturaſque deſcripſit, cœlum dictus eſt ſuſtinere, quia nepotem ſuum Mercurium & Herculem docuiſſe dicitur, unde & Hercules cœlum ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe narratur propter cœli ſcientiam traditam. Conſtat enim Herculem Philoſophum fuiſſe.* Atlantem eſſe Enochum qui Aſtrologiæ inventor fuit refert Euſeb. ex Eupolemo de Judæis. ubi ait Abrahamum Aſtrologiam & alias ſcientias Heliopoli docentem affirmaſſe Babylonios *τὴν εὕρεσιν αὐτῶν εἰς Ἐνὼχ ἀναπέμπειν καὶ τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν Ἀστρολογίαν.* i. *Earum inventionem Enocho tribuere, eumque Aſtrologiam primum inveniſſe.* Et non multo poſt: *Ἕλληνας λέγειν τὸν Ἄτλαντα εὑρηκέναι ἀστρολογίαν, εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ. τοῦ δὲ Ἐνὼχ γενέσθαι υἱὸν Μαθουσάλαμ, ὃν πάντα δι' ἀγγέλων θεοῦ γνῶναι καὶ ἡμᾶς οὕτως ἐπιγνῶναι.* i. *Græcos affirmare Atlantem Aſtrologiam inveniſſe, & eundem eſſe Enochum, Enocho autem genitum Mathuſalem, quo ab Angelis Dei omnia edocto, nos ita porro didiciſſe.*

*Here.*] Pro *heri.* Plaut. Capt. 1. 2.

*Adverte animum ſis tu, iſtos captivos duos*
*Here quos emi de præda de quæſtoribus,*
*His indito catenas ſingularias.*

A Græco χθὲς extrito θ & χ verſo in *h.* factum *heſi*: nam ita veteres dicebant, poſtea *heri*, *here.* *Dacerius.*

*Heredium.*] Varro lib. 1. cap. x. de re ruſt. *Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod à Romulo primum diviſa dicebantur viritim, quæ quod heredem ſequerentur, heredium appellarunt. Ant. Auguſtinus.*

*Heredium.*] Cornel. Nepos in Porcio Catone: *Verſatus eſt in Sabinis quod ibi heredium à patre relictum habebat. Dacerius.*

*Herem.*] Vereor, ne Verrius in corruptam ſcripturam offenderit: ut *Herem* pro *Nerienem* legerit. Nam *Nerien* una ex comitibus Martis, quanquam nihil affirmo. Cæterum herem pro heredem dicebant. Accius Didaſcalicon lib. 1.



— *ſapien-*

Digitized by Google

Heres apud antiquos pro domino ponebatur.

Herma à Græcis ponitur pro firmamento. Unde etiam Mercurii nomen inventoris, ut putabant firmæ orationis dictum. Interdum etiam ſaburram ſignificat.

Hernici dicti à ſaxis, quæ Marſi herna dicunt.

Hetta res minimi pretii, quaſi hieta, id eſt hiatus hominis, atque oſcitatio. Alii puſulam dixerunt eſſe, quæ in coquendo pane ſolet adſurgere. à qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hette te facio.

Heus adverbium vocandi à Græco αἰ venit.

Hilarodos, laſcivi & delicati carminis cantor.

## Notæ.

——— *ſapientiaque invicta gratia,*
*Atque honoris patera erem mactavit aurea.*

Ita enim ſine aſpiratione, ut apud Plautum Menæchmis:

*Quor auſus facere, quoi ego, qua tu, eres eram.*

Nam male veteres tam excuſi, quam ſcripti, habebant, ERAS. *Joſ. Scaliger.*

*Herem Marteam.*] *Herem,* & *erem* ſine aſpiratione, pro heredem veteres dicebant. Accius Didaſcal. lib. 1.

——— *ſapientiaque invicta gratia,*
*Atque honoris patera erem mactavit aurea.*

Ita Plaut. Menæc. 3. 2.

*Quor auſus facere, quoi ego, qua tu, eres eram.*

Neque veriſimile eſt quod ait Scaliger. Verrium in corruptam ſcripturam incidiſſe ita ut *herem* pro *Nerienem* legerit. Nam & Nerien non comes ſed uxor Martis. Sed eo tantum erraſſe videtur Feſtus quod Herem Martis comitem dixit, quæ Nerienis potius ejus uxoris comes fuit, unde & eam cum Neriene conjungit Ennius:

——— ——— *Nerienem Martis & Herem.*

*Heres pro domino.*] Gloſſ. heres, κύριος, κληρονόμος, *dominus, poſſeſſor.* Plaut. Menæch. 3. 2.

*Prandi, potavi, ſcortum accubui, abſtuli*
*Hanc, quojus heres nunquam erit poſt hunc diem.*

Inde Juſtinian. §. ult. de hered. qualit. & diff. *Pro herede,* inquit, *gerere, eſt pro domino gerere, veteres enim heredes pro dominis appellabant.* Nimirum ab *herus* veteres fecere *heres*, neque obſtat ſyllabæ prioris ratio quæ in *heres* producta in *herus* corripitur. Idem enim ſæpe alias fit. Tamen viri docti heres deducunt ab Hebræo *jareſch. Heredem eſſe, poſſidere* quod non alienum eſt præſertim ſi *hæres* ſive *haires* per diphthongum olim ſcriptum fuit.

*Herma.*] Græcum eſt ἕρμα, fundamentum, firmamentum, paſſim. Sed male ab herma Mercurium Hermen dictum vult Feſt. quod ipſe firmæ orationis fundamentum ſit ut herma navium. ἑρμῆς enim à verbo ἐρῶ *dico*, unde ἐρέας inſerto μ ἑρμέας per contract. ἑρμῆς *hermes.*

*Interdum etiam Saburram.*] Hoc à priori notione pendet qua ſcilicet *herma* firmamentum ſignificat. *Saburra* enim nihil aliud eſt quam navium firmamentum, ἕρμα, nempe arena, ſive etiam lapides, & alia quæ ad certam uſque menſuram navibus imponuntur, ne inſtabiles ſint Heſych. ἕρμα τὸ τῆς νεὼς ἔρεισμα ſτερεὸν. *Herma Saburra, firmamentum naves firmans.*

*Hernici.*] Populi in Latio, Lavinio & Albæ propinqui ſic dicti à ſaxis quæ *herna* Sabinis dicuntur, unde Virg.

——— ——— ——— ——— *hernica ſaxa.*

dixit 7. Æneid. ubi Servius: *Sabinorum lingua ſaxa herna vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de ſuis locis elicuit, & habitare ſecum fecit ſaxoſis in montibus, unde dicta ſunt hernica loca & populi hernici.*

*Hetta.*] Veteres Gloſſæ: *Ecta,* φλοκτὶς ἄρτου. At Hitta aliter interpretantur: *Hitta, Hicta,* ὑμὴν ῥοιᾶς. videlicet, quod ſuperius *Ciccum* dici annotatum eſt. & *Hittus,* φωνὴ κυνός. Unde factum *Hittio,* ἰχνεύω, proprium canum veſtigia indagantium cum aliqua vocis nictatione.

*Hetta.*] Scribitur & *hecta*, & exponitur φλοκτὶς ἄρτου, ab ἕψω *coquo.* Imo potius ab hio: in panis enim puſulis exiguus hiatus cernitur, cave tamen *hetta* cum *hitta* confundas: *hitta* enim vel *hicta* eſt ὑμὴν ῥοιᾶς quod ciccum dici ſuperius eſt annotatum. Aliud eſt & *hittus* φωνὴ κυνὸς, *vox canis*; unde factum *Hittio,* ἰχνεύω proprium canum veſtigia indagantium cum aliqua vocis nictatione. Recte autem Feſtus *quaſi hicta.* Nam inde veteres *hictare* dicebant. Vide Diomed. lib. 1. *Dacerius.*

*Heus.*] Locus mendoſus. *Ant. Auguſtinus.*

*Heus.*] Sine dubio locus corruptus, neque enim *heus* à Græco αἶ quod adverbium vocandi nunquam fuit. Potius à Græco φεῦ.

*Hilarodos.*] Græce Ἱλαρῳδὸς, poëta in conviviis aliiſque celebritatibus amatoria, vel alia quævis jucunda carmina quæ tamen tragica quadam gravitate condita eſſent, cantitabat, ab ἱλαρὸς dulcis, gratus, & ᾠδὴ cantio. Athenæus, lib. 14. Ex Ariſtotele: Σεμνότερος δὲ τῶν τοιούτων ἐστὶ ποιητῶν ὁ ἱλαρῳδὸς καλούμενος, οὐδὲ γὰρ χινίζεται, χρῆται δὲ ἐσθῆτι λευκῇ ἀνδρείᾳ

ἐπι-

Hilum putant eſſe, quod grano fabæ adhæret. ex quo nihil, & nihilum.

Hippacare eſt celeriter animam ducere. ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippagines naves, quibus equi vehuntur, quas Græci ἱππαγωγὺς dicunt.

Hippius, id eſt equeſter, Neptunus dictus eſt, vel quod Pegaſus ex eo, & Pegaſide natus ſit: vel quod equuleus, ut putant, loco ejus ſuppoſitus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret: vel quod tridentis ictu terra equum excierit. cui ob hoc in Illyrico quaternos equos jaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex inſula Coo, dictum ab agro generoſo, cui nomen eſt Hippo.

Hira, quæ deminutive dicitur hilla quam Græci dicunt νῆστιν, inteſtinum eſt, quod jejunum vocant.

## Notæ.

ἐςεφανῶται χρυσῷ στέφανον, ἐ τὸ μὲν παλαιὸν ὑποδήμασιν ἐχρῆτο, νῦν δὲ κρηπῖσι. ψάλλει δὲ αὐτῷ ἄρρην ἐ θήλεια, ὡς ἐ τῷ αὐλῳδῷ. id eſt. *Illorum autem omnium poëtarum graviſſimus Hilarodos vocatus, neque enim effeminate ſe gerit, utitur veſte alba virili, corona aurea coronatus. Antiquitus calceis utebatur, nunc autem crepidis. Canit illi mas & fœmina, ut & tibicini. Dacerius.*

*Hillum.*] Gloſſarium ſine aſpiratione, *Illum*, νάρθηκος τὸ ἐντός. Et ita in Plauto, ut oſtendemus aliquando, ſi Deus faverit. *Joſ. Scaliger.*

*Hilum.*] Minutum illud quod grano fabæ adhæret. Varro in rerum humanarum libris ſic inteſtinum tenuiſſimum dici putat quod *hillum* vocatur. Alii medullam ferulæ, quam aſphodelon Græci vocant, cui poſteriori ſententiæ Gloſſæ conſentiunt ubi *Illum* ſine aſpiratione exponitur νάρθηκος τὸ ἐντός. Sed facile probatur veteres quidvis tenuiſſimum *hilum* dixiſſe, ut veſtium pilos Ennius:

*Qua dedit, ipſa capit, neque diſpendi facit hilum.*

A *ne* & *hilum*. *Nihilum* per apocopen *nihil*. *Dacerius.*

*Hippacare.*] At Iſidori Gloſſæ, *Hippitare*. *Joſ. Scaliger.*

*Hippacare.*] A Græco ἵππος *Equus*. At in Iſidori Gloſſ. legitur *hippicare*, *oſcitare*, *badare*.

*Hippagines.*] Ἱππαγωγὺς Græci vocant, Ariſtoph. in Equit. εἰς τὰς ἱππαγωγὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς. i. e. *in hippagines fortiter irrui.* Ab ἵππος equus & ἄγω *duco. hippagogas* dixit Livius: ἱππαγωγὰ πλοῖα Herodot. Polyb. ἱππηγύς.

*Hippius.*] Ἵππιε vel ἱππικὸς Neptunum vocari fuſſe ex Ariſtoph. in equit.

Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ
Χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
Καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει.
*O Rex equeſter Neptune, cui*
*Æripedum equorum ſonitus*
*Et hinnitus placet.*

Ideo autem *hippius* ἵππιος dictus quia primus equos junxiſſe dicitur & equitandi artem inveniſſe. Sophocl. in Oedip. Colon.

σὺ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς
Τόδ' εἷσας αὔχημ', ἄναξ Πόσειδον,
Ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
Πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.
*Saturno genite, tu enim illis*
*(Athenis) hanc gloriam dediſti*, Rex *Neptune*,
*Qui equis frenum primus*
*In hiſce regionibus dederis.*

*Vel quod tridentis ictu.*] Virgilii locum ob oculos habuit lib. 1. Georg.

*—— —— Tuque ô cui prima frementem*
*Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti*
*Neptune.*

Alii aiunt è Neptuni ſemine in ſaxo dormientis equum natum qui inde *Scyphius* dictus eſt, & ipſe Neptunus *Petræus*. Pindar. Pyth. Od. 4.

Παῖ Ποσειδᾶνος πετραίου.
*Fili Neptuni Petræi.*

Ubi Scholiaſtes: ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ πετραῖος· φασὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τοῦ πετραίου Ποσειδῶνι, ὅπου ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος. i. e. *Epithetum Neptuni Petræus, ferunt etiam & in honorem Neptuni Petræi ludos inſtitutos, in eodem loco ubi è terra primus equus exiliit.* Et paulo ante. ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς Ποσειδῶν ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὴν γονὴν δεξαμένη ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον ὃν ἐπεκάλεσαν Σκύφιον. id eſt, *Super petra quadam dormiens Neptunus emiſit ſemen, quo accepto terra primum equum fudit, quem vocavere Scyphium.*

*Quaternos equos.*] Sic Rhodii quadrigas ſoli conſecratas quotannis in mare jaciebant.

*Hira.*] Plaut. Capt. 2. 1.

*Radices cordis pereunt, hira omnes dolent.*

Ab *hira*, *hirula*, *hilla*. Dicitur & *hillum* in neutro genere, quod Varro ab *hilo* derivat, id eſt, minimo.

Hircipili duorum pilorum homines.

Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes. à libidine ſcilicet hircorum dicti.

Hirrire, garrire, quod genus vocis eſt canis rabioſæ.

Hiſtriones dicti, quod primum ex Hiſtria venerint.

Hodidocos latro, atque obſeſſor viarum.

Homelium pilei genus.

Honorarios ludos, quos & liberalia dicebant.

Horctum, & forctum, pro bono dicebant.

Horda prægnans. unde dies, quo gravidæ hoſtiæ immolabantur, hordicidia.

## Notæ.

*Hircipili.*] Qui pilos habent ſimiles hircinis. in antiqua Mediolanenſi legitur, *hircipili denſorum pilorum homines.* Græci vocant δασύθριχες in editione Veneta Ant. Auguſtini Hircipili *duorum pilorum homines.* Non dubium eſt quin ſcriptum fuerit, *durorum pilorum homines.* Ergo hircipili τραχόθριχες quare melius forſan *hirſipili.* Ut in MS. Pauli codice. Voſſ. *Dacerius.*

*Hirquitalli.*] Vide in *Irquitalli.* Cenſorinus cap. 4. de die natali. *Vox craſſior, & inæqualis fit homini 3. hebdomada. hoc Ariſtoteles appellat τραγίζειν. antiqui noſtri hirquitallire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tunc corpus hircum olere incipiat.* Velius Longus. *Hinc tractum eſt, ut eos, qui ſunt in adulta ætate, hirquitallos vocemus. Ful. Urſinus.*

*Hirquitallus.*] Gloſſæ, *Irquitalus*, νηπιώτατος. Et, *Irquis*, τραγων παις αρχη ηβιοσος. Lege, τραγῶν παῖς ὄρχιν ἡβιώσας. vel, τραγῶν παῖς ἀκμὴν ἡβώσας. *Joſ. Scaliger.*

*Hirquitallire.*] Hircum, vel, ut ſcribebant veteres, *hirqum* imitari laſcivia. Græci dicunt τραγίζειν Utrumque tamen aliquando latius patet. Num *hirquitallire* & τραγίζειν hircum olere, item pubertatem attingere. Vide *Irquitallus.*

*Hirrire.*] Vox ad imitationem effícta ob literam R, quam canes irritatæ ſonant, quæ & ideo canina dicitur. *Sidon.*

*Prodat hirritu rabiem canino.*

pro *garrire* quidam legunt *ringere*, ego *rabire* quod de canibus etiam dicitur.

*Hiſtriones.*] De Hiſtrionum origine melius aliquanto Livius lib. 7. *Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco, dabant. Imitari deinde eos juventus ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus cœpere, nec abſoni à voce motus erant, accepta itaque res, ſæpiuſque uſurpando excitata vernaculis artificibus, quia hiſter Thuſco verbo ludio vocatur nomen hiſtrionibus inditum.*

*Hodidocos.*] Heſych. ὁδοιδόκος, κλώψ, ἐνεδρευτὴς, κακοῦργος, ἐνόδιος. λῃστής. i. *Hodoidocos, fur, inſidiator, maleficus, graſſator, latro.*

*Homelium.*] Hæc vox mihi ſuſpecta eſt, neque video tamen in quam ſit commutanda.

*Honorarios ludos.*] Liberalia feſta in honorem Bacchi qui *Liber* dictus eſt. Græci vocant Διονύσια, die decima ſeptima Martii Romæ celebrabantur. Sed cur Liberalia *honorarii ludi* dicta ſint haud equidem video, niſi quod ante Bacchi ortum aræ ſine honore fuerint, & hoc alluſiſſe videtur Ovid. Faſt.

*Ante tuos ortus aræ ſine honore fuere,*
*Liber, & in gelidis herba reperta focis.*

*Dacerius.*

*Horctum.*] Lege, *Horctem*, & *Forctem.* vide ſupra Forctis. *Joſ. Scaliger.*

*Horctum & forctum.*] Lege cum Scaligero, *horctem & forctem*, pro *fortis* veteres dicebant *forctis.* Et *h* pro *f horctis*; vide *fœdus. Forctis*, bonus, id eſt, validus. Leg. 12. tab. *Sanatibus idem quod forctibus jous eſto. Forctibus*, bonis, & qui non defecerant à populo Rom. *Sanatibus* qui olim hoſtes, ſed nunc cives. Quamvis de iis variant ſententiæ ut infra in voce *Sanates. Dacerius.*

*Horda.*] Vide Fordicidiis. in Faſtis 17. kal. Mai. FORD. ſcriptum eſt, non HORD. Varro tamen lib. 11. cap. 5. de re ruſt. *Hordicalia* eſſe in Faſtis dicit. *Ant. Auguſtinus.*

*Horda.*] Supplendum puto, *horda, bos prægnans.* Varr. lib. 2. de re ruſt. cap. 5. *Quæ ſterilis eſt vacca taura appellata, quæ prægnans horda. Ab eo in Faſtis dies hordicalia nominantur quod tunc hordæ boves immolantur. Horda, hordicidi*, pro à *forda* & *fordicidia.* Forda autem à ferendo. Ovid.

*Forda ferens bos eſt fœcundaque dicta ferendo.*

ſive potius à Græco φορὰς gravida, à φέρω. A fordis cædendis, fordicidia dicta die 15. Aprilis, quo triginta gravidæ boves Telluri immolabantur pro numero curiarum. Ovid.

*Tertia poſt Veneris cum lux ſurrexerit Idus*
*Pontifices forda ſacra litate bove.*
*Nunc gravidum pecus eſt, gravida nunc ſemine terra*
*Telluri plena victima plena datur.*

Vide *fordicidia. Dacerius.*

*Her-*

Digitized by Google

Hordiarium æs, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Horreum antiqui dicebant farreum, à farre.

Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere poſſent, orirentur.

5. Hoſtia dicta eſt ab eo, quod eſt hoſtire, ferire.

Hoſticapax, hoſtium captor.

Hoſtiliis laribus immolabant, quod ab his hoſtes arceri putabant.

Hoſtimentum, beneficii penſatio.

Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis perduellis.

## Notæ.

*Hordearium.* ] Hordeariæ etiam quadrigæ dicebantur, quia victori agitatori hordeum præmium dabatur. Auctores veteres Virg. interpretes, qui ſunt in Bibliotheca P. Danielis. *Joſ. Scaliger.*

*Hordiarium æs.* ] Romæ hordeum equitibus publice dabatur quo jumenta ſua alerent, neque enim avena utebantur. Cum igitur pro hordeo æs dabatur, illud *hordiarium* dictum eſt. inde etiam hordiariæ quadrigæ apud veteres Vergilii interpretes, quia victori agitatori hordeum præmium dabatur.

*Horreum.* ] A farre horreum Feſtus deducit *f* mutato in *h*, *harreum*, *horreum*, & id multo veriſimilius quam quod alii commenti ſunt. Niſi cum Salmaſio dicas horreum eſſe à Græco *ὤρειον*, *cuſtodia*, *conditorium:* nam idem plane *ὤρειον* Græcis quod Latinis *horreum*, & in horreis non frumentum tantum, ſed alia omnia reponebantur, res quoque pretioſiſſimæ ut in lege tertia D. de off. præf. vig. & leg. 6. D. de edendo. *Dacerius.*

*Hortus.* ] Duriuſcula originis ratio. quæ ſi vera eſt, ortus ſcribendum eſt, non hortus. *Ant. Auguſtinus.*

*Hortus.* ] Apud veteres Romanos ruſtici, non urbani, milites legebantur, qui cum in villis orirentur, iis *ortorum* ſine aſpiratione, nomen dederunt. Horti quidem villæ ſemper dictæ ſunt, ut in 12. tab. Plin. cap. 4. lib. 19. *In 12. tabulis legum noſtrarum, nuſquam nominatur villa, ſemper in ſignificatione ea hortus, in horti vero heredium.* Sed Feſti etymon plane ineptum: *hortus* à Græco ὄρχος quod Heſych. exponit κῆπος, i. *hortus*, vel potius à χόρτος *gramen*, *herba*, atque etiam ſeptum. *Dacerius.*

*Hoſtia.* ] Ovid. lib. 1. Faſtor. *Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur: Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.* *Ant. Auguſtinus.*

*Hoſtia.* ] Corrige Gloſſarium: *Hoſtia*, θῦμα, ἱερεῖον. θυσία, τίμιον. Nam vulgo, θυσίας τιμίων. *Joſ. Scaliger.*

*Hoſtia.* ] Ab antiquo verbo *hoſtire* ferire. Alii ab *hoſtibus*. Ovid.

*Hoſtibus à victis hoſtia nomen habet.*

Sed obſtat quod hoſtiæ etiam ex dictæ quæ ſacrificabantur antequam in hoſtes pergerent. *Hoſtia* de parvis animalibus ut ovibus, volucribus, *victima* de magnis ut Tauris. Plaut. Pſeudol.

*Nolo victimas, agninis med extis placari volo.*

*Hoſticapax.* ] Impenſius placet *Hoſtirapax*, *hoſtium raptor.*

*Hoſtiliis laribus.* ] Singulæ domus, urbes ſingulæ, viæ etiam ſuos lares habebant, qui viales, Domeſtici, Urbani dicti ſunt. Domeſtici quidem ſatis noti. Viales laudat Plaut. Mercat. 5. 2.

*Vos lares viales ut me bene juvetis.*

De Urbanis Ovid. 5. Faſt.

*Stant quoque pro nobis & præſunt mœnibus urbis;*
*Et ſunt præſentes auxiliumque ferunt.*

Urbani iidem & *hoſtilii* dicti quod ab urbe quam protegebant hoſtes ſummoverent. Propert. lib. 3. Eleg. 2.

*Hannibalemque lares Romana ſede fugantes.*

*Hoſtimentum.* ] Æquatio, nam hoſtire æquare. Plaut. Aſin. 3. 3.

*Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.*

Vide *Redhoſtire.* *Dacerius.*

*Hoſtis.* ] Viden. Cicero lib. 1. Offic. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Caius cap. 234. de verborum ſignificatione, lib. L. Digeſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Hoſtis.* ] Servius Danielis noſtri: *Perſas, qui erant Græcorum hoſtes, ξείνους à Lacedæmoniis appellatos refert Herodotus. Inde hoſtes,* inquit, *prò hoſpitibus dixerunt. Nam inimici perduelles dicebantur.* Locus Herodoti eſt ἐν οὐρανίῃ, ubi de Lacedæmoniis loquitur. οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκῳ καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστίῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. *Joſ. Scaliger.*

*Hoſtis.* ] Varro lib. 4. *Multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant ut hoſtis, nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur; nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem.* Ita Cicero & leg. 12. tab. *Sei ſtatus condictus dies intercedit cum hoſte ito.* Quæ verba 12. tabul. Plautus uſurpavit in Curcul.

Sè

Digitized by Google

HUMANUM ſacrificium dicebant, quod mortui cauſa fiebat.

HYPERBOREI ſupra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanæ vitæ modum excedant vivendo ultra centeſimum annum, id eſt ὑπερβαίνοντες ὅρον ſæculi humani.

Hyperionem alii patrem ſolis, alii ipſum, quod eat ſuper terras, ita appellatum putabant.

## NOTÆ.

*Si ſtatu' condictus cum hoſte intercedit dies*
*Tamen eſt eundum.*

Servius 4. Æneid. *Herodotus Perſas qui erant Græcorum hoſtes* ξένους *à Lacedemoniis appellatos refert, inde noſtri hoſtes pro hoſpitibus dixerunt, nam inimici perduelles dicebantur.* Ab hac priori *hoſtis* ſignificatione Galli etiam nunc *hoſpites* vocant *hoſtes*. Neque enim Gallicum *hoſte* eſt ab *hoſpes* ut quidam ſomniarunt.

*Humanum ſacrificium.* ] Quod mortis cauſſa fiebat. Nam cum mortem deſignabant, *humanum* uſurpare ſolebant veteres, *ſi quid humani mihi accidat, ſi quid humanitus accidat.* Ennius: *ſi quid me fuvat humanitus.* i. Si mors contingat.

*Hyperborei.* ] Οἱ ὑπὲρ Βορέαν populi qui ſupra Boream. Non quod apud eos non ſpiret Boreas ut Herodotus tradit. Quam opinionem ſecutus Pindarus Olymp. 3.

——— Ἴδε κἀκείναν χθόνα
Πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα
Ψυχροῦ.
——— *Vide terram illam*
*Retro flatus Borea*
*Frigidi.*

Poſt Olenem Lycium, qui ut docet Pauſan. primus dixit eſſe quoſdam homines οἱ ὑπὲρ τ̃ ἄνεμον οἰκοῦσι τ̃ Βορέαν. *Qui ſupra ventum habitant Bⱥream:* Sed quod Boreæ flatum excedant, vel ut Servius quod ſupra, id eſt ultra eos flet Boreas. Fuitque primum à poëtis conficta vox *hyperborei* qua populos Βορειοτάτους Boreæ proximos ſignificarent. Ridiculè Feſtus ſive Paulus ὑπερβαίνοντες ὅρον excedentes terminum ſæculi humani. Mere barbara balbuties. De hyperboreis multi multa tradidere vide Strabonem. Plin. lib. 4. cap. 12. Melam. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 5. Horum regionem inviam fabulatur Pindarus Pyth. Od. 7.

——— Ναυσὶ δ', οὔτε πεζὸς ἰὼν
Εὕροις ἂν ἐς ὑπερβορέων ἀγῶ-
να. θαυμαστὰν ὁδόν.
*Nec navibus neque pedes exiſtens*
*Invenias quidem ad hyperboreorum conventum*
*Beatam viam.*

Vide *Steph. Clerici* Quæſt. Academ. IV.

*Hyperionem.* ] Cœli & terræ filius fuit *hyperion* qui ex Thea auroram, ſolem & lunam ſuſcepit. Apollod. Statim initio lib. 1. Sæpe tamen hyperion pro ipſe ſole. Ovid.

*Jamque duas lucis partes hyperione menſe,*
*Diſcubuere toris.*

*Dacerius.*



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

### *LIBER NONUS.*

I.

IAMBI vocabantur, qui ſinguli ex proſcenio loquebantur: triambi, qui terni.
Janeus, janitor.
Janiculum dictum, quod per eum populus Romanus primitus tranſierit in agrum Etruſcum.
Janual, libi genus, quod Jano tantummodo libatur.
IBI dicitur; cum locus ſemel demonſtratur; ibidem cum ſæpius.
ICADION, nomen ſæviſſimi piratæ.
Icit, percuſſit.
IDULIS ovis dicebatur, quæ omnibus idibus Jovi mactabatur.
JECUNANUM victimarium.

### NOTÆ.

*Janeus.*] A Jano, qui foribus præeſt.

*Janiculum.*] Dictum potius à vetuſtiſſimo oppido quod Janus condidit. De quo Virg. 8. Æneid.

*Hic duo præterea disjectis oppida muris*
*Relliquias, veterumque vides monumenta virorum*
*Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem,*
*Janiculum illi, huic fuerat Saturnia nomen.*

*Janual.*] Cereale libum vocat. Ovid. 1. Faſt.

*Inde vocor Janus, cui cum Cereale ſacerdos*
*Imponit libum mixtaque farra ſali.*

*Ibi.*] Ibi, eo loco. Ibidem eodem loco, loco jam deſignato *Dacerius.*

*Icadion.*] Lucillius:

*Querquera conſequitur febris; capitiſque dolores,*
*Tamde mihi infeſti, quam Rhondes, Icadionque.*

*Joſ. Scaliger.*

*Icadion.*] Vide *Rhondes.*

*Icit.*] Ab antiquo *icere* percutere. Plaut. *Icit femur. Dacerius.*

*Idulis.*] Ovidius, 1. Faſt.

*Idibus alba Jovi grandior agna cadit.*

*Joſ. Scaliger.*

*Jecunanum.*] In al. *incumanum* vel *jecinorum.* An legendum: *Jecinorum, victimarum.* Ut Feſtus dicat




Digitized by Google

Igitur nunc quidem pro completionis ſignificatione valet, quæ eſt ergo; ſed apud antiquos ponebatur pro inde, & poſtea, & tum.

Ignem ex domo Flaminia efferri non licebat, niſi divinæ rei gratia.

Ignia, vitia vaſorum fictilium.

Ignis Veſtæ ſiquando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur à Pontifice. quibus mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quouſque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret.

Ignitabulum, ignis receptaculum.

Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima.

Ilicet, ſine dubio.

Im ponebant pro eum, à nominativo is.

Imago ab imitatione dicta.

## Notæ.

τὸ *jecinorum* alicubi poſitum legi pro *victimarum* cum jecur ſive jecenor in victimis præcipua par ſit.

*Igitur.*] Apud antiquos ſæpe pro *inde*, *poſtea*, *tum*. Plaut. Amphit. 1.

> ——— *Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat,*
> *Se ſe igitur ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſſire.*

Et Caſin. 2. 2.

> ——— *Mox magis cum otium mihi & tibi erit*
> *Igitur tecum loquar.*

In leg. 12. tab. *Sei in jus vocat, ni it antiſtator, igitur im capito.*

*Ignem ex domo Flaminiâ.*] Hic vox *domo* videtur abundare, nam *Flaminia* abſolute dicebatur Domus Flaminis. Sic Gellius lib. 10. c. 15. *Ignem è Flaminia, id eſt, Flaminis Dialis domo niſi ſacrum efferri jus non eſt. Dacerius.*

*Ignia.*] Aliud in Gloſſis: *Ignia, ῥωγά, φωνίαις. Joſ. Scaliger.*

*Ignia.*] Cum vehementia ignis diſſiliunt. *Dacerius.*

*Ignis Veſtæ.*] Tertullianus in libro de pœnitentia: *Quid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædam ejus tales ictus flammarum ſuſcitent*, &c. Pro *terebrare* in quibuſdam editionibus legitur *verberare*. Sed *terebrare* poſſumus in ſuo loco quietum eſſe jubere. Simplicius in 111. de cœlo: ἀπὸ ξύλων δὲ πῦρ ἐκβάλλουσι, θάτερον τῶν ξύλων ὡς τέρετρον ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες. Heſychius: ἀχάλκευτα τρύπανα. τὰ φρύγια πυρεῖα. σοφοκλῆς ἐν φθιώτισι δευτέρῳ. *Joſ. Scaliger.*

*Ignis veſtæ.*] Hunc Numa primus inſtituit, *ut ad ſimulacrum ignium cœleſtium flamma vigilaret.* Florus. Quod ſi negligentia extinctus fuerit, ab alio igni incendere non licebat, niſi eo quem tabulam felicis (alii facilis) materiæ terebrando virgo ſuſceperat. Male quidam pro *terebrare* legunt *verberare*. Plin. lib. 16. cap. 40. *Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, facillimo conceptu. Sed nihil edera præſtantius quæ teratur, lauro quæ terat. Probatur & vitis ſylveſtris, alia quam labruſca, & ipſa edera modo arborem ſcandens.* Simplicius in 3. de Cœlo: Ἀπὸ ξύλων πῦρ ἐκβάλλουσι, θάτερον τῶν ξύλων ὡς τέρετρον ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες, id eſt, *Ex lignis ignem excutiunt, lignorum alterum quaſi terebrum in altero verſantes.* Idem etiam nunc alicubi factitari legitur. In verbis Feſti pro *tabulam* Scaliger legebat *clavulam*. Clavulas enim dicebant illas lignorum ſciſſiones ut ex rei ruſticæ autoribus notum eſt, tamen nihil mutandum, nam recte *tabula* dicitur. Tabula eſt σορὸς vel ἐσχάρα, lignum quadratum felicis materiæ, quod ad excudendum ignem Veſtales terebra ferrea perforabant. Sed quod addit Feſtus, *quouſque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret*, id Salmaſio ſuſpectum eſt, nec enim cribrum, inquit, ad hanc rem aptum. Nec cribrum ex ære, σκαφεῖα χαλκᾶ vocat Plutarchus in Numa, licet paulo aliter narret ignis Veſtalis extincti reſuſcitandi morem. Scribe, inquit, *in cavo æneo* aut in *cavo æno*. Certe in veteri lib. ſcriptum eſt *cr bo*. *Dacerius.*

*Ignitabulum.*] Gloſſarium: *Ignitabulum*, δαδὶς, ῥαβδίον πυρφόρον. *Joſ. Scaliger.*

*Ignitabulum.*] Proprie lignum illud, tabula illa quæ terebratur donec ignem ſuſcipiat, unde & *igniarium dicitur.*

*Ilia.*] Vide *Exiles.*

*Ilicet.*] Vix dici poſſit quem locum Feſtus ob oculos haberet cum dixit *Ilicet* eſſe *ſine dubio*. Nam *ilicet* ut pueris notum vox eſt quam præco pronuntiabat ut de conſilio judices mitteret, & in funeribus præfica ut omnia peracta ſignificaret. Mirum tamen ni reſpexit ad illud Terent. Eunuch. 1. 1. *Actum eſt ilicet, periiſti.* Hanc enim τὸ *ilicet* Feſti interpretationem ferre poteſt. Et ſi ſemper ab eodem more ductum ſit.

*Im.*] Leg. 12. tab. *Igitur im capito.* Gl. *im*, εὐτὸν τὸν αὐτόν. im autem à Græco ἵν.

*Imago.*] *Imitago*, *Imago*.

Imbil-

Digitized by Google

Imbarbeſcere, barbatum fieri.
Imbelliam, belli inſcientiam.
Imbrex, nomen cujuſdam comici.
Imbrica tempeſtate pluviam videtur ſignificare.
Imbutum eſt, quod cujuſpiam rei ſuccum bibit. unde infantibus, an velint bibere, dicentes, BU ſyllaba contenti ſumus.
Immanis, ferus; ſive magnus.
Immolare eſt mola, id eſt farre molito, & ſale hoſtiam perſperſam ſacrare.
Immunis; vacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum:
Immune eſt facinus.
Immuſculus avis genus, quam alii regulum, alii oſſifragam dicunt.

## NOTÆ.

*Imbelliam.*] Gell. lib. 5. cap. 5. *Tum Pœnus eludens ignaviam imbelliamque militum ejus pretioſe armatorum. Dacerius.*

*Imbrex.*] C. Licinius Imbrex, quem quarto loco Volcatius collocavit. ex Gellio lib. 13. cap. 22. & lib. 15. cap. 24. & Feſto, verbo Obſtitum. *Ant. Auguſtinus.*

*Imbrex.*] C. Licinius Imbrex à Feſto nominatur in voce Obſtitum; meminit etiam Gellius: *Licinius Imbrex*, inquit, vetus Comœdiarum ſcriptor, quartum locum illi inter comicos tribuit Volcatius Sigiditus.

*Si erit quod quarto detur, dabitur Licinio.*

Sunt qui eundem ac Licinium Tegulam putent, cum Imbrex tegulam ſignificet. Sed fruſtra, nam Tegula, *Publius*, at Imbrex, *Cajus* cognominatus. *Dacerius.*

*Imbrica.*] Et imbricitur in Gloſſario: *Imbricitur*, ὀμβρῦται, βρέχεται. Sed ſine dubio fallitur ille ſcriptor, qui apud Ennium *Imbricitur*, pro *Imbricitor* legerit in illis verſibus ex Annali decimoſeptimo:

*Concurrunt, veluti venti cum ſpiritus auſtri*
*Imbricitor, aquiloque ſuo cum flamine contra*
*Indu mari magno fluctus extollere certant.*

*Joſ. Scaliger.*

*Imbrica tempeſtate.*] Jam ſæpe monuimus Feſtum integra autorum loca ſolitum exhibere ut ea in ipſis autoribus reperit. *Imbrica* igitur *tempeſtate*, id eſt, *pluvia*, ab *imber*, *imbricus*, unde *Auſter imbricus* Plauto quia imbres ciet, unde & *imbricitor* Ennio dicitur annal. lib. 17. *cum ſpiritus Auſtri imbricitor. Dacerius.*

*Imbutum.*] De BU effutitia puerorum vocula, ſupra diximus. *Joſ. Scaliger.*

*Imbutum.*] Vide *exbua*.

*Immanis.*] Proprie ferus à privativa particula & *manus* ſive *manis* bonus. Virg. *Immanemque rotam.* Sed ſumitur etiam pro magno. Virg. *Immanis Triton*, *immania armenta*. Sic *ſævus*, qui proprie crudelis, pro magno veteres uſurparunt. Virg. *Sævus Æneas: Sævus Hector.* Ennius: *induta fuit ſæva ſtola.*

*Immolare.*] Mola eſt far toſtum ſale ſparſum quod hoſtiarum fronti inter cornua imponebatur, quod proprie *immolare*. Vide *mola*. *Dacerius.*

*Immunis.*] Plaut. in prin. Trinummi: *amicum caſtigare ob meritam noxiam Immane eſt facinus.* In Plauti libris editis, & Ciceronis à quo hi verſus referuntur lib. 1. de Invent. *Immane* ſcriptum eſt, non *Immune*: ſed Feſtus *immune* legerat, ut ex hoc loco apparet. Vaticanus liber habet, *immœne*. quod idem eſt, quod *immune*. nam & alibi dicit in Bacchidib. *Pergamum divina mœnitum manu. Ant. Auguſtinus.*

*Immunis.*] Vacans munere, qui non facit munus. Virg.

*Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.*

Vide *Munem*.

*Ut apud Plautum.*] *Trinum.* 1. 1.

*Na amicum caſtigare ob meritam noxiam*
*Immune eſt facinus, verum in ætate utile*
*Et conducibile.*

Sed hic *immune facinus* non eſt improbum facinus, ut putat Feſtus, ſed facinus ingratum, vel quod eſt extra amici munia. *Dacerius.*

*Immuſculus.*] Eadem avis Immuſtulus, ni fallor, mox dicitur, de eadem vidimus verbo Aiites. Piin. Immuſculum vocat lib. x. cap. 7. *Ant. Auguſtinus.*

*Immuſculus.*] Gloſſarium: *Immuſulus*, εἶδος ὀρνέου. Infra, *Immuſtulus*. Gloſſarium: *Inemuſtulus*, ὄρνεον βασιλικὸν, ὄρνις βασιλικός. *Joſ. Scaliger.*

*Immuſculus.*] Hic Feſtus diverſum facere videtur *immuſculus* & *immuſtulus*, quod unum & idem eſt, nempe aquilæ genus. Sed hæc vox totfariam ſcripta legitur ut difficile ſit veram ejus ſcripturam inveſtigare. Apparet enim *immuſſulus*, *immuſculus*, *immuſtulus*, *immiſſulus*, *immiſculus*, *immiſtulus*. Rectum puto *immuſſulus* ſive ſit pro *immiſſulus*. Ab immiſſu ſubito, quod, ut infra Feſtus, ſubito ſe immittat. Sic enim legendum non *immutat*. Sive ſit à *muſſando*; i. murmurando. *Immuſſus*, *immuſſulus*, quod



Digitized by Google

Immuſtulus ales ex genere aquilarum eſt, ſed minorum virium, quam aquilæ; quæ volucris raro, & non fere, præterquam vere apparet; quia æſtum, algoremque metuit. appellatur autem ita, quod ſubito, & inexpectata ſe immittat.

Impages dicuntur, quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant. à pangendo, id eſt figere. unde poëtæ pangere verſus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id eſt infigere.

Imparem numerum antiqui proſperiorem hominibus eſſe crediderunt.

Impares tibiæ numero foraminum diſcretæ.

Imparentem, non parentem, hoc eſt obedientem.

Impelimenta, impedimenta dicebant.

Impenetrale, cujus ultimum penetrale intrare non licet.

Impenſam, ſtipem, æs ſacrum, quod nondum erat penſum.

Impercito, parcito, futurum ab imperativo.

Impeſcere, in lætam ſegetem paſcendi gratia immittere.

Impetix, impetigo.

## Notæ.

quod ſit *querulæ murmurationis*, ut ait Plin. de Percnoptere, quæ eadem & *immuſculus* Meurſio videtur cum eam minorum eſſe virium affirmet Plin. quod hic de immuſſulo Feſtus. Porro de immuſſulo & oſſifraga ſic Plin. lib. 10. cap. 7. *Sanqualem avem atque immiſſulum augures Romani magnæ quæſtionis habent. immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifragæ. Maſſurius Sanqualem oſſifragam dicit eſſe, immuſſulum autem pullum aquilæ priuſquam albicet cauda.*

*Impages.*] Clavi lignei qui tabulis infiguntur ut aptius cohæreant. Ab antiquo *pago* pro *pango*. Id eſt figo. Unde verſus pangere per metaphoram dixere veteres, verſus figere, verſus exarare. vide *pangere*. pro *figere* leg. *figendo*.

*Imparem numerum.*] Virgil. Eclog. 8. *Numero Deus impare gaudet.* Ubi Servius: *Aut quemcumque inquit, ſuperorum juxta Pythagoreos qui ternarium numerum perfectum ſummo Deo aſſignant, à quo initium & medium & finis eſt. Aut re vera Hecaten dicit, cujus triplex poteſtas eſſe perhibetur unde & tria virginis ora Dianæ. Quamvis omnium prope Deorum poteſtas triplici ſigno oſtendatur, ut Jovis trifidum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo, idem Sol, idem Liber. Vel quod omnia ternario numero continentur, ut Parcæ, Furiæ, Hercules etiam trinoctio conceptus, muſæ ternæ, aut impari quemadmodumcumque, nam ſeptem chordæ, ſeptem planetæ, ſeptem dies nominibus Deorum, ſeptem ſtellæ in ſeptentrione, & multa his ſimilia. Et impar numerus immortalis quia dividi integer non poteſt, par numerus mortalis quia dividi poteſt. Licet Varro dicat Pythagoreos putare imparem numerum habere finem, parem eſſe infinitum; ideo medendi cauſſa multarumque rerum impares numeros ſervari.* Hæc Servius. Vide Gellium lib. 3. cap. 10.

*Impares tibiæ.*] Dextra & ſiniſtra, ut contra pares dextræ duæ vel ſiniſtræ duæ. Dextra tibia unum tantum foramen habebat, ſiniſtra duo. Illa gravem hæc acutum ſonum reddebat. Igitur duæ tibiæ dextræ vel ſiniſtræ pares dicebantur quod parem foraminum numerum haberent: at cum dextra una & altera ſiniſtra, impares, quod numero foraminum differrent. Plura enim foramina in ſiniſtra quam in dextra. Nunc fabula quæ acta dicitur *imparibus tibiis* intellige dextra & ſiniſtra: quæ *paribus*, intellige aut duabus dextris aut duabus ſiniſtris. Et cum Andria Terentii acta dicitur *tibiis paribus*, *dextris & ſiniſtris* bis eam actam fuiſſe intellige, ſemel, *tibiis paribus dextris*, & iterum *tibiis paribus ſiniſtris*: neque enim mendum eſt in iſta Andriæ inſcriptione ut quibuſdam viſum eſt. De tibiis dextris, ſiniſtris, imparibus, paribus multa, eaque inter ſe pugnantia multi prodidere.

*Impelimenta.*] Ut *delicare* pro *dedicare*, *lautia* pro *dautia*.

*Impenetrale.*] Penetrare eſt penitus intrare, *impenetrale* pro *impenetrabile*, quod penitus intrare non licet. *impenetrabile* etiam dici poſſit quod penetrare non poteſt, ut *penetrabile* quod penetrat, unde *penetrabile telum*, *penetrabile frigus*.

*Impenſam ſtipem.*] Impenſa eſt ſtipes, hoc eſt, pecunia in cella Dei repoſita, quæ nondum penſa eſt, ſed ſtipata, ab *in* privativa particula & *pendo*. Vide in *ſtipes*, inde factum ut quævis ſtipatio & farctura *impenſa* diceretur, Apitius: *Indet impenſam præſcriptam*, id eſt farcturam. Arnob. lib. 7. *impenſarum varietate conditis*. Palladius lib. 1. *impenſa pumicea farciri muros*.

*Impercito.*] Ab *in* & *parco*, ut ab *in* & *partior*, *impertio*.

*Impeſcere.*] Vide *Compeſcere*.

*Impetix.*] Genus ſcabiei ſic dictæ quod corpus impetat. *Dacerius*.

Impe-

Impetritum, impetratum.

Impetum, induſtrium, indulgentem perinde compoſita ait Verrius atque impunis, & immunis, mihi non ſatis perſuadet.

Impiatus, ſceleratus.

Impite, impetum facite.

Implexum, implicatum, quod Græci ἐμπεπλεγμένον dicunt.

Implorare, inclamare, ad auxilium invocare.

Impluvium, quo aqua impluit collecta de tecto. Compluvium, quo de diverſis tectis aqua pluvialis confluit in eumdem locum.

Impolitias Cenſores facere dicebantur, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum.

Impomenta, quaſi imponimenta; quæ poſt cœnam menſis imponebant.

## NOTÆ

*Impetritum.*] Gloſſarium: *Impetratus*, θυσία. Non plane explicavit. ſed ſi dixiſſet, καλλιέρησις. In ſacrificiis quod Litare eſt, id in auſpiciis impetrire. Nihil aliud eſt, quam impetrare. ſic dicebant Artitum, pro artato, dolitum, pro dolato. *Joſ. Scaliger.*

*Impetritum.*] Quod in ſacrificiis litare dicitur, id in auſpiciis *impetrire*, id eſt, *impetrare*. Cum aves ratum & fauſtum auſpicium faciunt. Plaut. Aſin. 4.

*Impetritum, inauguratum eſt, quovis admittunt aves.*

Cicero lib. 2. divinat. *Ut nunc extis: quanquam id ipſum aliquanto minus, quam olim, ſic tum avibus magnæ res impetriri ſolebant.*

*Impetum, induſtrium.*] Recte ſane Verrius *impetum, induſtrium, indulgentem*, perinde compoſita ait ac *impunem*, *immunem*. Impetus enim eſt ab *in* & *peto*, induſtrius ab *Indu* i. *in* & *ſtruo*. qui *intus ſtruit*, hoc eſt, *domi agit*. Et *indulgens* ab *in* privativo & *urgeo* inſerto *d* indurgeo; mutato *r* in *l* *indulgeo*, ut *impunis* ab *in* & *pœna*, qui eſt ſine pœna. *Immunis* ab *in* & *munus*, qui eſt ſine munere. Nec mirum ſi id ſatis ſibi perſuadere barbarus mutilator non potuit.

*Impiatus.*] A verbo *impiare* ſceleſte agere Plaut. ſæpe.

*Impite.*] Perperam. Legendum, *Impetite*. ab eo, *Impete*, ὁρμητικῶς. & *Impeteius*, βίαιος. Gloſſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Impite.*] Lege cum Scaligero: *impetite*. Niſi malis. *impete*, *impetum face*.

*Implexum.*] Ab *in* & *plecto* quod à πλέκω necto, unde *perplexus* πεπλεγμένος. Implexus ἐμπεπλεγμένος.

*Implorare.*] Vide *endoplorato*.

*Impluvium.*] De impluvio & compluvio ſic Varro lib. 4. de L. L. *Cavum ædium dictum, qui locus intra parietes relinquebatur patulus qui eſſet ad communem omnium uſum, in hoc locus ſi nullus relictus erat ſub divo qui eſſet, dicebatur teſtudo à teſtudinis ſimilitudine, ut eſt in prætorio in caſtris. Si relictum erat in medio, ut lucem caperet: Deorſum quo impluebat impluvium dictum, & ſurſum qua compluebat compluvium, utrumque a pluvia.* Hoc ſenſu Plaut. Amphitr. 5. 1.

*Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo.*

Sed non ſat video qui geminum Terentii locum cum Varrone concilies, alterum Eunuch. 3. 5.

*— — — Atque per alienas tegulas*
*Veniſſe clanculum per impluvium fucum factum mulieri.*

Alterum Phorm. 4. 4.

*Anguis per impluvium decidit de tegulis.*

Quomodo enim *per impluvium*, ſi impluvium locus ſit qui deorſum pluviam accipit? Sane & Varroni & Terentio, aliis etiam facies ſatis, ſi impluvium accipias totum illud ſpatium quod tecto vacuum relinquebatur à ſolo uſque ad tegulas. *Dacerius.*

*Impolitias.*] Gellius: *Item ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum ſignificat, quaſi tu dicas incuriæ.* Neſcio an & hic iſti Barbaro mutilatori ſatis credere debeamus. *Joſ. Scaliger.*

*Impolitias Cenſores.*] Vel hunc locum non ſatis intellexit barbarus mutilator, vel τὸ *impolitias* erit ſecundi caſus non quarti ut *familias*. *Impolitias* autem, id eſt, *impolitias cauſſa*. Nam ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur à Cenſoribus qui & ideo illi æs denegabant. *Impolitiæ* id eſt *incuriæ*, ἀκομψίας Græcis. Gell. lib. 4. cap. 12. *Item ſi quis eques Rom. equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum ſignificat quaſi tu dicas incuriæ.* Non pugnabo tamen ſi *impolitias* facere dicerentur Cenſores cum impolitiæ equites notarent. Etſi id mihi ſatis perſuadere nequeo.

*Impomenta.*] Verbum ſacrorum fuiſſe ſuſpicor, ut



Digitized by Google

Imporcitor, qui porcas facit arando. Porca autem eſt inter duos ſulcos terra eminens.

Importunum, in quo nullum eſt auxilium, velut eſſe ſolet portus navigantibus.

Impos eſt, qui animi ſui potens non eſt, qui animum ſuum in poteſtate non habet.

Improlus, vel improlis, qui nondum eſt adſcriptus in civitate.

Impudicatus, ſtupratus, impudicus factus.

Imputatum, nondum purgatum, putum enim eſt purum. unde putare vites dicimus, hoc eſt detrahere, quæ impedimento ſunt ad fructum.

In non ſemper abnuitionem ſignificat, ſed interdum etiam pro adnuendo ponitur, involando, inclamando, invocando. In præpoſitio ſignificat modo, quod non, ut inimicus: modo auctionem, ut inclamavit: modo ubi, quo tendatur, ut incurrit: modo ubi qui ſit, ut inambulat.

Inarculum virgula erat ex malo punica incurvata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat.

## Notæ.

ut *imponere*, ita ut *impomenta* ea dicta fuerint quæ diis offerebantur. Ovid.

*——— Cereale ſacerdos*
*Imponit libum.*

A pono, *ponimen*, *pomen*, *pomentum* & *impomentum*; ut à moveo, *movimen*, *momen*, *momentum*. &c.

*Imporcitor.*] Qui porcas facit. Sic etiam dictus Deus qui præerat lirationi. De *porcis* vide ſuo loco.

*Importunus.*] Qui portu caret & proprie qui alios quieſcere non patitur. *Dacerius.*

*Impos.*] Gloſſarium: *Imros*, ἀνεξούσιος. lege, *Impos.* *Joſ. Scaliger.*

*Improlus.*] Gloſſar. *Improles.* Marius Victorinus de orthographia.

*Improles eſt, qui nondum vir eſt.*

*Ful. Urſinus.*

*Improlus.*] Locus obſcurus, &, ut arbitror, mendoſus. *Ant. Auguſtinus.*

*Improlus.*] Gloſſarium: *Improles*, ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευόμενος. Contrarium eſt *Duicenſo.* Nam *duscenſus*, qui cum prole in civitatem adſcribebatur. Ab iiſdem Gloſſis *Improles* exponitur, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνηβος. *Joſ. Scaliger.*

*Improlus.*] Oppoſitus Duicenſo. Nam duicenſus, qui cum prole in civitatem adſcribebatur. Quare optime Gloſſ. *Improles* μήπω πολιτευόμενος. Qui nondum in civitatem adſcriptus. Neque illud tantum de ſociis Latinis intelligendum ut voluit doctiſſimus Turnebus in adverſar. lib. 7. cap. 21. Et ſi eis lex dederit, ut qui prolem domi relinquerent, in civium Romanorum numerum referrentur.

*Impudicatus.*] Impudicare, impudicum facere, idem quod depudicare, quo uſus Laberius.

*Imputatum.*] Vide *putus.* *Dacerius.*

*In.*] Legendum, *ſed interdum etiam pro augmento ponitur.* Vide in *Ingens.* *Ful. Urſinus.*

*In.*] Lege: *Sed interdum etiam pro augendo*, vel ut Urſin. pro *augmento.* Id ſuadent quæ ſequuntur. Defendi tamen poſſit vulgata lectio, adnuit enim qui auget. Hic autem facile geminam manum agnoſcas. Nam quod infra eſt, *in præpoſitio ſignificat modo quod non.* Idem eſt ac *abnuitionem ſignificat.* Quod initio legitur. Et τὸ *modo auctionem*, idem quod, *etiam pro adnuendo ponitur.* Quare certum eſt Pauli verba coaluiſſe cum verbis Feſti. Sic igitur hunc locum intellige. *In* modo privationem ſignificat ut *inimicus*, *intactus.* Modo auctionem, ut *infractus*, valde fractus, *Inclamavit*, valde clamavit. Aliquando motum ut *incurrit*, aliquando quietem ut *inambulat.* *Dacerius.*

*Inarculum.*] Vide A. Gell. lib. 10. cap. 15. verbum *ſacrificans*, mihi ſuſpectum eſt. *Ful. Urſinus.*

*Inarculum.*] Serviana Fragmenta: *Arculum eſt virga ex malo Punica incurvata: quæ fit quaſi corona. Et ima ſummaque inter ſe alligatur vinculo laneo albo, quam in ſacrificiis certis regina in capite habebat: Flaminica autem Dialis omni ſacrificatione uti debebat.* Gellius: *Eædem ferme cerimoniæ ſunt, quas Flaminicas Sacerdotulas Diales ſeorſum aiunt obſervitare: veluti eſt: Quod venenato operitur. Et quod in rica ſurculum de arbore ſiliqua habet.* In quibus non de Punica malo, ſed de ſiliqua arbore fieri præcipitur: quamvis alii felici arbore legant. de venenato etiam Servius in iiſdem membranis: *Vetere cerimoniarum jure præceptum eſt, ut Flaminica venenato operta ſit.* Idem etiam ait: *Flaminicam præcipitur habere arculum, ricam, venenatum, fibulam.* Sequitur apud Gellium: *Et quod ſcalas, quæ Græce* κλίμακες *appellantur, eas aſcendere ei plus tribus gradibus religioſum eſt.* Lege: & *quod ſcalas, niſi quæ Græce appellantur* &c. Idem Servius alio loco: *Apud veteres Flami-*

Incalanto, invocanto.

Incalationes, invocationes.

Incalative, vocative.

Incavillatio, per deſpectum irriſio.

Incenſit, incenderit; ſicut incepſit, inceperit.

Inceps, deinceps.

Inceſſere, immittere, ac jactu, vel verbis petere.

Inceſtus à Græco trahitur. nam illi facinus dicunt ἀνήκεστον.

Inchoare videtur ex Græco originem trahere, quod Heſiodus omnium rerum initium eſſe dixerit chaos.

Incicorem, immanſuetum, & ferum. Pacuvius: Reprime incicorem iracundiam. Interdum cicur pro ſapiente ponitur, ut idem Pacuvius: conſilium cicur.

Incillæ foſſæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, ſive derivationes de rivo communi factæ.

## Notæ.

*minicam ſcalas plus tribus gradibus niſi Græcas ſcandere non licebat, ne ulla pars pedum ejus, crurumve ſubter conſpiceretur. eoque nec pluribus gradibus, ſed tribus, ut in aſcenſu duplices niſus non paterentur extolli veſtem, aut nudari crura. nam ideo & Græca ſcalæ dicuntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum, clauſæ ſint, ne aſpectum ad corporis aliquam partem admittant.* Hoc egregium Servii fragmentum, ut & alias ejus Grammatici reliquias, debemus optimo & eruditiſſimo amico noſtro P. Danieli, J. C. ex cujus loci ſententia ita locum Gellii, qui ſemper alioqui nunquam non mihi ſuſpectus fuit, emendavi. *Joſ. Scaliger.*

*Inarculum.* ] Arculum vocat Servius 4. Æneid. *Præterea*, inquit, *Flaminicam habere præcipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam. De venenato dictum eſt. Arculum vero eſt virga ex malo punica incurvata: quæ fit quaſi corona, & ima ſummaque inter ſe alligatur vinculo laneo albo, quam in ſacrificiis certis regina in capite habebat. Flaminica autem Dialis omni ſacrificatione uti debebat.*

*Incalanto* ] *Calo* voco à καλῶ, inde incalo, incalationes, incalative &c.

*Incavillatio.* ] Vide *Cavillatio.*

*Incenſit.* ] Incenderit, ſic *incepſit*, inceperit; *irrepſit*, irrepſerit, &c.

*Inceps.* ] Ab *in* & *capio*, *inceps*; ut à *dein* & *capio*, *deinceps*. *Dacerius.*

*Inceſſere.* ] Perperam quidam pro jactu, jaculo ſubſtituunt. *Joſ. Scaliger.*

*Inceſſere.* ] *Saxis inceſſere* Livius. Male pro *immittere* quidam legunt *immiti*, & pro *jactu*, *jaculo*.

*Inceſtus.* ] A Græco ἀνήκεστον, inexpiabile, incurabile. Sed *inceſtus* potius ab *in* privativo & *caſtus*, ut *infectus* à *factus*. Inceſtus autem de quovis illicito concubitu dicitur. *Dacerius.*

*Inchoare.* ] Terent. Scaurus. *Inchoare cum aſpiratione ſcribendum, quoniam à chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum.* *Ful. Urſinus.*

*Inchoare.* ] Terentius Scaurus: *inchoare cum aſpiratione ſcribendum, quoniam à chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum.* Sed probat Verrius legi debere *incohare* à voce *cohum* quam pro *chao* vel *mundo* veteres dixere. Diomed. lib. 1. *Inchoavi ab inchoo dicendum putat Julius Modeſtus quia ſit compoſitum à chao initio rerum. Sed Verrius Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probavit, cohum enim apud veteres mundum ſignificat. Tranquillus quoque his aſſentiens libello ſuo pleniſſime adem incohatam ita diſſeruit.*

*Incicorem.* ] Qui minime *cicur* eſt, manſuetus, placidus, à membrana mali Punici quæ *cicum* dicitur. Varro lib. 6. de L. L. *Apud Pacuvium:*

> — — — — *Nulla res neque*
> *Cicurare, neque mederier potis eſt, neque*
> *Reficere.*

*Cicurare, manſuefacere, quod enim à fero diſcretum id dicitur cicur, & ideo dictum, Cicur ingenium obtineo, manſuetum. A quo Vetturii quoque nobiles cognominati Cicurini. Id natum à cico. Cicum dicebant membranam tenuem quæ eſt in malo punico diſcrimen.* Sed ineptum etymon. Veteres Latini *curare* dicebant pro domare, mollire, manſuefacere. Nigidius in hiſtoria animal. *Omne pecus indomitum habet quiddam in ſe ferum: ſed tamen ea natura eſt ut curari & domari poſſit.* At pro *curare* per reduplicationem dixere *cicurare* imitatione Græcorum qui repetita prima conſonante & vocali addita ita verba ſua efferunt δῶ, διδῶ. Sic *curo*, *cicuro*, *cicur*, &c. *Dacerius.*

*Incillæ.* ] Vide Inlices, & Elices, & Inlicium. *Ant. Auguſtinus.*

*Incillæ.* ] Lege *Incilia*. Incilia loco depreſſa aquæ derivandæ. Ulpian. in pand. lib. 43. *Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus quod incidatur.*

Digitized by Google

Incita, incitata.

Incitega machinula, in qua conſtituebatur in convivio vini amphora. de qua ſubinde deferrentur vina.

Inclamare, conviciis, & maledictis inſectari.

Inclutus, nobilis, clarus.

Incoctæ dicebantur mulieres plus æquo calamiſtris uſæ.

## Notæ.

*cidatur: inciditur enim vel lapis vel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit. Sed & foſſa & puteus hoc intervallo continentur.* Et ſi de etymo fallitur Ulpianus, nam *incile* eſt ab *incindo*; ut à *cubo*, *cubile*, ſic ab *incio*, *incile*. *foſſas inciles* dixit Cato de r. ruſt. cap. 155. Inde *incilare* Palladius lib. 12. tit. 3.

*Incita.*] Incitata, id eſt concitata Lucret.

—— —— —— *Vis incita venti.*

*Dacerius.*

*Incitega.*] Superius monuimus *Incitegam* dictam ab integendo. Quia veteres *Incitegere* pro integere dicebant, ut *Reciprocum* pro *reprocum*: *Reciperare*, pro *reparare*: *concipilare*, pro *compilare*. Dicta ab integendo, quia partem menſæ tegat. Ea autem utebantur, ne vinarium vas, puta crater magnus, aut amphora labem ex fundo in menſa relinquat, cum ſæpe videamus lagenas menſæ impoſitas circulum de vino deſcribere in mappa. Itaque copones, ne mappa, aut mantile maculam illam contrahant, imponunt circulos de ligno: ſuper quibus ſtatuuntur lagenæ. Sed creſcente luxuria has machinulas Romani abjecere: &, ne Citreæ menſæ læderentur, ſi ſine incitegis crateres impoſitos nudæ ſuſtinerent, Gauſapas inſternebant. Pauperes vero, ut puto, incitegas retinuerunt. Martialis:

*Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum.*
*Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.*

Nam poteſt intelligi incitega per circulum illum. Sed nihil impedit & maculam circularem vaſorum vinariorum intelligere. & incitegæ, ut puto non erant circuli ſpecie. Porro incitega à Græcis vocatur ἐγγυθήκη. Polemo περιηγητὴς ἐγγυθήκη, καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς κύπελλον. Ut manifeſto appareat ἐγγυθήκην ὑπόθημα eſſe. Dicta autem quaſi ἀγγοθήκη. [illegible] vocabatur ab Alexandrinis. Athenæus: ἡ δ᾽ ὑπ᾽ Ἀλεξανδρέων καλουμένη ἀγγοθήκη, τρίγωνός ἐστι κατὰ μέσον κοίλη δέχεσθαι δυναμένη ἐντιθέμενον κεράμιον. ἔχουσι δὲ ταύτην οἱ μὲν πένητες ξυλίνην, οἱ δὲ πλούσιοι χαλκῆν, ἢ ἀργυρᾶν. Vocatur autem ab Herodoto ὑποκρητηρίδιον. Cujus nominis cauſſa obſcura non eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Incitega.*] Ab integendo, veteres enim *incitegere* pro *integere* dicebant, ut *reciprocum* pro *reprocum*: *reciperare*, *reparare*: *concipilare*, *compilare*. *Incitega* ab integendo dicta, quia tegebat partem menſæ, ea autem utebantur ne vinarium vas, puta crater magnus aut amphora labem ex fundo in menſa relinqueret, cum ſæpe videamus lagenas menſæ impoſitas circulum de vino deſcribere in mappa, unde Latinis, *Caniſtra ſiccaria* dicebantur. Serv. ad illud 1. Æneid. *& pocula ponunt.* *Similiter*, inquit, *more antiquo dixit, quia veteribus non in manus dabantur pocula, ſed menſis apponebantur, ut hodie apud plures pocula in caniſtris argenteis apponuntur, quæ caniſtra ſiccaria dicuntur.* A Græcis vocatur ἐγγυθήκη. Polemo περιηγητής. ἐγγυθήκη καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς κύπελλον. Vide Suidam, dicta autem quaſi ἀγγοθήκη; & ita vocatur ab Alexandrinis. Athenæus lib. 5. ἡ δ᾽ ὑπ᾽ Ἀλεξανδρέων καλουμένη ἀγγοθήκη, τρίγωνός ἐστι, κατὰ μέσον κοίλη δέχεσθαι δυναμένη ἐντιθέμενον κεράμιον. Ἔχουσι δὲ ταύτην οἱ μὲν πένητες ξυλίνην, οἱ δὲ πλούσιοι χαλκῆν ἢ ἀργυρᾶν. i. *Quæ vero ab Alexandrinis vocatur angotheca, triangularis eſt, medio cava, ſuperimpoſitum cratera recipiens. Pauperes quidem eam habent ligneam, divites æream vel argenteam.* Herodotus vocat ὑποκρητηρίδιον lib. 1. ubi de Alyatte Lydo qui ἀνέθηκε ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν. Quem locum male cepit interpres qui vertit, *Apud Delphos dedicavit grandem ex argento pateram, itemque alteram ex ferro, parvulam ex ferro compactilem*; vertendum fuerat: *Item incitegam parvulam ex ferro comp.* in verbis Feſti in fine pro *vina deferrentur*, legendum puto: *vina defunderentur.*

*Inclamare.*] Plaut. Aſin.

*Nimis ægre continui ubi hoſpitem inclamavit*
*Quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet.*

Inde *inclamitare*, objurgare. Plaut. Epidic.

*Etiam inclamitor quaſi ſervus.*

*Inclytus.*] Qui valde cluet. Cluere eſt nominari, celebrari, à κλύειν. Plaut. Capt.

*Facito ergo tu ut Acherunti clueas gloria.*

*Incoctæ.*] Ab incoquendo dictæ incoctæ mulieres quæ calamiſtris crines vibrabant & intorquebant. Sed in verbis Feſti turpe mendum inolevit, nam certum eſt legi debere, *plus æquo calamiſtris uſtæ*, id eſt inuſtæ, incoctæ. *Dacerius.*

Incomitiare

Incomitem, ſine comite.

Incomitiare ſignificat tale convicium facere, pro quo neceſſe ſit in comitium, hoc eſt in conventum, venire. Plautus: Quæſo, ne me incomities.

Inconciliaſti, comparaſti, commendaſti, vel, ut antiqui, per dolum decepiſti.

Inconditum, non ordinate compoſitum.

Inconſpretum, non improbatum.

In conventione, in concione.

Increpitare, arguere, conviciari. Increpitare, clamare, maledicere.

Increpitato, ferito.

Increta, indiviſa.

Incuria, negligentia.

Indepiſci, adſequi, adipiſci.

Indeptare, conſequi.

Indictivum funus, ad quod per præconem evocabantur.

## NOTÆ.

*Incomitiare.*] Plautus in Curc. *Ant. Auguſtinus.*

*Incomitiare.*] Locus Plaut. Curcul. 3. 1.

*Adoleſcens, ob rempublicam hoc intus mihi*
*Quod inſigne habeo, quæſo ne me incomities.*

Quod verbum à paraſito fictum, ut liquet ex reſponſo Lyconis, qui ad ejus exemplum τὸ *inforare*, nove protulit:

*Licetne inforare, ſi incomitiare non licet.*

Ubi & *inforare* & *incomitiare* flagitioſa verba ſunt: ſed antequam abeo, en tibi quid de voce *intus* quæ primo verſu ſuperiori legitur ſentiam. Ea enim ita huc uſque omnino omnes interpretes torſit ut eam tandem ſe neſcire fateantur Taubmannus, Turnebus, & alii. Nihiloque plus proficiat doctiſſimus Salmaſius dum ita nititur emendare.

*— Ob rempublicam hoc inuſtum mihi.*

*Intus* ſic abſolute accipiendum eſt pro foſſa illa ex qua oculus exculptus fuit. Nihil certius & facilius.

*Inconciliare.*] Pro *conciliare.* Nam ſæpe compoſitum uſurpatur pro ſimplici. Apud Plautum tamen *inconciliare* ſemper eſt inimicare, ut Moſtell. 3. ſc. 1.

*Ne inconciliare quid nos porro poſtules.*

Et Trinum. 1. 2.

*Inconciliaſtin' eum qui mandatus eſt tibi?*

Quanquam hic ultima Feſti interpretatio *per dolum decipere* locum habere poſſit. Malim tamen aliter.

*Inconſpretum.*] Ab *in* & *con* & *ſperno.* *Dacerius.*

*In conventione.*] Videndus Varro lib. 4. de lingua latin. *Ful. Urſinus.*

*In conventione.*] Conventionem antiqui dicebant pro concione. Varr. 5. de L. L. *C. Calpurnius dicit, voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me. Accenſus dicit ſic: Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad judices.*

*Increpitare.*] Arguere, convitiari, Virg. 10. Æneid.

*Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?*

*Clamare.*] Virg.

*At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro*
*Increpuit.*

*Maledicere.*] Objurgare. Enn. lib. 1. annal.

*Aſt hic quem nunc tu tam torviter increpuiſti.*

Sed male *increpare* à crepero deducit in *creperum:* eſt enim à *crepo* quod à vocis ſimilitudine & ſonitu dictum eſt Varro. lib. 5. de L. L.

*Increpitato.*] Non ſat video cur *ferito* Feſtus interpretetur, niſi *ferire* intelligas, objurgare, verbis tangere. Tamen *increpare* pro ferire, pulſare. Ovid.

*Threicia digitis increpuiſſe lyra.*

*Increta.*] Sic ſupra *crevi*, id eſt *diviſi.* Incretum i. e. non cretum. Cerno à *κρίνω* ſeparo, divido.

*Indepiſci.*] Plaut. Rud. v. 2.

*Magna hercle præda 'ſt, largiter mercedis indepiſcar.*

Sed & *indepiſco* dixere veteres, Plaut. Aſin. 2. 2.

*Nunquam edepol quadrigis albis indepiſcet poſtea.*

*Indeptare.*] Indipiſcor, indeptus, unde *indepto*, as, are, conſequi. *Dacerius.*

*Indictivum.*] Indictiva funera ad quæ per præconem evocabatur populus his verbis: EXEQUIAS. L. LITIO. L. FILIO. QUIBUS. EST. COMMODUM. IRE. JAM. TEMPUS. EST. OLLUS. EX. AEDIBUS ECFERTUR. *Joſ. Scaliger.*

*Indictivum.*] Vide *Quirites Sabini dicti.*



Digitized by Google

Indiges, indigetis facit. hoc nomine Æneas ab Aſcanio appellatus eſt, cum pugnans cum Mezentio nuſquam apparuiſſet. in cujus nomine etiam templum conſtruxit.

Indigitamenta, incantamenta, vel indicia.

Indigitanto, imprecanto.

Indigetes dii, quorum nomina vulgari non licet.

Indoles, incrementum, induſtria.

Induſtrium antiqui dicebant indoſtruum, quaſi qui quidquid ageret, intro ſtrueret, & ſtuderet domi.

Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent. & prorſus omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem.

## Notæ.

*Indiges.*] Gloſſarium: *Indigetes*, ἡμίθεοι, κηδέμονες. *Joſ. Scaliger.*

*Indiges.*] De Ænea qui indiges Jupiter dictus eſt Vide Liv. lib. I. ſacellum ei dicatum tali inſcriptione: PATRI. DEO. INDIGETI. QUI. NUMICI. AMNIS. AQUAS. TEMPERAT. de *indigetibus*. Vide infra. *Dacerius.*

*Indigitamenta.*] Gloſſar. ἱερατικὰ βιβλία. *Ful. Urſinus.*

*Indigitamenta.*] Explicatio hæc Pauli eſt, non Feſti. Quis ignorat Pontificios libros ita vocatos? Gloſſarium: *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία. *Joſ. Scaliger.*

*Indigitamenta.*] Explicatio hæc Pauli eſt, non Feſti: Quis ignorat Pontificios libros ita vocatos? Gloſſarium *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία. Scalig. ſic proprie dicebantur in quibus varia eſſent Deorum cognomina, ut ſunt Orphei ad Muſæum initia, ſive hymni. indigitamenta autem ab *indigitare*, indicare.

*Indigitanto: imprecanto.*] Ab *indico*, *indicito* indigito, ad digitum oſtendo, voco, nomino, nomen laudo, unde etiam *indigito*, imprecor, invoco. Macrob. lib. I. Sat. cap. 17. *Namque virgines Veſtales ita indigitant, Apollo medice, Apollo paean.*

*Indigetes.*] Qui ex hominibus in Deorum numerum relati ſimul cum iis invocantur. *Indigitare* enim eſt invocare. Aliter tamen Feſtus, aliter & alii qui ſic dictos volunt Indigetes quod nihil indigeant, vel quod in diis agant. Sed omnino *Indigetes* ſunt χθόνιοι, ἐγχώριοι. ab *indu* & *ago*, *indiges*. ut ab *indu* & *geno*, *indigena* αὐθιγενής qui ibi genitus eſt. Dii Indigetes ſunt *Dii Topici*. Aliud etymon etiam cogitavit eruditiſſ. Salmaſius. *Dicare*, inquit eſt ἱερῶσαι unde *indicare* idem quod *dicare*, ut *coquere*, *incoquere*: *ſepire*, *inſepire*. & ſimilia ſexcenta. ab *indico* quod eſt ἱερῶ, verbum *indices*, *indicetis*, ὁ ἀφιερωθείς. inter Deos ſcilicet conſecratus. qui poſtea dictus eſt *Indiges*. Veteres certe *Indices* dixerunt, non *indiges*. Nam & *Cabino* dicebant pro *Gabino* ut *lece* pro *lege*, &c. Hinc *indigitare* diminutivum pro *indicitare* ab *indico*, quod eſt invocare & imprecari. Nam & ſupra in verbis Feſti pro *indigitanto* in optimo libro ſcriptum *indiganto* ab *indigitare* dicta *indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία, libri qui dedicationum ritus continebant, & Deorum Dearumque nomina atque hominum in Deos receptorum. Sane Grammatici veteres in eo conſentiunt Indigetes dici qui ex hominibus Dii erant facti. Arnob. *Indigetes dicitis atque Divos. Indicetes* igitur ſive *Indigetes* proprie fuere homines conſecrati & dicati. *Dacerius.*

*Indoles.*] Incrementum ſignificat primigenia notione. Ut apud Gellium mendi indoles. Olere enim, creſcere. ſignificat & ſpem, quam ex vultu colligimus virtutis futuræ in pueris. quæ vocatur χαρακτὴρ à Græcis. ut ab Euripide dictum, ὡς δεινὸς ὁ εὐγενείας χαρακτήρ. Gloſſæ: *Indoles*, καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ. *Joſ. Scaliger.*

*Indoles.*] Ab *indu* in & *oleo*, creſco. indoles proprie incrementum, unde mendi indoles apud Gellium.

*Induſtria.*] Indoles eſt induſtria illa quæ in pueris virtutis futuræ ſpem facit, unde in Gloſſ. *indoles* καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ *pulcra ſpes in puero.* Et Servius ad illud 10. Æneid.

*Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum.*

*Indoles*, inquit, *proprie imago quadam virtutis futuræ.* quare χαρακτὴρ Græcis dicitur. Euripid. ὡς δεινὸς ὁ εὐγενείας χαρακτήρ.

*Induſtrium.*] Proprie laborioſum, qui ſemper aliquid ſtruit, id eſt agit: & *induſtria*, labor. Cato contra Thermum: *Ego jam à principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro Sabino, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis atque conſerendis. Dacerius.*

*Inebra.*] Iſidorus lib. 12. cap. 7. *Inhiba.* Gloſſar. *Enibra*, ἐναντία. *Ful. Urſinus.*

*Inebra.*] *Inebra*, ὄρνεον μαντευτικόν. Vide ſupra Enebra. *Joſ. Scaliger.*

*Inebra.*] Gloſſ. inebra, ὄρνεον μαντευτικόν. avis auguralis. Servius: *Certa genera avium ab auguribus appellantur quæ pennis vel volatu omina poſſunt facere, quæ ſi fuerint proſpera prapetes, ſi adverſa inebra dicuntur.* Vide *enebra.*

*Inebr*

Digitized by Google

Ineopte, eo ipſo.

Inermat, armis ſpoliat.

Iners, ignavus, vel ſine arte.

Infectores, qui alienum colorem in lanam conjiciunt. offectores, qui proprio colori novum efficiunt.

Inferiæ ſacrificia, quæ diis manibus inferebant.

Inferium vinum, id quod in ſacrificando infra pateræ labrum ponebatur.

Infibulati ſacrificabant flamines propter uſum æris antiquiſſimum æreis fibulis.

Infindere, intercipere, interponere.

Infit, incipit, ſed diverſæ ſignificationis eſt ab eo, quod eſt fit. nam infit agentis: fit autem patientis eſt.

Infiteri, non fateri.

Infitiari, creditum fraudare.

Infra claſſem ſignificatur, qui minore ſumma, quam centum & viginti millium æris cenſi ſunt.

## Notæ.

*Ineopte.* ] Lege: *in eopte, in eo ipſo.*

*Inermat.* ] Inde *inermis* & *inermus* qui ſine armis. *Dacerius.*

*Iners.* ] Lucill. *Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.* Citatur in fragmentis Servii. Ab eo *inertitudo* formarunt veteres. quam ἀδρανίαν vertunt Græci, hoc eſt ignaviam, ut inertem, ἀδρανῆ. *Joſ. Scaliger.*

*Iners.* ] Qui nullas artes tractat. Servius 4. Æneid. *Nam iners, inquit, proprie quid ſit Lucilius declarat.*

*Ut perhibetur iners ars in quo non erit ulla.*

*Dacerius.*

*Infector.* ] *Infector*, βαφεύς. *Infecti*, ἀναπεφυρμένοι. *Joſ. Scaliger.*

*Infectores.* ] Plaut. Aulul.

*Cum incedunt infectores crocotarii.*

Pro *efficiunt*, lege: *officiunt*. Et ita viri docti.

*Inferia.* ] Idem *Inferilia*, hoc eſt, καταχθόνια, εἰσφορήματα. Gloſſæ. *Joſ. Scalger.*

*Inferiæ.* ] Sacra quæ Diis Manibus, qui inferi dicti ſunt, ſolvebantur. Græci vocant χοάς.

*Inferium vinum.* ] Idem quod *Calpar*. Vinum quod totius vindemiæ nomine Jovi libabatur ut is eo eſſet contentus. Libandi formula: *Jupiter macte hoc vino inferio eſto.* Quæ ni adhibita fuiſſet, vinum omne uſibus humanis eripiebatur Jovique ſacrum fiebat. Quem ritum Arnobius contra gentes lib. 7. ſic aperte declarat ex auctoritate Trebatii: *Opera pretium, inquit, eſt etiam verba ipſa depromere, quibus cum vinum datur, uti ac ſupplicare conſuetudo eſt. Mactus hoc vino inferio eſto. Inferio, inquit Trebatius, verbum ea cauſſa eſt additum eaque ratione profertur ne vinum omne omninò quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus quod effunditur promptum eſt, eſſe ſacrum incipiat & ex uſibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, ſolum erit quod inferetur, ſacrum, nec religione obligabitur ceterum.* Vide *Calpar.*

*Infibulati.* ] Fibulis veſtes ſubnexi. *Dacerius.*

*Infindere.* ] Gloſſarium: *Infendere*, ἐπιτεῖναι, ἐνκαλαματίσαι. Lege, *Infindere*. Metaphora à ſurculis, qui infiſſis truncis arborum inſeruntur. Quod eleganter vertitur, ἐνκαλαματίσαι. κλῆμα, ſurculus, ſarmentum. *Joſ. Scaliger.*

*Infindere.* ] *Infindere, intercipere.* Lego: *interſipere.* Id eſt, *interjicere.* *Dacerius.*

*Infit, incipit.* ] Infit, inquit, magis proprie dicitur. *Ant. Augustinus.*

*Infit.* ] Ἄρχει λέγειν, ἐπιγίνεται, ἄρχεται. *Inſe*, ἄρξαι. *Joſ. Scaliger.*

*Infit.* ] Gloſſ. *infit*, ἄρχεται. Sæpe Lucret. & Virg. *Ita farier infit.* Infit etiam κατ' ἔλλειψιν pro fari incipit. Gloſſ. *infit*, ἄρχει λέγειν. Eſt autem à verbo ſubſtantivo *fio*, quod à φύω, unde antiquum *fuo*, ſum.

*Infitiari.* ] Infitiari creditum negare. Varr. *Qui petebat & qui infitiabatur.* Sed *infitiare* etiam veteres dixere. *Sei infitiat, duplionem ſubeito.* *Dacerius.*

*Infra claſſem.* ] Non dubium eſt, quin loquatur de claſſe prima, in qua cenſebantur ii, qui centum millia æris, aut ſupra eam ſummam poſſidebant. ex Dionyſ. & Livio. Plinius tamen ex. niſi mendoſus liber ſit, ſcripſit lib. 33. cap. 3. Aſconius centum millia ſeſtertiorum lib. 3. in Verrem. Gellius 125. millia æris lib. 7. cap. 13. Feſtus 120. Hæc ita varie traduntur, vel quia immutata eſt æſtimatio; vel quia numerorum notas librarii varie interpretati ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Infra claſſem.* ] De prima claſſe hic Feſtus loquitur in qua cenſebantur ii qui centum viginti millia, vel



Digitized by Google

Infrequens appellabatur miles, qui abeſt, adfuitve à ſignis.

Infulæ ſunt flamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templaque velabant.

Ingens dicitur augendi conſuetudine, ut inclamare, invocare. quia enim gens populi eſt magnitudo, ingentem per compoſitionem dicimus, quod ſignificat valde magnum.

Ingluvies à gula dicta. hinc & ingluvioſus, & glutto, gulo, gumia, guttur, guttus, gutturioſus, & curculio.

Inhibere, jungere, ſed melius cohibere.

Inigere pecus, agere, id eſt minare.

Iniit ponitur interdum pro concubuit. Interdum pro invenit, ut Iniit rationem. Interdum pro introiit, ut Plautus: Iniit te umquam febris.

In inſula Æſculapio facta ædes fuit, quod ægroti à medicis aqua maxime ſuſtententur. ejuſdem eſſe tutelæ draconem, quod vigilantiſſimum ſit animal, quæ res ad

## NOTÆ.

vel, ut habet Gellius centum viginti quinque millia æris poſſidebant.

*Infrequens.*] Plaut. Trucul.

*Pro infrequente eum mittat militiâ domum.*

Inde eleganter Horat. Od. 34. l. 1.

*Parcus Deorum cultor & infrequens.*

*Inſula.*] Infula eſt alba faſcia lanea, penſilibus ex ea utroque latere vittis albis laneis, percingens caput Flaminum, hoſtiarum, pacem poſcentium, rogantium veniam, diadematis ſpecie, templorumque ambitum ſuccingens. Varr. 4. *Infulas dictas apparet in hoſtiis, quod velamenta è lana quæ adduntur, infula, intra hoſtiarum cornua velamenta erant.* Infularum autem nomen Latinum eſt. Nam *infilare* ſive *infulare* veteres dicebant, amicire, velare, ut contra exuere, *exſilare* vel *exſulare*. Et *exinſulare* ſupra Feſtus: *exinſulabat, exerebat.* In fine notabis *velabant* pro *velabantur.*

*Ingens.*] Ab *in* epitatico & *gens*, quaſi quod in Gentem ſufficiat. Sed potius *ingens* quaſi *incens*. Ab *in privativo* & *cenſeo*. Quod tantum ſit ut cenſeri non poſſit. Et plus eſſe *ingens* quam magnum indicat locus Terent. Eunuch.

*Magnas vero agere gratias Thaïs mihi,*
*Ingentes.*

Quem Cicero adducens in Lælio; *Satis erat,* inquit, *reſpondere magnas, ingentes inquit. Semper auget aſſentatio id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. Dacerius.*

*Ingluvies.*] Lego, *guttur, gluttus.* Gloſſarium, *Gluttus,* βρόγχος. Perſius:

*Nec glutto ſorbere ſalivam mercurialem.*

*Joſ. Scaliger.*

*Ingluvies.*] Voracitas. ἀδηφαγίαν Græci vocant, à *gula*, quaſi *ingulu vies*. Unde *gulo, gluttus, glutto, guttur, gutturioſus.* *Gumia* vero non à *gula*, ut vult Feſtus, ſed à Græco γόμος quod ſignificat πλήρωμα τῆς νεὼς, ἕρμα, Saburram Latini vocant, quique ſe cibo nimis ingurgitarent, ita dicti ab eo, ut & apud Plautum ſaturæ mulieres à *ſaburrâ*, *ſaburratæ* vocantur. In verbis Feſti pro *guttus*, lege *gluttus*. Pars colli qua cibus tranſmittitur, Græcis βρόγχος. Et ita Scaliger.

*Curculio.*] Pro Gurgulio, nam *G.* & *C.* facile permutantur. Gurgulio autem gulam ſignificat quaſi *gurges gula*, ſed perperam in voce Græca Latinum etymon rimatur, eſt enim *gurgulio* à Græco γαργαρεὼν *αα* in *uu* & *r* in *l* mutatis. *Dacerius.*

*Inhibere.*] Viden. Cicero lib. 13. ad Atticum. *Ant. Auguſtinus.*

*Inhibere.*] Puto legendum, *inigere*, non jungere. *Joſ. Scaliger.*

*Inhibere.*] Retinere, retrahere ab incepto operé vel curſu. Inhibere navem eſt contraria remorum percuſſione ejus impetum non ſolum retardare, ſed alio avertere. Cicero ad Atticum 13. *Inhibere illud tuum quod valde arriſerat, vehementer diſplicet, eſt enim verbum totum nauticum, quamquam id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos cum inhibere eſſent remiges juſſi, id non eſſe ejuſmodi didici heri, dum ad villam noſtram navis appelleretur, non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant.* In verbis Feſti pro *jungere* Scaliger legendum ſuſpicatur *inigere* cui contrarium *exigere*, i. pecudes è ſtabulis educere. Alii *injungere*. Sic *inhibere imperium* apud Plautum in Bacchid. & Stich. Apud Livium lib. 3. & lib. 33.

*Inigere.*] Varro de re Ruſt cap. 2. l. 1. *In nutricatu cum parere cœperunt, inigunt in ſtabula ea quæ habent ad eam rem ſecluſa.* Pro *inigere* veteres ſcribebant *inicere*. Varr. *Carpentum iniceret.*

*Iniit.*] *Inire* interdum obſcænum verbum eſt. Unde *Inuus* & *inivus* Fan dictus qui Græce ἐφιάλτης. Inire rationem, conſilium, eſt deliberare, conſtituere qua ratione hoc vel illud fieri poſſit.

*In inſula.*] Tyberinam inſulam intellige quam Tyberis fluvius ambit, nam & eam *Æſculapii inſulam*

Digitized by Google

tuendam valetudinem ægroti maxime apta eſt. canes adhibentur ejus templo, quod is uberibus canis ſit nutritus. bacillum habet nodoſum, quod difficultatem ſignificat artis. laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum ſit remediorum. huic gallinæ immolabantur.

Initium eſt principium; ſed alias quo quid incipiat, ut viæ Appiæ porta Capena; alias ex quo quid conſtet, ut aqua, terra, aër.

Injuges boves, qui ſub jugo non fuerint.

Injurium, perjurium.

Inlaqueatum, alii pro vincto utuntur, alii pro ſoluto.

Inlex producta ſequenti ſyllaba ſignificat, qui legi non paret. Inlex correpta ſequenti ſyllaba ſignificat inductorem ab inliciendo. Plautus: Eſca eſt meretrix, lectus inlex.

Inlices canales, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis ab eliciendo dicti.

Inlicitator emptor.

Inlicium dicitur, cum populus ad concionem elicitur, id eſt vocatur. unde colliciæ tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt.

Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

Inlitterata pars eſt, quæ litteris comprehenſa non eſt.

In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu eſſe volebant intelligi.

Inori minores.

## NOTÆ.

*lam* vocat Sueton. in Claud. cap. 25. Vide Plutarch. in quæſt. Rom. quæſt. 94.

*Quod is uberibus canis.* ] Lactantius lib. de falſa relig. tradit Æſculapium lacte canino nutritum; Chironi traditum; ab ipſo Chirone artem medendi fuiſſe edoctum.

*Huic gallinæ immolabantur.* ] Sic Socrates in Phædone Platonis, ſe gallum debere Æſculapio medico dicit, quod gallus illi mactari conſueverit.

*Initium.* ] *Inire* eſt inchoare. Unde initium proprie quo quid incipit. Ut *via initium.* Ut Græcis ἀρχή. Sed pro quolibet etiam principio ſumitur ut pro elementis, quod ea ſint omnium rerum primordia.

*Injuges.* ] Nondum jugum paſſi. Gloſſ. *Injux bos, nondum jugo junctus.* Sic *hoſtiæ injuges* quæ numquam domitæ ac jugo ſubactæ. Macrob. Vide Nonium *injuges.* *Dacerius.*

*Injurium, perjurium.* ] Malim contra jus, vel injurioſe factum interpretari. injuratus autem eum, qui non juravit, ſignificat. *Ant. Auguſtinus.*

*Injurium, perjurium.* ] Sic injurus, perjurus Plaut. Perſ. 33.

*Impure, inhoneſte, injure, inlex, labes popli.*

*Inlaqueatum.* ] Pro vincto & ſoluto. Nam præpoſitio *in* privativa aliquando, aliquando etiam intenſiva. *Inlaqueatus* tamen ſæpius pro vincto. *Dacerius.*

*Inlex.* ] Plaut. in Aſinar. *Ant. Auguſtinus.*

*Inlex.* ] *Inlex, inlegis*, ſecunda producta, qui eſt ſine lege. Plaut. *inlex, labes popli.* *Inlex, inlicis*, ſecunda correpta, ab inliciendo, qui illicit. Plaut. Aſin. 1. 3.

*Eſca eſt meretrix, lectus illex eſt, amatores aves.*

*Inlicitator.* ] Liceri & licitari eſt licente aliquo ſupra adjicere. *Encherir*; Unde *inlicitator*, emptor. *Dacerius.*

*Inlicium.* ] Cato de re ruſt. *colliciares* habet pro *collicia.* *Ful. Urſinus.*

*Inlicium.* ] Ab *inliciendo*, cum populus inlicitur ad magiſtratus conſpectum. Varr. 5. de L. L. Qui exercitum imperaturus erit Accenſo dicit hoc. *Calpurni voca inlicium omnes Quirites huc ad me. Accenſus dicit ſic: Omnes Quirites inlicium viſite huc ad judices.*

*Collicia.* ] A colliciendo. Plinius *collicias* vocat ſulcos agri aquarios quos *Elices* alibi vocat Feſtus. In fine pro *in vas*, lege, *in vias.*

*In mundo.* ] Plaut. Aſin. 2. 1.

*Aut mihi in mundo ſunt virgæ aut atrienſi Saureæ.*

Idem Pſeud.

*Piſtrinum in mundo ſciebam, ſi id faxem, mihi.*

Sic vulgo dicimus: *Il y a au monde un moulin pour* &c. *Dacerius.*

*Inori.* ] Scribo, *Inori, inores.* Quia ſcilicet, inores uſitatius eſſet, quam inori. Turpilius Demetrio: *In acta cooperta age inoras oſtreas.* *Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

In pelle lanata nova nupta conſidere ſolet, vel propter morem vetuſtum, quia antiquitus homines pellibus erant induti: vel quod teſtetur lanificii officium ſe præſtaturam viro.

In procinctu factum teſtamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus.

Inquilinus, qui eundem colit focum; vel ejuſdem loci cultor.

Inſanum pro valde magnum uſus eſt Plautus.

Inſcitia, ſtultitia.

Inſecta, non ſecta. ſed & aliquotiens ſignificat ſecta.

Inſeptum non ſeptum. ponitur tamen & pro non ædificatum.

Inſeque apud Ennium, dic. Inſexit, dixit.

## NOTÆ.

*Inori minores.*] Scribo, *inori*, *inores*, quia ſcilicet *inores* uſitatius eſſet quàm inori. Scalig. Sed legendum ut libb. vett. *Inori*, *ſine ore*. *Inorum* eſt quod ore caret. Gellius: *animalium inora*, *inauritave*. Turpilius Demetrio: *In acta cooperta age inoras oſtreas*. Gloſſ. *inora*, ἄστομα. *Dacerius.*

*In pelle lanata.*] Servius, qui eſt penes Danielem noſtrum, tantum refert ad confarreationem. *Mos*, inquit, *apud veteres fuit Flamini, ac Flaminicæ, ut per farreationem in nuptiis convenirent, ſellas duas jugatas ovili pelle ſuperinjecta poni ejus ovis, quæ hoſtia fuiſſet: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen, ac Flaminica reſiderent. Joſ. Scaliger.*

*In pelle lanata.*] Servius id tantum ad confarreationem refert lib. 4. Æneid. *Mos*, inquit, *apud veteres fuit Flamini ac Flaminicæ ut per farreationem in nuptiis convenirent. Sellas duas jugatas ovili pelle ſuperinjecta poni ejus ovis quæ hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica reſiderent.* Sed quibuſvis aliis nubentibus morem hunc obſervatum fuiſſe fidem facit hic Feſti locus. Id autem ea cauſſa factum eſſe arbitror ut eo ſe nova nupta lanificio intentam fore ſignificaret, nam apud antiquos matronis maxima cura circa lanificium fuit, ut paſſim videre eſt unde illud in epitaphio veteri: *Domum ſervavit, lanam fecit, dixi, abi.* Sed vide imprimis caput ultimum aurei libelli Salomonis, qui *proverbia* inſcribitur. *Dacerius.*

*In procinctu.*] Gloſſarium: *In procinctu*, ἐν παρατάξει πολέμου εἶναι μετ' ἐσθῆτος ἱππαλικῆς, ἤτοι διατίθεσθαι ἐν παρατάξει πολέμου ἀγράφως. *Joſ. Scaliger.*

*In procinctu.*] In procinctu eſſe dicitur miles cum ad pugnam paratus & accinctus expectat dum ſigna canant. Inde teſtamentum in procinctu factum dicitur cum miles ſtatim pugnaturus, heredem coram commilitonibus nominat, ſine ſcriptis. Utrumque amplectitur Gloſſar. in procinctu, ἐν παρατάξει πολέμου εἶναι μετ' ἐσθῆτος ἱππαλικῆς, ἤτοι διατίθεσθαι ἐν παρατάξει πολέμου ἀγράφως. id eſt. *In ipſo puncto belli eſſe cum paludamento, item inſtructo exercitu & ad bellum parato ſine ſcriptis teſtari.* Vide *procinctam claſſem*.

*Inquilinus.*] Qui in ædibus habitat conductitiis. Ab *in* & *colo*, *incolinus* *c* in *q* & *o* in *i*; *inquilinus* *Dacerius.*

*Inſanum.*] Plaut. in Moſtell. Quoiuſmodi gynæceum? quid porticum? inſanum bonam. *Ant. Auguſtinus.*

*Inſanum.*] Lege cum Lipſio: *Inſanum magnum*, pro *valde magnum*. Nam reſpicit locum Plauti Bacchid.

*Inſanum magnum molior negotium.*

alioqui *inſanum* nihil aliud eſt quam *valde*. Plaut. Moſtell.

*Cujuſmodi Gynaceum? quid porticum? inſanum bonam.*

Sic apud Græcos γεννικόν.

*Inſcitia.*] Stultitia. Sic Plauto *inſcitus* eſt *ſtultus*, Bacchid.

*Quam ſe ad vitam & quos ad mores præcipitem capeſſat.*

*Inſecta.*] Inſectum dicitur & quod ſectum, & quod non ſectum eſt, ut ſupra *inlaqueatus*, & vinctus & ſolutus. *Infractus*, fractus, & non fractus. Vide *proſicium*.

*Inſeptum.*] Optime Salmaſius qui in ſuis ad Spartianum notis legit: *ponitur tamen pro ædificatum.* Nam *inſeptus* etiam pro *ſeptus*, ut *inſectus* pro *ſectus*. *injunctus* pro *junctus*; *inſciens* pro *ſciens* &c. Seneca de Beneficiis l. 4. *Hunc igitur inſeptum ingenti quodam & inexplicabili muro, diviſumque à conſpectu mortalium.* Sæpire autem eſt inædificare; in lege Manilia: *Neve quid ſepito quo minus aqua ſuo itinere ire, fluere poſſit.* Hinc apud Vopiſcum *ſeptiones urbis* pro muris. *Dacerius.*

*Inſeque.*] Videndus A. Gellius lib. 18. cap. 9. *Ful. Urſinus.*

*Inſeque.*] Gloſſarium: *Inſeque*, εἰπέ. Livius Andronicus initio Odyſſeæ: *Inſeque muſa mihi virum verſutum. Joſ. Scaliger.*

*Inſeque.*] *Seco* vel *ſequo*, dico, à Græco ἔπω. Inde compoſitum *inſeco*. Livius Andronicus. *Inſece muſa mihi virum verſutum.* Ex Homerico illo:

Ἄν-

Digitized by Google

Inſeſſores latrones, qui circa vias inſidientur ſedentes.

Inſignes appellantur boves, qui in fœmine, & in pede album habent, quaſi inſigniti.

Inſignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti poteſt.

Inſimulare, crimen in aliquem confingere.

Inſipare injicere. unde fit diſſipare.

Inſipere farinulam jacere pultis: unde diſſipare, obſipare. ut cum ruſtici dicunt obſipa pullis eſcam.

Inſitum ab inſerendo tractum. ſed aliquotiens ſignificat impoſitum.

Inſons, extra culpam. à quo dici morbus quoque exiſtimatur ſonticus, quia perpetuo noceat.

Inſtaurari ab inſtar dictum eſt, cum aliquid ad priſtinam ſimilitudinem, & comparationem reficitur.

Inſtigare, incitare.

Inſuaſum appellabant colorem ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio.

## NOTÆ.

*Ἄνδρα μοὶ ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον.*

Ab *inſeco* etiam teſte Gellio *inſectiones* ſermones dicti, ut à *ſeco ſectiones*. Quæ vox infra apud Feſtum reſtituenda ubi *ſeceſſiones*. Et hanc ſcripturam ex Pauli negligentia ortam olim Merula apud Ennium animadvertit, qui & in fine pro *dixit* ex veteri exemplari reſtituit *dixerit*. Ut à *facio*, *faxo*, id eſt, *fecero*. Sic ab *inſeco*, *inſexo*, id eſt, *dixero*.

*Inſeſſores.*] Inſidiatores, ab inſidendo, *inſidere* eſt doloſe aliquem expectare, unde inſidiæ Græcis dictæ ἐνέδραι.

*Inſignes.*] Inſignis eſt qui aliquo ſigno notatus eſt, & ut in bonam ſic & in malam partem ſumitur, deteriora enim ſignis notari ſolent æque ac meliora, diſcriminis cauſſa ut apud Plautum *inſigniti pueri* dicuntur vitio aliquo notati & deformes, in mil. Glor.

*Tum ne uxor mihi inſignitos pueros pariat poſtea.*

*Inſignitus* etiam aliquando pro eo qui nullo ſigno notatus eſt. Unde in Gloſſario *inſignitum*, ἀσήμαντον.

*Inſimulare.*] Accuſare. Gloſſ. inſimulare, κατηγορεῖν. Plaut. Menæch.

*Male facit ſi iſtuc facit: ſi non facit, tu male facis*
*Qua inſontem inſimules.*

*Inſipare.*] Ab antiquo *ſipare* jacere, eſt *diſſipare* diſpergere, disjicere: *inſipare*, injicere: *obſipare*, objicere. Pro *inſipare*, *inſipere* etiam veteres dixere. Pomponius Atellanarum ſcriptor.

*Facile ut ignis fervat, ligna inſipite, far concidite.*

Varr. lib. 4. de L. L. *Cum aqua fervent inſipitur.* *Dacerius.*

*Inſipere.*] Vide Supat. *Ant. Auguſtinus.*

*Inſipere.*] Lege ut in al. *Inſipere farinulam jacere pullis.*

*Inſitum.*] Ab inſerendo alterum, unde in Gloſſario exponitur ἔμφυτον: alterum ab in & ſitus, a, um, quod à ſino.

*Inſons.*] Sons, nocens, inſons innocens. Auſon. Technopægnio.

*Si bonus eſt inſons, contrarius & malus eſt ſons.*

Vide *ſons.* Inde morbus ſonticus in 12. tab. eſt morbus ſacer, ſive comitialis qui & morbus major. Dictus *ſonticus* vel quod noceat ut vult Feſtus, vel quod cauſſa ſit cur quod agendum erat agere deſiſtimus. Vide *Sonticum morbum.*

*Inſtaurari.*] Ab *inſtar* eſt *inſtaurare*, quaſi *inſtar novare*. Varro. Alii à σταυρῷ palum defigo. *Inſtaurare* autem proprie eſt quæ aut vi dejecta ſunt, aut vetuſtate corruerunt, renovare. Et inde traducitur ad alia omnia quæ innovantur & integrantur.

*Inſtigat.*] Virg. 11.

*—— Variiſque inſtigat vocibus alas.*

*Dacerius.*

*Inſuaſum.*] Vide ſuaſum. *Ant. Auguſtinus.*

*Inſuaſum.*] Gloſſarium: *Inſuaſum*, εἶδος βαμμάτων καπνίζοντος. Lege, εἶδος βαμμάτων καπνιζομένων. Et ſane hoc vult Feſtus, eſſe colorem ſimilem illi, qui eſt in illis trabibus, quas diutinus fumus infecit. *Joſ. Scaliger.*

*Inſuaſum.*] Color ſimilis illi qui eſt in trabibus quas diutinus fumus infecit. Plaut. Trucul. 2. 2.

*Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa palliolam.*

Quem

Inſulæ dictæ proprie, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis; circuituque publico, aut privato cinguntur à ſimilitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus, ac mari eminent, ſuntque in ſalo poſitæ.

Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei poſſunt intelligi. Tempeſtatem enim antiqui pro tempore poſuere.

Intercapedo, tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum.

Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.

Intercutitus, vehementer cutitus, id eſt valde ſtupratus.

Interduatim, & interatim dicebant antiqui, quod nunc interdum, & interim.

Intergerivi parietes dicuntur, qui inter confines ſtruuntur, & quaſi intergeruntur.

Internec[illegible]um teſtamentum eſt, propter quod dominus ejus necatus eſt.

Internectio, vitæ privatio appellatur interfectio. à nece denominato vocabulo.

Interregnum appellatur ſpatium temporis, quouſque in loco mortui alius ordinetur.

Intrahere eſt contumeliam intorquere.

## Notæ.

Quem locum infra Feſtus adducens, legit *ſuaſo*. Illum vide in *ſuaſum*. Mihi magis placet *inſuaſo*. Gloſſ. *inſuaſum* εἶδος δυσχελονχρωματισμένον. Lego: δυσχερῶν κεκαπνισμένων. Vel, ut Scaliger: δυσχερὲς κεκαπνισμένον.

*Inſula.*] Proprie domus ab aliis ſeparatæ. Cicer. Sueton. &c. Improprie autem quælibet domus & ſi cum aliis conjunctæ etiam inſulæ vocabantur. Et hoc intellexit Feſtus cum dixit *proprie*.

*Intempeſtam noctem.*] Varro lib. 6. de L. L. *Intempeſta nox dicta ab tempeſtate, tempeſtas ab tempore. Intempeſta nox quo tempore nil agitur. Attius in Bruto:*

*Nocte intempeſta noſtram devenit domum.*

Servius 3. Æneid. *Intempeſta dicta eſt nox media, intempeſtiva inactuoſa, carens actibus, per quod tempora dignoſcimus. Ait enim Lucretius quod per ſe tempus non intelligitur niſi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret.* Græci tamen noctem intempeſtam dixerunt ἀμολγὸν νύκτα, ἐν ἀμολγῷ τῆς νυκτὸς, quia tunc mulgent.

*Intercapedo.*] Quod inter duo temporis ſpatia intercipitur. Gloſſ. intercapedo διάστημα χρόνου.

*Inter cutem flagitatos.*] Hos Cato dixit *intercutibus ſtupris obſtinatos, inſignibus probris flagitatos.* Flagitare verbum obſcœnum eſt. Apuleius: *Nudatum ſupinatumque in ventrem execrandis uredinibus flagitabant.* Unico verbo *intercutiti* dicebantur ut infra. Item & *internuculi.* Omne enim medium *nucleum* vocabant veteres ut eſt apud Vitruvium.

*Interduatim.*] Ab *interduatim* & *interatim*, *interdum* & *interim* dici judicat Feſtus. *Interduatim* apud Plautum reſtituit *Scoppius*, Trucul. 4. 4.

*Id quoque interduatim nomen commemorabitur.*

Libri impreſſi: *interim futatim.* Sed de hoc alibi. *Dacerius.*

*Intergerius.*] Gloſſar. *Intergerios.* *Ful. Urſinus.*

*Intergerivi.*] Ego mallem ſcribere per duo rr. Eſt enim à *Gerris*, hoc eſt cratibus. Unde & Concratitii parietes aliquando dicuntur. Gloſſarium: *Intergeries paries*, τοῖχος ὁ δύο κτήσεις διορίζων. *Joſ. Scaliger.*

*Intergerivi parietes.*] Qui inter duas habitationes intergeruntur, interponuntur, ut eas ſeparent. Ab *intergerendo* dicti non autem à *gerris* id eſt cratibus, ut putavit Scaliger, qui & ideo legebat *intergerrini*. Intergerivus paries unica voce dicebatur *intergerium* & *intergeries*. Gloſſ. ὁ τοῖχος δύο κτήσεις διορίζων. *Dacerius.*

*Internecivum.*] Scribi debet *internecinum*, nam Græci Ἰντερνέκινον. *Ful. Urſinus.*

*Internecivum teſtamentum.*] Internecivum ſive *internecinum*. Nam utroque modo ſcribitur, teſtamentum exitioſum quod mortem domino peperit. Sic *internecivum bellum* Ciceroni Livio & *A.* quod non ſervitutem ſed mortem victis parit. At internecinum teſtamentum in jure Civili eſt falſum teſtamentum propter quod homo occiſus, unde internecini actio quæ ab Iſidoro vocatur *internecidii à voce internecida. Internecida*, inquit ille, *eſt qui falſum teſtamentum facit & ob id hominem occidit.* Item: *Internecidii judicium in eum dabatur qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat. Accuſatorem ejus bonorum poſſeſſio ſequebatur.* Et hic forſan Feſtus reſpexit. *Dacerius.*

*Internectio.*] Verbum *interfectio* videtur adjectum. *Ful. Urſinus.*

*Internectio.*] Eliſo *t internecio*. Et plus ſonat quam *necio* ſive *nex*. *Inter* enim interdum auget. Sic *interire* plus eſt quam *perire*.

*Intrahere.*] In contumeliam ſive etiam in laquea, in inſidias trahere.

*Invulvus.*]

Involvus vermiculi genus, qui ſe involvit pampino.

Jo v i s t æ compoſitum à Jove, & juſtæ.

I p s i p e, ipſi neque alii.

Ipſullices bracteæ in virilem, muliebremque ſpeciem expreſſæ.

I r a c u n d i a dicta, quod iram incendat.

Ircei genus farciminis in ſacrificiis.

Ircens, genus farciminis.

Irnella, vaſis genus in ſacris.

Irpices genus raſtrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris.

Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites. eum enim ducem ſecuti agros occupavere.

## N o t æ.

*Involvus.* ] Bene viri dicti, *involvulus.* Plaut. Ciſt. 4. 2.

> *Imitatur nequam beſtiam & damnificam. Quamnam amabo?*
>
> *Involvolum, quæ in pampini folio intorta implicat ſe.*

Catoni & Columellæ *convolvolus* dicitur. *Dacerius.*

*Joviſtæ.* ] Locus mendoſus. *Ant. Auguſtinus.*

*Joviſtæ.* ] Putarem legendum jovs esto. quia ita legitur in veteribus legibus. Habeo & fragmenta quarundam, in quibus ita ſemper exaratum legitur. Sed cum ipſe compoſitum eſſe dicat, hæ vero ſint duæ voces, non poteſt legi, jovs esto. Quid ſit ergo, quæramus. *Joſ. Scaliger.*

*Joviſta.* ] Scribendum *jos ipſe compoſitum à jos & ipſe.* Gloſſ. *Jos, ipſe αὐτός.* Antiqui autem *jos* dicebant pro is. Lipſius quæſt. lib. 3. ep. 20. Meurſius autem exiſtimat Pauli hoc additamentum eſſe. Eſt enim vox ævi illius barbari quo vixit, & *Joviſtæ* dicebantur qui ſub Jove nati eſſent. Neque ideo eam interpretatur, quod tum nimis nota eſſet. Sed valde ſe ridendum propinat cum compoſitam dicat & tam ineptum etymon quærat. Ita Meurſius cui minus aſſentior. *Dacerius.*

*Ipſipe.* ] Forte *ipſipte.* Gloſſar. Ipſipte, αὐτός. Cato mihipte poſuit, pro mihi ipſi. Sic fortaſſe *ipſipti* hic, pro *ipſimet.* Vide in *Ineopte.* *Ful. Urſinus.*

*Ipſipe.* ] Gloſſarii auctor non bene legit, unde unde accepit. *Ipſipti, αὐτοί.* Legendum enim, Ipſipe. Sed & *ipſipte* poteſt legi. Ita enim vitoſe ut pronunciabant, & ſcribebant veteres. Unde Claudius imperator multavit Senatorem, qui isse, pro ipse dixerat. *Joſ. Scaliger.*

*Ipſipe.* ] Ipſipte ut *ſuopte, mihipte, &c.* Forte etiam legendum *ipſipſi*, ut apud Plaut. alicubi *ipſipſus eſt.* *Dacerius.*

*Ipſullices.* ] Alibi monemus legendum Ipſiplices. Cujus ſententiæ adhuc me non pœnitet. Gloſſarium: *Ipſiplices, αὐτόπτυκτα φύλλα.* *Joſ. Scaliger.*

*Ipſullices.* ] Et ipſillices. Lamellæ neceſſariæ ſacrificiis, quæque ad rem divinam dicuntur maximo conferre. Alio nomine *ſubſilles* dictæ. Vide *ſubſilles.* Doctiſſimus Voſſius ſuſpicatur imagunculas fuiſſe queis magi in amatoriis ſacrificiis utebantur, ut eum quem referebant, in amorem pellicerent. Ab *ipſe* & *illix.* Peſſime autem Scaliger qui legebat *ipſiplices.* Nam omnino aliud ſunt ipſiplices nempe *αὐτόπλυκτα φύλλα, per ſe plicata folia.*

*Iracundia.* ] Ab *ira* & veteri *cando*, unde *incendo* ita Feſtus. Male *iracundus* ab *iratum*, ut à *fatum facundus*, à *veritum verecundus.* *Dacerius.*

*Irceï.* ] Imo *Ircens*, ut infra. Neque iterum ponendum erat. *Joſ. Scaliger.*

*Ircei.* ] Ab *hircus, hirceus* ſive *irceus*, genus farciminis ex hircino ſanguine.

*Ircens.* ] Male Scaliger. Lege *irceus.*

*Irnella.* ] Diminutivum ab *hirnea* quod eſt vinarii vaſis genus. *Dacerius.*

*Irpices.* ] Viden. Varro lib. iv. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Irpices.* ] Servius Danielis, in illud, vimineasque trahit cratis. *Ad agrorum*, inquit, *ſcilicet exæquationem, quam Irpicem ruſtici vocant.* Vide Conjectanea noſtra. *Joſ. Scaliger.*

*Irpices.* ] Cato vocat *urpices*, ſive *hurpices*, eſt autem à Græco ἅρπαξ, ἁρπαγὴ, quia herbas ἁρπάζει, rapit. Euripid.

> *Σαίρειν σιδηρῷ τῷδέ μ' ἁρπαγῇ δόμους:*
>
> *Verrere ſidereo hocce irpice domos.*

Male Varro à *ſerpendo.* lib. 4. de L.L. *Irpices regula cum pluribus dentibus quam itidem ut plauſtrum boves trahunt, ut eruant quæ in terra ſunt,* (bene Scaliger *ſerpunt*,) *ſirpices, poſtea ſ detrita à quibuſdam dicti.* *Dacerius.*

*Irpini.* ] Videndus Strabo in fine lib. 5. *Ful. Urſinus.*

*Irpini.* ] Gens Samnitium, à Lupo coloniæ ductore: nam lupum *Irpum* dicunt, Servius 9. Æneid. *Lupi Sabinorum lingua irpi vocantur.* Strab. lib. 5.



Digitized by Google

Irquitallus puer, qui primo virilitatem ſuam experitur.

Ita caſtor, ita mehercules. ut ſubaudiatur juvet.

Italia dicta, quod magnos Italos, hoc eſt, boves habeat. vituli etenim Itali ſunt dicti. Italia ab Italo rege, eadem ab Attelido. . . . . appellata.

Itonida Minerva à loco ſic appellata.

Jubar ſtella, quam Græci appellant φωσφόρον vel ἕσπερον, hoc eſt lucifer, quod ſplendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis.

Jubere ponebatur pro dicere, quod valet interdum pro decernere: ut Populus juſſit.

## Notæ.

Ἑξῆς δ' εἰσὶν, Ἱρπῖνοι κ' αὐτοὶ Σαυνῖται, τοὔνομα δ' ἔσχον ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου λύκου τῆς ἀποικίας. ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον. id eſt *Deinceps ſequuntur Hirpini ipſi quoque Samnitæ. Nomen iis à lupo coloniæ ductore quem hirpum Samnites appellant.* Sed è Græcia mutuati ſunt vocem irpum Samnites. ἅρπος enim vox antiqua Græca quæ lupum ſignificabat à rapacitate nam ἁρπάζω *rapio* inde & ἅρπη milvus avis rapax Latinis *Hirpus* ut ἅρπαξ, *hirpex*, ita & Samnites vocarunt. Salm. in Solin. Nota interim lupum coloniæ ductorem. Sic Battum corvus duxit in Lybiam. Sic alios multos qua *volucres* qua *feræ*. *Dacerius.*

*Irquitallus.*] Vide Hirquitalli. *Ant. Auguſtinus.*

*Irquitallus.*] Vide *hirquitallire.*

*Ita caſtor.*] Lege ut alii: *Ita me Caſtor*, &c. *Dacerius.*

*Italia.*] Licet à vitulis, vel ab Italo rege multi dicant Italiam eſſe appellatam, de Attelido nihil aliud accepi. Thucyd. lib. 6. Varro lib. 1. 1. cap. 5. de re ruſt. Columel. lib. 6. in prin. Verg. lib. 1. Æn. Dionyſ. lib. 1. Antiq. Gell. lib. 11. cap. 1. Apollodorus in Bibliotheca. Step. de Urbibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Italia.*] *Ab Attelido.* Puto diſtinguendum, ab *Atte Lydo. quaſi Attalia.* Sane ἄτης eſt nomen Lydium, & Phrygium. Lydos vero in Italiam veniſſe, nemo dubitat. Quin & Strabonem nobiſcum facere poſtea deprehendimus. lib. 5. οἱ Τυῤῥηνοὶ τοίνυν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἰτέσκοι, καὶ τύσκοι προσαγορεύονται. οἱ δ' Ἕλληνες οὕτως ὠνόμασαν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνοῦ τοῦ Ἄτυος, ὥς φασι, τοῦ στείλαντος ἐκ Λυδίας ἀποίκους δεῦρο. Vide cætera. Vide Herodotum lib. 1. item Dionyſium Halicar. lib. 1. *Joſ. Scaliger.*

*Italia.*] Primam Feſti ſententiam confirmat Gellius lib. 11. cap. 1. *Timæus in hiſtoriis quas oratione Græca de rebus pop. Rom. compoſuit, & M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum, terram Italiam de Græco vocabulo appellatam ſcripſerunt, quoniam boves Græca veteri lingua ἰταλοὶ vocitati ſunt.* Idem & apud Varronem legas de re ruſt. lib. 2. cap. 5. *Græcia enim antiqua ut ſcribit Timæus, tauros vocabat ἰταλοὺς. à quorum pulchritudine & fœtu vitulorum Italiam dixerunt.* Secundam de Italo rege ſecuti Thucydides, Antonius Syracuſanus, Hyginus. Quorum primus eum Siculum dicit, alter Oenotrium. Hyginus Ulyſſis ex Telegono nepotem. Infra *ab Attelido.* Sic optime diſtinguendum monuit Scaliger: *ab Atte Lydo.* Sane ἄτης eſt nomen Lydium & fuit Ἄτης vel Attys Manis Lydiæ regis filius: ſed hæc omnia meræ nugæ. Et optime Doctiſſ. Bochartus qui poſtquam probavit Italiæ littora Phœnicibus fuiſſe cognita, priſcam Italiam nihil aliud fuiſſe quam Brutiorum agrum cum parte Lucaniæ, Brutiorumque agrum pice abundaſſe, tandem apertiſſime demonſtravit Italiam dictam ab Hebræo, *itar*, id eſt, *pix*: *itaria* quaſi dixeris *picearia regio.* Græci mollito ſono *Italiam* dixere. Nam R. & L. facile commutantur. *Itar* pix alio nomine Hebræis doctoribus *calab* dicitur à quo vicinæ Brutiis Calabriæ nomen quæ & ipſa pinu & picea aliiſque arboribus piciferis eſt valde ferax, unde & eadem Græce πευκετία. *Peucetia* dicta ἀπὸ τῶν πευκῶν à piceis arboribus.

*Itonida.*] Lege *Itonis* vel *Itonia.* Callim. in Cererem.

> ἦλθον Ἰτωνιάδος μὲν Ἀθηναίας ἐπ' ἄεθλα
> Ὀρμενίδαι καλέοντες.
>
> *Venerunt ipſum ad Itoniadis Minervæ certamen*
> *Ormenidæ vocaturi.*

Ubi Schol. Ἴτων πόλις Θεσσαλίας, ἔνθα τιμᾶται Ἀθηνᾶ. *Iton urbs Theſſaliæ ubi colitur Minerva.* Imo etiam & *Itonia* recte legi poteſt: ſic *caſſida* & *caſſis*; *chlamyda* & *chlamys*; *Tritonida* & *Tritonis*; *Colchida*, *Colchis*; *Elida*, *Elis*: & ſexcenta alia.

*Jubar.* Varr. lib. 6. de L. L. *Jubar dicitur ſtella lucifer quæ in ſummo habet diffuſum lumen, ut Leo in capite jubam.* Sed recte de veſpero etiam *jubar* dici monuit Feſtus. Calvus in Epithalamio:

> *Heſperium ante jubar quatiens.*

Stellam jubatam vocat Varro. Et Callimach. alludens ἄλλος ἐθείρας ἕσπερος, qui locus male ab interprete acceptus eſt dum vertit. *Salubris capillis veſper.* ἄλλος ἐθείρας dixit Callimach. quod alii ἀλλοτέθειρος unica voce ἀλόθριξ, *criſpus.*

*Jubere.*] Hoc verbo populus Rom. utebatur cum legem aut aliud rogatus à magiſtratu hoc modo, *velitis*

Jubilare eſt ruſtica voce inclamare.

Jugarius vicus dicitur Romæ quia ibi fuerat ara Junonis Jugæ, quam putabant matrimonia jungere.

Juge auſpicium eſt, cum junctum jumentum ſtercus fecit.

Jugere milvi dicuntur, cum vocem emittunt.

Juges ejuſdem jugi, pares. undes conjuges, & ſejuges.

Jugula ſtella orion, quod amplior ſit ceteris, quaſi nux juglandis.

Jugum, ſub quo victi tranſibant, hoc modo fiebant: fixis duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia. ſub iis victos diſcinctos tranſire cogebant.

## NOTÆ.

*litis jubeatis Quirites.* Ita reſpondebat ſi rogationem probaret: *Volumus jubemuſque. Jubere* aliquando pro *hortari*: ut *jubeo te valere.* &c. *Dacerius.*

*Jubilare.*] Ruſticorum plane verbum, ut & ipſe dicit. Attius in Chryſippo: *Io buco, quis me jubilat? Vicinus Atus antiquus.* Prius enim *jobilare.* Nam Io, ruſticorum ἐπίφθεγμα. Ut in Attellana, *Io venit ſimus & villa. Joſ. Scaliger.*

*Jubilare.*] Ruſtici *jubilare* dicuntur cum clamant, urbani *quiritare.* Varr. lib. 5. de L. L. *Ut quiritare urbanorum, ſic jubilare ruſticorum.* Et ibidem adducit locum Chryſippi: *Io buco quis me jubilat? Vicinus Atys antiquus.* Prout hunc locum emendavit Scaliger; pro *jubilare* prius dicebant *jobilare*; nam *Io* ruſticorum ἐπίφθεγμα, ut in Atellana: *Io venit Simus & villa.* In gloſſis Græco-Lat. Ejulatus, jubilatus: κραυγὴ ἀγροίκων, *Clamor ruſticorum.* Et in Gloſſario Quiritans ἐπιβοώμενος, *clamans.*

*Jugarius vicus.*] Pub. Victor in octava regione urbis: *Vicus jugarius idem & thurarius ubi ſunt ara Opis & Cereris cum ſigno Vertumni.* Ubi nulla mentio aræ Junonis. Quidam jugarium dictum ſcribunt ab ara juga quod ad eam nubentes veteri ritu vinculis juncti fuerint. *Dacerius.*

*Juge.*] Cicero II. de Divinatione: *Huic ſimile eſt, quod nos Augures præcipimus, ne juge auſpicium obveniat. ut jumenta jubeant disjungere.* Servii fragmenta in illud: — primum omen equos in gramine vidi: *Multi de libris Augurum tractum tradunt. Jugetis enim, quod ex junctis jumentis fiat. obſervatur enim, ne prodituro magiſtratui disjunctis bubus plauſtrum obviam veniat.* & infra: *Cum autem dicit* JUGO, *veram ſignificationem Jugetis facit. Joſ. Scaliger.*

*Juge.*] Peſſime hunc locum tractavit Schegkius. Auſpicato viam, aut aliud agenti jumentum alteri jumento vinctum, ſi ſtercus faceret ex Augurum ritibus vitiabat auſpicium, quod non faciebat ab alio ſejunctum. Ideoque ne tale auſpicium obveniret, jubebant disjungere. Cicero 2. de Divinat. *Si quando rem agere ellet, ne impediretur auſpiciis, operta lorica ſe iter facere. Huic ſimile eſt quod nos Augures præcipimus, ne juge auſpicium eveniat, ut jumenta jubeant disjungere.* Tamen Servius ad illud Virgil. 3. Æneid. *Quatuor hic primum omen equos in gramine vidi. Multi,* inquit, *de libris Augurum tradunt: juge id enim dicitur augurium quod ex junctis jumentis fiat. Obſervatur enim ne prodituro magiſtratui disjunctis bobus plauſtrum obviam veniat.* Et paulo poſt: *Cum autem dicit jugo veram ſignificationem jugetis facit.* Quæ paulo diverſa ſunt. Sed mihi ſuſpicio eſt è Servio aliquid excidiſſe, forte ſcriptum fuerat, *ne prodituro magiſtratui niſi disjunctis bobus.* &c. porro eo alluſiſſe videtur auctor Gloſſarii cum ſcripſit *jugites,* συνεζευγμένοι. *Dacerius.*

*Jugere.*] Gloſſarium: *Jugit,* ἰκτῖν βοᾷ. Ita enim legendum Varro Seſquiulyxe: *Jugere volitans milvos aquam è nubibus tortam indicat fore, ut tegillum ſibi paſtor ſumat.* Vide in Conjectaneis. *Joſ. Scaliger.*

*Jugere.*] Gloſſæ Iſidori: *jugit milvus cum vocem emittit.*

*Juges.*] Inde adjectiva *conjuges, ſejuges, injuges.* Apuleius: *quinque conjuges copula, iis ordinata vi[illegible]bus attinentur.* Idem alibi: *Nec iſtud puduit me cum meo famulo, meoque vectore illo equo factum conſervum atque conjugem.* Inde *conjux* de *viro*, ſubaudi *vir.* de *uxore* ſubaudi *uxor.* Gloſſ. Iſidori: *Injux bos, nondum jugo junctus. Dacerius.*

*Jugula.*] Gloſſarium: *Jugula,* ἄστρον ὠρίων, ὁ ῥήτωρ ὥς φησι. Sane Horatius meminit Orionis, non autem jugulæ. Sed legendum: ὁ Ἄττιος ὥς φησι. Varro: *Jugula ſignum eſt, quod Attius appellat Oriona, cum ait: citius Orion pateſit.* Ita nec quidem conſtabit ſua fides illi Gloſſario. Nam Attius non dixit jugulam, ſed Orionem. Sed puto μνημονικὸν ἁμάρτημα. cum meminiſſet à Varrone Jugulæ, & Attii uno in loco mentionem factam, putaſſe ab Attio ipſo jugulæ quoque mentionem fieri. *Joſ. Scaliger.*

*Jugula.*] Plaut. Amphit. 1. 1.

> *Neque jugula, neque veſperugò, neque Virgilia occidunt.*

Ratio autem nominis ex Varrone lib. 6. *Hujus ſigni caput dicitur è ſtellis quatuor quas infra dua clara quas appellant humeros, inter quas quod videtur jugulum. Unde jugula dicta.* Idque rectius quam quod nugatur hic Feſtus.

*Jugum.*] Idem Livius lib. 3. ſect. 24. *Tribus haſtis*



Digitized by Google

Junium menſem dictum putant à Junone. iidem ipſum dicebant Junonium & Junonialem. Julium quod eo menſe dicitur Julius natus.

Jurare Flamini Diali fas non erat.

Jurgatio, juris actio.

Juſſa, jura.

Juſti dies dicebantur triginta, cum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum.

Juſtum vadem, idoneum ſponſorem.

Juvenalia fingebantur Dianæ ſimulachra, quia ea ætas fortis eſt ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur dea.

Juventutis ſacra pro juvenibus ſunt inſtituta.

## N o t æ.

*haſtis jugum ſit, humi fixis duabus: ſuperque eas tranſverſa una deligata.* Vide *ſub jugum mitti*. Vide & Liv. lib. 9. ſect. 5. *Dacerius.*

*Junium.*] Multa de his Ovid. lib. 6. Faſt. & Macrob. lib. 1. Saturn. *Ant. Auguſtinus.*

*Junium.*] Junonius antea dictus. Ovid. 6. Faſt.

*Eſt illic menſis Junonius; aſpice Tybur*
*Et Præneſtina mœnia ſacra Deæ.*

*Julius.*] Quintilis antea dictus quod Quintus eſſet à Martio qui menſi dabat initium. Poſtea in honorem Cæſaris *Julius* dictus quod is 4. Idus ejuſdem menſis natus ſit. *Dacerius.*

*Jurare.*] Notum ex edicto perpetuo Prætoris: SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNEI. MEA. JVRISDICTIONE. JVRARE. NON. COGAM. Livius libro 31. *C. Valerius Flaccus, quem præſentem creaverant, quia Flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat.* Vide Plut. Problem. *Joſ. Scaliger.*

*Jurgatio.*] Varr. lib. 6. *jurgare eſt jure agere, cum quis jure litigarit.* Sed proprie *jurgatio* & *jurgium* eſt inter benevolos & propinquos diſſentio, vel contentio. *Lis* inimicorum concertatio vehementior. Cicero 4. de Repub. *Si jurgant benevolorum concertatio eſt, lis inimicorum non jurgium dicitur.* Quare apud probos autores diſtinguntur. Liv. lib. 5. *jurgiis ac litibus temperatum.* Ovid. 2. Faſt.

*Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint*
*Jurgia, differ opus, livida lingua, tuum.*

*Juſſa.*] Optime viri docti qui legunt *juſa*. i. e. *jura* ſ pro r. ut *majoſibus* pro *majoribus*. *Laſibus* pro *Laribus*, &c. *Dacerius.*

*Juſti dies.*] Unico verbo Gloſſarium cum alia interpretatione: *Juſtidium*, ἀρχοντικὴ ἡμέρα. Tanquam juſti dies ſint, quibus jus dici poterat, quod verum non eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Juſti dies.*] Erant continui triginta dies quibus exercitui imperato vexillum rufi coloris in arce poſitum erat, & præliaribus diebus differunt, quod præliaribus fas erat rem repetere, & hoſtem laceſſere, juſtis autem non item. Alii juſtidium (ſic enim dicuntur unica voce) aliter exponunt nempe ἀρχοντικὴ ἡμέρα, tanquam juſti dies ſint, quibus jus dici poterat, quod omnino falſum eſt.

*Juſtum vadem.*] Vide *vadem.*

*Juvenalia.*] Alii *juvenilia*; non male. Non ita tamen ut *juvenalia* rejiciamus. A *juvenis* enim & *juvenalis* & *juvenilis* recte dicitur. Juvenalia igitur Dianæ ſimulacra fingebantur, vel quod ea ætas venationi maxime apta eſt cui præeſt Diana, vel quia viarum Dea putabatur. Callimachus in Dianam:

— — — καὶ μὲν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.
— — — *Et quidem viarum*
*Eris & portuum cuſtos.*

*Dacerius.*

*Juventutis.*] Alii juventatis. non male. non tamen, ut propterea Juventutis rejiciamus. Indifferenter enim utrumque uſurpabant. In Gloſſario: Jolinta, ἥβη. Lego Joventa. *Joſ. Scaliger.*

*Juventutis.*] Alii *juventatis*; ſed ſine diſcrimine utrumque veteres uſurpabant. *Dacerius.*



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

## *LIBER DECIMUS.*

### L.

LABES macula in veſtimento dicitur, & deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.

Lacerare, dividere, comminuere eſt. ex quo dictus eſt lanius, qui diſcindendo lacerat pecora. Lacinia, quod pars veſtimenti eſt. Lacerna, quod minus

### NOTÆ.

*Labes.*] Cum labes ſit à *labor*, *cado*, veroſimilius eſt ruinam proprie ſignificare, & metaphorice maculam in veſtimentis & hominibus ut apud Plaut. in Perſ. *labes popli.*

*Lacerare.*] Scindere, dividere, comminuere, diſſipare. *Lacerare furtis hereditatem.* Florus: *bona patria lacerare.* Salluſt.

*Lanius.*] Non à lacerandis ſed à laniendis pecoribus. Vide *dilaniare.*

*Lacinia.*] Infima pars veſtis quæ lacerando avulſa eſt à *lacino*, lacero, quod à Græco λακῶ, unde Lacinia λακίς. *Dacerius.*

*Lacerna.*] Verba ſunt Pauli, *Lacerna, quod minor capitio ſit.* Ultimis temporibus *Capitium* ſignificabat capitis tegumentum. Antiquitus autem mamillare feminarum. Neque unquam boni auctores pro cuculione acceperunt, ut poſterior ætas barbara, quæ epomidas monachorum *capitia* vocat. Nos olim adoleſcentes docuimus in Conjectaneis Nonium errare, qui putarit à veteribus in eum ſignificatum accipi, in quem accipiebat ſua ætas. Quin locus Varronis, qui ab eo producitur, manifeſto contra eum facit. At Hieronymus antiquitatis & linguæ Romanæ peritus ſcriptor *Capitium* non aliter accipit, quam Varro, & veteres, in Epiſtola de veſte Sacerdotali. *Joſ. Scaliger.*

*Lacerna.*] Lege: *quod minor capitio eſt.* Quæ ſunt Pauli verba ut optime monuit Scaliger. Ultimis enim temporibus capitium ſignificabat capitis tegumentum, antiquitus autem mamillare fœminarum & ſtrophia vel faſcias illas quibus utebantur ut graciles eſſent. Terent. de puellis quas matres ſtudent eſſe

*Demiſſis humeris vincto pectore ut graciles ſient.*

Varr. lib. 4. de L. L. *Capitium ab eo quod capit pectus.* Idem de vita populi Rom. lib. 3. *Neque id ab orbita matrum famil as inſtituti, quod ea pectore ac lacertis erant apertis nec capitia habebant.* Neque unquam boni autores pro Cuculione acceperunt ut poſterior ætas barbara quæ epomidas monachorum capitia vocat. Neque Hieronymus antiquitatis & linguæ

capitio eſt. Lacer, quod auribus curtatis eſt. Lacerum quodcumque eſt in corpore imminutum.

Lacit, decipiendo inducit. Lax etenim fraus eſt. Lacit, in fraudem inducit. Inde eſt allicere, & laceſſere. inde lactat, illectat, delectat, oblectat.

Lacobrigæ nomen compoſitum à lacu & briga Hiſpaniæ oppido.

Lactaria columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Lucuna, aquæ collectio, à lacu derivatur, quam alii lamam, alii luſtrum dicunt.

Lacus Lucrinus in veſtigalibus publicis primus locatur eruendus. ominis boni gratia, ut in dilectu, cenſuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.

Læna veſtimenti genus habitus duplicis; quidam appellatam exiſtimant Tuſce, quidam Græce, quam χλαίνην dicunt.

## NOTÆ.

linguæ Romanæ peritus ſcriptor capitium aliter accepit quam Varro & veteres, in Epiſtola de veſte ſacerdotali.

*Lacer.*] Aſcon. in Verr. 2. *Lacer dicitur amputatis à corpore ſenſuum membris, hoc eſt, auribus oculiſve.* Imo non ſolùm auribus oculiſve, ſed & quavis alia parte corporis Virg. 6. Æn.

*Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora*
*Ora manuſque ambas, populataque tempora raptis*
*Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.*

*Lacit.*] Lacere in fraudem dixit Lucret. lib. 5.

*Quæ lacere in fraudem poſſent, vinctoſque tenerent.*

A *lacere* eſt *lactare*, ut à *ducere*, *ductare*. *Lactare* eſt blanditiis trahere, unde *delectat*, *illectat*, *electat*, *oblectat*. *Dacerius.*

*Lacobriga.*] L. m. *à lac & ercobriga.* *Ful. Urſinus.*

*Lacobriga.*] Lacobriga Hiſpaniæ urbs ad ſacrum promontorium prope *lagos* ſic dicta à lacu & briga. Alii legunt *Arcobriga* quod Hiſpaniæ opidum eſt in Luſitania, & in Tarraconenſi Celtiberorum regione.

*Lactaria Columna.*] Eam in undecima urbis regione ponit Pub. Victor. *Forum olitorium*, inquit, *in eo columna eſt lactaria ad quam infantes lacte alendos deferunt. Dacerius.*

*Lacuna.*] Vide Luſtra. *Ant. Auguſtinus.*

*Lacuna.*] Pro *lama* perperam manuſcripti *limam*. Neque id tam mirum, quam doctos viros pro eo ſubſtituiſſe λίμνην. En cacoethes bonos auctores corrumpendi. Cur ipſis diſplicuit *lama?* an ignorant idem eſſe, quod *luſtrum?* Et ſane ita veterum Gloſſæ: *Lama*, πηλώδεις τόποι. Melius tamen *lamæ*, collectiones aquarum exponerentur. *Joſ. Scaliger.*

*Lacuna.*] Varro lib. 4. de L. L. *Lacus lacuna magn. ubi aqua contineri poteſt.* Virg. 1. Georg.

*Unde cava tepido ſudant humore lacunæ.*

Ubi Servius: *Lacunæ ſunt foſſæ in quibus collecta aqua ſtare conſuevit & eſt quaſi lacus minores.* Vide *Luſtrum.*

*Lacus.*] Pro *eruendus* ſcribendum, *fruendus*; quod verbum eſt in Cenſoriis locationib. frequens. *Ful. Urſinus.*

*Lacus Lucrinus.*] Veteres Rom. non ſolum læta & felicia verba captare ſolebant, ſed etiam ſi quæ male ominata occurrerent & obſcœna, ea in contraria deflectebant. Inde eſt cur *maleventum* in *beneventum* mutarent; cur Lucrinum lacum primum in vectigalibus publicis locarent propter omen lucri. Cur in nuptiis proferrent *Cajam Ceciliam* & *Talaſſionem*, & in Veſtali capienda *Amatam*. Et cur adeo in *delectu* ſive *dilectu* (nam utrumque æque bonum eſt,) & in cenſu primos eos vel legerent vel cenſerent qui *Valerii*, *Salvii*, *Statorii* nominabantur, ex eo ſcilicet auſpicantes valentem, ſalvam & ſtantem fore rempublicam. Cicero: *Itemque*, inquit, *in luſtranda colonia ab eo qui eam deduceret, & cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur, quod idem in delectu Coſſ. obſervant ut primus miles fiat bono nomine.* Cæterum in verbis Feſti pro *eruendus* legendum *fruendus* ut jam olim videre viri doctiſſimi. Etſi *eruendus* quodam modo defendi poſſe videatur. Imo & nihil mutandum. *Lacus Lucrinus locabatur eruendus*, id eſt, ut ego interpretor, *retandus*, *purgandus*. *Dacerius.*

*Lana.*] L. m. pro *habitus*, habet *habitu* & χλαινίδα pro χλαίνην. *Ful. Urſinus.*

*Lana.*] Toga craſſior ſupra cætera veſtimenta, unde Varro à lana multa dictam putat lib. 4. *Lana quod de lana multa, duarum enim togarum inſtar,* Alii Etruſce dictam volunt. ſed *lana* omnino à χλαῖνα quaſi χλιαίνη à verbo χλιαίνω *caleſio*. Nam & ex Plutarcho certum eſt *lanas* nihil eſſe aliud quam Græcorum χλαίνας.

*Lava.*]

Læva, ſiniſtra, quam Græci σκαιάν. unde tractum cognomen Scævola à læva lævum, ſiniſtrum: & lævorſum, ſiniſtroſum.

Lamberat, ſcindit, ac laniat.

Lance & licio dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam.

Lancea à Græco dicta. quam illi λόγχην vocant.

Laneæ effigies compitalibus noctu dabantur in compita: quod l[illegible] quorum is erat dies feſtus, animæ putabantur eſſe hominum, redactæ in numerum deorum.

Lanerum veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lapidem ſilicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalva urbe, arceque bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.

## NOTÆ.

*Læva.*] A λαιὸς inſerto κ, ut à σκαιὸς Scævola qui ſiniſtra tantum manu utitur.

*Lamberat.*] Reſpicit locum Plaut. Pſeudol. 2. 4.

*Euge, pellepide, Charine, me meo ludo lamberas.*

*Dacerius.*

*Lance.*] Notum ex XII. Tabulis eſſe, ideoque repetendum ab ultimo Athenienſium jure: Nam qui concipiebant in aliqua domo furtum, nudi cincticulo amicti, quod vocatur hic licium, ædes ſuſpectas ingrediebantur. Ariſtophanes νεφέλαις

Κατάθου θοἰμάτιον. ἠδίκηκά τί;
Οὐκ, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.
Ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.

Plato etiam de legibus lib. 12. φωρᾶν δ' ἂν ἐθέλῃ τις τι παρ' ὁτουοῦν γυμνὸς, ἢ χιτωνίσκον ἔχων ἄζωστος προομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἦ μὴν ἐλπίζειν εὑρήσειν, οὕτω φωρᾶν. Propter matrem familias autem, & virgines opponebat lancem ante oculos, quia etiam in γυναικωνίτιδα intrabat. quod non licebat apud Græcos viro externo, ne corrumpendi feminas potius, quam furti concipiendi cauſſa ingreſſus videretur. Ideoque lancem ob oculos ponebat, ne videret eas. Sed quæro, quid ergo proderat intraſſe Gynæconitin, & nihil videre? Sane qui ita oculos tegeret, quid videre poſſet, quomodove furtum concipere, neſcio. *Joſ. Scaliger.*

*Lance & licio.*] Certe hic erravit ſive Feſtus ſive Paulus ſit qui nobis hunc morem conſcripſit, neque enim qui licio cinctus erat, idem & lancem habebat ob oculos, qui enim furtum quærere potuiſſet? Quærere furtum [illegible]r lancem & licium dicebatur rei furtivæ dominus cum adhibito ſervo publico, qui licio cingebatur, ædes intrabat quæ ſibi furti ſuſpectæ erant, ipſe lancem habens ob oculos, ne cum in Gynæceum intraret, corrumpendi feminas potius quam furti quærendi cauſſa videretur ingreſſus. hoc autem ex ultimo Athenienſium jure in leges 12. tab. relatum fuiſſe docuit Scaliger. Nam qui concipiebant in aliqua domo furtum, nudi cinctulo amicti ædes ſuſpectas ingrediebantur. Plato de legibus lib. 12. φωρᾶν δ' ἂν ἐθέλῃ τις τι παρ' ὁτουοῦν γυμνὸς, ἢ χιτωνίσκον ἔχων ἄζωστος προομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἦ μὴν ἐλπίζειν εὑρήσειν, οὕτω φωρᾶν. Ubi quod χιτωνίσκον vocat Plato, Romani dixere *licium*. Inde Ariſtophanes in νεφέλ.

Κατάθου θοἰμάτιον. ἠδίκηκά τί;
Οὐκ, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.
Ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.

*Depone veſtem. Quid peccavi?*
*Nihil, verum nudos introire lex jubet:*
*Atqui nihil furaturus ego quidem introeo.*

Ubi vide Schol. p. 155. *Dacerius.*

*Lancea.*] Vide in Pilæ. *Joſ. Scaliger.*

*Lancea.*] Hiſpanicum verbum eſſe ait Varro apud Gellium lib. 15. cap. 30. Diodorus Gallicum. Addebat Bochartus forſan eſſe à Chaldaico *roncha* unde Græci λόγχη.

*Lanceæ effigies.*] Vide *pilæ & effigies.*

*Lanerum.*] A lana, *lanerus, a, um.* ut à *quercus quercerus.*

*Lanoculus.*] Qui culcitam laneam habet ob oculos, ut apud Plautum mil. Glor. qui oculum lana tegit ut is ſe ſe melius habeat; lanam enim frequenter veteres adhibebant. Sueton. in Domitian. cap. 17. *Ac ſiniſteriore brachio velut ægro, lanis faſciiſque per aliquot dies ad avertendam ſuſpicionem obvoluto.* Martial.

*Quod lana caput alligas Charine.*

*Lapidem ſilicem.*] Etſi ſciam juratores ſimpliciter hac formula uſos quam Feſtus refert, hic tamen per *jusjurandum*, illud intelligo quo fœdera firmabantur. Vide Polyb. lib. 3. Alia etiam formula uſos veteres in fœderibus feriendis patet ex Livio lib. 1. quæ

Lapidicinæ, ubi excinduntur lapides.

Lapit, dolore afficit.

Larentalia conjugis Fauſtuli nutricis Remi & Romuli Larentiæ feſta.

Larvati, furioſi, & mente moti, quaſi larvis exterriti.

Latex à lapſu, profluens aqua dicitur. utimur tamen hoc vocabulo & in vino.

Latine loqui à Latio dictum eſt, quæ locutio adeo eſt verſa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitia.

Latitaverunt Cato poſuit pro ſæpe tulerunt.

Latrare Ennius pro poſcere poſuit.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc

## Notæ.

quæ hæc fuit: *Qui prior defexit publico conſilio dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum eum ſic ferito ut ego hanc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito quanto magis potes polleſque. Hæc ubi dixit porcum ſaxo ſilice percutit. Dacerius.*

*Lapidicinæ.* ] L. m. *Lapidicinæ, ubi exciduntur lapides. Ful. Urſinus.*

*Lapidicina.* ] Corrupte pro *lapicædina.* A *lapis* & *cædo*, à *cædo*, *cædina*, ut à *fodio*, *fodina.* *Dacerius.*

*Lapit.* ] Pacuvius Peribœa:

> *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.*

Imitatum à Græcis, qui πώρωσιν ἀντὶ τῆς λύπης dicunt. *Joſ. Scaliger.*

*Lapit.* ] Id eſt, *lapideſcit*, lapidis inſtar durum fit. Pacuvius Peribœa.

> *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.*

*Dacerius.*

*Larentaria.* ] Placet librorum quorundam lectio, Fauſtuli inventoris Remi. quanquam non diſplicet nutritii. Inventor eſt pluſquam nutritius, qui expoſitos ſuſtulit, & educavit. Inventi enim infantes dicuntur, οἱ χαμαιρριφεῖς. & qui expoſiti ſunt, propterea in Conſtitutionibus dicti χαμαιδερτοί. *Joſ. Scaliger.*

*Larentalia.* ] Feſta quæ in honorem Accæ Larentiæ 10. Cal. Jan. celebrabantur. Alii legunt, *Laurentalia* & *Laurentia*, & ita Varro lib. 5. Ovid. lib. 3. Faſt. Sed Dionyſius, Plutarchus, Gell. Macrob. Lactant. præferunt *Larentia* & *Larentalia.* Livius etiam lib. 1. *Ab eo ad ſtabula Larentiæ uxori educandos datos.* Et Tabula Faſt. menſe Decembri E. LAR. NP. id eſt. *Larentalia nefaſtus primo.* Libri quidam pro *nutritii* habent *inventoris*, quod placuit Scaligero, mihique etiam placet. *Inventor* plus eſt quam *nutritius*, qui expoſitos ſuſtulit atque educavit, inventi enim infantes dicuntur οἱ χαμαιρριφεῖς & qui expoſiti ſunt, propterea in conſtitutionibus dicti χαμαιδερτοί. Quamquam non diſplicet *nutritii.*

*Larvati.* ] Sic proprie dicebantur qui ſibi larvas id eſt, nocturna terriculamenta, nocturnos dæmones videre videbantur iiſque erant exterriti. Vide *Cerritus.*

*Latex.* ] Melius Servius *à latendo*, quia ibi *latet* humor. *latex* autem liquorem tantum ſignificat.

> ——— *Lethæi ad fluminis undam*
> *Securos latices & longa oblivia potant.*

*Latices*, i. liquorem, fluenta. Et alibi *Lenæos latices, laticemque Lyæum.* Id eſt, Bacchi liquorem. *Dacerius.*

*Latine loqui.* ] Polybius lib. 3. eadem ſcribit de antiqua latina locutione. τηλικαύτη γὰρ, inquit, ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τοῖς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν. *Ful. Urſinus.*

*Latine loqui.* ] Omnia ſequentia ſunt Pauli. Qui fateatur vix ullam notitiam Latini ſermonis ſupereſſe, ne ſperemus ab eo Latinitati conſultum, qui illo barbaro ſæculo Feſtum nobis mutilavit. *Joſ. Scaliger.*

*Latine loqui.* ] *Quæ locutio* & ſequentia ſunt Pauli, qui fateatur vix ullam notitiam Latini ſermonis ſupereſſe, ne ſperemus ab eo Latinati conſultum, qui illo barbaro ſæculo Feſtum nobis mutilavit. Scalig.

*Latitaverunt.* ] A *latum*, *latito.* Ut à *dictum*, *dictito.*

*Latrare.* ] Quidam huc referunt locum Ennii lib. 9. Annal.

> ——— *Animuſque in pectore latrat.*

Sed veroſimile non eſt eo Feſtum alluſiſſe, aut ſi alluſerit, perperam feciſſe certum eſt. Hic enim *latrat*, non *poſcit* ſed *clamat*, *tumultuatur.* Quod ex Homeri Odyſſea expreſſit Ennius:

> —— —— Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.

*Latrare* vero pro *poſcere* poſuit Lucret. lib. 11.

> *Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi ut quom*
> *Corpore ſejunctus dolor abſit.*

*Dacerius.*

*Latrones.* ] Varro l. 6. ἀπὸ τοῦ λάτρου. i. mercede. *Ful. Urſinus.*

*Latrones.* ]

viarum obſeſſores dicuntur; quod à latere adoriuntur, vel quod latenter inſidiantur.

Latumias ex Græco, & maxime à Syracuſanis, qui latomias & appellant, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam urbem.

Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare.

Laverniones fures antiqui dicebant, quod ſub tutela deæ Lavernæ eſſent, in cujus luco obſcuro, abditoque ſoliti furta, prædamque inter ſe luere. hinc & Lavernalis porta vocata eſt.

Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati à cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat; vel quod medicamento ſicciſſima ſit; vel quod omni tempore viret, ut ſimiliter reſp. vireat.

Lautia epularum magnificentia, alii à lavatione dicta putant, quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lavabat.

## N o t æ.

*Latrones.*] Lege ἀπὸ τοῦ λάτρου *à ſtipe* & ita viri docti. Plaut. mil. Gl. 1. 1.

*Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo*
*Ut ſibi latrones cogerem atque conſcriberem.*

Inde *latrocinari* pro *militare* idem ibidem. Ut autem militibus λάτρον latronum nomen fecit, ſic *ſtips* ſtipatorum. Nam & ſtipatores dicti ſunt. Varro lib. 6.

*At nunc viarum obſeſſores.*] Tamen Varro lib. 6. Latrones etiam pro militibus à latere dictos putavit quia circum latera eſſent regi. Feſtus vero pro gemina notione, geminum vocis etymon commentus eſt. Sed fruſtra uterque. Obſeſſores viarum latrones dicti, quia id milites conductitii factitabant qui latrones proprie dicti ſunt. *Dacerius.*

*Latumias.* L. m. *Lautumias.* antiqua ſcribendi conſuetudine, ut *Laumedon*, pro *Laomedon.* *Ful. Urſinus.*

*Latumias.*] Loca unde lapides exſcindebantur, in quæ damnati noxii manu ſua lapides effodiebant, unde & pro *carcere* ſumuntur, ducto à Syracuſanis more quibus carceres erant *Latomiæ.* Varro lib. 6. *Carcer à coercendo, quod exire prohibentur. In hoc pars quæ ſub terra Tullianum, ideo quod additum à Tullio rege: quod Syracuſis, ubi ſimili de cauſſa cuſtodiuntur, vocantur latomiæ, & de latomia tranſlatum quod hic quoque lapicidinæ fuerunt.* Latomiæ λατομίαι à λᾶς *lapis* & τέμνω *cædo.* De Latomiis Plaut. Capt. 3. 5.

*Inde ibis porro in latomias lapidarias,*
*Ibi quom octonos alii lapides effodiant*
*Niſi quotidianus ſeſqui opus confeceris*
*Sexcentoplago nomen indetur tibi.*

*Laudare.*] Nominare. Plaut. Capt.

*Jovem ſupremum teſtem laudo Hegio.*

Vide Nonium. *Dacerius.*

*Laverna.*] Lavernam Romani fures precabantur, ut inſtituta ſua, & conſilia furandi ac mentiendi fortunaret. Plautus Cornicularia:

*Mihi Laverna in furtis celebraſſis manus.*

Horat. *Pulchra Laverna Da mihi fallere.*

Sic Græci eodem modo orabant τὴν πραξιδίκην ut conſilia furandi ad effectum perduceret. Erat autem ea Dea tantum caput, ſine reliquo corpore. Gloſſæ Græcorum: πραξιδίκη, δαίμονα τινά φασι, τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις, καὶ πραττομένοις, διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. Quare recte Gloſſarium: *Laverna*, πραξιδίκη. Gloſſæ Iſidori: *Laberna, gladiator. Laberna, ferramenta latronum, vel graſſatorum, vel furum. Laberna, latro, aut qui filios alienos ſeducit.* Vides plagiarium manifeſto vocari Lavernam. Quod & Auſonius intellexit cum de plagiario bonorum carminum ait:

*Nec jam poſt metues ubique dictum:*
*Hic eſt ille Theo poëta falſus,*
*Bonorum mala carminum laverna.*

hoc eſt, ut Martialis etiam loquitur, alienorum ſcriptorum plagiarius. *Joſ. Scaliger.*

*Porta Lavernalis.*] Varro lib. 4. *Hinc porta Lavernalis ab ara Lavernæ quod ibi ara ejus Deæ.*

*Laureati.*] Quia laurus ſanguinis purgandi habet poteſtatem. aliam cauſſam tradit Servius ad Eclog. 8. *Cur tamen triumphantes lauro coronentur, hæc ratio eſt, quoniam apud veteres à laude habuit nomen, nam laudum dicebant. Dacerius.*

*Lautia.*] Melius veteres editiones, *Lautitia.* Porro notum quid ſit Lautia, quæ prius Dautia vocabantur. Eadem etiam Lauta loca, item legatorium dicebantur. Servius Danielis. *Alii dicunt Carinas montem nominatum, quod ager ſuburbanus ante portas Cariis erat. Alii lauta loca, legatoriumque in ea regione inſtructa accipere conſuerant.* Habes & apud Livium. *Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua conſperſo.

Lautulæ locus extra urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi uſum exercebant.

Lectosia inſula dicta à conſobrina Æneæ ibidem ſepulta.

Lectus dictus, vel à collectis foliis ad cubitandum: vel quod fatigatos ad ſe alliciat; vel à Græco λέκτρον.

Legimus aut ſcriptum, aut oleam, glandemve, & alia quædam, & addita præpoſitione dicimus colligimus, deligimus.

Legio Samnitum linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſinguli ad aram, velis linteis circumdatam, non ceſſuros ſe Romano militi juraverunt.

Lemniſci, id eſt, faſciolæ, coloriſæ dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum.

Lemonia tribus à pago Lemonio appellata eſt. qui eſt à porta Capena via Latina.

Lenones ab alliciendo adoleſcentulos appellati.

## NOTÆ.

*Lautia.*] Omnino legendum *lautitia* & ita libb. vett. Nam lautia aliud eſt. Vide *Dacryma*. *Lautitia* à *lautum* quod à *lavo*, magnifici enim & opulenti homines ante epulas ſeſe in balneis lavabant. Plaut. Terent. & alii. Lautitia, eadem etiam *lauta loca* item *legatorium* dicebantur. Servius: *Alii dicunt Carinas montem nominatum, quod ager ſuburbanus ante portas Cariis erat. Alii lauta loca, legatoriumque in ea regione inſtructa accipere conſuerant.* Habes & apud Livium Scal. Sed aliter hic locus Servii, nempe: *Lautia, loca legatorum, quæ, &c.* Et ita legendus hic locus. *Dacerius.*

*Lautitia.*] Ἄμυλον intelligit. *Joſ. Scaliger.*

*Lauticia.*] Græcis ἄμυλος dicitur. Heſychius: ἄμυλος βρῶμα τὸ ἐκ πυρῶν. *Cibus è tritico.*

*Lautulæ.*] Non procul Anxure, ſaltu anguſto, inter mare & montes, Liv. lib. 7. Aliæ erant intra urbem ad Janum geminum. Varr. l. 4. *Lautolæ à lavando, quod ibi ad Janum geminum aquæ calidæ fuerunt. Dacerius.*

*Lectoſia.*] Dionyſius lib. 1. Ἔπειτα νήσῳ προσέσχον, ᾗ τοὔνομα Λευκασία, ἀπὸ γυναικὸς ἀνεψιᾶς Αἰνείου περὶ τοὺς δὲ τοὺς τόπους ἀποθανούσης. legendum igitur, *Leucaſia. Ful. Urſinus.*

*Lectoſia.*] Lege *Leucoſia.* Inſula eſt Leucaniæ in ſinu Pæſtano. Ovid. 15. Metam.

*Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori*
*Hippotadæque domos regis, Themeſeſque metalla*
*Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Pæſti.*

Verum hæc non ab Æneæ conſobrina, ſed à Leucoſia Sirenum una nomen traxit, ut Lycophron, Strabo, Euſtathius, in Dionyſ. Perieg. Plinius & alii teſtantur. Quare legendum omnino *Leucaſia* (id quod & doctiſſimo Cautero in mentem venit) ex Dionyſio. ἔπειτα νήσῳ προσέσχον ᾗ τοὔνομα ἔθεντο Λευκασίαν, ἀπὸ γυναικὸς ἀνεψιᾶς Αἰνείου περὶ τούτους τοὺς τόπους ἀποθανούσης. i. *Poſtea in inſulam appulerunt, cui nomen fecere Leucaſiam à muliere Æneæ conſobrina quæ circa illum locum obierat:* Et Solin. *Ex conſobrina Leucaſiam inſulam.* Hæc inſula in mari Ionio & male viri docti eam cum *Leucoſia* confundunt.

*Lectus.*] A legendis foliis ex quibus ſibi lectos veteres ſternebant. Euripid. in Rheſo: λεῖπε χαμεύνας φυλλοστρώτους, *relinque lectos foliis ſtratos.* Sed melius *lectus* à λέκτρον amiſſo ρ. Varro lib. 4. *Lectica quod legebant, unde eam facerent, ſtramenta atque herbas, ut etiam nunc ſit in caſtris. Lectos, ne eſſent in terra, ſublimes in his ponebant. niſi ab eo quod Græci antiqui dicebant λέκτρον lectum potius. Dacerius.*

*Legio Samnitium.*] Videndus Livius lib. 10. in fine ſcribendum, juraverant. *Ful. Urſinus.*

*Legio Samnitium linteata.*] Hoc fuſe deſcribit Livius lib. 10. cap. 38. *Ea legio,* (Sexdecim millium fuit) *linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt.* Nam paulo ſuperius idem ſcripſerat: *Ibi mediis fere caſtris locus eſt conſeptus cratibus pluteiſque & linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes.* Male igitur pro *circumdatam* quidam habent *circumdati*, neque enim ipſi Samnites linteis tecti, ſed conſeptum ubi ara fuit, ad quam ſacrata nobilitas. *Dacerius.*

*Lemniſci.*] Lege, *faſcia coloria. Joſ. Scaliger.*

*Lemniſci.*] Lege, *faſcia coloria.* Scal. à Græco λῆνος dici putant. Sed *Lemniſci* Syracuſana vox eſt. Heſych. λημνίσκους, τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. id eſt, *Lemniſcos* vocant *Syracuſani anguſtas tænias.* Male quidam hunc Feſti locum ſollicitat qui non *lemniſci*, ſed *laniſci* legendum eſſe contendit.

*Lemonia tribus.*] Meminit Cicero Philipp. 9. & in Orat. pro Planco.

*Lenones.*] Melius Priſcianus & Iſidorus à *leniendo*, quod deliniendo adoleſcentes ſeducant.

Le-

Leparenſes; Liparitani cives, id eſt, Liparenſes.
Lepiſta, genus vaſis aquarii.
Leria ornamenta tunicarum aurea.

## Notæ.

*Leparenſes.*] Cives Liparæ inſulæ ſive Lipararum: ſic enim pluraliter dicitur. Liparæ inſula una ex Æoliis quæ Sicano littori objectæ. Docuit autem doctiſſimus Bochartus Liparas mollito ſono eſſe à Punico *nibras* vel *nibaras*, lucerna, lampas, tæda, fax, & inde nomen Liparis, quia facis inſtar noctu lucebant propter nocturnas ignis eruptiones. Ariſtoteles in mirandis: καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ δὲ πῦρ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὲν ἡμέρας ἀλλὰ νυκτὸς μόνον καίεσθαι λέγεται. *Et in Lipara quidem conſpicuum ignem aiunt atque lucentem, non interdiu ſed noctu tantum ardere.* Et Paulus Silentiarius carmine de aquis Pythiis:

Καὶ Λιπάρᾳ τε νήσῳ
Ἀφιγῆς ἐστιν ἄσθμα
Ὃ νυκτὶ πῦρ παμφαῖνον
Πέμπει λίθους θειώδεις
Πολυψόφους, βροντώδεις.

*Et in Lipara inſula*
*Eſt halitus caliginoſus.*
*Qui noctu reſplendens*
*Emittit ſaxa ſulphurea*
*Quæ tonitrus inſtar valde fremunt.*

Sed, quod doctiſſimum Bochartum latuit, idem Lipararum etymon alluſit Scholiaſtes Callimachi hymn. in Dianam: νῆσος δέ ἐστιν ἡ Λιπάρα Σικελίας ἔνθα ἦσαν τὰ χαλκεῖα Ἡφαίστου. ἔστι δὲ μία τῶν Αἰολίδων. λέγεται δὲ ὅτι σίδηρον διάφορον θέντες ἐν αὐτῇ ναῦται, ἕωθεν εὑρήκεσαν αὐτὰ ἐκ τῆς ἀναδόσεως τοῦ πυρὸς πεπανθέντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ νῆσος Λιπάρα, διὰ τὸ αὐτὰ διάφορα ὄντα, ἓν γενέσθαι. *Lipara inſula Siciliæ in qua Vulcani officina. Et eſt una Æoliarum. Aiunt autem cum plurimas maſſas ferreas in eam nautæ congeſſiſſent, eas mane reperiſſe excoctas ex ignis eruptione. Quare inſula dicta Lipara, quia maſſæ illæ cum multæ eſſent, in unam coaluerunt.* Quem locum niſi ita intelligas, certum eſt non poſſe intelligi. Niſi potius dicas locum corruptum eſſe & pro πεπανθέντα reſcribendum λιπανθέντα qua voce Græcum etymon alluſerit nempe ἀπὸ τοῦ λιπαίνεσθαι quod eſt in ſtricturas cogi. Gloſſ. *Strictura* λελιπαμμένον. Porro *Lipara* alio nomine dicebatur *Meligunis* ſive *Melogonis*. Strabo, Stephanus, Heſych. Euſtath. & alii. egregie Callimach. hymn. in Dianam:

— — — — τοὺς μὲν ἔτετμεν
Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς.
— — — — *Illos repperit*
*In inſula, Lipara nunc, ſed tum erat*
*Nomen illi Meligounis.*

*Meligunin*, vel *Melogonin* haud dubie per *n* in ſecunda ſyllaba Pœni ſcripſere *Menaggenin*. Inſula *Menaggenin* eſt inſula eorum qui pulſant inſtrumenta muſica, Citharam Barbiton, nablium, Cymbalum, tympanum &c. Jam hæc inſula cur ſic vocetur te doceant hæc Ariſtotelis in lib. mirabil. ἐν μιᾷ τῶν ἑπτὰ νήσων τῶν Αἰόλου καλουμένων ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι &c. ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον, γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων σαφῶς. *In una ſeptem Æoli inſularum quam Liparam vocant. ſepulcrum tradunt eſſe circa quod multa fiunt prodigioſa &c. Sonitum quippe tympanorum, cymbalorumque & riſum cum ſtrepitu crepitaculiſque manifeſto audiri.* Fabulæ dedit occaſionem incluſus ignis ex imis terræ cavernis erumpens atque exæſtuans, non ſine mugitu & murmure, quare Paulus Silentiarius ſupra ait lapides excitari πολυψόφους, βροντώδεις, *inſtar tonitrus frementes.* plura vide apud eumdem Bochartum: *Dacerius.*

*Lepiſta.*] Nævius apud Fortunatianum de Saturnio verſu. *Ferunt pulchros pateras, æreas lepiſtas.* ſed *crateras*, pro *pateras*, ſcribendum. *Ful. Urſinus.*

*Lepiſta.*] In Gloſſario, *Lepiſtra*, εἶδος χύτρας. De hoc ſatis olim in Conjectaneis. Varro de vita populi Ro. lib. 1. *Ubi erat vinum in menſa poſitum, aut lepeſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant. Tria enim, pro quibus nunc Acratophoron dicitur.* Qui locus coagmentatus partim ex Nonio, partim ex ſchediis Servianis, quæ ſunt penes doctiſſ. Danielem noſtrum. *Joſ. Scaliger.*

*Lepiſta.*] In Gloſſario *lepiſtra* εἶδος χύτρας. De hoc ſatis olim in Conjectaneis. Varr. de vita pop. Rom. lib. 1. *Ubi erat vinum in menſa poſitum, aut lepeſtam, aut galeolam aut ſinum dicebant. Tria enim, pro quibus nunc Acratophoron dicitur.* Qui locus coagmentatus partim ex Nonio partim ex ſchedis Servianis. Scal. Inde patet vas vinarium fuiſſe Græcis λεπαστή. Dolopum vocem eſſe docet Euſtath. Puto eſſe Græco λέπας concha quod conchis pro vaſis uterentur. Varro lib. 1. de vita pop. Rom. *Lepiſtæ etiamnum Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt, aut æneæ. Dacerius.*

*Leria.*] In ornamentis muliebribus qui ſint λῆροι in Conjectaneis diximus. *Joſ. Scaliger.*

*Leria.*] Λῆροι Græcis. Heſych. λῆροι τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα. *Leria, quæ in muliebribus tunicis aurea ſunt.* Etſi vox latius patet, nam χλιδῶνες omnes muliebres, ornamenta omnia, quæ vulgo *jocalia* vocamus, veteribus dicebantur λῆροι. i. *nugæ*, & *nugivendi*, qui ea vendebant. Plaut. Aul.

Leſbium, genus vaſis cælati à Leſbis inventum.

Letum ab oblivione; quam Græci λήθλω vocant, dictum.

Levir eſt uxoris meæ frater.

Libella deminutivum eſt à libra.

Liber repertor vini, ideo ſic appellatur, quod vino nimio uſi omnia libere loquantur.

Liberales dicuntur non ſolum benigni, ſed etiam ingenuæ formæ homines.

Liberalia Liberi feſta, quæ apud Græcos dicuntur διονύσια. Nævius: libera lingua loquemur ludis liberalibus.

Liberata ponebant pro effata, id eſt, locuta.

Libertatis templum in Aventino fuerat conſtructum.

Librile, ſcapus libræ.

Librilla appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem in modum flagellorum loris revincta.

Libycus campus in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ ſunt. quam ob cauſam etiam Ceres ab Argeis Libyſſa vocata eſt.

Licitati, in mercando, ſive pugnando contendentes.

## NOTÆ.

*Ubi nugivendis res ſoluta eſt omnibus.*

*Leſbium.*] Meminere Athenæus, Pollux & alii.

*Letum.*] Varr. lib. 6. *Quom dicimus ollus leto datus eſt quod Græcus dicit λήθη id eſt oblivioni.* Et eo Varronis Feſtique mens ſpectat quod veteres abſtinebant mortis mentione, ne cogerentur δυσφημεῖν ut in voce *abitio* dictum eſt. Et ſic lethum quaſi λήθλω dicebant, quia mortui

*Securos latices & longa oblivia potant.*

Etſi Priſcianus à *leo*, *levi*, *letum* deducit. *Dacerius.*

*Levir.*] Gloſſar. ἀνδράδελφος. *Ful. Urſinus.*

*Levir.*] Græcis ἀνδράδελφος. Eſt autem ex Græco δαήρ. Quare propterea prima producitur, ut apud Senecam in Octavia. Male enim quidam docti corripiunt. *Joſ. Scaliger.*

*Levir.*] Veterum librorum ſcripturam probo. *frater meus.* Levir enim eſt viri frater à Græco δαὴρ qualis Hector erat Helenæ.

*Liber.*] Alii quod animum curis liberet & triſtitiam pellat. Seneca: *Liber non ob licentiam linguæ dictus eſt inventor vini, ſed quia liberum ſervitio curarum animum aſſerit, vegetumque & alacriorem in omnes conatus facit.* Servius *Liberum* quaſi *Libaſium* dictum quia Græce λοιβὴ dicitur res divina. Alii aliter ſed unice placet doctiſſimi Bocharti ſententia. Nempe liberum Bacchum dici Hebræa phraſi qua *horim* vocantur principes id eſt liberi. Sic Eccleſiaſt. 10. 17. *O te beatam regionem cujus rex eſt filius horim liberorum*, id eſt, præclaris ortus parentibus, & ab illis liberaliter inſtitutus. Atque ita nominantur Babylonii principes Eſ. 34. 12. ubi Chaldæus habet *bene horim* filios liberorum ſeu heroum. Inde enim heroum nomen: ut non immerito Nimrodum Methodius appellet ἀδελφὸν τῶν ἡρώων. *Fratrem Heroum.*

*Liberalia.*] Vide *honorarios ludos.* *Dacerius.*

*Liberata.*] Illa verba, ID EST LOCUTA; ne Pauli quidem ſunt. Quare expungenda. *Effata, liberata, deſanata, idem.* Arnobius, *Spatiola templorum deſanata.* *Joſ. Scaliger.*

*Liberata.*] Liberata templa, id eſt, effata. Vide in voce *effari.* Dele itaque hæc verba *id eſt locuta* quæ ne Pauli quidem ſunt, ſed nugatorii alicujus qui *effari* ab *effari*, *loqui* eſſe credidit.

*Libertatis templum.*] A patre Tib. Gracchi & conditum & dedicatum. Liv. lib. 24. ſect. 16. *Dacerius.*

*Librilla.*] Lege, *Librilia.* Porro ultimis temporibus ſeneſcentis imperii hæc in deſuetudinem abierunt. Sed magiſter rerum uſus in eorum locum *Fuſtibalum* commentus eſt. de quo apud Vegetium. *Joſ. Scaliger.*

*Librilla.*] Melius *librilia.* Inſtrumenta quibus ſaxa in hoſtem librantur, & ipſa etiam ſaxa loris revincta, quæ omnia ultimis temporibus ſeneſcentis imperii in deſuetudinem abierunt, ſed magiſter rerum uſus in eorum locum fuſtibulum commentus eſt. De quo apud Veget. *Scal.*

*Libycus campus.*] In Argeo ubi poſtea vicus Tuſcus.

*Licitati.*] Licitatione contendentes. Unde licitari pro pugnare, congredi. Enn.

*Pars ludicre ſaxa jactant, inter ſe licitantur.* *Dacerius.*

Licto-

Digitized by Google

Lictores dicuntur, quod faſces virgarum ligatos ferunt. hi parentes magiſtratibus, delinquentibus plagas ingerunt.

Limaces cochleæ à limo appellatæ.

Limitatus ager eſt in centurias dimenſus.

Limites in agris, nunc termini, nunc viæ tranſverſæ.

Limus, obliquus, id eſt, tranſverſus, unde & limina.

Lingua non ſolum pars corporis dicitur, ſed etiam differentia ſermonum, promontorii quoque genus non excellentis, ſed molliter in planum devexi.

Lingula per deminutionem linguæ dicta. alias à ſimilitudine linguæ exertæ, ut in calceis: alias inſertæ, id eſt infra dentes coercitæ, ut in tibiis.

Lingulaca, genus piſcis, vel mulier auguratrix.

Liquitur, labitur, fluit.

Litatum alii ſolutum, deditum deo, quaſi luitatum; alii ex Græco à precibus, quas illi λιτὰς dicunt.

## Notæ.

*Lictores.*] Scribendum *apparentes*, pro *parentes* Vide in *viatores*. *Ful. Urſinus.*

*Lictores.*] Alii à ligandis reis dictos volunt, ex illo Cicer. pro C. Rabirio:

*I Lictor colliga manus.*

Vide Gellium.

*Limaces.*] Limax à limo quod ibi vivit. Varro lib. 6. unde Limaces dictæ meretrices. Plaut. Clitell.

*Non quaſi ut hæ ſunt hic limaces lividæ.*

*Limitatus ager.*] In Centurias, in certa quædam jugera dimenſus.

*Limites.*] Quæcumque in agro facta ſunt ad obſervationem finium. Virg.

*Limes agro poſitus litem ut diſcerneret arvis.*

Aliquando viæ tranſverſæ, ut decumanus limes qui agrum ſecat ab Ortu ſolis ad Occaſum. *Cardo*, limes qui per agros currit à Meridie ad Septentrionem. Sumitur etiam *limes* pro quavis alia via.

*Lato te limite ducam.* Virg.

*Limus.*] Bene, non *limis.* Obliquus, tranſverſus. Terent.

*Ego limis ſpecto.*

Subauditur *oculis. Limis oculis*, id eſt, *obliquis. Tranſverſa tuentibus. Dacerius.*

*Lingula.*] Martialis lib. ult. *Quamvis me ligulam dicant equiteſque patreſque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Ant. Auguſtinus.*

*Lingula.*] Græci, *Lingula*, μῦςρος, καὶ γλωσσίς Malo tamen Ligula, ut Martialis: & aliæ Gloſſæ, *Lingula*, μυςρίον. *Joſ. Scaliger.*

*Lingula.*] Melius *ligula*, ſi fides Martiali lib. ult.

*Quamvis me ligulam dicant equiteſque patreſque*
*Dicor ab indoctis lingula grammaticis.*

Idem tamen alibi *lingulam* ſcripſit lib. 2.

*Non heſterna ſedet lunata lingula planta.*

Sane nullo diſcrimine utrumque à veteribus uſurpari facile crediderim. Nam à *lingua*, *lingula*, ſyncope *ligula*. Neque enim à *ligando* dici poſſit lingula ut placuit Chariſio & Juvenalis Scholiaſtæ. ſunt autem variæ hujus vocis notiones, nam *ligula* ſive *lingula* dicitur in calceis linguæ inſtar faſtigiatum. Martialis ſupra. Item *ligula* in tibiis quam pariter γλωσσίδας Græci vocant. Lucian. *Εἰς τὴν γλωσσίδα τοῦ αὐλοῦ λεπτόν τι ἐμπνεῖν. Tenue quiddam in fiſtulæ ligulam ſpirare.* Ligula etiam inſtrumentum quo aromatarii unguenta educunt è vaſis, item gladiolus in ſpeciem linguæ factus. Item menſura, quarta pars cyathi. In verbis Feſti pro *infra dentes coercita*, lege cum Voſſio: *intra dentes coercita.*

*Lingulaca.*] Piſcis linguæ ſpeciem referens, Græcis βούγλωσσος à βου particula epitatica & γλῶσσα *lingua.* Non quod bovis linguam referat ut màle quidam putavit. Latinis *ſolea* dicitur. Inde facete lingulacam loculeleiam mulierem Plautus vocavit Caſin. 2. 2.

*Vin' lingulacas? quid opus eſt, quando uxor domi eſt?*
*Ea lingulaca eſt nobis, nam numquam tacet.*

Pro *auguratrix* vel *garrulatrix* lege cum Cantero *argutatrix.*

*Liquitur.*] *Tum corpora ſudor liquitur.* Virg.

*Litare.*] Solvere à verbo *luo* nam & prius *lutare* dicebatur. Varro apud Nonium in voce *lutavi. habes qui, & cujus rei cauſſa fecerim hecatomben, in quo ego ut puto, quoniam eſt luere ſolvere, lutavi.* Optime igitur Feſtus *litatum*, *ſolutum*, deo deditum in-



Digitized by Google

Liti cecidiſſe dicitur, qui ejus rei, de qua agebat, cauſam amiſit.

Lituus appellatus eſt, quod litis ſit teſtis. eſt enim genus buccinæ incurvæ, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Ennius. Inde loci lituus ſonitus effundit acutos.

Lixabundus, iter libere, ac prolixe faciens.

Lixæ, qui exercitum ſequuntur quæſtus gratia. dicti, quod extra ordinem ſint militiæ, eiſque liceat, quod libuerit. alii eos à Licha appellatos dicunt, quod & ille Herculem ſit ſecutus. quidam à liguriendo quæſtum.

LOCATUM, poſitum.

Locupletes, locorum multorum domini.

Lœbeſum & lœbertatem antiqui dicebant liberum & libertatem. ita Græci λοιϐή, & λοίϐω.

Longitrorſus ſic dicitur, ſicut dextrorſus, ſiniſtrorſus.

Lotos, arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant, cujus baccis paſti quondam Lotophagi dicti.

LUCANI appellati dicuntur, quod eorum regio ſita eſt ad partem ſtellæ luciferæ. vel quod loca cretoſa ſunt, id eſt multæ lucis. vel à Lucilio duce. vel quod primitus in luco conſederunt.

Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur.

## NOTÆ.

interpretatur. Nam & inde *litare* in ſacrificiis καλλιέρειν.

*Liti cecidiſſe.*] *Liti* pro *lite.* Lite cadere dictum ut *cauſſa cadere.*

*Lituus.*] Tuba incurva Equitum propria, ita dicta non à lite ut vult Feſtus ſed à Græco λιτὸς *tenuis, acutus.* Litui enim acutus eſt ſonus. *Dacerius.*

*Lixabundus.*] Gloſſæ Iſidori: *Lixabundus ambulat, qui voluptatis cauſſa ambulat. Joſ. Scaliger.*

*Lixa.*] Potius à *lix* aqua, quia eorum munus erat aquam ferre militibus. Vel à *lixando* coquendo, quia cibos coquebant militibus.

*Locatum.*] Locare, ponere. Virg. *Fundamenta locant alii.*

*Locupletes.*] Proprie qui *locis*, id eſt, *agris* pleni ſunt. Plin. lib. 18. cap. 3. *Locupletes dicebant loci, hoc eſt, agri plenos.* A *locus*, ita antiqui agrum dicebant, & *ples* plenus à *pleo.* Unde *impleo. Dacerius.*

*Lœbeſum.*] Ut ex Græco exemplo apparet OE pro EI uſurpatum fuiſſe dicebat fortaſſe Pompeius. itaque Lœbeſum, pro Leibeſum, ſive Leiberum, & Lœbertatem pro leibertatem ſcribebant. poſtea Leiberum, & Leibertatem, ad extremum liberum, & libertatem. Extat apud me denarius C. Caſſii, in quo ſcriptum eſt. LEIBERTAS. ſic in aliis T. DEIDI. L. OPEIMI. C. SERVEILI. Quis autem uſus fuerit hujus diphthongi docuit Lucilius apud Quintilianum, & Scaurum, Nigidius apud Gellium, & Longum, atque Terentianus. Sed & Cotta apud Ciceronem lib. 3. de Oratore reprehenſus eſt, quod Iota tolleret, & E plenum diceret. Vide Ab oloes. *Ant. Auguſtinus.*

*Lœbeſum.*] Serviana ſchedia: *Sabini Cererem panem appellant: Liberum, Lœbaſium, quia Græce* λοιϐὴ *dicitur res divina. Joſ. Scaliger.*

*Lœbeſum.*] Pro *ei* vel *i* terminatione Græca veteres ſcribebant *œ.* Sic *oloes* pro *illis. Lœbeſum* pro *leibeſum* vel *libeſum*, id eſt, *liberum. Lœbertas. libertas.*

*Longitrorſus.*] Ad longum, in longum, longum verſus.

*Lotos.*.] Arbor eſt Lydiæ, unde tibiæ fiebant quæ & ideo λωτοὶ Græcis dictæ. Euripid. & alii. Latini etiam *loti* pro tibiis. A loto dicti *Lothopagi* populi & *Lothopagitis* inſula. *Dacerius.*

*Lucani.*] Lege: *loca eroſa*, non *Cretoſa. Joſ. Scaliger.*

*Lucani.*] Italiæ populi qui Bruttios complectebantur, à Samnitibus orti. Λευκανοὶ Græce à λευκὸς albus non quod eorum regio ſita ſit ſub parte ſtellæ luciferæ. Sive quod eorum loca *eroſa* ſint, ita enim legendum, non *cretoſa.* Sed quod eorum terra albeſcat, propter argillam fortaſſe. De Lucanis fuſe Strabo lib. 6.

*Vel à Lucilio duce.*] Reſcribendum *à Lucio.* Ex Euſtath. in Dionyſ. Perieg. Ἡ δὲ τῶν Λευκανῶν πόλις Λευκάνη βαρυτόνως, ἐλέγετο ἀπὸ Λευκίου τινός. i. *Lucanorum urbs Lucana gravitone dicebatur à Lucio quodam.* Neque à *Lucilio* unquam *Lucania* dici potuiſſet. Quamvis neque à Lucio formari poteſt Lucania. Vera nominis ratio, quam ſupra poſuimus. *Dacerius.*

*Lucar.*] Vide infra *Pecunia.* Plutarch. probl. Διά τι τὸ πλέμβρον εἰς θέας, λοῦκαρ καλοῦσιν. ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλλα περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον. Gloſſar. Lucar, θεατρικὸν ἀργύριον. *Ful. Urſinus.*

Lu-

Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit: pro eo, quod victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſe occultaverunt.

Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lucem facere dicuntur Saturno ſacrificantes, id eſt capita detegere.

Lucerenſes, & Luceres, quæ pars tertia populi Romani eſt diſtributa à Tatio, & Romulo; appellati ſunt à Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo adverſus Tatium bellanti.

Lucetium Jovem appellabant, quod eum lucis eſſe cauſam credebant.

Lucius, prænomen eſt ejus, qui primum fuit, quia oriente luce natus eſt.

Lucomedi à duce ſuo Lucomo dicti, qui poſtea Lucerenſes appellati ſunt.

## NOTÆ.

*Lucar.*] Θυμελικὸν à Chariſio, & Gloſſis, itemque μισθὸς ἀπὸ φίσκου. Apud Livium lib. 3. *Pythio Apollini republica voſtra bene geſta, ſervataque lucris meritis donum mittitote.* nulla controverſia legimus, *lucaris meriti donum.* ex eo lucare dabatur pecunia in ſumptus & impenſas ſcenicas, unde θυμελικὸν vertunt Grammatici. quibus impenſis modum factum fuiſſe, & lucar hiſtrionum coercitum temporibus Tiberianis, refert Tacitus Annali primo. Invenio in veteri inſcriptione, LUCAR IIIII INAE REDEMPTUM A REP. Tertullianus adverſus Gnoſticos. loquitur autem de præcurſore Domini: *Ipſe clauſula legis, & Prophetarum, nec Prophetes, ſed angelus dictus contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſaltica lucar.* Eleganter. Nam lucar, erat merces ſaltatorum, & hiſtrionum. Plutarchus vertit, τὸ πελέθρον εἰς τὰς θέας. *Joſ. Scaliger.*

*Lucar.*] Vide *pecunia quæ erogatur in ludos, &c.*

*Lucaria.*] A luce dicta vult Varro lib. 5. *Lucaria item à luco quod propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus.* Sed fruſtra, Lucaria enim à luco, *lucus* à luce quod accenſis funalibus lucum implebant luce, etſi contra Servius. celebrabantur autem *lucaria* 14. Kal. Sextiles intra Tiberim & viam Salariam quæ à porta *Collina* in Sabinos mittit.

*Lucaris pecunia.*] Vide *Lucar.*

*Lucem facere.*] Qui mos ante bellum Trojanum fuerat aperto capite ſacrificandi, is poſt Æneæ in Italiam adventum obſolevit, quod cum ille Veneri rem divinam faceret, caput operuit, ne ab Ulyſſe cognitus ſacrificium interrumpere cogeretur. Id Italici poſtea tenuere, ſoli tantum Saturno antiquo more capite aperto ſacra facientes, quia apud ejus aram ſupplicabant quæ illi ante bellum Trojanum in imo clivo Capitolino dicata fuerat. Vide *Saturnia* & *Saturnio ſacrificium fit.* Scaliger *lucem facere Saturno* ideo dictum putat quod cereis accenſis illi preces conciperentur, quapropter etiam Saturnalibus Cereos proceribus mittebant pauperes clientes. Neque Saturno tantum ita capite aperto ſacrificium fiebat, ſed Honori etiam teſte Plutarcho. *Dacerius.*

*Lucerenſes.*] A Lucumone, vel à verbo Etruſco. Varro lib. 4. de Lingua Lat. à Lucumone, vel Lucretino, vel à Luco, Aſconius lib. 3. Verrin. Lucerum nominis, & originis cauſa incerta Livio lib. 1. Lucerenſes à Luco aſyli Plutarc. in Romuli. Feſtus hic à Lucero, ſed verbo Lucomedi à Lucomo. Vide etiam verbo Lucumones; de eiſdem enim, ut arbitror, loquitur. *Ant. Auguſtinus.*

*Lucerenſes.*] Romani primum trifariam à Romulo & Tatio diſpertiti fuere. Alii Ramnenſes à Romulo, alii Tatienſes à Tatio, Luceres alii & Lucerenſes vel à Lucumone vel à Lucero, vel à Luco quem lucum Romulus aſylum fecit. Vel à verbo Etruſco. Quæ ſententiarum varietas effecit ut vera nominis cauſſa incerta ſit, ut & Livii ætate etiam incerta fuit, qui lib. 1. *Lucerum*, inquit, *nominis & originis cauſſa incerta eſt. Dacerius.*

*Lucetius.*] Gloſſar. λυκέριος Ζεύς. *Ful. Urſinus.*

*Lucetius.*] Gloſſæ: *Lucerius* Ζεύς. Utrubi error, neſcio. Gellius habet Lucetius. *Joſ. Scaliger.*.

*Lucetius.*] Gellius lib. 5. cap. 12. *Item Jovis Dieſpiter appellatus, id eſt. diei & lucis pater. Idcirco ſimili nomine Dijovis dictus eſt, & Lucetius, quod nos die & luce quaſi vita ipſa afficeret & juvaret.* Servius ad illud Virg. 9. Æneid. *Lucetium porta ſubeuntem. Solum hoc nomen eſt,* inquit, *quod dictum à Virgilio à nullo alio reperitur auctore. Sane lingua Oſca Lucetius eſt Jupiter, dictus à luce quam præſtare dicitur hominibus, ipſe eſt noſtra lingua Dieſpiter, id eſt, diei pater. Horatius: Namque Dieſpiter.* Gloſſæ, *Lucerius*, Ζεύς. *Jupiter.* Leg. *Lucetius.*

*Lucius.*] A luce, qui oriente luce natus. *Dacerius.*

*Lucomedi.*] Legendum à Lucumone. Propertius vocat Lucmonem.

*Prima galeritus poſuit tentoria Lucmo.*

*Joſ. Scaliger.*

*Lucomedi.*] *A Duce ſuo Lucomo.* Optime Scaliger, *à duce ſuo Lucumone.* Vide *Lucerenſes.* De iis enim hic loquitur. Porro Lucumones reges ſuos dicebant Tuſci à Lycaone Arcadiæ rege. Tuſci enim ex Arcadia. Servius 2. Æneid. *Lucumones qui reges ſunt lingua Tuſcorum.* Et lib. 8. *Tuſcia duodecim Lucumones habuit, id eſt, reges. Dacerius.*



Digitized by Google

Lucomones quidam homines ob inſaniam dicti, quod loca, ad quæ veniſſent, infeſta facerent.

Lucretilis mons in Sabinis.

Luctus, & lugere à Græco trahuntur λυπεῖν, vel λύπειν.

Luculentus à luce appellatus.

Lucuntere genus operis piſtorii.

Lues eſt diluens uſque ad nihil, tractum à Græco λύειν. hinc dictum lutum terra humore ſoluta; & luſtratio, qua quid ſolvitur, ac liberatur. hic & λύτρα ἀπὸ τῦ λύσεως, id eſt ſolutione auri: λύτρα enim libra eſt.

Luma genus herbæ, vel potius ſpinæ.

Lumbago vitium, & debilitas lumborum.

Lura os culei, vel etiam utris, unde lurcones capacis gulæ homines, & bonorum ſuorum conſumptores.

## NOTÆ.

*Lucumones.*] Auſonius ad Theonem:

*Scillito decies ſi cor purgeris aceto,*
*Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.*

Ita legendus eſt locus Auſonii, ut in Auſonianis lectionibus diximus. *Joſ. Scaliger.*

*Lucumones.*] Qui apud Arcadas Λυκίονες, ii apud Tuſcos qui ex Arcadia in Italiam venere, Lucumones dicti ſunt, ut optime Scaliger in notis ad Orphei initia. Sunt autem λυκίονες qui alio nomine λυκάνθρωποι qui ſcilicet melancholiæ genere laborant, quæ λυκανθρωπία dicitur; à Lycaone Arcadiæ rege nomen ſortiti, qui à Jove in lupum fertur converſus. Unde *Lucumo*, inſanus. Auſon. ad Theonem.

*Scillito decies ſi cor purgeris aceto*
*Anticipeſque tuo Samii Lucumonis acumen.*

*Lucretilis.*] Horat. Od. 17. lib. 1.

*Velox amœnum ſæpe Lucretilem*
*Mutat Lycæo Faunus.*

*Luctus & lugere.*] Lege λυπεῖν vel λύζειν. λύζω eſt *ſingultio*. Sed magis placet à λυπεῖν. π facile mutatur in γ.

*Luculentus.*] A *luce luculentus* ut à *luto lutulentus*. Luculentus caminus qui luce plenus eſt, qui ſplendet. Horat. *Jamdudum ſplendet focus.* Sed per metaphoram ad alia transfertur, ſic *luculenta oratio*, *luculenta auſpicia*, id eſt, perſpicua, pulcra, bona. Sic *luculentum prædium* dixit Plaut. *Dacerius.*

*Lucuntere.*] Lege, *Lucunter*, quod Græcum eſt, λευκαντὴρ, ab aſperſione farinæ quæ alba eſt. Dicitur, & lucuns, lucuntis. Varro περὶ πλοῦ, περὶ φιλοσοφίας.

*Ac nulla ambroſia, ac nectar, non alia, ſarda,*
*Panis, pemma, lucuns, cibu' qui puriſſimu' multo*
*eſt.*

Idem σκιαμαχίᾳ, περὶ τύφου.

*Vinum, pemma, lucuns illi nihil iſta miniſtrant.*

Ab eo ὑποκορισικὸν lucunculus. Gloſſæ, *Lucunculus*, τηγανίτης. Afranius Fratriis:

*Piſtori non: at cur non ſcriblitario?*
*Ut mittat fratris filio lucunculos.*

Ita enim legendum in Afranio. Tertullianus libro de Spectaculis: *Stillicidia mellis de livacunlo venenato.* Lege, *de lucunculo.* Apuleius libro 10. de piſtore dulciario: *hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita. Joſ. Scaliger.*

*Lucuntere.*] Verum de Etymo, obſtat, quod prima in *lucunter* & *lucuns* brevis eſt quæ produceretur ſi eſſet à λευκαντήρ. Quare omnino verum eſt *lucunter* eſſe à γλυκαντὴρ ut à χλαίνα *lana*. A γλάξ, γλακτὸς, *lac*: ſic γλυκαντὴρ, *lucanter*, *lucunter*, ſic γλυκόεις γλυκοῦς, *glucuns*, ut πλακόεις πλακοῦς, τυρόεις τυροῦς, ſubintelligitur ἄρτος *panis*. Salmaſius apud Ælium Lampridium.

*Lues.*] Morbus à *luendo*, id eſt, ſolvendo, quia eo ſolvuntur corpora. *Dacerius.*

*Luma.*] Gloſſarium: *Luma*, βοτάνη ὁμοία ἡδυόσμῳ, ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην. Quæ omnia falſa ſunt. Neque enim Luma eſt herba, ſed ſpina: unde *Falces lumariæ* Varroni. neque ſimilis Potamogitoni, neque Potamogiton Calaminthæ. *Joſ. Scaliger.*

*Luma.*] Male in MS. *lima*, vel *lina.*

*Lumbago.*] Gloſſ. Lumbago, ἰσχίων νοσήματα, *Lumborum morbi.* Ita enim legendus hic locus. non ut Vulcanius ἰσχύος ἀνώματα. *Dacerius.*

*Lura.*] Auſonius *Lora*, etiam pro ipſo utre in Periocha decima Odyſſeæ. quod Homero, ἀσκός. *Joſ. Scaliger.*

*Lura.*] Utris vel os culei, quia fit ex corio quod *lurum* ſive *lorum* dicitur. Eo uſus Auſonius pro ipſo utre in Periocha decima Odyſſeæ, quod Homero ἀσκός. Uſus & Lucilius.

In

Digitized by Google

Luridi, ſupra modum pallidi.

Luſcitio, vitium oculorum, quod clarius veſperi, quam meridie cernit.

Luſtra ſignificant lacunas lutoſas, quæ ſunt in ſilvis, aprorum cubilia. à qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis, & ſordidis ventri, & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. & cum ejuſdem vocabuli prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem.

Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his luſtrantur, atque eis nomina imponuntur.

Luxa membra è ſuis locis mota, & ſoluta; à quo luxurioſus in re familiari ſolutus.

Luxantur, à luxu dictum, id eſt luxuriantur.

## NOTÆ.

*—— —— In os prius accipiam ipſe*
*Quam gladium in ſtomacho, lura, ac pulmonibu' ſiſto.*

A *lura* dicti *lurcones* & *lurcari* quaſi *luricones* & *luricari*, hoc eſt cibos in utrem, in ventrem ingerere. Lucil.

*Ut lurcarentur lardum, & carnaria furtim*
*Patrum conficerent.*

*Dacerius.*

*Luridi.*] Græci, *Luridus*, ἰκτερικὸς, ὠχρὸς. *Joſ. Scaliger.*

*Luridi.*] A loro. Qui lori colorem referunt.

*Luſcitio.*] Oculorum vitium. Sed quale ſit, magiſtri veteres ambigunt. Alii enim cum Varrone luſcitioſos eſſe dicunt qui nihil vident veſperi, alii cum Feſto qui clarius veſperi quam meridie. Mihi prior ſententia magis placet, præſertim cum Plinius ſcribat luſcitioſos Græcis dici νυκτάλωπας, hoc eſt, ut exponit Galenus τὰς τῆς νυκτὸς ἀλαοὺς *nocte cæcos.* Vide *Nuſcitioſum. Dacerius.*

*Luſtra.*] Malo ex veteribus editionibus *lamas*, quam *lacunas. Joſ. Scaliger.*

*Luſtra.*] Pro *lacunas* ex vett. editt. melius *lamas*. De qua voce ſupra dictum eſt. Luſtra autem per *u* tenue proprie ferarum cubilia à luto dicta & per metaphoram pro popinis & lupanaribus ſumuntur. Cum vero luſtrum per *u* denſum quaſi *louſtrum*, tempus quinquennale ſignificat à *luendo* ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia & ultra tributa, per Cenſores perſolvebantur. Varro lib. 5. ſignificat & luſtrationem, id eſt, expiationem quæ cenſu peracto Suavetaurilibus fiebat. Vide Livium. *Dacerius.*

*Luſtricus.*] Tertullianus hunc diem vocat *Nominalia* libro de Idololatria: *Circa officia vero privatarum, & communium ſolennitatum, & togæ puræ, ut Sponſalium, ut Nuptialium, ut Nominalium nullum putem periculum obſervari de flatu idololatriæ.* Gloſſarium: *Nominalia*, ὀνοματοθεσία. Græci ἀμφιδρόμια. Gloſſæ Græcorum: ἀμφιδρόμια, ἡμέρα ἀγομένη τοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες κύκλῳ, καὶ ἐπετίθεσαν αὐτῷ ὄνομα, ὅτι ὑπὸ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων δῶρα ἐπέμποντο. Quæ omnia explicant morem Athenienſium, qui extat apud Terentium, in protatica perſona primæ ſcenæ Phormionis Comœdiæ. Non tamen in Amphidromiis imponebant nomina: ut hic dicitur: ſed decima poſt natum puerum die. Itaque apud Suidam integriora hæc verba habentur, καὶ τῇ δεκάτῃ ἐτίθεσαν αὐτῷ ὄνομα. Sed de luſtrico die amplius vide Plutarchum in Quæſtionib. & Macrobium lib. 1. Saturnaliorum de Nundina Dea. *Joſ. Scaliger.*

*Luſtricus.*] Luſtricus dies, quo infans luſtratur, id eſt, expiatur, purificatur. Sueton. Neron. cap. 6. *Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico extitit.* Ideo *luſtralis ſolemnitas* dicitur Symmacho. Et hunc puellarum octavum fuiſſe nonumque puerorum conſentiunt, Plutarch. & Macrob. Tertullianus eam diem hebdomadæ ultimam vocat, quod non repugnat. Nihil enim vetat, ut optime doctiſſ. Caſaubonus in Perſium, diem eandem ultimam eſſe hebdomadæ & nativitatis octavam vel nonam. Ita autem nomen imponebant, eligebant ſcilicet aliquem qui præeſſet huic nominis impoſitioni ejuſque quaſi magiſter foret, ut hodie apud nos. Polyæn. Strat. lib. 6. Κύριον εἶναι τῆς θέσεως τοῦ ὀνόματος τοῦ παιδὸς. *Magiſtrum eſſe impoſitionis nominis filii, en eſtre le parrain.* Aliquando etiam omina captabant ut nomen imponerent. Accenſis enim multis luminibus unicuique nomen aſſignabant, atque ejus demum quod cæteris extinctis ſupervixerat, nomen arripiebant ac puero imponebant. Idque ſua ætate adhuc obſervatum fuiſſe quæritur D. Chryſoſtomus in 4. caput prioris ad Corinthios. *Dacerius.*

*Luxa.*] Gloſſæ: *Luxum*, σφάλμα, ἢ λυγισμὸς, ἢ ἀσωτία. *Joſ. Scaliger.*

*Luxa membra.*] A luo, *lutum* & *luxum*. Unde *luxus, a, um*, quod ſolutum, ſuo loco motum eſt; à quo *luxus, ûs.* Animi diſſoluti & ſuo loco moti vitium, inde *luxuries* & *luxurioſus* &c. *Dacerius.*

*Luxantur.*] Gloſſæ: *Luxatur*, ἀνασπᾶται. *Joſ. Scaliger.*

*Luxantur.*] Gloſſ. luxatur, ἀνασπᾶται. *infarcit, implet.* Quem locum fruſtra ſolicitavit doctiſſimus

Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximæ claritatis fuit ob luporum interfectionem. λύκος enim lupus eſt.

Lycophos Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis. dictum autem lycophos, quaſi λευκὸν φῶς, id eſt lumen candidum.

Lymphæ dictæ ſunt à nymphis. vulgo autem memoriæ proditum eſt, quicumque ſpeciem quandam è fonte, id eſt effigiem nymphæ viderint, furendi non feciſſe finem, quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant.

Lyrneſſiades, ab oppido Phrygiæ Lyrneſſo dicti.

## Notæ.

Vulcanius. *Nunc vero*, ut ait Nonius, *vulſum & ſuo loco motum luxari ignari latine dicimus.*

*Lycii Appollinis oraculum.*] *Lycias ſortes* vocat Virgil.

> *Italiam Lyciæ juſſere capeſſere ſortes.*

Ipſe Apollo *Lycius* λύκιος Græcis quod in Lycia cultus, non vero ob lupos interfectos, etſi ob eandem cauſſam eum λυκοκτόνον dictum fuiſſe reperias. Vide Heſych. *Dacerius.*

*Lycophos.*] Imo dictum, quod λύκη, lux, apud veteres. unde manſit in ἀμφιλύκη. Inde etiam lux, & lucere. *Joſ. Scaliger.*

*Lycophos.*] Græce λυκόφως ſummum diluculum ultima pars noctis ſub exortum auroræ, non à λευκὸν φῶς ut putat Feſtus, ſed à λύκη *prima lux* quæ vox manſit in ἀμφιλύκη.

*Lympha.*] Quaſi nymphæ *n* mutato in *l*. Hæ ſi conſpicerentur furorem immittere putabantur. Varro lib. 6. *In Græcia commota mente quos* νυμφολήπτους *appellas, ab eo lymphatos dixerunt noſtri.* Pacuvius in Teucro:

> *Flexanima tanquam lymphata & Bacchi ſacris*
> *Commota.*

Ideo Theocritus poëta ſuaviſſimus Nymphas vocavit numina agricolis metuenda:

> Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις.
> *Nymphæ inquietæ, graves deæ agricolis.*

*Lyrneſſiades.*] Ex Lyrneſſo oriundæ quæ urbs erat in ora Trojæ unde Achilles abſtulit Briſeida. Alii Lyrneſſum in Sicilia ponunt. Infra legendum *dictæ*. Lyrneſſiades enim τὸ θηλυκόν. *Dacerius.*



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

### *LIBER UNDECIMUS.*

### M.

MACELLUM dictum à Macello quodam, qui exercebat in urbe latrocinia, quo damnato Cenſores Æmilius, & Fulvius ſtatuerunt, ut in domo ejus obſonia venderentur. PAULUS.

Macilenti, macie tenuati.

Mactus, magis auctus.

Maduſa ebrius, à Græco μαδᾷν deductum: vel quia madidus ſit à vino.

### NOTÆ.

*Macellum.*] Unde ſit mire veteres diſſentiunt. Feſti ſententiam probat Varro duobus locis qui à Macello quodam dictum vult. Donatus vero, Iſidorus & Scaliger à mactandis pecoribus deducunt, ut ſit à *mactum*, *mactulum*, *mactellum*, *macellum*. Salmaſius ab Æolico μάγειρος qui carnes vendit: ſed Scholiaſtes Ariſtophanis à ſtructura nomen ſortitum dicit: ὁ δὲ κύκλος (inquit in equit.) ἀθλιώτατόν ἐστιν καθάπερ Μάκελλος. ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών. i. *Cuclos locus Athenis, qui ut & Macellum, ex ſtructura nomen accepit.* Quod ſi verum dicendum eſt *cuclon* à rotunditate dictum fuiſſe quia rotundus. Macellum vero ἀπὸ τῆς μακέλλης, à ligone, quod ita ſtructum fuerit, ut ligonis figuram referret; ſed ejus typum vidiſſe oportuit, ut id unice probetur. Subjungit idem Scholiaſtes in macello præter carnes omnia alia obſonia veniiſſe, præſertim piſces, & ibi illum fruſtra eſſe certum eſt, nam de carnibus etiam conſtat, imo & in macello lanios & fartores ponit Terent. Eunuch. 2. 2.

*—— —— Interea loci ad Macellum ubi venimus*
*Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes,*
*Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores.*

*Macilentus.*] A *macie* quod à *maceo* Macilentus qui ita macet ut totus oſſa atque pellis ſit.

*Mactus.*] *Mactare*, *mactus*, *macte*, ſacrorum verba ſunt. Apud Catonem: *Macte hocce vino inferio eſto: Macte hacce dape pollucenda eſto. Macte eſto*, antique, pro *mactus eſto*. Mactus, i. e. magis auctus. Et ad alia quævis transferuntur, ut *mactare honoribus*, *infortunio*. Plaut. Eleganter Arnob. lib. 1. *fanorum conſecratione mactare. Dacerius.*

*Maduſa.*] Scribe ut in Pſeudolo, *Madulſa: Probe madulſa abeo. Joſ. Scaliger.*

*Maduſa.*] Bene alii *madulſa*. Plaut. Pſeud. 5. 1.

*Profecto Ædepol ego nunc probe abeo madulſa.*

*Madulſa* & *madidus* à verbo *madeo*, quod aliquando etiam ponitur pro ebrius ſum ut contra ſiccus pro ſobrio.



Digitized by Google

Mæandrum, genus picturæ, dictum eſt à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.

Mæcia tribus à quodam caſtro ſic appellatur.

Mæniana ædificia à Mænio ſunt appellata : is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora.

Mæſius linguâ Oſca, menſis Maius. Oſci enim à regione Campaniæ quæ eſt Oſcos, vocati ſunt.

## Notæ.

ſobrio. Madeo autem à μαδᾶν deglabrari, glabeſcere, depiles eſſe cum ſcilicet propter nimiam humoris copiam decidunt pili, niſi malis eſſe à μυδᾶν, *præ nimio humore putreſcere*. Nam & eo ſenſu etiam *madere* aliquando legere eſt, unde à Græcis exponitur τήκειν quod eſt humidum eſſe tabefieri vel corrumpi. Gloſſ. *madida* τακερά. Etſi par in utroque eſt ratio, nam & μαδᾶν pro μυδᾶν, & contra ſæpe poſitum eſt, ita ut meo quidem judicio minime tentari debeant loci ubi hæc vel illa vox uſurpatur. *Dacerius.*

*Mæandrum.*] Etiam picturæ in lacunaribus propterea μαίανδροι dicuntur. Inde Mæandratum. Varro τεφρῇ μηλίτῃ, ἢ ἀσελίχῳ τοῖς τειχχείαις. *Mihi facies mæandrata, & vermiculata, atque adeo cingens orbem terræ. Joſ. Scaliger.*

*Mæandrum.*] Mæandrum fluvium Lydiæ maxime flexuoſum fuiſſe è veteribus certum eſt. Ab eo in veſtibus & in pictura mæandros dicimus, quidquid flexuoſe ad inſtar Mæandri fluminis vel ponitur vel pingitur ut purpuram flexuoſam, & in ſe remeantem in Chlamyde de qua Virg.

*Victori chlamydem auratam, quam plurima circum*
*Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.*

Ubi Servius: *Erat in chlamyde flexuoſa & in ſe remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ, qui ſinuoſus eſt.* Ab eo etiam Mæandri dicuntur vafra & obliqua conſilia, *des detours*. Cicero in Piſon. *Quos tu Mæandros & quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti.* Vide doctiſſimum paroimiographum in voce *Mæandros*.

*Mæcia.*] Hujus meminit Livius lib. 8. *Eodem anno cenſus actus. Tribuſque propter eos additæ Mæcia & Scaptia.* Meminit & Cicero ad Atticum & pro Plancio. Dicta autem Mæcia à Mæcio caſtro quod non procul à Lanuvio fuit. *Dacerius.*

*Mæniana.*] In aliquo libro eſt à Mænio Cenſore. Fuit autem C. Mænius P. F. P. N. Cenſor cum L. Papirio Craſſo anno CDXXXV. Hic triumphavit de Antiatibus, aliiſque priſcis Latinis; quamobrem ei columnam datam eſſe Plin. ſcribit lib. 34. cap. 5. cum Feſto conſentiunt Nonius, & Iſidorus. *Ant. Auguſtinus.*

*Mæniana.*] Mænianum ἐξώστης. *Menianus* ἐκθέτης. Gloſſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Mæniana.*] Hæc ſunt Pauli. Quæ Feſtus ſcripſerat, inveni in ſchedis, quas editio Romana Fulvii Urſini repræſentat. En tibi: *Mæniana appellata ſunt à Mænio Cenſore qui primus in foro ultra columnas tigna projecit quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula.* Mænianorum meminit Cicero Academ. quæſt. lib. 4. *Interim ille cum æſtuaret, veterum ut Mænianorum ſic Academicorum viam ſecutus eſt.* Nominis cauſſam docet Aſcon. in divinat. *Mænius, inquit, cum domum ſuam venderet Catoni & Flacco Cenſoribus ut ibi baſilica ædificaretur, exceperat jus ſibi unius columnæ ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna mæniana vocitata eſt.* Idem vetus interpres Horatii lib. 1. Sat. 3. adducens illud Lucilii: *Mænius columnam cum peteret.* Quod ad normam verſus ſic facile reducas ut Jano Duzæ olim ſuboluit: *Columnam Mænius cum peteret*, vel *cum exciperet.* Porro ut Mænianorum rationem & modum diſcas pone tibi ob oculos hodiernas noſtras caſulas quas vulgo vocamus *lôges*; unde ſpectantur ludi, puta tragœdiæ, choreæ, opera muſica &c. Nam eadem plane res eſt. Neque tamen à Mænio dicta mæniana, ſed à *mœnia* quæ ſunt περίβολοι ut optime olim magnus Salmaſius. Nam *mænianum* proprie περίβολον ſive podium in circuitu Solariorum poſitum ne facilis in præceps lapſus eſſet: qua voce etiam Latini uſi ſunt qui peribulum pro Mœniano dixere; optimæ gloſſæ, *peribulum*, περίφορον. Prophorum autem nihil aliud eſt quam projectum provolans, ſive ſolarium, ſive planum tectum ex tranſverſis & provolantibus tabulatis per circuitum corona munitum, idem chalcidicum dictum, hyperoon, & pergula. Adjiciebatur aliquando foribus & porticibus ut hodie balcones noſtri, & inde in foro ſpectacula illa unde ſpectabantur ludi, ut caſulæ illæ noſtræ, mœniana etiam dicta, plura vide apud Salmaſium in Ælio Spartiano.

*Mæſius.*] A quo poſtea *majus*. Ergo hic menſis ante Romam conditam fuit, quare falſum eſt eum à majoribus Romuli nomen traxiſſe, ut voluit Varro. Oſci enim qui oram Campaniæ maritimam tenebant, ſic eum ante Romam conditam vocavere. Vide infra in voce *Majus*. Pro *Oſcos* alii legunt *Oſcor*; alii *Oſcorum* quam poſtremam ego lectionem unice amplector, cum ſciam Oſcos partem Campaniæ tenuiſſe, ut ex Strabone & aliis notum eſt. Imo etiam

Magis à Græco μᾶλλον venit. *antiqui, Sed alias magis magiſtrare pro regere, & temperare* Festus.
*dicebant.* magiſterare, quidam *ponunt pro. . . .*

Magiſterare regere, & temperare eſt. Magiſterare moderari, unde magiſtri non ſolum doctores artium; ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, Paulus.
equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris poſſunt. unde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quam privati. Quæ vox duabus ſignificationibus notatur, nam aut perſonam ipſam demonſtrat, ut cum dicimus magiſtratus juſſit: aut honorem, ut cum dicimus Titio magiſtratus datus eſt.

Magiſteria dicuntur in omnibus rebus, quæ magis ceteris poſſunt, ut magiſterium equitum.

. . . . . rebus, qui ma . . . . . quitum. & . . . . . . . . . llinis dixe . . . . . Festus.
. . . . . . . . . untur velut . . . . contra ora . . . . . Paulus.

Magmentum, magis augmentatum.

## Notæ.

etiam & ab ea parte Campaniæ quæ ſerpentibus abundaret *Opici* prius, poſtea *Oſci* dicti ſunt. Quare emendabis obiter illud Servii 7. Æn. *Oſcorumque manus. Capuenſes dicit qui ante Oſci apellati ſunt, quod illic plurimi abundavere ſerpentes.* Reſcribe *qui antea Opici.* Opici enim prius dicti ab ὄφις *ſerpens.* Nunc Feſti verba ſatis aperta.

*Magis.*] Duriuſculum etymon. Veriſimilior videtur Jul. Scaligeri ſententia qui ab obſoleto *magnior* eliſo *n magior magis* deducit.

*Magiſterare.*] Deerat ſpacium ad ea capienda quæ deſiderabantur ex ſched. in fine puto deſiderari tantum vocem *docere* vel ſimilem. & recte quidem Feſtus magiſterare antiquis uſurpatum dicit pro regere, imperium habere. Inde in Gloſſ. *magiſtro* ἡγεμονεύω. *Magiſterium* ἀρχή. Sed poſtea pro *docere*, unde artium doctores dicti magiſtri. Sic Spartianus in Adriano ſect. 10. *Ipſe inter manipulares vitam militarem magiſtrans.* Id eſt docens. *Dacerius.*

*Magiſterare.*] Verba Feſti, quæ hæc præcedunt, ad hoc verbum referenda ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Magiſterare.*] Poſt verbum *pagorum*, videtur addendum *curiarum*, ex Plauto, qui dicit in Aulularia. *Noſtra qui eſt magiſter curia. Ful. Urſinus.*

*Magiſterare.*] Male Paulus *magiſter* ducit à *magiſterare* vel *magiſtrare.* Cùm contra *magiſterare* à *magiſter* dictum ſit. Erat autem proprie magiſter, præfectus, Græcis ἐπιστάτης ut *magiſter pagorum* in inſcriptionibus. *Societatum* apud Ciceronem pro Plancio. *Vicorum* apud Suetonium in Auguſto. *Collegiorum* apud Aſconium. *Equitum* apud Livium, Varronem & alios. Inde & magiſtri nomen honoris cauſſa artium doctoribus datum videri poteſt. ut apud Livium lib. 5. ſect. 27. Inde *publicæ magiſtrationes* in codice Theodoſ. 1. ſcholæ publicæ. A *magiſterare* eſt *magiſtratus*, non vero à *magiſter* immediate ut putavit Varro. *Dacerius.*

*Magiſteria.*] Verba Feſti ex his Pauli verbis intelliges. addebantur tamen alia de magiſterio, ut opinor, ludorum Apollinis ex oratione neſcio qua, quæ contra orationem inſcribebatur alterius oratoris. *Ant. Auguſtinus.*

*Magiſterium.*] Difficile explere lacunas iſtas. Tamen de Apolline, & de quodam ſcriptore, qui contra orationem neſcio cujus quædam de Apolline dixerat, tractabatur. Suſpicor agi de oratione, quam habuit Varro ad populum ludis Apollinaribus de Nonis Caprotinis. Verba ejus ſunt hæc ex quinto de Latino ſermone: ob hoc togam prætextam datam eis Apollinaribus ludis docui populum. *Joſ. Scaliger.*

. . . . . . *Rebus.*] Ex ſuperioribus Pauli verbis facile præſtari poterat hujuſce capitis prima pars adeoque in promptu erat non de magiſteriis ſed de magiſtris Feſtum egiſſe. Sed en tibi locum fere integrum ex ſched. *Magiſtri dicuntur in omnibus* rebus qui magis *ceteris poſſunt, ut magiſtri* equitum, & *magiſtri populi. Item magiſtri ludorum Apollinis* dix*erunt antiqui qui nunc aliter dic*untur, velut *oſtendit Cato in ea oratione quam dixit* contra oratio*nem.* . . . . . . . . . In fine deſunt paucula, ſed quæ nemo præſtabit. Id unum me torquet neque ſatis Verrium ſive Feſtum intelligo cum ait ex Catone magiſtros ludorum Apollinis tunc fuiſſe aliter dictos, cum ſciam idem eos ſemper nomen obtinuiſſe, etſi quandoque præfecti etiam dicti ſunt. *Dacerius.*

*Magmentum.*] Lege, *Magmentum, majus augmentum. Joſ. Scaliger.*

*Magmentum.*] Lege cum Scaligero: *Magmentum, majus augmentum.* Erat daps quæ profanabatur à ruſticis Jano, Silvano, Marti, Jovi Dapali; ſed & qualibet alia qua Deos mactabant. Unde magmentarium vas ubi exta ſacra aræ imponebantur. Gloſſ. *magmentarium,* ἐφ᾽ οὗ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. i. *Vas ubi exta altaribus imponuntur.*

Magnificiſſima dicebant antiqui pro magnificentiſſima. re enim vera magnificens dici non poteſt. unde magnificentiſſima videtur deduci.

Magnificius idem Cato pro magnificentius dixit, & non fruſtra: nam poſitivus ejus magnifice eſt.

FESTUS. Magni*ficius*, *pro magnificentius uſurp*avit Cato in ea, quam *ſcripſit*. . . . . . . . . . . ; . . . . . gna quis homo. . . . . . . . . . . . . . *aut* pulchrius purgat *aut magnificius: nunc magnificent*ius, dicimus, cum mag*nifice ejus poſitivus*. . . . . . . .

----- *Sit* . . . . . at nepos ejus in ea *quam ſcripſit* . . . . . . . . . . . . *ta*men ait, cum Ædilis *Curulis eſſet* . . . . . . . . *magnæ ma*tris ludos magni*ficentius*, *quam alii; fecit*.

Magnificior quoque *idem deduxiſſe videtur à munifice*.

PAULUS. Magnum annum dicunt mathematici, quo ſeptem ſidera errantia expletis propriis curſibus ſibimet concordant.

Magnum ſocerum appellat vir uxoris ſuæ avum.

Magnam ſocrum vir uxoris ſuæ aviam appellat.

## NOTÆ.

*Magnificiſſima.*] *Magnificior* & *magnificiſſimus* dicebant antiqui ἀναλόγως à poſitivo *magnificus*. Nos autem *magnificentior*, *magnificentiſſimus*; cum tamen *magnificens*, dici non poſſit, unde ea deducuntur. Sic *munificior* à munifico dixit Cato, nos *munificentior* etiam ſi *munificens* non ſit in uſu. Vide infra *munificior*. *Dacerius*.

*Magni*. . . .] Catonis, Atei, & nepotis M. Catonis, ut opinor, ſententia obſcura eſt, his paucis exceptis, quæ Paulo debemus. *Ant. Auguſtinus*.

*Magni*. . . .] Cum in hiſce ruderibus excitandis ſatis diu me torſiſſem & eorum tantum partem aliquam edidiſſem, tandem me ab hac cura ſchedæ liberum fecere, quæ ſi non locum integrum, tamen aliquatenus reſtaurari facilem ponunt. Verba quidem Catonis ut valde confidentis eſſet ſe præſtaturum recipere, ita nimis meticuloſi ſuper iis conjecturam ſuam tacere. Locum igitur integrum ſic tentabo: *Cato in ea quam ſcripſit*. . . . . . *Crimina magna quis homo quam tu aut pulcrius, purgat aut magnificius. Nunc magnificentius dicimus cum magnificens ejus poſitivus non amplius ſit in uſu. At nepos ejus in ea quam ſcripſit*. . . . *tamen ait: cum ædilis curulis eſſet is tum magna* &c. de nepote Catonis vide Gellium lib. 13. cap. 18.

*Magnificior.*] Jam alibi monuimus Feſtum libros ſuos ita conſcripſiſſe ut voces omnes quæ ab eadem litera incipiebant in eundem librum retulerit, nullo ſyllabarum ordine ſervato, inde factum eſt ut qui ſingula alphabetico, ut vocamus, ordine diſponere aggreſſus eſt, is multa reliquerit & corrupta & ſuis ſedibus mota. Velut hic *magnificior quoque*. . . . quod ad *munificior* pertinet. Scriptum enim fuerat: *munificior quoque deduxiſſe videtur*. ſed adi *munificior*.

*Magnum annum.*] Cicer. lib. 2. de Nat. Deor. ubi de planetis *quorum ex diſparibus motibus magnum annum Mathematici nominaverunt, qui tum efficitur cum Solis & Lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatiis eſt facta converſio, quæ quam magna ſit magna quæſtio eſt: eſſe vero certam & definitam neceſſe eſt.* Et in Hortenſio: *Horum annorum quos in faſtis habemus, magnus 12. millia nongentos quinquaginta quatuor annos complectitur*. Sed meræ nugæ. Magnus annus ſive annus Platonicus cum ſtellæ fixæ ab æquinoctii & Solſtitii cardinibus digreſſæ, εἰς τὰ ἑπόμενα totum circulum ſuum confecere. Eas autem ex Timacharidis, Hipparchi ſuiſque adeo obſervationibus centum annorum ſpatio gradum unum abſolvere Ptolemæus ſtatuit, ex quo efficitur 36000. annorum decurſu hunc magnum annum evolvi. Tardiorem hunc motum faciunt tabulæ Alphonſianæ, ita ut totis 49000. annis periodum hanc abſolvi rex Alphonſus crediderit. At brevioribus eam ſpatiis determinavit Albategnius: nec pluſquam 23700. annos ei tribuit, quippe quam 66. quoque anno gradum unum explere deprehenderit, quam ſententiam obſervationibus ſuis longe accuratiſſimis ad verum proxime accedere confirmavit Tycho, nam intra 67. annorum ſpatium gradu uno fixas εἰς τὰ ἑπόμενα progredi, totumque illud curriculum 24120. annis peragrare comperit. Ita illuſtr. Huetius in doctiſſ. ſuis in Origenem, obſervationibus.

*Magnum ſocerum.*] Socer eſt viri pater, magnus ſocer avus; major ſocer, proavus. Socer à Græco ἑκυρός.

*Magnam ſocrum.*] Socrus ἑκυρὰ viri ſive uxoris mater, magna ſocrus avia, major ſocrus, proavia.

*Magnos.*]

Digitized by Google

Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Jovis, quem principem deorum putabant, faciebant.

Majeſtas à magnitudine dicta.

Maiis Idibus mercatorum dies feſtus erat; quod eo die Mercurii ædes eſſet dedicata.

Majus menſis in compluribus civitatibus Latinis ante urbem conditam fuiſſe videtur, qua ex cauſa utrum à majoribus, ut Junius à junioribus dictus ſit; an à Maia, quod Mercurio filio ejus res divinæ . . . . fiant ſolemnes; an quod ipſi deæ in multis Latinis civitatibus ſacrificia fiebant (ipſo menſe. . . . . . .) FESTUS.

Major patruus, avi & aviæ patruus.

Major amita, avi & aviæ amita. PAULUS.

Major avunculus, avi & aviæ avunculus.

Major Græcia dicta eſt Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt. vel quod in ea multæ, magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ.

## NOTÆ.

*Magnos ludos.*] Ita dictos putat Aſconius quod magnis impenſis ederentur, ſed ita potius vocati quod in honorem trium magnorum Deorum, Jovis ſcilicet, Junonis & Minervæ peragerentur. Cicero lib. 5. in Verr. *Mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani appellati ſunt, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni Minervæque eſſe faciendos.* Fiebant autem menſe Septemb. per plures dies; iis enim aliquando novem inſumptos fuiſſe in faſtis reperias.

*Majeſtas.*] Ab antiquo *majus* pro magnus, *majeſtas* magnitudo.

*Maiis Idibus.*] Ovid. Faſt. lib. 5.

*Templa tibi poſuere patres ſpectantia circum*
*Idibus, ex illo eſt tibi feſta dies.*
*Te, quicumque ſuas profitentur vendere merces,*
*Thure dato, tribuas ut ſibi lucra rogant.*

*Dacerius.*

*Maſus.*] Auſim affirmare me veram lectionem aſſecutum in corruptiſſimo fine hujus loci: *an à Maja. quod Mercurio Filio ejus res divina Idibus fiat eo menſe.* nam fine ullo prorſus dubio inverſæ ſunt literæ in SOLEMNES pro IPSO MENSE. Quia principium τῦ IPSO cohæſit cum fine præcedentis τῦ FIANT. Hæc eſt, ni fallor, vera lectio. *Joſ. Scaliger.*

*Majus.*] Ante Romam conditam fuit ut ſupra in *Maſius* quare facile adducor ut credam à *maſius* detracta litera *ſ* factum *majus*, poſtea *majus*. A Maja tamen Mercurii matre nomen traxiſſe ſcribit Ovid.

*At tu materno donaſti nomine menſem*
*Inventor curvæ, furibus apte, fidis,*

Quanquam idem alibi vel à *majoribus* ut *junium* à junioribus dictum putat; vel à majeſtate Honoris & Reverentiæ filiâ. Quæ hic deſunt, ſic expleri poſſunt: *An à Maja quod Mercurio filio ejus res divina idibus fiant ſolennes, an quod ipſi Dea in multis Latinis civitatibus ſacrificia fiebant ipſo menſe.* Nihil amplius deeſt.

*Major Patruus.*] Proprie avi non aviæ patruus, hoc eſt, proavi frater, ut amita aviæ, non avi, amita. Hoc eſt, proaviæ ſoror. At major avunculus, aviæ, non avi avunculus, proaviæ frater. Sed non ſemper diſcrimen illud veteres obſervarunt. Ut hic ex Feſto & alibi ex aliis certum eſt. *Dacerius.*

*Major Græcia.*] Quare Græcia dicta ſit, non dubitatur, ſed quare major Græcia. Certiſſimum eſt ita vocatam à Romanis, quia propior ea eſſet illis, quam tranſmarina Græcia. quemadmodum contra Græcos Italos ipſi Græci tranſmarini vocabant ἐξωτικοὺς, id eſt, barbaros. Nam Meſſenio ſervus apud Plautum vocat *exoticam Græciam*, quam Romani majorem Græciam, non quidem ex perſona ſua: nam erat Siculus, neque vocaſſet conſulto ſe ipſum barbarum: ſed μιμητικῶς ex perſona Græcorum ipſorum, qui Siculos & Calabros vocabant ἰταλοὺς ἐξωτικούς. ut Plautus cum ſe vocat barbarum, & Barbariam Italiam, non ex conſuetudine Romanorum dicit: quis enim ſanus ſe barbarum vocet? ſed ex perſona Græcorum, qui βαρβάρους, ϗ ἐξωτικοὺς Italos vocabant: quod etiam ex Plutarcho in vita Pyrrhi cognoſcimus. Ego hoc monui de exotica Græcia, ne forte Turnebum ſequamur, & auctoritate tanti viri permoti imprudentes eundem lapidem offendamus, qui exoticam Græciam non de ea quæ dicta eſt Magna Græcia, ſed illam, quæ in Epiro erat, intellexit. In quo profecto non leviter erravit. *Joſ. Scaliger.*

*Major Græcia.*] Quid magnæ ſive majoris Græciæ nomine veteres intellexerint, non ſatis convenit inter auctores. Feſtus ait Italiam dictam. Athenæus, omnem fere Italiam. Strabo, Siciliam & eam

Major magiſtratus conſul dicitur.

Major ſocer uxoris meæ proavus.

Major ſocrus uxoris meæ proavia.

FESTUS. *Minora itemque ma*jora auſpicia, quæ d*icantur docet Meſſala. nam* majora Conſulum, Pr*ætorum Cenſorumque dici ait & re*liquorum minora cum illi *majores*, *hi autem mi*nores magiſtratus dici *conſueverint.*

Majorem Conſulem L. Cæſar putat dici, vel eum, penes quem faſces ſint: vel eum, qui prior factus ſit: Prætorem autem majorem Urbanum, minores ceteros.

PAULUS. Major Conſul dicitur vel is, penes quem faſces ſunt; vel is, qui prior factus eſt: Prætor autem major Urbanus, minores ceteri.

Majores Flamines appellabantur patricii generis, minores plebei.

## NOTÆ.

eam partem Italiæ quæ Siciliæ obverſa eſt. Plinius Italiæ tantum partem aliquam. Servius à Tarento uſque ad Cumas. Seneca, totum Italiæ latus quod infero mari alluitur. Quare autem Græcia dicta ſit non dubitatur, ſed quare major Græcia. Scaliger recte quidem Græciam exoticam, Italicam Græciam ſive majorem Græciam interpretatus eſt. Sed falſum ita eam dixiſſe Meſſenionem ex perſona Græcorum, neque enim antiquitus ita fœda res erat ſe ipſum vocare barbarum ſive exoticum, ut nemo ſanus ſe eum eſſe profiteretur, cum *barbarus* & *exoticus* nihil aliud ſonarent quam *extraneus*, *alienigena*. Illud olim pluribus exemplis oſtendam apud Plautum ipſum favente Deo. Nunc de majori Græcia. Nunquam ſane majorem errorem erravit Scaliger quam cum ait eam à Romanis ita dictam quod propior eſſet eis quam transmarina Græcia, ridiculum enim ſit duarum urbium cognominum alteram vocare majorem quod à nobis propior abſit. Peccavit igitur Scaliger, & iterum etiam cum ait à Romanis ita dictam fuiſſe. Nam certum eſt à Græcis ipſis nomen inditum, adeoque ab ipſis majorem Græciam vocatam ut ipſius ſoli præſtantiam ſignificarent. Utrumque probat Plin. cum Italiam dilaudans ita ſcribit: *Ipſi de ea judicavere Græci, genus in gloriam ſuam effuſiſſimum, quotam partem ex ea appellando magnam Græciam.*

*Major magiſtratus.*] Græci vocant ὕπατον quaſi dicas ſummum. Nullum enim altius Imperium Romæ fuit. Ovid. lib. 4. de Ponto. El. 2.

*—— —— —— nullum Martia ſummo*
*Altius imperium conſule Roma videt.*

*Major ſocer.*] Vide *majorem ſocrum.* *Dacerius.*

*Majora auſpicia.*] Ex libro M. Meſſalæ Auguris de auſpiciis primo apud Gellium lib. 13. cap. 14. hæc Feſti verba intelliges. Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diviſa, maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum: reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. ideo illi minores, hi majores magiſtratus appellantur. *Majora autem dicuntur auſpicia habere*, inquit Gellius, *quia eorum auſpicia magis rata ſunt, quam aliorum. Ant. Auguſtinus.*

*Majora auſpicia.*] His ita reſtituendis mihi viam fecerunt quæ ex libro Meſſalæ Auguris de auſpiciis primo apud Gellium leguntur lib. 13. cap. 14. *Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diviſa, maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi majores, hi minores Magiſtratus appellantur.* Et poſtea me non vanum conjectorem fuiſſe reperi ex ſchedis ubi omnia ad verbum, Majora autem auſpicia habere dicuntur, inquit Gellius, quia eorum auſpicia magis rata ſunt quam aliorum. Et inde lucem capit illud Virgil. 3. Æneid.

*Nate dea, nam te majoribus ire per altum*
*Auſpiciis manifeſta fides.*

Etſi Servius *Majoribus* interpretatur *cœleſtibus.* Eo quod auſpicium quod de cœlo eſſet, verbo Augurum proprio *maximum* dicebatur. Sed mea interpretatio mihi videtur purior. Et huc reſpexiſſe videtur Horatius cum cecinit. Od. 5. lib. 4.

*Ni tuis victus Veneriſque grata*
*Vocibus Divum pater annuiſſet,*
*Rebus Ænea potiore ductos,*
*Alite muros.*

Quod Virgilius dixerat *majoribus auſpiciis*, ipſe dixit *potiore alite.* Neque Virgilium melius quam per Horatium, ut contra Horatium melius numquam quam per Virgilium poſſis interpretari.

*Majorem Conſulem.*] Alternis menſibus apud alterum Conſulem faſces erant, non penes unum tantum, & Majorem Conſulem dictum fuiſſe puto qui eos haberet prior, nam ſumere eos ſolebat qui major natu eſſet. Prætor autem Urbanus, *Major* dicebatur, quia dignior erat & honeſtior, ita ut veluti proprio cognomento honoratus appellaretur. Ovid. lib. 1. Faſt.

*Verbaque honoratus libera Prætor habet.*

*Majores Flamines.*] Tres tantum fuere qui majo-

res

Digitized by Google

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. FESTUS.

Maledictores dicebant antiqui quos nos appellamus *maledicos. Cato cum Proficiſceretur in* Hiſpania re *movendi maledictores.*

Malevoli Mercurii ſignum erat proxime Janum, qui item erat in Turdellis *Mercurius malevoli etiam cognomine* appell*abatur:* malevoli autem, quod in nullius tabernam ſpectabat.

Malevoli Mercurii ſignum, id eſt ſtatuam, appellabant, ideo quod in nullius tabernam ſpectabat. PAULUS.

Malleoli vocantur non ſolum parvi mallei, ſed etiam ii qui ad incendium faciendum aptantur; videlicet ad ſimilitudinem priorum dicti.

Malluvium dicitur quo manus lavantur. Malluviæ, quibus manus ſunt lotæ: pelluviæ quibus pedes. FESTUS.

Malluvium latum in commentarium ſacrorum ſignificat, manus qui lavet. à quo malluviæ dicuntur, quibus manus ſunt lautæ, perinde ut quibus pedes pelluviæ.

Maltha dicitur à Græcis pix cum cera mixta. PAULUS.

Mamercus prænomen eſt Oſcum, eo quod hi Martem Mamertem appellant.

Mamers Mamertis facit, id eſt lingua Oſca Mars Martis. unde & Mamertini in Sicilia dicti, qui Meſſanæ habitant.

## NOTÆ.

res dicti, Dialis, Martialis & Quirinalis. Quos Numa Rex inſtituit. Reliqui proceſſu temporum his additi, nam ad quindecim crevit eorum numerus, Minores dicti ſunt. Inter hos Maximæ dignationis erat Dialis, Minimæ Pomonalis. Vide *Maximæ dignationis. Dacerius.*

*Maledic....*] Præter Hiſpaniæ mentionem, cetera ex Pauli epitome intelliguntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Maledictores.*] Infra: *Cato cum proficiſceretur in Hiſpaniam:* Id eſt, Cato in ea oratione quam habuit cum ad bellum Hiſpanicum proficiſceretur: anno mundi 3755. *Dacerius.*

*Malevoli.*] Janus in Turdellis, quis ſit plane ignoro. *Ant. Auguſtinus.*

*Malevoli.*] Ita ſcripſit Feſtus: *Malevoli Mercurii ſignum erat proxime Janum. Qui item erat in Turdellis Mercurius, malevolus appellabatur. malevoli autem, quod in nullius tabernam ſpectabant.* Notabis autem locum Romæ Turdellos, cujus nemo alius veterum mentionem facit. *Joſ. Scaliger.*

*Malevoli Mercurii.*] Has lacunas ita olim expleverat Scaliger. Et ita poſtea in ſchedis. Mercurius autem qui in nullius tabernam ſpectaret, malevolus dictus eſt, quia Dii aſpicientes favere putabantur, ut contra. Porro notabis locum Romæ Turdellos dictum ubi Mercatores ut ad Janum. Nemo enim alius veterum ejus quod ſciam meminit. *Dacerius.*

*Malleoli.*] Malleolorum incendiariorum mentionem facit Nonius ex Siſenna, & alii. Dicebantur Græce ἀσίοχοι. Gloſſæ Heſychii: ἀσίοχος, ἄγγος περιφερὴς. εἰς ὃ ἐγχέοντες πίσσαν, καὶ θεῖον καὶ στυπεῖον, ἠφίεσαν καὶ ἔνθα ἐφίεντο, ἔκαιε τὰ προστυγχάνοντα. ἔστι δὲ καὶ γένος λίθου καὶ ξηροῦ ξύλου καὶ πεπισσωμένου. Ultima exprimunt notionem Malleoli. Gloſſarium: Malleolus, σφῦρα, πυρίβολα. *Joſ. Scaliger.*

*Malleoli.*] Parvi mallei ſive ferrei, ſive lignei quibus ferrum & alia tunduntur. Sunt etiam Manipuli Spartei forma quadam mallei ligati & pice aut ſulphure contacti, qui incenſi aut in muros aut in teſtudines jaciuntur. Siſenna Hiſtor. lib. 4. *De quibus partim malleolos partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes. Dacerius.*

*Malluvium.*] Malluviæ, & Pelluviæ, Græce χειρόνιπτρα, καὶ ποδόνιπτρα. *Joſ. Scaliger.*

*Malluvium.*] Malluvium & Malluviæ vas ubi manus lavantur, quaſi *manuelua* ſeu *manuluvia.* Græcis χειρόνιπτρα, ut *Pelluvia,* ubi pedes quaſi *pedelua* ſeu *pedeluvia*, Græcis ποδόνιπτρα. Hoc autem ad veterum morem reſpicit qui non manus tantum ſed etiam pedes ante & poſt cœnam lavabant.

*Malluvium latum.*] Legerem: *Malluvium latum in commentario ſacrorum ſignificat manus ut lavent.* Hoc ſenſu: cum malluvium latum erat, hoc in ſacrorum commentario ſignificabat ut manus lavarent. Poſſis etiam legere *qui lavent.* Eodem ſenſu. *Qui* id eſt *quo* pro *ubi. Dacerius.*

*Maltha.*] Gloſſarium: *Maltana,* πισσόκηρον. *Joſ. Scaliger.*

*Maltha.*] Ex cera & pice liquida: Unde & Gloſſario exponitur πισσόκηρον. Heſychius μεμαλαγμένον κηρὸν vocat, Mollitam ceram. A μαλάσσω, μαλθάσσω, unde & Latinum nomen *Maltha.* Alii Maltham deſcribunt ex pice & unguine ſive ſevo calce minutatim ſuperadjecta. Vide Palladium lib. 1. cap. 17. & Plin. lib. 36. cap. 24.

*Mamercus.*] A Mamerte, Mamercus, ut à Marte Marcus. Inde Mamercus Æmilius Dictator. M. Æmilius Mamercus. L. Æmilius Mamercus Cos.

*Mamers.*] Sive Oſcorum vocabulum ſit Mamers, ſive



Digitized by Google

FESTUS. Mamertini appellati ſunt hac de cauſa: cum de toto Samnio gravis incidiſſet peſtilentia, Sthenius Mettius ejus gentis princeps convocata civium ſuorum concione, expoſuit ſe vidiſſe in quiete præcipientem Apollinem; ut ſi vellent eo malo liberari, ver ſacrum voverent, id eſt quæcunque vere proximo nata eſſent, immolaturos ſibi. Quo facto levatis poſt annum viceſimum, deinde ejuſdem generis inceſſit peſtilentia. rurſum itaque conſultus Apollo, reſpondit non eſſe perſolutum ab iis votum. quod homines immolati non eſſent: quos ſi expuliſſent, certe fore, ut ea clade liberarentur. Itaque ii juſſi patria decedere, cum in parte ea *Siciliæ* conſediſſent, quæ *nunc* Tauricana dicitur, forte parantibus bello cernere Meſſanenſibus auxilio venerunt ultro, eoſque *ab* hoſte *liberarunt* provinciales, quod ob *meri*tum eorum, ut gratiam referrent, & in ſuum corpus, communionemque agrorum invitarunt eos, & nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod conjectis in ſortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oſcorum Mars ſignificatur. cujus hiſtoriæ auctor eſt Alfius libro primo belli Carthaginienſis.

Mamilia turris intra Saburæ regionem à Mamilio nomen accepit.

Mamiliorum familia (progenita fuit) à Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi procreaverat, quando id oppidum ipſe condidiſſet.

# NOTÆ.

ſive Sabinorum ut vult Varro Certum eſt eos à Græcis ſumpſiſſe quibus *μαμερτὸς* dicitur, Lycophron. Pro *Mamers* dixere *Mavers*, unde *Marvors*, *Mavortius*. *Dacerius*.

*Mamertini.*] Ex ſpatio litterarum, quæ deſunt; ſcribi poteſt ita: Mamertini appellati ſunt Meſſanenſes hac de cauſa. Sunt alia, quæ divinare non potuimus: ſed hiſtoriæ cognitionem non impediunt. Vide Strab. lib. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Mamertini.*] Ita Feſtus: Mamertini appellati ſunt à Mamerte hac de cauſa. Deinde infra: Cum in parte ea Siciliæ conſediſſent, quæ Taurominia dicitur, forte parantibus bello cernere Meſſanenſibus auxilio venerunt ultro: eoſque ab hoſte liberarunt. Itaque provinciales ob meritum eorum, ut gratiam referrent, & in ſuum corpus, communionemque agrorum invitarunt eos, & nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini. Strabo: *τοσῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλῦσι δὲ μαμερτίνυς μᾶλλον ἅπαντες αὐτὺς, καὶ μεσσηνίυς.* Scripſimus Taurominia, quia propius ad ſcripturam accedebat. & Strabo *ταυρομενίαν* vocat. Alioqui ſcimus adjectivum Taurominitanum. Salluſtius in veteribus ſchedis: Scylla ſaxum eſt ſimile formæ terebratæ, quæ forte inlata naufragia ſorbens gurgitibus occultis, millia ſexaginta Taurominitana ad littora trahit. Quæ ad verbum Strabo expreſſit: *Δείκνυται δὲ καὶ ἡ χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς, καὶ δίνης μεγάλης. καταποθέντων δὲ, καὶ διαλυθέντων, τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς ταυρομενίας, ἣν καλῦσιν ἀπὸ συμπτώματος τούτου κοπρείαν.* *Joſ. Scaliger.*

*Mamertini appellati.*] Ita ad verbum Schedæ. Infra pro *Tauricana* quidam habent *Tauromenia*. Quod idem eſt, à Tauro enim monte Tauricana recte dici poteſt ut à Tauromenio urbe ſive Fluvio *Tauromenia*. Porro à Feſto diverſus abit Strabo qui ait lib. 6. Mamertinos Campaniæ gentem Meſſanam inhabitaviſſe adeoque apud Meſſanenſes invaluiſſe ut ſub ſuam poteſtatem urbem redegerint, civeſque ab omnibus Mamertini potius appellarentur quam Meſſanii. Vide & Polyb. qui etiam diverſus abit. Supra *poſt annum vicenſimum*, legendum *viceſimum*. Is enim fuit ſcribarum error ſolennis, ut *quotiens*, *Thenſaurus*, *vicenſimus* ſcriberent, cum iis datum fuiſſet *quoties*, *Theſaurus*, *viceſimus*. Nota ſuperadjecta ut illius ſyllabæ quantitas appareret. De vere ſacro vide *ver ſacrum*. *Dacerius.*

*Mamilia.*] L. m. *Subura* habet pro *Sabura*. Hæc Pauli ſunt. *Ful. Urſinus.*

*Mamilia Turris.*] Vide *october equus*. *Dacerius.*

*Mamiliorum.*] De Octavo Mamilio Tuſculano Superbi genero, qui Latini nominis princeps, & à Telegono Ulyſſis, & Circes filio genus ducere dicebatur, Livius lib. 1. Dionyſ. lib. 4. primus civis Romanus ex hac familia L. Mamilius, C. Nautio, L. Minucio cos. Liv. lib. 3. Vide October equus. *Ant. Auguſtinus.*

*Mamiliorum familia.*] Mamilia gens Plebeia fuit & à Mamilia Telegoni filia nomen & originem traxiſſe ſcriptores fere omnes conſentiunt. Telegonus autem Ulyſſis & Circes filius Tuſculum in Latio condidit, quod ideo Circæum vocavit Horat.



Digitized by Google

Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones, cineremque, cujus meminit Lucilius: Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes.

Mamphur appellatur loro circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de cauſa. Numa Pompilio regnante è cœlo cecidiſſe fertur ancile, id eſt ſcutum breve, quod ideo ſic eſt appellatum, quia ex utroque latere erat reciſum; ut ſummum, infimumque ejus latus medio pateret, unaque edita vox, omnium potentiſſimam fore civitatem, quandiu id in ea manſiſſet: Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet. probatum opus eſt maxime Mamurii Veturii: qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen inter carmina Salii canerent.

## Notæ.

*Hoc ut ſuperni villa candens Tuſculi*
*Circæa tangat mœnia.*

*Dacerius.*

*Mamphula.*] Ego ſcio in Hebræorum commentariis *Manphul* eſſe mancipem piſtrinorum, depravatum à Græco μονοπώλης. Neque dubito quin Mamphula in traduces Syriacæ linguæ ex matrice Græcia, propagata ſit. Sic in Daniele vetuſtiſſimo ſcriptore Græcum eſt Pſanterin pro pſalterio: Sic in Paralipomenis, ſeu Chronicis Rapſod ῥαψῳδεῖ τὸ ψαλμῳδῶν. verſus Lucillii ita legito:

*Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt,*
*Addas empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes.*

Non ſolum, validam dico, ſed quod magis eſt, ἔμπλευρον. *Joſ. Scaliger.*

*Mamphula.*] Genus operis piſtorii. Verſus Lucilii:

*Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt,*
*Addas* ἔμπλευρον *mamphulas quæ ſciat omnes.*

Hoc eſt: *Si nummi ſuppeditabunt piſtricem validam, imo & quod magis eſt* ἔμπλευρον *quæ ſciat omnigeneris mamphulas condire, efficere.* Hunc locum Lucilii intellexit Varro lib. 4. de L. L. *Inde piſtor vel Lucilii piſtrina & piſtrix.* Nunc illud negotium faceſſit, nempe quod è Verrio dicit Feſtus *mamphulam* dictam *quod decidat in carbones*, & ſane veriſimilis Franciſci Junii conjectura qui cenſet eſſe à verbo *Naphal* id eſt cadere. Neque ab eo dimovere debet Scaliger qui cenſet Mamphulam in Hebræorum commentariis eſſe mancipem piſtrinorum, ac ut multa alia Syriaca, ita hoc à Græco fonte venire puta à μονοπώλης, nam certum eſt Mamphulam hic Lucilio non piſtricem, ſed opus piſtorium ſignificare. Præterea, ut optime Voſſ. non piſtrinorum duntaxat, ſed etiam aliorum erant monopolia, adeoque in Hebræorum commentariis mancipibus piſtrinorum à piſtorio hoc opere Mamphulis nomen fuiſſe magis veriſimile eſt. *Dacerius.*

*Mamphur.*] Quod eſt ſucula in machina tractoria: id Mamphur in torno. Græcum eſt, μαννοφόρον. quia circumvolutum habeat lorum, ut collum monile, quod μάννον, & νάννον vocant Græci. *Joſ. Scaliger.*

*Mamphur.*] Quod eſt ſucula in machina tractoria, id *mamphur* in torno. Græcum eſt μαννόφορον quia circumvolutum habeat lorum, ut collum monile, quod μάννον & νάννον vocant Græci. *Scalig.* Schol. Theocrit. Idyl. 11. μάννον τὸ περιτραχήλιον κόσμον, τὸ λεγόμενον μαννάκιον. *mannum collare ornamentum dictum mannacion.*

*Mamurii Veturii.*] Viri nomen proprium multi faciunt quos ſequitur Feſtus. Quidam Mamurium Veturium aiunt eſſe veterem memoriam. Varr. lib. 5. *Itaque Salii qui cantant Mamurium Veturium ſignificant veterem memoriam.* Sed Feſto potius aſſentiar. Nominabant autem Romani Mamurium Veturium in carmine Saliari boni ominis cauſa ut & Luciam Volumniam. Ancilis hiſtoriam plerique ſcriptores tradunt. Quod de ejus etymo addit Feſtus. Ancile dictum quia ex utroque latere erat reciſum, ut ſummum infimumque ejus latus medio pateret; id probatur ex Plutarcho qui ſcribit in Numa: ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα, κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν. id eſt, *Ancilia vocantur propter figuram, circulus enim non eſt, neque exprimunt, ut pelta, orbicularem figuram, ſed exciſa in modum revoluta linea cujus extremæ partes inflexæ, & pariter denſitate altera ad alteram converſa, curvam*

PAULUS. Manalem fontem dici, pro eo, quod aqua ex eo ſemper manet.

FESTUS. Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis. neque tamen ſpiciendus videtur, quia flumen id ſpiciatur, quod ſua ſponte in amnem influat.

PAULUS. Manalem lapidem putabant eſſe oſtium Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manarent, qui dicuntur manes. Manalem etiam lapidem vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam, cum propter nimiam ſiccitatem in urbem protraherent, inſequebatur pluvia ſtatim. eumque quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.

## NOTÆ.

*figuram efficiunt.* Quod ut facilius intelligatur, en tibi Ancilis formam, qualem fuiſſe conjicio. *Dacerius.*



*Manalis fons.*] Locus corruptiſſimus. qui, niſi fallor, ita reſtituendus. *Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis. neque tamen ſpecu, inciliiſve cietur. quia flumen id auſpicatur, quod ſua ſponte in amnem influit.* Ad auſpicandum, inquit, flumina non proſunt, quæ ope humana, puta ſpecu, inciliis ducta ſunt: ſed quæ ſponte ſua in amnem influunt. Non eſt autem dubium, quin loquatur de Peremni auſpicio: quod dicebatur, quoties quis amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Ex ſacro, hoc eſt ex capite fontis. Nam capita omnium fontium ſacra. Contra quæ ex caſtellis, aut dividiculis derivatur, non eſt ſacra. Vide, in Petronia. Non mediocriter ſtudioſos juverimus, qui tam utilem locum, cum contineat in ſe egregiam antiquitatis cognitionem, emendavimus, atque illuſtravimus. *Joſ. Scaliger.*

*Manalis fons.*] Locus corruptiſſimus qui ex reſtitutione Scaligeri ita legendus: *Manalis fons appellatur ab Auguribus puteus perennis. neque tamen ſpecu inciliiſve cietur, quia flumen id auſpicatur quod ſua ſponte in amnem influit.* Ad auſpicandum, inquit, flumina non proſunt, quæ ope humana, puta ſpecu, inciliis ducta ſunt, ſed quæ ſponte ſua in amnem, hoc eſt, Tyberim influunt; non eſt autem dubium quin loquatur de Peremni auſpicio, quod dicebatur quoties quis amnem aut aquam quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſibat. Ex ſacro, id eſt, ex capite fontis. Nam capita omnium fontium ſacra. *Nunc ad aquæ lene caput ſacræ.* Horat. contra quæ ex caſtellis aut dividiculis derivatur non eſt ſacra. Vide *Petronia*. *Dacerius.*

*Manalem.*] L. m. *pertraherent.* quod rectius eſt quam *protraherent*. *Ful. Urſinus.*

*Manalem lapidem.*] Fulgen. Placiades de locis obſcuris. *Labeo*, inquit, *qui diſciplinas Etruſcas Tagetis, & Bacchetidis 15. voluminib. explanavit, ita ait:* Fibræ jecoris ſandaracei coloris. dum fiant, manales tunc vereri opus eſt petras, *id eſt, quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluvia commutanda inopia.* *Ant. Auguſtinus.*

*Manalem lapidem.*] Imo: *Manale putabant eſſe oſtium orci.* Ita enim nulla controverſia legendum. *Manal*, ſeu *Manale* eleganter oſtium manium. Inde manale ſacrum, erat ſacrum Deorum manium. Varro de vita populi Romani libro 11. *Urceolum, aquæ manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. unde Manalis lapis appellatur in pontificalibus ſacris, qui tunc movetur, cum pluvia exoptantur. Ita apud antiquiſſimos manale, ſacrum vocari quis non noverit, unde nomen illius?* Hæc Varro. ex cujus verbis novimus manale, ſacrum etiam ſignificare, cum hic etiam oſtium inferorum exponatur à Feſto. Sed de eodem utrumque intelligere non dubito, quamvis diverſe ab utroque exponatur. Locus hic Varronis egregius, quem produximus, corruptiſſimus extat apud Nonium: & confuſus cum altero ejuſdem auctoris, qui priore loco citatur. Nam ita legitur apud Nonium ubi explicat quid ſit Trulleum: non quæ luxuriæ cauſſa eſſe parata. ejus urceolum aquæ manalem vocamus. Legendum enim: non quæ luxuriæ cauſſa eſſent parata. & 11: Urceolum, aquæmanale vocamus, &c. Sed fallitur Varro in etymologiis, & ſæpe, etiam aliquando prudens ſciens. Nam non à manando, ſed à manibus dictum. eſtque id vas, quod poſtea aquimanile vocatum. ut librale & librile utrumque dicebatur. Gloſſarium: *Aquimanile*, χέρνιβον. *Diſtortius*, in Pandectis Florentinis lib. 3. de ſupell. leg. *Aquiminale*. *Joſ. Scaliger.*

*Manalem lapidem.*] Non à manando ut putat Paulus, ſed à Diis Manibus. Et non male forſan Scaliger qui legit: *Manale putabant eſſe oſtium Orci.* Manal, ſeu, manale eleganter oſtium manium. Ut manale ſacrum, ſacrum Deorum Manium, tamen nihil mutandum. *Dacerius.*

*Manalem etiam.*] Fulgentius: *Labeo, qui diſciplinas Etruſcas, Tagetis, & Bacidis quindecim voluminibus explicavit, ita ſcribit:* Fibræ jecinoris ſandaracei coloris dum fuant manales tunc verrere opus eſt petras. Deinde Fulgentius explicat: *hoc eſt*, inquit, *quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluvia commutanda inopia.* *Joſ. Scaliger.*

Mana-

Manare dicitur, cum humor ex integro, ſed non ſolido nimis per minimas ſuas partes erumpit. quod ex Græco trahitur: quia illi non ſatis ſolidum μανὸν dicunt.

Manare ſolem antiqui dicebant, cum ſolis orientis radii ſplendorem jacere cœpiſſent, à quo dictum putabant mane. alii dictum mane, putabant ab eo, quod manum bonum dicebant.

*Manare ſolem tunc* ſoltios eſſe antiquos *dicere ait Verrius* cum ſolis orientis radii *ſplendorem jacere cœpiſſent.* atque ideo primum *diei tempus*, *mane dictum quam*vis magis id dicitur *quod manum bonum dicebant à ma*ne, id eſt à mature. quod id *bonum eſt, quod maturum eſt.* unde & matuta *dicta quoque videtur mater.* FESTUS.

Mane à diis manibus dixerunt, nam mana bona dicitur. unde & mater matura, & poma matura. PAULUS.

Manceps dicitur, quod manu capiatur. Manceps dicitur qui quid à populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe: qui idem præs dicitur, quia tam debet præſtare quod promiſit quam is, qui pro eo præs factus.

Mancini fana appellabantur, quod Mancinus habuit inſignem domum, quæ publicata eſt eo interfecto.

## NOTÆ.

*Manare.*] Feſtus videtur à manando deducere mane: poſtea à mature, unde Matuta dicta eſt. Alio loco à Diis manibus: ſive quod mana bona dicerentur. unde Matuta, & matura dicuntur. Varro lib. 5. *Diei principium mane, quod tum manet dies ab oriente: niſi potius quod bonum antiqui dicebant manum.* Vide Mater Matuta. *Ant. Auguſtinus.*

*Manare.*] De eo dicitur quod ex integro liquido fluit à Græco μανὸν quod liquidum & rarum ſignificat. Alii deducunt à νᾶμα quod χεῦμα, ῥεῦμα, *fluxum* interpretatur Heſych. *Dacerius.*

*Manare.*] Supple ita: *Manare ſolem ſolitos eſſe antiquos dicere ait, cum ſolis orientis radii ſplendorem jacere cœpiſſent. atque ideo primum diei tempus mane dictum. quamvis magis id dicitur, quod manum bonum dicebant. unde eſt mature. quod id bonum, quod maturum. unde & Matuta dicitur.* Quod Feſtus dicit AIT, intelligit de Verrio, ut ſupe. *Joſ. Scaliger.*

*Manare ſolem.*] Idem Varr. lib. 5. *Diei principium mane quod tum manat dies ab Oriente, niſi potius quod bonum antiqui dicebant manum. Ad cujuſmodi religionem Græci cum lumen affertur ſolent dicere* φῶς ἀγαθόν. Alii à diis manibus. Sed veroſimilius eſt à *manus* dici, hoc eſt, bonus, clarus, lucidus. Ita Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 3. & Servius Æneid. lib. 3. Manare autem ſolem quia veteres luci & igni fluorem adtribuebant ut alibi dictum eſt.

*Mane à Diis manibus.*] Vide ſupra *manare ſolem.* A *manus* dicta mater *matuta.* quaſi *manuta* converſo *n* in *t*, *matuta.* Quæ fuit Ino Cadmi filia, Leucothea à Græcis dicta. Cicer. 1. Tuſcul. *Quid Ino Cadmi filia? Nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris.* A *manus* etiam *maturus* quaſi *manurus.* Etſi quidam à *mando* quaſi *mandurus. Dacerius.*

*Manceps.*] Quod manu capiatur. imo capiat. Ita ergo repone. *Joſ. Scaliger.*

*Manceps.*] Lege: *manceps dicitur quod manu capiat*; eſt autem quaſi *manuceps*, quia manu ſublata ſe pluris eſſe licitatum ſignificabat. Sublata enim manu vel digito licitationes fiebant. Cicer. 3. in Verr. *Accurrunt tamen tutores ad tempus, digitum tollit Junius patruus.* Quæ in fine poſita, ſic legenda ſunt: *quam is pro quo præs factus eſt.* Ut viri docti. *Dacerius.*

*Mancini fana.*] Vetus editio, *Mancini Tifata.* Quare ergo mutatum eſt? *Tifata* ſunt *iliceta.* Ita ergo in ſuas ſedes, unde vi dejecta erat hæc vox, reſtitui jubeo. *Joſ. Scaliger.*

*Mancini fana.*] Lege: *Mancini Tifata.* Sic ſupra pro *Curii fana* reſtitui *Curii Tifata.* Tifata ſunt Iliceta. Hæc autem potentes, domos maxime commendabant. Horat. Od. 10. lib. 3.

*Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus*
*Inter pulcra ſitum tecta remugiat*
*Ventis.*

Quem locum utinam ne attigiſſet vir elegantiſſimus Tan. Fab. qui reſcribendum eſſe contendit *queis nemus.* Nempe *queis ventis.* Nam ſic loci venuſtas perit, & ſonat aliquid quod eruditas aures vulnerat. Hujus loci ἰξῦς erat. *Audis quo ſtrepitu Janua, quo ſtrepitu nemus remugiat ventis.* Ita ut *ſtrepitu* & *remugiat* ventis repetantur ἀπὸ κοινοῦ. Atque

Manducus, effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, formidoloſaſque ire ſolebat magnis malis, ac late dehiſcens, & ingentem dentibus ſonitum faciens de qua Plautus ait in Rudente: Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem? Qua propter? clare crepito dentibus.

FESTUS. 5. Manes dii ab Auguribus invocantur: quod hi per omnia ætheria, terrenaque ma*nare credebantur. Item Dii ſu*peri, atque inferi *dicebantur: quos ideo invocabant* augures quod *hi exiſtimabantur favere vita hominis.*

PAULUS. Manes dii ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia manare credebant, eoſque deos ſuperos atque inferos dicebant.

## NOTÆ.

id ego quidem eo libenter & ſtudioſe moneo ut à quo vulnus ab eodem remedium etiam videatur allatum. Nihil enim in hiſce litteris delicatioribus poſſum, ſi poſſum aliquid, quod non viro illi acutiſſimo meique amantiſſimo acceptum debeat referri. *Dacerius.*

*Manducus.*] L. m. Manduci effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidoloſaſque res ire ſolebat. *Ful. Urſinus.*

*Manducus.*] Liber antiquus Fulvii Urſini: *manduci effigies.* Locus Plauti Rudent. 2. 6.

> CH. *Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem?*
> LA. *Quapropter?* CH. *Quia pol clare crepito dentibus.*

Hunc μορμολυκεῖον Græci vocant. De eo intelligendus hic locus Juvenalis Sat. 3.

> —— —— *tandemque redit ad pulpita notum*
> *Exodium: cum perſona pallentis hiatum*
> *In gremio matris formidat ruſticus infans.*

Vide *Citeria* & *Petreia. Dacerius.*

*Manes dii.*] Feſti verba mutila ex Pauli epitome farciri poſſunt paucis exceptis. *Ant. Auguſtinus.*

*Manes dii.*] Manes à *mano*, i. e. bono. Quod *boni* ſint. Alii per antiphraſim quia immanes. Prior ſententiæ favet quod ii Græcis χρηστοί. i. boni dicti ſunt. Et *manes* lingua Sacrorum pro *mani*, ut *Sacres* pro *ſacri*; *patrimes*, *matrimes*, pro *patrimi*, *matrimi* & alia multa. Porro qui proprie Manes dicti fuerint magna inter eruditos quæſtio fuit; aliis alia exiſtimantibus. De iis multa Plato, Plotinus, Porphyrius, Proclus, Apuleius &c. Notandum autem illud Melæ lib. 1. *Augilæ, inquit, Manes tantum Deos putant, per eos dejerant, eos ut oracula conſulunt, precati quæ volunt, ubi tumulis incubere pro reſponſis ferunt ſomnia.* Quæ verba ex Herodoto fere tranſcripta, ab eodem Herodoto lucem capient, qui in Melpomene ubi de Nazamonibus, ita ſcribit: Ὀμνύουσι μὲν τοὺς παρὰ σφίσι ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γενέσθαι τούτους, τῶν τύμβων ἁπτόμενοι, μαντεύονται δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέονται, τὸ δ' ἂν ἴδωσιν ἐν τῇ ὄψει, τούτῳ χρῶνται. Leg. τούτων τῶν τύμβων &c. *Per defunctos qui juſtiſſimi atque optimi apud illos fuiſſe dicuntur jurant, illorum ſepulcra tangentes divinant ad ſuorum accedentes monumenta, & illic, ubi preces peregerunt, indormiunt, ubi quodcumque per quietem inſomnium viderunt, eo utuntur.* Ut vides Mela *manes*, vocavit, quos Herodotus juſtiſſimos atque optimos vita defunctos. Qui viri quoniam inferis degere putabantur, inde Plinius cum hæc à Mela accepiſſet, ſic mutavit: *Augilæ inferos tantum colunt.* Et poſt Plinium Solinus, *Augilæ vero ſolos colunt inferos.* Ita enim & Plinius & Solinus interpretandi: ſed qui vere Manes fuerint omnium optime intellexit illuſtr. Huetius qui in doctiſſ. ſuis in Origenem obſervationibus oſtendit vetuſtiſſimos Chaldæos & Ægyptios aſtrologos fortunæ ſortem Lunæ tribuiſſe, ut dæmonis ſortem Soli, huic res ad animum pertinentes, illi res corporeas curæ eſſe exiſtimantes. Inde Vettius Valens lib. 4. Anthol. cap. 5. docet Lunam eſſe fortunam in poteſtate habentem corpus & ſpiritum, Solem vero eſſe mentem & dæmonem animas ad res gerendas excitantem & moventem. Inde Sol qui mens eſt & genius ſive dæmon, ut vertunt LXX. Interpretes Hebræis *meni* dictus, ut in illo Iſaiæ: & impletis *meni* libamen, & ut eſt apud Origenem λατρεύοντες μηνί, ex origine *mana*, id eſt *numerare.* quia Sol temporibus numerandis & dividendis præeſt. Atqui ſors dæmonis ſeu genii *cujus in tutela ut quiſque natus eſt, vivit*, ut ait Cenſorinus. Et *natale comes qui temperat aſtrum*, ut loquitur Horatius tribuebatur Soli ab antiquis aſtronomicæ diſciplinæ magiſtris, & Sol ipſe Dæmon appellabatur. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 19. quemadmodum autem in illo Iſaiæ cap. 65. v. 11. *Qui ponitis menſam Gad.* LXX. Interpretes τῇ τύχῃ, *& impletis meni libamen.* Pro Luna ſortem ipſi tributam fortunam nimirum propheta expreſſit, ita ad ſignificandum Solem, ſortem Soli deputatam, Dæmonem ſcilicet ſeu meni notavit. Adeoque ex *meni* Hebraico prodiit Græcum *meni* Dæmon ſeu genius qui & Sol, unde μῆνες Æolice μᾶνες, hinc Latini *manes* qui & Genii Serv. 6. Æneid. *Ergo manes genios dicit quos cum vita ſortimur.*

*Mannos.*]

Manuos in carminibus ſaliaribus Ælius Stilo ſignificare ait bonos. & inferi dii manes pro bonis dicuntur à ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis; ut immanes quoque pro valde non bonis dicuntur.

Maniæ turpes, deformeſque perſonæ. Manias Ælius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices minitantur pueris parvulis eſſe larvas, id eſt manes, quos deos deaſque putabant, quoſque ab inferis ad ſuperos emanare credebant, ut Mania eſt eorum avia, materve. Sunt enim utriuſque opinionis auctores. FESTUS.

Manius agrum Nemorenſem Dianæ conſecravit, à quo multi, & clari viri orti ſunt;

## NOTÆ.

*Manuos.*] Forſan legendum vel *manes* vel *manos.* nam *manis* dicebant pro *manus*; à quo *immanis.* In carmine ſaliari eſt. *Cerus manus* i. e. *Creator bonus, bonus genius.* Quod hic forſan alludit Feſtus. Nihil tamen affirmo, nam *manuus* dici quidem potuit. *Dacerius.*

*Maniæ.*] Non ſolum terriculamenta infantium, ſed & lactentium deos præſides ita vocabant. Itaque & Varro *Cuninam* & *Ruminam* inter Manias cenſet. Cujus hæc verba: *Cato de liberis educandis: Hiſce Maniabus lacte fit non vino: Cunina, propter cunas: Rumina, propter rumam* &c. Male apud Nonium *manibus. Joſ. Scaliger.*

*Maniæ.*] Figuræ quædam ex farina à nutricibus fictæ ut terriculamenta infantibus objicerent, *maniæ* dictæ à *mania* Deorum manium matre vel avia. Gloſſæ Iſidori, *Mania formidinum imagines.* Erant & Maniæ Deæ lactentium præſides: itaque Varro Cuninam & Ruminam inter Manias recenſet ex Catone his verbis: *Cato de liberis educandis: hiſce Maniabus lacte fit non vino, Cunina propter cunas, Rumina propter Rumam, id eſt priſco vocabulo mammam.* Quod infra legitur. *Id eſt manes quos*, paulo aliter in ſched. *Id eſt manes Deos Deaſque, qui aut ab inferis ad ſuperos manant. aut Mania eſt eorum avia materna, ſunt enim, &c. Dacerius.*

*Manius.*] Verbum *initio*, videtur adjectum. Varro lib. 8. *Forſitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius eſſet, ut qui luci Lucius. Ful. Urſinus.*

*Manius.*] Et hæc quoque male accepta ſunt non à Paulo, ſed ab inferioris ætatis hominibus barbaris. In veteribus enim editionibus legitur, *Manius Ægerius Nemorenſem Dianæ conſecravit.* Ego lego: *Manius Agerius Nemorenſem Dianam conſecravit.* Hic *conſecravit*, eſt ἀφιδρύσατο. ſignum Dianæ poſuit. Notum eſt Nemorenſem Dianam Aricinam dici. & regem nemorenſem ejus ſacerdotem. *Joſ. Scaliger.*

*Manius.*] Schedæ: *Manius Egeri . . . Memorem.* Vett. Editt. *Manius Ægerius Nem. &c.* Legendum *Manius Agerius Nemorenſem Dianam conſecravit.* Et ita optime Scaliger. *Conſecravit* eſt ἀφιδρύσατο; ſignum Dianæ poſuit. Notum eſt Nemorenſem Dianam Aricinam dici, & regem Nemorenſem ejus Sacerdotem. Sueton. Caligul. cap. 35. *Nemorenſi regi quod multos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit.* Nemorenſis Dianæ nemus & ritum deſcribit Strab. lib. 5. Cujus locum quia male ab interpretibus acceptus eſt, ego ſic verto: *Dianium autem quod vocant nemus, in ſiniſtra parte viæ eſt qua ex Aricia ad fanum Dianæ Aricinæ conſcenditur. Ibique Dianæ Tauricæ ſignum conſecratum ferunt. Nam & Barbaricus & Scythicus mos apud illud fanum obtinet. Perfuga enim ibi conſtituitur ſacerdos, qui ſacerdotem priorem ſua trucidaverit manu, ſtrictoque ſemper gladio eſt, inſultus timens, ad eos propulſandos paratus.* Plenius ſed paulo aliter de eadem re Servius 6. Æneid. *Oreſtes*, inquit, *poſt occiſum regem Thoantem in regione Taurica, cum ſorore Iphigenia, ut ſupra diximus, fugit, & Dianæ ſimulacrum inde ſublatum haud longe ab Aricia collocavit. In hujus templo poſt mutatum ritum ſacrificiorum, fuit arbor quædam de qua infringi ramum non licebat, dabatur autem fugitivis poteſtas, ut ſi quis exinde ramum potuiſſet auferre, monomachia cum fugitivo templi ſacerdote dimicaret, nam fugitivus illic erat ſacerdos ad priſtinæ imaginem fugæ. Dimicandi autem dabatur facultas quaſi ad priſtini ſacrificii reparationem.* Hæc Servius. Hunc morem tangit. Ovid. lib. 1. de arte.

*Ecce ſuburbanæ templum Nemorale Dianæ;*
*Partaque per gladios regna nocente manu.*

Inde ſatis liquet Latinos Aricinæ Dianæ Templum vocaſſe *nemus* & ipſam *Dianam Nemorenſem.* Atqui apud Strabonem ita locum acceperunt interpretes, quaſi de Dianæ Sylva, ita enim interpretati ſunt: *Dianæ quod vocant nemus*, cum potius vertere debuiſſent *Dianium*, ſive *Dianæ templum quod vocant nemus.* Quod & Salmaſio video in mentem veniſſe. Qui & in verbis Strabonis pro ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ Ἀρικίνης ἱερὸν recte emendavit ἀναβαινόντων. Τῆς δὲ Ἀρικίνης τὸ ἱερόν. Quare ſic vertendum: *Dianium autem, quod vocant nemus, in ſiniſtra parte viæ eſt qua ex Aricia conſcenditur. Eſtque Dianæ Aricinæ templum.* Strabo enim his verbis explicat vocem Ἀρτεμίσιον *Dianium*, id eſt Dianæ templum, &c. Ego olim exiſtimaveram alteram lectionem ſtare poſſe,

Digitized by Google

& per multos annos fuerunt. unde proverbium: Multi Manii Ariciæ. Aſinus Capito longe aliter ſentit. ait enim turpes, & deformes ſignificari: quia maniæ dicuntur deformes perſonæ, & Ariciæ genus panis fieri, quod manici appellatur.

PAULUS. Manius prænomen dictum eſt ab eo, quod mane quis initio natus ſit: ut Lucius, qui luce.

Manliæ gentis patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet; damnatus, necatuſque eſt.

Manſucium edacem, à mandendo ſcilicet.

Manſues pro manſuetus.

FESTUS. Manſues pro manſuetus dixit M. Cato in epiſtola ad. . . . . . . . manſues ad. . . . .

Manſuetum ad manum venire ſuetum. alii aiunt manſuetum dictum, neque ex miſericordia mœſtum, neque ex crudelitate ſævum, ſed modeſtia temperatum.

PAULUS. Mantare ſæpe manere.

FESTUS. Cæcilius in epiſtola: Jam ore adeo manta. Jam hoc vide cæcus. . . animum adventus angit.

PAULUS. Manticularia dicuntur ea, quæ frequenter in uſu habentur & quaſi manu tractantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas uſus fuit mantiliorum, unde hæc trahitur ſimilitudo.

FESTUS. Manticularum uſus pauperibus in nummis recondendis, etiam noſtro ſæculo fuit.

## NOTÆ.

poſſe, ſed de alio quodam fano Dianæ verba illa intelligenda quaſi dixiſſet Strabo, Nemus illud, ſive templum Dianæ nemorenſis eſſe in ſiniſtra parte viæ, qua ad fanum aliud ejuſdem Dianæ conſcendebatur, quod fanum ad dextram ejuſdem viæ ſitum fuerit. Nunc vero Salmaſii conjecturam unice amplector.

*Multi Manii Ariciæ.*] Hoc eſt ut interpretatur Feſtus multi clari viri, ac fortes Ariciæ, vel, ut Aſinus Capito, multi viri turpes & deformes quaſi maniæ figuræ deformes. Feſti explicatio non poteſt ei diſplicere qui meminerit ſacerdotium *Arcinæ Dianæ* ſola virtute potuiſſe parari & conſervari. Sed Atei Capitonis ſententiam juvat hic locus Perſii Sat. 6.

*—— —— —— —— —— accedo Bovillas*
*Clivumque ad Virbi: præſto eſt mihi Manius hæres.*
*Progenies terræ.*

Nam cum de clivo Aricino loquatur Manium potius quam alium nominavit. Ibi etiam vetus interpres. *Manium dicit deformem & ignotum hominem eo quod Maniæ dicuntur indecori vultus perſonæ, quibus pueri terrentur.*

*Ariciæ genus panis.*] Lege: *Et Ariciæ genus panis fieri qui manici panes appellantur.*

*Manliæ gentis.*] Vide Livium lib. 6. & Dionem lib. 51. Inde Muſonius apud Gellium lib. 9. cap. 2. *Simili autem*, inquit, *exemplo ex contraria ſpecie antiquos Romanorum audio prænomina patriciorum quorumdam male de republica meritorum & ob eam cauſſam capite damnatorum cenſuiſſe ne cui ejuſdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipſis viderentur.*

*Manſucium.*] Al. *Manſucum*, pro *manducum d* mutato in *ſ* quod rariſſimum eſt. *Manducus* & *manduco* edax à mandendo vel manducando. In Atellana Pomponii.

*Magnus manducus camelus cantherius.*

*Manſues.*] Plaut. Aſin. 1. 2.

*Reddam ego te ex fera, fame manſuetem, me ſpecta modo.*

*Manſues pro manſuetus.*] In verbis Catonis eruendis nihil juvant ſchedæ.

*Manſuetum.*] Proprie de feris dicitur quæ manum patiuntur quaſi manu. i. *manui*, *ſuetum*. *Dacerius.*

*Mantare.*] Verba Cæcilii ita legenda:

*—— —— Jam obe adeo. manta jam. hoc vide*
*Ut cæcus animum adventus angit —— ——*

*Joſ. Scaliger.*

*Mantare.*] Plaut. Pœnul. 1. 2.

*Quia herus nos apud ædem Veneris mantat.*

Et alibi ſæpe. Schedæ: *jam ne adeo, manta*, &c.

*Manticularia.*] Quæ ad manum ſunt πρόχειρα. à manticulis ducta ſimilitudine, quia cum iis manus extergeantur, ut frequenter manibus adhæreant neceſſe eſt. *Dacerius.*

*Manticularum.*] Quot verba Pacuvii, totidem

fere

unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Unde poëtæ pro doloſe quid agendo uſi ſunt eo verbo. Pacuvius: Ad manticulandum aſtu aggreditur. ſcit enim quid promeruerit. . . modici manticulatur. . . . ita me facti oppreſſi jugo. Item deinde: Aggreditur aſtu regem; manticulandum eſt hic mihi. Et: Machinam ordiris novam manticula tactu, an ſanctiora dicis jurejuranda. Plautus hoc ſignificare videtur, quibus cotidie parvæ noxæ extergeantur. PAULUS.

Mantiſa additamentum dicitur lingua Tuſca, quod ponderi adjicitur, ſed deterius, & quod ſine ullo uſu eſt. Lucilius: Mantiſa obſonia vincit.

## NOTÆ.

fere monſtra errorum. & tamen pulcherrimam priſci ſermonis notionem in ſe continent. Age igitur ita legamus: *Pacuvius:*

*Ad manticulandum aſtu aggreditor. ſcite quid pro-*
*me, erue.*

Item:

*Educ, i, manticulator. ita me facti oppreſſit jugo.*

item deinde:

*Aggreditur aſtu regem. manticulandum eſt hic mihi.*

Et:

—— —— *Machinam ordiris novam,*
*Manticulatam aſtu, ſanctiora adicis*
*Jurajuranda* —— —— ——
*Planius hoc ſignificare videtur.*
—— —— *quibus quotidie*
*Parva noxa extergeantur.*

*Planius*, inquit Feſtus, *hoc ſignificare videtur*, & quaſi notionem verbi in eo quod ſequitur: *quibus noxa extergeantur.* hoc eſt, illis verbis etymon verbi manticulari expreſſit Pacuvius, cum extergendi ſignificatum adjecit. Nam mantilibus extergentur manus, quæ antiquitus dicebantur *Manticula*. Unde *Manticularia* quæcumque erant ad manum, καὶ πρόχειρα, vocabant. quia nihil magis ad manum, quam Mantile. Sed verba Pacuvii conjungamus:

*Machinam ordiris novam, manticulatam aſtu.* *
*Sanctiora adigis juranda jura, quibus cotidie*
*Parva noxa extergeantur.* —— ——

pro *dicis*, emendavimus *adicis*, quod dicebant pro *adigis*. Notum eſt, quid ſit *adigere aliquem jusjurandum*, & quid Græcis ἐπακτὸς ὅρκος. eleganter & quaſi γνώμην περιφραστικῶς definivit jusjurandum. Quid eſt jusjurandum? mantile, quo quotidianæ noxæ extergentur. Quod fere, quamvis alia allegoria extulit Laberius:

*Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum æris alieni.*

In illo verſu, *Machinam*, &c. deeſt finis. in eodem, trajecta erant ex divulſione membra, *manticula tactu an:* pro *manticulatam aſtu*. In illo verſu, *Educ, i.* verba illa, *ita me facti oppreſſit jugo*, idem valent ac Plautinum illud. *Ita me in ipſo articulo oppreſſit.* In illo verſu: *Aggreditur:* tertia à principio producitur. unde indefinito modo, *Aggrediri*. Spero equidem hujus tam egregii loci à nobis reſtituti candidos lectores gratiam relaturos. Sed illud prætereundum non eſt, quare jurejurando dixit extergeri noxas quotidianas. Alluſit ergo ad ſatisfactiones, quæ fiebant, cum in gratiam redibatur. ejus exemplum habes apud Plautum Amphitruone:

*Mane: arbitratu tuo jusjurandum dabo:*
*Me meam pudicam eſſe uxorem arbitrarier.*
*Id ego ſi fallo, tum te ſumme Juppiter*
*Quaſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.*

& mos exigendi id à læſis, ſeu injuria affectis, extat in eadem fabula:

*Aut ſatisfaciat mihi. atque adjuret inſuper,*
*Nolle eſſe dicta, qua in me inſontem protulit.*

ex his luculenter illuſtratur inſignis locus Pacuvii. Habes & in Adelphis Terentii. *Joſ. Scaliger.*

*Manticularum.*] Manticæ, & diminutive, Manticulæ, Zonæ quibus inſtar peræ veteres utebantur, & inde *manticari* & *manticulari* furari & doloſe agere. Gloſſ. *Manticularius*, κλέπτης. *Manticulor* τεχνάζομαι. Item doloſe tentare. Gloſſ. Græco-Lat. πειράζω, *tento, manculor.* dicebatur etiam & *manticulare*. Gloſſ. Iſidor. *Manticulare; fraudare vel decipere.* Niſi ibi etiam *manticulari* ſit reſcribendum. Sed nihil neceſſe. Gloſſ. Arabico-Lat. *Manticulatio fallacia vel lenocinium.* Imo etiam videri poteſt *manticulari* dictum fuiſſe pro mantilia ſive manticulas colligere. i. Res furtivas convaſare, quo ſenſu fere Galli dicunt, *plier la toilete*. Quod & *manuare* dixit Laberius à *manuis*, id eſt manipulis. Gloſſ. *Manua, manipulus.* Item Gloſſ. Græco-Lat. δράγμα *manipulus manua, dragma.*

*Extergeantur.*] Adde ex ſchedis: *Frequens enim antiquis ad manus tergendas uſus fuit manticularum. Dacerius.*

*Mantiſa.*] Non eſt Tuſcum, ſed purum putum Latinum: *Mantiſa*, pro *manutenſa*. ut *manterium* Varroni pro *manuterium*. *Teſum* antiqui pro *tenſum* dice-

Manubiæ Jovis tres dicuntur eſſe, quarum unæ ſunt minimæ, quæ moneant placidæque ſint. Alteræ quæ Majores ſunt, ac veniant cum fragore, diſcutiantque aut divellant, quæ à Jove ſint, & conſilio deorum mitti exiſtimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant; & quanquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum.

Manum, & mentum, proverbium eſt ex Græco dictum. quod eſt πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου, Chalcantem vites ferentem quidam augur vicinus prætериens, dixit errare: non enim ei fas eſſe novum vinum. . . . . . . . . . . .

## Notæ.

dicebant, & *peſum*, ſeu *peſſum*, pro *penſum*. & *paſſum*, pro *panſum*. Igitur Mantiſa, ſeu Mantiſſa, quod melius eſt, & extat in quibuſdam veteribus editionibus, dictum pro *Manutenſa*, pro eo quod manu porrigitur, præter id, quod ad pondus exigitur. ut ſit mantiſa caro, vel mantiſa merx, *γνεφέντου κρέας*. Porrigitur enim manu, non datur pondere. Porro Mantiſam, pro Manteſam dictum non mirabitur, qui ſcit veteres Pertiſum, pro perteſum, & ſimilia dixiſſe. *Joſ. Scaliger.*

*Manubia.*] Sic Jovis fulmina Etruſco vocabulo dicta ſunt, vel Græco, ut quidam volunt, à verbo ſcilicet *μανύω* oſtendo & *βία virtus, potentia*, quia iis Jupiter potentiam ſuam oſtendit. Fulminum autem multa fuiſſe genera finxerunt veteres, & eorum tria tantum Jovem ejaculari, quæ vocarunt *manubias*. Candidas ſcilicet, rubras & atras; candidas quidem, conſilii, quæ monitoriæ placidæque ſeu lætæ, quare id ſolum fulmen placabile dixit Seneca alicubi. rubras vero, auctoritatis, quæ diis inferioribus conſciis cum fragore veniebant vulneraque infligebant, tamen ſine cujuſquam cæde; tertias denique, id eſt, atras, ſtatus dicebant, quæ Deorum etiam ſuperiorum conſilio præter expectationem omnium ſuperveniebant, ignitaque violenter diſcutiebant adurebantque non ſine ſignificatione ſtatus publici privatique mutandi, ſæpiuſque cum hominum clade. Neque prorſus abſque ratione dixiſſe veteres videntur primas manubias ſolius Jovis conſilio fieri, cum eæ innoxiæ, de natura ſcilicet planetæ Jovis qui benignus eſt: ad ſecundas vero adhiberi Deos minores, quos ego interpretor planetas Jove inferiores quare eæ etiam violentiores. Ad tertias denique vocari Deos ſuperiores, i. ſuperiores ſtellas, quapropter eæ etiam violentiſſimæ & non ſine hominum clade. Et ad hanc manubiarum rationem reſpexiſſe videtur Tamerlanus qui in obſidione urbium primo die candido tentorio utebatur, ut impunitatem ſeſe dedentibus oſtentaret; die ſequenti, rubro quo principum tantum cædem futuram ſignificabat; tertio die tandem atro tentorio omnium internecionem pollicebatur, ſi urbs caperetur. Etſi illud alio poſſit referri ut & illa de manubiis quæ à me ſupra poſita ſunt. Verum ſuper vario fulminum genere ita à veteribus laſcivitum eſt, ut quæcumque ab iis tradita ſunt, pleraque ſomnia potius ac deliramenta quam phyſica axiomata ſive metaphyſica videantur, quæ ego ne chartis illinam. Vide ſi lubet Senec. lib. 2. Natural. Quæſt. Plin. lib. 11. hiſt. nat. cap. 52. Et Servium ad illud. i. Æneid. *Disjecitque rates. Dacerius.*

*Manum, & mentum.*] Vide Gell. lib. 13. cap. 17. & interpr. Lycophr. in Iambicis, & Euſtath. in 1. Homeri Iliad. qui nihil de Chalcante, ſed de aliis dictum referunt. Vide proverbiorum interpretes. *Ant. Auguſtinus.*

*Manum, & mentum.*] Verba Græca ſic Latine Eraſmus.

*Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.*

Qui & πέλ pro πέλει legiſſe videtur. Quamvis & aliter fieri potuit: nam πέλει veteres omnes agnoſcunt. Cæterum in verbis Feſti non pauca deſiderari fidem faciet hic locus Euſtathii qui de Ancæo narrat quod ille de Calchante. ejus verba, 1. Iliad. p. 77. Edit. Rom. Multos ſus Calydonius interfecit: ὧν εἷς καὶ ὁ παρὰ Λυκόφρονι Ἀγκαῖος, ὃς ἀμπελῶνα κατὰ πολλὴν σπουδὴν φυτεύσας, καὶ ἀκούσας παρά τινος ὡς οὐκ ἂν ἴσως τοῦ ἐκεῖθεν οἴνου πίοι, καὶ ψευδῆ τὸν λόγον εὐχόμενος ἐλεγχθῆναι, ἦλθεν εἰς τοῦτο καιροῦ, ὡς τελεσφορηθῆναι κατρὸν (lego καρπὸν) ἐκεῖθεν καὶ οἶνον ἐκθλιβῆναι, οὗ ὡς ἔμελλεν ὁ Ἀγκαῖος πίνειν, ἤλεγχε τὸν φοιβάσαντα, ὁ δὲ εἰπὼν τὸ παροιμιαζόμενον ὡς πολλὰ μεταξὺ χείλους καὶ ποτηρίου, τέως μὲν ἔδοξε γελοῖος, ἐν ἀκαρεῖ δὲ κατεφάνη σπουδαῖος, ἀκούσας γὰρ οἱ (leg. ὁ) Ἀγκαῖος ἐλθοῦσαν τὴν φορὰν τοῦ συὸς βολὸ ἔῤῥιπτε μὲν τὴν τοῦ οἴνου κύλικα, ἐκδραμὼν δὲ εὗρε τὴν τοῦ θανάτου, πεσὼν ὑπὸ τῷ συΐ. Id eſt. *Ex quorum numero ſecundum Lycophronem fuit Ancæus qui cum ſtudioſe vitem ſeviſſet & alicunde audiret fore ut ex ea nunquam vinum guſtaret, comprecatus illud effatum eſſe irritum, ad illud jam prope venerat, ut maturis racemis & expreſſo vino, jam jam ex eo eſſet guſtaturus, vatem arguens, qui illud proverbium jactans multa pocula inter & labra, tunc quidem deridiculus apparuit, ſed puncto temporis diligens & verax repertus eſt. Nam Ancæus ſtatim clamorem circa ſuem ſublatum audiens, vini poculum è manibus abjecit, & excurrens ſibi mortem accivit interfectus à ſue.* Ex his igitur ſi non ipſamet Feſti verba, at ſaltem eorum ſententiam facile elicies. Ancæi hiſtoriam aliquantulum immutatam ex Ariſtotele narrat Didymus,

Digitized by Google

Manumitti ſervus dicebatur, cum dominus ejus, aut caput ejuſdem ſervi, aut alium membrum tenens dicebat: Hunc hominum liberum eſſe volo, & emittebat eum è manu. PAULUS.

*Manumitti dicebatur ſervus ſacrorum cauſſa cum Dominus tenens* modo caput, *modo* FESTUS. *membrum aliud ejuſdem ſervi, ita* edicit, hunc *hominem liberum eſſe Volo: ac* pro eo x. x. *auri, probi, profani mei ſolvo ut priuſ*quam digre*diar, efficiatur juris* ſui. Tum his *ſervum verbis è manu homin*em liberum mit*tebat.*

Mapalia caſæ Pœnice appellantur, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabu- PAULUS.

## NOTÆ.

mus, aitque etiam Dionyſium Thracem tradidiſſe illud proverbium ab Alcinoi morte vulgatum, quem ut ait Homer. Odyſſ. 22. pocula tenentem labriſque jam admoventem Ulyſſes interfecit. Neque prætereundum ad hujus proverbii ſimilitudinem effatum iſtud *inter os & offam* de quo Gellius lib. 13. cap. 16. huic ſimile etiam iſtud etſi aliunde natum, *inter caſa & porrecta.* quo uſus Cicero ad Atticum. lib. 5. Epiſt. 18. *Dacerius.*

*Manumitti.*] Pauli verba interpretis vice ſunguntur verbis Feſti, quæ reliqua ſunt, quibus addi poteſt, quod ex Caio lib. 1. Inſtitut. refert Boetius lib. 3. Topic. Vide Ambactus, & Am. *Ant. Auguſtinus.*

Poſt *Manumitti.*] Ita, ni fallor, implendæ ſunt labes illæ: *Manumittens modo caput, modo membrum aliud ſervi tenet, & dicit: Hunc hominem liberum eſſe volo. ac pro eo auri x. . . . . . ſolvit, ut, priuſquam digreditur, efficiatur juris ſui, dum his verbis hominem liberum mittit.* Non dubium, quin intelligat dominum ſolvere viceſimam pro liberato ſervo: de qua lata eſt lex Manlia, ut ait Livius libro ſeptimo. Epictetus apud Arrianum libro 11. *ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὑτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησεν. τί; ἔστρεψε τὸν αὑτοῦ δοῦλον ἐπὶ στρατηγοῦ. ἄλλο οὐδέν; ναί. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. τί οὖν; ὁ ταῦτα παθὼν οὐ γέγονεν ἐλεύθερος;* Item libro 3. *ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διὰ τί; δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον.* Quænam ſumma hic definienda ſit, non video, neque quare auri potius, quam fortunarum viceſima. Sed & in manumiſſionibus quæ fiebant ſacrorum cauſſa, pendebatur auri neſcio quid. vide in Puri. adeo, ut nulla manumiſſio non eſſet vectigalis, quomodo loquitur Tertullianus. *Joſ. Scaliger.*

*Manumitti dicebatur.*] Hæc luxata fuerant; & prior pars hujus capitis adhæſerat poſt *mutum* his veſtigiis. . . . . . *Ser.* . . . . . ſacrorum. . . . . . . id autem inde factum eſt quod poſt *mutum* continuo hunc manumittendi morem Feſtus explicarat. Notum eſt autem dominum ſolviſſe viceſimam pro liberato ſervo, de qua lata eſt lex Manlia. Lib. 7. cap. 16. Epictet. apud Arrian. lib. 2. & lib. 3. in manumiſſionibus etiam quæ fiebant ſacrorum cauſa eadem pecunia ſolvebatur, adeo ut nulla manumiſſio non eſſet vectigalis quomodo loquitur Tertullianus, ut optime notavit Scaliger. Vide infra in *Puri. Dacerius.*

*Mapalia.*] Ait hominib. ſolute viventibus exprobrari vocem mapalia. & verum eſt. Seneca *ἀποκολοκυνθώσει. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiſeram. vos mera mapalia feciſtis. Volo ſervetis diſciplinam curia.* Mera mapalia feciſtis. hoc eſt, ſuſque deque habuiſtis, & diſſolute potius egiſtis. vel potius: Vos, ô inepti & diſſoluti, id feciſtis. Vide quam bene locus ille ex Menippea Senecæ hujus loci collatione illuſtretur, & tamen mirum, quantum negotii faceſſit viris doctiſſimis, qui in loco Senecæ exponendo plurimum æſtuarunt. *Joſ. Scaliger.*

*Mapalia.*] Eadem & *magalia.* Niſi quod in *mapalia, ma* eſt breve quod in *magalia* producitur. Virg. 4. Æneid.

*Ut primum alatis tetigit magalia plantis.*

Et lib. 1.

*Miratur molem Æneas, magalia quondam.*

Ubi Servius: *Magalia Antiſtoichon eſt. nam debuit magaria dicere, quia magar non magal Pœnorum lingua villam ſignificat. Cato originum primo: magalia ædificia quaſi cohortes rotundas dicunt; alii magalia caſas Pœnorum paſtorales dicunt.* Ut vides locum Catonis, quem noſter è quarto, è primo Servius attulit & non leviter immutatum. Magar autem ab Hebræo *magur* habitatio. A *magur* variante dialecto Pœni fecere *magar* & Pœni quidem *magar* ſive *magara* ſive *megura* vocabant partem eam Carthaginis quæ Byrſam cingebat & habitationi civium relinquebatur.

*Solet id vocabulum.*] Verum eſt ſolute viventibus exprobrari vocem *mapalia.* Seneca apocolocunthoſi: *Ego P. C. interrogare vobis permiſeram, vos vera mapalia feciſtis.* Id eſt, ſuſque deque habuiſtis, & diſſolute egiſtis: vel potius vos inepti & diſſoluti id feciſtis. Vide quam bene locus ille ex Menippea Senecæ hujus loci collatione illuſtretur, & tamen mirum quantum negotii faceſſit viris doctiſſimis qui in eo exponendo plurimum æſtuarunt. Scal.



Digitized by Google

lum ſolute viventibus objici, Cato libro quarto Originum: Mapalia vocantur ubi habitant, ea quaſi cohortes rotundæ ſunt.

Marculus deminutivum à Marco.

FESTUS. Marſpedis, ſive ſine R. litera Maſpedis imprecatie, ſeſita vallium, quid ſignificet ne Meſſalla quidem augur in explanatione auguriorum reperire ſe potuiſſe ait.

PAULUS. Martialis campus in Cœlio monte dicitur, quod in eo Equiria ſolebant fieri, ſiquando aquæ Tiberis campum Martium occupaſſent.

Martias Kalendas matronæ celebrant, quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta ſit.

Martius menſis initium anni fuit & in Latio, & poſt Romam conditam, eo quod gens erat bellicoſiſſima cujus rei teſtimonium eſt, quod poſteriores menſes, qui annum finiunt, à numero appellati, ultimum habent Decembrem.

## NOTÆ.

*Cohortes.*] Vide *Cortina. Dacerius.*

*Marſpedis.*] Filium Martis ſignificare putarem: niſi me auctoritas Meſſallæ moveret. *Ant. Auguſtinus.*

*Marſpedis.*] Corrige ex judicio Adriani Turnebi, quo doctiorem noſtra non tulit ætas, *in precatione Solitaurilium.* Quicquid dubitet Meſſalla, conſtat in formula ſolitaurilium ad luſtrandum agrum ambarvali ſacrificio, ſolum Martem nominari: MARSPITER TE PRECOR, &c. ut conſtat ex Catone Titulo CXLI. Pro quo ſuſpicor *Marſpedis* dictum à veteribus. At, quod putant doctiſſimi viri Marſpedis eſſe, Martis filium, hoc eſt, Martis παῖδα, plane eſt Horatianum, *Humano capiti cervicem equinam.* Quare merito explodendum. Sed illud notandum, Martem in Solitaurilibus, aut aliis precationibus ruſticorum non eſſe alium, quam Silvanum, propterea conjunctim aliquando vocatur Mars Silvanus. Idem Cato: *Votum pro bubus, ut valeant, ſic facito: Marti Silvano in ſilva interdius,* &c. De quo ſic in libris de limitibus agrorum: *Omnis poſſeſſio tres Silvanos habet. unus dicitur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus. alter dicitur agreſtis, paſtoribus conſecratus. tertius dicitur orientalis: cui eſt in confinio lucus poſitus: à quo inter duo, pluresve fines oriuntur. Ideo inter duo pluresve eſt lucus.* De tertio intelligi apud Catonem neceſſe eſt. Primus vocatur etiam Silvanus larum. ut in illa inſcriptione, quæ extat Romæ:

SILVANO
SANCTO
LARVM
PHILEMON
P. SCANTI
ELEVTERI
D. D.

alterius, hoc eſt Silvani agreſtis mentio eſt in altera inſcriptione, quam ex fide doctiſſimi amici noſtri Aldi Manutii huc exſcripſimus:

SILVANO
AG. SACRVM
IN MEMORIAM
C. RVFI. ANTHI
IIIIII VIRI
TALLVS. LIB.
D. D.

& de eodem intellexit Ovidius:

*— nec, dum degrandinat, obſit*
*Agreſti Fauno ſuppoſuiſſe pecus.*

Tertii mentio eſt apud Horatium in Epodis.

*— — & te pater*
*Silvane tutor finium.*

*Mars pedis* igitur, & *Mars pater* apud Catonem intelligendus eſt Mars Silvanus orientalis agreſtium, in interfinio duum, aut plurium agrorum, eſt autem ex jure veterum Athenienſium. Nam in ſacramento, cui dicebant ἔφηβοι, adjiciebatur: ἴστορες θεοὶ ἄγραυλοι. Deinde ponit eos, ἐνυάλιος, ἄρης, ζεύς, ubi ζεὺς etiam eſt, quem dapalem Cato vocat. *Joſ. Scaliger.*

*In precatione ſolitaurilium.*] Vide *Solitaurilia. Dacerius.*

*Martialis.*] Ad verbum Ovidius in Faſtis III.

*Altera gramineo ſpectabis Equiria campo,*
*Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.*
*Qui tamen ejecta ſi forte tenebitur unda:*
*Cœlius accipiet pulverulentus equos.*

*Joſ. Scaliger.*

*Martialis campus.*] Vide *Equiria.*

*Martias Kalendas.*] Iis matronæ Junoni & Marti ſupplicabant, ideoque *matronalia* dictæ ſunt; & *matronales ferias* vocat Tertullian. Vide Ovid. Faſt. lib. 3. Et veteres Horatii interpretes ad Od. 7. lib. 3.

*Martiis cælebs quid agam Calendis.*

*Martius menſis.*] Annum in decem menſes diviſit Romu-

Digitized by Google

Mas deminutive facit maſculus. FESTUS.

Maſculina, & feminina vocabula dici melius eſt ſecundum Græcorum quoque conſuetudinem, qui non ἀνδρεικὰ & γυναικεῖα, ſed ἀρσενικὰ, dicunt & θηλυκά.

Maſculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. malo cruce maſculino genere cum dixit Gracchus in oratione quæ eſt in P. Popilium poſteriore, tam repræſentavit antiquam conſuetudinem, quam hunc frontem, atque hunc ſtirpem iidem antiqui dixerunt: & rurſus hanc lupum, & hanc metum. Item cum idem in Popilium & matronas ait, eo exemplo inſtituto. Dignus fuit qui malo cruce periret.

Matellio, diminutivum à matula. PAULUS.

Materfamiliæ non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus eſſet. nec poſſunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari. ſed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt.

## NOTÆ.

Romulus, & primum genitori dicavit qui ab eo Martius. Tamen ante Romam conditam non omnibus Italiæ populis primus fuit. Nam Albanis erat tertius, Phaliſcis quintus, ſextus Hernicis. Vide Ovid. Faſt. 3. *Dacerius.*

*Maſculina.*] Videtur deeſſe. ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ dicunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Maſculina.*] Conſtat enim & veteres dixiſſe nomina virilia, & muliebria, ut Varro. Item nomina virilis, & muliebris ſexus. Deeſſe in fine hæc non dubium: qui non ἀνδρεικὰ, καὶ γυναικεῖα ea, ſed ἀῤῥενικὰ, καὶ θηλυκὰ vocant. *Joſ. Scaliger.*

*Maſculina & feminina.*] Ex Varrone conſtat veteres dixiſſe nomina *virilia* & *muliebria*, item nomina *virilis & muliebris ſexus.* Sed ex Feſti judicio melius *maſculina* & *feminina* dicuntur, ſecundum Græcorum conſuetudinem qui ea non ἀνδρεικὰ, id eſt *virilia*: & γυναικεῖα, id eſt, *muliebria*, ſed ἀῤῥενικὰ καὶ θηλυκὰ vocant, hoc eſt, *maſculina & feminina. Dacerius.*

*Maſculino genere.*] Maſculino genere ait dixiſſe malo cruce C. Gracchum in ea *in Popillium poſteriore.* & non adducit exemplum. Item *in ea in Popillium & matronas.* Citatque exemplum, ubi malo cruce maſculino genere uſurpavit Gracchus. Quid eſt citare bis eandem orationem non tanquam eandem, ſed tanquam alteram? Deinde, quid iſtud rei eſt, *in Popillium, & matronas?* nota eſt cauſſa inimicitiarum inter Popillium, & Gracchum. de matronis ne verbum quidem. Quare hoc ἀτόπημα docti viri cum viderent, conati ſunt emendare ita: *Item cum idem in Popillium & Mathonem ait.* Ut illud *in Mathonem* ſucceſſerit in locum Ꝙ in matronas. Laudo conatum, mallem tamen non conjecturas ſuas, ſed rem ipſam margini chartæ commendaſſent. Nam ſane ita ſcribendum erat: *Item cum idem in populum, & matronas ait: eo exemplo inſtituto dignus fuit, qui malo cruce periret.* Vide quam diſſimilia hæc ſint priſtinæ lectioni. partim enim verba Feſti putabantur eſſe, quæ nunc omnia ſunt Gracchi. exprobrat adverſario duo Gracchus, & quod in populum debacchatus ſit, quem qui offendunt, majeſtatis poſtulantur: & in matronas, qui ſexus, omnium conſenſu, multis privilegiorum præſidiis munitur, propterea vocat malum exemplum, eſt enim & contra leges, & contra bonos mores. Hujus orationis Gracchi in Popillium mentio extat etiam apud Gellium. *Joſ. Scaliger.*

*Maſculino genere.*] *Parentem* pro matre, *crucem, ſtirpem, frontem* maſculino genere dixiſſe veteres conſtat, ut *lupum, metum* feminino. Exempla pete à Nonio. Sed male hic duas C. Gracchi orationes à Feſto laudari putarunt viri docti, cum de una tantum mentio facta ſit, ut optime monuit Scaliger. Nam quæ in fine leguntur. *Item, &c.* Non Feſti ſed Gracchi verba ſunt ex ejus oratione in P. Popilium poſteriore. *Item*, inquit Gracchus, *cum idem* (nempe Popilius) *in populum & matronas ait* (ſic optime correxit Scaliger, cum male alii *in Popilium & Mathonem*) *eo exemplo inſtituto dignus fuit qui malo cruce periret.* Adverſario ſuo Popilio Gracchus duo exprobrat. Et quod in populum debacchatus ſit, quem qui offendunt majeſtatis poſtulantur: & in matronas, qui ſexus omnium conſenſu multis præſidiis munitur, atque adeo quod tale exemplum dederit, eſt enim contra leges & contra bonos mores, dignum fuiſſe eum qui malo cruce periret. Hujus orationis Gracchi in Popilium mentio extat etiam apud Gellium.

*Matellio.*] *Matellio à matulà dictus, & dictus poſteaquam longius à figura matula diſceſſit.* Varro. Matula, matella, matellio, vas aquarium ἀρυταίνα item vas ad urinam recipiendam. Gloſſ. *Matella*, οὐρητρὶς, ἀμίς.

*Materfamilia.*] Quæ hic habet Feſtus, ea, partim vera, partim falſa ſunt. Verum eſt matremfamilias non antea dictam quam vir ejus paterfamilias. Nam materfamilias proprie ut ait Servius 9. Æneid.



Digitized by Google

Mater matuta, manes, mane, matrimonium, materfamiliæ, matertera, matrices, materiæ dictæ videntur, ut ait Verrius, quia ſint bona: qualia ſcilicet ſint, quæ ſunt matura. vel potius à matre, quæ eſt originis Græcæ.

FESTUS. *Mater matuta* manis, *mane*, *matrimonium*, *mater familiæ*, matertera, *matrices*, *materiæ dictæ Videntur* ut ait *Verrius*, *quia ſint bona: qualia ſcilicet* ſint. quæ *ſunt matura. Vel potius à matre* quæ eſt orig*inis Græca* μήτηρ.

PAULUS. Matrem matutam antiqui ob bonitatem appellabant, & maturam idoneum uſui, & mane principium diei, & inferii dii manes, ut ſuppliciter appellati bono eſſent, & in carmine Saliari, Ceruſmanus, intelligitur creator bonus.

Matertera, matris ſoror, quaſi mater altera, Matertera patris & matris, mihi magna mater eſt.

Matralia, Matris Matutæ feſta.

Matrici cognominantur homines malarum magnarum atque oribus late patentibus.

Matrimes, ac patrimes dicuntur, quibus matres & patres adhuc vivunt.

Matronæ à magiſtratibus non ſubmovebantur, ne pulſari, contrectarive viderentur,

## NOTÆ.

Æneid. illa dicitur quæ in matrimonium convenit per conventionem. Nam per quandam juris ſolennitatem in familiam migrat mariti. Verum eſt etiam non plures una hoc nomine in una familia. Neque enim in una familia plures uxores: Hunc locum peſſime accepit doctiſſimus Hotomanus, qui ait non conſentaneum eſſe ut ſi ſocrus vivat quæ materfamilias appelletur, nurus eandem dignitatem obtineat. Imo maxime conſentaneum & verum eſt tam nurum quam ſocrum matremfamilias dictam. Quod addit Feſtus *ſed nec vidua hoc nomine* verum eſt antiquæ illius conſuetudinis habita ratione, neque enim materfamilias dici poterat quæ deſierat eſſe in viri familia. Poſtea tamen tam vidua quam nupta ut *matrona* ſic & *materfamilias* dicebatur, pro eadem enim *matrona* & *materfamilias*. Quod in fine legitur, *nec quæ ſine filiis eſt*, id omnino falſum ut ex ſuperioribus patet. Niſi dicas cum Hotomano nomen illud in conventione nuptis datum propter omen, à matris nomine non adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Ut de matronis tradit Gellius lib. 18. cap. 6. *Dacerius.*

*Mater matuta.*] Ex his Pauli verbis ſarcienda ſunt, quæ ſequuntur Feſti verba. una tamen littera diverſa eſt, manis enim pro manes eſt ſcriptum, librarii, ut opinor, errore. *Ant. Auguſtinus.*

*Mater matuta.*] *Matuta*, *manes*, *mane* à *mano*: id eſt bono. Non à *matre*. At *matrimonium*, *materfamiliæ*, *Matertera*, *matrices*, *materies*. Non à *mano* ſed à *matre* quæ Græce μήτηρ Dorice μάτηρ.

*Matrem matutam.*] Vide *mane à diis manibus*. Infra pro *uſui* legendum *eſui*.

*Et in carmine Saliari cerus manus.*

Cerus manus optime interpretatur Feſtus *creator bonus*. Neque tamen *cerus* à *cereo* antiquo verbo, ut ipſe putavit, ſed *cerus* eſt *genius*, ut à *carmimen*, *carmen*; *genimen*, *germen*. Ita *genius gerus*, & C pro G, *cerus*. Et cerus manus vetuſtiſſima lingua *genius bonus*. Et ita in Januaſio carmine dictus Janus, qui in Pontificum indigitamentis *Janus pater*. Et apud Catonem in originibus, *Janus genius*. Vide Meurſ. Exerc. Crit. part. II. lib. 3. cap. 1.

*Matertera.*] Matris ſoror, non quaſi *mater altera* ut putat Paulus, eſt enim à matre tantum, ita ut *tera* ſit vocis productio. In fine legendum *matertera eſt*.

*Matralia.*] Tertio Id. Junii.

*Ite bonæ matres, (veſtrum matralia Feſtum)*
*Flavaque Thebanæ reddite liba Deæ.*

Ovid. 6. Faſt. Matutæ libum proprie *Teſtuatium* dicebatur Varr. lib. 4. *Teſtuatium quod in teſta calda coquebatur, ut etiam nunc matralibus id faciunt matronæ. Dacerius.*

*Mattici.*] Explicatum à nobis in Conjectaneis. *Joſ. Scaliger.*

*Matrici.*] Lege *mattici*. *Mattici* autem homines magnarum malarum non quaſi *malattici*, ſed quia μάτιας veteres maxillas vocabant, unde etiam γνάθωνες in comœdia, *guloſi*.

*Matrimes ac patrimes.*] *Matrimes* ac *patrimes* ſacrorum lingua pro *patrimi* ac *matrimi*. Sic apud Plautum *porci ſacres* pro *ſacri* ſic *manes* pro *mani*, &c. Matrimi patrimi autem vel matrimi & patrimi dicebantur quibus uterque parens ſuperſtes erat, Græcis ἀμφιθαλεῖς. Contra quibus alter tantum parens erat, *matrimi* ſi mater, *patrimi* ſi pater. Ut apud Catull. *patrima virgo* Minerva quæ Jovem tantum patrem & matrem ciet. Græcis ἑτεροθαλεῖς. Sic pater patrimus dicebatur qui pater erat & patrem habebat. Infra Feſtus. *Dacerius.*

*Matrona.*]

neve gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum ſedentes cum uxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur.

*Matronæ magiſtr*atibus non ſummove*bantur*, *ne pulſari*, contrectarive *viderentur neve gravidæ concuteren*tur, quam *etiam* cauſam ait Verrius. *neque earum viros ſedentes cum* uxoribus de eſſequo deſcen*dere coactos* à magiſtratibus. quod commu*ni Vehiculo* vehitur vir, & uxor. FESTUS

Matronas appellabant eas fere, quibus ſtolas habendi jus erat.

Matronis aurum redditum cum legitur, hoc ſignificare videtur, quia matronæ contulerunt ornatus ſui aurum ad Capitolium à Gallis Senonibus liberandum, quibus poſtea eſt redditum à populo Romano. PAULUS

Matronis. . . . to ait, quod *Videtur hoc ſignificare matronis* fuiſſe *reſtitutum aurum ex quo. P. R. crateram fecerat* & eam *Appolloni Delphos miſerat ut eſt teſtimonio* in*dex tabella: quod quide maurum dederant* matronæ ornat*ui demptum ſuo , ut votum ſolveretur* Appollini. quid*am dicunt de eo potius eſſe intelligendum* quod contuler*unt olim matronæ ad Capitolium* à Gallis Sononi*b. liberandum. id poſtea reddi*tum eſt à popu*lo Romano.* FESTUS

Matula, vas urinæ. PAULUS

## Notæ.

*Matronæ.*] Ex his verbis, quæ ſequuntur Feſti verba, poterunt recte conſcribi. Et videndum eſt, an ad hæc pertineant, quæ de Veſtali Claudia produntur, quæ patrem complexa de curru ſe detrahi paſſa non eſt, Cicero pro Cœlio. Valer. Max. lib. 5. cap. 4. Suet. in Tiberio cap. 11. *Ant. Auguſtinus.*

*Matronæ.*] Matronæ à magiſtratibus non ſummovebantur, ne pulſari, contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur. quam enim primam hoc jure uſam ait Verrius, eam cæteris exemplum dediſſe. adeo ut nec cum uxoribus adeſſent, quo deſcenderent, cogi viros à magiſtratibus. quod communi vehiculo vehitur vir & uxor. Media ſi non penitus ipſis verbis Feſti concepta ſunt: at ſaltem à ſententia, ac mente Feſti propius abſunt. De Veſtali quod monent docti viri, id vero exemplum locum hic non habet. Nam & Veſtales matronæ non erant. & quod eſſent ἀνίπαφοι id non privilegio feminarum ac ſexus, ſed jure ſacerdotii ac dignitatis conſequebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Matronæ.*] Hoc pendet è veteri Romanorum more quo magiſtratibus puta conſulibus, Prætoribus, interregibus, &c. Dictatoribus per vias ambulantibus lictores apparebant qui populum ſummoverent, & è via juberent decedere. Ab iis autem ſolæ matronæ non ſummovebantur; ut nec Veſtales. Sed hoc illæ matronarum ac ſexus prærogativa, hæ ſacerdotii & dignitatis jure conſequebantur.

*Matronæ magiſtratibus.*] Infra de *eſſequo* antique pro *de eſſedo.*

*Matronas.*] Stolæ uſus matronis tantum, id eſt, pudicis & honeſtis mulieribus conceſſus. Quia ea honeſtioris erat cultus. Famoſæ vero mulieres non ſtolatæ ſed togatæ procedere cogebantur. Unde Martial.

*Vis dare quæ meruit munera, mitte togam.*

*Dacerius.*

*Matronis.*] Verba Feſti ex Pauli epitome cognovimus. Item ex Livio lib. 5. apparet bis matronas aurum contuliſſe, Veiis à Camillo captis, & urbe à Senonib. capta præter Capitolium. Apollini autem donum Delphos cratera aurea portata eſt ob decumam voti, quo ſe damnaverant Veiis captis. Matronis aurum reſtitutum dicit lib. 6. Plutarch. in Camillo doni Apollini dicati meminit. Plin. lib. 33. cap. 1. id aurum in Jovis cælla collatum manſiſſe ſcripſit ad Pompeium Magnum. Vide Pilentis. *Ant. Auguſtinus.*

*Matronis.*] Magis odoramur, quid voluit Feſtus, quam ut verba in numerato edere poſſimus. *Joſ. Scaliger.*

*Matronis aurum redditum.*] Bis aurum matronas contuliſſe docet Livius, ſemel captis Veiis, ut inde votum Apollini ſolverent. Livius lib. 5. cap. 25. & 28. & iterum ut ſumma pactæ mercedis Gallis conficeret, qua adduci ſe poſſe dicebant, ut Capitolii obſidionem relinquerent. idem cap. 50.

*Matronis. . . . . to ait.*] Quod initio deeſt ita ſupplendum: *Matronis aurum redditum Ateius Capito ait.* Vide *Pilentis* & Liv. lib. 5. cap. 25. 28. & 50. *Apolloni* autem pro *Apollini* antiqua ſcribendi conſuetudine. Sic in æreo numiſmate: *Apolloni Sancto.*

*Matula.*] Vide *Matellio.*

Ma-

Mavortem poëtæ dicunt Martem.

FESTUS. Maximæ dignationis Flamen Dialis eſt inter quindecim Flamines, & cum ceteri diſcrimina majeſtatis ſuæ habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona leviſſimo fructui agrorum præſidet pomis.

PAULUS. Maximam hoſtiam ovili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis; ſed ab animo placidiore.

Maximi annales appellabantur, non magnitudine; ſed quod eos Pontifex maximus conſecraſſet.

FESTUS. Maximum Prætorem dici putant alii eum, qui maximi imperii ſit: alii, qui ætatis maximæ. pro collegio quidem augurum decretum eſt: quod in ſalutis augurio Prætores majores, & minores appellentur; non ad ætatem; ſed ad vim imperii pertinere.

PAULUS. Maximus Curio, cujus auctoritate curiæ, omneſque curiones reguntur.

## NOTÆ.

*Mavortem.*] Vide *Mamers.* *Dacerius.*

*Maxima.*] Vide ordo ſacerdotum, & decem Flaminum nomina ponit Varro lib. 4. & 6. de Lingua Lat. Dialis, Martialis, Quirinalis, Volcanalis, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis. Adde Carmentalem ex Cicerone in Bruto, Portumnalem ex Feſto, Perſillum Virbialem ex marmoreis monumentis. item Divi Julii, & Divi Auguſti ex eiſdem, & eorum temporum hiſtoria. *Ant. Auguſtinus.*

*Maxima dignationis.*] Lege infra: *minima habetur* &c. nempe, *minima dignationis.* In vett. libb. *minime.* Vide *majores Flamines.* *Dacerius.*

*Maximam hoſtiam.*] Victimæ de majoribus animalibus dicebantur, hoc eſt armentis, etiam ſi lactentes eſſent. hoſtiæ de minoribus, etiam ſi opimæ καὶ τίλειαι. inter victimas taurus præſtabat. Virgilius — *& maxima taurus victima* — inter hoſtias ovis. ut hic vides, & ratio poſtulat. in gregibus enim, quis ſues, & capras præferat ovibus? ergo maxima victima, taurus. maxima hoſtia, ovis. Hæc eſt ratio, non quam adfert Verrius, aut Feſtus. *Joſ. Scaliger.*

*Maximam hoſtiam.*] *Victima* de majoribus animalibus dicebantur. hoc eſt armentis, etiam ſi lactentes eſſent. *hoſtia* de minoribus etiam ſi opimæ καὶ τίλειαι. Vide *hoſtia.* Inter victimas taurus præſtabat Virg. 2. Georgic.

— — — — *& maxima taurus*
*Victima.*

Inter hoſtias ovis ut hic vides, & ratio poſtulat. In gregibus enim quis ſues & capras præferat ovibus? Ergo maxima victima taurus, maxima hoſtia ovis: & hæc eſt ratio, non quam affert Verrius aut Feſtus. Scalig. *Dacerius.*

*Maximi annales.*] L. m. habet *confeciſſet* pro *conſecraſſet.* *Ful. Urſinus.*

*Maximi annales.*] Cicer. II. de Oratore: *Erat enim hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio, cujus rei, memoriaque publica cauſſa, ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mucium Pontificem maximum, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex maximus referebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. ii qui etiam nunc annales maximi nominantur.* Et Servius lib. I. Æneid. *Ita autem*, inquit, *Annales conficiebantur, tabulam dealbatam quotannis Pontifex maximus habuit, in qua præſcriptis conſulum nominibus & aliorum magiſtratuum digna memoratu notare conſueverat domi militiaque terra marique geſta per ſingulos dies, cujus diligentia annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt: eoſque à Pontificibus maximis à quibus fiebant annales maximos appellarunt.* In verbis Feſti pro *conſecraſſet* liber quidam melius *confeciſſet.* *Dacerius.*

*Maximum prætorem.*] Sic in carmine Marcii vatis: *His ludis faciundis præſit is prætor, qui jus populo, plebique dabit ſummum.* Livius lib. 25. Macrob. lib. I. Saturn. De Salutis augurio Cicero lib. I. de Divin. Tacitus lib. 12. Dion. lib. 37. *Ant. Auguſtinus.*

*Maximum Prætorem.*] Hoc eſt, urbanum, qui *major* etiam & *honoratus* dicebatur. Quia jus populo plebique dabat ſummum, ut eſt in carmine Marcii vatis apud Livium lib. 25. cap. 12. non autem quod cæteris erat ætate provectior. Vide *major Conſul.*

*Pro collegio augurum.*] Collegium, ſocietas eorum qui eandem artem tractant. Sic collegium fabrorum, collegium Pontificum. &c.

*In ſalutis augurio.*] Salutis augurium per 44. annos intermiſſum Auguſtus reſtituit. Erat modus augurii ut ſi Deus permitteret ſalutem populo poſcerent, quaſi ne ſalutem quidem à Diis petere fas eſſet ni prius hoc ipſum Dii conceſſiſſent. Obſervabant autem diem unum quotannis quo nullus ad bellum proficiſceretur exercitus, nemo ſe ad bellum accingeret, nemo pugnaret, quare in periculis maximeque civilibus neutiquam fiebat. Vide Dionem lib. 37.

*Maximus Curio.*] Qui reliquis curionibus, ſexaginta

Maximus Pontifex dicitur, quod maximus rerum, quæ ad ſacra, & religiones pertinent, judex ſit, vindexque contumaciæ privatorum, magiſtratuumque.

Me pro mihi dicebant antiqui.

Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius cum ait libro ſecundo: Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis. & Lucilius: Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet agatur. FESTUS.

Meatus à meando dictus.

Mecaſtor, & mehercules jusjurandum erat: quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules, ut ſubaudiatur juvet. PAULUS.

Meddix apud Oſcos nomen magiſtratus eſt. Ennius: Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.

## NOTÆ.

ginta enim & duo erant in qualibet curia, præerat. *Le grand Curé, Le general des Curés.* *Dacerius.*

*Maximus Pontifex.*] Cuperem Feſti verba videre. neque enim facile Paulo credo aſſerenti Pontificem fuiſſe vindicem contumaciæ magiſtratuum, & privatorum. Vide Dionyſ. lib. 4. *Ant. Auguſtinus.*

*Maximus Pontifex.*] Poſtrema verba negotium faceſſunt doctis viris, quæ ſunt hæc, vindexque contumaciæ privatorum, magiſtratuumque. Quid? non licebat illi animadvertere in contumaciam privatorum? Audite Macrobium: Regem ſacrorum Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri. & ideo per præconem denunciabant, nequid tale ageretur: & præcepti negligens multabatur. Quod licuit Flaminibus, hoc non licuiſſet Pontifici Maximo? At magiſtratus contumaciam non coercebat, inquitis. Audite Val. Maximum: Metellus Pontifex Max. Poſthumium Cos. eundemque Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, Urbem egredi paſſus non eſt. Sed his exemplis pleni ſunt Romanorum Annales: quæ ſtudioſus lector paſſim adnotare poteſt. *Joſ. Scaliger.*

*Maximus Pontifex.*] Poſtrema verba *vindexque contumaciæ privatorum magiſtratuumque*, negotium faceſſunt doctis viris. Illos fugiebat ſcilicet Pontifici Maximo licuiſſe in privatorum contumaciam animadvertere, nec mirum, cum id flaminibus etiam liceret Macrob. *Regem ſacrorum flamineſque non licebat videre feriis opus fieri, & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens multabatur.* Nec privatorum tantum, ſed & magiſtratuum contumaciam coercebat Pontifex Maximus. Valer. Max. *Metellus Pontifex Maximus, Poſthumium Conſulem eundemque Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, urbem egredi paſſus non eſt.* Et his exemplis pleni ſunt Romanorum annales quæ ſtudioſus lector paſſim adnotare poterit. Scalig.

*Me pro mihi.*] E & I promiſcue ab antiquis uſurpata fuiſſe præter Feſtum monuit Quintilian. lib. 1. inſtit. itaque in dandi caſu *me* & *te* dicebant pro *mi* & *ti*, hoc eſt *mihi* & *tibi*. Hujus rei luculentum exemplum eſt apud Plaut. Aſin. 3. 2.

*Ut meque teque maxime atque ingenio noſtro decuit.*

*Me pro mihi dicebant.*] Vide notam ſup. ſed male hic Feſtus nam prius exemplum nil probat, cum Latini omnes non minus recentiores quam vetuſtiores dicant, *ſi quid illo homine fuerit. quid me fiat?* &c. quod interpres Terentii explicabit. Poſterius autem nihilo etiam amplius cum apud Lucretium legatur, *ſaxa impendent mare.* lib.

*Nec mare quæ impendunt veſco ſale ſaxa pereſa.*

Præterea, quod plane ejuſmodi eſt, dicebant *exitium inſtat illos.* En tibi auctorem locupletem in Plaut. Pœnulo:

*— Di immortales meum herum ſervatum volunt*
*Et hunc lenonem diſperditum, tantum eum inſtat exitii.*

An ibi dixerit Feſtus *eum* eſſe in dandi caſu? Sic & apud Lucilium invenias *incumbere gladium.* Sat. lib. 26.

*Suſpendat ne ſe, an gladium incumbat ne cœlum videat.*

*Mecaſtor.*] Quod Græci jurantes μὰ τὸν præponunt id Romanis erat *me* & *e* hoc eſt *per*: ut *mecaſtor* per Caſtorem, *medius fidius* per Jovis filium. i. Herculem. *mehercule* per Herculem. *Ejuno* per Junonem, *Equirine* per Quirinum, *Ecere* per Cererem, *Epol* per Pollucem. *Dacerius.*

*Meddix.*] Livius lib. 26. Mediaſtutius, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt. *Ful. Urſinus.*

*Meddix.*] Melius *medix* ut in al. quod propius accedit ad Græcum μέδων, regnator. In verſu Ennii lego *unus* pro *ſummus.*

*Unus ibi capitur Medix, occiditur alter.*

 Poſtre-

Digitized by Google

Medialem appellabant hoſtiam atram, quam meridie immolabant.

Medibile, medicabile.

FESTUS. Mediocriculo uſus eſt in ea, quam dixit, Cato in Conſulatu: Ridibundum magiſtratum gerere pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci.

PAULUS. Mediocriculus idem Cato ponit, cum ait: Ridibundum magiſtratum paucos homines, mediocriculum exercitum obviam duci.

Medioxumum, mediocre.

Mediterreum melius, quam mediterraneum Siſenna dici putat.

Meditrinalia dicta hac de cauſa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere ominis gratia: Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor. A quibus verbis, etiam Meditrinæ deæ nomen captum, ejuſque ſacra Meditrinalia dicta ſunt.

Meditullium dicitur, non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium; ab eo quod eſt tellus.

Mediusfidius compoſitum videtur, & ſignificare Jovis filium, id eſt, Herculem; quod Jovem Græci Δία, & nos Jovem: ac fidium pro filio, quod ſæpe antea pro L litera D utebantur. quidam exiſtimant jusjurandum eſſe per divi fidem; quidam, per diurni temporis, id eſt, diei, fidem.

## NOTÆ.

Poſtrema litera vocis *Ennius* adhæſit voci *unus*, *ſunus* unde poſtea factum *ſummus*. Et ita reſcribendum probat vox *alter*.

*Medialem.*] Pro *meridialem*, niſi malis à *medius* factum *medialis*.

*Medibile.*] A *medeor. medibile*, ut à *medicor medicabile*. *Dacerius.*

*Mediocriculo.*] Obſcurus locus, & ni fallor, mendoſus. *Ant. Auguſtinus.*

*Mediocriculo.*] Τὸ *genere* abundat in verbis Catonis. Itaque dele. Quin neque Paulus habet, quod non leviter fulcit conjecturam noſtram. *Joſ. Scaliger.*

*Mediocriculo.*] A mediocris eſt mediocriculus. in verbis Catonis τὸ *genere*, vel ut alii, *gerere* abundat ut optime monuit Scaliger. Neque illud infra Paulus agnoſcit. *Dacerius.*

*Medioxumum.*] Antiquitus prius dicebant *mediotumum*, ut Plautus. Dictum à medio *Mediotumum*, ut à quoto quotumum. apud Plautum: quotumæ ſunt ædes? πόσται. *Joſ. Scaliger.*

*Medioxumum.*] Medium antiquitus dicebant *mediotumum*, ut à quoto, *quotumum*. *Quotumæ ſunt ædes?* Plaut. poſtea *medioxumum*. Plaut. Ciſtell. 2. 1.

*Ita me Di Deæque, ſuperi atque inferi & medioxumi.*

De diis Medioximis Servius 12. Æn. *Sunt enim*, inquit, *numina aliqua tantum cœleſtia, aliqua tantum terreſtria, alia media, quos Apuleius medioxumos vocat.*

*Mediterreum.*] Ut Græcis μεσογαῖον. *Mediterraneum* tamen uſus obtinuit. *Dacerius.*

*Meditrina.*] Eſt nomen ἐπιπηδεύματος, ut Cociatrina, lavatrina, & ſimilia. *Joſ. Scaliger.*

*Meditrinalia.*] Varr. lib. 5. *Meditrinalia dies dictus à medendo, quod ut Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die ſolitum vinum novum & vetus libari & deguſtari medicamenti cauſſa. quod facere ſolent etiam nunc multi cum dicant novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor.* Idem etiam factitatum fuiſſe ad pomorum primitias docet Plin. alicubi, *Cur ad primitias*, inquit, *pomorum hæc vetera eſſe dicimus, alia nova optamus?* quo Feſti & Varronis verba alludit, *Novum vetus vinum bibo.* Erant autem meditrinalia 5. Id. Octobr. Similiter Græci Neoinian celebrabant, de qua Longus lib. 2. Meditrina autem eſt nomen ἐπιτηδεύματος, ut *Cociatrina*, *Lavatrina* & ſimilia.

*Meditullium.*] Quaſi *media tellus*, inquit Feſt. ſed aliter Cicero qui teſtatur in topicis non plus eſſe *Tullium* in *meditullium*, quam *timus*, in *finitimus legitimus*, &c. *tullium* ergo eſt vocis productio ut *tolium* in *Capitolium*. *Dacerius.*

*Medius fidius.*] L. m. *filius*. *i. Hercules.* *Ful. Urſinus.*

*Mediusfidius.*] Quod Græci jurantes, μὰ, νὴ præponunt, id Romanis erat Me, & E. Mecaſtor, Mediusfidius, Mehercule. Ejuno, Equirine, Ecere, Epol, Ecaſtor. *Joſ. Scaliger.*

*Mediusfidius.*] Vide *Mecaſtor.* Mediusfidius, per Jovis filium. A Græco δῖος factum *dius*. Feſti ſententiam probat Varro lib. 4. *Ælius Gallus Dius fidius dicebat Dijovis filius ut Græci διόσκουροι Caſtorem: & putabant hunc Sancum ab Sabina lingua & Herculem ab Græca.*

*Medul-*

Medullitus, ex intimis medullis.

Meſancilum teli miſſilis genus.

Megaleſia ludos Matris Magnæ appellabant.

Melancoryphi, genus avium, quæ Latine vocantur atricapillæ, eo quod ſumma eorum capita nigra ſint.

Meliboea purpura à nomine inſulæ, in qua tingitur, eſt dicta.

Melicæ gallinæ, quod in Media id genus avium corporis ampliſſimi fiat: L litera pro D ſubſtituta.

Melis haſta à ligno mali dicta.

Melo nomine alio Nilus vocatur.

Melos inſula dicta eſt à Melo, qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.

## NOTÆ.

*Medullitus.*] A medullis ut ab oculis oculitus. Plaut.

*Ut videas illam medullitus m' amare.*

*Dacerius.*

*Meſancilum.*] Lege, *Meſancylum.* μεσάγκυλον eſt amentatum jaculum. Ennius *Anſatas* vocat: *Mittunt anſantas* de turribus —— —— Menander:

—— —— πῶς τὸ γεγονός τοῦτ' ἔχεις; μεσαγκύλη.

*Joſ. Scaliger.*

*Meſancilum.*] Scribendum *Meſancylum.* Hoc eſt amentatum jaculum à μέσῃ ἀγκύλῃ medio amento.

*Megaleſia.*] Ludi μεγάλης θεᾶς magnæ Deæ Cybeles ſcilicet quæ Deorum omnium mater. Vide Ovid. 4. Faſt. pridie Non. April. celebrabantur. Megaleſia autem & Megalenſes ludi dicti ſunt contra quod quibuſdam viſum eſt qui diverſos fecere. Vide *Romani.*

*Melancoryphi.*] Μελαγκόρυφοι. *Atricapilla* vertit Gaza, ſunt ficedulæ: ſed diverſo tempore nomen alterum ſortiuntur. Plin. lib. 10. cap. 29. *Alia ratio ficedulis, nam formam ſimul coloremque mutant. Hoc nomen* (ficedularum) *non niſi autumno habent. Poſtea melancoryphi nominantur.* Vide Ariſtot. lib. 8. hiſt. animal. cap. 3.

*Meliboea.*] Virg. 5. Æneid.

*Purpura Mæandro duplici, Melibœa cucurrit.*

A Meliboea Theſſaliæ urbe. Lucret. lib. 2.

*Jam tibi barbaricæ veſtes Melibœaque fulgens*
*Purpura Theſſalico concharum tincta colore.*

*Melicæ Gallinæ.*] De mutatione D in L. Vide *delicare.* Medicæ Gallinæ ceteris proceriores ut Medici Galli Varr. de re ruſt. lib. 3. cap. 9. *Ad hanc rem electis maximis Gallinis, nec continuo his quas Melicas appellant falſo, quod antiqui ut Thetin, Thelin, ſic Medicam Melicam vocabant. Hæ primo dicebantur quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæque ex iis generatæ poſtea propter ſimilitudinem. Dacerius.*

*Melis.*] Si à ligno mali dicta eſt, non video, quam utilis bello fuerit: cum Malus arbor inepta prorſus ad haſtas ſit. Sed reſtituendum *Melia.* ut ſit μελίη. & Paulum cum ſuis etymologiis miſſum faciamus. *Joſ. Scaliger.*

*Melis.*] Lege: *Melia.* μελίη haſta fraxinea. μελία enim fraxinus. Et ridicule Paulus à ligno mali dictam vult, cum malus arbor inepta prorſus ad haſtas ſit.

*Melo.*] A Græco μέλας. Ita enim Græci Nilum vocavere, ut tradit Euſtath. & ita intelligendus Heſych. μέλας, μελανός, βαθύς, ἢ ποταμός. *Melas, niger, profundus, vel fluvius.*

*Melos.*] Inſula in mari Cretico inter Cretam & Sunium Achaiæ promontorium à Phœnicio quodam Melo dicta ut ſentit Feſtus conſentiente Euſtathio in Dionyſ. Perieg. ἡ Μῆλος περὶ τὸ Κρητικὸν πέλαγος ἀπό τινος Μήλου κληθεῖσα κατὰ τὴν Ἀρριανοῦ. i. e. *Melos inſula circa mare Creticum à Melo quodam dicta ſecundum Arriani Hiſtoriam.* Sed hoc falſum eſſe docuit doctiſſ. Bochartus in ſuo Chanaan. lib. 1. cap. 14. ubi planiſſime demonſtravit inſulam *Melo* Hebræis dictam Melo. i. inſulam *repletionis*, inſulam *plenitudinis*, propter fertilitatem ſcilicet, nam Hebræis *mlo* plenitudo, maturitatem ſonat cum de frugibus agitur, & huic inſulæ hæc appellatio mire congruit quæ & fructus tulit uberrimos & tam mira ratione matureſcentes ut fruges intra triceſimum diem perfecte matureſcerent & ſementis à multis fieret propemodum ipſa meſſe, nec agricolæ tam tardo quidquam inde decideret. Theophraſt. plantar. lib. 4. cap. 12. & lib. 8. cap. 3. ab eadem ratione eadem dicta *mimallis*, *memblis* & *biblis.* Ab Hebræo ſcilicet *memalle* vel *mamli*, quaſi dicas *terram complentem*, id eſt, ad plenam maturitatem brevi ſpatio perducentem, & ex *Mamli* deflexa *Memblis* & *Byblis.* M & B permutatis ut ſæpe fit. Solin. *Melos quam Callimachus Mimallida dixit* Plinius: *Melos cum oppido, quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides, Syphon & Acyton. Dacerius.*

Gg 2 *Meltom.*]

Meltom meliorem dicebant.

Membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus ejus decidebatur; ad quod ſervatum juſta fierent reliquo corpore combuſto.

Memorare ſignificat, nunc dicere, nunc memoriæ mandare.

Memorioſus, memorioſior, & memorioſius, (&) memorioſiſſime facit.

Mendicum dici putant velum, quod in prora ponitur.

Mendicum dici Verrius putat à mente ejus, quem feſellerit fortuna. vel quod precetur quemque ut vitæ ſuæ medeatur cibo.

FESTUS. Mend*icum dici Verrius putat à mente* ejus, quem fe*fellit fortuna*, *vel quod precetur quem*-*que* ut vitæ ſu*æ medeatur cibo.*

PAULUS. Menſa, frugibuſque jurato, ſignificat per menſam & fruges.

Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinebant.

FESTUS. Menſæ in ædibus ſacris ar*arum vicem obtinent*, *quia* legibus earum omnium *ſacræ quoque menſæ ſunt ut velut in ararum vel in pulvinaris loco ſint.* Privati quoque in privis *ipſis locis habere ſolent*, ubi ſacra habituri *ſint*, *cujus modi eſt* parentatio non ſacrifi-*cium.*

## NOTÆ.

*Meltom.*] Scribo *meliom*, Tarentinum eſt *Melior*; αἰμβόνων pro ἀμείνων. Cum duæ in Græca voce liquidæ interveniunt, altera ſemper mutatur in ἰῶτα. in Latina Lingua, φύλλον, folium: ἅλλομαι, ſalio: ἄλλος, alius: αἰμβόνων, meiior. quod poſtea melior. *Joſ. Scaliger.*

*Meltom.*] Lege cum Scaligero *Meliom*. *Dacerius.*

*Membrum.*] At in 12. eſt. Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat. *Ful. Urſinus.*

*Membrum.*] Huc pertinent quæ de præcidanea porca. *Joſ. Scaliger.*

*Membrum abſcindi.*] Etiam os quoddam ad eandem rem adimi teſtatur Varro lib. 4. *Aut ſi os exceptum eſt mortui ad familiam expurgandam.* Id enim ad purgandam familiam certo genere februi quod vocabant *exverrias*. Sed illud poſtea Decem viri prohibuere, niſi quis aut peregre aut in hoſtico eſſet mortuus. Hinc intelligenda lex 12. tabularum: HOMINI MORTUO NE OSSA LEGITO; QUO POST FUNUS FIAT: EXTRA QUAM SI MILITIA AUT PEREGRE MORTUUS SIT. Crinis etiam ſecabatur ad quem pro toto corpore juſta fierent. Vid. Stat. 9. Thebaid. Vide infra *præcidanea agna*. *Dacerius.*

*Memorioſus.*] Gloſſarium: *Memorioſus*, μνήμων. *Joſ. Scaliger.*

*Memorioſius.*] Gloſſ. Memorioſus μνήμων. Scal. *Dacerius.*

*Mend. . . .*] Ex iis, quæ Paulus ſcribit Mendicum dici Verrius &c. hæc ſupplenda ſunt. Scriptum autem fuiſſe videtur: mente ejus, quam feſellerit fortuna: non quem. *Ant. Auguſtinus.*

*Mendicum.*] Imo potius Mendicus à menda immediate, ut optime Scaliger in conjectaneis, eſt autem menda cum aliquid deeſt. A *minus*. Iſidor. lib. 10. *Mendicus quia minus habet unde vitam degat.* Ejuſdem originis eſt *mendicum*, vel ut alii *mendicium*, velum in prora puta quia id minus velum eſſet.

*Menſa frugibuſque.*] Alii *Meſſe frugibus jurato ſignificat per meſſem & fruges.* In Schedis *menſa*. *Dacerius.*

*Menſa.*] Ut Feſti verba intelligas, præter Pauli epitomem lege Macrob. lib. 3. Saturn. dum Vergil. VIII. Æn. verſum interpretatur:

*In menſam læti libant, divoſque precantur.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Menſa.*] *Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent, quia legibus earum omnium ſacræ menſæ ſunt, ut velut in ararum, vel pulvinaris loco ſint. Privati quoque in privis ipſis locis habent, ubi ſacra habituri ſint, qualis eſt parentatio, non ſacrificium.* Parum abeſt, quin ita Feſtus ſcripſerit. Quod ait legibus ædium ſacrarum menſas quoque ſacras eſſe, id Papyriano jure continebatur: Menſas ſcilicet arulaſque eodem die, quo ædes dedicari ſolent, ſacras eſſe. Ut non dubium ſit, quæ lex dedicandæ ædis fuerit, eandem ad vaſa & menſas ipſas extendi. Cum enim ædis dedicaretur, & omnia quæ ea continerentur, dedicari. Addit, *in ararum vel pulvinaris loco haberi.* Id quoque in eodem jure Papyriano relatum fuit. uti menſa hoc ritu dedicata in templo, aræ uſum, & religionem pulvinaris obtineret. Poſtremo privatis licuiſſe in menſis ſuis ſacra facere, qualis eſt parentatio, non ſacrificium. Primum menſæ ſacræ erant impoſitione ſalinorum, & ſigillorum, quæ ἐπιτραπέζια vocabant. Arnobius lib. II. *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum.* hoc eſt, θεῶν ἐπιτραπεζίων. cujuſmodi eſt Hercules ἐπιτραπέζιος. Silva Statii, & epigrammate Martialis celebratus. Inde ſacra menſæ frequenter apud veteres. Inde & in ὁμοτραπέζους religio. Inde & Didoni apud Virgilium libatio in menſa:

*Dixit, & in menſa laticum libavit honorem.*

Deinde non omnia ſacra continuo & ſacrificia ſunt. Nam res divina cum Deo fit, ſacrum quidem eſt, non autem ſacrificium. Res divina, aut ſacrum non

Menſarii, nummularii.

Mentecaptus dicitur, cum mens ex hominis poteſtate abiit; & idem demens, qui de ſua mente deceſſerit; & amens, qui à mente abierit. PAULUS.

*Mentecaptus dicitur*, *cum mens ex* hominis poteſtate *abiit*: *& idem appellatur de*mens, (*quod*) *de ſua mente deceſſit*, *&* à (mente) abierit. FESTUS.

Mentum dicebant, quod nos commentum. PAULUS.

Mercedicius mercenarius, quod mercede ſe tueatur.

Mercedonias dixerunt à mercede ſolvenda.

Mercurius à mercibus eſt dictus. Hunc etenim negotiorum omnium exiſtimabant eſſe Deum. FESTUS.

Merendam antiqui dicebant pro prandio: quod ſcilicet medio die caperetur. PAULUS.

Mergæ furculæ, quibus acervi frugum fiunt; dictæ à volucribus mergis. quia ut illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges demergunt, ut elevare poſſint manipulos.

Meritavere (idem) Cato ait, pro meruere.

*Merit*avere, ſæpe meruer*e dicit Cato in P*oenorum IV. Suf*fetes evocaverunt ſtatim om*nis cohortes, omnis *etiam*, *qui ſtipendia merit*averunt. FESTUS. PAULUS.

## NOTÆ.

non niſi in loco ſacro fiebat. ſacrificium etiam in loco non ſacro. Ælius Juriſconſultus: *Si qua ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint, ea ſacra appellari, tanquam ſacrificium. ille locus, ubi ea ſacra facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe.* Hæc ille. Igitur res divina, ut parentatio, & ſimilia, rite in loco ſacro, puta in menſa fit. ſacrificium ſi fiat in loco quodam, non propterea ſequitur locum ſacrum eſſe, ſed religioſum. Sic ad ſepulcra res divina fiebat ſacro parentali. quo nomine menſæ in ſepulcris ponebantur, & Græcanico, & Romano ritu. Cicero de legibus, & ſcriptores Græci auctores. *Joſ. Scaliger.*

*Menſarii.*] Trapezitæ. *Dacerius.*

*Mente captus.*] Huc pertinent verba Feſti, quæ ſequuntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Mente captus dicitur.*] Gloſſ. *mente captus.* ἄνους. *Amens.* Cui ſcilicet mens quaſi vincta eſt, &c. Infra in verbis Feſti deeſt vox *amens.* Ita *&* *amens quod à mente abierit.*

*Mentum.*] A *meniſcor*, unde poſtea factum *commeniſcor*, *commentum.*

*Mercedicius.*] Quidam *mercedinus.* Mr. liber ut teſtatur Voſſius, *Merceditu*us, quæ videtur vera lectio, & probant ſequentia, *quod mercede ſe tueatur.* *Dacerius.*

*Mercedonias.*] Mercedonias, ſubintellige Dies. Ita enim omnes dies intercalaris menſis vocabantur. Nam menſis intercalaris Mercidinus vocabatur, ut ait Plutarchus in Numa; vel Mercedonius, ut ait idem in Cæſare. Iſidorus in Gloſſis: *Mercedonius, qui dat mercedem*, nihil præterea reperio. *Joſ. Scaliger.*

*Mercurius.*] L. m. *feſtinabant* pro, *exiſtimabant.* *Ful. Urſinus.*

*Mercurius.*] A Mercibus quia iis emundis & vendundis præerat. Plaut. Prol. Amph.

*Ut vos in voſtris voltis mercimoniis*
*Emundis vendundiſque me lætum lucris*
*Afficere, atque adjuvare in rebus omnibus.*

Quare & idem putatur eſſe qui *Chanaan* filius Hami ſive Chami. Nam *Chanaan* Hebræis mercatorem ſignificat. *Dacerius.*

*Merenda.*] In Gloſſis, ἄριστον δειλινὸν, *Merenda* exponitur. & ita Calpurnius —— *ſera cum venerit hora merenda.* Sed vide quid ad Varronem de re ruſtica ſuper hoc notavimus. *Joſ. Scaliger.*

*Merendam.*] Merenda ut notavit Scaliger in conjectaneis cibus iis qui merebant ære id eſt Mercenariis datus à Domino ſeu conductore antequam labore mitterentur. Calpurn.

—— —— *ſera cum venerit hora merenda.*

Merendam tamen idem quod prandium fuiſſe monet hic Feſtus. Quare dicendum eſt priſcis temporibus nondum inducto *prandii* nomine merendam pro prandio fuiſſe, poſtea vero pro cibo qui poſt meridiem dabatur ut apud nos hodieque fit.

*Mergæ.*] Plaut. Pœnul. 5. 2.

*Palas vendundas ſibi ait & mergas datas,*
*Ut hortum fodiat atque ut frumentum metat.*

*Dacerius.*

*Meritavere.*] Catonis verba relata à Feſto non aſſequimur. *Ant. Auguſtinus.*

*Meritavere.*] *Meritavere*, *ſæpe meruerunt* Cato dixit, Pœnorum 4 *Suffetes evocant omnis cohortes, ormis, qui ſtipendia meritaverunt.* Ita mihi videor ſcripturæ Feſti veſtigia odorari. *Joſ. Scaliger.*

*Meritavere ſæpe.*] Reſcribendum eſt *meritaverunt*, *ſæpe meruerunt.* Ut ex verbis Catonis manifeſtum eſt. In iis *omnis* pro *omnes* vel *omneis*, antique. Vide *ſuffes.*

Mertat pro merſat dicebant.

Merum antiqui dicebant ſolum. unde & avis merula nomen accepit: quod ſolivaga eſt, & ſolitaria paſcitur. at nunc merum, purum appellamus.

FESTUS. Meſon perſona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis. dici ab inventore ejus Meſone comœdo ait Ariſtophanes Grammaticus.

PAULUS. Meſſapia Appulia à Meſſapo rege appellata.

FESTUS. Metaphoram quam Græci vocant, nos tralationem, id eſt domo mutuatum verbum, quo utimur, inquit Verrius in or. ne ſæpius quidem honeſti ac *ſignificantis verbi defectu*, ut ſpecioſiore at*que eodem etiam ſignificanti*ore, quam proprio vo*cabulo* rem indicemus. . . . redit ſua tralatum manebit. . . . . . . quo perveni. . . . . . . . . . . . . . . . . as alieno perinde ac ſuo ab. . . . . . . .

Meta*pla*ſticos dicitur apud *poëtas uſurpari id* quod propter neceſſitatem metri *mutare conſueverunt.* quod idem barbari*ſmus dicitur in ſolu*ta oratione *con*ſcrib*enda*. . . .

## NOTÆ.

*Mertat.*] Pro merſat *s* mutato in *t*. Græcorum more. Legitur & apud Nonium *mertaret* ſed pro *meritaret*. de hoc olim aqud illum Deo favente.

*Merum.*] Id eſt *ſolum*. Terent. *Spem meram.* Et Varro in ſeſqui Ulyſſe *meram tunicam.* Imo & quod nunc dicimus *purum* id nihil aliud eſt, quam *ſolum* ut vinum purum quod ſolum eſt nec aquam habet admixtam. A *mero* eſt *merula*, *merle*, quod ſola vagatur. Varro lib. 4. *Merula quod mera id eſt ſola volitat. Dacerius.*

*Meſon.*] Scribendum per diphthongum *Mæſon* Quæ huc pertinent, tam quæ de notione hujus vocis, quam de Ariſtophane Grammatico, huc ex Athenæo conjicere libuit: ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μαίσωνα, τὸν δὲ ἐκτόπιον τέττιγα. Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος τὸν μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ, καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα· ἀγνοῶν ὅτι μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς μεγαρεὺς τὸ γένος. ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσωνα, ὡς ἀριστοφάνης φησὶν ὁ βυζάντιος, ἐν τῷ περὶ προσώπων, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόσωπον, καὶ τὸ τοῦ μαγείρου, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Meſon.*] Scribendum per diphthongum *Mæſon.* De hac voce ex Ariſtophane Grammatico ſic Athenæus lib. 14. &c. *Coquum indigenam & civem Mæſona priſci vocaverunt, externum ac peregrinum Tettigen. Chryſippus Philoſophus Mæſona dictum putat* ἀπὸ τοῦ μασᾶσθ *à mandendo velut inſcium ac rudem, ventrique deditum, ignarus Mæſona fuiſſe Comœdiarum hiſtrionem natione Megarenſem inventorem perſonæ quam ab eo vocant Mæſona, ut ſcribit Ariſtophanes Byzantius libro de perſonis qui & eum tradit cum famuli perſonam excogitaſſe, tum coqui,* &c. Vide Heſych. in μαίσω & τέττιξ.

*Meſſapia.*] Apulia à Meſſapo Neptuni filio. Virg. 7. Æn.

*At Meſſapus equum domitor Neptunia proles.*

*Dacerius.*

*Metaphoram.*] Si quis Quintiliani cap. 6. de tropis libri octavi legerit attentius, verba Feſti facile intelliget, & manca reſtituet. *Ant. Auguſtinus.*

*Metaphoram.*] Lege infra: *Qua utimur, inquit Verrius in oratione, &c.* Reliqua ſunt obſcuriora, eorum tamen ſi non verba, at ſenſum odorari mihi videor. Ita enim fere ſcripſiſſe Feſtum puto: *rem indicemus. Quod ſi proprium quam tralatum magis valeret, redit ad ſua verbum tralatum, manebitque tunc tantum cum quo pervenit eo proprium pervenire non poſſit. Præſertim apud poetas qui alieno perinde ac ſuo abutuntur.* Et ita fere Quintilian. lib. 8. cap. 6. *Transfertur ergo*, inquit, *nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt in eum in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt, id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut ut dixi quia decentius, ubi nihil horum præſtabit, quod transferetur improprium erit.* Item: *Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut ſi in alienum venit plus valere eo quod expellit. Dacerius.*

*Meta....ſtices.*] Metaphraſtices ſcriptum fuiſſe videtur; ſed mendoſe: pro Metaphraſtice, vel Metaphraſi, vel pro Metaſtaſi, vel Metabaſi. interpretari autem exiſtimamus, cum poëtæ propter neceſſitatem metri aliud pro alio ponunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Meta....ſtices.*] Scribe: *Metaplaſticos dicitur apud poetas uſurpari id quod propter neceſſitatem metri mutant. quod idem barbariſmus dicitur in ſoluta oratione conſcribenda. Joſ. Scaliger.*

*Metaplaſticos.*] Metaplaſmus à μεταπλάττω, *transformo, tranſmuto.* Quintil. lib. 1. cap. 8. *Deprehendatque quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi ſunt poſita, non ut ex his utique improbentur poetæ, quibus quia plerumque metro ſervire coguntur adeo ignoſcitur ut vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur. Metaplaſmos enim & ſchematiſmos, & ſchemata, ut dixi, vocamus, & laudem virtutis neceſſitati damus, &c.*

*Meta..*]

Digitized by Google

Meta. . . . ca. . . a. . . cariore. . . . . . . . . . . . . . . .
per..ntura. . . . . . . . . . . . *quod*. . . . . dicare ait Ennius; . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . id eſt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . abus ut. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . accip. . . . . . . . . . . . *gratia*. . .

Metari caſtra dicuntur, quod metis diriguntur. . . . . . . . . . . **Paulus.**

Metelli dicuntur in re militari quaſi mercenarii. Attius annalium vigeſimo ſeptimo, calones, famulique. metellique, caculæque, à quo genere hominum Cæciliæ familiæ cognomen putatur ductum. *quod eſt*. . . . .

Metonymia eſt tropos, cum ab eo, quod continet, ſignificatur id quod continetur; aut ſuperior inferiore, & inferior ſuperiore. quæ continet, quod continetur: ut Ennius cum ait: Africa terribili tremit horrida terra tumultu. ab eo, quod continetur, id, quod continet: ut cum dicitur epota amphora vini. à ſuperiore inferior: ut Ennius: cum magno ſtrepitu Volcanum ventus vegerat. Ab inferiore ſuperior; ut, perſuaſit animo vinum Deus, qui multo eſt maximus. **Festus.**

Metus feminino genere dicebant. Ennius: Vivam, an moriar, nulla in me eſt metus. **Paulus.**

## Notæ.

*Meta. . . ca. . . . a.*] *Metari caſtra vocari à metis.* Nihil aliud video. Neque enim Doctiſſ. Merulæ aſſentiri poſſum qui in hiſce ruderibus latere putavit fragmentum Ennii: *Dico queis hunc dicare cupit.*

*Metari caſtra.*] *Metari* nihil aliud eſt quam dividere, ſecare ſuis finibus & metis. Inde *metator agrorum* Ciceroni eſt *finitor*, cui rei gruma & decempeda ſerviebat. Hinc *degrumare viam*, & *decempedator* pro metatore. *Dacerium.*

*Metelli.*] Gloſſarium: *Metellus*, μίσθιος. *Joſ. Scaliger.*

*Metelli.*] Gloſſarium: Metellus μίσθιος *mercenarius.* In fine: *Cæciliæ familiæ cognomen putatur ductum.* Aliter ſchedæ ubi: *Cæciliæ familiæ cognomen putat ductum quod eſt*. . . . . . Deſideratur tantum vox *Metellus.* Cæciliam familiam pro Cæcilia gente dixit Feſtus quæ Metellorum cognomento potiſſimum clara. *Dacerius.*

*Metonymia.*] Lege ita verſum Ennii:

*Cum magno ſtrepitu Volcanum ventu' vegebat.*

& illum:

*Perſuaſit nox, vinum, Deus, qui multo eſt maximus.*

Cui ſimile Terentianum ex Adelphis:

*Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: Humanum eſt.*

& Propertii:

*Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus.*

Vegere, pro vegetare. Vide Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Metonymia.*] Μετωνυμία à μετὰ & ὄνομα. Ad verbum ſonat *tranſnomen*, *tranſnominatio.* Figura qua continens ponitur pro contento & contentum pro continente. Continens pro contento Ennius.

*Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*

*Africa* pro *Afris.* Cicero in Oratore: *Horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit* (Ennius) *pro Afris immutat Africam.* In reliquis niſi locus depravatus ſit, merito Feſti judicium deſiderabis. Neque enim cum dicitur *epota vini amphora*, ab eo quod continetur intelligitur id quod continet, ut tradit Feſtus, ſed contra ab eo quod continet, id quod continetur. Nam per amphoram vinum quod in amphora, ut per Africam intelliguntur homines qui in Africa. Audi Quintilian. lib. 8. cap. 6. *Sicut ex eo quod continet, id quod continetur uſus recipit: ut* bene moratas urbes, *&* poculum epotum, *&* ſæculum fœlix. Contentum autem pro continente ut apud Virg.

——— ——— ——— ——— — *Vina coronant.*

Vina pro pateris. *A ſuperiore inferior*, cum cauſa ponitur pro effectu ut Vulcanus pro igne. Enn.

*Cum magno ſtrepitu Volcanum ventus vegerat.*

Lego *vehebat*, vel ut Scaliger *vegebat*. i. erigebat. & *ab inferiore ſuperior*, cum effectus pro cauſſa, ut amor & vinum pro Cupidine & Baccho.

*Metus.*] Ennius:

*Ni metus ulla tenet rite virtute quieſcunt.*

*Dacerius.*

Migra-

Festus. Migrare menſa *quod legibus ejus ſacra eſſet deiſque templi poſita inauſpicatum apud antiquos habetur*, cum ſequitur ſua *migrantem pœna. Menſas aiunt quidam* fuiſſe in *triviis poni ſolitas, quæ ſint trivia*les appellatæ.

Mihipte, pro mihi *ipſi*, *Cato poſuit cum dixit* decuit talenta . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . versia, atque . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . entia item a. . . . . . . . . . . .

Mihipte Cato pro mihi ipſi poſuit.

Paulus. Militem Ælius à mollitia κατ' ἀντίφρασιν dictum putat. eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. ſic ludum dicimus. in quo minime luditur.

Festus. Milium quidam putant cepiſſe nomen à maxima nummorum ſumma, quæ eſt mille. quod alii Græcæ ſtirpis judicant eſſe, cum id illi κέγχρον vocent, tam Hercules quam panicum μελίνην.

Paulus. Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus adverſus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis inquit, reique publicæ præſidio eritis quaſi millus cani.

## NOTÆ.

*Migrare menſa.*] Locus obſcurus interpretem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Migrare.*] *Migrare menſa*, quod ſacra ſit, Diiſque templi poſita, inauſpicatum habebatur, cum ſequior ſuaderet cauſſa. unde quidam fuiſſe..... Reliqua aſſequi non poſſum. Recte ait inauſpicatum fuiſſe, menſa migrare, quia ſacra eſſet, ut jam ſupra diximus, & quia vel eo nomine menſæ omnes ſacræ eſſe debent, quod in quo templo menſa eſt, ejus Dei, cujus templum eſt, ea ſacra ſit. Hujus ſuperſtitionis Plinius meminit libro XXIIX. cap. II. *Servii*, inquit, *principis viri commentatio eſt, quamobrem menſa linquenda non ſit.* vide locum. ego ſane, quæ hic Feſtus refert, ex ea Commentatione Serviana deſumpta puto. Fortaſſe quæ ſequuntur, ita ſarcienda ſunt: *unde quidam fuiſſe in triſtibus dicunt ex libris, qui ſunt Rituales appellati.* Nam in eo loco, in quo Rituales libri menſarum conſecrandarum in templis ritum edocebant, veriſimile eſt & de illis auguriis menſalibus, quæ Verniſera appellabant, & de diris, ac triſtibus, quæ contra accidebant, tractaſſe. Sed hæc incerta ſunt ac fortaſſe melius erat tacere. *Joſ. Scaliger.*

*Migrare menſa.*] Recte quidem ait inauſpicatum fuiſſe menſa migrare, quia ſacra eſſet, ut jam ſupra dictum eſt, & quia vel eo nomine menſæ omnes ſacræ eſſe debent, quod in quo templo menſa eſt, ejus Dei, cujus templum eſt, ea ſacra ſit. Hujus ſuperſtitionis Plinius meminit lib. 26. cap. 2. *Servii*, inquit, *principis viri commentatio eſt quamobrem menſa linquenda non ſit.* Et ex hac commentatione Serviana quæ hic leguntur deſumpta putat Scaliger. quod addit Feſtus menſas in triviis poni ſolitas, de menſis Dianæ ſive Hecate intelligendum eſt. *Dacerius.*

*Mihipte.*] Verba Feſti exceptis his, quæ Paulus notat, non intelligimus. Sed exempli ſumpti ex libris Catonis ea eſſe arbitramur. *Ant. Auguſtinus.*

*Mihipte.*] Quæ ſequuntur Catonis verba ſunt, ſed quæ fruſtra quæras. Et hic etiam mutilæ ſunt ſchedæ.

*Militem.*] A mollitie dictum vult Ælius Stilo, ſed perperam. alii miles à *mille* quaſi milleſimus. Eutrop. lib. I. de Romulo: *mille pugnatores delegit, quos à numero milites appellavit.* Sed milites prius *merites* dicti, poſtea *melites*, *milites*, unde & contracto nomine iidem dicti *metelli* quaſi *meritelli*. Eruditiſſ. Ægid. Menagius *miles* ait eſſe à Græco μίλαξ id eſt *popularis*. Quæ vox & militem ſignificat & eum qui eſt ejuſdem populi, ut Græcis πρυλέες. Unde in veteribus Gloſſis *populares* στρατιῶται. Ex μίλαξ factum *milex*, ut *ſorex* ex ὕραξ, ut *pellex* ex πάλλαξ, & deinde ex *milex* factum *miles* ξ mutato in S. ut *trabes* ex τράφαξ, *dies* ex δίαξ, &c.

*Milium.*] Varro. lib. 4. *milium à Græco: nam id prius* μίλω pro μίλιν. Ubi Turnebus reſcribit; μελίνη *poſt* μελίνη. Verum μελίνη proprie panicum quod à milio diverſum, quare neutiquam ab eo poteſt originem capere milium, niſi id factum dicas propter quandam ſimilitudinem utriuſque leguminis. Nam μελίνην, i. *panicum* ſimilem κέγχρῳ, i. *milio* tradunt Heſych. Dioſcorid. Galen. & alii. Alterum etymon à millenario numero prorſus ridiculum. *Dacerius.*

*Millus.*] In oratione Æmiliani ita legendum ex L. m. *Nobis inquit reique præſidio.* Ennius apud Nonium. *Ea mi, reip. fidei regno* &c. vide in dictione *Fortunatim.* *Ful. Urſinus.*

*Millus.*] Varro vocat *melium* lib. 2. de re ruſt. *Ne vulnerentur à beſtiis imponuntur his collaria quæ vocantur melium id eſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quæ intra capita*

(lege

Digitized by Google

Miluina genus tibiæ acutiſſimi ſoni.

Mina ſingulariter *dici pro eo quod mina* pluraliter dicimus *Curiatius autor eſt* item M. Cato *in ſuaſione*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . mina cogi *nulla potuit*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Minam Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quaſi minorem factam.

Minerrimus pro minimo dixerunt. PAULUS.

Minerva dicta, quod bene moneat. hanc enim pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur, pingaturque minitans armis eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant, pro eo quod eſt omnium gentium judicio minime eſſe faciendum.

Miniſcitur pro reminiſcitur antiquitus dicebatur.

Minora templa fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis aut linteis ſepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant, certis verbis definita. Itaque templum eſt locus ita effatus, aut ita ſeptus, ut ex una parte pateat, anguluſque adfixus habeat ad terram.

## NOTÆ.

(lege queis intra capita) *inſuitur pellis mollis duritia ferri.* Et ita melius dici putat Scaliger: nam μηλωτὴ pellis ovilla, unde & omne ſcorteum vocabant *melinum*, ut apud Plautum *melina* eſt ſcortea mantica, Epidic. 1. 1.

—— —— —— *Aut ſi in melina attuliſti.*

Sed idem eſt millus & melium, dictum enim *melium*, *mellum*, *millum* & *millus*, ut *collum*, & *collus*. Supra in verbis Scipionis quæ laudat Feſtus legendum ex lib. Fulvii Urſini; *Nobis*, *inquit*, *reique præſidio erit is*. *Dacerius.*

*Miluina.*] Meminit Solinus, cap. 10. *Joſ. Scaliger.*

*Miluina.*] *Tibia qua lugerent à miliüs dicta miluina qua in accentus exeunt acutiſſimos.* Solin. cap. 11. Vide *lugere*. *Dacerius.*

*Mina.*] Diſtingui videtur inter minam ſingulariter, quam Græci mnam dicunt, & minas. Vel uſos veteres nonnunquam afferit mina pro minis, & Catonis exemplum affert. *Ant. Auguſtinus.*

*Mina.*] *Mina ſingulariter dici pro eo, quod Mina pluraliter dicimus, Curiatius auctor eſt. item M. Cato in ſuaſione.....mina cogi nulla potuit.* *Joſ. Scaliger.*

*Mina.*] Minam pro minis dixiſſe veteres exemplo Catonis probat Feſtus, quod notandum, diſtingui enim inter minam ſingulariter quam Græci μνᾶν dicunt & minas notum eſt. Cicero 11. de finibus: *A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus à minis quinque uſque ad minam.* Verba Catonis forte è ſuaſione legis Voconiæ.

*Minam mammam.*] A *minus* quia minus habet lactis, ſic apud Varronem de re ruſt. *minam ovem hoc eſt ventre glabro*..id eſt, quæ minus habet lanæ.

*Minerrimus.*] *Minus* parvus pro quo dicebant etiam *miner*, ut *vetus*, *veter*; *viduus*, *viduer*, unde *viduertas*.

*Minerva.*] Prius dicebant *Menerva*, à qua menervare erat monere ut in ſaliari carmine *promenervat*, monet; *menere* eſt *monere*, à quo *meniſcor*, ut *apo apiſcor*; compoſita *comminiſci*, *reminiſci*. Neque tamen *Menerva* à *menere*: nam Minervæ nomen Ægyptium; ut optime docuit Stephanus Guichartus in Harmonia etymologica linguarum. Nempe à voce *manor* quod eſt inſtrumentum textorium factum *minoru*. Unde Latinis *minerva*, texendi inventrix, apud Ægyptios enim ars texendi primum inventa. Ea manu liciatorium tenens pingebatur. Quod liciatorium quia haſtæ ſive lanceæ ſimile erat, ut in lib. Reg. 1. cap. 17. v. 7. & lib. 2. cap. 21. v. 19. inde Græcis & Latinis Minerva haſtam tenere credita eſt.

*Miniſcitur.*] Pro *comminiſcitur*, *reminiſcitur*. Vide *mentum*. *Dacerius.*

*Minora templa.*] Videndus Varro lib. 6. de Lingua Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Minora templa.*] Qui nos rejiciunt ad Varronem in libris de Lingua Latina, ut quæ ſint minora templa, ex eo petamus, non magis nos juvant, quam ſi nullum de hac re verbum feciſſent. Ne verbum quidem apud Varronem. ubi ille loquitur quidem de templis: ita tamen ut quæ ſunt minora templa nihilo magis ſcias. Sed diſerte Servianæ ſchedæ id nos docent his verbis: *Alii templum dicunt non ſolum quod poteſt claudi, verum etiam quod palis, aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re, & lineis, aut loris, & ſimili re ſeptum eſt: quod ecfatum eſt. amplius uno exitu in eo eſſe non oportet, cum ibi ſit cubiturus auſpicans.* In quibus verbis fere omnia, quæ Feſtus ſcribit de minoribus templis, proponuntur. Tan-

Minorem Delum Puteolos eſſe dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum, quod municipium Græcum antea Dicæarchia vocatum eſt. unde Lucilius: Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.

Minores & majores inter cognomina feminarum poni ſolebant.

Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus, qui noviſſimus.

Minotauri, effigies inter ſigna militaria eſt: quod non minus occulta eſſe debent conſilia ducum, quam fuit domicilium ejus Labyrinthus. Minotaurus putatur eſſe genitus, cum Paſiphaæ Minois regis uxor dicitur concubuiſſe cum tauro. ſed affirmant alii Taurum fuiſſe nomen adulteri.

PAULUS. Minucia porta appellata eſt, eo quod proxima eſſet ſacello Minuci. Minucia porta Romæ eſt dicta, ab ara Minuci, quem Deum putabant.

Minuebatur populo luctus ædis dedicatione, cum à Cenſoribus luſtrum condebatur; cum votum publice ſuſceptum ſolvebatur. privatis autem, cum liberi naſcerentur; cum honos in familiam veniret; cum pater aut liberi, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum rediret; cum puella deſponſaretur, cum propiore quis cognatione, quam is qui lugeretur natus eſſet; cum in caſto Cereris conſtitiſſent.

## NOTÆ.

tum apud Servium legebatur; *quod & factum eſt*, pro, *ecfatum eſt*. *Joſ. Scaliger.*

*Minora templa.*] Optime Servius: *Alii templum dicunt non ſolum quod poteſt claudi, verum etiam quod palis aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re, & lineis, aut loris, & ſimili re ſeptum eſt: quod ecfatum eſt. Amplius uno exitu in eo eſſe non oportet cum ibi ſit cubiturus auſpicans.* Ubi fere omnia quæ Feſtus ſcribit de minoribus templis. *Effari* autem & *effata* auguralia verba ſunt. Vide *ſiſtere fana*.

*Minorem Delum.*] Vide *Dicæarchia*. *Dacerius.*

*Minora templa.*] Videndus Varro lib. 6. de Lingua Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Minores.*] Si tres ſorores eodem nomine erant, cognominibus à numero diſtinguebantur. Servilia Prima, Servilia Secunda, Servilia Tertia. Si duæ ab ætate: Servilia major, Servilia minor. Livius: Aruns Tarquinius, & Tullia minor. Horatius:

*Cum Sagana majore ululantem.*

*Joſ. Scaliger.*

*Minores.*] Feſtus *minor* & *major* cognomina eſſe dicit, ex Varrone tamen conjicere eſt, olim prænomina fuiſſe, ut de prima, ſecunda, tertia, quarta idem ſcribit, quare cum Sigonio dicendum eſt cognomen dici vocem quamlibet qua gentilitia nomina diſtinguamus, qua voce tam prima quam tertia nomina comprehenduntur. Hinc fit ut ratio naſcendi prænominibus pariter & cognominibus, cauſſam dederit. Atque ut prænomina aliquando pro cognominibus, ſic cognomina pro prænominibus uſurpata ſunt, ut prima, ſecunda, tertia, quarta, major, minor, quæ olim erant prænomina, & nomen gentilitium præcedebant, ut *Prima Valeria*, &c. poſtea cognomina facta & poſt nomen gentilitium poſita ut apud Livium: *Aruns Tarquinius & Tullia minor.* Et Horat.

*Cum Sagana majore ululantem.*

*Minotauri effigies.*] Vide *lupi*. Et non aquilam tantum vel minotaurum Priſci illi Romani, ſed plura ejuſmodi animalia in pugnas aut raptus nata bello præferebant, ut lupos, equos, apros, porcos &c. *Dacerius.*

*Minucia.*] Sunt Feſti. Alterum τὸ *Minucia* eſt Pauli. *Joſ. Scaliger.*

*Minucia.*] Ubi fuerit ignotum eſt, ut & quis fuerit iſte Minucius. Putabam olim Minuciam portam eandem eſſe & trigeminam ab eo Minucio ſic dictam qui extra eam aurato bove donatus eſt. ut narrat Livius 4. 16. Sed nihil ibi de ſacello: quare amplius quærendum.

*Minuebatur populo luctus.*] Cum à Cenſoribus luſtrum condebatur, hoc eſt cum cenſores cenſu peracto Suovetaurilibus urbem vel exercitum expiabant. id enim eſt *luſtrum condere*. Livius lib. 1. *Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit, idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt.*

*Cum honos.*] Puta conſularis, Prætoria, Cenſoria dignitas, &c.

*Cum in caſto Cereris.*] Vide *Græca feſta*. In caſto Cereris eſſe dicebantur myſtæ qui ut Cereri operarentur & puriter facerent rebus Venereis abſtinebant, ἥγνευον, id enim eſt ἁγνεύειν & caſtus ἁγνεία. Unde pro ritu & inſtituto quia ſic rite facerent. Varro rerum Roman. lib. 1. *Noſtro ritu ſunt facienda*

civis

Minuitur populo luctus ædis dedicatione; cum Cenſores luſtrum condiderunt; cum votum publice ſuſceptum ſolvitur. privatis autem, cum liberi nati ſunt; cum honos in familia venit; cum parens, aut liberi, aut vir, au frater ab hoſte captus domum redit; cum deſponſa eſt; cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus eſt; cum in caſto Cereris eſt, omnique gratulatione. FESTUS.

Minurritiones appellantur avium minorum cantus.

Minuſculæ Quinquatrus appellabantur Idus Juniæ quod is dies feſtus erat tibicinum, qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies feſtus erat Minervæ, Martio menſe.

Minutum, & minuere ex Græco μινεῦ dictum videri poteſt. PAULUS.

Minyæ dicti Argonautæ, quod plerique eorum ex filiis Minyæ fuerant orti.

Mirachidion primæ adoleſcentiæ.

Miracula, quæ ſunt digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. FESTUS.

## NOTÆ.

*civilius quam Græco caſtu*, rite & caſte ἁγνῶς. *Dacerius.*

*Minuitur.*] De Caſto Cereris, mihi non liquet. tamen non licere à lugentibus Cerealia celebrari docet Liv. lib. 22. *Ant. Auguſtinus.*

*Minuitur.*] Faceſſit negotium doctis viris, quod in fine poſitum eſt: IN CASTO CERERIS. Quod Græci dicunt ἁγνεύειν τινὶ θεῷ, hoc Latini, in Caſto alicujus Dei eſſe. Tertullianus libro de jejunio: *Sed bene, quod in noſtris Xerophagiis blaſphemias ingerens, caſto Iſidis, & Cybeles eas adæquas.* Sed vide; quæ olim diligenter de hoc in Conjectaneis notavimus. Caſtimoniis Cereris qui operabantur, luctu carere ſolitos fuiſſe, tam ex Græcis, quam ex Latinis ſcriptoribus notum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Cum deſponſa eſt.*] Fortaſſe melius, *cum deſponſatio eſt.* Idque Fulv. Urſino etiam placuit.

*Omnique gratulatione.*] Hoc eſt cum ob quemcumque felicem eventum in templis Deis gratias agerent, puta ob liberatam urbem; ob ſervatum exercitum, ob victoriam ab hoſtibus reportatam. *Dacerius.*

*Minurritiones.*] Gloſſæ: *Minurit*, μινυρίζει. *Joſ. Scaliger.*

*Minurritiones.*] Male quidam *mimurrationes.* Minuritiones à *minurire.* quod à Græco μινυρίζειν, querula ac gracili voce cantillare. de hirundinibus uſurpavit Sidonius. Et μινυρίζειν eſt à μινυρὸν quod μικρὸν ὀλίγον, i. parvum interpretatur Heſych.

*Minuſculæ quinquatrus.*] Varr. lib. 5. *Quinquatrus minuſculæ dictæ Juniæ idus ab ſimilitudine majorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur & conveniunt ad ædem Minervæ*, Minores vocat Ovid. 6. Faſt.

*Et jam quinquatrus jubeor narrare minores.*
*Nunc ades ô cœptis, flava Minerva, meis.*
*Cur vagus incedit tota tibicen in urbe?*
*Quid ſibi perſona, quid toga longa volunt?*

Vide & Livium lib. 9. *Dacerius.*

*Minutum.*] Scribe, μινύειν, non μινεῦ. *Joſ. Scaliger.*

*Minutum.*] *Minutum* eſt à *minuo* quod à μινύθω vel μινύω, quod à μινὸς Attice pro μικρὸς, parvus. Euſtath. bene itaque Scaliger qui pro μινεῦ legendum monet μινύειν.

*Minyæ.*] Argonautæ. Pindar. Od. 4. Pyth.

—— —— —— —— —— μετὰ γὰρ
Κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν θεόπομποι
Ποι σφίσι τιμαὶ φυτεῦθεν.

id eſt:

—— —— *Ad illud enim*) vellus aureum)
*cum navigaſſent Minyæ, divini*
*illis honores plantati ſunt.*

Dicti autem Minyæ à Minya Neptuni filio ad quem & Tritogeneiam Æoli filiam maxima eorum pars genus referebat. Apol. 1. Argonaut.

—— —— ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν
Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο.

id eſt:

—— —— *Quoniam Minyæ filiarum*
*Plerique eorum & optimi à ſanguine eſſe gloriabantur.*

Verum Strabo & Euſtathius Minyas à Minyo Orchomeno genus habere tradunt, quorum alii in Iolcum migrarint, à quibus Argonautas Minyas dici. Vide Theocritum Idyl. 16. v. 104.

*Mirachidion.*] Lege: *miracidion*, μειράκιον, μειρακίδιον, μειρακύλλιον. Ariſtoph.

*Miracula.*] Pro rebus turpibus. Arnob. *Vertit Baubo artes, & quam ſerio non quibat allicere, ludibriorum ſtatuit exhilarare miraculis.* Inde miraculæ meretrices dictæ. Plaut. *Diobolares, ſchœnicula, mi-*

PAULUS. Mirior decebant comparativum à miro. Titinius; Mirior inquam tibi videor.
Miſcelliones appellantur, qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum, mixtorumque judiciorum (ſunt.)

FESTUS. Miſenum promontorium à Miſeno tubicine Æneæ ibi ſepulto eſt appellatum.
Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda: miſeretur is, qui miſerum ſublevat.
Miſeret me eadem forma dicitur, qua piget, penitet, tedet.
Modo cum per correptum O dicitur ſignificat tempus, ut modo veni. & ponitur pro tantum, ut Tace modo. quod ſi producta poſteriori ſyllaba enuncietur, dativus vel ablativus eſt caſus, ab eo, quod eſt modus.

PAULUS. Modo quodam, id eſt ratione. dicuntur omnia iſta à modo: commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modeſtia, moderatio, modificatio.

FESTUS. *Modo* quodam id *eſt ratione*, *dicuntur iſta omnia à modo* fit commodi*tas*, *commodus*, *commodat*, *accommo*dat, modic*e*, *modeſtia*, *moderatio*, *Mod*ificatio.

PAULUS. Mœne ſingulariter dixit Ennius: Apud emporium in campo hoſtium per mœne.

FESTUS. Mœnia & muri, & alia muniendæ urbis gratia facta, ut (Attius in Helenibus: Signo extemplo canere, ac tela ob mœnia offerre imperat:) Significat etiam officia. Plautus (in Nervolaria:) prohibentque mœnia alia unde ego fungar mea.
Mola vocatur etiam far toſtum, & ſale ſparſum, quod eo molito hoſtiæ aſpergantur. *molas avias inepte quidam dictas putant.*

PAULUS. Moles pro magnitudine fere poni ſolet. moliri, & molitiones à movendo certum eſt dici.

## NOTÆ.

*miracula.* Quem locum adducens Varro lib. 6. *Miracula*, inquit, *à miris id eſt*, *monſtris*, *à quo Ælius ait perſonas diſtortas oribus diformes miriones.* Monſtra etiam dixit Catull. quæ Arnob. & Feſtus miracula.

*Sed tu cum Cappone omnia monſtra facis.*

*Mirior.*] Varro γνῶθι σεαυτόν. *Quid hoc mirius?*
*Miſenum promontorium.*] Montem vocat Virgil. 6.

*Monte ſub aërio qui nunc Miſenus ab illo*
*Dicitur æternumque tenet per ſæcula nomen.*

*Miſeratur.*] *Miſerari* eſt lamentari & deplorare: *miſereri*, alterius infelicitate moveri. Ita miſeramur caſum noſtrum, aliorum infortunium. Virg. 5.

*Me liceat caſum miſerari inſontis amici.*

Sueton. in Claud. *Miſeratus eſt conditionem ſuam.* Plaut.

*Se ipſam miſeratur.*

At miſeremur ſemper aliorum ut eis opem feramus. Virg.

*Miſerere animi non digna ferentis.*

Neque tamen illud diſcrimen ubique à veteribus obſervatum.

*Modo cum per correptum O.*] Adverbia in o ſemper debent corripi, *imo*, *merito*, *crebro*, *cito*, *ſero*, ut diſtinguantur ab adjectivis nominibus ſexti caſus. ab *imus*, *meritus*, *creber*, *citus*, *ſerus*. Vide in *ergo*, *modo*, *quando*. *Dacerius.*

*Modo quodam.*] Paulus Feſti verba refert; quæ nos dimidiata invenimus. *Ant. Auguſtinus.*

*Modo quodam id.*] Lego: *Modo quodam id eſt ratione*, *à modo dicuntur iſta omnia: commoditas*, &c.

*Mœne.*] Singulariter pro *mœnia.*

*Mœnia.*] Pro *munia* à muniendo ut pro *murus*, *mœrus.* Verba Attii ſic legit Merula:

*— — — Signa extempulo*
*Canere ac tela ob mœnia adferre imperat.*

Ob mœnia, id eſt ad mœnia. Vide *Ob.* mœnia pro officia Plaut.

*Prohibent quin mœnia aliunde fungar mea.*

Ita enim legendus hic verſus ut in Al.

*Mola.*] Vide *immolare*, & *muries.* In fine *Molas avias inepte quidam dictas putant.* certe non capio. Puto reſcribendum *molas alias.* Ut dicat Feſtus inepte facere eos qui molam aliam dictam putant quam far cum ſale. Nihil aliud video.

*Moles.*] Lege: *moliri & molitiones à molendum certum eſt dici.* Imo potius à molibus eſt *moliri* à quo & *molitiones.*

Molle-

Digitized by Google

Molleſtras dicebant pelles oviles, quibus galeas extergebant.

Molucrum non ſolum quo molæ vertuntur dicitur, id quod Græci μύλικρον appellant, ſed etiam tumor ventris qui etiam virginibus ſolet evenire, cujus meminit Afranius in virgine; Ferme virgini, tamquam gravidæ mulieri, creſcit uterus, molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus. Cloatius etiam in libris ſacrorum, Molucrum aiunt eſſe lignum quoddam quadratum, ubi immolatur. Idem Ælius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod ſub mola ſupponatur. Aurelius Opilius appellat, ubi molatur. FESTUS. PAULUS. FESTUS.

Momar, Siculi ſtultum vocant.

Momen, momentum. Lucretius: Momine ſi parvo poſſent impulſa moveri. PAULUS.

Monile dictum eſt ornatus muliebris, qualem habuiſſe Eriphylem fabulæ ferunt. ex eo etiam equis præpendens à collo ornamentum monile appellatur.

Monimentum eſt, quod mortui cauſa ædificatum: & quidquid ob memoriam alicujus factum eſt, ut fana, porticus, ſcripta & carmina. Sed monimentum quamvis mortui cauſa ſit factum, non tamen ſignificat ibi ſepultum.

Monitores dicuntur & qui in ſcena monent hiſtriones, & libri commentarii.

## NOTÆ.

*Molleſtras.*] Sic Latini vocabulum Græcum depravarunt, & è μηλωτὴ quod pellem ovilem ſignificat, *molleſtram* interpolarunt. Turneb. lib. 3. cap. 11. & lib. 19. cap. 24. Melota; poſtea *melotra*, ſ inſerto, *meloſtra*, *moleſtra*, geminatis literis *molleſtra*. *Dacerius.*

*Molucrum.*] Afranii verba ſunt qui ita ſcribant: *Virgini tam creſcit uterus, quam gravida mulieri, vocatur molucrum tranſit etiam ſine dolore.* Gabriel Faernus ita: *Virgini Tam creſcit uterus, quam gravida mulieri: Molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus.* Sunt autem ſenarii duo poſt verbum virgini. *Ant. Auguſtinus.*

*Molucrum.*] Scribe μύλακρον. verſus Afranii ita legito:

*——— ——— ——— ferme virgini*
*Excreſcit uterus, tanquam gravida mulieri.*
*Molucrum vocatur. tranſit ſine doloribus.*

& ubi molatur, non, ubi immolatur. *Joſ. Scaliger.*

*Molucrum.*] Lege: *Non ſolum quo mola vertuntur,* &c. ſcopam enim molarem ſignificat, pro μύλικρον lege μύλακρον, μυλήκορον à μύλη, *mola* & κορεῖν *verrere.* At molucrum, tumor ventris eſt à μυλόκρος, mola carnis quæ proprie ex ſemine virili, quare improprie de virginis tumore *molucrum* dixit Afranius, cujus verſus ſic legit Scaliger:

*——— ——— ——— ferme virgini*
*Excreſcit uterus tanquam gravida mulieri.*
*Molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus.*

*Dacerius.*

*Momar.*] Sicula vox, ut etiam ipſe notat. μῶμαρ ſignificat, μέμψιν, αἶσχος. Iſidorus in Gloſſis: *Momar, Siculus, ſtultus, qui cito movetur ad iram.* Plautus: *Quid tu, ô momar, Sicule homo, præſumis?* Ubi non tantum momar, ſed & Siculus, pro Stulto. *Joſ. Scaliger.*

*Momar.*] Heſych. μῶμαρ, μέμψις, αἶσχος, ὄνειδος. *Momar, opprobrium, dedecus, crimen.* Iſidor. in Gloſſ. *momar, Siculus, ſtultus, qui cito movetur ad iram. Plaut. Quid tu, ô Momar, Sicule homo præſumis?* Idem ibid. *Marſiculus qui cito movetur ad iram Plaut. Quid ais homo marſicule.* Quæ procul dubio ita emendanda: *momar, Siculus, qui cito movetur ad iram. Plaut. Quid tu, ô momar, homo Sicule.* Hæc inde corruptelam traxere quod in *homo momar ſicule*, *mo* prior ſyllaba vocis *momar* cum *mo* poſteriori vocis *homo* coaluit, & unam tantum effecit. In verſu Plauti non tantum *momar* ſed & *ſiculus* pro *ſtulto.*

*Momen.*] A ſupino motum, momen, momentum. *Moveo, movimen, momen.* Ut à *luceo, lucimen, lumen*; à *pono, ponimen, pomen*, unde *pomentum*, &c.

*Monile.*] Ornamentum ex auro & gemmis quod ex mulierum collo pendet, quale Polynices Eriphylæ Amphiarai uxori dedit ut Amphiaraum ad bellum capeſſendum cogeret. Apollod. lib. 3.

*Monimentum.*] Vel *monumentum*, ut veteres ſcribebant, quidquid ſcriptum vel factum memoriæ cauſſa, & proprie in defunctorum memoriam, ſive cadaver contineat, ſive ſit inane, quod Græci vocant κενοτάφιον. Varr. lib. 5. *Sic monimenta quæ in ſepulcris, & ideo ſecundum viam, quo prætereuntes admoneant, & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales, ab eo cætera quæ ſcripta ac facta memoriæ cauſſa, monimenta dicta.* *Dacerius.*

*Monitor.*] Qui in ſcena monent hiſtriones, dicuntur ὑποβολεῖς. & recte Gloſſarium: *Monitor, ὑποβολεύς.* In Phormione *Geta monitor* dicitur, hoc eſt, qui



Digitized by Google

Monodos appellatus eſt Pruſiæ filius, qui unum os habuit dentium loco. ſimiliter habuit & Pyrrhus rex Epirotarum.

Monſtrum. ut Ælius Stilo interpretatur, à monendo dictum eſt, velut moneſtrum. Item Sinnius Capito, quod monſtret futurum, & moneat voluntatem deorum. quod etiam prodigium, velut prædictum & quaſi prædictum, quod prædicat eadem, & portentum, quod portendat, & ſignificet. inde dici apparet id quartum, quod mihi viſum eſt adjiciendum, præſertim cum ex eadem ſignificatione pendeat, & in promptu ſit omnibus, id eſt oſtentum, quod item ab oſtendendo dictum eſt. Monſtra dicuntur naturæ modo egredientia, ut ſerpens cum pedibus, avis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, jecur cum diſtabuit in coquendo.

*Monſtra dicuntur na*turæ modum e*gredientia: ut ſerpens cum pedibus*, avis cum quat*uor alis: homo cum duobus capitibus*, jecur cum diſt*abuit in coquendo.*

PAULUS. Moracias nuces. Titinius duras eſſe ait. unde fit diminutivum moracillum.

Morboſum hominem, morbo aliquo affectum.

Mortem obiiſſe, ea conſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Trojam duxit exercitum, pro ad. ſimiliterque vadiminium obiiſſe, id eſt vadimonium iiſſe, & obviam, ad viam.

FESTUS. Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, ut ait Antiſtius Labeo, quæ ita fit, ut morte promiſſoris confirmetur, aut ut quidam dixerunt, cujus ſtipulationis non fuit cauſa.

Mortuæ pecudis corio calceos, aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur: ſed aut occiſæ alioqui, aut immolatæ. quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt.

PAULUS. Mortuæ pecudis corio calceos fieri Flaminicis nefas habebatur, quoniam ſua morte extincta omnia funeſta æſtimabantur.

## NOTÆ.

qui conſilium dederat. quem & Græci dicunt ὑποϐολέα. *Joſ. Scaliger.*

*Monitores.*] Græcis ὑποϐολεῖς quaſi dicas *ſubjectores.* Gloſſ. *monitor*, ὑποϐολεύς. In Phormione Geta monitor dicitur qui conſilium dederat, Act. 2. Sc. 1.

*O facinus audax! O Geta monitor.*

*Dacerius.*

*Monodos.*] Plin. lib. 7. cap. 16. videndus. *Ant. Auguſtinus.*

*Monodos.*] Μονόδους qui dentium loco unum os æqualiter extenſum habet, ut Pruſſiæ filius & Epirotarum rex Pyrrhus. Valer. Max. Plin. *Dacerius.*

*Poſt Monſtrum.*] Verba Feſti dimidiata intelliges ex illis Pauli, Monſtra dicuntur, &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Monſtrum.*] A monendo, moneſtrum, monſtrum, paſſim apud bonos autores. Cicero tamen à monſtrando lib. 1. de divinat. *Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.* Idem & lib. 2. de nat. Deor. Sed minus bene. De oſtentis, portentis & prodigiis. Vide ſuo loco.

*Prodigium velut.*] Lego: *Prodigium velut prodicium & quaſi prædicium.*

*Quod item ab oſtendendo dictum eſt.*] Schedæ: *Quod item ab oſtendendo dictum eſt ut apud autores qui monent hiſtriones in ſcena, ſed etiam ubi adjiciuntur commentarii.* Quæ diverſa ſunt. Nam poſt *dictum eſt.* Sequuntur verba Feſti de monitoribus quæ retractis fugitivis vocibus ita ſunt reſcribenda: *Monitores dicti ſunt qui monent, ut apud autores, qui monent hiſtriones in ſcena, ſed etiam ubi adjiciuntur commentariis.* Nihil certius, quæ ſequuntur: *monſtra dicuntur*, &c. novum caput incohant & Paulo ſunt adſcribenda.

*Moracias.*] A mora ſcilicet voce efficta.

*Mortem obiiſſe.*] Mortem adiiſſe. Vide ob. *Dacerius.*

*Mortis cauſa.*] Scribe: *Cujus ſtipulationis mors fuit cauſa.* Levis error. *Joſ. Scaliger.*

*Mortis cauſſa ſtipulatio.*] Lege in fine: *Cujus ſtipulationis mors fuit cauſſa.* Et hæc vera eſt hujus ſtipulationis ratio, non vero quam putavit Labeo. *Dacerius.*

*Mortua.*] Scribe: *Flaminibus*, ut etiam extat in veteribus editionibus. *Joſ. Scaliger.*

*Mortua pecudis corio.*] Servius 4. Æneid. *Sane Flaminica non licebat neque calceos, neque ſoleas morticinas habere. Morticina autem dicuntur quæ de pecudi-*

Mortuus ab emerita vita dictus.

Mos eſt inſtitutum patrium pertinens maxime ad religiones, cærimoniaſque deorum antiquorum.

Mos eſt *inſtitutum patrium id eſt memoria* defunctorum veterum pertinens maxime ad religiones *cerimonia*ſque antiquorum. FESTUS.

Moſculis Cato pro parvis moribus dixit *in ea quam ſcripſit* . . . . . vis qui moribus dixit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . PAULUS.

Mox Paulo poſt.

MUCIA prata trans Tiberim dicta à Mucio, cui à populo data fuerant, pro eo quod Porſenam Etruſcorum regem ſua conſtantia ab urbe dimovit. FESTUS. PAULUS.

Muger, muccoſus.

Muger dici ſolet à caſtrenſium hominibus quaſi muccoſus is, qui talis male ludit. FESTUS.

Muginari eſt nugari, & quaſi tarde conari.

Mugionia porta Romæ dicta eſt à Mugio quodam, qui eidem tuendæ præfuit. PAULUS.

Mulciber Vulcanus à molliendo ſcilicet ferro dictus (eſt) mulcere enim mollire, ſive lenire eſt. Pacuvius; Quid me obtutu terres; mulces laudibus?

## NOTÆ.

*cudibus ſua ſponte mortuis fiebant. Neque ſupra genu ſuccinctam eſſe.* Unde patet male apud Feſtum quoſdam pro *Flaminicis* reſcribere *Flaminibus.*

*Mortuus.*] Quomodo ab emerita vita? an *emeritus emertus, emertuus e* in *o emortuus, mortuus?* Nugæ à *morior*, *moritus* addito u *morituus*, mortuus. *Dacerius.*

*Mos eſt.*] Macrob. lib. 3. Saturn. refert *Julium Feſtum* lib. 13. de verborum ſignificationibus ſcripſiſſe: *Mos eſt inſtitutum patrium, pertinens ad religiones, cærimoniaſque majorum.* Non dubito *Pompeium* pro *Julio* ſcribendum apud Macrobium. Hic enim eſt locus, quem adfert, ex quo verba Feſti ſarciri poſſunt, paucis ſyllabis exceptis. *Ant. Auguſtinus.*

*Mos eſt.*] *Mos* eſt inſtitutum quodlibet conſuetudine firmatum: *ritus* vero eſt ordo & modus in adminiſtrandis maxime ſacrificiis, unde Virg.

—— —— —— *Morem ritumque ſacrorum*
*Adjiciam.*

Interdum tamen & *ritus* pro *more* uſurpatus & *mos* pro *ritu*. Ut hic. *Dacerius.*

*Mos.*] *Mos eſt inſtitutum patrium* [*defunctorum*] *veterum, pertinens maxime ad religiones cerimoniaſque antiquorum.* vocem defunctorum incluſimus circulis. quia gloſſema eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Mos eſt...*] Hæc ex ſuperioribus facile intelliguntur. *Mos eſt inſtitutum patrium, id eſt, memoria veterum pertinens maxime ad religiones cæremoniaſque Deorum antiquorum.* Vox *defunctorum* quæ in codice apparet explicatio eſt vocis *veterum*. Neque apparet in ſchedis.

*Moſculis.*] A *mos moſculus.* Alii legunt *moſcillis*, vel *moſillis* ut in Gloſſ. Iſidori, *moſillus, parvus mos.* Cui poſteriori non adverſatur analogia; nam ut à *puſus puſillus*, ſic à *mos moſillus.* Nihil tamen hic mutandum eſt. Optime enim à *mos moſculus*, ut à *flos floſculus*, &c.

† *In ea quam ſcripſit.* . . . . . . . . . . *vis qui moribus.*] Schedæ: *Moſculis Cato pro parvis moribus dixit in ea quam ſcripſit.* . . . . . . . . Supra Feſti & Pauli verba male cohæſere. Legebat Salmaſius *muſcillis Cato pro parvis muribus*, &c. *muſcilli τὰ μυΐδια.*

*Mucia prata.*] Livius 11. 13. *Patres C. Mucio virtutis cauſſa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ poſtea ſunt Mucia prata appellata.*

*Muger.*] A veteri *mugo* pro *mungo* ut *frago* pro *frango*, *muger*, muccoſus, *morveux*. *Dacerius.*

*Muginari.*] Plinius in Præfatione: *Dum iſta, ut ait Varro, muginamur, pluribus horis vivimus.* Iſidorus: *muginatur, cauſſatur. Joſ. Scaliger.*

*Muginari.*] Cauſari, tergiverſari, moras nectere Gloſſ. Iſidori. *Muginatur, cauſatur.* Uſus eſt Cicero ad Atticum lib. 16. ep. 12. *De ocella dum tu muginaris nec mihi quidquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum.* Nonius interpretatur *murmurare*. Ut & in Gloſſario, *muginor*, γογγύζω, id eſt, *murmuro*. Erit igitur *muginor* vel à *mugio*, vel ut Doctiſſimo Voſſio placebat, à *nugor, nuginor*, n in m *muginor*. *Dacerius.*

*Mugionia*] Varro lib. 5. Mugionis à mugitu. Solin. cap. 2. Mugioniam ſupra ſummam Novam viam. Vide Nonium. *Ful. Urſinus.*

*Mugionia porta.*] Melius Varro qui lib. 4. Mugionis portam dictam docet à mugiente pecore, id eſt, bubulo. Quod per eam ad paſcua ſua exigeretur ab antiquo oppido, Palatino ſcilicet, ubi primum Roma condita. Ejus verba: *Preterea intra muros ideo portas dici: in palatio Mugionis à mugitu, quo ea pecus in Bucitatum antiquum oppidum exigebat.* Eadem & *Trigonia* & *porta palatii* dicta. *Dacerius.*

*Mulciber.*] Melius *Obtuitu* in verſu Pacuvii. *Joſ. Scaliger.*

Mulc

Muli Mariani dici ſolebant à C. Mario inſtituti, cujus milites in furca interpoſita tabella varicoſius onera ſua portare adſueverant.

Mulis celebrantur ludi in Circo maximo Conſualibus. quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui, vehiculoque adjungi.

Mulus vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam ſterilis ea ſit, quam mulus, vel quod ut mulus non ſuo genere, ſed equi creetur, ſic ea ſolis, non ſuo fulgore luceat.

FESTUS. Mulleos genus calceorum aiunt eſſe, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii uſi ſunt. M. Cato Originum libro ſeptimo: Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos. ceteri perones. Item Titinius in Setina: Jam cum muleis te oſtendiſti, quos tibiatis in calceos. quos putant à mullando, id eſt ſuendo dictos.

## NOTÆ.

*Mulciber.*] A mulcendo ferro, imo potius à *mulcendo* tantum, ut à *craceo craber*. A *tumeo*, *tuber*. Sic à *mulceo mulciber*. Gloſſ. *mulciber*, ἥφαιστος, ἀμφιγυήεις.

*Muli Mariani.*] Sic per jocum Romani milites vocabantur, nam C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis, quas appellarunt ærumnulas, impoſuit, quibus onuſti milites iter conficiebant.

*Mulis celebrantur ludi.*] De Conſualibus ſuo loco dictum eſt. Mulis autem tunc ludos celebratos fuiſſe præter Feſtum nemo quod ſciam docuit. *Dacerius.*

*Mulleos.*] Verbum *Allucinatos* mendoſum eſt. *lunatos* placet, ſive *alutatos* ab aluta; de utroque eſt carmen Juven. Saty. 7. *Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.* quod aliter dixit Horat. lib. 1. Saty. VI. *Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus, & latum demiſit pectore clavum, Audit continuo quis homo hic?* Viden. Plutarch. in Probl. Titinii carmen mendoſum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Mulleos.*] Catonis verba ita legenda: *Qui magiſtratum Curulem cepiſſet, calceos mulleos, alii uncinatos, cæteri perones.* Hæc erat antiquorum ἀφέλεια. Magiſtratu functi mulleos, milites fulmentatos, cæteri Romani perones, καὶ ἀμφοθυρσίνους, ſumebant. de uncinis, & clavis militaribus ſatis in Conjectaneis. Verſus Titinii ita lego,

*—— —— —— —— jam cum mulleis*
*Te oſtendiſti, quos tibiatim calceas.*

Tibiatim, hoc eſt, ad mediam uſque tibiam. Ita erant omnia ea genera calceamentorum, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus. Quod & Tertullianus manifeſto oſtendit, libro de Pallio: *Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum. Joſ. Scaliger.*

*Mulleos.*] Mullei vel mullei calcei dicuntur non ab antiquo verbo *mullare* ſuere, ut putavit Scaliger, ſed à colore mulli piſcis, nam puniceos fuiſſe vel ex Dione certum eſt qui ait Cæſarem uſum, ὑποδήματι ὑψηλῷ καὶ ἐρυθρῷ χρόαν κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, id eſt, *calceo alto, colore purpureo quo olim Albanorum reges utebantur.* Aperte Mulleos deſcribit quos ab Albanis regibus ad patricios tranſiiſſe idem docet. Nam ſtante libera republica Patricii & Senatores calceos nigros geſtabant, ex patriciis autem qui Magiſtratum curulem cepiſſent, mulleos, hoc eſt, rubros, at poſtquam Imperatores ſibi ſolis puniceos illos ſive mulleos calceos voluere quaſi proprios relinqui, conſulibus non purpurei aut punicei ut antea ſed aurati ſunt attributi ut conſtat ex Caſſiodoro. Ita igitur, ut optime ad Vopiſcum Salmaſius, conciliandi ſunt autores qui patriciorum nigros faciunt calceos & qui mulleos, nam patriciorum eorum qui magiſtratum curulem cepiſſent, proprium geſtamen erant mullei calcei, reliquorum qui nondum in ſella curuli ſediſſent, vulgariter nigri. Id omnino evincit locus Catonis cujus verba ſic legit Scaliger: *Qui magiſtratum curulem cepiſſent calceos mulleos, alii uncinatos, ceteri perones.* Porro, docet idem Salmaſius Puniceos illos ſive Mulleos calceos Tyrrhenicos etiam dictos quod eorum factura Tuſcanica eſſet, ut Virgilius Tyrrhenos calceos Evandro regi tribuit lib. 8.

*Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.*

Ubi Servius: *Tyrrhena vincula Tuſca calceamenta & dicit crepidas quas primo habuere Senatores, poſt Equites Romani, nunc milites. Alii Senatorios calceos volunt quia hoc genus calceamenti à Tuſcis ſumptum eſt.* Sed adi ipſum Salmaſium ad Vopiſcum. In verbis Catonis pro *allucinatos* Turneb. *alutacinatos*. nempe ab aluta. Alii *alutatos*. vel *lunulatos*. Perones, calcei toti ex pellibus, ex corio crudo Iſidor. in Gloſſ. *Pero calciamenta piloſa.*

*Jam cum Mulleis.*] Verſus Titinnii.

*—— —— —— —— jam cum mulleis*
*Te oſtendiſti quos tibiatim calceas.*

*Tibiatim*, hoc eſt, ad mediam uſque tibiam. Ita erant omnia ea genera calceamentorum, qualia Turca-

Multam Oſce dici putant pœnam quandam. M. Varro ait pœnam eſſe, ſed pecuniariam, de qua ſubtiliter in libro primo quæſtionum epiſtolicarum refert. Maximam multam dixerunt trium millium & viginti aſſium. quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ovibus quemquam multari. æſtimabaturque bos centuſſibus, ovis decuſſibus.

Multifacere dicitur, ſicut magnifacere, & Parvifacere. Cato: Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. Quod merito ab uſu receſſit, quia quantitas numero non æſtimatur, nec deſiderat multitudinem. PAULUS.

FESTUS.

Multif*acere antiqui dicebant ſicut* magnifacere, & par. . . . . . . . . . . . tiam de pudicitia.

M. . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . ntitas. . . . . . . . . .

. . . . . . neturnu. . . . . . . . . . .

Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat: id eſt dici. PAULUS.

Mummiana ædificia à Mummio dicta.

Mundus appellatur cælum, terra, mare, & aer. mundus etiam dicitur ornatus muliebris. quia non alius eſt, quam quod moveri poteſt. mundus quoque appellatur lautus, & purus. Ateius: Cum virginali mundo clam pater. . . Ennius: idem loco navibus celſis, munda facie, atque etiam ære.

## NOTÆ.

Turcarum hodie, medio crure tenus, quod & Tertullianus manifeſto oſtendit lib. de Pallio: *Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.* Scaliger. Adde illud Horat.

*——— ——— nigris medium impediit crus*
*Pellibus.*

*Dacerius.*

*Multam.*] Legendum, *pœnam quidam:* non quandam. *Joſ. Scaliger.*

*Multam.*] Oſcum vocabulum, à quo *multus*, quod numerando multa æſtimaretur, & *multare*, numerare. Plaut. Stich. 3. 1.

*Quam multas tecum miſerias multaverim.*

Multa autem primis temporibus in ovibus & bubus æſtimatis conſtitit, quibus abundabat Italia. Gell. lib. 11. *Suprema multa erat duarum ovium, & triginta boum pro copia ſcilicet boum & penuria ovium. Sed cum ejuſmodi multa pecoris armentique à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boves oveſque, alias pretii parvi, alias majoris, eaque res faciebat inæqualem multa punitionem, idcirco poſtea lege Ateria* (quam Tarpeiam alicubi vocat Feſtus) *conſtituti ſunt in oves ſingulas æris deni, in boves æris centeni, minima vero multa fuit ovis unius.*

*Multifacere.*] Ut parvi facere, flocci facere, &c. Sed non video cur illud merito ab uſu receſſiſſe dicat Feſtus, quod quantitas non æſtimetur numero, quaſi vero quantitas non alia ſit continua ab diſcreta. Sed forte pro *quantitas* reſcribendum *qualitas. Dacerius.*

*Multifa....*] Ex epitome Pauli verbo multifacere, hæc omnia facile intelliguntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Multiface....*] Ex ſcripturæ veſtigiis videri poſſit hæc in duo capita fuiſſe diviſa. Et forſan confuſa ſunt quæ de multifariam ſcripta fuerant. Prius caput ita ex ſchedis: *Multifacere antiqui dicebant ſicut magnifacere, item & parvifacere, teſtis eſt M. Cato in ea quam ſcripſit contra Q. Minucium Thermum de x. hominibus: Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacitis quod quidem merito ab uſu receſſit, quia non æſtimatur numero quantitas, nec deſiderat multitudinem, nec continetur numero.* Sequebatur opinor *multifariam* ut in Pauli epitome. *Dacerius.*

*Multifariam.*] Græcorum imitatione πολυφάτως, διφάτως, τριφάτως. multifariam, difariam, trifariam. Varro totfariam: *In totfariam locis. Joſ. Scaliger.*

*Multifariam.*] *Difariam, trifariam,* à *multus* & *fari*, Græcorum imitatione qui πολυφάτως, διφάτως, τριφάτως. Varro dixit *Totfariam. In totfariam locis.* Scalig.

*Mummiana ædificia.*] A Mummio qui Corinthum diruit. *Dacerius.*

*Mundus.*] Pro *Ateius*, lego *Attius. Joſ. Scaliger.*

*Mundus.*] Hæc corrupta, tranſpoſita, & male etiam diſtincta ſunt. Lege igitur ex judicio Merulæ apud Ennium. *Mundus appellatur Cœlum, terra, mare, & aër, quia non alius eſt quam quod moveri poteſt. Mundus etiam dicitur ornatus mulibris; Attius.*

Mundus, ut ait Capito Ateius in libro ſexto pontificali, ter in anno patere ſolet; diebus his: poſtridie Volcanalia, & ante diem ſextum Id. Novemb. Qui quid ita dicatur, ſic refert Cato in Commentariis juris civilis: Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo qui ſupra nos eſt. Forma enim ejus eſt ex iis, qui intravere,

FESTUS. cognoſcere potuit, adſimilis ille ejus inferiorem partem, veluti conſecratam diis Manibus clauſam omni tempore, niſi iis diebus, qui ſupra ſcripti ſunt, majores *cenſuerunt*, quos dies etiam religioſos judicaverunt, ea de cauſa, quod quo tempore ea, quæ occulte, & abdita, ea religionis deorum manium eſſent, velut in lucem quandam adducerentur, & patefierent: nihil eo tempore in republica geri voluerunt. Itaque per eos dies non cum hoſte manus conſerebant: non exercitus ſcribebatur: non comitia habeb*ant*, *non* aliud quicquam in re *publica* niſi quod ultima neceſſ*itas* admonebat, adminiſtrabatur.

PAULUS. Mundum gentiles ter in anno patere putabant diebus his poſtridie Volcanalia, & ante diem tertium Nonas Octobris, & ante diem ſextum Idus Novembris. inferiorem enim ejus partem conſecratam diis manibus arbitrantes clauſam omni tempore, præter hos dies, qui ſupra ſcripti ſunt. quos dies etiam religioſos judicaverunt ea de cauſa, quod his diebus ea, quæ occulta, & abdita religionis deorum manium eſſent, in lucem adducerentur, nihil eo tempore in rep. geri voluerunt. Itaque per hos dies non cum hoſte manus conſerebatur, non exercitus ſcribebatur, non comitia habebantur, non aliud quidquam in rep. niſi quod ultima neceſſitas exegiſſet, adminiſtrabatur.

## NOTÆ.

*tius, cum virginali mundo clam patre.* *Mundus* quoque *appellatur lautus & purus. Ennius, idem loca navibus celſis munda facit nautiſque mari quaſentibus vitam.* Nam integrum verſum Ennii deſcripſerat Feſtus ut odoratus ſum ex ſchedis ubi *munda facie atque etiam aëre Cereris quin. Mundus* igitur ex Feſto, Iſidoro & aliis quaſi *movendus*. A motu perpetuo. Sed omnino *mundus* à *munditie* ut Græcis etiam κόσμος ἀπὸ τῆς κοσμιότητος. Inde etiam & ornatus mulieris *mundus*, nempe ſpeculum, unguenta, catenæ, annuli, &c. *Dacerius*.

*Mundus ut ait.*] Verba illa mendoſa ſunt: *ex iis qui intravere cognoſcere potuit*, forſitan ſcribendum: *ut ex iis, qui intravere cognoſci potuit.* Item ex Pauli verbis addenda ſunt nonnulla; ut puta *tertius dies quo mundus patet*. Vide Varronem apud Macrobium lib. I. Saturn. *Ant. Auguſtinus*.

*Mundus.*] Verba Catonis corrupta ita legimus: *Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt. Forma enim ejus eſt, ut ex iis, qui intravere, cognoſcere potui, adſimilis illi. Ejus inferiorem* &c. Nam inde incipiunt veba Feſti. Supple etiam, *majores cenſuerunt*. Nihilo melius ſe habent ſequentia. Quæ ita emendamus. *ea de cauſſa, quod quo tempore ea, quæ occulta, & abdita religionis* &c. Varro apud Macrobium: *Mundus cum patet, Deorum triſtium atque inferum quaſi janua patet. propterea non modo prælium committi, verum etiam dilectum rei militaris cauſſa habere, ac militem proficiſci: navim ſolvere: uxorem liberum quærendorum cauſſa ducere, religioſum eſt. Joſ. Scaliger.*

*Mundus ut ait.*] Mundus hic eſt Platonis ſedes, qua patente dies illos religioſos habebant veteres. Macrob. Satur. I. cap. 19. *Nec Latinarum tempore quo publice quondam induciæ inter populum Rom. Latinoſque firmatæ ſunt, incohari bellum decebat, nec Saturni feſto, qui ſine ullo tumultu bellico creditur imperaſſe. Nec patente mundo, quod ſacrum Diti patri & Proſerpinæ dicatum eſt, meliuſque occluſa Plutonis fauce eundum ad prælium putaverunt: unde & Varro ita ſcribit. Mundus cum patet Deorum triſtium atque inferum quaſi janua patet. Propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris cauſſa habere, ac militem proficiſci, navem ſolvere, uxorem liberum quærendorum cauſſa ducere religioſum eſt.* Unde verba Feſti ſatis intelliguntur. Sed in iis quædam mutila, quædam etiam corrupta ſunt. Atque ſtatim initio ſupplendum eſt, *Poſtridie Volcanalia,* IV. *Non. Octob. & ante diem ſextum Id. Novemb.* Et ita eſt. patebat enim mundus 3. Kal. Septemb. nam 4. erant Volcanalia. Item 4. Non. Octob. id eſt die 4. Octob. & ante diem ſextum Id. Novemb. nempe 7. Id. qui dies ſeptimus eſt ejuſdem menſis. Verba Catonis ſic legenda ex Scaligero: *Forma enim ejus eſt, ut ex iis qui intravere cognoſcere potui, adſimilis illi.* Deinde *ejus inferiorem*. Nam inde incipiunt verba Feſti. Corrigenda etiam quæ ſequuntur, ita. *Quod quo tempore ea quæ occulta & abdita religionis.* &c.

*Mundum.*]

Digitized by Google

Munem ſignificare certum eſt officioſum, unde è contrario immunis dicitur, qui nullus fungitur officio.

Muneralis lex vocata eſt, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: Neque muneralem legem, neque lenoniam roga: fuerit, nec ne, flocci æſtimo. FESTUS.

Municas pro communicas dicebant. PAULUS.

*Municas, &c.* communicas dicit *Verrius à Muniis id eſt operibus* aut ut potius co. FESTUS.

Municeps eſt, ut ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominum munus functus eſt. Item qui in municipio à ſervitute ſe liberavit à municipe. Item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. At Ser. filius aiebat initio fuiſſe, qui ea conditione cives Rom. fuiſſent, ut ſemper remp. ſeparatim à populo Rom. haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æque cives Rom. erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant.

## NOTÆ.

*Munem.*] A *munus*, munis, immunis. Plaut. Mercat. I. I.

*Dico ejus pro meritis gratum me & munem fore.*

Ita enim legendum, non ut quidam, *memorem. Dacerius.*

*Muneralis.*] Lex Cincia de donis, & muneribus, non omnibus prohibuit munus accipere: ſed ob cauſſam orandam, patrociniumve præſtandum. Viden. Cicero lib. I. epiſt. ult. ad Atticum. Tacitus lib. II. 13. & 15. *Ant. Auguſtinus.*

*Muneralis.*] Leviter immutati Plautini verſus ita legendi:

*Neque muneralem legem, neque lenoniam,*
*Roga. nec fuerit, nec ne, flocci exiſtuma.*

Vetabat ob defenſam cauſſam donum accipere. Vide Epiſtolam Plinii Junioris ad Valerianum libro 5. Etiam ſi legis mentio non ſit. *Joſ. Scaliger.*

*Muneralis lex.*] Lex Cincia muneralis ſive de donis & muneribus qua cavebatur ne quis ob cauſſam orandam donum munuſve acciperet. Eam tulit M. Cincius Tribunus plebis M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coſſ. Vide epiſtolam Plinii Junioris ad Valerianum lib. 5. etiam ſi legis mentio non ſit. Verſus Plautini ſic legendi ex Scalig.

*Neque muneralem legem neque lenoniam,*
*Rogata fuerint nec ne, floccid æſtimo.*

*Municas item Communicas.*] Quæ deſunt divinare non poſſum. Placidus in Gloſſis: *Municare, communicare dictum à mœniis id eſt operibus.* Non dubium eſt veteres dixiſſe *mœnicare* & *commœnicare.* Ut *mœrus, murus* & hoc forſan illud eſt quod Feſtus addebat. *Dacerius.*

*Municeps.*] Vercor, ne legendum ſit: *item, quem municipium à ſervitute liberavit.* Varro de Latino ſermone libro 7. *In hoc ipſo analogia non eſt: quod alii nomina habent ab oppidis: alii aut non habent, aut non, uti debent, habent. habent plerique libertini à municipio manumiſſi. Joſ. Scaliger.*

*Municeps.*] A munere capiendo *municeps.* Municipii liber civis, unde in Gloſſ. *Municeps,* πολίτης.

*Item qui ex alio genere hominum.*] Id eſt, quivis homo ſive in municipiis, ſive alibi natus, modo qui munus functus ſit.

*Item qui in municipio.*] Legebat Scaliger, *Item quem municipium à ſervitute liberavit.* Ex Varrone lib. 7. *In hoc ipſo analogia non eſt. Quod alii nomen habent ab oppidis, alii aut non habent, aut non, uti debent, habent. Plerique libertini à municipio manumiſſi.* Vides libertinos à municipio manumiſſos, qui poſtea municipes dicti. Sed & altera Feſti lectio defendi poteſt.

*Item municipes qui ex al. Civit.*] Municipiorum duo fuere genera: primum eorum qui ex municipiis ad civitatem Rom. admiſſi, muneris tantum honorarii Romanis participes fiebant, ſine ſuffragii jure; hoc eſt qui tantum honoris cauſſa in civitatem Rom. venientes gradum aliquem dignitatis conſequebantur, ut cives Rom. non in auxiliis, ut ſocii, militarent. Iique ſuis legibus vivebant. Gell. lib. 16. cap. 13. *Municipes ſunt cives Rom. ex municipiis ſuo jure & legibus ſuis utentes muneris tantum cum pop. Rom. honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Rom. lege aſtricti, cum numquam populus eorum fundus factus eſſet.* Alterum autem municipiorum genus eorum erat quibus cum ſuffragii latione civitas eſt data, ita ut ſuis legibus ſpoliati Romanis aſtringerentur. Hi omnia jura habebant, quæ cives Rom. excepto jure domicilii. Hos intelligit infra Paulus cum ſcribit: *Alio modo cum id genus hominum definitur, quorum civitas univerſa in civitatem Rom. venit, ut Aricini, Carites, Anagnini. &c.*

PAULUS. Municipalia ſacra vocabantur, quæ ante urbem conditam colebantur.

FESTUS. Municipalia ſacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante civitatem Romam acceptam; quæ obſervare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo adſueſſent antiquitus.

PAULUS. Municipium id genus hominum dicitur, qui, cum Romam veniſſent, neque cives Rom. eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, præterquam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo; ſicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos cives Rom. effecti ſunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum civitas univerſa in civitatem Romanam venit; ut Aricini, Cærites, Anagnini. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia eſſent ſua cujuſque civitatis, & coloniæ, ut Tiburtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucenſes.

Municificior à munifico identidem Cato dixit. cum nunc munificentior dicamus; quamvis munificens non ſit in uſu.

FESTUS. *Munificior quoque idem deduxiſſe videtur à* munifico, cum dicamus. *nunc munificentior, quam*vis munificens non ſit *apud nos in uſu, Cato in ea quam* ſcripſit in nemo munificior.

## NOTÆ.

*At Serv. filius.*] Servium Sulpicium filium intelligunt viri docti. Sed in ſchedis ſcriptum eſt *Servilius.* Forte is P. Servilius augur quem in *ſtellam* laudat Feſtus. *Dacerius.*

*Municipalia.*] Paulus non intellexit, quid eſſet ante civitatem Ro. acceptam; & ante urbem conditam interpretatus eſt. neque etiam municipalia ſacra, ſunt urbis Romæ ſacra, ſed municipiorum. *Ant. Auguſtinus.*

*Municipalia.*] Ex Feſto ſcribe *acceptam*, pro *conditam. Ful. Urſinus.*

*Municipalia ſacra.*] Quæ municipes ante civitatem Rom. acceptam habuere. Non autem ante Romam conditam ut male Paulus interpretatur.

*Sicut fuerunt Fundani.*] De Fundanis, Formianis, Cumanis, Lanuvinis, Tuſculanis, Liv. lib. 8. ſect. 14. *Lanuvinis civitas data*, &c. *Aricini, Nomentani & Pedani eodem jure quo Lanuvini in civitatem accepti, Tuſculanis ſervata civitas quam habebant.* Deinde: *Campanis equitibus honoris cauſſa, quia cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundaniſque & Formianis, &c. Civitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanoſque ejuſdem juris conditioniſque cujus Capuam eſſe placuit.* Et de Acerranis ſect. 17. *Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio Prætore lata, qua civitas ſine ſuffragio data.* Addit Feſtus eos poſt aliquot annos cives Romanos effectos, quod verum eſſe de Fundanis, Formianis & Tuſculanis diſcimus ex eodem Livio liv. 38. ſect. 36. *De Formianis, Fundaniſque municipibus & Arpinatibus C. Valerius Tappus Tribunus plebis promulgavit ut iis ſuffragii latio, nam antea ſine ſuffragio habuerant, civitatem eſſet &c. Rogatio perlata eſt ut in Æmilia tribu Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent: atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiſcito ſunt cenſi.* Idque iis contigiſſe conſtat anno V. C. 565. totis centum quadraginta ſex annis poſtquam iis civitas ſine ſuffragio data fuerat.

*Cœrites.*] Putavit vir doctiſſ. quem honoris gratia non appello, hic Cœritibus locum eſſe non poſſe, quippe qui priori modo municipes facti fuerint. Sed cum meminiſſe oportuit bis Cœrites municipes factos ſemel cum ſuffragii jure ob ſervata ſacra Rom. cum Galli Romam occupaſſent, etſi contra Gellius. & iterum cum poſtquam rebellarunt: victis quidem civitas data, ſed ignominiæ cauſſa ſuffragii jus ademptum. De priori modo hic Feſtus.

*Tertio cum.*] Legendum infra, *uti municipia eſſent ſua cujuſque civitatis.* Quamquam certe expedire hinc me ſatis non poſſum. Videtur tantum hic Feſtus tertium quoddam municipiorum genus facere, cum ſcilicet in jus coloniæ tranſibant. Quod aliquando factum fuiſſe notum eſt. Adde: vel potius de tertio quodam municipii genere loquitur, cum ſcilicet qui civitate Romana donati fuerant, iidem legibus ſuis non ſpoliabantur, ſed civitatis ſuæ jus retinebant, quaſi ejus municipes facti eſſent. Qui ſequuntur eos omnes colonos fuiſſe, in antiquorum monimentis reperi, præter *Tiburtes & Arpinates.* De quibus amplius quærendum. *Dacerius.*

*Munificior.*] Ex his Pauli verbis intelliges Feſti verba. *Ant. Auguſtinus.*

*Munificior.*] Prior pars hujus capitis adhæſerat poſt *magnificior* ut ibi monuimus. in fine legendum: *In*

Munitio mortificatio ciborum.

Munus ſignificat officium, cum dicitur quis munere fungi: Item donum, quod officii cauſa datur. PAULUS.

Murciæ deæ ſacellum erat ſub monte Aventino, qui antea Murcus vocabatur.

Murgiſonem dixerunt à mora, & deciſione.

Muries dicebatur ſal in pila tunſum, & in ollam fictilem conjectum, & in furno percoctum, quo dehinc in aquam miſſo Veſtales virgines utebantur in ſacrificio.

## NOTÆ.

*ea quam ſcripſit in.........nemo munificior.* Deſideratur tantum nomen orationis unde verba Catonis petita ſunt. *Dacerius.*

*Munitio.*] Vetus codex, Mortificatio. lege Morſificatio. *Joſ. Scaliger.*

*Munitio.*] Forte pro *molitio*, *o* in *u* & *l* in *n* mutatis. Molere enim eſt conterere. unde molæ dicti etiam dentes qui & molares. Meurſius tamen vult *munire* veteres uſurpaſſe pro *mandere cibum*; unde & in illo Plauti in Curcul.

> *Vineam pro aurea ſtatua ſtatuam, quæ tuo*
> *Gutturi ſit monumentum.*

Antiquam lectionem *munimentum* reſtituendam cenſet, quaſi dicat Phædromus ſtatuam tibi vineam quam gutture abſorbeas, quam ingurgites. Sed manifeſte contra mentem Plauti; cujus verba ſic mire ſapiunt: *Au lieu d'une ſtatuë d'or, je vous éleveray une vigne pour ſervir de monument à voſtre goſier*, c'eſt à dire, *à voſtre yvrognerie*. *Munimentum* pro *monumentum*. Antique. Infra Scaliger legebat: *morſificatio*. Fruſtra ut optime Meurſius; *mortificatio* enim à *mortare*, conterere.

*Munus.*] Vide infra in fine poſt *myrtea*. Utramque muneris ſignificationem amplexus Varro lib. 4. de L. L. *Et munus quod mutuo animo qui ſunt, dant officii cauſſa. Alterum munus quod muniendi cauſſa imperatum, à quo etiam municipes, qui una munus fungi debent, dicti. Dacerius.*

*Murcia.*] Vide Varron. lib. 4. de Ling. Lat. & Plutarch. in problem. *Ant. Auguſtinus.*

*Murcia.*] Per c ſcribitur, cum antea per t ſcriberetur, ut ait Plutarchus. Unde à murteto, quod ibi erat proximum, dictam volunt Varro, Plinius, & Plutarchus ipſe. Tertullianus de ſpectaculis: *Conſus, ut diximus, apud metas ſub terra deliteſcit. Murtia quoque idolum fecit. Murtiam enim Deam amoris volunt. cui in illa parte ædem vovere.* Lege: *apud metas ſub terra deliteſcit Murtias. Has quoque idolum fecit.* Nam metæ Circi Murtiæ metæ vocabantur. Apuleius: *ſi quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem.* Varro: *Intimus Circus ad Murtim vocatus.* Has metas in eodem libro paulo ante, *primas metas* vocaverat Tertullianus. *Et nunc*, inquit, *ara Conſo illi in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra.* Quod hic ſcribitur de monte Aventino, de hac re ita in veteribus monumentis Danielis noſtri ſcriptum reperi. *Vallis ipſa, ubi Circenſes editi ſunt, ideo Murcia dicta eſt: quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt. alii quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus murtetis conſitum fuiſſet, immutata litera Murciam appellatam* &c. *Joſ. Scaliger.*

*Murcia Dea.*] Hoc eſt Murciæ Veneris, & per *c* ſcribitur cum antea per *t* ſcriberetur, unde à murteto quod ibi erat proximum dictam volunt. Varr. lib. 4. *Ad Murtium &c. alii eſſe dicunt à murteto declinatum. quod ibi id fuerit cujus veſtigium manet, quod ibi ſacellum etiam nunc Murtiæ Veneris.* Plin. lib. 15. cap. 29. *Ara fuit Romæ vetus Veneris Murtea quam nunc Murciam vocant.* Et ita Plinius & Plutarchus ipſe. Tertullianus de ſpectaculis: *Conſus, ut diximus apud metas ſub terra deliteſcit. Murcia quoque idolum fecit. Murtiam enim Deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vovere.* Lege: *Apud metas ſub terra deliteſcit Murtias. Has quoque idolum fecit.* Nam metæ Circi, Murtiæ metæ vocabantur. Apuleius: *Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem.* Varro: *Intimus Circus ad Murtim vocatus.* Has metas in eodem libro paulo ante *primas metas* vocaverat Tertullianus *Et nunc*, inquit, *ara Conſo illi in circo defoſſa eſt, ad primas metas ſub terra.* Porro quod hic de monte Aventino tradit Feſtus idem in veteribus monimentis Danielis *Vallis ipſa ubi Circenſes editi ſunt, ideo Murcia dicta eſt, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt. Alii quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit circa quod nemus murtetis conſitum fuiſſet, immutata litera Murciam appellatam.* &c. A myrto quæ Veneri ſacra, Myrtea, poſtea Murcia Venus dicta. Ejus ædem in XI. urbis regione ponit Victor. Fuit prætérea alia Dea *Murcia* ſic dicta quod Dea eſſet *Murcidorum*, id eſt, ignavorum, inertium. Quamvis iſtam cum altera Servius videtur confundere. Vide *Murricidum*. *Dacerius.*

*Murgiſo.*] Tanquam dictus eſſet, *Moriciſo*. Iſidorus in Gloſſis: *Murgiſo, callidus, murmurator.* lego, *callidus morator.*

*Muries.*] Vide, quæ ſuper hoc in Conjectaneis notavimus. Addendum ex abſtruſis, necdum publicatis Servii Schedis: *Virgines Veſtales tres maximæ ex Nonis Maiis ad pridie Idus Maias alternis diebus*



Digitized by Google

FESTUS. Muries eſt, quemadmodum Veranius docet, ea quæ fit ex ſale ſordido in pila pinſato, & in ollam fritilem conjecto, ibique operto, gypſatoque, & in furno percocto, cui Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto, quæ eſt intus in æde Veſtæ, in penu exteriore, aquam jugem, vel quamlibet, præterquam quæ per fiſtulas venit, addunt, atque ea demum in ſacrificiis utuntur.

Murrata potione uſos antiquos indicio eſt, quod etiam nunc Ædiles per ſupplicationes diis addunt ad pulvinaria, & quod duodecim tabulis cavetur ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum libro primo.

PAULUS. Murrata potione uſi ſunt antiqui: ſed poſtea adſuerunt murram diis ſuis libare. ideoque duodecim tabulis eſt cautum, ne mortuo inderetur.

Murricidum, ignavum, ſtultum. Plautus: Murricide homo, ignave, iners.

Murrina genus potionis, quæ Græce dicitur nectar. hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinum. quidam id dici putant ex uvæ genere murrinæ nomine.

## NOTÆ.

*ſpicas adoreas in corbibus meſſuariis ponunt: eaſque ſpicas ipſa virgines torrent, pinſunt, molunt. atque ita molitum condunt. ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Veſtalibus, idibus Septembribus, adjecto ſale cocto, & ſale duro. Joſ. Scaliger.*

*Muries.*] Non intellexit Paulus quid eſſet apud Feſtum *olla fritilis*, ideoque *fictilis* repoſuit peſſime. *Olla fritilis* genus erat vaſis quo in ſacris Veſtales utebantur, à *frit*, quod ſpicæ ſummum eſt. Niſi malis ita dictam à veteri voce *fritinnus*, id eſt, motitatio & ſubſaltatio cum motu, unde *fritinnire* apud Nonium ſubſilire cum ſono. A *fritinnus*, per diminutionem *fritillus*. Ut à *cinnus cillus*, *puſinnus puſillus*. A *fritillus*, *fritillire* & *fritillare* quod nos vulgo dicimus *fretiller*. Jam autem *fritilis*, ut *ſublimis ſublimus* &c. & ſic dicta olla fritilis quod in ea ſal in furno coqueretur & fritilliret. Neque enim *fritilis* corruptum ex *frictilis* quod viro doctiſſ. placuit.

*Muries.*] Sal coctum ex quo & farre adoreo ter in anno Veſtales molam faciebant. Serv. in eclog. 8. *Virgines Veſtales tres maxima ex Nonis Maiis ad pridie idus Maias alternis diebus ſpicas adoreas in corbibus meſſuariis ponunt; eaſque ſpicas ipſa Virgines torrent, pinſunt, molunt, atque ita molitum condunt. Ex eo farre Virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Veſtalibus, idibus ſeptembribus, adjecto ſale cocto, & ſale duro.* Hoc ſal ſordidum & coctum alio nomine *exſit* dictum fuiſſe cognoſcimus ex Fabio Pictore. Vide *exſit*.

*Murrata potione.*] Murrata potio idem quod *Murrina*, & murratum vinum unguentis temperata, μύῤῥῃ κεκερασμένη non *myrrha* ut male quidam putant. Neque etiam ex una murrina ut infra Paulus. A μύῤῥα, ὁ μυῤῥίνης οἶνος, ut à φύλλον, φυλλίνης. Græcis dicitur nectar. Ideoque & in ſuplicationibus ad pulvinaria deorum apponebatur.

*Ne mortuo indatur.*] Legis verba, *murratam potionem mortuo ne indito. Dacerius.*

*Murricidum.*] Plauti locus eſt in Epidico: *va tibi muricide homo.* Nam duo illa, *ignave, iners*, ſunt gloſſemata Feſti. Melius autem ſcriberetur unico r, *muricidus*. Quod videtur tanquam joculariter ignavo exprobratum, ut qui hoſtem non potuiſſet, mures cæderet. quaſi μυοκτόνος. *Muricidum* tamen etiam dixerunt veteres, ut Pomponius Atellanarius. Auguſtinus de Civitat. lib. 3. cap. 16. *Deam Murciam, qua prater modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id eſt nimis deſidioſum, & inactuoſum. Joſ. Scaliger.*

*Murricidum.*] Melius ſcriberetur unico r *muricidus*, quod videtur, inquit Scaliger, joculariter ignavo exprobratum, ut qui hoſtes non potuiſſet, mures cæderet; quaſi μυοκτόνος. Sed *murcidum* melius. à μυλλὸς, *mulcus*, *murcus*, murcidus, ignavus, iners, mutilus, quippe qui cauſſa detrectandi Sacramenti ſibi pollices amputavit. μυλλὸς autem Æolice pro μαλλὸς *imbellis*, *ignavus*. Et Dea *Murcia* ignavorum Dea, quæ ignavos faceret, ut *ſtrenua* quæ ſtrenuos, *Ageronia* quæ ad agendum excitaret, *Stimula* quæ ſtimularet, de quibus vide Auguſtin. de civitate Dei lib. 4. cap. 16. *Deam Murciam qua prater modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pompilius, murcidum, id eſt nimis deſidioſum & inactuoſum*, quare *Murcia* Venus dicta, ut & *Verticordia*. Vide *Murcia*. Locus Plauti Epidic. 3. 1.

*Va tibi murcide homo.*

Nam duo illa *ignave*, *iners*, ſunt interpretationes Feſti. Murcidos Iſidorus vocare videtur murcinarios. Sic enim in gloſſis, *murcinarius*, *mutilus* forte legendum *murcidarius*.

*Murrina.*] Vide *murrata potione*. Hanc antiquæ mulieres Romanæ muliebri ὑποκορίσματι *muriolam* indigetarunt.

Mu-

Muſcerdas prima ſyllaba producta ſtercus murum appellant.

Muſſare, murmurare. Ennius. In occulto muſſabant. vulgo vero pro tacere dicitur, ut idem Ennius: Non decet muſſare bonos.

Muſtricola eſt machinula ex regulis, in qua calceus novus ſuitur. Afranius, Muſtricolam in dentes impinguam tibi. Festus.

Muta. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . .iſi vocem. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . .multo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . .intelle. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
cem. .as dici . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ut cui potius con . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Muta exta appellabant, ex quibus nihil divinationis animadvertebant. Paulus.

*Muta exta* dicuntur, quibus ni*hil divinationis aut* reſponſi *elicitur*, *ut contra dicuntur* adjutoria, quæ *certum aliquid eventurum in*dicant, aut ab in*cendio ut caveamus*, *aut* à veneno, taleq*ue certum aliquid manifeſtumque* inſtare periculum *portendunt*, *aut indicant* finium deminution*em*. Festus.

## Notæ.

*Muſterdas.*] Hæc ſunt Pauli. Feſti verba ſic ſchedæ: *Muſcerdas prima ſyllaba producta dicebant antiqui ſtercus murum.* Scribendum *mucerda*; ſic *bucerda*, bovum ſtercus, *opicerda*, ovium. Gloſſæ, *mucerda*, μυόχοδον. Sic enim legendum non μυγόχοδον. quod ait primam ſyllabam produci *u* denſum innuit. Vide notata in *luſtrum.* Sic in *eſſemus* primam ſyllabam produci notat Donat. Sic in *inſanus* Cicero. Sic inclytus prima brevi.

*Muſſare.*] A Græco μύζω, clauſis labris è naribus ſonum mitto quod murmurantium proprium. μύζω autem à μῦ. Quod muti non amplius quam μῦ dicunt. Varro lib. 6. inde muſſare tacite murmurare. Ennius lib. 6. Annal. *Intus in occulto muſſabant* al. *muſſabat*. Lege: *Quintus in occulto muſſabat.* Citatur hoc fragmentum in voce *ſummiſſi* & de Quinto Fab. Max. loquitur Ennius qui ideo muſſabat quod de ſe ab exercitu removendo ſenatus cogitabat.

*Vulgo vero pro tacere.*] Philargyrius 4. Georg. Muſſant, hic, inquit, murmurant, quæ vox ponitur & in tacendi ſignificatione ut apud Ennium in 17.

*Non poſſunt muſſare boni qui facta labore*
*Nixi militia peperere.*

Vide Serv. ad illud 12. Æneid.

*Muſſat rex ipſe Latinus.*

In illo Ennii quem laudat Feſtus nemo eſt qui dubitet legendum:

*Non decet hic muſſare bonos.*

Dacerius.

*Muſtricola.*] Invenio in Gloſſis Latinis, *Muſtricula, machina ad ſtringendos mures.* Et puto verum eſſe. Nam lignum illud ad calceos ſuendos, à ſimilitudine illius machinæ dictum videtur. *Joſ. Scaliger.*

*Muſtricola.*] Gloſſ. Iſidori: *muſtricola, machina ad ſtringendos mures.* A cujus machinæ ſimilitudine, muſtricola etiam dicta eſt forma lignea cui induto corio novus fit calceus. *Dacerius.*

*Muta...*] Interpretationem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Muta.*] Muta exta dicuntur, quibus nihil divinationis, aut reſponſi elicitur. Ut contra Adjutoria, quæ certum aliquid indicant, aut ab incendio, aut à veneno talique re certum inſtare periculum, portendunt, aut finium deminutionem. *Joſ. Scaliger.*

*Muta.*] Ex ruderibus iſtis aliquid excitare difficile. Nihil enim ſchedæ præter lacunas. Sic tamen recte veſtigia ſequi videor. *Muta dicuntur omnia qua nihil habent niſi vocem ſive mugitum abſque intellectu, inde etiam mutas dicimus literas qua ita pronuntiantur ut cui potius conveniant ſono cognoſci non poſſit. Dacerius.*

*Muta exta.*] Ex verbis Feſti cognoſcere poteris; qualia exta non muta dixiſſet; ut ſi ab incendio, veneno, aut alio tali periculo aruſpex cavendum eſſe reſpondiſſet; aut ſi finium deminutionem portendi dixiſſet. Hæc Paulus omiſit uti inania, & jure religionis veræ contemnenda. *Ant. Auguſtinus.*

*Muta exta.*] Ut contra quæ aliquid portendebant, dicebantur *arguta*. Cicer. 2. de divinat. *Sunt enim qui vel argutiſſima hac exta eſſe dicant. Dacerius.*

*Muta.*]

PAULUS. Mutæ dicuntur litteræ; quod poſitæ in ultimis partibus orationis obmuteſcere cogant loquentes. vel quod parvæ, exiguæque ſint vocis; ut cum mutum oratorem, aut tragœdum dicimus.

FESTUS. . . . mutum dicimus: aut quod nullius fiant vocis, cum in eas litteras incidant.

*Mutas literas & ſemi*vocales, *ſolebant antiqui duplicare ſcri*bendo, aut *legendo*, *& ita ait Ennium ſcrip*ſiſſe, in eo *quem de* , , . . . . r *muta* duplicata ſit *primum* . . . . . . . . . . . . . . *manu mitti dicebatur* ſer. ſacrorum *cauſa cum dominus ejus*. . . . . . . . . . . . .

Mutini Titini ſacellum fuit in Veliis, adverſum Murum Muſtellinum in angi *portu* de quo aris ſublatis balnearia ſunt *facta* dom*us* *CN. Domitii* Calvini, cum manſiſſet ab urbe condita *ad pri*ncipatum Auguſti *Cæſaris inviolatum* & ſanƈte cultum *fuiſſet*, ut manifeſtum eſt *ex Pontificum libris*. Nunc ædiculam habet ad *ſ*extum & vicenſimum dextra *via juxta diverti*culum *viæ ubi &* colitur & *mulieres ſacrificant* in e*a togis prætextis* velat*æ*.

PAULUS. Mutini Titini ſacellum fuit Romæ, cui mulieres velatæ togis prætextis ſolebant ſacrificare.

Mutire, loqui. Ennius in Telepho: Palam mutire. plebeio piaculum eſt.

MYOPARO genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & midion, & paron per ſe ſunt.

## NOTÆ.

*Muta.*] Feſti verba ex iis, quæ Paulus conſcripſit, intelligimus, ordinem tamen videtur mutaſſe, namque illa duo verba Feſti, *mutum dicimus*; referenda ſunt ad oratorem, aut tragœdum. Siquis tamen velit nihil mutare; addere poterit ea, quæ Feſtus ſcribit iis, quæ Paulus retulerat. Mihi prior opinio placet. *Ant. Auguſtinus.*

*Muta.*] Infra. Verba Feſti ſunt ultima in epitome. Præcedentia ſupplebis ex ipſa epitome. Nam falſo putant doƈti homines, qua Paulus finit, ea incipere Feſtum. Antecedentia enim, ut dixi, deſiderantur. Quæ ſequuntur, alio ſpeƈtant. *Joſ. Scaliger.*

*Mutum.*] Multa hic deſunt quæ ex Pauli epitome ſic collocanda ſunt: *Muta dicuntur literæ quod poſitæ in ultimis partibus orationis obmuteſcere cogant loquentes, vel quod parvæ exiguaque ſint vocis, ut cum oratorem & tragœdum mutum dicimus, aut quod nullius fiant vocis cum in eas literas incidunt.*

*Mutas literas & ſemivocales....*] Deeſt tantum. *In eo quem de tempore quo muta, &c.* Vide in *ſolitaurilia*. Quæ ſequuntur pertinent ad *manumitti*. Sic: *manumitti dicebatur ſervus ſacrorum cauſſa*. Locum adi. *Dacerius.*

*Mutini.*] Vide an ita ſcribi debeat: *in angiportu*; de quo *aris ſublatis balnearia ſunt poſtea facta domus CN. Calvini. cum manſiſſet ab urbe condita ad principatum Auguſti.* Cetera non aſſequimur. ſed addi poſſunt, quæ Paulus refert de mulierum ſacrificio. Videndus etiam Tertullianus in Apolog. cap. 24. Arnob. lib. 4. contra gentes. Firmian. lib. 1. cap. 20. Aug. lib. 4. cap. 11. de Civit. Dei. *Ant. Auguſtinus.*

*Mutini.*] Ita explemus, *Mutini Titini ſacellum fuit in Veliis adverſum murum Muſtellinum in angiportu: de quo aris ſublatis balnearia ſunt facta Domitii Calvini: cum manſiſſet ab Urbe condita ad principatum Auguſti. Religioſe & ſanƈte cultum fuiſſe, manifeſtum eſt. Nam nunc ad ſextum, & vicenſimum extra urbem, ædiculam habet, ubi & colitur, & mulieres togis prætextis velatæ ei ſacrificant.* Ultima ſupplevimus ex Paulo, ita ut negari non poſſit, quin vera verba reddiderimus. Nam ex. . . . *iculum*, fecimus *ædiculam*. ex. . . . *ine*, *mulieres*. Nam. . . . *ine*, ſunt apices literarum ſyllabæ, quæ eſt penultima in voce, *Mulieres*. Illud autem. . . . *vla*, quis dubitat eſſe reliquias, vocis *Velatæ*? *Joſ. Scaliger.*

*Mutini Titini.*] Mutinum Titinum Priapum vocabant quem nunc ſimpliciter vel Mutinum, vel Tutinum. Nam *Mutinum* vel *mutunum* membrum virile ſignificat ut & *Tutinum* ſive *Tutunum* nempe ex *tuta* pro *puta*, &c. Nempe à μυτῖλος *pudendum*, μυτίλων μυτίλωνος, *muttonus*. Et à ποσθὴ, ποσθων ποσθωνος, *pottunus* & *p* mutato in *t tuttunus*.

*In Veliis.*] Male al. in *velis*. Palatini montis pars verſus Cœlium *Veliæ* dicebatur.

*Murum Muſtellinum.*] Ubi murus iſte fuerit neſcio, forſan juxta collem Latiarem in Quirinali ubi vicus fuit qui *muſtellarius* Varroni dicitur. *Dacerius.*

*Mutire.*] Vide in Conjeƈtaneo tertio. *Mutire*, eſt ne mu quidem audere facere, quod Græci γρύζειν. Gloſſarium: *Muttum*, γρύ. Etiam in idiotiſmo dicimus, *ne muttum quidem audet dicere*. *Joſ. Scaliger.*

*Mutire.*] Idem quod *muſſare*. Lucill.

*Nec laudare hominem neque mu facere umquam.*

*Mu* autem proprie canum eſt unde *mutire* dicuntur, ut gru porcorum, qui *grunnire*. *Dacerius.*

*Myoparo.*] Lege, *nam & Myon, & Paron per ſe ſunt.*

Digitized by Google

Myrmillonica ſcuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant. erant ſiquidem ad hoc ipſum apta.

Myrtea corona Papirius uſus eſt, quod Sardos in campis myrteis ſuperaſſet.

*Mancipatus ita adoptantis* ut patris ſui heres *erat*, *adoptivus enim ejus*, *qui adoptat* tam heres eſt, quam *ſi ex eo natus eſſet. ſui patris quaſi* in poteſtate alie*na non eſſet*, *ita eſt legitimus* & ſuus heres, ut p*atet manifeſte ex eo quod ait Ser.* Sulpicius in ea oratio*ne quam ſcripſit & habuit* pro Aufidia. FESTUS.

*Munus ait Verrius dicitur adminiſtratio* reipublic*æ. item magiſtratus aut præfecturæ*, imperii, *provinciæ cum multitudinis univerſæ* conſenſu, *atque legitimis in unum convenientis* populi comit*iis alicui mandatur per ſuffragia* ut capere eam *poſſit*, *Juſſu populi demandatam*, certove ex *tempore ex fide ſua & certum uſque* ad tempus *adminiſtrare*.

M. . . . lebatarum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Notæ.

*ſunt.* Ab inſulis Paro, Corcyra, dicta navigia, Parones, Cercuri. Quin & Syriaca lingua retinuit *Carcura.* Hoc enim eſt *Cercurus.* niſi mavis κίρκον, καὶ οὐρὰν nomen dediſſe à forma, propter longitudinem videlicet. à forma autem μυῶνς. hoc eſt anguſta, & oblonga: ut *myobarbum*, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. Ut annotamus apud Auſonium. Mures enim & Muſtellæ oblongo corpore. *Joſ. Scaliger.*

*Myoparo.*] Navicula piratarum. Infra legendum, *nam Myon & Paron per ſe ſunt.* Ab inſulis Paro, Corcyra, dicta navigia, *parones*, cercuri, quin & Syriaca lingua retinuit carcura, hoc enim eſt *cercurus.* Niſi mavis Κίρκον καὶ οὐρὰν nomen dediſſe à forma propter longitudinem videlicet. A forma autem μυῶνς, hoc eſt, anguſta & oblonga: ut *myobarbum* anguſtus oblongus Liberi patris cantharus. Ut annotamus apud Auſonium. Mures enim & muſtellæ oblongo corpore. Scal.

*Myrmillonica.*] Potius ſcuta quibus gladiatores, Myrmillones ſcilicet, utebantur. *Dacerius.*

*Myrtea.*] Infra: Eſt fragmentum, quod pertinet ad literam S. de ſuis & neceſſariis heredibus. Cujus hæ extant reliquiæ. . . . *ut patri ſuo heres exiſteret. Et tam heres eſt, quam, ſi idem in poteſtate aliena non fuiſſet, ſuus heres. ut patet ex eo, quod ait Sulpitius in ea oratione, quam dixit pro Aufidia.* Perſpicuum eſt, quod ait, de eo qui in adoptionem datus, à patre adoptivo emancipatus eſt. Tam enim is heres eſt beneficio Prætoris, quam ſi in aliena poteſtate non fuiſſet, ſuus heres futurus erat, jure civili. quamquam non ignoro in bonorum poſſeſſionibus nomen heredis καταχρηστικῶς poni. Prætor enim heredem facere non poteſt. *Joſ. Scaliger.*

*Myrtea.*] Mihi quidem ignoti ſunt campi illi myrtei ubi Sardos ſuperavit Papirius.

*Mancipatus ita adoptantis.*] Ad literam *ſ* hoc fragmentum pertinere judicavit Scaliger, quia ibi de *ſuis* & neceſſariis heredibus agitur. Sed ſic etiam illud non minus ad *m* literam pertinere, cum agat de eo qui à patre mancipatus & poſtea in adoptionem datus, ita adoptantis patris heres ſit, ut patris ſui naturalis ſuus heres erat. Animadverteram antequam in ſchedas incidiſſem. Hic autem aliud intendit Sulpicius quam quod primo aſpectu videri poteſt. Neque enim dicit mancipatum & adoptantis patris, & patris naturalis ſuum heredem eſſe eodem tempore. Si ita diceret, peccaret certe. Nam mancipatus patris adoptivi tantum ſuus heres erat cum eſſet in ejus poteſtate. Equidem jure prætorio vocabatur in tertios heredes, reſciſa ſcilicet emancipatione, hoc colore quod licet deſierit eſſe ſuus heres patris naturalis, non tamen deſiit eſſe filius. At poſtquam placuit Juſtiniano emendare jus illud antiquum, filius quem pater extraneo adoptandum dederat, in patris naturalis poteſtate remanet, ita ut patri adoptivo ſuccedat tantum ab inteſtato. Neceſſe eſt igitur aliud voluiſſe Sulpicium. En tibi: Sui heredes dicuntur qui ſunt in poteſtate patris morientis ut filius, filia, nepos, neptis, ſive naturales, ſive legitimi leg. 1. ff. de ſuis & legitim. hered. §. 2. Mancipatus autem in patris adoptivi familiam tranſibat, adeoque cum eſſet in ejus poteſtate recte ejus ſuus heres erat. Deſinebatque patris ſui naturalis ſuus heres eſſe, quia in ejus poteſtate eſſe deſierat, ſed ſi idem pater naturalis filium datum in adoptionem denuo readoptaverit, tum ille revertitur in poteſtatem patris atque adeo ſuus heres eſt, leg. 12. 41. & ult. ff. de adopt. Itaque in verbis Feſti, *Et ſui patris quaſi in poteſtate, &c.* Subintelligitur ſui patris *adoptantis*, & τὸ *eſſet*, id eſt *fuiſſet*. Quod & amico meo Vincentio Colleſſoni J. C. doctiſſimo in mentem video veniſſe. Porro hic *mancipatus* eſt *datus* in adoptionem, nam emancipationis verbo quod latiſſime manat continetur etiam datio in adoptionem. Qui enim à patre naturali dabatur in adoptionem alteri, adoptaturo eo mancipabatur per æs & libram. leg. ult. cod. de adopt. *Dacerius.*

*M. . . .*] Certum eſt, hic de Munere Feſtum ſcripſiſſe. nempe Munus eſſe adminiſtrationem rei publicæ: & curam imperii quod plebis univerſæ totiuſque populi Comitiis delatum, ac mandatum eſt: ut fere in hanc ſententiam ſcripſiſſe videatur. Mu-

*Mille urbium populus* ſtetit pro regno *dixiſſe ait.* . . . . . . . . . Veranius in libro. *quem inſcripſit Priſcarum vocum*, quod ei ſummæ *videatur originem dediſſe* ac cauſam Græcus Sermo χιλιὰς & χιλιάδες, eo autem *non omnes uti.*

## Notæ.

nus, dicitur adminiſtratio reipublicæ, magiſtratus, præfecturæ, imperii, provinciæ. Cum multitudinis univerſæ conſenſu atque legitimis populi Comitiis mandatur, ut capere eam juſſu populi, certove ex tempore, & certum ad tempus adminiſtrare poſſit. *Joſ. Scaliger.*

*Munus.*] Vide ſupra poſt *Munitio.* *Munera* ſunt *officia.* *Honores* vocat Horatius. Et inde munera dicti ſunt ludi qui populo dabantur ab iis qui munere inſtructi, &c. *Dacerius.*

*M. . . . lebatarum.*] Mille beatarum urbium. . . s ſtetit pro regno. . . . . dixiſſe ait Veranius in libro priſcarum vocum. quod ei ſummæ originem ac cauſſam Græcus ſermo dederit: eo autem non omnes uti. His proximum neſcio quid dixiſſe videtur Feſtus: & rectæ ei ſummæ cauſſam dediſſe Græcorum ſermonem. Gellius libro 1. cap. 16. *Mille*, inquit, *non pro eo ponitur, quod Græce* χίλιοι *dicitur, ſed quod* χιλιάς. *& ſicuti una* χιλιὰς, *& duæ* χιλιάδες, *unum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur.* Puto autem teſtimonium illud, quod producit Veranius, eſſe ex ſcriptis Catonis. *Joſ. Scaliger.*

*M. . . . . . lebatarum. . . .*] Hæc viris doctis negotium faceſſunt. Ego à ſequentibus puto disjungenda & componenda cum iſtis *menſa in ædibus* nam in ſchedis ita ſcriptum — *cujuſmodi eſt parentatio non ſacrificium.* . . . . . . . . *magno cr.* . . . *tenebat aram.* . . . . . . . . . . . poſtea ſequebatur *mille urbium populus ſtetit*, ut f[illegible]. Non dubium eſt igitur quin illud *lebatarum* ſit pro illo *tenebat aram.* Et in iis Feſtus nobis ritum aliquem explicabat quem divinare nequeo. Putabat doctiſſ. Fulv. Urſinus huc pertinere quod ait Varro lib. 5. rerum divinarum apud Macrob. lib. 3. cap. 2. aras primum anſas dictas quod eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. Virgil.

*Talibus orabat dictis araſque tenebat.*

*Mille urbium populus ſtetit.*] Lege: *Mille urbium populis ſtetit pro regno.* Aiebat quiſquis ille ſit unde hoc Verrius deſumpſit, pro regno obtinendo populos mille urbium perdidiſſe &c. Hoc autem *mille urbium*, Verrius adduxit ut probaret τὸ mille à veteribus uſurpatum eo conſenſu quo Græci dicunt χιλιὰς *mille urbium*, non *mille urbes*, ſic Gellius lib. 1. c. 16. *Mille non pro eo ponitur quod Græce* χίλιοι *dicitur, ſed quod* χιλιὰς, *& ſicuti una* χιλιὰς, *& duæ* χιλιάδες, *unum mille, & duo millia certa atque directa ratione dicitur.* *Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER DUODECIMUS.*

### N.

NACCÆ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non ſint, id eſt nullius pretii. Idem ſentit & Cincius. quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana nacæ dicantur à Græcis. FESTUS.

Naccæ appellentur fullones, quod nauci non ſint, id eſt nullius pretii. omnia fere opera ex lana nacæ dicuntur à Græcis. PAULUS.

Nænia eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem ſignificari putant. Quidam volunt næniam ideo dici, quod voci ſimilior querimonia flentium, ſit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi inteſtini vocabulo; Græci enim νέτην extremum dicunt. Sive quod chordarum ultima νέτη dicitur; extremam cantionis vocem næniam apppellarunt.

### NOTÆ.

*Nacca.*] Scribe, *Nacæ, dicantur à Græcis.* νάκη. Apuleius lib. 9. *Nam & opportune maritus foris apud Naccam proximum cœnitabat.*

*Nænia.*] Scribe: *Græci enim νῆστιν extremum inteſtinum dicunt.* At quis ignorat, à jejunitate dictum? Deinde ſcribe. *chordarum ultima νήτη* dicitur. Gloſſarius: *Nænia, ἀτονία.* ignavia ſcilicet. Nam & Nænia pro ineptiis. *Joſ. Scaliger.*

*Nænia carmen.*] Multum abeſt quin Feſtus ad verum neniæ etymon acceſſerit. Neniæ Hebraicum & Syriacum vocabulum, non Phrygium quod putant Grammatici. Et planctum ſonat, *nini* enim eſt *plange* apud Prophetam: unde & Phryges & poſt illos, Græci veteres νηνίατον vocarunt. Ab illis autem nationibus Syriæ morem illum præficarum deductum eſſe nemo ignorat, niſi qui in veterum hiſtoriis infrequens eſt. Imo Hebræi miri θρηνῳδοὶ fuerunt. Quod crebro in Prophetarum libris occurrit. Vide quæ utiliter olim ſuper his notavimus in conjectaneis noſtris. Scal. Alii ab Hebræo *nin* puer neniam deducunt, ut ſit proprie nenia, quidvis puerile, aut ad pueros ſpectans, ut cantilena quæ pueris à nutricibus canitur ut ſomno occupentur. Arnob. lib. 7. *Somni enim quiete ſolvuntur, occuparique ut hoc poſſint, lenes audiendæ ſunt neniæ?* Inde quod in funere infantium canebatur *nenia* dictum, &c. Sed veriſimilius eſt neniam prius de cantu funebri dictam fuiſſe & deinde ad alia tralatam & ita dici cœptas res frivolas & nugas, præſertim cum *nugæ* & *mortuaria*, ſic proprie dicebantur quæ canebantur in mortuorum laudem, Plaut. Aſinaria. *Hæc ſunt non nugæ, non enim mortualia.* Quod etiam



origo

Digitized by Google

FESTUS. Nænia eſt *carmen quod in funere laudandi* gratia can*tatur ad tibiam. Quod vocabulum Afra*nius in m*aterteris poſuit : Næniam autem inter exſe*quia cant*itabant. Sunt qui eo verbo finem ſi*gnificari credi*derunt. Plautus in* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . abi ergo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . idem huic homi*ni amanti mea hera* dixit domi, & ap*ud nos de bonis. Næ*niam eſto quoſda *dicunt velle ideo dici.*

*Næniam* quod ei voci ſim*ilior querimonia flentium* ſit. quidam aiunt neniæ *ductum nomen ab extre*mi inteſtini vo*cabulo, ad quod probandum teſtimo*nio utitur : Plautus; *Bacchidibus. Si tibi eſt Ma*chæodem ad *nobis vervinæ eſt domi qua quidem ego* te red*dam ubi me irritaveris Confoſſio*rem ſorricin*a Nænia. ſive quod extremam flen*do effe*rimus eam vocem, quærendoque, nam* Græci *νέατης* extre*mum* dicunt. *Sive quod*

## NOTÆ.

origo declarat, nam *nuga* Hebraicum & Syriacum vocabulum, id ſonat mœrorem, (ſicut nenia planctum,) de aliis quibuſvis tetris rebus & frivolis dicta ſint. *Dacerius.*

*Nænia.*] Magna pars verborum Feſti intelligitur ex Pauli epitome. Cetera ſunt exempla, quibus oſtendebatur verum eſſe, quod dicebat. Plauti eſt fortaſſe in Truculento: hera apud nos dixit Næniam de bonis. *Ant. Auguſtinus.*

*Græci enim νίτην.*] Lege cum Scaligero, *Græci enim νῆστιν extremum inteſtinum dicunt.* At quis ignorat à jejunitate ſic dictum, à *νηστεύω* ſcilicet *jejuno*, unde & Latinis *jejunum* dicitur. Scribe infra, *quod chordarum ultima νήτη dicitur.* Vel etiam *νεάτῃ*, ut eſt apud Platonem. *Dacerius.*

*Nænia eſt . . . .*] *Nænia eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. quod vocabulum Afranius in Materteris poſuit: næniam inter exequias cantitabant. Sunt qui eo verbo finem ſignificari crediderunt. Plautus . . . . . . . . . . . . . . abi ergo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Idem: huic homini amanti mea hera dixit domi & apud nos næniam de bonis meſto. Quibuſdam dictam placet, quod ei voci ſimilior querimonia flentium ſit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi inteſtini vocabulo. quo vocabulo utitur Plautus in Bacchidibus. Si tibi eſt machæra, at nobis vervina eſt domi. Qua quidem ego te reddam, ubi me irritaveris, Confoſſiorem ſoricina nænia. Sive quod eam vocem flendo efferimus. Sive, quod chordarum ultimas Græci νήτας dicunt, extremam cantionis vocem ab eo næniam appellarunt.* In his videmus Verrio ſeu Feſto placuiſſe ex quorundam ſententia næniam ſignificare finem. ideo in Truculento Plautina næniam dixit, idem eſſe, quaſi ſupremam dixit: vale dixit. in ſuperiore enim teſtimonio mutilo, illa verba ABI ERGO facile declarant, næniam dicere, idem eſſe, ac abire jubere. Manifeſtum autem verba Plautina ex Truculento producta eſſe. quæ tamen hodie ſequius habent ita: *huic homini amanti mea hera apud nos næniam dixit de bonis.* Nam gloſſemata ſunt illa DOMI, & MESTO ad explicandam ſententiam. Nemo tamen negaverit plane ita olim Feſtum ſcriptum reliquiſſe: ſicuti & illa ex Bacchidibus, quæ proxime ſequuntur. quæ & ipſa alter in noſtris exemplaribus concepta ſunt illo verſu: *Qua quidem ego te faciam, ſi me irritaveris.* ubi notandum in Epitome ex officina mutilatoris illa verba deprompta eſſe: *Græci enim νίτην extremum dicunt.* Non enim aſſecutus eſt Feſti interpretationem, qui cenſet næniam eſſe minutiſſimum inteſtinum, quod aliter hillam dicunt. ab eo Plautum dixiſſe *confoſſiorem ſoricina nænia.* hoc eſt tam confectum vulneribus, ut ex eo nihil relinqueretur, quod hilla ſoricina non minutius eſſet. Sed profecto in eo longe errare Feſtum alibi docebimus. Quod infra legitur: *Sive quod eam vocem flendo efferimus*, idem prope eſt cum illo, quod ſuperius dixerat: *quod ei voci ſimilior flentium querimonia ſit.* vult enim næniam *ὀνοματοποιῆσθαι.* quod ſcilicet flentes videntur eam vocem efferre. & ſane olim adoleſcentes docuimus eam vocem ab Hebræa lingua manaſſe ſine ullo prorſus dubio. in qua *Nini* eſt *Plange plange.* נהי נהי apud Prophetam: unde & Phryges, & poſt illos Græci veteres *νηνίατον* vocarunt. Ab illis autem nationibus Syriæ morem illum præficarum deductum eſſe nemo ignorat, niſi qui in veterum hiſtoriis infrequens eſt. Imo Hebræi miri *θρηνῳδοὶ* fuerunt. quod crebro in Prophetarum libris occurrit. vide quæ utiliter olim ſuper his notavimus in Conjectaneis noſtris. Porro perperam *νεάτους* pro *νήτους* tam in Epitome quam in ipſius Feſti reliquiis excuſum fuit. *Joſ. Scaliger.*

*Finem ſignificari.*] Neſcio an hic Plauti verba laudarit Feſtus ex Pſeudol. v. 1.

— — — *id fuit nænia ludo.*

Ibi enim nenia *finis.* Inde autem tracta eſt hæc loquendi ratio quod iis qui vitam finierant nenia cantabatur, &c. Hæc verba *abi ergo* quo pertineant neſcio. Imo ejuſdem Plauti ſunt, ſed leviter corrupta. Lego *ubi ego circumvertor, cado, id fuit nænia ludo.* Et ita Feſtum legiſſe nemo dubitabit, quem nunc ita facile ſupplebis. *Plautus in Pſeudolo, ubi ego circumvertor, cado, id fuit nænia ludo. Idem, &c.*

Digitized by Google

*chordarum.* ultima *nεατη dicitur, appellarunt extremam cantionis vocem Næniam.* PAULUS.
Næniæ deæ ſacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum.
*Næniæ Deæ* ſacellum ultra portam *Viminalem. Nunc tantum habet ædiculam.* FESTUS.
Nævia ſilva dicta juxta urbem, quod Nævii cujuſdam fuerit. PAULUS.
*Næviam ſilvam* vocitatam extra *urbem ad milliare quartum*, quod Nævii *cujuſdam ubi domus fuerit, à quo* nemora Nævia *appellata etiam fuiſſe, Verrius* ait, quam obprobrii loco *objici ab antiquis ſolere*, quod in ea morari *adſueſſent perditi ac nequam homines*, teſtis eſt M. *Cato in ea, quam Scripſit in M.* Cœlium ſi ſe appella*viſſet, orſus iterum* à porta Nævia atque *exinde in nemora Nævia à domo procul Nævia. inde dicunt* proverb*ium natum eſſe à domo Nævia quod* refertur à Ve*rrio*. FESTUS.
Nancitor in duodecim, nactus erit, prædatus erit. Item in fœdere Latino PECUNIAM QUIS NANCITOR, HABETO. ET. SIQUID PIGNORIS NANCISCITOR, SIBI HABETO.

## NOTÆ.

*&c.* Hodie in impreſſis Plauti libb. abeſt vox *ego.*
*Huic homini amanti.*] Ex Plauti Truculento.

> *Huic homini amanti mea hera apud nos dixit næniam de bonis.*

Iſta enim *domi* & *meſto*, à Feſto poſita ſupra hæc verba *apud nos*, & *huic homini* ad ſententiam explicandam. Ut optime animadvertit Scaliger. Ibi autem *neniam dixit* idem eſt quod *ſupremam dixit*, vale dixit, abire juſſit, eadem ratione qua ſupra diximus. Non vero ut Lambinus interpretatur, *cantavit carmen leve, atque inane, &c.* quod ridiculum eſt.

*Plaut. in Bacchidibus.*] 4. 8. Sed aliter in noſtris exemplaribus.

> *Si tibi eſt machæra at nobis vervina eſt domi,*
> *Qua quidem ego te faciam, ſi me irritaveris*
> *Confoſſiorem ſoricina nænia.*

Hic autem cenſet Feſtus Neniam eſſe minutiſſimum inteſtinum, quod aliter *hillam* dicunt. Et inde Plautum dixiſſe confoſſiorem *ſoricina nenia* hoc eſt tam confectum vulneribus ut ex eo nihil relinqueretur quod hilla ſoricina non eſſet minutius. Sed longe hic errare Feſtum dicit Scaliger, neque tamen ipſe ſuam nobis ſententiam aperit. Mihi vero non Feſtus tantum, ſed ii omnes, quos hic aliquid tentaſſe video, longe à ſcopo videntur aberraſſe, quorum alii ex Arnobio neniam *inteſtinum* etiam interpretentur. Alii *ſoricinam neniam* vocem eſſe dicunt quam emittit ſorex, quæ ſæpe ad illam vocem deprehenditur & confoditur. Quod cui umquam probari poſſit? Sed ne aliis arguendis immoremur diutius, tandem videamus an nobis aliquid, ſi non verius, veriſimilius ſaltem repertum ſit. Rem tribus verbis confectam dabo. Per *ſoricinam neniam* machinulam intelligo capiendis ſoricibus denticulatim aculeis confixam, quæ inde nenia dicta eſt, quod ibi Neniam, funebrem cantum ſorices captæ canunt. Quare eleganter & venuſte dixit Plautus *confoſſiorem ſoricina nenia.*

*Nenia Dea.*] Nenia dea funerum ubi nenia canebatur. Auguſtin. de Civit. Dei lib. 5. cap. 9. *Et Deos ad ipſum hominem pertinentes clauſit ad Neniam Deam quæ in funeribus ſenum cantatur.* Arnob. lib. 1. *In tutela ſunt Orbonæ Orbati liberis parentes: In Neniæ quibus extrema ſunt tempora.* Sic Tibicen qui Neniam canebat dictus etiam Nenia. *Dacerius.*

*Nævia ſilva.*] Varro lib. 4. de Lingua Lat. Sequitur porta Nævia, quod in nemoribus Næviis. Nævius enim loca, ubi ea ſic dicta, coluit. Ex his, Feſti verba intelliges. referebatur M. Catonis locus, ex Oratione in Cœlium ſi ſe appellaverit. Proverbium autem, quod Verrius referebat, ignoro. *Ant. Auguſtinus.*

*Nævia.*] Infra Omnino ſuccenturiandum ita: *Næviam ſilvam vocitatam extra urbem ad. . . . . . milliarium: quod Nævii cujuſdam ibi domus fuerit: à quo nemora Nævia appellata fuiſſe ait. quam obprobrii loco objici ſolere, quod in ea morari adſueſſent perditi homines, teſtis eſt M. Cato in ea in Cælium ſi ſe appellaſſet. à qua ſilva porta Nævia. atque ea. . . . .* Quæ ſequebantur tantum indicabant Silvam Næviam, quæ opprobrii loco objiciebatur, veniſſe in proverbium, idque proverbium etiam ab ipſo Verrio referri. *Joſ. Scaliger.*

*Næviam ſylvam vocitatam extra.*] Næviæ portæ & Næviæ ſylvæ meminit Varro lib. 4. de L. L. *Sequitur porta Nævia quod in nemoribus Næviis. Nævius enim loca, ubi ea ſic dicta, coluit.* Livius etiam lib. 2. Hæc porta Plinio *Lavicana.* Hodie *porta major*, ab ædificii magnificentia, propter ductum aquæ Claudiæ, cujus ibi veſtigia cernuntur. Eandem etiam à vetuſtioribus *roduſculanam* dictam volunt quod falſum eſt. vide *Roduſculana.* Illa *orſus iterum* uſque ad *unde*, verba ſunt Catonis, ex oratione quam habuit in Cœlium ſi ſe appellaſſet. Eam iterum laudat Feſtus in voce *ſpatiatorem. Dacerius.*

*Nancitor.*] PEQUNIAM. QUIS. NANCITOR. HABETO. ET. SI. QUID. PIGNORIS. NANCITOR.

**Paulus.** Nanum Græci vas aquarium dicunt humile, & concavum quod vulgo vocant ſitulum barbatum; unde nani pumiliones appellantur.

**Festus.** . . . .tionem ejus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Nanum Græci vas aquarium dicunt* humilem & *concavum quod vulgo vocant*, *Situlum* barbatum, *unde Nani*, *pumiliones appellantur.*

Napuras nectito cum dixit Pontifex, funiculi ex ſtramentis fiunt.

Napuræ funiculi.

**Paulus.** Nare à nave dictum. quod aqua feratur natans, ut navis. Natare eſt ſæpius nare, ut dictitare, factitare.

**Festus.** Nare à nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans ut navis. Ennius libro ſeptimo: Alter nare cupit, alter pugnare paratuſt. Plautus in Aulularia: Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis. Natare igitur eſt ſæpius nare, ut dictitare, factitare.

Nares appellari putant, quod per ea naſi foramina odoris cujuſque nari ſiamus.

Narita eſt genus piſcis minuti. Plautus: Muriaticam autem video in vaſis ſtagneis naritam bonam, & canutam, taguma quinas fartas conchas piſcinarias.

## Notæ.

TOR. SIBEI. HABETO. Nancitor, pro nancitur. & nancitur, pro nanciſcitur. ut, apiſcitur. QUIS pro QUI; ἀρχαϊκῶς. Erat caput in fœdere Latino, ut intra decem dies poſt conteſtatam litem creditori ſatisfieret. Hic vero vult ipſum pignus ſibi habere, ſi poſt illud tempus ipſi ſatisfactum non ſit. Vel potius intelligit, quod ante bellum contraxerit Latinus cum Romano, ſive mutuum ſit, ſive pignus, uti id valeat. *Joſ. Scaliger.*

*Nancitor.*] Id eſt *nancitur*, quod pro *nanciſcitur* ut *apiſcitur* pro *adipiſcitur*. *Pecuniam quis nancitor*, *quis* pro *qui* antique. Et erat caput in fœdere Latino ut intra decem dies poſt conteſtatam litem creditori ſatisfieret. Hic vero vult ipſum pignus ſibi habere ſi poſt illud tempus ipſi ſatisfactum non ſit. Vel potius intelligit quod ante bellum contraxerit Latinus cum Romano, ſive mutuum ſive pignus ſit, uti valeat. Scal. *Dacerius.*

*Nanum.*] De hoc quid judicii noſtri ſit, vide in Conjectaneis. In Gloſſario: *Bardatus*, νάννος, τὸ σκεῦος. Scribe *barbatus*. Pumilio Græcum quoque eſt, πυγμαλίων. Idem enim ac πυγμαῖος, ut à ſimo, σιμαλίων. & ſimilia. Porro ſupereſt tantum de verbis Feſti: ad imitationem ejuſmodi hominum, aqualem humilem & concavum, quem vulgo ſitulum barbatum vocant, dictum fuiſſe. Reliqua ſupplebis ex Gellio, libro 19. cap. 13. Quaſi quod hic in Feſto deſideratur, ita explendum ſit. *Nani, humili & brevi ſtatura homines. unde ad imitationem*, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Nanum.*] A Græco νάνος. Meminit Varro lib. 6. de L. L. *Vas aquarium vocant futum quo in triclinio allatam aquam infundebant, quo poſtea acceſſit nanus cum Græco nomine, & cum Latino nomine Græca figura barbatus.* Ab eo pumiliones *nani* dicti ut ait Paulus. Sed contra eſt, nam à nanis id eſt, pumilionibus, vas aquarium nani nomen accepit. Id indicat infra Feſtus. Pumilio Græcum quoque eſt, πυγμαλίων, idem enim ac πυγμαῖος. Ut à ſimo σιμαλίων & ſimilia.

. . . . . *tionem.*] Deeſt ſpatium ad integra Feſti verba capienda quæ etiam in ſchedis confuſa. Lege: *Nani pumiliones appellantur. Ad imitationem ejuſmodi hominum, Nanum Græci vas aquarium dicunt humile & concavum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum.* Vide Gell. lib. 19. cap. 13. Gloſſ. barbatus, νάννος, τὸ σκεῦος. *Dacerius.*

*Napuras.*] Vide Nectere. *Ant. Auguſtinus.*

*Napuras nectito.*] Verba ſunt ex commentario ſacrorum: *Pontifex minor ex ſtramentis napuras nectito*, hoc eſt, *funiculos facito quibus ſues adnectantur.*

*Nare.*] Non à nave ut putat Feſtus, ſed à νέω, νῶ, vel à νάω, *fluo*. A ſupino *natum*, natare ut à *dico*, *dictum*, *dictare*. Infra verſus Plauti ſic legendus:

*Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis.*

Etſi aliter hunc verſum alibi legit Feſtus in voce *Scirpus*.

*Nares.*] Idem Donat. in Adelph. *Nares à naritate dicta ſunt quod nos odoratu doceant præſto & prope eſſe quod adhuc oculi non vident.* Sed fruſtra, nares enim à Græco ῥῖνες per tranſpoſitionem. *Dacerius.*

*Narica.*] Scribe, narita. νηρίτης. Verſus autem Plauti, ita legendi:

*Muriatica autem video in vaſis ſtagneis:*
*Bonam naritam, & camarum, & tagenia:*
*Equinos fartos, conchas piſcinarias.*

*Equinos* ſcriptum ἀρχαϊκῶς, pro *Echinos*. Stagneum vas intelligit, ni fallor, incruſtatum. Nam ſtagnare erat ἀποστιλβοῦν τὰ ἄγγη. Vulgo in Idiotiſmo dici-

Narita genus piſcis minuti.

Naſſa eſt piſcatorii vaſis genus, quo cum intravit piſcis exire non poteſt. Plautus: nunquam hercule ex iſta naſſa hodie ego eſcam petam. PAULUS. FESTUS.

Naſſiterna eſt genus vaſis aquarii anſati, & patentis, quale eſt quo equi perfundi ſolent. Plautus in Bacchidibus: Ecquis evocat cum naſſiterna, & cum aqua iſtum impuriſſimum? & in Nervolaria: Ecquis effert naſſiternam cum aqua ſine ſuffragio? & Cato in ea oratione quam compoſuit in Q. Sulpicium. Quotiens vidi trullos, naſſiternas, pertuſos aqualis, matellas ſine anſis.

Naſſiterna genus vaſis aquarii anſati, & patentis.

Natinatio dicebatur negotiatio; & natinatores ex eo ſeditioſi. PAULUS.

## NOTÆ.

cimus *invitriare*. Eo nomine cruſtariæ tabernæ Romæ inſtitutæ. Heſych. Νίβαςαι, πεπέλμωνται τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν σκελῶν. lego: πεπελώμωνται τῶν ἱερῶν κοινῶν σκευῶν. Stagnare, ἐξεπιπελοῦν, χαλκῶσαι, γυαθοῦν, στομοῦν. Sic enim malumus quam ſtagnea vaſa interpretari κασσιτερινὰ, quanquam non diſplicet. Quam alieno à Plauti mente ſenſu Turnebus hos verſus reſtituere conatus ſit, facile qui hominis emendationem cum hac noſtra contulerit, deprehendere poterit. *Joſ. Scaliger.*

*Narita.*] Oſtrei genus. μηρῖται Græcis. Plauti verſus ſic legendi:

> *Muriatica autem video in vaſis ſtagneis,*
> *Bonam Naritam, & Camarum & tagenia,*
> *Equinos fartos, conchas piſcinarias.*

Per muriatica, ſalſamenta intellige quæ in muria ſervabantur. *Camarum* ſcriptum unico *m*, veteri conſuetudine pro *Cammarum*, & apud Heſych. Κάμμαροι. *Tagenia* ſunt piſces, Ταγηνισαὶ qui & ipſi in muria. vide Athenæum. *Equinos* antique pro *echinos*. Echinos fartos vocat, qui farciebantur, id eſt, ſaginabantur in vivariis, ſicut *conchas piſcinarias*, quæ in piſcinis. (ſic fartores apud Terent. qui aves altiles farciunt, ſaginant) atque adeo Muriaticorum nomine Plautus piſces omnes qui ab eo enumerati ſunt comprehendit. Et ne dubites de hac correctione audi Plin. lib. 1. cap. 8. *Sic halex pervenit ad Oſtreas, Echinos, Urticas, Cammaros, Mullorum jecinora, innumeriſque generibus ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere.* Satin aperte eoſdem piſces inter muriatica, id enim eſt *halex*, τὸ τάριχος, recenſuit, quos Plautus? Quare tam boni verſus in ſitu & ſqualore relinquendi non erant. Scalig. in conjectan. ad Varron.

*In vaſis ſtagneis.*] Vaſa intelligit, ni fallor incruſtata, nam ſtagnare erat ἐξεπιπελοῦν τὰ ἄγγη. Vulgo in idiotiſmo dicimus *invitriare*. Eo nomine cruſtariæ tabernæ Romæ inſtitutæ. Sic enim malumus quam ſtagnea vaſa interpretari κασσιτερινὰ, quanquam non diſplicet. Scal. *Dacerius.*

*Naſſa.*] Plaut. in Milite: *Numquam Hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam. Ant. Auguſtinus.*

*Naſſa.*] Gloſſ. Náſſa, κύρτος ἁλιευτικός. Verſus Plauti:

> *Nunquam hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam.*

*Dacerius.*

*Naſſiterna.*] Vid Fulgen. Placiad. de antiquis vocibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Naſſiterna.*] Scribo, *Naſiterna.* quod tres naſos, hoc eſt anſas haberet. ita Vatinianis calicibus aſſignat naſos Martialis. & Juvenalis:

> *Tu Beneventani ſutoris nomen habentem*
> *Siccabis calicem naſorum quatuor.*

Equos poſt confecta ſpatia ſolere perfuſione aquæ recreari in Circenſibus intellige, cum ait: quale eſt, quo equi perfundi ſolent. Ulpianus lib. 4. de his qui notantur infamia: *Neque thumelici, neque xuſtici, neque agitatores, neque qui aquam equis ſpargunt.* Verſum autem Plauti iiſdem fere verbis ex eadem fabula producit Fulgentius Placiades. Catonis verba emendamus: *Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis. Joſ. Scaliger.*

*Naſſiterna.*] Scribo, *Naſiterna.* Quod tres naſos, hoc eſt, anſas haberet: naſi enim vaſis tribuuntur. Juvenal. Sat. 5.

> *Siccabis calicem naſorum quatuor.*

Scal.

*Quale eſt quo equi perfundi.*] Equi poſt confecta ſpatia perfuſione aquæ recreari ſolebant in Circenſibus. Ulpian. lib. 4. de his qui notantur infamia. neque xuſtici, neque agitatores, neque qui aquam equis ſpargunt. *idem.* Infra verſus Plauti quem ex Nervolaria laudat Feſtus, is hodie legitur in Sticho 2. 2.

> DI. *Ecquis huc affert naſiternam cum aqua?*
> GE. *Sine ſuffragio*
> *Populi tamen ædilitatem hic quidem gerit.*

Verba Catonis ſic legit Scalig. *Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis. Dacerius.*

*Natinatio.*] Feſtus refert verba Catonis ex Originibus, ut arbitror, qui ſcripſerat: *audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, & ceteros natinari, id eſt, tumultuari. Ant. Auguſtinus.*

NA-

FESTUS. *Natinatio, dicebatur negotiatio*, & Natinatores *ex eo, ſeditioſi, negotia gerentes* M. Cato in. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *tum*ultu Macedoniæ, Etruriam Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe.

PAULUS. Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. In pecoribus quoque bonus proventus feturæ, bona natio dicitur.

FESTUS. *Nationem, item apud antiquos* natum. Cincius, *genus hominum, qui non aliunde vene*runt, ſed ibi *nati ſunt, ſignificare ait, qui & n*ationem ait *non tantum univerſim de om*nibus, ſed e*tiam de ſingularibus quoque hominib*us ſejunctim *dici ſolere, Sinnius autem Capi*to omnia *fere genera hominum per nationes dividi ut Cures* Sabinos, *Hernicos, Æquos, item Volſcos. In pecori*bus quoque bonus *proventus feturæ, bona natio dicitur.*

PAULUS. Navali corona ſolet donari, qui primus in hoſtium navem armatus tranſilierit.

FESTUS. *Navali corona donatur, qui pri*mus in hoſtium *navem armatus tranſilierit cujuſve* opera ma*nuve navis hoſtium capta fuerit. adeptus* eſt eam M. *Terentius Varro bello piratico, donante* CN. Pomp*eio magno, item alii inter quos A. A*tilius bel*lo quod geſtum, contra Nabin, ut ſcript*um eſt in car*mine Saturnio, quod quidem duces ipſi* conſueti *ſunt in tabellis publice ponere, in quo no*minabantur *qui navali corona donati erant.*

## NOTÆ.

*Natinatio.*] *Natinatio, negotiatio: & natinatores, negotia gerentes. M. Cato in. . . . Audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe.* Iſidorus: *Natinare, negotiari.* Eſt autem non tam priſcum verbum: quam priſca verbi forma. natare, natinare, ut, iter itiner: jecur jecinur: prodeunt prodinunt, & ſimilia. Eſt ergo natinare more natantium ſemper in negotiis fluctuare. *Joſ. Scaliger.*

*Natinatio.*] Iſidorus, *natinare, negotiari.* Eſt autem non tam priſcum verbum quam priſca verbi forma. *natare, natinare:* ut *iter, itiner: jecur, jecinur: prodeunt, prodinunt:* & ſimilia. Eſt ergo natinare, more natantium ſemper in negotiis fluctuare. Scal. Iſidor. *nagare, vacillare, huc & illuc fluctuare.* Lege: *natare. Dacerius.*

*Natio.*] Præter ea quæ Paulus ſcribit, ex verbis Feſti tantum elicitur Cincium eſſe hujus ſententiæ auctorem. *Ant. Auguſtinus.*

*Natio.*] *Nationem, & natum Cincius genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt, dici auctor eſt. Sed & nationem ait non tantum univerſim de omnibus, ſet & de ſingularibus hominibus ſejunctim dici.* Hæc Feſtus. Sequebatur deinde teſtimonium veteris ſcriptoris, quod aſſequi non potuimus. Poſt Sabinos ſequitur: *bona natio in pecoribus quoque bonus proventus dicitur.* Hoc igitur vult Feſtus, Nationem & natum de hominibus dici. nationem quidem de univerſis: ut, Natio Græcorum. natum de ſingulis: ut, homo maximo natu. Sed & nationem de ſingulis. ad cujus rei fidem adducebat exemplum auctoris veteris. Præterea neque nationem tantum de hominibus, ſed & de pecoribus dici. quod non ſine Græcorum imitatione dictum eſt. ut Homerus ὀδυσ. ξ'. βῆ δ' ἴμεν εἰς συφεοὺς, ὅθι ἔθνεα ἔρχατο χοίρων. Nos SET ſcripſimus ἀρχαϊκῶς, quia ita eſt in illis reliquiis, ſcte, pro SET ET. *Joſ. Scaliger.*

*Nationem.*] Ait Cincius *nationem* & *natum* dici de hominibus univerſis ut *natio Græcorum.* & de ſingularibus etiam ut apud Ciceron. *natio Candidatorum: natio* optimatum. Præterea non tantum de hominibus, ſed etiam de *pecoribus: natio equorum, natio ſuum.* Non ſine Græcorum imitatione qui ἔθνεα etiam de pecoribus dicunt Homer. ἔθνεα χοίρων. Gloſſæ: navitio, γονά. Leg. *natio. Dacerius.*

*Navali corona.*] Plin. lib. 16. cap. 4. *Cedunt & roſtratæ civicis, quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa tribuente Cæſare è Siculis, quæ & ipſa piratica, & poſtea dedit hanc Auguſtus coronam Agrippæ, ſed civicam à genere humano accepit ipſe.* Idem lib. 7. cap. 30. *M. Varroni Magnus Pompeius piratico ex bello navalem dedit.* Ex his intelliges Feſti verba, paucis exceptis, quæ plane ignoro. Adde Gell. lib. 5. cap. 5. *Ant. Auguſtinus.*

*Navali.*] Prima Feſti verba incipiunt: *qui primus in hoſtium.* Deſiderantur ergo præcedentia quæ ex epitome ita ſupplebimus: *Navali corona ſolet donari, qui primus in hoſtium navem armatus tranſilierit: cujuſve opera, manuve navis hoſtium capta fuerit. Itaque adeptus eſt eam M. Varro donante Cn. Pomp. Magno, bello piratico. Item A. Attilius, bello contra Nabim.* Quæ ſequuntur alio pertinent. M. Varroni coronam navalem datam, auctor Plinius. Et Varro ipſe

Digitized by Google

*Nunquam ponitur* pro nulla *tenus*, *pro non ita*: *& non etiam ſignificat* ut nec. . . .

Navalis porta à vicinia navalium dicta. PAULUS.

*Navalis porta item navalis* regio vide*tur utraque ab navalium Vicinia*, *ita* appella*ta fuiſſe*. FESTUS.

Navalis ſcriba, qui in nave apparebat, inter aliud genus ſcribarum minimæ dignitatis habebatur. quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum. Plautus, non ego te novi navalis ſcriba columbari impudens: ſive quod columbaria in nave appellantur in quibus remigent, ſive quod columbariorum quæſtus temerarius incertuſque.

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius quod in oleæ nucis, quid intus ſit. Ælius Stilo omnium rerum putamen. Gloſſematorum autem ſcriptores fabæ grani quod hæreat in fabulo. Quidam ex Græco, ναὶ ϗ οὐχὶ, levem hominem ſignificari. Quidam nucis juglandis, quam Verrius juglandam vocat, medium velum diſſipimentum. Plautus in Paraſito pigro: Ambo magna laude lauti, poſtremo ambo ſumus non nauci. Item in Moſtellaria: id eſſe dicam nauci. neſcio; & in Truculento: Amas hominem non nauci. & Nævius in Tunicularia. ejus noctem nauco ducere: ſed Ennius. Illic eſt nugator nihili, non nauci homo.

## NOTÆ.

ipſe in 11. de re ruſtic. ſcribit bello piratico inter Delum, & Ciliciam Græciæ claſſibus ſe præfuiſſe. A. Attilius prætor cum claſſe miſſus eſt in Græciam ad tuendos ſocios. Livius libro 35. Quæ ſequuntur, ut dixi, manifeſto ad alia pertinent. Et Carmen, puto Saliare, in teſtimonium producebatur. *Joſ. Scaliger.*

*Navali corona.*] Corona navalis tota ex auro, roſtris navium inſignita. Ea donatum M. Varronem teſtatur Plin. & ipſe Varro lib. 2. de r. r. Scribit bello piratico inter Delum & Ciliciam Græciæ claſſibus ſe præfuiſſe. A. Attilius prætor cum claſſe miſſus eſt in Græciam ad tuendos ſocios, Liv. lib. 35. de Saturnio carmine quod in tabulis duces publice ponere ſolebant, Attilius Fortunatianus de Saturnio metro: *Apud noſtros autem*, inquit, *in tabulis antiquis quas triumphaturi duces in Capitolio figebant*, *victoriaque ſua titulum Saturniis verſibus proſequebantur*, *talia reperi exempla*, *ex Regilli tabula*: *Duello magno dirimendo*, *regibus ſubigendis*. *Dacerius.*

*Navalis.*] Navalis porta regionis decimæ quartæ à Navalium vicinia appellata. *Joſ. Scaliger.*

*Navalis porta.*] In regione 14. trans Tiberim, eadem *portuenſis*. Nunc *porta ripa*, vel *vinaria* quod extra eam vina externa, maxime tamen Campana & Tuſca vendantur. *Dacerius.*

*Navalis ſcriba.*] Navalis ſcriba dictum, tam propter ſcribam, quam propter Navalis. quia & nautæ, & id genus hominum male audit. etiam apud Homerum Navalis ſcriba eſt convicium, ὀδυσ. θ'. φόρτου τε μνήμων, ϗ ἐπίσκοπος ἦσιν ὁδαίων. hoc eſt, γραμματεὺς φόρτου, ϗ ἐφοδίων ταμίας. Et legendum: *columbar impudens.* dictum eadem forma, qua Catullus mulierem proſtituti pudoris vocat *lupanar*: Lucillius *carcer* vocat eum, qui meruit in vincula conjici. *Columbaria in nave ſunt ea*, *quibus remi eminent.* ita enim legendum. dicta à ſimilitudine foraminum, in quibus par columborum nidificat. Ab eadem ſimilitudine & in re architectonica quid ſignificet, habes apud Vitruvium. *Joſ. Scaliger.*

*Navalis ſcriba.*] Convicium ut apud Homer. Odyſſ. θ'. φόρτου μνήμων. id eſt, γραμματεὺς φόρτου. Et dictum eſt tam propter *ſcriba*, quam propter *navalis*, quia & nautæ & id genus hominum male audit. Plauti locus in fragment.

*Non ego te novi*, *navalis ſcriba*, *columbar impudens?* *Columbar* dictum eadem forma, qua Catullus mulierem proſtituti pudoris vocat *lupanar*, & Lucilius *carcer* eum qui meruit in vincula conjici. Columbaria autem ſunt foramina in navis lateribus quibus remi eminent, à ſimilitudine foraminum quibus par columbarum nidificat. Ab eadem ſimilitudine & in re architectonica quid ſignificet habes apud Vitruvium. Scal. lege in fine *appellantur ea è quibus remigant.* Sive ut Turneb. & Scal. *quibus remi eminent.* *Dacerius.*

*Naucum.*] Mendoſum eſſe videtur; *quod in olea nucis quod intus ſit.* Paulus *olea*, *aut nucis nucleo*, forte quod in olea, nucique intus ſit. De nuce juglande vide Macrob. lib. 3. Satur. *Ant. Auguſtinus.*

*Naucum.*] Alii *Nauci*, indeclinabile. Proprie membrana tenuis, quæ medias nuces disjungit, unde pro nihilo &c. Lege infra, Cincius *quod in olea nuce* intus

PAULUS. . Naucus pro nugis ponitur. alias pro oleæ, aut nucis nucleo. alii omnium rerum putamen ita appellari volunt. Quidam ex Græco, quod ſit ναὶ ϗ οὐχὶ, levem hominem ſignificari volentes. Quidam volunt ſic appellari membranulam, quæ in nucis juglandis eſt medio.

Navia lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti ſolent.

Navia eſt uno ligno exſculpto, ut navis, quo utuntur alveo in vindemia.

## NOTÆ.

*intus ſit*, vel Cincius, *in olea & nuce quod intus ſit.* Item, *in faba hilo* pro *in fabulo. Faba hilum.* Gallicè *le noir de la féve*, *naucus* à *nucus*, unde *nuculus*, *nuculeus*, *nucleus*. Idque doctiſſ. Gujetus adſcripſerat oræ Feſti ſui quem mihi communicavit V. CL. & magni nominis Ægidius Menagius.

*Naucus.*] Leg. *naucum* vel *nauci* ut ſupra. *Dacerius.*

*Navia.*] Hæc Hiſtoria de cote novacula præciſa ab Attio Navio à multis refertur. Sed de ficu Navia nihil aliud accepi. Cicero lib. 1. de Divinat. cotem ait, & novaculam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal. idem ait Dionyſ. lib. 3. addens ſtatuam æneam eidem illic ſtatutam, quod etiam Livius ſcribit, & Plin. lib. 34. cap. 5. Val. Max. lib. 1. cap. 4. D. Attium Navium augurem appellat. De ficu ruminali Plin. lib. XV. cap. 18. Quærendum igitur eſt, qua ratione ea, quæ deſunt, ſarciri poſſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Navia.*] Aliter linter. & eo quoque utuntur in vindemiis. Servius in illud

——— ——— *cavat arbore lintres:*

*Alii*, inquit, *lintres*, *in quibus uva portatur*, *accipiunt.* Hæc Servius Danielis. Tibullus lib. 1.

*Hac mihi ſervabit plenis in lintribus uvas.*

Nam & *navia*, & *linter*, utrumque eſt lignum cavatum. In verbis Feſti lege: *Navia eſt unum lignum exſculptum.* unum dixit: unde μονόξυλα σκάφη Græci. Denique *Linter* & *Navia*, eſt σκάφος. σκάπτειν, exſculpere. Melius tamen legeris. *Navia ex uno ligno exſculpto.* Quod retinendum cenſeo. Cicero II. de legib. *Ligneum autem quodque voluerit, uno è ligno dedicato. Joſ. Scaliger.*

*Navia.*] Suidas *nabiam* πορθμεῖον interpretatur male. Nam vel hinc ſatis liquet eo nomine potius navem ipſam intelligi. Ut & ex luſu illo veterum quo pueri denarios in ſublime jactantes *capita aut navia* clamabant, de quo Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. *Dacerius.*

*Navia.*] Tanti momenti hic locus eſt, ut de eo totius hujus libri utilitas æſtimari poſſit: inauditæ præterea, ac reconditæ eruditionis illis præſertim, qui neſciunt ficum Naviam eandem cum *ficu Rumina* ſeu *Ruminali* fuiſſe. Ponemus prius locum, ſi non ipſis verbis Feſti, at certe ſententia ipſa incolumi, atque integra. Sic igitur hos hiatus explemus: *juſſit rex cotem ac novaculam proferri. qua prolata interrogatus Augur, an cos illa poſſet præcidi novacula, ſubito eam præcidit. Ex eo, Tarquinio, nihil auſo contra facere, novaculam, ac cotem ſub locum conſecratum defodi juſſiſſe. & ficum ab eo ſatam eſſe intra id, quod contentum fine ſacro ſit. eamque, ſi quando aruiſſet, ſubſeri juſſiſſe. Deinde cum poſt tot annos alia in eo loco complures ficus eſſent, & evulſa, de loco ſacro removerentur, omnes, quæ inibi erant ficus, præter eam, ejectas fuiſſe admonitu ac juſſu aruſpicum, & divinis reſponſis, quandiu ea viveret, libertatem populi manſuram. ideo quod.* . . . . . . Poſtrema non poſſumus explere, quia non ſatis ſpatii relictum ſit ad explendum quantum poſtulat ſententia. Tantum enim loci deſideratur, quantum ſatis eſſet his, aut ſimilibus verbis: *ideo quod in ea fatum populi Ro. eſſet:* aut tale neſcio quid. Multi hujus fabulæ meminere, qui omnes adjuvant conjecturas noſtras. Sed ante omnes Plinius. Cujus verba apponam ex libro XVI. cap. XLIX. *Colitur ficus arbor in foro ipſo ac comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis. Magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato, tanquam in Comitium ſponte tranſiſſet. Adacto navigio ilico areſcit, rurſuſque cura ſacerdotum ſeritur.* Hæc ille. In quibus miror cur dixerit *Romæ nata*, quaſi de alio Comitio, quam de Romano intelligi poſſit. Deinde quid eſt, *adacto navigio ilico areſcere?* Scio Tiberim ad illum uſque tractum Urbis tunc ripis ſuis ejectum fuiſſe: idque ſolitum alias vulgo accidere. At ſi navigiis tunc ea aqua tranſmittebatur, quis tam religionis contemptor, qui ad ficum navigium adigeret, ut illa exareſceret, cum ſciret, hoc non poſſe evitari, ſi illuc navem impingeret? Suſpicatus igitur ſum id, quod verum eſſe poſtea apparuit, locum depravatum eſſe. Idque fortaſſe doctis viris probabimus, ſi noſtram ſententiam de ejus loci emendatione proponamus. Ita igitur legendum putamus: *Colitur ficus arbor in foro ipſo Romina, jam ſacra fulguribus ibi conditis: magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, appellata, quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato: quam tanquam in Comitium ſponte tranſ'evuſſet, ab Actio Navio. Ilico areſcit, rurſus cura ſacerdotum ſeritur.* Primum quod ait Sacram fuiſſe, idem & Dionyſius teſtatur his verbis: ἔπειτα δ' αὐτὸν τὸν νάβιον θεασαμένου λέγουσι

(Tar-

ficus quoque in comitio appellatur Navia ab Attio Navio augure. Nam cum Tarquinius Priſcus inſtitutas tribus à Romulo mutare vellet, deterreretur que ab Attio per augurium, ut eluderet ejus prudentiam, interrogavit eum, an fieri poſſet, id quod animo propoſuiſſet ſuo; cui ille permittente augurio cum reſpondiſſet effici poſſe; juſſit rex cotem, ac novaculam proferri, *qua prolata interrogatus augur* an cos illa *poſſet præcidi*, *reſpondiſſetque poſſe*: novaculam ſubito *præcidit*. FESTUS.

§.

## NOTÆ.

(Tarquinius) ὡς ἁπάντων ἀνθρώπων θεοφιλέστατον ἄλλαις τε φιλανθρωπίαις ὑπηγάγετο, καὶ, ἵνα μνήμης αἰωνίου τυγχάνοι παρὰ τῶν ἐπιγινομένων, εἰκόνα κατασκευάσας αὐτοῦ χαλκῆν ἔστησεν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἣ καὶ εἰς ἐμὲ ἦν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κειμένη πλησίον τῆς ἱερᾶς συκῆς. Deinde ſubjicit de fulguribus ibi conditis. quia ſcilicet ibi puteus fuiſſet, qui cum de cælo tactus eſſet, procuratum eum locum poſtea operculo impoſito *Puteal* vocatum fuiſſe. nam Puteal eſt *operculum putei*, etiam teſte Juriſconſulto. Quare à loco ſacro ficum Sacram nominat. quin & Dionyſius ait aram ſuperimpoſitam, quod nihil aliud eſt, quam operculum ipſum oſtii Deorum Manium. ſed fallitur, ut homo Græcus, qui idem putet eſſe Puteal, ac φρέαρ, cum, ut dixi, Puteal non φρέαρ, πῶμα τοῦ φρέατος ſit. At locis fulguritis aram ſuperimponi ſolere auctor præter Dionyſium & Artemidorus, ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. In ſequentibus de utraque appellatione ficus illius innuit Plinius. Nam cum eam alii Ruminalem, alii Naviam vocarent. *frequentius*, inquit, *à nutrice Gemellorum Urbis conditorum*, *præſertim cum ibi ſimulacrum æneum ſit lupæ*, *Ruminalis appellata eſt*, *quam Navia ab Actio Navio*, *qui ſponte ſua illam transſeverit in Comitium*. utrumque enim verum eſſe, & Naviam, & Ruminalem vocari: ſed magis utique Ruminalem, quam Naviam. propius enim vero eſſe, & magis conſentaneum, eam ante Navium fuiſſe, & ſub ea lupam Gemellis ubera præbuiſſe, quam poſtea ab Actio Navio ibi tranſſeminatam. Vide quam pulchrum vetuſtatis monimentum ſub illo ſitu mendorum latebat. At enimvero jam Feſti verba luce ipſa clariora ſunt, neque egent interpretatione: tametſi ab illo dicatur Augur cotem præcidiſſe, non rex, ut ab aliis proditur. Sed à fabulis, non eſt exigenda fides. præſertim cum Lactantius idem dicat, quod Feſtus. In poſtremis verbis Plinianis elegantia latuerat eos, qui locum corruperunt. *Nam*, *ilico areſcit*, *rurſus ſeritur*, eſt: *ſimul ac areſcit*, *ſtatim ſeritur*. Notabis & elegans verbum in Feſto, *Subſerere*. quod eſt, priore ſata arbore intermortua, aliam in ejus locum ſerere. Præterea, cum dicit locum conſecratum, eum eſſe, quem & βωμὸν Dionyſius, & alii Puteal vocabant. Neque prætermittendum quod ait, multas ibi ficus natas fuiſſe: Dionyſium non ficetum, ſed ſimpliciter ὕλην βαθεῖαν vocaſſe. cujus verba hæc ſunt ex lib. I. ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ὥσπερ ἂν χειροήθης, ἀποστᾶσα τῶν βρεφῶν ἠρέμα, καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλῃ βαθείᾳ συνηρεφής, &c. Lege reliqua. Ennius quoque cum de eadem re loqueretur, ex quo illa ſua tranſcripſit Dionyſius pene ad verbum, non aliter, quam ſilvam vocat Annali primo:

*Indutuetur ibi lupu' femina conſpicio amens.*
*Hinc campum celeri paſſu permenſa parumper*
*Conjicit in ſilvam ſeſe* ——— ———

quæ pene, ut dixi, interpretatus eſt lingua ſua Dionyſius. Ultimum eſt, quod ponit Feſtus, fatum libertatis Po. Ro. in ea ficu ſitum fuiſſe. Idque aruſpices, & ſacras ſortes admonuiſſe. propterea diligenter ſubſerebatur, adeo, ut cum Neronianis temporibus, exareſcente trunco, & mortuis ramalibus deminuta eſſet, loco portenti habitum ſit à Pop. Ro. auctor Cornelius Tacitus. Idem fatum, aut ei proximum Caſa Romuli contineri putabant, quam diligentiſſima obſervatione, & anxia ſuperſtitione reficiebant, neque ſinebant vetuſtate collabi. Cujus etiam ſimile nugantur Græci de nave Theſei. *Joſ. Scaliger.*

*Ficus quoque in comitio.*] Tanti momenti hic locus eſt, ut de eo totius libri utilitas æſtimari poſſit, inauditæ præterea ac reconditæ eruditionis, illis præſertim qui neſciunt ficum *Naviam* eandem quam ficum *Ruminam*, ſeu *Ruminalem* fuiſſe. De cote & novacula Attii Navii res nota eſt. Neque impedit quod Feſtus *augurem* Navium vocat quem alii *regem*. Nam à fabulis non eſt exigenda fides, præſertim cum Lactantius idem dicat quod Feſtus. Et nihil impediat, qui Rex ſacrificulus eſſet, eundem eſſe & augurem. De ficu autem multi meminere. Sed expreſſe Plinius, lib. 16. cap. 19. cujus verba ſic legenda: *Colitur ficus arbor in foro Romina*, *jam ſupra fulguribus ibi conditis ma*[*g*]*iſque ob memoriam ejus*, *quæ nutrix Romuli*, *ac Remi conditoris appellata*, *quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen*, *ita vocabant mammam*, *miraculo ex ære juxta dicato*, *quam*, *tanquam in comitium ſponte transſeviſſet*, *ab Accio Navio*. *Illico areſcit rurſus cura ſacerdotum ſeritur*. Et de appellatione *Navia* ſic paulo poſt: *Nam cum eam alii Ruminalem*, *alii Naviam vocarent*, *frequentius à nutrice gemellorum urbis conditorum*, *præſertim cum ibi ſimulacrum*



Digitized by Google

*quo facto ſtatim Navium*, ex eo Tarquinio *nihil auſo contra amplius facere*; novaculam *illam ac cotem ſub locum conſe*cratum de*fodi juſſiſſe* : *& ficum ab eo ſatam ibi* eſſe intra *id ſpatium loci*, *qui contentus ſine* ſacro ſit : *eamque ſi quando areſcere contigiſſet* ſubſeri *ſumique ex ea ſurculos juſſiſſe*, *quo fa*cto tantos *intra temporis tractus cum aliæ in eo* loco complu*res ficus enatæ eſſent*: *atque eæ* evulſæ de*inde de ſacro illo loco radicitus* remove*rentur*: *omnes quæ inibi tunc temporis* erant, ficu*m præter unam illam*, *ejectas* fuiſſe, adm*onitu fatali ac juſſu in primis aruſpi*cum & divin*is etiam reſponſis promittentibus quandiu ea* viveret lib*ertatem populi Romani incolumen* man*ſ*uram ideoq*ue coli & ſubſeri ex illo tempore cœptam.*

## N O T Æ.

*aneum ſit lupa*, *Ruminalis appellata eſt*, *quam Navia ab Accio Navio*, *qui ſponte ſua illam transſeverit in comitium. Utrumque enim verum eſſe & Naviam & Ruminalem vocari. Sed magis utique Ruminalem*, *quam Naviam. Propius enim vero & magis conſentaneum eam ante Navium fuiſſe*, *& ſub ea lupam gemellis ubera præbuiſſe*, *quam poſtea ab Accio Navio ibi transſeminatam.* Ita Scaliger, ſed male ficum Naviam quæ in comitio non diſtinguit à ficu Ruminali ſub qua infantibus lupa præbuit Rumam. Certum eſt enim ficum Naviam in comitio non fuiſſe antequam Attio Navio augure ibi transſeminata eſſet. Neceſſe eſt igitur diverſam fuiſſe ab altera Ruminali unde in comitium tranſlata. Et ita eſt: fuerat enim ficus Ruminalis in Germalo. Varr. lib. 4. de L. L. *Germalum à Germanis Romulo ac Remo*, *quod ad ficum Ruminalem*, *& hi inventi*, *quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat expoſitos.* Germalum autem prope palatium fuiſſe notum eſt, in ripa Tiberis, ubi etiam ſua ætate ficum Ruminalem extitiſſe narrat Lib. 1. *In proxima*, inquit, *alluvie ubi nunc ficus Ruminalis eſt.* Fuit igitur Longe à Comitio ficus Ruminalis. Sed ficus illa Navia quæ in Comitio, Ruminalis etiam dicta ab illa altera Ruminali quæ in Germalo. Scaligerum fefellit hic locus Feſti & alter Plinii, uterque male intellectus. Vide Ruminalis. De Ficu Navia & de loco Plinii adeundus Salmaſius in Solin. Ejus verba olim huc referre cogitaveram, quia multa hic vidi quæ & ipſe viderat prior, ſed ejus diſſertatio paulo longior, quare ſatius eſt te ad integrum fontem remittere. Adi illum pag. 1137. &c.

*Sub locum conſecratum.*] Ideo ficum *ſacram* ſupra vocavit à loco ſacro fulguribus ibi conditis, quia ſcilicet ibi puteus erat, qui cum de cælo tactus fuerit, procuratus is locus poſtea operculo impoſito, *puteal* dictus, nam *puteal* eſt operculum putei, teſte Juriſconſulto. Quin & Dionyſius ait aram ſuperimpoſitam, quod nihil aliud eſt quam operculum oſtii Deorum Manium. At locis fulguritis aram ſuperimponi ſolere, autor præter Dionyſium & Artemidorus. Ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. i. e. *Fulgura*, inquit, *ignota loca inſignia faciunt propter aras impoſitas & ſacrificia peracta.* Scal. Hic etiam falſus eſt Scaliger qui ſcribit *puteal* additum, quia ibi puteus erat qui de cœlo tactus. *Puteal* hic nihil aliud eſt quam ara ipſa. Dionyſius ὑπὸ βωμῷ τινι ſub ara quadam defoſſam novaculam teſtatur. Unde Feſtus optime, *ſub locum conſecratum.* Solus, quod ſciam, Plinius ſacram ficum facit fulguribus ibi conditis, ſed vel mire fallor, vel alia mens Plinio fuit cujus verba ſic inſolubilia, ita forte corrigenda: *Colitur ficus arbor in foro ipſo Romina*, *tam ſacra quam fulguribus ibi conditis.* Non dicit Plinius ficum ſacram fuiſſe fulguribus ibi conditis, ſed tanquam ibi fulgura fuiſſent condita. Quibus verbis innuit puteal ſive aram impoſitam, ut locis fulguritis ſolebat.

*Subſeri.*] Notabis elogans verbum *ſubſerere* quod eſt priore ſata arbore intermortua, alias in ejus locum ſerere. *Idem.*

*Alia in eo loco complures ficus eſſent.*] Ideo altam ſylvam vocat Dionyſ. lib. 1. καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλῃ βαθείᾳ συνηρεφής. *Erat enim quidam non longe diſtans ſacer locus ſylva alta tectus.* Ennius quoque cum de ea re loqueretur, unde illa ſua tranſcripſit Dionyſius pene ad verbum, non aliter quam ſylvam vocat. Annal. 1.

*Endotuetur ibi lupu' femina*, *conſpicio amnem.*
*Hinc campum celeri paſſu permenſa parumper*
*Conjicit in ſylvam ſeſe.* *Idem.*

Hic iterum errat Scaliger, qui complures illas ficus ex ficu Navia propagatas confundit cum ſylva illa quæ prope ficum Ruminalem in Germalo juxta Tiberim. De iſta enim intelligendus locus Dionyſii qui eam Pani ſacram dicit. Ut & ille alter Ennii.

*Quamdiu ea viveret*, *libertatem populi manſuram.*] Propterea diligenter ſubſerebatur, adeo ut cum Neronianis temporibus exareſcente trunco, & mortuis ramalibus, deminuta eſſet, loco portenti habitum ſit à populo Rom. auctor Cornel. Tacitus. Idem fatum, aut ei proximum, caſa Romuli contineri putabant, quam diligentiſſima obſervatione & anxia ſuper-

Digitized by Google

*Nav*itas ſecundum incor*ruptam conſuetudinem dictos* quos nunc n*os nautas dicimus*, *teſtis eſt* Cato in ea quam ſcri*pſit*, *cum in Hiſpaniam proficiſc*eretur, cum ait, navitæ *quod ſecum portaverant* vinum atque oleum, u*ſus tantum eo ſum*.

Nauſcit cum gran*um fabæ ſe aperit naſcendi* gratia quod ſit non diſſi*mile navis forma*.

Nauſcit cum granum fabæ ſe naſcendi gratia aperit, quod ſit non diſſimile navis formæ. PAULUS.

Nauſtibulum, alveum ad navis ſimilitudinem factum.

Nauſtibulum vocabant antiqui vas alvei ſimile, videtur à navis ſimilitudine. FESTO.

Nautea herba granis nigris, qua coriarii utuntur, à nave ductum nomen, quia nauſeam facit permutatione T. in S. PAULUS.

*Nauteam ait Opi*lius Aurelius herb*a genus eſſe granis nigris* qua coriarii utuntur, *cujus videri à nauſea du*ctum nomen, quia nauſeam *facit permutatione T. & S.* literarum, inter me*dicamina antiquis conſueta refert*. Paulus in Artemone *unguentum quod naribus mu*lionum nauteam fecisset. . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . lem atque aro*matum idem curculione*.

*Nam odor u*nguentum o*mnium præ tuo nautea eſt in caſina. Ei pro* ſcorto ſup*ponetur hircus unctus nautea. Labeo* in commen*tario juris pontificii ait nauteam rubi*dum quiddam *eſſe*, *quo pontificum veſtimenta quædam* colorant.

Nautiorum familia à Trojanis dicitur oriunda. PAULUS.

## NOTÆ.

ſuperſtitione reficiebant, neque ſinebant vetuſtate collabi. Cujus etiam ſimile nugantur Græci de Nave Theſei. *Idem. Dacerius.*

*Poſt Navia....tas ſecundum.*] Navitas pro nautas dixiſſe Catonem refert, & ut arbitror, ille locus eſt, quem Plinius laudat lib. 14. cap. 13. Cato cum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit; non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges. Vide Penatores. *Ant. Auguſtinus.*

*Navitas.*] Infra: *Navitas ſecundum incorruptum morem dictos, quos nunc nautas dicimus, teſtis eſt, M. Cato in ea, quam ſcripſit, cum in Hiſpaniam proficiſceretur, cum ait: navitæ quod ſecum portaverant vinum, atque oleum, uſus tantum eo ſum.* Quod hæc ſint ex illa oratione Catonis, confirmari certo poteſt ex Apuleio, qui in Apologia ſua fragmentum citat ex eadem oratione, quod non longe ab hoc abfuiſſe videtur. verba ejus hæc ſunt. *M. autem Cato nihil opertus, ut alii de ſe prædicarent, ipſe in oratione ſcriptum reliquit quum in Hiſpaniam conſul proficiſceretur: tres ſervos ſolos ex urbe duxiſſe, quoniam ad villam publicam venerat. parum viſum qui uteretur. juſſiſſe duos pueros in foro de menſa emi. eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe. Joſ Scaliger.*

*Navitas.*] Quod putat Feſtus *navita*, eſſe à nave & per ſyncopen dici *nauta* ibi quidem fruſtra eſt, *nauta* enim eſt à ναύτης, unde per Epentheſin *navita*. Porro eadem Catonis verba pene ad verbum habet Plin. 14. 13. *Cato cum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit, non aliud, inquit, vinum bibi quam remiges.*

*Nauſcit cum granum.*] Nauſcit quaſi *naveſcit* ſive *naviſcit*, in navis formam ſeſe aperit. Niſi potius legendum *naucit*. A *nauci* quod eſt fabæ hilum, ſive fabæ granum cum ſe aperit.

*Nauſtibulum.*] Videtur potius navium ſtationem ſignificaſſe quaſi navium ſtabulum. Ut Græce ναύσταθμος quaſi ναῶν σταθμός. Vet. lib. pro *videtur* habet *vid.* pro *videlicet.* bene. *Dacerius.*

*Nautea.*] Citatur Plautus in Artemone, quæ comœdia non extat. Credo etiam ex Curcullione illum afferri verſum: *Nam omnium odor unguentûm præ tuo nautea eſt.* & ex Caſina: *Ei pro ſcorto ſupponetur hircus unctus nautea. Ant. Auguſtinus.*

*Nauſtibulum.*] Poto potius eo ναύσταθμον ſignificari. *Joſ. Scaliger.*

*Nautea.*] Proprie aqua è ſentina. Eſt & herba qua coriarii utuntur ad depſenda & depilanda coria. A Græco ναυτία. Gloſſ. Nautea, ὀσμὴ βύρσης, odor corii.

*Nauteam.*] Cum ait Plautum nauteam inter medicamina retuliſſe, vereor ne fruſtra ſit, nam ex allatis Plauti locis nihil aliud colliges niſi nauteam eſſe odorem teterrimum ſive ex aqua ſentinæ, ſive ex corio, &c.

*Nautiorum familia.*] A Naute Trojano qui Æneam ſecutus eſt. Virgil. *At ſenior Nautes. Dacerius.*



Digitized by Google

FESTUS. Nautiorum *familia à Trojanis oriunda eſt: Nam fuit* eorum princeps *Nautes*, *qui Romam detulit ſimulacrum* æneum Minervæ, *cui poſtea Nautii ſacrificare* ſoliti *ſunt*, *unde ipſa quoque*, *Dea Nautia vocabatur* hac de *cauſa. alii quod duce Naute acciti* conductique ab *Brutiis milites fuerint ad Meſſ*anam oppugn*andam*, *contra quos à Senatu ſit* Miſſus L. Cæcilius *Metellus*: *qui cum ab illis inter*fectus eſſet, miſſi *ad eos fuerunt expoſtulat*um de fœdere violat*o legati*. . . . . . . . . . . . . . . us P. Veturius qui *cum aliquantiſper ob* refectionem corpor*is in oppido quodam* inſediſſent, Brut*ii*, *quibus fœdus tunc cum* Romanis erat, bello *ſtatim eo deſtiterunt*. Inde à principe *Naute*, *familia Nautia* appellata eſt.

Navus, celer, ac ſtrenuus: à navium velocitate videtur dictus. Ennius libro ſexto: Navus repertus homo Graio patre Graius homo rex, & libro ſextodecimo: Navorum imperium ſervare eſt inſuperantum. Plautus in Frivolaria: Nave agere oportet, quod agas, non ductarier.

PAULUS.

FESTUS. Navus, celer, ac ſtrenuus: à navium velocitate dictus.

. . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Nautiorum.*] Multo plura Feſtus ſcripſerat, quam Paulus referat. Initio de Palladio à Naute Æneæ ſocio conſervato, à quo Nautii dicti ſunt. Idem Dionyſ. ſcribit lib. 6. & Servius lib. 3. & 5. Æn. Hiſtoria poſtea narratur mihi incognita de bello adverſus Bruttios geſto poſt cædem L. Cæcilii. de quibus fortaſſe Florus lib. 13. Fuit eiſdem temporibus Cons. Sp. Nautius. De quo nihil accepimus, quod ad hujus loci interpretationem pertineat. *Ant. Auguſtinus.*

*Nautiorum.*] Primores quinque verſiculi cum duobus extremis certiſſimum eſt ad Nautiorum gentem pertinere. Media interjecta ut conſtat aliena hoc loco eſſe, ita quo pertineant, affimare non poſſum. Scripſiſſe videtur Feſtus: *Nautiorum familia à Troianis oriunda eſt: quia Nautes eorum princeps, qui ſecum ſimulacrum aneum Minervæ abſtulit. unde ei ſacra procurare ſoliti erant Nautii. quare Dea hac vocabatur de cauſſa Nautia. Aut igitur à Dea, aut inde à principe ſuo familia appellata eſt.* ſacra Minervæ non ad gentem Juliam pertinuiſſe, quæ ab Ænea deducitur. ſed ad Nautiam, quæ à Naute, qui fuit ſocius Æneæ, teſtis Servius. Inde ſuſpicor à Feſto relatum Deam dictam eſſe Nautiam. Quanquam non video quare Feſtus familiam potius dixerit, quam gentem. eſt enim manifeſta κατιζενοις. *Joſ. Scaliger.*

*Nautiorum.*] De Naute qui Palladium Romam detulit, Servius ad illud 5. Æneid.

> *Tum ſenior Nautes, unum Tritonia Pallas*
> *Quem docuit.*

*Quod autem dicit, Pallas quem docuit, propter illud quod ſupra diximus fingitur, quia ipſe Romam Palladium detulit, unde Nautiorum familia Minervæ ſacra retinebat, quod etiam Varro docet in libris quos de familiis Trojanis ſcripſit.* Hiſtoria de Naute, Bruttiis, Meſſana & Q. Cæcilio Metello, mihi quidem inaudita eſt. Scio tantum unum Q. Cæcilium Metellum occiſum cum contra Bruttios, Lucanos & alios qui Aretium obſidebant, miſſus eſſet. *Dacerius.*

*Poſt Nautiorum.*] Hæc quæ ſequuntur, quo pertineant, ut jam dixi, neſcio. Sunt autem ferme ad hunc modum. *Cum arceſſiti, conductique ab illis eſſent ad Meſſanam oppugnandam, & à Senatu miſſus L. Cæcilius ab illis interfectus eſſet: miſſi porro ſunt expoſtulatum de fœdere violato. . . .us, P. Veturius. qui cum ob refectionem corporis, oppidum inſediſſent, Brutii eo quod illis pax cum Romanis erat, bello deſtiterunt:* aut tale quid.

*Navus.*] Ennius Annali ſexto:

> *Navu' repertus homo Graio patre, Graius homo, Rex*
> *Æmoni'. Pyrrhus, uti memorant, à ſtirpe ſupremo.*

Alter verſus citatur à Nonio, ſed perperam ex Annali 5. pro 6. In ſequenti verſu legendum, *induperantum:*

> *Navorum imperium ſervare, eſt induperantum.*

Sententia à veteribus celebrata: Bene parere, eſt imperare. In verſu Plauti lege *ductarie*, non *ductarier:*

> *Nave agere oportet quod agas, non ductarie.*

Nave agi, eſt cum navis remigio, aut ventis agitur. ductarie cum funibus adverſo amne trahitur. Auſonius in politiſſimo Panegyrico Moſellæ:

> *Tu duplices ſortite vias, & cum amne ſecundo*
> *Defluis, ut celeres feriant vada concita remi:*
> *Et cum per ripas nuſquam ceſſante remulco*
> *Intendunt collo malorum vincula nautæ.*

Valgius in Elegis,

Hinc

NEBULO dictus eſt, ut ait Ælius Stilo, qui non pluris eſt quam nebula, aut qui non facile perſpici poſſit, qualis ſit, nequam, nugator.

Nec conjunctionem grammatici fere dicunt eſſe disjunctivam, ut Nec legit, nec ſcribit; cum ſi diligentius inſpiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis pro non. ut & in duodecim eſt, AST EI CUSTOS NEC ESIT. Item: SI ADORAT FURTO, QUOD NEC MANIFESTUM ESIT. & apud Plautum in Phaſmate: Nec recte ſi illi dixeris & Turpilium in Demetrio: Nec recte dici mihi quod jamdudum audio.

Nec conjunctio disjunctiva eſt, ut Nec legit, nec ſcribit. ponitur etiam pro non. Turpilius: Nec recte dici mihi jamdudum audio. PAULUS.

Nec mulieri nec gremio credi oportere. proverbium eſt, quod & illa incerti, & levis animi eſt; & plerumque in gremio poſita, cum in oblivionem venerunt exſurgentium, procidunt. FESTUS.

Necem ſuſpicatur *Verrius à Græco duci: nam illi* νέκυν mor*tuum dicunt, inde nos dicimus neci* da . . . . . .

Necem à Græco dici certum eſt. νέκυν enim mortuum dicunt Græci. PAULUS.

## NOTÆ.

*Hinc mea me longo ſuccedens prora remulco*
*Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.*
*Et, placidam foſſa qua jungunt ora Paduſam*
*Navigat Alpini flumina magna Padi.*

*Ductarie* ergo *agere*, eſt ῥυμουλκεῖν. Non omittendum, quod eſt in Gloſſis: *Navities*, ἀρετή. *Joſ. Scaliger.*

*Navus.* ] Ergo ſi Scaligerum ſequaris in illo Plauti *nave agere oportet*, *&c.* *Nave* non erit à *navus* ſed à *navis*, manifeſte contra Feſti ſententiam, quam hic prægravare decere arbitror, ita ut Plauti verſus legatur ut ab eo poſitus eſt, & ſic ſimpliciter exponatur. Te id naviter agere oportet quod agas, non vero remiſſe quaſi invitus, quaſique in eo non ſponte tua ferri, ſed per vim duci videaris, ſive potius trahi. Nave, i. *naviter*, σπουδαίως, ſtrenue ut exponunt Gloſſæ. Item navus, ἔμπρακτος, εὐσφαφής, ἀκίνητος, *actuoſus*, *agilis*, *ſtrenuus*. *Dacerius.*

*Nebulo.* ] Nebulo, μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα κατεφαγών, εἰκαῖος, ὁ λάθρα ἄσωτος. Gloſſarium. *Joſ. Scaliger.*

*Nebulo.* ] *Nebulo, vel inanis vel vanus aut mollis ut eſt nebula.* Donat. Et Horatii interpres. *Nebulones vani & leves ut nebula.* Gloſſ. Nebulo. ὁ τὰ ἴδια λάθρα κατεφαγών, εἰκαῖος, λάθρα ἄσωτος, id eſt, *mollis, bona ſua clam dilapidans, vanus, nequam. Dacerius.*

*Nec conjunctionem.* ] In verbis duodecim tabularum relatis: *Aſt ei cuſtos necescit. item, ſi adorat furto* &c. Crederem ſcribi oportere, *nec eſit*; & verbum *adorat* ſignificare *agat*; ut idem Feſtus ſcribit verbo *Adorare*. Varro lib. 8. de Ling. Lat. *Sum quod nunc dicitur, dicebatur eſum, & in omnibus perſonis conſtabat quod dicebatur eſum, es, eſt: eram, eras, erat: ero, eris, erit.* Vel *eſit* ſignificat erit, vel *ſit*: & utroque caſu videtur deeſſe ſi. *Aſt ſi ei cuſtos nec eſit.* Sed *Eſcit* quoque ſignificat *erit*. ut in littera E, & *Supereſcit*. *Ant. Auguſtinus.*

*Nec.* ] In verbis legis 12. Turnebus legendum cenſet: *carcer cuſtos nec eſit*, pro, *Aſt ei cuſtos nec eſit*. Quod quid ſit, ego plane non aſſequor. *Joſ. Scaliger.*

*Nec.* ] Pro *non* in leg. 2. tab. *Sei furioſus exiſtit; aſt ei cuſtos nec eſit.* *Eſit* pro *erit*.

*Si adorat furto.* ] Vide *adorare*.

*Apud Plautum in phaſmate.* ] Phaſma dicebatur olim Plauti fabula, quæ nunc Moſtellaria. Locus eſt act. 1. ſc. 3. Sed & apud Plautum & apud Turpilium legendum eſt *necrecte* unica voce, vel *nerecte*. Et in verbis Turpilii delendum *quod*. *Dacerius.*

*Nec mulieri.* ] Mulier in veteri proverbio Græco eſt inter ea, quæ facile beneficii accepti obliviſcuntur. Proverbium id eſt:

*Μή ποτ' σὺ ἔρδειν γέροντα, μή ποτ' αὖ τινὸς κύνα,*
*Μὴ γέροντα, μὴ γυναῖκα, μὴ λάλον κωπηλάτην.*

*Joſ. Scaliger.*

*Nec mulieri.* ] De Gremio autem belle admodum Catullus.

*Ut miſſum ſponſi furtivo munere malum*
*Procurrit caſto virginis è gremio,*
*Quod miſera oblita molli ſub veſte locatum,*
*Dum adventu matris proſilit, excutitur,*
*Atque illud prono præceps agitur . . . decurſu*
*Huic manat triſti conſcius ore rubor.*

*Necem ſuſpicatur.* ] *Necem ſuſpicatur Verrius à Græco ductum, nam illi* νέκυν *mortuum dicunt, unde nos neci datum id eſt morti:* Nihil amplius deeſt.

Nece

Festus. Neci datus proprie dicitur, qui ſine vulnere interfectus eſt. ut veneno, aut fame.

Paulus. Necerim, nec eum.

Festus. *Nec*erim, nec eum.

Neceſſarium ait eſſe Opilius Aurelius, in quo non ſit ceſſandum; aut ſine quo vivi non poſſit. aut ſine quo non bene vivatur; aut quod non poſſit prohiberi, quin fiat.

Paulus. Neceſſarium, in quo non ſit ceſſandum.

Festus. Neceſſarii dicuntur cognati, aut affines, in quos neceſſaria officia conferuntur.

Neceſſarii ſunt, ut Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut adfines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros.

Nectar Græce ſignificat deorum potionem unde Vergilius ait: Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas. Item Lucretius libro ſecundo: Et nardi florem, nectar qui floribus habet.

Paulus. Nectar Græce ſignificat deorum potionem.

Nectere, ligare.

Festus. Nectere, ligare ſignificat, & eſt apud plurimos auctores frequens. quin etiam in commentario ſacrorum uſurpatur hoc modo. Pontifex minor ex ſtramentis napuras nectito. id eſt funiculos facito, quibus ſues adnectantur.

Necumquem, nec umquam quemquam.

Paulus. Nefaſti dies N littera notantur.

Festus. *Nefaſti dies notantur N. littera, quod iis nefas eſt Prætori* apud quem *lege agitur, fari tria verba, Do, Dico*, addico. nep. *nota deſignari ſolent qui nefaſti* priores ſunt, *quorum pars anterior fas: his ſervi* liberati ſunt, *delectus, exercitus ſcribuntur*, & in provin*cias ire licet, ſacra quoque* inſtituta fiunt, *& vota nuncupata ſolvi*, & ædes ſacrari *ſolent*.

## Notæ.

*Neci datus.*] Non tantum de eo qui veneno vel fame necatus eſt, ſed & manu. Ut *necare*. Sic *ferro & fuſte necare* dixit Salluſt. *Securi necare* Livius: *Verberibus & telo necare* Ulpianus. Vide *occiſum*. *Dacerius*.

*Necerim.*] Necerim, pro Nec im. Suerem, pro ſuem: Nucerem, pro nucem. & ſimilia. *Joſ. Scaliger*.

*Necerim.*] Antiquo declinandi modo pro *nec im, nec eum*. Ita *ſuerem* pro *ſuem*; *nucerem* pro nucem, & ſimilia. Scal.

*Neceſſarium.*] A *ne* & *ceſſo*, vel à *nec & eſſe*. Quia ſine eo nec eſſe poſſumus, nec bene eſſe. Inde *neceſſarii*, cognati & adfines, & *neceſſitudo*, vinculum adfinitatis & cognationis. Gloſſ. *Neceſſitudo*, ἀνάγκη κατὰ φιλίαν, κη[illegible]. *Amicitia vinculum, adfinitas*. Item neceſſarii, οἰκεῖοι, ἀναγκαῖοι. *Dacerius*.

*Nectar.*] Verg. lib. 1. Æn. *Ant. Auguſtinus*.

*Nectar.*] Murinam exponit Feſtus alibi: locum adi. Verſus Lucretii ſic ab aliis legitur.

*Et nardi florem nectar qui naribus halet.*

*Nectere.*] Vide *Napuras*.

*Necumquem.*] Forte è libris Pontificum. *Dacerius*.

*Nefaſti.*] Quantam jacturam fecerimus, tum ex Pauli epitome nimis conciſa, & brevi, tum ex hujus libri, qui extat, pæne dicam, clade: ex his, quæ ſcribam manifeſtum eſt. Ego enim ex dimidiatis verſiculis Feſti conjicio, cum principio nominis interpretationem afferre quam Varro, Ovidius, & Macrobius dilucide oſtendunt. ut nefaſti dies ſint per quos dies nefas ſit fari prætorem Do, Dico, Addico. Addidit poſtea, ut Paulus notat, quibus litteris hi dies notentur in Faſtis. ut cum totus dies nefaſtus eſt N. notetur; cum vero priore parte diei, tum N. & P. ita enim interpretor illud (nep.) & illud (riores ſunt) quod ipſum in faſtis Achillis Maſei editis à Paulo Manutio, idem Paulus, & ante eum Octavius Pantagathus acutiſſime animadverterunt. Ad extremum dicebatur, quid nefaſtis diebus fieri poſſet. *Ant. Auguſtinus*.

*Nefaſti.*] *Nefaſti dies N. omni ex parte nefaſti ſunt: ut dies, aput quem nunquam licet fari Do, Dico, Addico.* N E. P. *nefaſti parte priore ſunt: quibus poſtea & ſervi liberati ſunt ſæpe, & . . . . unt. & in provincias itur, & ſacra inſtituta fiunt, & ædes ſacrari, & vota ſolvi poſſunt.* Hic vides, N E. P. ſignificare idem, quod NP, hoc eſt, nefas partim. ut N E. PR. in Kalendario Romano: hoc eſt Nefas priore parte. Sic. F. P. Fas priore, aut partim.

alii

Neſrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non poſſint. Alii dicunt neſrendes infantes eſſe nondum frendentes, id eſt frangentes. Livius: Quem ego neſrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui neſrendes teſticulos dici putent, quos Lanuvini appellant nebrundines, Græci νεφρὸς, Præneſtini neſrones. PAULUS.

*Neſrendes dictos aſſerit Quintus Muci*us Scævola *arietes, quod dentibus frendere non poſſint.* Ateius *Capito infantes eſſe nondum fre*ndentes, id eſt, *frangentes. Livius in Odyſſea* veteri. quem ego n*eſrendem alui lacteam immulgens* opem &. . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . pro neſrendibus *autem, ut antiqui dicebant, rienes nunc dicit* uſus recens. *ſunt qui neſrendes dici putant teſticulos,* quos Lanu*vini appellant nebrundines:* Græci νεφρὸς, *Præneſtini neſrones.*

Negibundum *antiqui pro negantem dixerunt. Cato in* ea, quam ſcrip*ſit.* . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . negibundus.

Negibundum pro negante dixerunt. PAULUS.

Neglegens, non legens, neque electum habens, quid debeat facere.

Nec legens, dictus eſt non legens, neque dilectum habens quid facere debeat omiſſa ratione officii ſui. FESTUS.

Negotium quod *non ſit otium.*

## NOTÆ.

alii dicunt NE. PR. Neſas prætori. quod non ita placet. Nam NE. PR. & NE. P. & NP. idem eſt, neque ulla differentia eſt. NP, & EN. partim neſaſti, partim faſti ſunt. Hæc tamen differentia. quod NP. ſemel neſaſtus, & ſemel faſtus eſt. EN. mane, & veſperi neſaſtus, medio tempore faſtus. Vel, ut Varroniane loquar, NP, in quo neſaſtum cedit locum faſto, EN, in quo neſaſtum inſititio faſto diffinditur. *Joſ. Scaliger.*

*Neſaſti dies.*] Feſti ſententiam, partim etiam ejus verba divinarat olim ſagaciſſimus Scaliger. Addideratque Vides NEP. ſignificare idem quod NP. hoc eſt *neſas partim.* ut NE. PR. in Calendario Romano, hoc eſt *neſas priori parte.* Cui contrarius erat F. P. *fas priore* aut *partim.* Alii dicunt NE. PR. *neſas Prætori.* Quod non ita placet. Nam NE. PR. & NEP. & NP. idem eſt, neque ulla differentia eſt. NP. qui neſaſti priori parte, poſtea faſti ſunt. EN. vero, hoc eſt *endotercisi, intercisi,* qui mane & veſperi neſaſti, medio tempore faſti ſunt, vel ut Varroniane loquar NP. in quo neſaſtum cedit locum faſto. EN. in quo neſaſtum inſititio faſto diffinditur. Hoc eſt in quo neſaſtum in duas partes, interpoſito faſto, ſcinditur. *Dacerius.*

*Neſrendes.*] Ex Feſti verbis intelliges primam opinionem Mucii fuiſſe, alteram Aterii, qui Livii carmine ſe tuebatur. Cetera ex Paulo nota ſunt. Viden. Fulgen. Placiades de antiquis vocibus. & Feſtus, Rienes. *Ant. Auguſtinus.*

*Neſrendes.*] Qui dentibus frendere non poſſunt, hoc eſt frangere ut apud Serenum: *fruges frendeo ſolas, at ſicco robore.* Inde *neſrendis puer, neſrendis porcus.* Varro lib. 2. de r. r. cap. 4. de porcis: *amiſſo,* inquit, *nomine lactentis, dicuntur neſrendes ab eo quod nondum fabam frendere poſſunt, id eſt frangere.* Vide *frendere.* At *nebrundines,* ſive *neſrundines,* & *neſrendes,* antiquis dicti, qui poſtea *rienes,* à Græco νεφροὶ id eſt *rienes.* Et inde poſtea *neſrendes* & *neſrundines* ad teſticulos tranſlatum quod teſticuli rotundi ſunt ut rienes. Fulgentius neſrendes porcos dici putavit porcos caſtratos quaſi ſine renibus, ſed fruſtra. Terent. Scaurus de Orthographia. *Ne pro non antiqui poſuere, ut neſrendes porcos qui ſunt ſine dentibus, id eſt, qui fabam frendere non poſſunt. Dacerius.*

*Neſrendes.*] Verba Livii ſunt ex veteri Odyſſea. *Quem ego neſrendem alui lacteam immulgens opem.* Ex illo,

> παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἑοῖο ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω. Ὀδυσσείας δ.

ἀτιτάλλειν circumloquitur alere neſrendem lacteam immulgentem opem. ut poſſis advertere κακοζηλίαν veterum Latinorum in reddendis & exprimendis Græcorum verbis. Cum tamen in ſententiis ſæpe eorum diligentiam requiram, ut oſtendi olim in Conjectaneis.

*Negibundum.*] Negibundus pro Negabundus: ut Artire, pro artare. impetrire, pro impetrare. *Joſ. Scaliger.*

*Neglegens.*] *Nec legens. e* in *g* ut *nec otium, negotium.* Negligens, qui non legit, id eſt deligit. Varro lib. 5. de L. L. *Negligentia igitur ex eo quod quis non utatur dilectu: diligentia contra, quia diligat, hoc eſt deligat.*

*Navos à navis celeritate quæ velociſſima eſt, dicimus.*

PAULUS. Negotium, quod non ſit otium.

FESTUS. Negritu in auguriis ſignificat ægritudo.

Negumate in carmine CN. Marcii vatis ſignificat negate, cum ait: Quamvis moventium duonum negumate.

PAULUS. Negumate, negate.

Neminis genitivo caſu Cato uſus eſt, cum dixit: Sunt multi corde quos non miſeret neminis.

FESTUS. Neminis *genitivo caſu uſus eſt Cato cum dixit* & quis dicere cum ſit *neminis idem de magiſtratibus* vitio creatis, neminiſque. . . . . . . .

*Ennius* in Erectheo: lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret neminis.

Nemo compoſitum videtur ex ne, & homo. quod confirmatur magis quia in perſona ſemper ponitur, nec pluraliter formari ſolet, quia intelligitur pro nullo.

PAULUS. Nemo, nec homo. . . . . . . . . . . . . . . . .

Nemora ſignificant ſylvas amœnas.

FESTUS. *Nemora ſignificat ſylvas* amœnas *valet enim idem: ejus autem voca*buli auctor H*omerus, qui dixit in Iliade* λ'. ἐν νέμεϊ σκιερῷ. ἐπί τε λῖν ἔμβαλε δαίμων, dubium non *eſt quin eum deſignet locum* qui campos & paſcua *habeat.* νόμος *à Græcis* διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν *αὐτῷ appellatum.*

## NOTÆ.

*Negritu.*] Dubito quid hoc verbi ſit. puto tamen *ritu* eſſe pro *rite. nec ritu, negritu:* ut *nec otium, negotium.* Ergo nec rite, cum non recte eſt: *rite* autem & *ritu* ad ſacrificia & auguria pertinere notum eſt. *Dacerius.*

*Negumate.*] Verba CN. Marcii interprete egent. *Ant. Auguſtinus.*

*Negumate.*] Lego, Neginate, vel Negunate. Neginare pro negare: ut Natinare, pro natare. Carminis Martiani verba ita videntur legenda:

*Quamvis induitium duonum, negunate.*

Quamvis, inquit, bonum fuerit initium, tamen negate ſemper futurum. *Joſ. Scaliger.*

*Negumate.*] Lege, *negunate*, à *nego, negino*, ſive *neguno*, ut à *nato, natino. fuco, fucino: coquo, coquino: trico, tricino.* Carmen Marcii vatis ſic lege:

*Quamvis induitium duonum, negunate.*

Quamvis, inquit, bonum fuerit initium, tamen negate ſemper futurum. Scal. retinendum *negumate*; ita enim pro *negunate n* converſo in *m*, ut in *muginari* pro *nuginari*, &c. *Dacerius.*

*Neminis.*] In verbis Catonis, quæ Paulus refert, verbum corde nihil ſignificat, at ſi addas, lapideo, ſenſus elicitur. Sed videntur eſſe poetæ alicujus; ut illa, & quis dicere cum ſit. fortaſſe Ennii in Erechtheo. de qua tragœdia Gell. lib. 6. cap. 16. & Macrob. lib. 6. Satur. *Ant. Auguſtinus.*

*Neminis.*] Mira hic eſt Pauli ſupinitas, qui Catoni tribuit quæ ſunt Ennii ut infra ex Feſto. *Dacerius.*

*Neminis.*] *Neminis genitivo caſu uſus eſt Cato, cum dixit: & quis diceret, cum ſit neminis? Idem de magiſtratibus vitio creatis: neminiſque. . . . Ennius in Erectheo. &c. Joſ. Scaliger.*

*Neminis genitivo.*] *Neminis* etiam legitur apud Plautum captiv. 3. 5.

*— — — neminis*
*Miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.*

*Nemo.*] A *ne* pro *non* & *homo* vel *hemo*, ut antiqui dicebant. Nemo autem & nullus eo differunt quod *nemo* de perſona tantum, *nullus* tam de re quam de perſona; etſi *nemo dies* alicubi me legiſſe memini. *Dacerius.*

*Nemora.*] Reliquiæ Feſti oſtendunt illum originem Græcam deduxiſſe παρὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτοῖς. exemploque uſum Græci poetæ ἐν νέμεϊ σκιερῷ. *Ant. Auguſtinus.*

*Nemora.*] Prima linea deeſt. Supplendum autem totum ita: *Nemora videtur idem, quod ſilvas amœnas valere. Cujus vocabuli auctor Homerus, cum ait:* ἐν νέμεϊ σκιερῷ. ἐπί τε λῖν ἔμβαλε δαίμων. *Dubium non eſt deſignare locum, qui campos, & paſcua habet.* διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ. Locus, quem citat, eſt Ἰλιάδος λ'. *Joſ Scaliger.*

*Nemora.*] Recte quidem Feſtus nemus à νέμος quod Heſych. interpretatur σύνδενδρον τόπον καὶ νομὰς ἔχοντα. *Locum arboribus conſitum & paſcua habentem.* Locus Homer. eſt Iliad. λ'. *In nemore umbroſo, Leonem autem immiſit Deus. Dacerius.*

*Nemus.*]

Digitized by Google

Nemut niſi etiam, vel nempe. PAULUS.

*Nemut niſi etiam, vel nempe uſus eſt Cato de poteſtate tri*buniciacum ait: nemut . . . . . . . . . . . . . . ærumnas. . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Nepa Afrorum lingua ſidus, quod cancer appellatur. vel, ut quidam volunt, ſcorpius. Plautus: Dabo me ad parietem, imitabor nepam. PAULUS.

*Nepa Afrorum lingua* ſidus, quod dicitur noſtris *cancer, vel ut quidam volunt* ſcorpios. Plautus in *Caſina, receſſim dabo me* ad parietem, *imitabor nepam.* FESTUS.

Nepotes luxurioſæ vitæ homines appellati, quod non magis his rei ſuæ familiaris cura eſt, quam iis, quibus pater, avuſque vivunt. Nepos compoſitum ab eo, quod natus poſt ſit patri, quam filius. PAULUS.

*Nepos luxurioſus à* Tuſcis dicitur, *nam nepotes ſunt luxurioſi* homines *appellati, quod non magis his res* ſua familiaris *curæ eſt, quam iis quibus pater avuſque* vivunt. quod *nomen ductum ab eo quod natus poſt patri* ſit, quam fil*ius. Quidam, inter quos Ariſtar*chus inter*pres Homeri, Græcum eſſe volunt ad quod* ποῖσι νεπόδεσσιν ἑτοίμη, *afferunt ex Apollonio.* FESTUS.

Nepus, non purus. PAULUS.

Nequalia, detrimenta.

Nequam aurum eſt, auris quod vehementius ambit. hoc verſu Lucilii ſignificare ait Sinnius Capito nequam eſſe aurum, quod auris lædat; vel pondere inaurium, cum molliſſima pars auris inciditur, vel ex auro intellegi pecuniam, cujus reſpectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

Nequam aurum eſt, auris quodvis vehementius ambit. Hoc verſu Lucilius ſigni- FESTUS.

## NOTÆ.

*Nemut.*] Exemplum omiſit Paulus; Catonis fortaſſe, qui hoc verbo uſus eſt.

*Nepa.*] Plautus in Caſina. *Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam. Ant. Auguſtinus.*

*Nepa Afrorum.*] Recte dubitat Feſtus nepane cancer ſit an ſcorpius: nam utroque modo veteres uſurparunt; pro cancro ſupra. Plaut. pro Scorpio Cicero & Al. ſic gloſſ. *Nepa, σκορπίος. Dacerius.*

*Nepotes.*] Maximam partem horum verborum Feſti ex verbis Pauli interpretaberis, præter id, quod de Tuſcis initio dicitur: quodque in fine *νεπόδεσσι* ſcriptum eſt. De Tuſcis nihil aliud habeo, quam me opinari Tuſcos eo nomine uſos. Græcum autem eſſe cognovi, cum mihi Fulvius Urſinus ejus linguæ peritiſſimus, à quo multa in hoc libro emendata ſunt, oſtendit Apollonium lib. 4. & Theocr. Idyl. 17. in hac ſignificatione hoc verbo uti. Euſtathius quoque idem affirmat, in Δ Odyſſ. Fieri etiam poteſt, ut Apollonii carmen retulerit Feſtus, cujus finis eſt: *Τοῖσι νεπόδεσσιν ἑτοίμη.* Quem vero ſignificet illis ſyllabis (chus inter) an Ariſtarchum, vel Callimachum, aliumve; nobis incertum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Nepotes.*] Nepotes ſunt ἀπόγονοι Græcis etiam *νέποδες* dicti à *νε* privativa particula & *πούς*, pes, fundamentum, quia fundamentum non eſſent generis. *πούς* enim, ut Latinis *pes*, pro fundamento. Plaut. Aſinar.

*Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Ego pes fui.*

Inde nepotes dicti perditi ac luxurioſæ vitæ homines. cujus rei rationem infra Feſtus dabit, cui & hanc potes addere quod nepotibus ſemper indulgent avi, connivent eorum delictis ac impediunt quin ea in parentum conſcientiam veniant, unde ii poſtea nequam evadunt & diſſoluti. Hinc *nepotatus* in Gloſſ. *ἀσωτία. Dacerius.*

*Nepos.*] Vide in Conjectaneis. *Joſ. Scaliger.*

*Nepos.*] Ita ego hunc locum olim expleveram, præterquam quod in illis. . . . .chus. . .Callimachi locum latere putaverim:

*— — — οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω*
*Τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.*
*— — — neque enim mercenariam nutrio*
*Muſam ut Ceus Hyllichi nepos.*

Simonidem intelligit. voce *νέποδες* uſus etiam Theocrit. Idyl. 17. *Dacerius.*

*Nepus.*] Lego, *Nepurus. Joſ. Scaliger.*

*Nepus.*] Nepurus pro non purus, ut *nefunera* apud Catul. pro *non funera. nejure* Salluſt. pro *non jure: neceunt* infra pro *non eunt.*

*Nequalia.*] An à *ne* & *qualia*, vel à *ne* & *æqualia*, ut legendum ſit, *nequalia, detrita.*

*Nequam.*] Suſpicor Lucilianum verſum hac emendatione egere:

ficare videtur, nequam, eſſe aurum, quod aures lædat, *vel pondere inaurium* cum *molliſſima pars* auris inciditur, vel etiam cupiditatem pecuniæ voluit ſignificare.

Nequam, qui ne tanti quidem eſt, quam quod habetur minimi. . . . .

Nequeunt non eunt.

Nequinates, Narnienſes.

**FESTUS.** *Nequinates* Narnienſis *dicti ſunt, qui è Nequino oppido ejectis colo*nis veteribus, *ibi habitarunt. Cato in eo ad*verſus x. *homin.*

Nequinont pro nequeunt; ut ſolinunt, ferinunt pro ſolent, & feriunt dicebant antiqui. Livius in Odyſſea: Partim errant, neque nunc Græciam redire (nequinont.)

**PAULUS.** Nequinont, nequeunt.

Nequiquam, fruſtra.

**FESTUS.** Nequiquam ſignificari idem, quod fruſtra, plurimis auctorum exemplis manifeſtum eſt.

**PAULUS.** Nequitum, & nequitur pro non poſſe dixerunt.

**FESTUS.** Nequitum, & nequitur, pro non poſſe dicebant, ut Pacuvius cum ait: Sed cum contendi nequitum, ut clam tendenda eſt plaga. Plautus in Satyrione. Retrahi nequitur, quoquo progreſſa eſt ſemel. & Cato Originum libro primo: Fana in eo loco compluria fuere. ea exauguravit; præterquam quod termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.

## NOTÆ.

*Nequam eſt, aurum auris quoius vehementius ambit.*

Hoc eſt, nequam is eſt homo cujus aures aurum ambit. Male audiebant apud Romanos barbari, præſertim Pœni, qui aures perforatas habebant, neque mediocriter eos averſabantur. Plaut. Pœnul. 5. 2.

*Atque ut opinor digitos in manibus non habent.*
AG. *Quid jam?* MI. *Quia incedunt cum annulatis auribus.*

Unde jocus Ciceronis in Afrum: *Atqui aurem foratam habes.* Aliter non video quæ argutia ſit ſi Sinnii Capitonis ſententiam ſequamur. Scal. *Dacerius.*

*Nequam.*] Suſpicor Lucillianum verſum hac emendatione egere:

*Nequam eſt, aurum auris quoius vehementius ambit.*

Cujus aures aurum ambit, nequam eſt homo. Male audiebant apud Romanos barbari, præſertim Pœni, qui aures perforatas habebant. neque mediocriter eos averſabantur. Plautus Pœnulo:

*Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent.*
*Quid jam? Quia incedunt cum anulatis auribus.*

Unde jocus Ciceronis in Afrum: *Atqui aurem foratam habes.* Aliter non video quæ argutia ſit, ſi Sinnii Capitonis ſententiam ſequamur. *Joſ. Scaliger.*

*Nequam.*] Ex *ne* & *quidquam.* Varr. lib. 9. de L. L. *ut ex non & volo, nolo: ſic ex ne & quidquam item media extrita ſyllaba, coactum eſt nequam &c.* *Dacerius.*

*Nequeunt.*] Melius: *Neceunt.* Verba Livii ita legenda: *Partim errant: nequinunt Græciam redire.* *Joſ. Scaliger.*

*Nequeunt.*] Lege: *neceunt*; à *nec*, *non*, & *eunt.* Vide *nec* & *nepurus.* *Dacerius.*

*Nequinates.*] Ait Nequinates prius vocatos, qui poſtea Narnienſes dicti ſunt, expulſis colonis veteribus. Plinius: Narnienſes: quod oppidum antea Nequinum vocatum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Nequinates.*] Nequini, quod poſtea Narnia, meminit Plin. *Narnienſes: oppidum antea Nequinum vocatum eſt.* Et Liv. lib. 10. cap. 9. *Alter Conſul Apuleius in Umbria Nequinum oppidum circumſedit. Locus erat arduus atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia ſita eſt.* Et paulo poſt: *Ita Nequinum in ditionem populi Rom. venit. Colonia eo. adverſus Umbros miſſa à flumine Narnia appellata.* *Dacerius.*

*Nequinont.*] In carmine Livii non eſt verbum nequinont. & vereor, ne pro neque nunc nequinont ſit ſcribendum. Ratio autem carminis valde incerta eſt: quacumque ratione ſcribatur. Homeri verſus ex Odyſſea, quam Livius vertit. *Ant. Auguſtinus.*

*Nequinont.*] Verba Livii Andronici ſic legenda:

*Partim errant, nequinunt Græciam redire.*

*Dacerius.*

*Nequitum.*] Pacuvii Trochaicum emendamus:

*Sed cum contendi nequitum vi, clam tendenda eſt plaga.*

Ubi

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, quanquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait: Perfidioſe captus, eo ædepol nervo cervices probat.

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes, vel etiam cervices impediuntur. PAULUS.

Neſi pro ſine poſitum *eſt in lege dedicationis aræ* Dianæ Aventinenſis. FESTUS.

Neutiquam *pro nullo modo dici teſtis eſt*, cum ait, ſed *mihi neutiquam cor conſentit, cum* oculorum aſpectu. *Cicer.* *Indiſſolubiles quidem eſſe non poteſtis*, neutiquam *tamen diſſolvemini*.

Neutiquam, pro nullo modo. PAULUS.

Nexum eſt, ait Gallus Ælius, quodcumque per æs & libram geritur, idque necti dicitur. quo in genere ſunt hæc teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. FESTUS.

## NOTÆ.

Ubi notabis, ſimpliciter plagam etiam pro rete. Gloſſarium: *plaga κυνηγετικὸν λίνον. Joſ. Scaliger.*

*Fana in eo loco.*] Catonis verba de Tarquinio, qui *ut libera à cæteris religionibus area eſſet tota ejus templique ejus quod inædificaretur exaugurare fana ſacellaque ſtatuit, quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipſo diſcrimine adverſus Romulum pugnæ, voto conſecrata inaugurataque poſtea fuerant, inter principia condendi hujus operis, moviſſe numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam cum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere.* Liv. lib. 1. Vide & Flor. lib. 1. cap. 7. *Dacerius.*

*Nervum.*] Gloſſarium: *Nervus*, ξυλοπέδη. Simpliciter veteres Attici Nervum vocabant ξύλον, hoc eſt lignum. In duodecim: AERIS. CONFESSEI. REBVSQ. JVRE. JOVDICATEIS. TRIGINTA. DIES. JVSTEI. SVNTO. POSTIDEA. INDV. MANVS. JACTIO. ESTO. IN. JOVS. DVCITO. NEI. JOVDICATVM. FACIT. AVT. QVIPSENDO. JOVRE. VINDICIT. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT. NERVO. AVT. COMPEDIBVS. QVINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AVT. SEI VOLET. MAIORE. VINCITO. SEI. VOLET. SVO. VIVITO. NEI. SVO. VIVIT. QVI. EVM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. SEI. VOLET. PLVS. DATO. Nam, uti dixi, ξύλον vocabant hunc Nervum. unde qui ex lege Nexi erant, dicebantur, ἐγκυλοσκελεῖς in legibus Athenienſium. Gloſſæ Heſychii: ἐγκυλοσκελεῖς οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐν ξύλοις ἰσχυρωμένοι τοὺς πόδας. Unde Terentianum: *In nervum potius ibit.* Tertullianus: *Neſcio an crus de periſcelio in nervum ſe patiatur artari.* Verſus Plauti mendoſus ita legendus:

*Perfidioſe captus. edepol nervo cervices probas.*

*Joſ. Scaliger.*

*Nervum.*] Nervus vinculum ferreum quo pedes vel cervices impediuntur. de Cervicibus. Plaut. ut emendat Scal.

*Perfidioſe captus. Edepol nervo cervices probas.*

Hoc eſt, *convenientes.* Et in Aulular. 4. 10. Neque ferreum tantum vinculum, ſed & ligneum, unde veteres gloſſæ ξυλοπέδην interpretantur ritu Attico; Attici enim ſimpliciter nervum vocabant ξύλον, *lignum.* unde qui ex lege nexi erant, dicebantur ἐγκυλοσκελεῖς in legibus Athenienſium. Heſych. ἐγκυλοσκελεῖς οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐν ξύλοις ἰσχυρωμένοι τοὺς πόδας. Qui debita non ſolvebant, in ligno pedes vinciebantur. *Dacerius.*

*Neſi.*] *Neſi* pro *ſine* poſitum eſt in lege ædis Dianæ Aventinenſis. De legibus ædium ſacrarum, vide quid notamus ad vocem Opima. *Joſ. Scaliger.*

*Neſi.*] Scal. Per legem intelligit poſtico ædis Dianæ quæ in Aventino erat, de more poſitam. Quæ continebat inter alia utrum ædis illa eſſet templum necne: nam non omnes ædes erant templa. Vide notata in voce *opima.* Legis Dianæ Aventinenſis mentio extat in vett. inſcriptionibus. CETERVM LEGES HVIC ARÆ EÆDEM. SVNTO. QVÆ. ARÆ. DIANÆ. SVNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTÆ.

*Neutiquam.*] Hic verſus *neutiquam cor* &c. Citatur à Cicerone in Academis ſine poëtæ tamen nomine. Ciceronis autem locus extat in libro de univerſitate.

*Nexum.*] Solennis ritus & formula abalienationis ejus rei quæ mancipio dabatur vel pignori. Cicer. 3. de oratore *Nexum eſt quod per libram agitur.*

*Teſtamenti factio.*] Teſtamentum per æs & libram intellige quo paterfamilias ei quem ſucceſſorem elegerat, familiam ſuam ac univerſum jus patrisfami mancipio vendebat, ab illo nummum æneum qui libra pendebatur, imagnarii pretii nomine, accipiens.

*Nexi datio.*] Nexum dare, *Donner quelque choſe en hypotheque, en gage juſques à l'entier payement, par l'entremiſe de la balance & de la monnoye.* Et differunt *nexum dare aliquid* & *nexu tradere aliquid*.

Nictare & oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari, dictum eſt ab antiquis, ut Lucretius in libro quarto: Hic ubi nictari nequeunt, inſiſtereque alis. Cæcilius in Hymnide: garrulis medentes jactent ſine nictentur perticis. Novius in Macchoco: pone actutum ſcribit, cum in nervo nictabere. unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Cæcilius in pugile: tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris Percutere nictu; hic gaudere, & mirarier. Nictit canis in odorandis ferarum veſtigiis leviter ganniens, ut Ennius in libro x. veluti ſiquando vinculis venatica venenox apta ſolet ſi forte ex nare ſagaci ſenſit voce ſua nictit ululatque ibi acuta eſt. unde ipſa gannitio.

Paulus. Nictare eſt oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari. dicimus enim nictationem, & nictum, Cæcilius; Hunc tremulis palpebris Percutere nictu. Nictit canis in odorandis ferarum veſtigiis leniter ganniens. Ennius: Nare ſagaci ſenſit, voce ſua nictit, ululatque. unde & gannitio.

Festus. Niger lapis in comitio locum funeſtum ſignificat, ut alii, Romuli morti deſtinatum, ſed non uſu obv*enit ut ibi ſepeliretur, ſed Fau*ſtulum nutr*itium ejus ibi ſepultum fuiſſe, & Quin*tilium avum Ti. . . . . . *qui* partes Romuli ſequebatur, cujus famili*a dicta Quintilia juxta appellationem ejus.*

## Notæ.

*nexum dare*, eſt rem tradere ita ut non plane ac ſolide tranſeat ad emptorem, ſed nexa & obnoxia maneat venditori. *Nexu tradere* ita rem abalienare ut ea accipientis fiat in ſolidum. *Dacerius.*

*Nictare.*] Proprie, quod Græci πτερύγίζειν. Verſus Cæcilii, & reliqua ita bene habebunt: *Garruli ſine dentes jactent: ſine nictentur perticis.* Novius in Maccho copone: *Actutum ſcibis, cum in nervo nictabere.* De verſibus Ennii vide in Conjectaneis. *Joſ. Scaliger.*

*Nictare.*] A nitor, nempe à ſupino *nictum* pro *nixum.* Eſt autem nictare & nictari proprie quod Græci πτερυγίζειν, cum aves volaturientes alis latera verberant. Et eo ſenſu uſus Lucret. cujus integrum locum vide lib. 6.

*Cæcilius in hymnide.*] Verba Cæcilii ſic Scaliger:

*Garruli ſine dentes jactent, ſine nictentur perticis.*

Sed non placet. Tentabam olim:

*Grallis ſedentes jactent, ſine nictentur perticis.*

Locus Novii in Maccho Copone:

*Actutum ſcibis cum in nervo nictabere.*

Id eſt, mox ſcies cum vinculo cervicem impeditus, omnium membrorum niſu fruſtra te expedire conaberis.

*Cæcilius in pugile.*] Ejus verba corrupta ſuſpicor & forſan ita legenda: *Tum inter laudandum hic timidus tremulas palpebras percutere nictu, hic gaudere* ſupple, *cœpit*, vel *hunc timidum tremulus* &c. *hunc gaudere*, ſupple *videas. Dacerius.*

*Nictare.*] Ennii carmen lib. 10. mendoſum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Nictit canis.*] Ob odorem ferarum naribus objectum oculorum & membrorum niſu geſtit. Verſus Ennii ſic legit Scalig. in conjectaneis ad Varron.

*— — — Animuſque in pectore latrat*
*Veluti ſiquando vinclo venatica aeno*
*Apta ſolet cani, forte feram ſi ex nare ſagaci*
*Senſit, voce ſua nictat ululatque ibi acute.*

Apta vinclo aeno, eſt juncta, connexa vinclo. *Cani* pro *canis.* At Giſanius legebat:

*Veluti ſi quando vinclis venatica venox*
*Apta ſolet, ſi forte feram ex nare ſagaci.*

Quem non ſequor, neque enim illa *venatica venox* probari poſſe arbitror.

*Unde ipſa gannitio.*] In ſchedis . . . *Unde* . . . . . . *ipſa gannitio.* Lege: *unde nictatio ipſa gannitio. Dacerius.*

*Niger.*] Hiſtoria nobis ignota. *Ant. Auguſtinus.*

*Niger.*] Nigrum lapidem morti Romuli deſtinatum primo ait: deinde Fauſtulum nutricium Romuli ibidem ſepultum. Reliqua non aſſequimur. Lapidem hunc λίθινον λέοντα vocat Dionyſius Halicarnaſſeus. cujus verba, quia mentem Feſti nobis aperiunt, & lacunas explere poſſunt, adducam. Loquitur autem de pugna, quæ inter Romulum, & Remum fuit. in qua etiam Remus interiit: ἐν ταύτῃ φασί τινες τῇ μάχῃ τὸν Φαυστύλον ὃς ἐξεθρέψατο τοὺς νεανίσκους, διαλῦσαι τὴν ἔριν τῶν ἀδελφῶν βουλόμενον, ὡς οὐδὲν οἷός τ' ἦν ἀνύσαι, εἰς μέσους ὤσασθαι τοὺς μαχομένους ἄνοπλον, θανάτου τοῦ ταχίστου τυχεῖν ἐπιθυμούμενον, ὅπερ ἐγένετο. τινὲς δὲ καὶ τὸν λέοντα τὸν λίθινον ὃς ἔκειτο τῆς ἀγορᾶς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐν τῷ κρατίστῳ χωρίῳ παρὰ τοῖς ἐμβόλοις, ἐπὶ



Digitized by Google

Nihili, qui nec hili quidem eſt. PAULUS.

Ningulus, nullus. Marcius vates. Ne ningulus mederi queat. FESTUS.

Ningulus, nullus, ut Ennius libro ſecundo: Qui ferro minitere. atque in te ningulus mederi queat.

Niquis ſcivit centuria eſt, quæ dicitur à Servio Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua. nequis civis ſuffragii jure privaretur. nam ſciſcito ſignificat ſententiam dicito, ac ſuffragium ferto: unde ſcita plebis. Sed in ea centuria, neque cenſetur quiſquam, neque centurio præficitur, neque centurialis poteſt eſſe, quia nemo certus eſt ejus centuriæ. eſt autem Niquiſcivit, niſi quis ſcivit.

Nivem V*errius interpretatur novum ex* Græco, qui id ne*on dicunt N.* *ſi*gnificat da.

Nivem interpretatur novum ex Græco, quod illi dicunt νέον. PAULUS.

Nixi dii appellabantur, quos putabant præſidere parientium nixibus.

Nixi dii appellantur tria ſigna in Capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, velut præſidentes parientium nixibus. quæ ſigna ſunt qui memoriæ prodiderint, Antiocho rege Syriæ ſuperato M. Acilium ſubtracta à populo Rom. adportaſſe. atque ubi ſunt, poſuiſſe. etiam quæ capta Corintho avecta huc, quæ ibi ſubjecta fuerint menſæ. FESTUS.

## NOTÆ.

τῷ σώματι τοῦ Φαυστύλου τεθῆναί φασιν, ἔνθα ἔπεσεν ὑπὸ τῶν εὑρόντων ταφέντος. Acro interpres vetus Horatii, in Epodos Horatii: *Varro pro roſtris ſepulcrum Romuli dixit: ubi etiam in hujus rei memoriam duos leones erectos fuiſſe conſtat. unde factum eſt, ut pro roſtris mortui laudarentur. Joſ. Scaliger.*

*Niger lapis.*] De Quintilio qui Romuli partes ſequebatur & à quo dicti Quintilii. Vide *Fabiam* & *Quintia.* Alebat forſan Feſtus Fauſtulum à Quintilio ſepultum. *Dacerius.*

*Ningulus.*] Ennii verſus mendoſus eſt, & quia video Paulum referre verba Marcii vatis, quod à Feſto prætermittitur; arbitror deeſſe aliquot verba, in quibus Ennii verſus finis, & Marcii orationis initium ſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Ningulus.*] Dictum pro, *necullus.* nam non geminabant literas. & N. interpoſitum. Confuſa ſunt teſtimonia Ennii & Martii. *Joſ. Scaliger.*

*Ningulus.*] Male Paulus Marcio vati tribuit, quæ ſunt Ennii, cujus verba ſic olim reſtituit Merula:

*Qui ferro minitaris ut in te ningulu' modo*
*Ire queat.*

Vel propius ad ſcripturam Marſilius.

*Qui ferro minitere, atque in te ningulus met*
*Ire queat.*

De Horatio, qui ſolus adverſus tres Albanos dimicans, ſingulos prout ſequi poterant adortus, ſuperavit. *Ningulus* autem pro *nec ullus, neculus, nigulus, ningulus.*

*Niquis ſcivit.*] Hanc centuriam à Servio Tullio inſtitutam dicit Feſtus in qua liceretei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua, ne quis civis ſuffragii jure privaretur.

*Nivem.*] *Nivem Verrius interpretatur novum ex Græco qui id νέον dicunt N. . . . . ſignificat da. . . .* Ita ſchedæ. Sed iſta N. . . . . . *ſignificat da.* . . . . tam huc non pertinere certum eſt, quam quo pertineant incertum. Puto tamen divulſa ab eo capite ubi de *noctiluca.* Sed cur à *νέον nivis, nix?* An quia tum tantum nix eſt dum nova eſt, neque in liquorem reſoluta? Nugæ. Nix eſt ab obſoleto *νίψ, νιφός.* Vel à *ninxi*, ut à *duxi, dux.* Jul. Scaliger volebat eſſe per ſyncopen ex *nivis.* Nivis autem à *ninguis* quo utitur Lucret. *Dacerius.*

*Nixii.*] Gloſſarium: Nixæ, *ὠδῖνες.* In fine; *quæ ibi ſubjecta fuerint menſæ.* hoc eſt, oppignerata argentariis Corinthienſibus. Deinde ex vetuſto libro: *Etiam qui capta Corintho.* hoc eſt, Sunt etiam qui dicant capta Corintho &c. *Joſ. Scaliger.*

*Nixi dii.*] Vel *nixii* à nitendo, quod nixibus parientium præſideant. *Niti* enim proprie de parientibus, & *nixus*, partus. Virg. 4. Georg.

*——— ——— aut fœtus nixibus edunt.*

Ubi Servius: *Nixibus, partubus à nitendo. Unde & enixa dicimus.* Nixos autem Deos legas apud Ovid. 9. Metam.

*Feſſa malis, tendenſque ad cœlum brachia, magno*
*Lucinam, nixoſque pares, clamore vocaram.*

*Quæ ſigna ſunt qui.*] Lego: *quæ ſigna ſunt qui memoriæ prodiderint, Antiocho rege Syriæ ſuperato, M. Atilium ſubtracta populo Rom. adportaſſe, atque ubi ſunt*

Digitized by Google

Nobilem antiqui pro noto ponebant, & quidem per G litteram, ut Plautus in Pſeudolo: Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis. & oculis meis obviam gnobilis objicitur. Attius in Diomede; Ergo me Argos referam. nam hic ſum gnobilis. Livius in Virgo: ornamenta incedunt gnobili ignobiles.

PAULUS. Nobilem antiqui pro noto ponebant. Peregrina facies, atque ignobilis.

Noctilucam Lucilius cum dixit, obſcænum ſignificat.

FESTUS. Noctilucam Lucilius cum dixit, lib. ij. obſc*ænum ſignificat nocticula* . . . . . . medica . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Noctua à tempore noctis dicta, quo canit vel volat.

FESTUS. *Noctua videtur dicta à Noctis tempore*, eo quo *canere ſolet, aut volare. ab ea γλαυκῶπις* appellatur *Minerva à Græcis quia noctua oculis eſt cæſiis.*

Nœgeum quidam amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum ac perlucidum, quaſi à nauco, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum non ſine candore, ut Livius ait in Odyſſea: ſimul ac lacrimas de ore nœgeo Deterſit. id eſt candido.

PAULUS. Nœgeum amiculi genus. Nœgeum candidum. Livius: Lacrimas de ore nœgeo Deterſit. id eſt candido.

## NOTÆ.

*ſunt poſuiſſe. Etiam qui dicant capta Corintho advecta huc, quæ ibi ſubjecta fuerint menſa.* Hoc eſt, *ſunt etiam qui*, &c. *Subjecta menſa*, hoc eſt, quæ ibi oppignerata argentariis Corinthienſibus. *Dacerius.*

*Nobilem.*] Lege in fine. *Livius in Virgine: Ornamento incedunt gnobili.* nam ultima vox abundat. *Joſ. Scaliger.*

*Nobilis.*] A *noſco*, *novi*, *notum*, *nobilis*, ut à *motum*, *mobilis*. Antique *gnobilis* addito *g*. ut *gnarus*, *gnatus*, *gnavus*. Locus Plauti è Pſeudol. act. 4. ſc. 11. Sed ibi *ignobilis* hodie recte legitur. Id eſt ignorabilis, ignotus. Iſta *& oculis meis*. Id eſt & idem Plautus, *oculis meis*, &c. E Pſeudol. 2. 1.

*Qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur?*

*Attius in Diomede.*] Attii verba ſic alibi.

*Ego me Argos conferam, nam hic ſuam gnobilis,*
*Ne cui cognoſcar noto.*

Ultima vox *ignobiles* abundat.

*Nocticulam.*] Deerat prima linea quæ forſan adhæſerat poſt *nivem*. Poſtrema ſunt Lucilii verba. Sed pro *noctilucam*, *noctilucum*, hoc eſt, *noctilugum* vel potius *noctulugum* emendat Scaliger in conjectaneis, additque eam vocem uſurpaſſe Lucilium pro obſcæno, hoc eſt, mali ominis quales ſunt bubones aut ſimiles aves noctu lugentes. Sed ſic etiam recte *noctilucam* ſcripſerit Lucilius, pro *noctilugam*. Quidam legunt *noctipugam* veretrum intelligentes, quod nocte pungat. Et hæc eſt vera lectio ut optime magnus Salmaſius in Solinum. Ita enim, inquit, Lucilius contraria compoſitione finxit *noctipugam*, alludens ad *ſolipugam*, quam ἡλιοκεντρίδα exponit Gloſſ. in vet. cod. V. Cl. Merſerii diſerte ſcriptum *noctinuga* ex quo facto fuit facile divinare *noctipuga*, ſed veteres Gloſſæ Palatinæ quas penes me habeo hoc confirmant in quibus legitur, *noctipugam obſcænum quod quaſi noctibus compungat.* Noctipuga νυκτίκεντρον. Sic eam partem vocaverat hoc verſu Sotades, εἰς οὐκ ὁσίην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖ. Apuleius de Pſyche gravida, *creſcentes dies & menſes exeuntes anxia numerat & ſarcina neſcia rudimenta miratur de brevi punctulo tantum incrementulum l cupletis uteri.*

*Noctua.*] Verba ultima *noctua oculis eſt cæſiis* adhæſere poſt *nonœola*. De noctua autem idem Varro lib. 4. de L. L. *Noctua quod noctu canit & vigilat.* Similiter Græcis νυκτερὶς dicitur à νὺξ nox. Minerva vero dicta γλαυκῶπις non à noctua, ut putat Feſtus, ſed quia ipſa erat λαμπρόφθαλμος, vel φοβερὰ τὴν ὄρασιν viſu horrenda. Sed de hoc alibi. *Dacerius.*

*Nœgeum.*] *Nœgeum* recte exponit amiculi genus prætextum purpura. Eſt enim verſum ex Homerico, φᾶρος πορφύρεον. Simulac lacrimas de ore nœgeo deterſit.

Δάκρυ' ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἀπὸ φᾶρος ἕλεσκε.

ὀδυσ. θ'. Nam paulo ante πορφύρεον vocavit. Quare vero putet hic eſſe adjectivum Feſtus, interpreteturque *candido*, cauſſam comminiſci non queo. *Joſ. Scaliger.*

*Nœgeum.*] Mirum quam graviter hic errarunt & Feſtus & alii qui cum eo nœgeum candidum interpretantur. Nam in verſu Livii vox *nœgeo* non refertur ad ore ſed ad *deterſit*. *Simulac de ore ſuo lacrymas deterſit nœgeo.* Neque aliud eſt nœgeum quam ami-

Nomen dictum quaſi novimen quod notitiam facit.

Nomen ſive ex Græco ὄνομα *dictum eſt quaſi novimen quod notitiam faciat*, ſive familiæ eſt *ut Terentius. ponitur etiam pro debito ut exa*ctum dicimus *fuiſſe nomen cum à debitore exacta* pecunia ſit. FESTUS.

Nonarum, Iduum, Kalendarum poſteri dies nuptiis alieni habentur; quoniam hi dies decreto Pontificum atri judicati ſunt: quod quotieſcumque Romani duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicaverunt, male rempublicam geſſere. PAULUS.

*Nonarum poſtridie iduum* Kalend*arum dies alieni habentur. item*, *novæ* nuptæ *à D.* IIII. *Calend. nonas idus diem a*trum inluce*ſſere obſervatum eſt*, *quoniam*, *decreto Pontificum atri hi* dies eſſe judica*ti ſunt*, *quod quotieſcumque Romani* duces belli ger*endi gratia his diebus ſupplicavere*, *male* rempub. ges*ſere.* FESTUS.

Nonas quidem à nova luna, quod in eas concurreret principium lunæ. alii quod ſemper ante diem Iduum nonum eſſent, ſcribique ideo debere primam appellationis ejus ſyllabam adjecta V littera.

Nonœolæ vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. . . . . . . PAULUS.

. . . . . . . as eſt cæſis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

caprarum ſup*pendent.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

amiculum prætextum purpura. Verſum enim eſt, ut optime Scaliger, ex Homerico φᾶρος πορφύρεον. In Odyſſea quam Livius convertit.

*Simulac lacrymas de ore nœgeo deterſit.*

Δάκρυ ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἕλεσκε.

Ad verbum.

*Lacrymas detergens, è capite nœgeum demebat.*

Odyſſ. θ'. v. 88. Nam v. 84. vocavit πορφύρεον μέγα φᾶρος. *Dacerius.*

*Nomen.*] Deeſt prima linea: *Nomen dictum eſt, quaſi Novimen. ſive ex Græco* ὄνομα. *idque familia eſt. item pro debito, ut exactum dicimus nomen, cum pecunia ſit exacta à debitore.* Feſtus καταχρηστικῶς ponit familiam pro gente. Nam potius nomen gentis eſt, ut Agnomen familiæ. *Joſ. Scaliger.*

*Nomen ſive ex Græco.*] Hæc trajectione unius vocis non leviter corrupta ſunt. Lege: *Sive ex Græco* ὄνομα, *ſive dictum eſt quaſi novimen quod notum faciat. Familia eſt*, &c. Si malis eſſe à Græco ὄνομα, o præciditur, ut ὀδόντες *dentes*. Sed melius à *novimen, nomen*. Vel ut alii, à ſupino *notum*, *nomen*, ut à *motum*, *momen*. Cum Feſtus ait nomen eſſe familiæ, familiam ponit pro gente. Nam potius nomen gentis eſt, ut agnomen familiæ. *Dacerius.*

*Nonarum.*] Hæc erant ex libro quarto Verrii de verborum ſignificatione, ut Gellius ſcribit lib. 5. cap. 13. Videndus etiam Livius lib. 6. Ovid. 1. Faſtor. Plutarch. in problem. Macrob. lib. 1. Saturn. *Ant. Auguſtinus.*

*Nonarum.*] L. m. habet *nuptis* pro, *nuptiis*. vide Macrob. lib. 1. c. 15. *Ful. Urſinus.*

*Nonarum.*] Deeſt prima linea. & ſpatia anguſtiora relicta ſunt, quam quantum ſatis ſit ad ea capienda, quæ deſiderantur. Ita igitur ſuppleto: *Nonarum, Iduum, Kalendarum poſtridie, item ante* IIII. *Kalendas, Nonas, Idus novæ nuptæ tempus atrum inluciſcere obſervatum eſt: quoniam atri hi dies eſſe judicati ſunt decreto Pontificum. quod quotieſcumque Ro. duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicaverunt, male Remp. geſſere.* vide Gellium lib. 5. cap. 13. & Macrob. lib. 1. Saturnal. *Joſ. Scaliger.*

*Nonarum, iduum.*] Macrob. lib. 1. Saturnal. *Ne hoc prætermiſerim quod nuptiis copulandis Calendas, Nonas, & Idus, religioſas, id eſt, evitandas cenſuerunt. Hi enim dies præter Nonas feriati ſunt. Feriis autem vim cuiquam fieri piaculare eſt, ideo tunc vitantur nuptiæ, in quibus vis fieri virginibus videtur*, &c. *Nonis prohibetur celebritas nuptiarum quia primus dies verecundiæ datur, poſtridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipiſci & rem divinam facere. Omnes autem poſtridiani dies ſeu poſt Calendas ſeu poſt Nonas Iduſve ex æquo atri ſunt. Ideo & nonas inhabiles nuptiis eſſe dixerunt, ne nupta aut poſtero die auſpicaretur libertatem uxoriam, aut atro immolaret, quo nefas eſt ſacra celebrari.* Vide præterea Liv. lib. 6. Ovid. Faſt. & Plutarch. in Problem.

*Nonarum poſtridie.*] Vide Gellium lib. 5. cap. 13. qui ipſamet Verrii Flacci verba unde hæc Feſti petita ſunt.

*Nonas.*] Vel à nova luna, vel à *novem*. Quod à nonis ad Idus ſint novem dies, unde addit per u ſcribi debere *nounas*, à novem, *novenus nounus*, *nonus*. Utrumque etymon refert Varro lib. 5. Vide Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 15. & Scaligerum de emendatione temporum lib. 2.

*Nonœolæ.*] Mammulas penſiles vocat Varro de re ruſt.



Digitized by Google

Non omnibus dormio: proverbium videtur natum à Cipio quodam qui Pararenchon dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius uxor ejus mœcharetur. ejus meminit Lucilius.

Non pridem, æque, & recte, & frequenter dicitur, ac jampridem, quam pridem.

Nonuncium *quod vulgo magiſtri* ludi appellant *ſignificat novem uncias. at* teruncium, quod ſingula ſex *uncia dimidium unciarum trium ſit.*

PAULUS. Nonuncium, & teruncium dicitur, quod novem unciarum ſit, ſive trium.

Nota nunc ſignificat ſignum, ut in pecoribus; nunc litteras ſingulas, aut binas; nunc ignominiam.

FESTUS. Nota alias ſignificat ſignum; ut in pecoribus, tabulis, libris, litteræ ſingulæ, aut binæ; alias ignominiam.

Nothum Græci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos ſpurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius, qui Romæ regnavit, natus eſt ex concubina Spurius Tulli tributis. niſi forte malumus credere Ocliſia Corniculana captiva, cum ſuſceptum matre ſerviente.

## NOTÆ.

ruſt. lib. 2. cap. 3. ubi in notis ſuis dubitat Scaliger. num apud Feſtum legendum ſit *nævola*. Quod ſint ut nævuli, quomodo & cum de mamillis ſermonem haberet loquitur Gellius. In Gloſſario Iſidori legitur, *nomicola, tubercula quæ ſub mento capræ ſunt*. Lege, *nonœola*.

. . . . . . *as eſt caſis.* ] Hæc ſuo loco mota ſunt vide *noctua*. Reliqua, *nonœola vocantur papillæ quæ ex faucibus caprarum ſuppendent*. *Dacerius.*

*Non omnibus.* ] Ne quis dubitet Cipium ſcribere, ut in vetuſtiſſimo libro Feſti eſt, & ita ſcribendum eſſe lib. 7. epiſt. Ciceronis, non Capius: ſciat hanc familiam fuiſſe Romæ; & extare denarios in quibus legimus M. CIPI. M. F. Hi à Cipo fortaſſe orti, cui cornua eſſe nata finxerunt. Ovid. 15. Metam. Val. Max. lib. 5. cap. 6. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hunc Valerius ex Genucia familia videtur nominare, & prætorem fuiſſe: quod ne Plinius quidem credidit. *Ant. Auguſtinus.*

*Non omnibus dormio.* ] Meminit Cicero lib. 7. ep. 24. *Capius, opinor, olim non omnibus dormio. Sic ego non omnibus, mi Galle, Servio.* Ubi *Capium* vocat quem Feſtus Cipium. Niſi & apud eum reſcribendum *Cipius*. Sane MSS. habent *Citius* ut ſemper proclivis fuit corruptio p in t. Cipius enim legendum eſt. Fuit Romæ hæc familia ut ex Denariis, ubi M. CIPI. M. F. pararenchon autem dictus eſt Græce *παραῤῥέγχων*, diceres gallicè, *le ronflard*. Locus Lucil. *non omnibus dormio*. Eſt ex incerto Sat. libro.

*Nonuncium.* ] Videtur Feſtus dicere teruncium & nonuncium idem eſſe, & ſignificare novem uncias, ita ut teruncium componatur è ſex ſexunciis ſive ſexcunciis. Quod certe ridiculum. *Teruncium* enim à tribus unciis, ut *nonuncium*, à novem. Sed mutilum ego eſſe hunc locum contendo, adeoque ſupplendum, *ut teruncium duas ſexuncias, quod ſingulas, &c.* Uncia autem non ab *uno* ut putavit Varro, ſed à Siculo *οὐγκία*, & *οὐγκία* ab *ἑνὸς*, mutato e in u unde *unus*. Ut optime ex Polluce Scaliger apud Varronem. *Dacerius.*

*Nothum.* ] Illud, Spurio patre natus; falſum eſt. malim Spurius incerto patre natus, ut Julius Paris notat in epitome. Sed videtur Spurium pro incerto accipere: & Servium facit Spurii filium. Vide Quintil. lib. 3. Plutarch. in Problem. Juſtinian. lib. 1. Inſtit. tit. de nuptiis. De matre Ser. Tullii in Lugdunenſi TI. Claudii imp. oratione dicitur. *Servius Tullius ſi noſtros ſequimur captiva natus Ocreſia; Si Tuſcos, Cœli quondam Vivennæ ſodalis.* Livius ſerva natum non credidit, ſed Servio Tullio, qui princeps Corniculanorum fuit. Dionyſ. lib. 4. Tullio Corniculano, & Ocreſia natum; Servii prænomen nato filio matrem impoſuiſſe, quod in ſervitute natus eſſet. Plinius, ſive quis alius, in libro de viris illuſtr. Servius Tullius P. Corniculani, & Ocreſiæ captivæ filius. cujus verba facile mutari poſſunt in Sp. & Ocleſiam. *Ant. Auguſtinus.*

*Nothum.* ] Spurius eſt, cujus pater ignoratur, atque, ut Lucretius loquitur, *volgivaga venere conceptus*. Cujus vocabulum Græci non habent. Nam *νόθους*, quos vocant, ii naturales apud Romanos: & patrem certum habent: *σκότιοι* autem furto concepti ſunt. Spurio patre natos joculari dicto vocant Romani, quia cum pater eorum ignoretur, matris eſſe dicuntur. Sed quia nunquam matris dicebantur liberi jure Ro. neque enim dicebatur, L. Titius Gaiæ filius, ſed L. Titius Marci filius: propterea eos vocabant Spurii filios, ut, Titius Spurii filius, à parte ſcilicet matris, unde procreati in lucem prodierunt, quæ honeſte nominari non poteſt. Nam *Spurium* eam partem vocabant veteres. Auctores Plutarchus, Apuleius, Iſidorus. Omnes enim *Spurium*, *ἀπὸ τῆς σπορᾶς* vocatam dicunt eam partem. Hoc ita eſſe præ-

Nothum Græci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos ſpurio patre natus *dicitur*. PAULUS.

Novæ curiæ proxime compitum Fabricium ædificatæ ſunt. quod parum amplæ erant veteres à Romulo factæ, ubi is populum, & ſacra in partis triginta diſtribuerat, ut in iis ea ſacra curarent, quæ, cum ex veteribus in novas evocarentur; ſeptem curiarum per religiones evocari non potuerunt. itaque Forenſis, Raptæ, Vellenſis, Velitiæ res divinæ fiunt in veteribus curiis. FESTUS.

Novalis ager novæ relictus ſementi. PAULUS.

## NOTÆ.

præter ea, quæ ſuperius à nobis dicta ſunt, fidem fecerit, quod eos etiam *Favonios* vocabant. Nam *Favonia* ova, quæ Græce ὑπηνέμια dicuntur, ea ſunt, quæ ſine initu maris concepta ſunt. *Favonii* igitur quaſi ſine patre. Quin & Plutarchus cum SP. quo Spurius notabatur, interpretetur ſine patre, ſignificat eos filios ſine patre vocatos. Recte igitur hic apud Feſtum noſtrum Nothum dici illum, quem vulgo ſpurio patre natum vocabant. Quod quam imprudenter doctiſſimi viri mutare conati ſint, nemo non videt: tum quia iiſdem verbis legitur apud abbreviatorem, tum etiam propter eam cauſſam, quæ à nobis in medium producta eſt. Sed & Plutarchus aperte: Διὰ τί τὰς ἀπάτορας σπορίυς ὑὸς καλῦσι; Nam falſa eſt lectio vulgata, σπορίυς ὑός. nunquam enim hominem vulgo conceptum, *Spurium filium*: ſed *Spurium* ſimpliciter, & *Spurii filium* vocabant. Delenda ergo menda de codice Plutarchi. *Joſ. Scaliger.*

*Nothum.*] Et illud de ſpuriis quidem verum eſt. De nothis probari non poteſt, neque enim ignoratur eorum pater. Nunc aliud quærendum eſt, & hoc ipſum continue Feſtus ſubjunxerat, ſed quia librariorum incuria corruptum fuit, interpretes adhuc latuit. Lege modo: *Quod Ser. Tullius qui Romæ regnavit, natus ex concubina Spurii Tulli Tiburtis.* Hanc enim ille rationem reddit cur nothi ſpurio patre nati dicerentur. Senſus eſt, *quem Græci nothum dicunt, hoc eſt ex matre non legitima natum, is apud Romanos ſpurio patre natus dicitur, quia Servius Tullius ex concubina & ſpurio Tullo Tiburte natus eſt.* Nil verius. Quæ ſequuntur ſic legito: *Niſi forte malumus credere Ocriſia Corniculana captiva eum ſuſceptum matre ſerviente.* De Servio Tullio alii alia afferunt. Vide Liv. lib. 1. & Dionyſ. lib. 4. *Dacerius.*

*Novæ curiæ.*] Tringinta curiarum nomina non extant. ſed & hoc loco ſeptem nominantur; & quattuor tantum nomina redduntur. Sunt etiam duarum curiarum nomina ſub littera T. Curia enim Titia, atque Tiſata explicantur, & apud Livium Faucia Curia lib. 9. Ceterarum nomina non accepi. *Ant. Auguſtinus.*

*Novæ curiæ.*] Mirum, cum ſeptem curiarum mentionem fecerit, quatuor tantum nomina appoſuiſſe. & cum dubium non ſit perperam ſeptem pro quatuor legi, proxime verum eſt, ut ex notis numerorum error ille manaverit. ut VII. pro IIII. legerit librarius. quod facile fuit, ut duæ primæ notæ inferiori parte inter ſe cohæſerint. Porro *Forenſis*, non *Forienſis* ſcribendum eſſe vel unus Ovidius convicerit Faſtorum libro 3.

*Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer.*
*A tribus hunc primum turba Forenſis habet.*

*Forenſes* ſunt, quos Strabo *Forulos*, Plinius *Foretios* vocat. Nam à populis finitimis Curias vocavit Romulus. Sic Tiſatam, Velienſem &c. Velitia, cujus hic mentio, dicta à Velitienſibus. quorum meminit idem Plinius. licet perperam in vulgatis libris *Vellicenſes*, pro *Velitienſes* hodie legatur. Cum ex his Feſti verbis pateat veteres curias præter quatuor, exauguratas fuiſſe: & in locum earum novas conſecratas: jure quis dubitaverit, quare M. Varro ſuo tempore veteres vocet, non novas, cum ait: *Curiæ duorum generum, nam & ubi curarent Sacerdotes res divinas, & curiæ veteres, & ubi Senatus humanas, ut curia Hoſtilia.* Fruſtra enim vocaſſet veteres, niſi & Novæ quoque jam tum eſſent. Sed non dubium potius veteres dixiſſe: quia illæ vocatæ primum curiæ. nam novæ adhuc non erant. *Joſ. Scaliger.*

*Novæ curiæ.*] Sacra autem evocare ſolebant è locis quos religione ſolverent. Ulpian. Dig. leg. 1. Tit. 8. *Sacrarium etiam in ædificio privato eſſe poteſt, & ſolent qui eum locum liberare religione volunt, ſacra inde evocare. Dacerius.*

*Novalis.*] Duo verſiculi dimidiati pertinent ad ea, quæ Paulus refert. Cetera aliena eſſe videntur; neque adhuc reperi, quid ſignificent. apud Dionyſ. lib. 8. T. Sicinius cos. de Volſcis triumphavit. Referuntur autem in fine nomina quorumdam illuſtrium virorum, qui intra ſuperiores 15. annos Conſules fuerunt. Opiter Verginius Tricoſtus, Poſtumus Cominius Aruncus. P. Veturius Geminus, A. Sempronius Atratinus, Sex. Fuſius Fuſus. inter hos Lævinus nominatur, quod cognomen eſt Valeriorum, item. . . . . *llius Tolerinus*, quem arbitror fuiſſe Manium Tullium, qui tunc etiam cos. fuit. At *Scævolam*, & *Ver*. . . . non agnoſco. Credidi aliquando fuiſſe hæc nomina eorum virorum, qui intra urbem ſepulti, vel combuſti ſunt, quod in 12. tab. id reperitur prohibitum: & hi ante 12. fuere.



Digitized by Google

FESTUS. *Novalem agrum Ælius Gallus, & Opilius, item Aurelius, eum aiunt eſſe quem Græci* νεῖον *dicunt. ad quod Homero quoque teſte utuntur, qui dixit* νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. *Sed Cin*cius eum eſſe ubi *gleba prociſſa ad novam* ſementem ſit reli*cta.*

*Na*u*ti conſulatu, &* T. Sicini Volſci *populi, cum atrox prælium* iniſſent adverſus *Romanos, Tribuni Mil. in Circo* combuſti feruntur, *& ſepulti, in crepidine* quæ eſt proxime cir*cum, qui locus poſtea fuit la*pide albo conſtratus, *qui pro rep. in eo prælio occubuere* Opiter Verginius *Tricoſtus: Valerius* Lævinus: Poſthumus *Comimus Aruncus, Ma*llius Tolerinus, P. *Veturius Geminus, A. Sempro*nius Atratinus, *Verginius* Tricoſtus, *Mu*tius Scævola. Sex. Fu*ſius Medulinus.*

Novendiales Feriæ. *dicuntur inſtitutæ. à Tullo* Hoſtilio rege ex *monitu, procurandis prodig*iis nono die in feriis *Latinis: ſive quod in* monte Albano lapi*dibus pluiſſet, ſive quod vox eſſet* exaudita. ut Albani *ſuo ritu facerent, quæ omiſe*rant ſacra. nam ab his *illa ſunt tunc revocata*, quæ miſſa cratea po*ene funditus deleta, negligere tempo*ribus *ſequentibus cepiſſet.*

*N. dicuntur inventæ à Marce*llo Cos. operæ *quibus admotis Syracuſæ facilius* expugnari poſ*ſent.*

PAULUS. Novendiales feriæ à numero dierum ſunt dictæ.

## NOTÆ.

re. Cicero lib. 2. de Legibus, cum recitaſſet legis verba: *Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito: Quid*, inquit, *qui poſt duodecim in urbe ſepulti ſunt? Claros viros credo T. fuiſſe; aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis cauſa tributum eſt, ut Publicolæ, ut Tuberto; quod eorum poſteri jure tenuerunt; aut eos, ſi qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis cauſa conſecuti ſunt.* Plutar. in Problem. Publicolæ, & Fabricii meminit; ſed affirmat triumphalibus conceſſum, ut oſſa eorum intra urbem deferri poſſent. Sed quid certi ſit, judicent doctiores. illumque locum quærant, proxime circum, qui ſit lapide albo conſtratus. *Ant. Auguſtinus.*

*Novalis.*] Deeſt prima linea. *Novalem agrum Quintus Mucius eum eſſe volt, qui ad novam ſementem ſit relictus.* Quæ ſequuntur, fragmenta ſunt, quale quod ſupra poſitum eſt poſt Nautiorum. Eſt autem ferme ita: *Conſulatu T. Sicini, Volſci cum prælium iniſſent adverſum, victique eſſent, combuſti feruntur in crepidine, quæ eſt proxime circum, qui locus lapide albo conſtratus eſt, &c.* Quod fragmentum forſitan diſtractum eſt à Novendialibus feriis. *Joſ. Scaliger.*

*Novalem agrum.*] Prior pars hujus lacunæ adhæſerat poſt *noverca* in edit. Scaligeri & aliis. Novalis ager qui & *novale* Græcis νέωμα, νέατος, νέος, νειός, & dicitur ager qui aratione novatus, nec dum ſatus eſt, ſed per annum ceſſat. locus Homeri quem laudat Feſtus, eſt ex Iliad. ζ. *Novalis profundi terminum pervenire.*

*Nauti conſulatu.*] Quod ait Feſtus *Nauti conſulatu & T. Sicini.* Cave credas Nautium & Sicinum eodem anno Coſſ. fuiſſe: nam falſum eſt. Annos duos hic Feſtus amplectitur. Priori, hoc eſt, anno ab urbe condita 266. Spurius Nautius Rutilus conſul fuit, cum Sexto Furio Medullino. Et eo anno adverſus Volſcos pugnatum eſt. Verum anno ſequenti T. Sicinius Sabinus cum C. Aquilio Tuſco conſulatum obtinuit, & Sicinius Volſcos devicit deque iis triumphavit. Vide Liv. lib. 2. & Dionyſ. lib. 8. In ſequentibus notandum eſt eos qui pro repub. occubuerant, intra urbem ſepultos, quod & alibi notavimus. Et ſepultos etiam alibi quam ubi combuſti. *Dacerius.*

*Novendiales.*] Livius ſcribit devictis Sabinis à Tullo Hoſtilio Rege, *nuntiatum eſſe in monte Albano lapidibus pluiſſe; miſſis, qui id viderent, renuntiarunt audiſſe vocem ex luco, ut patrio ritu ſacra Albani facerent. Romanis novendiale ſacrum publice ſuſceptum, ſeu voce cœleſti ex Albano monte miſſa, ſeu aruſpicum monitu. manſiſſe ſollemne, ut quandocumque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur.* Ex his verbis maxima pars verborum Feſti intelligi poteſt. poſtremi verſiculi interpretem deſiderant. Adde Liv. lib. 38. *Ant. Auguſtinus.*

*Novendiales.*] Gloſſarium: *Novendialia*, ἔνατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα. *Joſ. Scaliger.*

*Novendiales feriæ.*] Novendiales feriæ & novendialia ſacra dupliciter à Romanis acta fuere. Uno modo cum defunctis nono die quam mortui fuerant, parentabant: altero cum prodigium aliquod acciſſet, quod per novem continuos dies, ſacro, quod inde novendiale dicebatur, ſolebant expiare. De quo hic Feſti locus accipiendus. Cujus verba lucem accipient ex verbis Livii qui fuſe hiſtoriam narrat. Illud vide lib. 1. ſect. 31. in illis, *miſſa cratea pene funditus.* Reſcribe, *amiſſa civitate ac pene funditus deleta. Dacerius.*

*Novendiales.*] Quid velit, non obſcurum eſt, uſque ad illa verba, *quæ miſſa crate.* Videtur illis noven-



Digitized by Google

Noverca dicitur, quam quis ſublatis liberis novam uxorem duxit augendæ familiæ gratia.

*Noverca dicitur quam quis liberis ſublatis* novam *uxorem ducit arcendæ familiæ* gratia, id eſt coercendæ: *prima autem memoratur apud V*ecterrania, *quæ nupſit*. . . . . . FESTUS.

*Navibus regnante* Ser. Tullio *quod in Aventinum montem paludib. diſcluſum* aſcenderetur, *ab advectu*, *ſic dictum aiunt*, *vel quod Aven*tinus in Aventi*no rex Albanus ſit ſepultus*.

Noxa ponitur pro peccato aut pro peccati pœna, cum lex jubet noxæ dedere pro peccato. PAULUS.

Noxia apud antiquos damnum ſignificat, ſed à poëtis ponitur pro culpa.

*Noxia* ut Ser. Sulpicius *Rufus ait*, *damnum ſignificat*: apud poëtas autem, & oratores ponitur pro culpa. at noxa peccatum, aut pro peccato pœnam, ut Attius in in Melappino. te te eſſe huic noxæ obnoxium. Item cum lex jubet noxæ dedere, pro peccato dedi jubet. Cæcilius in Hypobolimæo Chereſtrato. Nam iſta quidem noxa mulieris eſt magis, quam viri. FESTUS.

## NOTÆ.

vendiale ſacrum factum, quos Tarquinius ſub crate necaviſſet. De quo vide Livium. *Joſ. Scaliger.*

*N. . . . dicuntur.*] Supplendum exiſtimo: *Novæ dicuntur* &c. Dicit quaſdam machinas inventas à Marcello, ut Syracuſæ facilius expugnarentur. *Dacerius.*

*Noverca.*] Repone ex veteribus editionibus, *arcendæ familiæ*. Arcendi verbo primigenio utitur Feſtus pro derivato, Arceſſo, alibi, cum ait: *Sagmina vocantur verbena, id eſt, herba pura: quia ex loco ſancto arcebantur à Conſule.* Quod conſenſu receptum videtur, cum lex, & proportio ſermonis Latini poſceret, ut diceretur *Arcire*, non *arcere*, quod poſtea dictum *Accire*, ut *Arcedo*, *accedo*. *Arvenio*, *advenio*. *Arcio* ergo, *arceſſo*: ut *capio*, *capeſſo*. Hic vero *arcere*, ipſe Feſtus uſurpat pro coercere, ut ipſe interpretatur. quod olim non animadvertit Turnebus.

*Noverca.*] Infra: Deeſt prima linea. *Noverca dicitur, quam quis liberis ſublatis novam uxorem ducit arcenda familia gratia*, id eſt coercendæ. Reliqua ſunt fragmentum Novendialium feriarum. Et in illo, *ecterrannia*, agnoſco veſtigia nominis *lectiſterniis*, quod verbum accommodum eſt novendialibus feriis. In fine hæc deſiderantur: *Novalem agrum Ælius à nova ſemente.* alii aiunt eſſe Græcum, νειόν. ad quod teſte H mero quoque u untur: ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. L cus eſt ἰλιάδ σ'. Superius quoque de Novali agro diſſeruit. niſi mavis conjungere cum his. Tamen non eſt novum Feſto iterum, aut ter de eadem re loqui. ut de Supparo ter, de Sucula bis. *Joſ Scaliger.*

*Noverca.*] Pro illo *Vecterannia*, quod corruptum eſt, repono *apud Verrium Annia*. vel *apud veteres Annia*: nam Annia eſt nomen illius quæ prima noverca memoratur. Immane quantum hic erravit Scaliger.

*Navibus regnante.*] Vide *Aventinus*. *Dacerius.*

*Noxia.*] Gloſſarium: *Noxatio*, εὐθύνα. *Noxam dedit*, εἰς κόλασιν δέδωκεν, εἰς εὐθύνας. Porro Cæcilius citatur in *Hypobolimæo Chareſtrato*. . ut diſtinguatur ab altera fabula quam idem poëta docuit, *Hypobolimæo Æſchino*, Gellius libro 15. cap. 4. Cave confundas cum alia fabula ejuſdem, cui titulus erat, *Hypobolimæa Raſtraria*. Nonius ejus ſæpe meminit. Sed in omnibus illius Grammatici etiam in recentioribus codicibus corrupte citatur. Igitur ita emendabis quotieſcumque citatam reperies hanc fabulam in his vocibus, aut verbis quæ ſubjungam: *Lactare*, *Obſordere*, *Singulatim*, *Mantare*, *Cœpiam*. In omnibus enim his verbis, ubi Nonius producit teſtimonia ex Cæcilio, ſemper corrigendum: *Cæcilius Hypobolimæa Raſtraria*. *Joſ. Scaliger.*

*Noxia ut Ser. Sulpicius.*] Bene inter noxam & noxiam diſcrimen ſtatuit hic Servius ad illud Virgil. *unius ob noxam*. *Noxam*, inquit, *pro noxiam*, *quod noxia culpa eſt*, *id eſt peccatum*. *Noxa autem pœna.* Sed quod non vidit Servius, vera & propria horum vocabulorum differentia eſt, quod *noxa generale* eſt, quo omne id quod nocet intelligitur, tam culpa quam læſio. vel pœna & homo qui nocet. *Noxia* vero adjectivum ſubintelligitur *culpa*, & ſimpliciter maleficium, culpam vel peccatum ſignificat. Terent. Phor. Inde illæ formulæ loquendi *noxam ſarcire*, pro *damnum ſarcire*: *noxa* vel *in noxam dedere*, id eſt, animal, mancipiumve vivum tradere pœnæ pro damno dato. in 12. tab. *Sei Servus ſciente domino furtum faxit*, *aliamve noxam nocuverit*, *dominus noxa dedito*. Item: *Si quadrupes pauperiem faxit dominus ſarcito*, *noxave dedito*. Sic noxis ſolvi & ſolutum eſſe pro carere delicto ob quod poſſit noxali judicio agi.

*Attius in Menalippo.*] Attii Menalippum vocat Cicer. Nonius etiam aliquando, ſed ſæpius *Menalippam*, & ita malim. *Dacerius.*



Digitized by Google

Nuces *flagitantur nuptis*, *&* jaciuntur pueris ut novæ *nuptæ intranti domum* novi mariti auſpicium *fiat ſecundum & So*liſtimum.

Paulus. Nuces flagitantur nuptis, jaciuntur pueris, ut novæ nuptæ intranti domum novi mariti ſecundum fiat auſpicium.

Nuculas Prænestinos appellabant; quod incluſi à Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtentarunt; vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcitur.

Festus. Nucu*la Præneſtinos antiqui appellabant*, quod incluſi, *à Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtenta*verunt, vel quod in *eorum regione plurima nux minuta* naſcitur.

Paulus. Nudius tertius compoſitum ex nunc & die tertio.

Festus. *Nudius tertius compo*ſitum ex nunc *&* die tertio.

*N.* . . . . . . . . . . . . . . di*cuntur* in agro *quos*. . . . . . . *alio nomine* appellant à par*te totum ſignificantes*, *quaſi inde appella*ti ſint. . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Notæ.

*Nuces.*] Ex his verbis Feſti elicitur, auſpicium ſoliſtimum ex nucibus cadentibus in nuptiis fieri. Id diſplicet Plinio lib. 15. cap. 22. & Varroni apud Servium 8. eclog. Ambo hæc de nucibus juglandibus intelligunt. Huc pertinent illa Catulliana: *Concubine nuces da.* & Vergilii: *Sparge marite nuces. Ant. Auguſtinus.*

*Nuces.*] Nuces cadentes *auſpicium ſonivium* facere ait Plinius lib. 15. cap. 22. quod hic vocatur *ſoliſtimum auſpicium. Joſ. Scaliger.*

*Nuces flagitantur.*] Auſpicium Soliſtimum eſt quod nuces in terram cadentes faciunt. *Sonivium* vocat Plin. lib. 15. cap. 22. Cur nuces autem ſpargerentur in nuptiis variæ cauſſæ afferuntur. Vide Servium ad illud Eclog. 8.

*Sparge marite nuces.*

Vide Catull. carm. 57. de nuptiis Juliæ & Manlii. Hoc inſtitutum è Græcis fontibus manaſſe certum eſt, nam in ea gente novus ſponſus juglandes, Amygdalas & id genus alia ſpargebat quæ ipſi vocabant καταχύσματα. locuples teſtis Ariſtophanes. *Dacerius.*

*Nuculas.*] Liv. lib. 23. ſcribit, Præneſtinos quoſdam fuiſſe Caſilini in præſidio; famemque toleraſſe. in qua Romanos milites nuces in flumen, qui medius erat inter Romana caſtra, & oppidum, profudiſſe, eaſque fuiſſe cratibus exceptas. Macrobius lib. 3. Saturn. refert Varronem exiſtimaſſe, Præneſtinas nuces eſſe dictas, quod juxta agrum Præneſtinum eſſent, Carſitanas, ἀπὸ τῶν καρυῶν dictas. *Ant. Auguſtinus.*

*Nuculas.*] Nævius in Ariolo

*——— ——— ——— Heri*
*Quis apud te? Præneſtini, & Lanuvii hoſpites.*
*Suopte utroſque decuit acceptos cibo.*
*Alteris inanem bulbam madidantem dare,*
*Alteris nuces in proclivi profundere.*

Nuculas manifeſto dictos confirmant hi verſus. Itaque jubet illis in proclivi nuces profundere, ut ſolebat pueris. Quin in veteribus ſaxis mentio eſt ſparſionis nucum, quam quotannis facere ad tumulum teſtatoris damnas eſt heres ex eo teſtamento. *Joſ. Scaliger.*

*Nuculas.*] De Præniſtinis cum paucis Romanis Caſilini in Campania ab Annibale obſeſſis, famemque nucibus quæ ad ſe medio amne Vulturno defluebant ſuſtinentibus, vide Livium lib. 23. ſect. 19. Nuculas autem manifeſto dictos confirmant verſus Nævii in Ariolo:

*——— ——— ——— Heri*
*Quis apud te? Præneſtini & Lanuvini hoſpites.*
*Suoque utroſque decuit acceptos cibo.*
*Alteris inanem bulbam madidantem dare*
*Alteris nuces in proclivi profundere.*

Lego:

*Alteris inanem bulgam madidam te dare.*

Ideo ait *in proclivi* quia proclivi fluvio ad Præneſtinos nuces defluebant. In veteribus ſaxis, ut monuit Scal. mentio eſt ſparſionis nucum, quam quotannis facere ad tumulum teſtatoris damnas eſt heres ex eo teſtamento.

*Plurima nux minuta.*] Quam Præneſtinam ideo vocavit Varro. Macrob. 3. Saturnal. *Dacerius.*

*Nudius tertius.*] Ex verbis Feſti quædam videntur eſſe referenda ad aliud verbum mihi ignotum. *Ant. Auguſtinus.*

*Nudius tertius.*] Nudius tertius quaſi *nunc dies tertius.*

*N. . . . . . . . . dicuntur.*] Duo capita hic videntur cohæſiſſe, ſed quid contineant & quo pertineant, divinare non poſſum. *Dacerius.*

*Numam.*]

dicantur pa. . . . . . . . . . . . . . . .

*dic*itur cælum cav*um*. . . . . . . . . . . .

*di*catur dam. . . . . . . . . . . . .

Numam Pompilium Janicul*um montem habitaviſſe* ferunt in quo arcam ejus in*ventam cum libris Numæ* nominis à Terentio *quodam ſcriba repaſtinan*te agrum.

Numæ Pompilii in Janiculo eſt ſepulchrum. PAULUS.

Numella genus vinculi, quo quadrupedes deligantur.

*Numella genus vinculi*, quo quadruped*es alligantur*, *ſolent autem ea fie*ri nervo, aut *corio crudo bovis ut plurimum*. FESTUS.

Numen, quaſi nutus dei, ac poteſtas, dicitur. PAULUS.

*Numen quaſi* nutus Dei, ac pote*ſtas dicitur*. FESTUS.

Numera ſenatum ait quivis ſenator conſuli, cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat ſenatuſconſultum. poſtulatque, ut aut res, quæ referuntur, dividantur; aut ſinguli conſulantur; aut ſi tot non ſint ſenatores, quo numero liceat præſcribi ſenatuſconſultum.

Numerius prænomen numquam ante fuiſſe in patricia familia dicitur, quamvis Fabius, qui unus, poſt ſex & trecentos ab Etruſcis interfectos ſuperfuit, inductus magnitudine divitiarum uxorem duxit Otacilii Malevantani, ut tum dicebantur, filiam ea condicione, ut qui primus natus eſſet, prænomine avi materni Numerius appellaretur.

## NOTÆ.

*Numam.*] Vide Plin. lib. 13. cap. 13. ex cujus verbis hæc ſarcientur melius, quam ex iis, quæ eadem de re Livius ſcribit lib. 40. & Plutar. in Numæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Numam.*] Numam Pompilium Janiculum habitaſſe ferunt, in quo arcam ejus inventam in ruinis à Terentio quodam repaſtinante agrum. *Joſ. Scaliger.*

*Numam.*] Hanc hiſtoriam ſic Liv. lib. 40. ſect. 29. *Eodem anno* (anno 572.) *in agro L. Petilii ſcriba ſub Janiculo, dum cultores agri altius moliuntur terram duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt, operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Græciſque utraque arca inſcripta erat. In altera Numam Pompilium Pomponis filium Regem Romanorum ſepultum eſſe, in altera libros Pompilii ineſſe. Eas arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet, quæ titulum ſepulti regis habuerat inanis inventa. ſine ullo veſtigio corporis humani aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus abſumptis. In altera duo faſces candelis involuti, ſeptenos habuere libros non integros modo, ſed recentiſſima ſpecie. Septem Latini de jure Pontificio erant, ſeptem Græci de diſciplina ſapientiæ quæ illius ætatis eſſe potuit.* Vide Plin. lib. 13. cap. 13.

*Numella.*] Nonius Numellam machinam ligneam dicit, in quam & pedes & collum immittebant.

*Numen.*] A *nuo*, *nutum*, *numen.* Unde proprie nutum ſignificat, & quoniam Dei nutum ſtatim ſequitur eventus, inde factum eſt ut numen pro voluntate divina & imperio ſumatur, atque etiam pro ipſo Deo. Varr. 6. de L. L. *numen dicunt eſſe imperium ab nutu.*

*Numera ſenatum.*] Si quis ex ſenatoribus impedire volebat quominus ſenatus conſultum fieret, poſtulare poterat ut *ſinguli conſulerentur.* vel, *ut res quæ referrentur, dividerentur.* Aut ſi tot non eſſent ſenatores quot numero licebat præſcribi Senatus conſultum dicere licebat conſuli, *numera ſenatum.* Cœlius in epiſtol. ad Cicer. lib. 8. *Renunciatum nobis erat Hirtium diutius dicturum. Præcedimus eum. Non modo non fecit, ſed cum de hoſtibus ageretur & poſſet rem impedire ſi ut numeraretur poſtularet, tacuit.* In fine pro *præſcribi* nemo non videt legendum *perſcribi.* Quod & olim Briſſonius in libro de formulis. Sed non vidit vir doctiſſ. addendum in fine, *ut legeretur.* Lege modo.

*Ut, aut res quæ referuntur div.*] Quoties ſententia ſua duas pluresve res quis complectebatur, ex ſi non omnes probarentur, poſtulabatur *ut divideretur,* hoc eſt, *ut de ſingulis referretur.* Seneca epiſt. 21. lib. 3. *Quod in ſenatu fieri ſolet, faciendum eſſe in Philoſophia quoque exiſtimo cum cenſuit aliquis quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam & ſequor. Dacerius.*

*Numerius.*] Idem ait Julius Paris in epitome Valerii Maximi de prænominibus. Cur autem dicatur Numerius, M. Varro in Catone, ſive de liberis educandis, ita ſcribit: *Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabat. quod qui cito facturum quid oſtendere volebat, dicebat numero id fore, quod etiam in partu precabantur Numeriæ, quam deam ſolent*

Digitized by Google

PAULUS. Numerius prænomen eſt tractum ab avo.

Numero dicebant pro nimium.

FESTUS. *Numere & numero dicitur. Sed numere ſu*nt videtur eſſe *præſentis temporis, & prorſus alie*num numero fue*runt, quod de præterito uſurpatur, ſive* eo ordine uſur*parunt antiqui quadam conſu*etudine loquendi, *qua ſolebant proferre verba* ejuſmodi; ſive *certa fine extremarum vocal*ium, quemadmodum *videtur in ſuis ſcriptis* uſus Pompeius Sex*tus, apud quem reperitur extre*ma ſyllaba voca*tivi caſus producta, & ejuſdem* caſus eadem cor*repta, terminataque in* e temporis præſentis. *Numero autem dixiſſe* antiquos nimium *quod ſignificare, ait* Sinnius Capito. eſſe enim, ita locutum. . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . um vos eſtis minime. . . . . .

*Niſi nume*ro perbiterint, niſi cito. . . . . . . . . . . .

. . . . . . . *id eſt ni*mium ſi iſſo, qui exeam, numero eſtis mortui, hoc exemplo, ut pingeretis, id eſt, cur cito mortui eſtis? Item in Nelei, Numquam numero matri faciemus volui. Idem eſt Numquam nimium faciemus. Apud Nævium: Neminem vidi, qui numero ſciret, quique ſcit, id eſt opus. id eſt, nimium ſciret. An panurgus Antonius hæc ait numero nimium

## NOTÆ.

*lent indigetare etiam Pontifices.* Hæc mendoſe Nonius, ſed nos emendate, ut opinamur, conſcripſimus. *Ant. Auguſtinus.*

*Numerius.*] Idem Julius Paris in epitome Valer. Maximi de prænominibus. Cur autem dicatur Numerius, M. Varro in Catone ſive de liberis educandis. *Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant. Quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat numero id fore. Quod etiam in partu precabantur Numeriam, quam Deam ſolent etiam indigetare Pontifices.* Ut locum eum emendavit doctiſſ. Anton. Auguſtinus. Lege poſt *Malevantani. ut tum dicebatur. Dacerius.*

*Numero.*] Multa hic obſcura, & mendoſa in verbis Feſti. Viden. Nonius de varia ſignif. ſermonum. *Ant. Auguſtinus.*

*Numero.*] Varro Cato, de liberis educandis: *ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant. quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat numero id fore. quod etiam in partu precabantur Numeria. quam Deam ſolent indigetare etiam Pontifices.* Nelei Carmen & reliqua ita legendum: *Nunquam numero matri faciemus volup.* Id eſt, nunquam nimium faciemus. Apud Nævium:

> *Neminem vidi, qui numero ſciret, quod ſcito eſt opus.*

id eſt, nimium ſciret. Et tamen hic verſus attribuitur Turpilio. paulo levius immutatus apud Nonium. Turpilius Demetrio:

> *Nunquam quenquam numero vidi facere, quod facto eſt opus.*

Porro totus locus ita ſupplendus: *Numere ſunt videtur eſſe alienum Numero fuerunt. ſive eo ordine uſurparunt veteres, conſuetudine loquendi quadam ejuſmodi: ſive ob morem alium, quemadmodum videtur uſus Pompeius Sextus, extrema ſyllaba vocativi caſus, eadem correpta, in e, temporis præſentis. Numero antiquos nimium dixiſſe apparet. Sinnius Capito eſſe nimium. Vos eſtis minima, niſi numero perbiterint. niſi cito, niſi nimium. Si iſſo qui exeam, numero eſtis mortui, hoc Exemplo, ut pingeretis —— —— id eſt, cito mortui eſtis.* Hæc Feſtus. In quibus notandum *Numere* per e, præſenti tempore uſurpari ſolitum: *numero* per o, præterito. ſic *diequarte* in futuro & præſenti, *diequarto* in præterito uſurpabant. Sic *præfiſcini*, *præfiſcine*, & ſimilia. In ſecundo exemplo dictum *iſſo*, pro *ivero*: ut *juſſo*, pro *juſſero*: *capſo*, *cepero*. Sed melius legetur, *iſtoqui exeam. Iſtoqui*, ut Alioqui. & verum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Numere.*] Vide Gell. lib. 10. cap. 24. Iſta: *Eſſe enim ita locutum nimium vos eſtis, &c.* Sine dubio corrupta ſunt. Forte: *Eſſe enim ita locutum Ennium: vos eſtis, &c.* Nam quoquo modo illud *nimium* in poëtæ nomen convertendum. Iſta, *ſi iſſo qui exeam, &c.* Legebat Scaliger *ſi iſtoqui exeam.* Iſtoqui ut alioqui. Sed ſic etiam ea non mihi minus ſuſpecta ſunt. Nam quæ ſequuntur Plauti ſunt è Pœnulo 5. 4.

> *—— —— ô Apollo, ô Zeuxis pictor*
> *Cur numero eſtis mortui, hoc exemplo ut pingeretis.*

In impreſſis: *Hinc exemplum ut pingeretis.* Quærendum igitur quo modo illa *ſi iſtoqui exeam* ſint convertenda.



Digitized by Google

cito? celeriter nimium. ut Plautus in Caſina: Ere mi: quid vis mea ancilla? nimium ſæpius numero dicis nimium cito. Attius in Oenomao: Ego ut eſſem adfinis tibi, non ut te extinguerèm, Tuam peti gnatam, numero te expurgat timor. Afranius in ſuſpecta: Per falſum, & abs te creditum numero nimis. Celeriter. Cæcilius in Æthrione: Ei perii. quid ita? numero venit, fuce domum. Afranius in Simulante: Ei miſera numero, ac nequicquam egi gratias.

Numidas dicimus, quos Græci Nomadas; ſive quod id genus hominum pecoribus negotiatur; ſive quod herbis ut pecora aluntur. PAULUS.

*Numidas* dicimus, quos *Græci* Νομάδας, *ſive quod id genus* hominum pecoribus *negotiatur*, *ſive quod herbis ut pe*cora aluntur. FESTUS.

Nummus ex Græco nomiſmate naſcitur. PAULUS.

Nummi à Græco numiſmate exiſtimantur *dici*, *& tantumdem apud eos*, *& apud illos* valere, quia *pleraque nomina à Græcis accepimus*, *quorum* hoc proprium eſt. FESTUS.

Nuncupata pecunia eſt, ut ait Cincius in libro ſecundo de officio juriſconſulti nomina certa nominibus propriis pronunciata. CUM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA UTI NOMINARIT, LOCUTUSVE ERIT, ITA JUS ESTO. Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, Prætores: cum in provinciam profiſcuntur faciunt; ea in tabulas præſentibus multis referuntur. At Santra libro ſecundo de verborum antiquitate ſatis multis nuncupata conligit non derecto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circumſcripta, receptaque etiam in votis nuncupandis eſſe convenientius.

## NOTÆ.

*Plautus in Caſina.*] Locus eſt act. 3. ſc. 5.

—— *Ere mi. quid vis mea ancilla? Nimium ſævis.*
*Numero dicis.*

*Ere* pro *here.*] Sic infra ex Cæcilio *ei* pro *hei.* Poſtrema verba Attii in Oenomao apud Nonium leguntur. Lege, *tuam pitei gnatam, &c.*

*Cæcilius in Æthrione.*] Æthrionem Cæcilii laudat etiam infra in voce *ſentinat*. Sed in voce *ora*, Æſchrionem. Eadem tamen videtur fabula, quare ubique vel *Æſchrione* legendum, vel *Æthrione*. Ut eſt etiam apud Nonium. Verba Afranii ſic legenda: *Enim ſera numero ac nequicquam egi gratias.* In verbis Cæcilii *fuce* pro *fuge.*

*Numidas.*] Potius quia ſæpe loca alia atque alia petentes permutant pabulum quod Græcis νομή. unde *Nomades.* de Sall. Jugurth.

*Nummus.*] Pura puta Græcorum vox eſt. Illam Romani à Dorienſibus Siciliæ & magnæ Græciæ incolis accepere. Varr. lib. 5. *In argento nummi. Id à Siculis.* Ipicharmus poëta Siculus apud Pollucem lib. 9.

*Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖαι ἄρνες, εὑρήσουσι δὲ*
*Μοι καὶ νούμμους.*

*Sed tamen pulcra & pingues agnæ. invenient autem*
*Mihi & nummos.*

A νόμος igitur, νόμισμα, νοῦμμος. Quare inepte Sueton. qui à Numa nummos ſcribit appellari.

*Nuncupata pecunia.*] Palam nominata. Iſta, *cum nexum faciet* è duodecim tab. id eſt, cum pater familias per æs & libram familiam vendet &c. vide *nexum*. Quæ ſequuntur *ita uti nominarit* verba ſunt Feſti illa *uti lingua nuncupaſſit* interpretantis.

*Vota nuncupata.*] Nominata, promiſſa. Nuncupandi autem verbum in votis ſolenne eſt ut in deditionis devotionibus & aliis id genus quæ certa formula & conceptis verbis publice privatimque peraguntur. Lege in fine ex vett. libb. *Quod etiam in votis nuncupandis eſſe convenientius.* DACERIUS.

Nundinalem cocum Pl*autus dixit in Aulularia*, *Cocus nun*dinalis ille eſt, in *nonum diem ſolet ire coctum*, *Cocum qui* novendiali*s alias appellatur*, *manifeſto ſi*gnificat qu*em dixit nundinalem*, *quod in nonum diem coque*ret.

Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui, ut ruſtici convenirent mercandi, vendendique cauſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.

PAULUS. Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui: quo mercandi gratia urbem ruſtici convenirent.

Nuncius & res ipſa, & perſona dicitur.

FESTUS. *Nuncius & perſona* dicitur: *& res ipſa. In perſona dicitur*, *ut nuntius advenit*: *in re ut*, *eſt nuncius* allatus. qu*am differentiam* C. *Cæſar in com*mentariis fe*ciſſe videtur*.

PAULUS. Nuper, quaſi noviter, tanquam dicamus noviſſime.

FESTUS. *Nuper quaſi noviper* tanquam dic*amus noviſſime*, *eſtque præteriti tempo*ris id autem: *ſi*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ſa erant, qui ni. . . . . . . . . . . .

Nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat ut Plautus in Dyſcolo. Virgo ſum, nondum didici nupta verba dicere.

PAULUS. Nuptam à Græco dictum, illi enim nuptam appellant νύμφην.

FESTUS. *Nuptam novam ſponſam*, *ut etiam mu*lieres quibus *in nuptiis utuntur*, *pronubæ*, *ab* eadem cauſa, *hoc eſt*, *à nubendo*, *dicuntur*, *ali*qui appellatam *eſſe volunt*:

## NOTÆ.

*Nundinalem.*] Plaut. in Aulul. *Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diem Solet ire coctum. Ant. Auguſtinus.*

*Nundinalem.*] *Nundinalem coquum* Plautus dixit, pro novendiali. *Coquos ille nundinalis eſt. in nonum diem Solet ire coctum.* novendialem manifeſto ſignificat, quia in nonum diem coqueret. Fuit cum putarem *nundinalem coquum* dictum Plauto, quod tantum Nundinis conduceretur. Tamen melior Feſti ſententia. *Joſ. Scaliger.*

*Nundinalem cocum.*] Locus Plauti eſt Aulular. 2. 4. Cocum autem intelligit buſtuarii ordinis, qui magis noſſet coquere cœnam feralem quæ nono die fiebat, quam ad ingenioſæ gulæ genium eſcas parare. Male qui aliter.

*Nundinæ.*] Lego, *Nundinas feriatum diem*. A nono die dictæ quia nono quoque die fiebant, ut cum ruſtici octo diebus in agris opere faciendo verſati eſſent, nono die intermiſſo rure ad mercatum & leges accipiendas Romam venirent & inde tranſlata vox ad celebres mercatorum conventus immunes liberoſque quos vulgo vocamus *foires*.

*Nuncius.*] Syracuſana vox eſt quam à νίος Siculi declinarunt. νίος νευγκίος itaque ſcribi malim per *c*.

*Nuncius.*] Non ſatis video quam differentiam feciſſe dicatur Cæſar ſi *nuncius* dixerit & de re & de perſona.

*Nuper.*] Quæ deſunt, plane depoſita. *Nuper* autem eſt novo opere, ut *toper* toto opere. Vide *toper*.

*Nupta verba.*] Id eſt obſcœna. Nubere enim de muliere dicitur quæ cum viris ſolet. Plaut. Ciſtel. 1. 1.

*Hæc quidem ecaſtor quotidie viro nubit, nupſitque hodie.*

Nuptias facere dixit Petron. Plautus etiam Caſina. 2. 8.

*Tantiſper dum ego cum Caſina faciam nuptias.*

*Dacerius.*

*Nuptam.*] Infra: *Nuptam, novam ſponſam, item uti pronubas mulieres, quibus in nuptiis utuntur, ab eadem cauſa, hoc eſt à nubendo, aliqui appellatam eſſe volunt.* Sunt tamen, qui dicerent appellatam ab eo quod *νύμφην* Græci vocant. alii quod appellat uxórem νυὸν Homerus conſuetudine Græcorum antiqua, cum ait, *ἐξ ἀπίης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων.* Decrat prima linea, ut apparet, in reliquiis Feſti. verſus, quem in teſtimonium producit, eſt *Ἰλιάδος γ'.* *Joſ. Scaliger.*

*Nuptam novam.*] Non dubium quin *nupta* ſit à *nubo*, *velo*, quod ſponſa cum ad maritum duceretur flameo faciem nuberet. A nubo nupta, & à nupta nuptiæ. Id infra probant Ælius & Cincius. Probavit

*nec defuerunt* tamen qui dic*erent ſic appellatam ab eo quod* νέαν νύμφlω *Græci novam nuptam vocant. alii quod* appellat uxor*em* νυὸν *Homerus loquendi quadam* conſuetud*ine*, *quæ eſt antiqua Græcorum*, *cum* ait, ἐξ ἀπίης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων.

Nuptias dictas eſſe ait Santra ab eo, quod nymphea dixerunt Græci antiqui γάμον. inde novam nuptam νέαν νύμφlω. Cornificius, quod nova petantur conjugia. Curiatius, quod nova pacio fiat. Ælius, & Cincius, quia flameo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarunt ob quam cauſam legem quoque parenſtam jubere caput ejus obnubere, qui parentem necaviſſet, quod eſt obvolvere.

Nuſciciosum Ateius Philologus ait appellari ſolitum, qui propter oculorum vitium parum videret. at P. Opilius Aurelius, nuſciciones eſſe cæcitudines nocturnas. Ælius Stilo, qui plus videret veſperi, quam meridie, nec cognoſceret, niſi quod uſque ad oculos admoviſſet.

PAULUS. Nuſciciosus, qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt veſperi, quam meridie.

FESTUS. *Numidæ di*cuntur Noma*des*, *qui diutius vivere dicuntur* unde Cato in. . . . *Numidæ vivaces quod* multam vivunt *ætatem dixit.*

*Nuces mitti* cerialibus Capito Si*nnius ſolitum eſſe dici* ait. cum velimus *ſignificare*

## NOTÆ.

vit & Varro lib. 4. Vide *obnubit*. Locus Homeri eſt ex Iliad. γ´.

*Ex longinqua terra nuptam virorum bellatorum.*

*Dacerius.*

*Nuptias.*] Quod Græci dixerunt *nymphea.* intellige νυμφεῖα. Et tamen νύμφη non παρὰ τὸ νυμφεῖον. ſed contra. Obſcurum vero, quid ſit lex Parenſta. Puto legendum, legem, quoque Parens ta. III. hoc eſt, legem, cujus principium Parens, in Tabula tertia. ſic in voce Reus: Numa in ſecunda Tabula, ſecunda lege. Non ſolum tabula citatur, ſed & lex. Novum vero non eſt, edicta, & actiones legitimas, & capita legum, iis verbis nominare, à quibus incipiunt: cum talia paſſim apud veteres occurrant, præſertim apud Ciceronem. Ex his non dubium eſt, leges regias in duodecim tabulas à Decemviris conjectas fuiſſe: & prima, ſecunda, tertia Tabula leges Regias contineri. quin leges regias de patria poteſtate in 4. Tabulam relatas auctor Dionyſius. De iis autem, qui parentes interfeciſſent aut verberaſſent, Romulum, Tatium, Servium Reges legibus capitalem pœnam ſanxiſſe, conſtat vel ex eo, quod extat in voce *Plorare*, legis regiæ fragmento. Nam neceſſe eſt eam regiam legem fuiſſe, cum Solon nihil de ea re ſtatuiſſet. Sed rogatus, quare prætermiſiſſet. *Quia*, inquit, *nunquam putavi fore, qui tantum nefas auderet.* Neſcio an veram lectionem aſſequutus ſim. Saltem ſpero me propius à vero abeſſe, quam qui Paricam legunt, decepti corrupto loco Feſti ex ſequenti libro, ut ſuo loco dicemus. Sed & meliorem lectionem noſtram, quam Turnebi, qui inuſitate ponit *legi parens. Joſ. Scaliger.*

*Legem quoque parenſtam.*] Fulvius Urſinus legebat *funeſtam.*

*Nuſciciosum.*] Vide *Luſcitio.* Varro & Nonius Opilium ſequuti ſunt. Feſtus Ælium Stilonem. *Dacerius.*

Poſt *Nuſciciosus.*] Numidæ dicuntur Nomades, qui diutius vivere dicuntur. Unde Cato vivaces eſſe Numidas, quod ætatem multam vivunt, dixit. Quæ ſequuntur alio pertinere ſcio, & ni fallor, ita concipienda ſunt: *Nuces mitti Cerialibus Capito Sinnius ſolere dici ait, cum velimus ſignificare miſſilia Cerialibus in Circo mitti.* reliqua non tam verbis reddere poſſum, quam ſententiam aperire. eas nuces flamma uſtas, aut toſtas fuiſſe. Eoque nomine à populo diligi. Nam certum eſt inter miſſilia, & nuces, & cicer ſparſum fuiſſe. ut in Satira:

*— — — — cicer ingere late*
*Rixanti populo.*

Ubi Cicer pro omni miſſili accipiendum, ut hic nucem. & torreri ſolere Plinius, & frigi Plautus, aiunt. unde inter delicata edulia, *frictas nuces* ponit. Non ſolum autem in Circenſibus *frictum cicer* cum nucibus ſpargebatur: ſed & per ſpectacula circumferebatur, & vendebatur. Horatius:

*miſſilia Ceria*libus in Circo mitti, *quod cum mitti nuces mos eſſet*, plane volumus *à parte totum deſignare*, quia adeo diligantur *ſupra omnia alia miſſilia*, præ flamma cum ſunt *uſtæ quæ ſparguntur nuces*.

## NOTÆ.

*Nec ſiquid fricti ciceris probat, aut nucis emptor.* &:
*In cicere atque faba bona tu, perdaſve lupinis*
*Latus ut in Circo ſpatiere, aut aneus ut ſtes.*

Acro: *Antiquis temporibus, ubi pauperiores erant Romani, hæc dabantur, & ſpargebantur in vulgus ab his, qui ludos Florales exhibebant, ad plauſum, & populi favorem captandum.* Hoc vult igitur Sinnius Capito, nuces pro omnibus miſſilibus dici. quia inter omnia miſſilia hæc à populo diligantur, præſertim flamma cum ſunt uſtæ. Hæc omnino eſt ſententia. Videamus num ita verba expleri poſſint: *Nuces mitti Cerialibus Capito Sinnius ſolere dici ait, cum velimus ſignificare miſſilia Cerialibus in Circo mitti: quod, cum mitti nuces mos eſſet, plane volumus à parte totum deſignare: quia adeo diligantur ſupra alia miſſilia, præſertim flamma cum ſunt uſta.* Vel *præ flamma*, hoc eſt, præ toſtura, aut frictura. quod valde placet. Fuit, cum putavi hæc pertinere ad literam V, & de vulpibus agi, quæ ſtipulis involutæ ſubjecto igne ardentes Circenſi ludicro Cerealibus mittebantur. Ovid. lib. 4. Faſt. *Joſ. Scaliger.*

SEX.

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

### *LIBER DECIMUS TERTIUS.*

### O.

OB præpoſitio alias ponitur pro circum, ut cum dicimus urbem obſideri, obſignari, obvallari. alias ponitur in vicem præpoſitionis, quæ eſt propter, ut Ob merita, ob ſuperatos hoſtes: unde obſides, pro obſides, qui ob fidem patriæ præſtandam dantur. alias pro ad ponitur, ut Ennius: Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. & alibi ob Trojam duxit exercitum. PAULUS

Ob præpoſitio alias ponitur pro circum, ut cum dicimus urbem obſideri, obſignari, obvallari. Alias ponitur in vicem præpoſitionis quæ eſt propter, ut ob merita, ob ſuperatos hoſtes: unde obſides obſides qui ob fidem patriæ præſtandam dantur. alias pro ad ponitur, ut Ennius, ob Romam noctu legiones ducere cœpit. & alibi - - ob Trojam ducit exercitum. FESTUS

Ob præpoſitione antiquos uſos eſſe pro ad, teſtis eſt Ennius, cum ait libro quarto decimo: Omnes occiſi, obcenſique in nocte ſerena. id eſt, accenſi. & in Iphigenia: Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri objacent. ejuſdem autem generis eſſe ait obferre. obtulit, obcurrit, oblatus, objectus; mihi non ſatis perſuadet.

### NOTÆ.

*Ob.*] A Græco ἐπὶ, cujus ea vis eſt, *circum*, *propter*, *ad*, *&c.* Obſides autem non quaſi *obſides*. Sed quia ipſi obſidentur & cuſtodiuntur, vel quia obſidionis ſolvendæ gratia dati ſunt. Verſus Ennii eſt ex 8. Annal. De Annibale qui à Tarentino agro noctu urbem petiit.

*Omnes occiſi.*] De militibus & præfectis regis Antiochi loquitur Ennius, qui à L. Æmilio Regillo prætore inter Epheſum, Samum & Chium ſuperati fuere.

*Ubi mortis theſauri.*] Vide in voce *faviſſa*.

*Ait.*] Nempe *Verrius*. Et ſic ſæpe.

*Mihi non ſatis perſuadet.*] Nam revera *obferre* potius anteferre, *obcurrit*, ante, vel advorſum currit: *Objectus*, ante jactus. Tamen *obferre* pro adferre à veteribus uſurpatum ut *obferre vitium virgini*: *obferre injuriam alicui*. Terent.

PAULUS. Ob os ſignificat ad os.

FESTUS. Ob os ad os ſignificat. . . . . . . . . . . . item ut ſuperioribus quoque exemplis teſtatus eſt.

Obacerare, obloqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire, quod ſumptum

PAULUS. videtur à paleis, quas Græci ἄχυρα vocant. Itaque & frumentum, & panis non ſine paleis, acerosſus dicitur. item lutum aceratum paleis mixtum.

Obacerbat, exacerbat.

Obambulare, adverſum alios ambulare, & quaſi ambulanti ſeſe opponere.

Obdere, opponere vel opperire.

Obedire, obaudire.

Obeſcet, oberit, vel aderit.

Obeſus, pinguis: quaſi ob edendum factus.

Obherbeſcere, herbam increſcere.

Objacuiſſe, antea jacuiſſe.

Obices, peſſuli, ſeræ.

FESTUS. Obigitat, anteagitat, ut obambulat.

PAULUS. Obigitat antiqui dicebant, pro ante agitat, ut obambulare.

Obinunt, obeunt.

Obitu dicebant pro aditu.

Objurare, jurejurando obſtringere. ut & in Penteſilea. formidabant objurare.

Objurgatio poſt turpe factum caſtigatio. Monitio vero eſt ante commiſſum.

FESTUS. Obliteratum, alii ab oblivione, alii à littore, quod ibi notata fluctibus æquari, & tolli ſolent.

# NOTÆ.

*Ob os.*] Supple: *Ob os ad os ſignificare ait Verrius, item ut, &c. Dacerius.*

*Obacerare.*] Vide Acus, & Aceratum. *Ant. Auguſtinus.*

*Obacerare.*] Mira vocis hujus ſignificatio. Vide *aceratum* & *acus.* Mirum tamen niſi hic pro *obacerare*, *obacerbare* ſcriptum fuerit, quod poſtea Paulus in *obacerare* commutavit, & ſuper eo inepte ariolatus eſt. vett. libb. habent *obacorare* recte forſan, ab acore ſcilicet, factum *obacorare* ut nos vulgo dicimus *aigrir, fâcher.* Erit igitur *obacorare*, quod ſimiliter Græci dicunt ὀξύνειν incitare, acuere & in acrimoniam ſive acorem vertere.

*Obdere.*] Leg. *Opponere, vel operire.* Terent. *Anus obdit foribus peſſulum.*

Horat. —— —— —— *malo latus obdit apertum.* Gloſſæ: *Obde*, βύσον. Aliæ Gloſſ. *Obdo*, ἐπιτίθημι.

*Obedire* ] Ut Græcis ἐπακούειν. Gloſſ. ἐπακούω, *obaudio, exaudio. Dacerius.*

*Obeſcit.*] Eſcit, erit. quod & eſit, dicebant. *Joſ. Scaliger.*

*Obeſcet.*] *Eſcet* pro *eſcit* id eſt erit. Quod etiam *eſit* dicebant. Vide *eſcit* & *ſupereſcit.*

*Obeſus.*] Quaſi *ob eſum* factus. Niſi malis cum Guicharto eſſe ab Hebræo *abas, ſaginare, pingueſcere.* Unde *obeſare*, Columel. l. 8. c. 7. *Dacerius.*

*Obherbeſcere.*] Simile in Gloſſis Iſidori: *Ingraminat ager, in gramen irrumpit. Joſ. Scaliger.*

*Obherbeſcere.*] Lego: *in herbam*, vel, *ad herbam increſcere.* Sic in Gloſſis Iſidori, *ingraminat ager, in gramen irrumpit.*

*Objacuiſſe.*] Lege, *ante jacuiſſe. Dacerius.*

*Obices.*] Ἀντηρίδες, ἀντιθέσεις. *Joſ. Scaliger.*

*Obices.*] Nam ſeræ ſunt μοχλοὶ, vectes quibus in tranſverſum obductis fores claudebantur & firmabantur.

*Obigitat.*] Ut *ſubigitat.* Gloſſ. *adegitat*, συνάγει, συνελαύνει. Leg. *adigitat.*

*Obinunt.*] Ut *nequinunt*: nequeunt.

*Obitu.*] Vide *abiiſſe. Dacerius.*

*Objurare.*] In Penteſilea. *Joſ. Scaliger.*

*Objurare.*] Hæc ſunt Pauli. Feſti vero ſced. *Objurare antiqui pro aditu ..... ponebant ut eſt in .... Penteſilea. Formidabant objurare.* Lege: *Objurare antiqui pro adjurare, &c.* Deeſt tantum nomen poëtæ cujus citatur Penteſilea, ſive Ennius, ſive Accius ſive Pacuvius.

*Obliteratum*] A ſupino *oblitum* quod oblinendo deletum eſt. Gloſſ. *Obliterata* ἐξηλειμμένα. *Deleta*: Accius in Agamemnonidis: *Inimicitias Pelopidarum extinctas jam atque obliteratas memoria renovare. Dacerius.*

*Obluci-*

Digitized by Google

Oblucinaſſe dicebant antiqui mente erraſſe, quaſi in luco deorum alicui occurriſſe. FESTUS.

Obmanens pro diu manens, ut permanens.

Obmoveto pro admoveto dicebatur apud antiquos, ut alia quæ ſupra relata ſunt. PAULUS.

Obnectere, obligare, maxime in nuptiis frequens eſt. FESTUS.

Obnectere, obligare. PAULUS.

Obnoxius, pœnæ obligatus ob delictum.

Obnubit, caput operit. unde & nuptiæ dictæ à capitis operitione.

Oboritur, adnaſcitur.

Oboritur, adnaſcitur, nam præpoſitionem ob, pro ad, ſolitam poni, teſtis hic verſus. Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo; & Ennius. ob Romam noctu legiones ducere cœpit. FESTUS.

Obprobrare, probrum objicere. PAULUS.

Obpuviat, verberat, à paviendo, id eſt feriendo. unde pueri, quod puniendo coercentur, id eſt, plagis, unde & pavimenta.

Obrogare eſt legis prioris infirmandæ cauſa legem aliam ferre.

Obrutuit, obſtupuit, à bruto, quod antiqui pro gravi, interdum pro ſtupido dixerunt. Afranius: Non poſſum verbum facere; obrutui.

Obſalutare, ſalutandi gratia offerre. FESTUS.

Obſalutare, offerre ſalutandi gratia dicebant antiqui, ut conſalutare, perſalutare.

## NOTÆ.

*Oblucinaſſe.* ] Manifeſto oſtendit & *Allucinaſſe* compoſitum eſſe. Et ita eſt. Nam Lucini inter eos numerati, qui aliquo oculorum vitio laborant. Plinius. Ocellæ, & Lucini cognomen injuriæ habuere. Fuerunt tamen, qui cum S ſcriberent, Luſcini. *Joſ. Scaliger.*

*Oblucinaſſe.* ] A *luce* non à *luco* vide *alucinatio.* Alii à *Lucinis* dictum volunt, nam Lucini inter eos numerati qui aliquo oculorum vitio laborant. Plin. *Ocellæ & Lucini cognomen injuria habuere.*

*Obmanens.* ] Sic *obtineo*, diu & fortiter teneo. Vide *ommentans. Dacerius.*

*Obnectere.* ] Lege, *Obnectere, obligare, nexis, mancupiis* frequens eſt. Vel, nexi, mancupii. Quæ ſane lectio vera eſt. *Joſ Scaliger.*

*Obnectere.* ] Lege: *Obnectere, obligare nexi mancupii frequens eſt.* Scalig. Ego vero legendum exiſtimo — *maxime in nexis frequens eſt.* & hæc vera eſt lectio.

*Obnoxius.* ] In jure proprie qui ob noxiam alicui ſubditus eſt. Inde ad alia transfertur, & *obnoxius* dicitur qui obligatus, ſubjectus, expoſitus eſt. Vide Gell. lib. 7. cap. 17.

*Obnubit.* ] Gloſſ. *obnubit*, σκεπάζει. Liv. lib. 1. Id eſt: *Lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Virg. 11. Æneid.

——— *arſuraſque comas obnubit amictu.*

Ubi vide Servium.

*Oboritur.* ] Adoritur. Plaut. in Curcul. *Tenebræ oboriuntur.*

*Obpuviat.* ] Lege: *Obpuvit, verberat, &c.* Et *unde pueri quod puviendo coercentur.* Puviendo autem paſſive ut *videndo* apud Virgil. Sed melius Duza apud Lucilium, qui emendat, *unde pueri quod obpuviis coercentur, id eſt plagis.* Nam locum illum Afranii: *Opuviis pueri coercentur* aut in mentem habuit, aut etiam in teſtimonium adduxit qui poſtea à Longobardo mutilatore peſſime depravatus. Neque tamen *puer* eſt à *puviis* ſed à Dorico πὸρ ut dicebant pro παῖς. De *puvere* & *obpuvere* vide *Depuvere.*

*Unde & pavimenta.* ] Iſidor. lib. 10. Origin. *Vocata autem pavimenta eo quod paviantur, id eſt cædantur.* Inde Cato de re ruſt. cap. 18. *Ibi de teſta arida pavimentum ſtruito, ubi ſtructum erit pavito fricatoque uti pavimentum bonum fiat.*

*Obrogare.* ] Obrogatur legi, cum caput aliquod prioris legis irritum fit. Ulpian. inſtitut. cap. 1. *Lex obrogatur*, inquit, *id eſt mutatur aliquid ex prima lege. Dacerius.*

*Obrutui.* ] L. m. *Obbrutui.* & ita Nonius. *Ful. Urſinus.*

*Obrutui.* ] Sic Lucret. 3. *An contraria ſuis è partibus obbruteſcat.* Obbruteſco, bruti inſtar ſum. Brutus autem proprie gravis, ut *bruta tellus.* Horat. Unde ſtupidis & ſenſu carentibus accommodatur. Sic *obſtipui* vel *obſtupui*, ſtipitis vel trunci inſtar factus ſum, à ſtipite. Stipes enim de ſtupidis etiam dici conſuevit.

*Obſalutare.* ] Potius, ut videtur, *coram ſalutare.* Sed legendum *obſalutare ſalutandi gratia ſe offerre.*

Obſe-

Digitized by Google

PAULUS. Obſecrare eſt opem à ſacris petere.

Obſequela, obſequium.

FESTUS. Obſervaſſe dicitur, qui obſervat, quid, cujuſque cauſa facere debeat. itaque is obſervat, qui coluiſſe aliquem dicitur.

Obſidionalis corona eſt, quæ datur imperatori ei, qui obſidione liberavit ab hoſtibus obſeſſos. ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto in quo erant incluſi. herbam autem victoriæ ſignum fuiſſe apud antiquos aliiſque exemplis docuimus, quæ corona magnæ auctoritatis fuit. Nam & P. Decio datæ duæ ſunt. una ab exercitu univerſo, altera ab iis qui fuerunt in præſidio obſeſſi. & L. Sicinio Dentato, qui Achilles Romæ exiſtimatus eſt, ac fertur centies, & vicies pro Rep. depugnaſſe: Coronis donatus viginti ſex. In iis aureis octo, civicis quatuordecim, muralibus tribus, obſidionali una. Inter obſidionalem & civicam hoc intereſt, quod altera ſingularis ſignum ſalutis eſt, altera diverſorum civium ſervatorum.

PAULUS. Obſidionalis corona dicebatur, quæ ei, qui obſeſſos liberaſſet ab hoſtibus, dabatur. ea fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. quæ corona magnæ auctoritatis erat. Civica corona ſingularis ſalutis ſignum erat; obſidionalis univerſorum civium ſervatorum.

FESTUS. Obſidionem potius dicendum eſſe, quam obſidium, adjuvat nos teſtimonio ſuo Ennius in Telamone, cum ait: Scibas natum ingenuum Ajacem, cui tu obſidionem paras. Item alio loco. Hector quidem haud ceſſat obſidionem obducere?

Obſidium tanquam præſidium, ſubſidium, recte dicitur. Cujus etiam auctor C. Lælius pro ſe apud populum. ut in nobis terra, marique ſimul obſidium facerent. & Salluſtius hiſtoriarum primo: magnis opibus profectis obſidium cepit per L. Catilinam legatum.

Obſonitavere ſæpe obſonavere. Cato in ſuaſione, ne legi Orchiæ derogaretur.

## NOTÆ.

*Obſecrare.*] *Obſecro* plus eſt quam *oro* nempe quaſi ob ſacra poſtulo. Terent. Adelph. 3. 4.

*Venit ipſus ultro, lacrymans, orans, obſecrans.*

*Obſequela.*] Plaut. Aſin.

*Omnes parentes, Libane, liberis ſuis*
*Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam jam.*

Obſequela vel obſequium alicujus alicui vel in aliquem apud idoneos auctores invenias pro eo quod nos dicimus, *complaiſance, condeſcendance de quelqu'un envers un autre.* Contra quod quibuſdam viſum eſt.

*Obſervare.*] Αἰδεῖσθαι obſervabilis, *αἰδέσιμος.* Obſervantia *αἰδώς.* Gloſſ. Inde Homero Iliad. *ά. αἰδεῖσθαι ἱερῆα. Sacerdotem obſervare.* Eum verecunde habere, ejus precibus cedere. *Dacerius.*

*Obſidionalis.*] Viden. Plin. lib. 22. cap. 3. 4. 5. & 6. item lib. 7. cap. 28. Dionyſ. lib. 10. &. 11. Val. Max. lib. 3. cap. 2. Gell. lib. 2. cap. 11. & lib. 5. cap. 6. Fulgen. Placiad. de antiquis verbis. Hic eſt L. Sicinius Dentatus, quem aliqui ex fu-praſcriptis L. Siccium appellant, de cujus tantum cæde Livius ſcribit lib. 3. *Ant. Auguſtinus.*

*Obſidionalis.*] Fuſe Plin. lib. 22. cap. 3. & 4. De herba victoriæ ſigno vide *herbam do.*

*Et L. Sicinio Dentato.*] Leg. infra: *corona donata viginti ſex* vel: *Et L. Sicinius Dentatus, &c. coronis donatus, &c.* Hunc Dentatum cum Feſto *Sicinium* appellant, Val. Max. Gell. Ammianus Marcellinus. Sed *Siccium* vocant Dionyſius, Plin. Fulgentius ex Varrone *Sitium,* pro *Sicium.* Sane gens Romæ fuit & *Sicia* & *Sicinia*: Sed ex Sicinia fuiſſe Dentatum, ex veterum monimentis demonſtrari poſſe arbitror.

*Obſidionem potius.*] Tamen obſidium uſurpavit idem Ennius. *Quum ſalvo obſidio magnum Titana premebat.* Vide infra ubi in verbis Salluſtii legendum *magnis operibus perfectis. Dacerius.*

*Obſidium.*] Lege ita Salluſtii verba: *Magnis operibus perfectis. Joſ. Scaliger.*

*Obſonitavere.*] In verbis Catonis mendum eſſe opinor. & poſt verbum, antea, ſcriberem denis, vel aliquid hujuſmodi. *Ant. Auguſtinus.*

Obſoni-

Digitized by Google

qui antea obſonitavere, poſtea centenis obſonitavere. ſignificat autem convivari.

Obſonitavere, ſæpe obſonavere. ſignificat autem convivari. PAULUS.

Obſtinat, obfirmat.

Obſtinato, obfirmato, perſeveranti, ut tenere poſſit. Pacuvius: obſtinari exorſus. ut Attius in Amphitryone: aut tam obſtinato animo confiſus tuo. Cato in Q. Thermum de decem hominibus: rumorem, famam flocci fecit captus ſtupris, obſtinatus inſignibus flagitiis. Nævius in Lycurgo: vos, qui aſtatis obſtinati. FESTUS.

Obſtinet dicebant antiqui, quod nunc oſtendit, ut in veteribus carminibus: Sed jam ſe cœlo candens aurora obſtinet ſuum patrem.

Obſtinet, pro oſtendit. PAULUS.

Obſtitum violatum.

Obſtitum Cloatius, & Ælius Stilo eſſe aiunt violatum, attactumque de cælo. Cincius eum, qui deo, deæque obſtiterit, id eſt qui viderit quod videri nefas eſſet. FESTUS.

Obſtitum, obliquum. PAULUS.

Obſtitum, obliquum. Ennius lib. XVIII. Montibus obſtitis, obſtantibus, unde FESTUS.

## NOTÆ.

*Obſonitavere.* ] Puto Catonem ſcripſiſſe: *Qui antea per ſe canitavere, poſtea centeni obſonitavere.* unde *obſonitare* Feſtus recte exponit convivari. Vide Macrob. de legib. ſumturaiis. Ita enim omnino legendum: *quia lex cavebat de numero convivarum.* Oratorie igitur Cato opponit per ſe, τῷ centeni. item cænare, τῷ obſonitare. *Joſ. Scaliger.*

*Obſonitavere.* ] Puto Catonem ſcripſiſſe; *Qui antea per ſe cœnitavere; poſtea centeni obſonitavere.* Unde obſonitare Feſtus recte exponit convivari. Vide Macrob. de legibus ſumtuariis. Ita enim omnino legendum: quia lex cavebat de numero convivarum. Oratorie igitur Cato opponit *per ſe* τῷ *centeni.* Item *cœnare* τῷ *obſonitare.* Scal. Sed vix puto Latine opponi poſſe *per ſe* τῷ *centeni.* Quare conjiciebam legi poſſe. *Qui antea ſinguli cœnitavere poſtea,* &c. vel etiam: *qui antea pro ſe cœnitavere, poſtea centenis obſonitavere.* vel, quod unice placet, puto deeſſe numerum impenſæ quæ *centenis* reſpondeat, quaſi, *qui antea denis cœnitavere, poſtea centenis obſonitavere.* *Dacerius.*

*Obſtinato.* ] Verba Catonis non mediocriter depravata ſunt: quæ ita emendato. *Rumorem, famam, flocci facit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus probris flagitatus.* De quo alibi. *Joſ. Scaliger.*

*Obſtinat.* ] A præpoſitione *ob* & *ſtino.* quod à *ſto,* ut à *nego, negino.* *Obſtinat* igitur, fortiter ſtat. Quamvis infra Feſtus deducit ab *obs* & *teneo.* Verba Catonis infra, non mediocriter depravata ſic emendavit Scaliger: *Rumorem, famam flocci facit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus probris flagitatus.* Vide *intercutitus.* *Dacerius.*

*Obſtinet.* ] Legendum in Carmine, *de cælo* non *ſe cælo.* *Joſ. Scaliger.*

*Obſtinet.* ] Puto legendum *obſtenit.* nam ita recte pro *oſtendit* deperdita litera D. Ita *diſpenere* dicebant pro *diſpendere.* in vet. carmine legendum:

*Sed jam ſe cœlo cedens aurora,* &c.

*Se cœlo cedens,* pro *ſecedens cœlo,* ut ſæpe veteres.

*Obſtitum.* ] Ab obſiſtendo, *obſtita* dicuntur loca fulgurita, de cœlo tacta quaſi Diis obſtiterint, ut illo Virg.

*Dique Deæque omnes quibus obſtitit Ilium.*

Inde *obſtitus* homo quaſi de Cœlo tactus, lymphatus, Cerritus.

*Obſtitum, obliquum.* ] Paulus Merula in notis ſuis ad Ennium legendum contendit *obſtipum.* Fruſtra: nam aliud *obſtitum,* aliud *obſtipum.* Obſtitum obliquum ab obſiſtendo, unde *obſtitus* lunæ curſus dicitur. Obſtipum vero σκληρὸν. durum, immotum & rigidum. A Græco στυφός. Heſych. στυφὸν. στερέμνιον, βαρύ. *firmum, ſive durum, grave.* Inde στυφελὸς & Latinum *ſtipus,* obſtipa cervix, rigida, & obſtipo capite σκληραύχην. Infra citatur Ennii liber octavus qui tamen eſt ſeptimus. Nempe pro VII. poſitum VIII. ipſa verba Ennii ſic legenda:

*Amplius exangere obſtito lumine ſolis.*

De Attilio Regulo quem Pœni reſectis palpebris ita ſoli expoſitum locavere, ut lumen ſolis haberet obſtitum, id eſt, obliquum, quo valde fuerunt ejus oculi exancti & diſcruciati.

*C. Licinius Imbrex.* ] Ejus verba ſic emendabat idem Merula *Reſupina obſtitum caput, culo ſi vis ventum facere, genicula.* Alii: *Reſupina obſtito capitulo ſibi ventum fecere canicula.* Sed omnino melius: *Reſupina obſtito capitulo ſibi ventum facere tunicula.* Ventum facere, ῥιπίζειν. Plaut.

 Fa-

oritur nox. & libro octavo: amplius ex augere obſtipolumve ſolis C. Licinius Imbrex: reſupina obſtito capitulo ſibi ventum facere cunicula. Lucretius: Omnia mendoſe fieri, atque obſtita neceſſe eſt.

Obſtrudant, obſatulient, ab avide trudendo gulam, non ſumendo cibum, unde & obſtrudulentum dixit Titinius. obſtrudulenti aliquid, quod pectam ſedens, Aut hic lætaſter, aut formaſter frigidus.

PAULUS. Obſtrundant. avide trudant.

Obteſtatio eſt, cum deus teſtis in meliorem partem vocatur: deteſtatio, cum in deteriorem.

Obtrectat, contra ſententiam tractat.

Obtrectator eſt, qui facit quid contra recte tractantem.

Obturare ex Græco trahitur: ab eo, quod illi oſtia dicunt θύρας.

Obtutu, quaſi obtuitu, à verbo tueor, quod ſignificat video.

Obvaricator dicebatur qui cuipiam occurrebat, quo minus is rectum iter conficeret.

Ob vos ſacro, pro vobis obſecro: ut ſub vos placo, pro ſupplico.

FESTUS. Ob vos ſacro, in quibuſdam precationibus eſt, pro vos obſecro; ut ſub vos placo, pro ſupplico.

Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandis globos terræ, cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occæcando fruges ſatas.

## Notæ.

*Facite ventum ut gaudeam.*

Quod ſæpius dicebant, *ventulum facere*. Terent. Eunuch.

*Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito.*

*Dacerius.*

*Obſtrudant.*] Lege in Titinio:

*Obſtrude lentis aliquid, quoad pectam ſedens,*
*Aut hic lataſter, aut formaſter frigidus.*

*Lataſter*, χαμαιτυπιζόμενος. *formaſter*, ὡραϊζόμενος. *Lenti*, maſculino, ἀρσενικῶς. Titinius: *Lenti calido, [illegible], rapula, rumices. Joſ. Scaliger.*

*Obſtrudant.*] Obſatulient, obſatullent, obtrudant. Inſerto ſ obſtrudant. Plaut. Curcul. 2. 3.

*Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium.*

*Unde obſtrudulentum.*] Titinii verba ſic legebat Scaliger:

*Obſtrude lentis aliquid, quoad pectam ſedens.*
*Aut hic lataſter, aut formaſter frigidus.*

*Obſtrudulenti* tamen in omnibus codd. & ita omnino legendum:

*Obſtrudulenti aliquid quod adpectam ſedens.*

*Adpectere* dixit Titinius quod Plautus *oppectere*:

*Nam nimio melius oppectuntur frigida.*

*Lataſter* eſt χαμαιτυπιζόμενος: *formaſter*, ὡραϊζόμενος.

*Obſtrundant.*] Repone *obſtrudant*, ut ſupra, etſi aliter viſum Lambino.

*Obtrectat.*] Gloſſ. *obtrectat*, ἀντιπράττει.

*Obturaſſet.*] Alii à *ture*, ut ſit vox profecta à more ſacerdotum qui aures ture opplebant, ne audientes alia, turbarentur, ac rurſum profecto ſacro negotio, tus eximebant ut aures paterent illis quæ dicerentur. *Dacerius.*

*Obvaricant.*] Et obvarant quoque dicebant. Ennius Achille: *Nam conſiliis obvarant, quibus tamen concedit hic ordo.* Obvarare dicitur περὶ ἐνοδίου οἰωνισμοῦ. Horatius:

*Rumpat aut ſerpens iter inſtitutum.*

*Joſ. Scaliger.*

*Obvaricator.*] A *varus*, *varare*: & *varicare*; *obvaricare*, & *obvarare*, impedire. Ennius Achille, *Nam conſiliis obvarant, quibus tamen concedit hic ordo.* Obvaricare de itinerario auſpicio dicitur. Horat.

*Rumpat aut ſerpens iter inſtitutum.*

*Sub vos placo.*] Pro *ſupplico vos.* Ex antiquis precationum formulis, in iis enim de induſtria verba veteres trajiciebant. *Dacerius.*

*Occare.*] Locus Ciceronis relatus à Feſto, eſt in libro de ſenectute juxta editionem Petri Victorii, & ut citatur à Nonio Marcello, non ut vulgo circumfertur. *Ant. Auguſtinus.*

*Occare.*] Iſidorus in Gloſſis: *Occa*, *raſtrum*. M. Tullii etymon tranſtulit in dimetrum iambicum Serenus in opuſculis:

*Occa-*

Digitized by Google

Occare, & occator ab occidendo dictum, quod grandes terræ cædat globos. PAULUS.

Occaſio opportunitas temporis caſu quodam provenientis eſt. FESTUS.

Occaſio, opportunitas temporis caſu proveniens. PAULUS.

Occaſus, interitus vel Solis, cum decidit à ſuperis infra terras. quo vocabulo Ennius pro occaſione eſt uſus in libro ſecundo: hic occaſus datus eſt, ac Horatius inclutus ſaltu. Item in libro quinto: injicit inritatus, tenet, occaſus juvat res. Item in libro octavo: aut occaſus ubi tempuſve audere repreſſit. FESTUS.

Occaſus, interitus vel Solis in Oceano merſio. PAULUS.

Occentare dicebant pro convicium facere, cum id clare, & cum quodam canore fieret; ut procul exaudiri potuiſſet: quod turpe habebatur; quia non ſine cauſa fieri putatur inde cantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto.

Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint, dicimus; quod id FESTUS.

## NOTÆ.

*Occatio, occacatio eſt.*

Eſt dimeter Iambicus. Sed nos derivamus ab occa. *Joſ. Scaliger.*

*Occare.*] Crate vel raſtro glebas cædere, *βωλοκοπεῖν* Græci exponunt. Locus Ciceronis eſt in libro de Senectute. Et ibi fallitur Cicero, neque enim occare eſt ab *occando*, ſed ab *occadendo*, vel ut quidam volunt ab Hebræo *dakak* comminuere. Vide omnino Salmaſ. in Solin. *Dacerius.*

*Occaſus.*] Gloſſarium: *Occaſus, σύμπτωσις.* Putarem Ennium ſcripſiſſe: *Ut datus eſt occaſus, Horatius inclutu' ſaltu.* Deſcribebat Ennius Horatiorum, & Curiatiorum certamen. *Joſ. Scaliger.*

*Occaſus.*] Supple ex Epitome: *Occaſus interitus, vel ſolis merſio cum*, &c. Verba Ennii:

*Hic occaſu' datu' eſt, at Horatius inclutu' ſaltu.*

Vel forte:

*Hic occaſu' datu' eſt, at Horatius inclutus aſtu.*

De Horatio qui aſtu Curiatios ſuperavit. *Dacerius.*

*Occentaro.*] Verba, *qui illum*, videntur mutanda in, *querellam* ut antiqui ſcribebant. *Ful. Urſinus.*

*Occentaſſint.*] Reperitur hoc verbum in duodecim tabulis, ut referebat Cicero lib. 4. de Repub. teſte Aug. lib. 2. cap. 9. de Civit. Dei. ultima verba mendoſa ſunt; in veteri libro, una littera tantum diverſa. *Candus* enim illic pro *cantus* ſcriptum eſt. Gabrieli Faerno optimo emendatori omnium librorum videtur eſſe ſcribendum: *inde cantilenam dici querellam non cantus jucunditatem puto. Ant. Auguſtinus.*

*Occentare.*] SIQUIS. CARMEN. OCCENTASSIT. QUOD. ALTEREI. FLAGITIUM. FACIT. CAPITAL. ESTO. *Flagitium* apud veteres ſignificabat infamiam. Itaque Plautus: *majore cum flagitio reddes poſtea*: hoc eſt, *cum infamia.* & Cato: *intercutibus ſtupris flagitatus.* hoc eſt, inteſtinis probris infamatus, unde *Flagitatores* dicti poſtea Fœneratores, quod convicio repetant fœnus. Nam odio fœneratorum hæc in illos appellatio obtinuit. cum alioquin lege 12. flagitare, hoc eſt, conviciis alicujus exiſtimationem lædere, capital eſſet. Itaque recte Feſtus ait id turpe haberi, quia non ſine cauſſa fieri putetur. vix enim quiſquam eo audaciæ proveheretur, ut alicujus famam peteret, niſi juſtiſſima cauſſa ſubeſſet. Quare *occentare* non licebat, cum aliquis rem ſuam repetebat. Hoc enim proprie dicebatur *Flagitare*: quod idem, ut puto, lex vocabat, pipulo poſcere. Plautus Aulularia:

*Ita me bene amet Laverna, jam niſi reddi*
*Mihi vaſa jubes, pipulo hic differam te ante ædis.*

Cn. Mattius in Mimiambis:

*Dein cocenti vaſa cuncta dejectat.*
*Nequamve ſcitamenta pipulo poſcit.*

Quod Plautus dicit pipulo differre ante ædes, idem in Perſa dixit *occentare oſtium.* Iſidorus in Gloſſis: *Pipulo, convicio, ploratu.* Poſtrema quæ hic leguntur, ſunt addita ex corollariis Abbreviatoris. neque eſt, quod docti viri in illis emendandis æſtuent. niſi Paulum Latine loqui putant. Non eſt autem omittendum illud apud Plinium, ex 12. SIQUIS. MALUM. CARMEN. INCANTASSIT, non eſſe idem cum hoc capite, quod tractamus: ſed longe aliud. loquitur enim de incantatoribus, de quibus ſuſpicor Feſtum tractaſſe in reliquiis illis, quæ ultimæ ſunt in litera P. *Joſ. Scaliger.*

*Occentaſſint.*] In leg. 12. tab. *Si quis malum carmen occentaſſit, ſive condidiſit, quod alterei flagitium faxit, capital eſto.* Flagitium apud veteres ſignificabat infamiam. Itaque Plautus:

*Majore cum flagitio reddes poſtea.*

hoc eſt, cum infamia. Et Cato: *intercutibus ſtupris flagitatus*, hoc eſt, inteſtinis probris infamatus. Unde flagitatores dicti poſtea fœneratores quod convicio repetant fœnus, nam odio fœneratorum hæc in illos appellatio obtinuit, cum alioqui lege 12. tab. flagitare, hoc eſt, conviciis alicujus exiſtimationem læ-

clare, & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri poſſit. quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur. inde cantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto.

Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus. cum plurimæ aliæ præpoſitiones familiariores huic verbo ſint.

PAULUS. Occidamus Plautus poſuit pro contra cedamus.

FESTUS. Occiſitantur, ſæpe occiduntur.

PAULUS. Occiſitantur, ſæpe occiduntur. ſic C. Gracchus pro roſtris in P. Popilium: Homines liberi nunc in oppido occiſitantur.

Occiſus à necato diſtinguitur. nam occiſus à cædendo dictus, necatus ſine ictu.

FESTUS. Occiſum à necato diſtingui quidam, quod alterum à cædendo, atque ictu fieri dicunt, alterum ſine ictu. Itaque in Numæ Pompilii Regis legibus ſcriptum eſſe: SI HOMINEM FULMINIBUS OCCISIT, NE SUPRA GENUA TOLLITO. & alibi: HOMO SI FULMINE OCCISUS EST, EI JUSTA NULLA FIERI OPORTET.

Occultum offerre ſignificat ſub terram fere ponere.

PAULUS. Occupaticius ager dicitur, qui deſertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur.

FESTUS. Occupaticius *ager dicebatur ab antiquis, qui deſitus* à cultoribus *frequentari propriis, ab aliis eſt occupa*ri cœptus, quod in *agro Campano factum eſt;* nam cum Hanni*bal, Capuanos qui de Punica rep.* bene meri*ti fuerant, remunerare vellet* atque eorum a*gros qui eſſent occupati, devaſtatique,* tanquam ex ho*ſte receptos, reſtituere,* nomi*nandos* pu*blice edixit, ſed cum querelam au*diret commu*nem eorum, quorum*

## NOTÆ.

lædere, capital eſſet. Itaque recte Feſtus ait id turpe haberi, quia non ſine cauſſa fieri putetur. Vix enim quiſquam eo audaciæ proveheretur, ut alicujus famam peteret, niſi juſtiſſima cauſſa ſubeſſet. quare occentare non licebat, cum aliquis rem ſuam repetebat. Hoc enim proprie dicebatur *flagitare*, quod idem ut puto lex vocabat *pipulo poſcere*. Plaut. Aulul.

*Ita me bene amet Laverna, jam niſi reddi*
*Mihi vaſa jubes, pipulo hic differam te ante ædes.*

Cn. Mattius in Mimiambis:

*Dein cocenti vaſa cuncta dejectat,*
*Nequamve ſcitamenta pipulo poſcit.*

Quod Plautus dicit *pipulo differre ante ædes*. Idem in Mercatore & in Perſa dicit *occentare oſtium*. Iſidorus in Gloſſ. *Pipulo, convicio, ploratu*. Scal.

*Inde Cantilenam dici.*] Iſta rejicit Scaliger quaſi ab abbreviatore addita. Non male tamen Antonius Auguſtinus, qui legebat: *Inde Cantilenam dici querelam, non cantus jucunditatem puto.*

*Occidamus Plautus poſuit.*] Plauti locum, opinor, intelligit. Pſeudol. I. 3. ubi male hodie:

*I, puere, accedamus hac obviam.*

Reſcribendum, *occidamus, hac obviam*, non vero apud Feſtum *accedamus*, ut Guillelmo viſum eſt.

*Occiſitantur.*] Ut à *trudo, truſito*, ſic ab *occiſo, occiſito*. *Dacerius.*

*Occiſus.*] Ex Feſto ſcribe, *à cædendo & ictu*. *Ful. Urſinus.*

*Occiſum.*] SEI. HOMINEM. FULMINI. IOBIS. OCCISIT. EM. SUPRA. GENUA. TOLLITO. HOMO. SEI. FULMINE. OCCISUS. ESIT. EI. JUSTA. NULLA. FIERI. OPORTETO. ſcriptum ἀρχαϊκῶς IOBIS, pro IOVIS. Quod potius Librariorum ſupinitati, & depravatæ pronunciationi adſcribendum, ubicumque fulgur hominem occiderat, ibi ſepeliebatur. Artemidorus: οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετατίθενται, ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται. Plinius in Catholicis fulgurum: *Hominem ita exanimatum cremari fas non eſt, condi terra religio tradit*. ſepeliebantur autem ab Aruſpicibus. Seneca de Clementia lib. I. *Ecquis regum erit tutus, cujus non membra aruſpices colligant? Quod ſi Dii placabiles, & æqui delicta potentium non ſtatim fulminibus perſequuntur, &c.* *Joſ. Scaliger.*

*Occultum offerre.*] Lege: *occultum efferre ſignificat ſub terram ferre, ponere*. *Dacerius.*

*Occupaticius.*] Verba Feſti ex hiſtoria mihi ignota eſſent farcienda. Videtur autem poſt devaſtatos agros ab Hannibale benemeritis non fuiſſe reſtitutos ſuos, ſi erant ab aliis occupati; ſed alios occupaticios traditos. Vide Poſſeſſiones. *Ant. Auguſtinus.*

*Occupaticius.*] Ait Feſtus poſt devaſtatos Campanos

*ager occupatus* eſt, à privatis *juſſit dari agros, non quos illi* accepiſſent, *ſed occupaticios.*

Ocimum Græcum.

Ocimum Græcum. & à celeritate naſcendi eſt dictum. PAULUS.

Ocius & ociſſime poſitivum Latinum non habent, ſed ab eo veniunt, quod eſt in Græco ὠκύς.

Ocius ſecundæ collationis, & deinde tertiæ ociſſime frequentata ſunt, alii dicta à noſtris, & tracta ex Græco, id eſt, ὠκέως, cujus prima ſignificatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non eſt, tertiæ vero collationis, cujus majora exempla ſunt, auctor eſt Plautus in Nervolaria: Ociſſime nos liberi poſſimus fieri. FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . quicquam occiſa. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . lius hiſtoriarum. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . tantur ociſſim. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . lamia apud. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . lamiam opor. . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ocrem antiqui, ut Atheius Philologus in libro Gloſſematorum refert, montem confragoſum vocabant, ut apud Livium: Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum ocrim? Et: celſoſque ocris, arvaque patria, & mare magnum. Namque Tænari celſos ocris. Et: haud ut quem Chiro in Pelio docuit ocri. Unde fortaſſe etiam ocreæ ſint dictæ inæqualiter tuberatæ.

Ocrem montem confragoſum dicebant antiqui. hinc ocreæ dictæ inæqualiter tuberatæ. PAULUS.

Octaviæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia ſoror Auguſti fecit, alteram theatro Pompei proximam CN. Octavius CN. filius, qui fuit Ædilis Curulis, Prætor, Conſul, Decemvir ſacris facien- FESTUS.

## NOTÆ.

nos agros, bene meritis ſuos non fuiſſe ab Annibale reſtitutos, ſed occupatitios. Vide ſcriptores de limitibus agrorum.

*Ocimum* ] Herba quæ vulgo dicitur. *baſilic.* Heſych. ὤκυμον, βοτάνη εὐώδης τὸ λεγόμενον βασιλικόν. *Ocimum herba odorata, dictum baſilicum.* Eſt autem à Græco ὠκὺς *celer.* *Dacerius.*

*Ocius.*] Lego: *Alii dictitant noſtras, alii tractum ex Græco.* ex vetere ſcriptura, *dictas noſtras.* In fine citabatur Cœlius in hiſtoriarum libris, qui dixerit, concitantur Ociſſime, & Ælium Lamiam opportune veniſſe, aut tale quid. *Joſ. Scaliger.*

*Ocius.*] Lege infra. *Alii dicta à noſtris, alii tracta à Græcis.* Vel ut Scaliger: *alii dictitant noſtras, alii tractum ex Græco.* Item infra, *cujus majora exempla* legendum *rariora.* in fine citabatur Cælius in hiſtoriarum libris qui dixit *concitantur ociſſime.* Et Ælius Lamia apud. . . . *Ociſſime atque Ælium Lamiam opportune veniſſe.* *Dacerius.*

*Ocrem.*] Græcum, ὄκρις. unde oppida Interocrea, & Ocriculum. ut Græcis τρηχὺν, τρηχίνιοι. *Joſ. Scaliger.*

*Ocrem.*] Non ſolum montem ſed omnia eminentia & aſpera *ocrim* dicebant à Græco ὄκρις, unde ὀκρίοεσσα φάραγξ, apud Æſchilum in Prometh. non longe à fine Verſum Livii: *Celſoſque ocris &c.* ſic legebat Scal. in conjectan.

*Celſoſque ocris arvaque petrita & mare magnum.*

Ex Homer. in Odyſſ. ε.

Ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα
Βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.

*Extra enim ſaxa acuta, undique autem fluctus*
*Fremuit ſonorus, levis vero eminet petra.*

*Unde fortaſſe ocreæ.*] A crure tamen Varro lib. 4. *Ocrea quod opponebatur ob crus.* Sed verius Feſti etymon. Ab ocri dictæ ſunt Italiæ civitates *Ocriculum, & Interocrea.* Ut Græcis τρηχὺν, τρηχίνιοι. à τρηχὺς. *petricoſus, aſper.*

*Octaviæ porticus duæ.*] Altera Octaviæ ſororis Auguſti, de qua Ovid. de arte:

dis, triumphavitque de rege Perſe navali triumpho. quam combuſtam reficiendam curavit Cæſar Auguſtus.

October equus appellatur, qui in campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior; de cujus capite non levis contentio ſolebat eſſe inter Suburanenſes, & Sacravienſes, ut hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; ejuſdemque cauda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea ſanguis deſtillet in focum, participandæ rei divinæ gratia. quem hoſtiæ loco quidam Marti bellico deo ſacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut ſupplicium de eo ſumatur, quod Romani Ilio ſunt oriundi & Trojani ita effigie in equi ſint capti. Multis autem gentibus equum hoſtiarum numero haberi, teſtimonio ſunt Lacedæmonii, qui in monte Taygeto equum ventis immolant, ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis ejus per finis quam latiſſime deferatur, & Sallentini, apud quos menzanæ Jovi dicatus vivus conjicitur in ignem, & Rhodii, qui quotannis quadrigas ſoli conſecratas in mare jaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum.

PAULUS. October equus appellabatur, qui in campo Martio menſe Octobri Marti immolabatur de cujus capite maxima erat contentio inter Suburanos, & Sacravienſes, ut hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Cujus cauda, ut ex ea ſanguis in focum diſtillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.

Oculatum pro præſenti poſuit Plautus cum dixit: oculata die. Item ipſe: pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti Decem, id eſt qui ſe vidiſſe dicat.

*Idem in Pſeu*dolo oculatum pro præ*ſenti poſuit cum dixit emit* hodie cæca hercule

## NOTÆ.

*Aut ubi muneribus nati ſua munera mater*
*Addidit, externo marmore dives opus.*

Muneribus nati, id eſt, theatro Marcelli, cui fuit Octaviæ porticus contigua, unde eam *porticum Marcelli* nominat Feſtus. Veſtigia ejus inter S. Nicolaum in carcere & S. Mariam in porticu, ubi locus ex ruinis eminentior. Altera autem Cn. Octavii, duobus nominibus aliis appellata, à ſtructura, *Corinthia:* à pictura, *Perſei.* Nam Cn. Octavius de Perſe Macedoniæ rege triumphum agens, ex manubiis eam condidit: & res ſuas geſtas in ea depingendas curavit, unde merito *amœniſſima*, à Velleio habetur, qui addit eam in Circo fuiſſe. Circum Flaminium intellige ex Plinio, & ex Victore in regione 9. Extant veſtigia intra ædem S. Nicolai de Calcaria, & turrim argentinam, columnæ ſemi obrutæ cum capitellis Corinthiis. Duplex Columnarum ordo fuit auctoribus & Plinio & Victore. Quare *Duplex* etiam dicta: cum eſſet incendio deformata, in meliorem formam ab Auguſto reducta eſt. *Dacerius.*

*October.*] Suſpicor legendum *Meni zana.* pro Menzanæ. hoc eſt, μηνὶ ζανᾶ. ἀπὸ τοῦ ζηνός. ut menſe Jovis cognomine Jovi hoſtia immolaretur. vel potius ζανᾶς apud illos, quem alii Dores ζᾶνα. Mirum autem Plutarchum in Romanicis Quæſtionibus, Idibus Decembrib. non Octobrib. immolari ſolitum illum equum dixiſſe. *Joſ. Scaliger.*

*October equus.*] Quia menſe Octobri per equum Troja capta. Alii non quotannis, ſed quinto quoque anno immolari ſolitum dicunt. Propert. lib. 4.

*Qualia nunc curto luſtra novantur equo.*

Neque idibus Octobribus, ſed idibus Decembribus auctore Plutarcho.

*Suburanenſes & Sacravienſes.*] Qui Suburanam & Sacram viam incolunt.

*Ejuſdemque cauda.*] Quæ *Caviar* proprie dicebatur. Vide *Caviares hoſtiæ.* Ubi quinto quoque anno in ſacrificio poſitam dicit Feſtus.

*Ita effigie in equi.*] Pro, *ita in effigie equi.* Nam veteres ſæpe tranſponebant voces. *Dacerius.*

*October.*] Menzana quæ ſit apud Sallentinos, quærendum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Apud quos Menzana Jovi*] Quid ſit *Menzana* apud Salentinos, ignotum eſt. Scaliger legit *Meni zana.* Hoc eſt μηνὶ ζανᾶ, pro ζηνὸς, ut menſe Jovis cognomine Jovi hoſtia immmolaretur. Vel potius ζανᾶς apud illos, quem alii Dores ζᾶνα.

*Qui quotannis quadrigas.*] Sic in Illyrico quaternos equos Neptuno conſecratos in mare nono quoque anno jaciebant. Vide *Hippius.* *Dacerius.*

*Oculatum.*] Plaut. in Pſeud. *Eme die cæca Hercle olivum, id vendito oculata die.* Idem in Truculen. *Pluris eſt oculatus teſtis unus* &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Idem in Pſeudolo oculatum.*] Prima linea ſuo loco mota

Digitized by Google

*olivum*, *id vendito oculata die.* *Idem* alibi oculatum *Argum dixit quod per totum corpus oculos habet.* idem pluris eſt oculatus *teſtis unus*, *quam auriti decem*, id eſt qui ſe vidiſſe dicat, *ductam autem ait Verrius hanc* formam ab oculi *appellatione.*

Oculiſſimum, cariſſimum. Plautus. Oculiſſimum oſtium amicæ. PAULUS.

*Oculiſſimum Cariſſimum. Plautus Oculiſſ*imum oſtium amicæ, *idem in Curculione oculiſſime* dixit, ſignific*atque quod clare aſpicit.* FESTUS.

Oculitus quoque dicitur, ut funditus, penitus: quo ſignificatur tam carum eſſe, quam oculum. PAULUS.

*Oculitus dicitur ut* funditus, *ſignificatque tam carum eſſe quam oculum*, vel inſtar *oculi eſſe.* FESTUS.

Odefacit dicebant, pro olfacit; quæ vox à Græco ὀσμὴ tracta eſt. PAULUS.

*Odefacit dicebant* antiqui ab odore *pro olefacit*, *vetere quadam* conſuetudine im*mutandi literas quæ ſunt*, ut ſæpe alias, tum in hoc quoque libro contentæ. quæ vox, ut quibuſdam videtur, ex Græca ὀσμὴ tracta eſt. FESTUS.

Oenigenas, vino genitos.

Oeſtrum, furor Græco vocabulo.

Offectores, colorum infectores.

Offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex retinebatur. id cum perveniſſet ad mentum, dicebant offendimentum. PAULUS.

Offendices ait eſſe Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. at Vera- FESTUS.

## N O T Æ.

mota fuit, lege modo. *Oculatum pro præſenti dixit Plautus in Pſeudolo. Emito die cæca hercle olivum, id vendito oculata die, &c.* Sic omnia conſtant. Emere die cæca, eſt, in incertum diem prolata ſolutione, contra oculata die, id eſt præſenti pecunia. Cum ait Plautum oculatum Argum dixiſſe, locum reſpicit Aulul. 3. 6.

*Quos ſi Argus ſervet qui oculeus totus fuit.*

Ubi ex Feſto reſcribendum, *oculatus totus fuit.* Illa, *pluris eſt oculatus, &c.* ſunt è Trucul. 2. 6. *Dacerius.*

*Oculiſſimum.*] Plaut. in Curcul. *Ant. Auguſtinus.*

*Oculiſſimum.*] Uterque locus Plauti eſt ex Curcul. Prior. 1. 1.

*Huic proximum illud oſtium oculiſſimum.*
*Salve, valuiſtin' uſque oſtium oculiſſimum.*

Ubi male hodie *occluſiſſimum.* Poſterior act. 1. ſc. 2. *Salve oculiſſime homo.* Ubi *oculiſſime* Feſtus interpretatur, *qui clare aſpicit.* Peſſime nam hic etiam *oculiſſime* eſt *cariſſime.* Quod & Muretus vidit.

*Oculitus.*] Ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio quod oculorum ſenſus nobis omnium cariſſimus. Sic Catul. *Ni te plus oculis meis amarem.* Item: *Ambobus mihi quæ carior eſt oculis.*

*Odefacit.*] Falſum eſt odefacit eſſe pro *olefacit.* Cum contra hoc pro illo dicatur, nempe à Dorico ὄσδω, abjecto σ ὄδω, *odeo*, *odor*, *odefacit*, D. in L. mutato *olefacit*, *olfacit.* *Dacerius.*

*Oenigenas.*] L. m. *Unigenitos.* nam œ, pro, u, antiqui utebantur. *Ful. Urſinus.*

*Oenigenas.*] Quid Feſtus intelligat per *vino genitos* ignorare me fateor. Puto legendum, *unigenitos.* Ita ut *œnigena* ſit pro *unigena* nam *œ* veteres ponebant pro u. & ita forte ſcripſerat Catul. de Coma Beren.

*—— —— quum ſe Memnonis Æthiopis.*
*Oenigena impellens nutantibus aera pennis.*

Et hanc meam emendationem mihi poſtea confirmavit liber Urſini ubi *unigenitos.*

*Oeſtrum.*] Οἶστρον & οἶστρος proprie veſparum genus ita armentis infeſtum ut aculeis ſuis ea ad inſaniam adigat, unde œſtrum pro furore. Et œſtro perciti, οἰστροπλῆγες, furore correpti, concitati. Eſt autem œſtrum vox Ægyptiaca teſte Æſchylo in ſupplicibus.

Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν, οἱ Νείλου πέλας.
*Oeſtrum vocant eum Nili accolæ.*

*Dacerius.*

*Offendices.*] Addo ex Latinis Gloſſis: *offendices, nodi, quibus libri ſignantur.* *Joſ. Scaliger.*

*Offendices.*] Amenta infra mentum pertinentia, quibus apex, ſacerdotum pileus retinebatur. Item alia quævis. Gloſſ. Iſidor. *Offendices, nodi quibus libri ſignantur.* Lege infra: *Veranius Coriola exiſtimat*, &c. *Coriola*, diminutivum à *corium.*

Offer-

nius Choriola exiſtimat quæ ſint in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quæ ab offendendo dicuntur. nam cum ad mentum perventum eſt, offendit mentum.

PAULUS. Offerumenta dicebant, quæ offerebant.

Officioſus ab efficiendo dictus.

Offringi terra dicitur, cum iterum tranſverſo ſulco aratur.

Offucare, aquam in fauces ad ſorbendum dare.

Offudas fallacias.

Ogygia mœnia Thebana ab Ogygo conditore dicta.

FESTUS. Ogygia mœnia Attius in Diomede appellans, ſignificat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidiſſe traditur.

PAULUS. Oleagineis coronis miniſtri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli eſſe putabatur.

Olentica mali odoris loca.

Oletum, ſtercus humanum. Veranius: Sacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum.

Olivetam dicebant ab oleis, ut à vino vindemiam.

FESTUS. Olivetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur; ut meſſem, cum frumenta;

## NOTÆ.

*Offerumenta.*] *Offrandes.* Donaria quæ Diis offeruntur. Olim à *fero* dicebant *feritum*, *offero*, *offeritum.* Unde offerumentum, offerimentum, u pro i. *Ut optumus optimus, &c.* Hinc facete Plautus *offerumentas* vocat plagas quæ tergo offerrentur. Rudent. 3. 4.

*Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo.*

*Officioſus.*] Ab officiendo potius, nam veteres *officere* dicebant pro *efficere.*

*Offringi.*] Varr. 1. de r. r. cap. 29. *Quod prima aratione gleba grandes ſolent excitari, cum iteratur offringere vocant.* Virgilius vocat *prorumpere.*

*Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga*
*Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro.*

*Offucare.*] Quaſi *ob fauces* dare aquam. Olim putabam legendum *offutare* à futo vaſe aquario. Sed nil temere mutandum. Ab *offucare* quidam apud Plaut. Ciſtel. 1. 1. *Atque id merum infucabat.* Fruſtra nam *infuſcabat* vera eſt lectio. *Dacerius.*

*Offudas.*] Placidus in gloſſis, *Offucias.* *Ful. Urſinus.*

*Offudas.*] Offucias. *Joſ. Scaliger.*

*Offudas.*] Lege *offucias.* Plaut. Captiv.

*Ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſublevero offuciis.*

*Ogygia mœnia.*] Thebæ, ab Ogyge antiquiſſimo rege ante Cadmum, unde *Ogygii* dicti antiqui. Heſych. *Ὠγύγιε, παλαιέ,* &c. Item *Ὠγύγια ἀρχαῖα τείχη.* *Ogygia antiqua mœnia.* Inde *Ogygia mula.* *Ogygia Tyrus*, Dionyſio. *Ogygii montes*, Pindaro. Vide Eraſmi adagia.

*Oleagineis coronis.*] Hinc intelligendum illud Virgil. lib. 3. Georg.

*Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ*
*Dona feram.*

Ibi enim triumphorum Cæſaris quaſi miniſter prodit Virgilius. Quod non viderunt interpretes.

*Olentica.*] MSS. *oblentica.* bene Voſſ. *olentia.*

*Oletum.*] Male hic Feſtus *oletum* ſtercus humanum interpretatur, nam locum olentem ſignificat. Sic poſt Veranium dixit Perſius Sat. 1.

—— —— *Hic inquis, veto quiſquam faxit oletum.*

Hic Veranius ſcripſerat de rebus pontificalibus. *Dacerius.*

*Olivetam.*] Illa verba mendoſa ſunt, *quam nullam ejus ſignificationis cauſam haberemus.* In alio libro eſt: *quam nullam ejus ſignificationis.* cetera duo verba deſunt. pro quibus fortaſſe ſubſtitui poſſet, *cum haberemus.* *Ant. Auguſtinus.*

*Olivetam.*] Legendum infra: *Cum uva. quod vocabulum potius frequentari debebat quam nullum. Quum ejus ſignificationis cauſam haberemus.* Inter olivetam & olivitatem hoc intereſt, *quod oliveta* ſit olivarum collectio, *olivitas* vero fructus oleæ. Varro inglorio. *Denique omnis cum lucerna conſumpta eſt in lucubrando, olivitaſque conſumpta eſt.* Alii tamen *olivitatem* æque ſumunt pro tempeſtivitate legendæ oleæ. Columel. olivationem dixit olivarum collectionem, *ἐλαίωσιν*, olivare *ἐλαίζειν*, olivas colligere. Sic *vindemiare.* *Frondare*, unde *frondator*, qui frondes putat. *Dacerius.*

*Olva-*

Digitized by Google

vindemiam, cum uvas. quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullam ejus ſignificationis cauſam haberemus. quamvis quidam olivitatem eam dicant.

Ollic, illic: ut olli, illi.

Olvatium Antiſtius Labeo ait eſſe menſuræ genus. PAULUS.

Omen velut oremen quod fit ore augurium, (quod avibus) aliove modo fit. FESTUS.

Ommentans *Livius*. in Odyſſea cum ait; in Pylum advenies, aut ibi ommentans, ſignificat obmanens. Sed ea ſignificatione qua ſæpe fieri dicitur: id enim eſt mantare.

OPACA vocantur umbroſa. PAULUS.

Opaca, umbroſa. FESTUS.

Opalia dicebantur dies feſti, quibus Opi ſupplicabant. PAULUS.

Opalia dies Feſti, quibus ſupplicatur Opi, appellantur; quorum alter. . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Opertat, ſæpe operit. PAULUS.

Opigenam Junonem matronæ colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

Opilio, genus avis.

Opima ſpolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipſe agrorum cultor habetur, nominatus à ſatu, tenenſque falcem effingitur, quæ FESTUS.

## NOTÆ.

*Olvatium.*] Fortaſſe corrupte legerunt, pro Olus atrum. unde conjectura coacti ſint interpretari id, quod in rerum natura non eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Olvatium.*] Negat Scaliger id umquam fuiſſe in rerum natura, atque adeo ſuſpicatur corruptum eſſe pro *oluſatrum*, herbæ genus quæ *ſerpentaria minor*, officinis & pes vituli dicitur. Sed optime Meurſius *olvatium* aſſerit, & Feſti interpretationem tantum reprehendit. Olvatium enim nihil aliud eſſe quam quod in ollis coctum eſt, ut *teſtuatium* quod in Teſta. Varro lib. 4. de L. L. *Teſtuatium quod in teſtu caldo coquebatur, ut etiam nunc matralibus id faciunt.* Ab *ola* igitur pro *olla olvatium*, ut à *teſta*, *teſtuatium*.

*Omen.*] Vox eſt fortuita ab alio profecta quam ipſe ad rem tuam detorques, quaſi *crimen*, id eſt, effatum. Vide Cicer. de Divinat. lib. 1. *Dacerius.*

*Ommentans.*] Deeſt Livii nomen, qui Odyſſeam Latinam fecit, de qua Cicero in Bruto: Odyſſea Latina eſt, tamquam opus aliquod Dædali; & Livianæ fabulæ non ſatis dignæ, quæ iterum legantur. Reperitur autem hic verſus lib. 1. Homeri Odyſſ. *Ant. Auguſtinus.*

*Ommentans.*] Verba ex Odyſſea vetere Lucii Livii Andronici ita legenda: *in Pylum adveniens, aut ibi ommentans.* ex illo:

*Πειρήσω ὥς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἰήλω,*
*Ἠὲ πύλον δ' ἐλθὼν, ἢ αὐτοῦ τῷ δ' ἐνὶ δήμῳ. ὀδυσ. β.*

Potuerunt & dicere veteres *advenies*, pro *adveniens*, ut *pragnas*, *inſas*, *animas*. Ennius:

*Quæ parire ſolet genu' pennis condecoratum;*
*Non animas* ——— ———

hoc eſt animans. *Joſ. Scaliger.*

*Ommentans.*] Verba Livii ſic Scaliger: *In Pylum adveniens aut ibi ommentans.* Gloſſæ: *Ommentat, expectat, dictum à mantando, id eſt diu manendo.*

*Opaca.*] Opacum opponitur aprico, & eſt dictum ab *ope*, id eſt, terra quod umbræ & frigoris captandi cauſſa ſe in ſubterraneos ſpecus abdebant. *Dacerius.*

*Opalia.*] Varro lib. 1. de Ling. Lat. & Macrob. lib. 1. Saturn. *unum tantum diem tribuunt Opalib.* is erat 14. kal. Jan. quod etiam in faſtis notatum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Opalia.*] Feriæ Opis quæ XIV. Calendas Januarii celebrabantur die tertio poſt Saturnalia. Varr. lib. 5. *Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriæ ejus, ut poſt diem tertium Opalia, Opis.* Quæ apud Feſtum deſunt ſic forte ſupplenda ſunt, *quorum altera pars nefaſta, altera faſta eſt.* Et revera in Calendario legitur. *Opal. N. P.* hoc eſt, Opalia nefaſta prima vel priori parte.

*Opigenam.*] Junonem enim utero laborantes invocabant. Apud Terent.

*Juno Lucina fer opem.*

*Dacerius.*

*Opima.*] Carolus Sigonius, à quo multa in hoc libro emendata ſunt, quod deeſt poſt illa verba, intra annos, ita poſſe ſarciri exiſtimat, *ut intra annos*

eſt inſigne agricolæ. Itaque illa quoque cognominatur Conſiva, & eſſe exiſtimatur terra. Ideoque in regia colitur à populo Romano, quia omnes opes humano generi terra tribuat. Ergo & opulenti dicuntur, terreſtribus rebus copioſi: & hoſtiæ opimæ præcipue pingues; & opima magnifica, & ampla. unde ſpolia quoque, quæ dux populi Romani duci hoſtium detraxit opima dicuntur. quorum tanta raritas eſt, ut intra annos paulo. . . . . . . . . trina contigerint nomini Romano; una, quæ Romulus de Acrone: altera, quæ *Conſul* Coſſus Cornelius de Tolumnio: tertia, quæ M. Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro fixerunt. M. Varro ait opima ſpolia eſſe *etiam* ſi manipularis miles detraxerit, dummodo duci hoſtium. . . . . . . . . . . . non ſit. Ad ædem Jovis Feretrii poni, teſtimonio eſſe libros pontificum, in quibus ſit pro primis ſpoliis bove, pro ſecundis ſolitaurilibus, pro tertiis agno publice ſacra fieri debere: eſſe etiam Pompelli regis legem opimorum ſpoliorum talem: Cujus AUSPICIO CLASSE PROCINCTA OPIMA SPOLIA CAPIUNTUR, JOVI FERETRIO

## NOTÆ.

*nos paulo minus. D. XXX. tantum trina contigerint*, &c. Sumitur autem id ex Faſtis Capitolinis, in quibus anno D. XXXI. kal. Mart. M. Claudius Marcellus cos. de Gallis Inſubribus triumphavit, & idem ſpolia opima retulit duce hoſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto. Quod vero poſt illa verba *duci hoſtium* deſideratur: ita idem doctiſſimus vir ſcribendum eſſe arbitratur: *duci hoſtium detraxerit. Quod autem omnia ſolita non ſint ad ædem Jovis* &c. Hanc emendationem juvat, quod poſtea dicitur ſecunda ſpolia in Martis aram. tertia Jano Quirino ferenda. Sed mihi hoc non ſatis probatur: Cum non in libris Pontificum, ſed in lege Numæ de ſecundis, & tertiis ſpoliis, quod retulimus, ſit. Eidem placet quod ad extremum de opima, vel optima lege dicitur, conjungendum eſſe cum iis, quæ ab illis verbis, *Optima* lex, inchoantur. Mihi vero id quidem ita probatur, ſi ex hoc uterque locus reſtitui poſſet. Quod vero ad interpretationis rationem attinet, vehementer probo ejus opinionem. Sunt tamen ſatis mendoſa, & mutila, & hæc, & illa. *Ant. Auguſtinus.*

*Opima ſpolia.*] Pompelli, vel Pompilii Numæ regis legem opimorum ſpoliorum corruptiſſimam nobis relictam eſſe nemo non videt. Nam non ſolum verba depravata, ſed & trajectione loco mota ſunt, ac luxata. Nos ea, ut olim reliquerat Feſtus, infra ponemus.

QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVEI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO. QVEI. CEPIT. AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO.

SECVNDA. SPOLIA. IN. MARTIS. ASAM. IN. CAMPO. SOLITAVRILIA. VTRA. VOLVERIT. CAEDITO.

TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO. AGNVM. MAREM. CAEDITO. CENTVM. QVEI. CEPERIT. EX. AERE. DATO.

Janum Quirinum etiam *Janum Quirini* vocaſſe veteres, antiquitatis Romanæ mediocriter docto non difficile erit perſuadere. In ſecundo capite *Utra ſolitaurilia* dixit, pro vel majora, vel lactentia. Cato. Livius. Sed ad ultima capita hujus hydræ, quæ nondum plane confecta eſt pergendum erit. Lego igitur ſequentia: *Hujus ædis lex nulla extat. neque templum habeat, necne, ſcitur.* Olim leges ædium in ædibus ipſis, in poſtico earum ponebantur. Varro: *Ejus veſtigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in faucibus: quod Saturnia porta, quam Junius ſcribit, quam nunc vocant Pandanam. quod poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti.* Continebant autem leges ædium inter alia, utrum ædes illa eſſet templum, necne. & hoc eſt, quod ait Feſtus. Nam non omnes ædes erant templa. auctor Varro de Latino ſermone lib. 6. & Gellius libro 14. cap. 7. Apponebantur & leges dedicationis. quibus ædes ipſæ ſacræ fiebant, neque ſine exauguratione transferri poterant. Plinius ad Trajanum: *Diſpice ergo, Domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta eſt, ſalva religione poſſe transferri.* Poſtrema mirum, quid hic poſuerit Feſtus: VT. QVEI. OPEIMA. LEGE. FVERINT. Nam non memini Opima lege, ſed optima ſcribi. In lege Veſtalis capiundæ: SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIVM. VTI. QVAE. OPTVMA. LEGE. FVAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Male apud Gellium: uti quod optima lege fiat. Dicebatur & OPTIMA. MAXIMA. LEGE. ut, FVNDVS. VTI. QVEI. OPTIMA. MAXIMA. LEGE. SIT. *Joſ. Scaliger.*

*Opima ſpolia.*] Quæ infra deſunt ſic ſupplevit Briſſonius: *Ut intra annos paulo minus* IↃXXX. *tantum trina contigerint.* Item: *dummodo duci hoſtium detraxerit. Quod autem omnia ſolita non ſint ad ædem Jovis Feretrii poni, teſtimonio eſſe &c.* Idem Carolus Sigonius.

*Cujus auſpicio.*] Hanc Pompelli, ſic enim veteres ſcribe-

Digitized by Google

DARIER OPORTEAT, ET BOVEM CÆDITO, QUI CEPIT ÆRIS DUCENTA. SECUNDA SPOLIA IN MARTIS ARAM IN CAMPO, SOLITAURILIA UTRA VOLUERIT CÆDITO. TERTIA SPOLIA JANO QUIRINO AGNUM MAREM CÆDITO CENTUM QUI CEPERIT EX ÆRE DATO. huic ædis lex nulla extat, neque templum habeat, neque ſcitur. Ut qui opima lege fuerint, adjici ſolet, cum quidam magiſtratus creatur. . . .

. . . . . . . . . . . . . . .

Opiparum, magnarum opum apparatum. PAULUS.

Opis dicta eſt conjux Saturni, per quam voluerunt terram ſignificare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. unde & opulenti terreſtribus rebus copioſi, & hoſtiæ opimæ præcipue pingues; & opima, magnifica & ampla ſpolia.

Opiter eſt, cujus pater avo vivo mortuus eſt, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus ſit, aut quod avum ob patrem habeat, id eſt pro patre.

Opitulus Juppiter, & opitulator dictus eſt, quaſi opis lator.

Opportune dicitur ab eo, quod navigantibus maxime utiles, optatique ſunt portus.

Opperiri, expectare.

Oppido, valde multum. ortum eſt autem hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret; utque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, quantum vel oppido ſatis eſſet. hinc in conſuetudinem ve-

## NOTÆ.

ſcribebant pro *Pompilii*, ut Duelli pro Duilii, legem corruptiſſimam, omnium optime ſic emendavit Urſinus.

QUOJUS AUSPICIO CLASSE PROCINCTA OPEIMA SPOLIA CAPIUNTUR JOVEI FERETRIO BOVEM CÆDITO. QUEI CEPIT ÆRIS CCC. DARIER OPORTETO.

SECUNDA SPOLIA IN MARTIS ASAM IN CAMPO SOLITAURILIA UTRA VOLET CÆDITO. QUEI CEPIT ÆRIS CC. DARIER OPORTETO.

TERTIA SPOLIA JANO QUIRINO AGNUM MAREM CÆDITO. QUEI CEPIT ÆRIS CENTUM DARIER OPORTETO.

QUOJUS AUSPICIO CAPTA DIS PIACULUM DATO.

Ex Plutarcho qui ait Numam præſcripſiſſe in hac lege ut prima ſpolia capta Jovi Feretrio conſecrentur, ſecunda Marti, tertia Quirino. Præmiumque ſit primis aſſes CCC. ſecundis CC. tertiis C. *Solitaurilia utra volet*, id eſt, vel majora vel lactentia.

*Huic ædis lex nulla.*] Lege: *Huic ædi lex nulla extat, neque templum habeat necne ſcitur.* Olim leges ædium in ædibus ipſis in poſtico earum ponebantur. Varro lib. 4. *Ejus veſtigia etiam nunc manent tria. Quod Saturni fanum in faucibus: Quod Saturnia porta quam Junius ſcribit, quam nunc vocant Pandanam: Quod poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti.* Continebant autem leges ædium inter alia utrum ædis illa eſſet templum, necne. & hoc eſt quod ait Feſtus, nam non omnes ædes erant templa, auctor Varro lib. 6. & Gell. lib. 14. cap. 7. Apponebantur & leges dedicationis, quibus ædes ipſæ ſacræ fiebant, Neque ſine exauguratione transferri poterant. Plin. ad Trajanum: *Diſpice ergo, Domine, an putes ædem, cui lex nulla dicta eſt, ſalva religione poſſe transferri.* Scal.

*Ut qui opima lege.*] Mirum iſta quid hic poſuerit Feſtus. Suſpicor verba eſſe ex epitome Pauli, quæ ipſe poſt *optima lex* infra poſuerat, nam ibi etiam non *opima*, ſed *optima* legendum. Erant autem in magiſtratibus creandis verba ſolennia, *ut qui optima lege fuerint.* Quibus eorum qui ita creati fuerant, quam pleniſſimum jus eſſe ſignificabatur. Cicero orat. de lege Agraria ad populum ex lege Rulli hoc caput citat: *Tum ii Decemviri eodem jure ſint, quo qui optima lege.* Item: *Ut ſine lege Curiata idem juris habeant, quod haberent ſi optima lege à populo eſſent creati.* Sic virginis Veſtalis capiendæ formula apud Gell. *uti quæ optuma lege fuat, ita te amatà capio.* Dicebatur etiam *optima, maxima lege*; ut, *Fundus uti quei optima maxima lege ſit.*

*Opis.*] Ab opere dictam vult Varro lib. 4. *Terra ops, quod hic omne opus & hac opus ad vivendum. Et ideo dicitur Ops mater, quod terra nutriat.* Sed magis placet ut terra *Ops*, dicta quaſi opulenta ac dives, nam *ops* antiqui dicebant quem nunc opulentum dicimus. Vide *ops*. *Dacerius.*

*Opiter.*] Placidus in gloſſis. *Opiter eſt, qui obito patre, & avo vivente natus eſt. Ful. Urſinus.*

*Opiter.*] Gloſſ. *opiter eſt qui obito patre, & avo vivente natus eſt.*

*Oppido.*] Ait infra Feſtus eos errare qui dicant



Digitized by Google

nit, ut diceretur oppido, pro valde multum. Itaque ſi qui in aliis rebus eo utuntur, ut puta ſi qui dicant oppido didici, ſpectavi, ambulavi, errant; quia nulli eorum ſubjici poteſt, vel quod ſatis eſt.

Oppidorum originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eamque appellationem uſurpatione appellatam eſſe exiſtimat, quod opem darent, adjiciens, ut imitetur ineptias Stoicorum.

Oppidum dictum eſt, quod opem præbet. Oppidum dictum, quod ibi homines opes ſuas conferunt. oppidum dicitur & locus in circo, unde quadrigæ emittuntur.

Ops antiqui dicebant opulentum. unde è contrario inops.

FESTUS. Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum dicimus, ut teſtimonio eſt, non ſolum ei contrarius inops. . . . concedit, ego egens exortus ſum.

Optatam hoſtiam, alii optimam appellant eam, quam Ædilis trib. conſtitutis hoſtiis optat, quam immolari velit.

Optima lex. . . . in Magiſtro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſe, ſignificabatur, ut fuit Manii Valerii, M. Fabii, Voluſinæ gentis, qui primus Magiſter à populo creatus eſt. poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat. deſitum eſt dici, ut optima lege, ut pote imminuto jure priorum magiſtratuum.

## NOTÆ.

oppido didici, ſpectavi, ambulavi. Ita tamen Plaut. Terent. Cicero, Catullus. *Dacerius.*

*Oppidorum.*] Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Oppidorum originem.*] Schedæ: *oppidorum originem optime refert Cato. Cicer. lib.* 1. &c. Catonis nomen adjectum opinatur Fulv. Urſinus ab eo qui putarit indicari lib. Originum M. Catonis, cum tamen agatur de etymo Oppidorum. Ciceronis libri de gloria periere. Secundum laudat Gell. lib. 13. cap. 6. Cariſius etiam. Infra *eamque appellationem uſurpatione appellatam eſſe.* Ita ſchedæ. Lego, *eamque appellationem uſurpatam eſſe.*

*Oppidum.*] *Maximum ædificium eſt oppidum ob ope dictum quod munitur opis cauſſa, ubi ſint.* Varr. lib. 4. Sed oppidum minus eſt quam urbs etſi ſæpiſſime confunduntur. Cicer. lib. 1. de divin. *Pheras veniſſe quæ erat urbs in Theſſalia admodum nobilis, in eo igitur oppido.*

*Oppidum dicitur & locus in Circo.*] Varr. lib. 4. *In Circo primo unde mittuntur equi nunc dicuntur carceres: Nevius oppidum appellat. Carceres dicti quod coercentur equi ne inde exeant antequam Magiſtratus miſit. Oppidum quod à muri parte pinnis turribuſque carceres olim fuerunt. Scripſit poeta: dictator ubi currum inſidit, pervehitur uſque ad oppidum. Dacerius.*

*Ops.*] Fortaſſe: *Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus. ut teſtimonio eſt non ſolum ei contrarius inops, ſed etiam cops: ut, is cops edit, ego egens exortus ſum.* Nam re vera cops eſt compoſitum ab ops: coops. *Joſ. Scaliger.*

*Ops antiqui dicebant.*] Supple infra: *ei contrarius inops, ſed etiam cops, ut is cops edit &c.* Scal. & ita ſchedæ. Et revera *cops* eſt compoſitum ab *ops*, *coops.* Ops etiam opem ferens quidam interpretantur ex illo Accii: *quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Dacerius.*

*Optima lex.*] De primo dictatore omnes hiſtorici varia ſcribunt. Fuiſſe qui M. Valerium M. F. Voluſi. N. prodiderint, affirmat Livius lib. 2. Hujus opinionis fuiſſe Feſtum vel Verrium apparet, niſi quod Manium eum appellat, non Marcum. Hunc magiſtratum ſolum ſine provocatione fuiſſe omnes affirmant. datam poſtea eſſe provocationem ſolus Feſtus, ut arbitror, auctor eſt: quamquam id elici poſſit ex verbis legis Horatiæ, & Duiliæ apud Liv. lib. 3. & Dionyſ. lib. 13. *Ant. Auguſtinus.*

*Optima lex.*] Supplendum & corrigendum puto, *optima lege cum dicebatur, in magiſtro* &c. nihil tamen affirmo. Vide ſupra poſt *opima.* Nunc video ita ſenſiſſe Fulv. Urſin. qui margini adſcripſit *Fortaſſe cum dicebatur.* Infra pro *magiſter à populo*, legendum *magiſter populi* & pro *magiſtratuum*, legendum *magiſtrorum.* ut in ſched.

*Ut fuit Manii Valerii, M. Fabii Voluſi.*] Legendum ex Livio: *Marci Valerii M. filii Voluſi. nepotis.* Adi illum lib. 11. ſect. 18. Ibi enim hunc primum dictatorem creatum fuiſſe negat, ſed T. Lartium.

*Poſtquam vero provocatio.*] Ab eo magiſtratu ad populum dari cœpit provocatio Coſſ. L. Valerio & M. Horatio qui lege nova ſanxere *Nequis ullum magiſtratum ſine provocatione crearet, qui creaſſet eum*

*jus*

Digitized by Google

Optio, qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus. Is adjutor dabatur centurioni à tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permiſſum eſt optare, & nomen ex facto ſortitus eſt. Plautus in Aſinaria: qua me, qua uxorem, qua tu Sauream ſervum potes, circumduce, aufer, promitto tibi, non obfuturum, ſi id efteceris, tibi optionem ſumito Leonidam.

Optio eſt optatio, ſed in re militari optio appellatur is, quem decurio, aut centurio optat ſibi rerum privatarum miniſtrum, quo facilius obeat publica officia. PAULUS.

Optionatus ut Decurionatus, ſive Pontificatus dicitur.

Optionatus, ut Pontificatus, Decurionatus dicitur, ut Cato in ea, quam habuit apud equites: Majores ſeorſum, atque diverſum pretium paravere bonis, atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alioſque honores. FESTUS.

Opunculo, quod opilionis genus cantus imitatur. PAULUS.

Oræ extremæ partes terrarum, id eſt maritimæ dicuntur. unde & veſtimentorum extremæ partes, quæ quidem & primæ dici poſſunt. Cæcilius in Æſchrione uſus eſt pro initio rei, cum ait: Oram reperire nullam, quam expediam, queo. FESTUS.

Orare antiqui dixerunt pro agere. unde & oratores cauſarum actores, & oratores, qui nunc legati, quod reip. mandata peragerent. PAULUS.

Orare antiquos dixiſſe pro agere teſtimonio ſunt; quod & oratores, & ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reip. mandatas partes agebant. Ennius quoque cum dixit libro primo annalium. face vero, quod te cum precibus pater orat. FESTUS.

## NOTÆ.

*jus faſque eſſet occidi, neve ea cædis capitalis noxa haberetur.* Liv. lib. 3. ſect. 55. *Dacerius.*

*Optio.*] Ultimus verſus Plauti non eo ordine, quo hic, habetur in vulgatis Plauti codicibus. *Joſ. Scaliger.*

*Optio.*] Uragus, tergiductor, ab optando hoc eſt eligendo quia illum ſibi aſſumebat Centurio. Et videtur hic dicere Feſtus optionem antea dictum accenſum cum ſcilicet à Tribuno daretur Centurioni, ſed poſtquam Centurio optare eum cœpit & eligere, tunc optionem etiam dici cœptum eſſe. Et ita hunc locum interpretatus eſt Lipſius qui optime monuit pro *ex eo tempore* legi debere *ex quo tempore.* Sed mihi ſcrupulum movet quod ex Varrone didici optiones à Centurionibus ab initio fuiſſe electos ſed poſtea Tribunos munus illud invaſiſſe ut ipſi optiones eligerent. Mihi nodus inſolubilis. Sed illum ſolviſſe video doctiſſ. Cupertum obſervat. lib. 4. cap. 9. qui poſtquam ex Varrone & Polybio aſſeruit optiones primitus à Centurionibus electos fuiſſe, ita Feſtum ingenioſe interpretatur. *Optio qui nunc dicitur, antea vocatus accenſus, datus Centurioni à Tribuno. & illud nomen optionis ſortitus eſt ex eo tempore quo Centuriones ipſi eos eligebant, ſive optabant.* Sed in verbis Feſti pro *dabatur* reſcribendum *datur.* Niſi dicas hic à Paulo omnia turbata & corrupta quod & ſentit Cupertus.

*Plaut. in Aſinar.*] Act. 1. ſc. 1. ſed locus aliter hodie diſtinctus eſt, eum adi.

*Optio eſt optatio.*] Id eſt electio, Caſin. 2. 4.

*Optio hoc tua eſt.*

*Opunculo.*] MSS. *Opuncula*, vel *opiniculo*; ſed rectum eſt opunculo. Nam ab *opilio*, *opiliunculo*, *opunculo*. Sed aliquid in verbis Feſti deſiderari ſuſpicor & legendum, *Opunculo genus avis quod opilionis cantus imitatur.* Vide Opilio.

*Ora.*] Proprie partes terrarum litorales à Græco ὄρος ora, terminus, unde pro cujuslibet rei extremitate, ut aulæorum, veſtium, &c. Virg. 9. Æneid.

*Et mecum ingentes oras evolvite belli.*

In verbis Cæcilii legendum, *qua me expediam.* Et ibi etiam oram potius pro extremitate accipio quam pro initio ut ſentit Feſtus. Etſi *initium* idem aliquando extremitas ut Græcis ἀρχή. *Dacerius.*

*Orare.*] In verſu Ennii deeſt initio ſyllaba, puta: *Tu face vero &c.* *Ant. Auguſtinus.*

*Orare.*] Dicere, cauſſas agere. Varr. lib. 4. *Oro ab ora, & perorat, & exorat, & oratio, & orator.* Inde *oratores* legati quod reip. cauſſam agerent. Ennius.

*Orator ſine pace redit regique refert rem.*

Alii ab ἀρῶ ſive ἀρῶμαι, *precor.* Vide *Oratores.*

*Face vero.*] Præmiſſa vocula ſic verſum integrum faciunt Scaliger & Columna:



Digitized by Google

Orata genus piſcis appellatur à colore auri, quod ruſtici orum dicebant, ut auriculas, oricolas. itaque Sergium quoque quendam prædivitem, quod & duobus anulis aureis, & grandibus uteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum.

PAULUS. Orata genus piſcis à colore auri dicta, quod ruſtici orum dicebant, ut auriculas, oriculas.

Oratores ex Græco ἀρητῆρες dicti, quod miſſi ad reges, nationeſque deos ſolerent ἀρᾶσθαι, id eſt teſtari. hi modo appellantur legati.

FESTUS. *Oratores ex Græco* ἀρητῆρες dictos exi*ſtimant, quod ad reges &* gentes qui miſſi *erant pro republica noſtra* à populo Rom*ano*, *ii conceptis verbis ſolerent deos* ἀρᾶσθαι, *id eſt, teſtari: qui cit* acte. eos noſtri alii pro legatis appellant, ut Cato in ea, quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum: M. Fulvio Conſuli legatus ſum in Ætoliam, propterea quod ex Ætolia complures venerant Ætolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos. & in Originum libro primo: Propter id bellum cœpit Cœlius PR. Albanus, oratores miſit Romam, eum. . . *alias* pro decretoribus, ut Terentius: orator venio facite exorator ſim. Item & Afra-

## NOTÆ.

*Tu face vero quod te cum precibus pater oro.*

Verba ſunt Romuli Jovem precantis ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret, unde fruſtra eſt Feſtus qui hic *oro*, *dico* interpretatur. In Schedis legitur *tecum* unica voce. Eleganter *precibus cum aliquo orare* ſic ſæpe veteres. *Dacerius.*

*Orata.*] M. Varro lib. 3. de re ruſt. propter piſces ait eſſe appellatos Sergium Oratam, & Licinium Murænam. Idem ait Macrob. lib. 3. Saturn. His C. Sergius Orata fuit, de quo Cicero lib. 2. de Fin. & lib. 1. de Oratore, & lib. 3. de Offic. Val. Max. lib. 9. cap. 1. Plin. lib. 9. cap. 54. *Ant. Auguſtinus.*

*Orata.*] Oriculam quod ait pro auricula dictum, & Catullus uſurpavit:

*Vel anſeris medullula, vel imula oricilla.*

Alibi explicabimus. *Joſ. Scaliger.*

*Orata.*] Pro *aurata*, ut *olla* pro *aula*. Græcis Chryſophrys dicitur à χρυσὸς aurum & ὀφρὺς ſupercilium: Græca voce uſus Ovid. in Halieut.

*—— —— —— —— & auri*
*Chryſophrys imitata decus.*

*Ut auricolas, oricolas.*] Oricolam quod ait pro auricola dictum, & Catullus uſurpavit.

*Vel anſeris medullala vel imula oricilla.*

Alibi explicabimus, Scal.

*Itaque Sergium quemdam.*] Idem Varr. lib. 3. de r. r. hic Sergius eſt C. Sergius de quo Cicero 11. de fin. 1. de orat. & 3. de offic. *Dacerius.*

*Oratores.*] Multa deplorata ſunt. Terent. in prologo Hecyræ: Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator ſim. *Ant. Auguſtinus.*

*Oratores.*] *Eos noſtri alii pro legatis appellant.* Legendum: *Eos noſtri alias P. Ro. legatos appellant.* Verba Catonis: *M. Fulvio conſuli legatus miſſus ſum in Ætoliam, propterea quod ex Ætolia complures venerant: Ætolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos.* &: *Propter id, bellum cœpit Cælius PR. Albanus. Oratores miſſi Romam.* Et: *pro deprecatoribus.* Nam ex primo errore labem contraxit: *de cretatoribus.* Et Afranii: *ſi quid orator. . . . . . . Item . . . . & pro diſertis elocutoribus. ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere. ob quam cauſſam orationes & diſſertationes quoque eorum vocantur. Joſ. Scaliger.*

*Oratores.*] In poſtremis illis *qui ſit acte* enodandis fruſtra me torqueo. Quæ ſequuntur *eos noſtri* ſic optime Scal. *Eos noſtri alias Po. Rom. legatos appellant.*

*Fulvio conſuli.*] Hæc Catonis verba non egent emendatione. Legebat tamen Scaliger: *M. Fulvio Conſuli legatus miſſus ſum in Ætoliam*, &c. M. Porcius Cato Cenſorius poſtquam optime Acilio Glabrioni ad Thermopylas navaſſet operam, M. Fulvio Nobiliori, cui Ætolicum bellum, quod Syriacum excepit, demandatum fuerat, legatus eſt miſſus.

*Propter id.*] Scal. *Propter id bellum cœpit Cœlius PR. Albanus, oratores miſſi Romam.* Sed non intelligo illud PR. niſi ſic in ſedem ſuam retrahatur: *Bellum cœpit Cœlius Albanus, PR. oratores miſſi Romam.* Id eſt populo Romano oratores miſſi. Vel ſic: *Bellum cœpit Cœlius. P. R. Albanus oratores miſit Romam.* Pro, Albani Oratores miſerunt populo Romano.

*Eum. . . . . . pro decretoribus.*] Leg. *Item oratores pro deprecatoribus.* Nam ex primo errore labem contraxit. Sed locus Terent. eſt ex Prol. Hecyr.

*Orator ad vos venio ornatu prologi*
*Sinite exorator ut ſim.*

*Orba.*]

nius in Emancipato. ſi. . . . . tum ſi quod oritur. . . . . *alias pro.* *diſertis* & loci veteribus. ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere. ob quam cauſam. *orationes.* quoque eorum vocantur.

Orba ſignificat apud poëtas privatam aliqua perſona cara. Orba eſt, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quaſi lumen amiſit. PAULUS.

*Orba* apud poe*tas ſignificat privatam aliqua* perſona cara. apud *oratores*, *quæ patrem amiſit aut* matrem, ut *Servius Sulpitius ait quæ liberos quaſi oculos* orba eſt. . . . . . . . . . . . tris eſt ante. . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . *G*alus Ælius. . . . . *ſtantior*. . .

. . . . . . . . in eo libro. . . . . . . . . .

. . . . . . . . pontificatu. . . . . . . . . .

. . . . . . . . *pu*ella ſine. . . . . . . . . .

. . . . . . . . ſacræ. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . nupta. . . . . . . . . . .

. . . . . . . *aliqui* fuiſſet. . . . . . . . . . .

. . . . . . . Cornificius in. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . onygiarum. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . inter ſe *ruunt*. . . . . . . . . .

. . . . . . . . runt. . . . . . . . . . . .

. . . . . *actos* eos. . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . ſſe. . . . . . . . . . .

ORCA genus marinæ belluæ maximum, ad cujus ſimilitudinem vaſa ficaria orcæ dicuntur, ſunt enim teretes, atque uniformi ſpecie. PAULUS.

. . . . . . . nomen ducerent. . . . . . . .

*Orca genus marinæ belluæ* maximum *dicitur. ad cujus ſimilitudinem* vaſa quoque *ficaria orcæ dicuntur. ſunt* teretes, atque *uniformi ſpecie.* . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . malæ & antæ

. . . . . . *quantæ.*

## NOTÆ.

*Orbi.* ] Orbam Gloſſarium exponit ἐπίκληρον. Eleganter eſt enim ἐπίκληρος quæ patrem & matrem amiſit, nulloſque fratres habet ſuperſtites & ſic in totam hereditatem vocatur. Orbi autem tam parentes qui filios, quam filii qui parentes amiſerunt, dicti ſunt. Orbus à Græco, ὀρφὸς, vel ὀρφνὸς, *tenebroſus.* Quare cæci proprie orbi dicti ſunt.

. . . . . .*tris eſt ante.* ] Hæc omnia plane depoſita ſunt. Neque ad idem caput attinent. In fine pro illis *Onygiarum* ſchedæ habent: *On yginus.* Ut videatur hic laudari Hyginus in libris Aſtronomicon. *Dacerius.*

*Orca.* ] Ego pro *ficaria* non dubito legere *fæcaria.* Sunt autem vaſa ad defæcandum muſtum. Cum ſcilicet muſtum fervendo defæcatur. Neque temere. Sunt enim Orcæ vaſa teretia, ventroſa, cum anguſto ore: ut muſtum poſſit magis fervere. Cujus modi erant, quas Vitruvius vocatas αἰόλυ πύλας ait. Varro: *ſæpe ubi conditum vinum novum, orca in Hiſpania fervore muſti rupta.* *Joſ. Scaliger.*

*Orca.* ] A Græco ὄρυξ nempe ab obliquo ὄρυγα, ab ejus belluæ ſimilitudine dictæ *orcæ* vaſa ficaria ſi fides Feſto. Sed magis placet eſſe à Græco ὑρχὴ quod eſt vaſis fictilis genus. Non ſolum autem orcæ vaſa ficaria, ſed & vinaria, ſalſamentaria etiam. De vinariis Varro lib. 1. de r. r. *Ubi conditum novum vinum, orca in Hiſpania fervore muſti rupta.* De Salſamentariis Perſ. Sat. 3.

*Menaque quod prima nondum defecerit orca.*

De vaſis ficariis, ubi ficus reponebantur vide locum Columel. lib. 12. cap. 15. & Plin. lib. 15. cap. 19. *At ubi (ficorum) copia abundat, implentur orcæ in Aſia, cadi autem in Ruſpina Africa urbe.* Unde apertum eſt quam fruſtra ſint & Scaliger, qui pro *ficaria* legebat *fæcaria*, & alii qui *vinaria* vel *fictilia* reponebant.

. . . . . *nomen duceret.* . . . ] Hæc non ſunt hujus loci & in alebuc irrepſerunt quæ ad caput *orcheſtræ* pertinent. *Dacerius.*

*Orche-*

Digitized by Google

PAULUS. Orcheſtra locus in ſcæna.

FESTUS. *Orcheſtra locus in ſcæna quo* antea, qui nunc pla*nipedes appellantur*, non admittebantur *hiſtriones*, *niſi tantum inte*rim dum tabulæ ex*plicarentur*, *quæ ſine ipſis* explicari non potera*nt*, *ricinia autem por*tabant quo *n*equiori *habitu prodirent*, *atque*, *ut inde nomen ducerent*. . . . . . . . . .

PAULUS. Orchitis genus oleæ ex Græco dictum, quod magnitudine ſit inſtar teſticulorum.

FESTUS. . . *Orchitin Actius* Philologus in *collectaneis*, *ait eſſe genus Oleæ*. ductum ex Græco ὄρχεις, *quod teſticulorum magni*tudinis. itaque *vocari ex eo Orchitim*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . to grandiore. . . . . . . . .

PAULUS. Orchus ab urgendo mortem dictus. C. enim pro G. frequenter ponebant antiqui.

FESTUS. Orchum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Uragum, quod & U litteræ ſonum pro O efferebant, & per c literæ formam, nihilominus g uſurpabant. ſed nihil affert exemplorum, ut ita eſſe credamus; niſi quod is Deus nos maxime urgeat.

Ordinarium hominem Oppius ait, dici ſolitum ſcurram, & improbum qui aſſidue in litibus moraretur, ob eamque cauſam in ordine ſtaret adeuntium prætorem. at Ælius Stilo qui minime *ordine viveret*. . . . *in ea* oratione, quam ſcribit . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Orcheſtra.*] Explicatur à Vitruvio melius lib. 5. cap. 6. & 7. *Ant. Auguſtinus.*

*Orcheſtra.*] Scripſerat Feſtus hiſtriones eos, qui ſuo tempore *planipedes* vocabantur, non ſolere in Orcheſtram admitti. Quod cognoſcimus ex Seneca, & aliis. propterea enim *Planipedes* dicebantur, quod non in podio, ſed de plano agerent. Stulte enim optimæ notæ Grammatici ab eo, quod planis pedibus, id eſt, excalciatis agebant. quamvis enim verum eſt pedibus nudis fuiſſe: tamen falſum, pedem planum, pedem nudum eſſe. Sed quemadmodum pedaneus opponitur Curuli: ita planipes mimo. Auſonius: *nec de mimo planipedem, nec de Comœdis hiſtrionem.* Ut planipes nihil aliud ſit, quam mimus pedaneus. Prodibant autem planipedes riciniati ad agendum. Quid ſit *ricinium* habes & hic apud Feſtum, & apud Varronem. *Joſ. Scaliger.*

*Orcheſtra.*] Poſtrema illa *atque ut inde nomen ducerent*, hinc avulſa poſt *orcæ* adhæſerunt ut ibi notamus. Si quid autem amplius deſit, ita ſupplendum poſt *ducerent*, *& riciniati dicerentur*. Orcheſtra locus in medio theatro, ubi chorus ſaltaret, nempe ab ὀρχεῖσθαι ſic dicta. In eam hiſtriones planipedes non ſolere admitti ait Feſtus & cognoſcimus ex Seneca & aliis, ut optime Scaliger, propterea enim planipedes dicebantur quod non in podio ſed de plano agerent. Stulte enim optimæ notæ grammatici ab eo quod planis pedibus id eſt excalciatis agebant, quamvis enim verum eſt pedibus nudis fuiſſe, tamen falſum pedem planum, pedem nudum eſſe. Sed quemadmodum pedaneus opponitur Curuli, ita planipes Mimo. Auſon. *Nec de mimo planipedem, nec de comœdis hiſtrionem.* Ut planipes nihil aliud ſit quam mimus pedaneus. Prodibant autem planipedes riciniati ad agendum, & ab eo habitu riciniati dicti ut hic Feſtus & infra in *ricinium. Unde riciniati mimi planipides. Dacerius.*

*Orchitis.*] Ateius Philologus hujus opinionis auctor citatur. Cetera Feſti verba ex epitome intelliges. De orchite Verg. lib. 2. Georg. Plin. lib. 15. cap. 1. & 3. *Ant. Auguſtinus.*

*Orchitim.*] Deeſt: tantum in fine: *Itaque vocari ex eo orchitim oleam ſolito grandiorem.* De orchiti Virgil. II. Georg.

*Orchites & radii & amara pauſia bacca.*

Unde Plin. lib. 15. cap. 1. *Genera olearum tria dixit Virgilius, orchites, radios & pauſias.* Notandum autem & apud Feſtum & apud Plinium pro oliva oleam poni, cujus rei exempla ſe deſiderare faſſus eſt doctiſſ. Voſſius.

*Orcum.*] Lege cum Lipſio: *Ab antiquis dictum urgum* ait enim Verrius ab urgendo *urgum* dictum, poſtea *g* mutato in *c. urcum* & *u* in *o orcum*, quod ad mortem urgeat. Sed hic merito veterum teſtimonia Feſtus deſiderat, veriſimilius igitur orcum eſſe à Græco ὅρκος *juramentum* quod juramenti Deus ſit *Orcus*, Pluto.

*Ordinarium.*] Infra deeſt tantum nomen Catonis. *Cato in ea oratione, &c.* Sed verba Catonis male accepit Feſtus, facile enim ex iis colligi poſſe videtur ordinarium hominem dici qui per omnes ordines ſtipendia meruit. Gall. *Qui eſt allé de degré en degré, qui a eſté ſimple ſoldat, & a paſſé par degrez dans toutes les charges:* vel potius, *in ordine meruiſſem*, pro miles in legione tantum fuiſſem. Id enim eſt

de ſuis virtutibus contra Thermum. Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? Sunt quidam etiam, qui manipularem eum, qui infimi ordinis ſit, appellatum credant ordinarium.

Ordinarius homo ſcurra, & improbus, qui aſſidue in litibus moratur, ob eamque cauſam in ordine ſtat Prætorem adeuntium. ſive dictus per contrarietatem, quia minime ordine vivit. PAULUS.

Ordiri eſt rei principium facere.

Ordiri eſt rei principium facere. unde & togæ vocantur exorditæ. FESTUS.

Ordo ſacerdotum æſtimatur Deorum. . . . . . . . . . . . . . . . . maximus quiſque. Maximus videtur Rex, deinde Dialis, poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex maximus. itaque in conviviis ſolus Rex ſupra omnes accubat. ſed Dialis ſupra Martialem, & Quirinalem; Martialis ſupra proximum, omnes dein ſupra Pontificem. Rex, quia potentiſſimus. Dialis, quia univerſi mundi ſacerdos, qui appellatur Dius: Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis ſocio imperii Romani Curibus aſcito Quirino. Pontifex Maximus, quod judex, atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque.

Oreæ freni, quod ori inſeruntur. Titinius in Setina. & ſi tacebit, tamen gaude-

## NOTÆ.

eſt *in ordine merere* Frontin. lib. 4. Stratag. cap. 1. *Q. Metellus Coſ. quamvis nulla lege impediretur quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.* Nam idem paulo poſt, eum qui in ordine merebat, vocat *militem in legione: L. Rutilius Coſ. cum ſecundum leges in contubernio filium poſſet habere, in legione militem fecit.* Vulgo dicimus *il le fit ſimple ſoldat.* Etſi non negem alias ordinarium dici potuiſſe hominem ſcurram & improbum, qui ſæpe in ordinem redactus ſit, nam in ordinem redigere, idem eſt aliquando ac notare, vilipendere, contemptui habere.

*Sunt quidam qui manipularem.*] Si pro gregali milite hic manipularem Feſtus accepit, non video quid eſſe poſſit diſcriminis inter ordinarium iſtum & eum qui in ordine meret, de quo ſupra in verbis Catonis. Quare cum doctiſſ. Salmaſio manipularem hic interpretor manipuli ductorem, qui proprie dicebatur *ordinarius, manipularius:* Gloſſ. vett. ταξίαρχος, *manipularius, ordinarius,* eſt enim ταξίαρχος, *ordinis ductor.* Et *ordo* nihil aliud quam *manipulus.* Igitur apud Feſtum *manipularis infimi ordinis* eodem modo dictum quo apud Tacit. *Juſtus Catonius primi ordinis centurio.*

*Ordiri.*] Ὄρδημα ἡ τολύπη τῶν ἐρίων & ὀρδικὸν, χιτωνίσκος. Inde *ordiri* propria vox textorum cum texere incipiunt. unde in gloſſ. *ordior,* ἄρχομαι: ſed ad alia transfertur, unde:

*Ordimur telas, ordimur verba loquendo.*

Sic Virg. in Cul.

*Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.*

*Ordo Sacerdotum.*] Supplendum forte: *Ordo Sacerdotum æſtimatur Deorum ordinem referre, ut maximus quiſque.* &c. At Fulv. Urſin. putabat: *Æſtimatur Deorum majeſtate ut maximus quiſque.* Per regem, ſacrificulum intellige qui ſacrificia faciebat quæ reges facere ſolebant.

*Dialis quia.*] Inepte Feſtus: Dialis quia Jovis ſacerdos ἀπὸ τοῦ Διός.

*Quirinalis ſocio imperii.*] A Quirino id eſt Romulo qui Quirinus vocatus fuit poſt ſocium imperii Romani Tatium à Curibus oppido Sabinorum ubi ipſe regnabat aſcitum, & ſic Feſti verba intelligenda. *Dacerius.*

*Orea.*] Auſonius:

*Inde floridum reflexis ver reviſit oreis.*

Verſus eſt Nævii:

*Deprandi autem leonis obdas oras.*

Proverbialiter id dictum de re valde periculoſa. Nam eſurientis leonis & famelicoſi labias velle comprimere, periculoſum. *Deprandius,* eſt impranſus. *Orea,* labiæ, Græcanice. Nam & ipſi poetæ Græci frequentiſſime labra χαλινοὺς vocant. Eandem ſententiam promittit illud Lucillianum: *Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam.* item Græcorum, λέοντα ξυρεῖν. At illud Catonis omnino prætereundum non cenſeo: *Equos reſpondit: Oreas mihi inde. tibi cape flagellum.* eſt enim notiſſimus Apologus, qui eſt apud Horatium: *Cervus equum pugna melior,* &c. In teſtimonio Cœlii: *Equus, qui. Joſ. Scaliger.*

*Orea.*] Ab ore, oreæ. Niſi forte *orea* pro *aurea* quæ etiam frenum ſignificat.

bit ſibi permitti oreas. Nævius in Hariolo: Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum libro tertio. equos reſpondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Cœlius pro ſe apud populum: equuſque mihi ſub feminibus occiſus erat, oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio.

PAULUS. Oreæ freni, quod ori inſerantur, dicti.

Oreus Liber pater, & Oreades nymphæ à montibus appellantur.

FESTUS. Oreos Liber pater, & Oreades nymphæ appellantur, quod in montibus frequenter apparent.

PAULUS. Oriri, naſci, vel ſurgere.

FESTUS. Originum libros quod inſcripſit Cato; non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus: quando prægravant ea, quæ ſunt rerum geſtarum populi Romani.

O. . . . . . . . . : . . . . .quantæ. . . . . . . . . . . . . . . :

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ornatus dicitur, & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus à populo, & bene aptus, ut miles, aut gladiator, & acturus fabulas. atque etiam ornatus dicitur cultus ipſe quo quis ornatur, ut cum dicimus aliquem tragico, vel comico ornatu prodire.

PAULUS. Ornatus dicitur, & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus. Appellaturque ornatus, cultus ipſe, quo quis ornatur.

Ortygia Delos inſula.

FESTUS. Orty. . . . . .ita non Delos. . . . . . . . . . . . . . . . :

*Orbius clivus videtur appell*atus eſſe ab orbibus *per cujus flexuoſos orbes Tullia* filia Ser.

## NOTÆ.

*Deprandi autem Leonis.*] Malè Scaliger quidem oreas labias interpretatur contra Feſti ſententiam. neque *deprandi* eſt à *deprandius* ut ipſe putat, ſed à deprandis & eſt in dandi caſu, itaque verſus Nævii ſic legendus:

*Deprandi autem leoni ſubdas oreas.*

Plano & optimo ſenſu prima litera vocis *ſubdas* adhæſerat voci *leoni* & ex *ubdas* poſtea factum *obdas*. Prætereundum non eſt illud Catonis: *Equos reſpondit* &c. eſt enim notiſſimus apologus qui eſt apud Horatium:

*Cervus equum pugna melior.*

In teſtimonio Cœlii lege *equus*, *qui*. *Dacerius.*

*Orea.*] Titinii, & Nævii verba mendoſa ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Oreus & Oreades.*] Ὄρειος, ὀρειάδες ἀπὸ τοῦ ὄρεος *à monte.* Inde Horat. Od. 19. lib. 2.

*Bacchum in remotis carmina rupibus*
*Vidi docentem.*

Ubi plura notabimus. In ſchedis legitur etiam, *Oreſtiades nymphæ montium cultrices.* Vide Heſych. ὀρεστιάδες.

O. . . . . .] Hæc mihi ignota ſunt: non eſſe tamen hujus loci tuto affirmare poſſe videor & ad fragmentum illud pertinere quod poſt *Orea* poſitum eſt . . . . . . *mala anta.* *Dacerius.*

*Ortygia.*] Ortygia, antiquitus ita, non Delos, dicebatur. Sequentia alio pertinent. Hiſtoria de Tullia Ser. Tullii regis filia mihi ignota eſt. neque quis ſit vicus, aut neſcio quid, quod ab orbibus dictum ſit, comminiſci potui. *Joſ. Scaliger.*

*Ortygia Delos.*] Varia ejus nomina tradit Plin. Pyrpile, Aſteria, Pelaſgia, Lagia, Ortygia. Sed prima ejus appellatio *Aſteria* ſi Callimacho fides, hymno In Delum. Monuit Fulvius Urſinus in exemplari pro *non* legi *nunc*. Sed cum à librario duabus literis ſuperimpoſita linea ſic *nū* ſcriptum fuiſſet, error inde fluxit ut pro *nunc*, *non* editum ſit, atque unius literulæ lapſu tota ſententia immutata. Scripſerat igitur Feſtus, *Ortygia antiquitus ita*, *nunc Delos dicitur.* Antiquum tamen nomen ipſum *Delos*. Quippe à Phœnicibus ortum. Phœnices enim inſulam *Daal* vel ἀρχαϊκῶς *Deel* dixerunt id eſt *inſulam Dei* nempe Apollinis. vel plurali numero inſulam *Daalan* aut *Deelan* inſulam *Deorum*, nempe Apollinis & Dianæ. Vide Bochart. Chan. lib. 1. cap. 14.

*Orty. . . . . .*] Supple: *Ortygia antiquitus ita*, *non Delos dicebatur.*

*Orbius clivus.*] Hunc *Urbium* vocat Livius lib. 1. mutato o in u. *Tullia cum ſe domum reciperet*, *perveniſſet-*

Digitized by Google

*Tullii regis*, *&* L. *Tarquinius* Superbus *gener*, *interfecto rege properaverant*, tendentes *una in regiæ domus* poſſeſſionem. coe*ptus eſt autem is Clivus appellari orbius*, quod pro*nus cum eſſet per orbes in Exquiliarum collem* duceret, unde *orbius ab ipſis orbibus ſic appella*tus eſt.

OSCILLA feſta in honorem Bacchi; in quibus homines ſe per funes jactant. alii putant Erigones, & Icari feſta. PAULUS.

Oſcillum Santra dici ait, quod oſcillent, id eſt inclinent, præcipiteſque in os ferantur. Oſcillantes, ait Cornificius, ab eo quod os celare ſoliti perſonis propter verecundiam, qui eo genere luſus utebantur. Cauſa autem ejus jactationis proditur Latinus rex, quod prælio, quod ei fuit adverſus Mezentium Cæritum regem, nuſquam apparuerit, judicatuſque ſit Juppiter factus Latiaris. Itaque per ſex eos dies, feriatos liberos, ſervoſque requirere eum, non ſolum in terris, ſed etiam quia videretur cælum poſſe adiri per oſcillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum interdum, infima ad ſummum efferuntur. atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactiſque alimentum, quia per eos dies feriarum, & oſcillis moveantur, & lactata potione utantur. Nec deſunt, qui exemplum Græcorum ſecutos putent Italicos, quod illi quoque injuria interfecto Icaro, Erigone filia ejus dolore impulſa ſuſpendio periſſet, per ſimulationem. . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Oſcines aves Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, ut corvus, cornix, noctua. aut quæ alis aut volatu, ut buteo, ſanqualis, aquila, imiſ-

## NOTÆ.

*veniſſetque ad ſummum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit, flectente carpentum dextra in clivum Urbium ut in collem Exquiliarum veheretur.* Solin. cap. 1. *Ser. Tullius Exquiliis ſupra clivum Urbium.* ubi MS. Fulvii Urſini habet *Orbium*. *Dacerius.*

*Oſcillum.*] Quod in fine deeſt, poterit addi ex iis, quæ ſcribit Hyginus fabula cxxx. & lib. II. de ſignor. cæleſt. hiſtoria: verbo Arctophylax. & interpres Arati Latinus verbo Canis. Hi oſcillum ita fieri ab Athenienſibus ſcribunt, ut tabula interpoſita pendentes funibus ſe jactarent, & vento moverentur. Nonnihil hac de re Macrob. lib. I. Saturn. & Serv. I. Georg. *Ant. Auguſtinus.*

*Oſcillum.*] Lege: *ab eo quod os cillere.* Notum *cillere*, eſſe movere. de perſonis Virgilius:

*Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.*
*Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.*

Meminit & Maurus Terentianus. De oſcillis ſatis in Auſonium anno ſuperiore. Quare τὸ Cunarum in funium docti viri mutare voluerint, non video. *Joſ. Scaliger.*

*Oſcilla.*] Feſta in honorem Icari & Erigones ab Athenienſibus inſtituta. Aliis in honorem Bacchi Virg. II. Georg.

*Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis,*
*Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique*
*Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.*

Græcis αἰῶραι dicta. Vide Heſych. in αἰώρα. In iis fune de tigno vel arbore religato, vel etiam tranſverſo tigno de arbore ſuſpenſo, in aere librati ſurſum & deorſum ferebantur. Dicta oſcilla ab *ore* & *cilleo*, moveo.

*Nec deſunt qui exemplum Græcorum.*] Nempe Athenienſium. quæ infra deſunt ſic ſupplenda arbitror: *per ſimulationem ſuſpendii diem feſtum oſcillationis inſtituerunt.* totam hanc hiſtoriam fuſe Hyginus fabula CXXX. Vide & Servium II. Georg. loco ſupra laudato. *Dacerius.*

*Oſcines.*] Picus Feronius dictus à Feronia, ut Martius à Marte. Feronia, Dea libertorum, in cujus templo raſo capite pileum accipiebant. In eodemque templo Tarracinæ ſedile lapideum fuit, in quo hic verſus inciſus erat:

*Bene meriti ſervi ſedeant, ſurgant liberi.*

Quam Varro libertatum deam dicit, quaſi Fidoniam. Hæc primi ex ſchedis veteribus in Virgilium vulgamus. *Joſ. Scaliger.*

*Oſcines.*] Varr. lib. 5. *Oſcines dicuntur apud Augures quod ore faciunt auſpicium.* Alitum autem aliæ *oſcines*, aliæ *alites*. Plin. lib. 10. cap. 19. *Nunc de*



Digitized by Google

fulus, vulturius, picus Martius, Feroniuſque, & parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur.

**Paulus.** Oſcines aves auſpicium ore facientes.

Oſcinum augurium à cantu avium.

**Festus.** Oſcinum tripudium eſt, quod oris cantu ſignificat quid portendi, cum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus.

**Paulus.** Oſcum dicitur ſignificare ſacrum. unde leges oſcitæ, id eſt ſacratæ. Opicum quoque invenimus pro Oſco. Oſcis enim frequentiſſimus fuit uſus libidinum ſpurcarum. unde & verba impudentia appellantur obſcena. Titinius: Oſce, & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.

**Festus.** Oſcum duas diverſas, & contrarias ſignificationes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo ſignificari ſacrum, quo etiam leges ſacratæ Oſcæ dicuntur. & in omnibus fere antiquis commentariis ſcribitur Opicum pro oſco, ut in Titinii fabula Quinta: Qui Oſce, & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt. à quo etiam verba impudentia, & elata appellantur obſcena, quia frequentiſſimus fuit uſus

## NOTÆ.

*ſecundò ordine dicamus, qui in duas dividitur ſpecies, oſcines & alites. Illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.*

*Picus Martius, Feroniuſque.*] Feronius à Feronia, ut Martius à Marte Servius ad illud. 8. Æneid.

*Naſcenti cui tres animas Feronia mater.*

Feronia mater, nympha Campaniæ. Hæc etiam libertorum dea eſt, in cujus templo raſo capite pileum accipiebant. Cujus rei etiam Plautus fecit mentionem in Amphitruone.

*Quod utinam ille faxit Jupiter ut raſo capite portem pileum.*

In hujus templo Tarracinæ ſedile lapideum fuit in quo hic verſus inciſus erat:

*Bene meriti ſervi ſedeant, ſurgant liberi.*

Quam Varro libertatem Deam dicit Feroniam, quaſi Fidoniam. *Dacerius.*

*Oſcum.*] Supinitas Veterum. Leges *oſcitæ*, manifeſto dictæ pro *adſcitæ*, veteri idiomate. ut, *obeſſe*, pro *adeſſe: obſtare, adſtare*, unde *obſtetrix.* Vide ſupra exempla de præpoſitione OB. *Oſcitæ* ergo, *obſcitæ*, B. interliſa eſt, ut *oſtendit*, pro *obſtendit*, ut dicebant veteres. Oſcus, prius erat Obſcus. Obſcitæ leges, adſcitæ. ſciſcere legem, quid ſit, & pueri norunt. Deinde de oſcis & opicis. Opicus ἀῤῥητοποιός. Auſonius, *Opicus magiſter.* id eſt, ἀῤῥητοποιός. Inde convicium, *ſpurco ore:* de quovis impuro. Lucillius:

*Prætor noſter adhuc, quam ſpurco eſt ore, quod omnis*
*Extra caſtra, ut ſtercu' foras ejecit ad unum.*

Spurco ore eſt, μισητὸς, odio dignus. ſic opicus accipiendum apud Juvenalem:

*Et divina opici rodebant carmina mures.*

quanquam Gloſſarium legit, *Apici. Apicus*, ὀπιχιστής, ὡς ἰσοβαρύαλος. Sed videndum num hic apud Feſtum legendum *opſcum*, non opicum. & verum eſt. Ita igitur leges: *ſcribitur opſcum, pro oſco.* & in verſu Titinii: *Qui Opſce, & Volſce. opſcos* vero pro *Oſcos*, dicere ſolitos veteres ſupra docui. Lege præterea: *in fabula Quinto*, non *Quinta.* Ita apud Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Scribitur opicum pro oſco.*] Legit Scaliger obſcum pro oſco. & in verſu Titinii, *qui Obſce, & Volſce.* Obſce fabulari, ſordidius, Latine vero, caſtius. Sed fruſtra eſt vir doctiſſ. Nam verum eſt quod ait Feſtus *Opicum*, in antiquis commentariis pro *oſcum* inveniri, & *opice*, pro *oſce* Titinium dixiſſe. Certum eſt enim ex verbis Feſti in verſu Titinii legi debere, *qui Opice, & Volſce*, &c. Opici & Oſci iidem ſunt, ut jam ſupra probavimus in voce *Maſſius*, & hic etiam novo argumento probamus ex Fulv. Urſino: Livius dicit Fregellas Sidicinorum agrum, deinde Volſcorum fuiſſe. Hoc idem eſt ac ſi pro *Sidicinorum*, dixiſſet *Oſcorum*, nam Sidicini Oſci. ſed Strab. Σιδικινῶν, ἦτοι δ' ὄσκοι. *Sidicinorum qui & ipſi Oſci.* Cum itaque Livii locus imitatus Stephanus pro *Sidicinorum*, id eſt, *Oſcorum*, poſuerit Ὀπικῶν, manifeſtum eſt Opicos & Oſcos eoſdem eſſe, Φρέγελλα, inquit, πόλις Ἰταλίας, ἣ τὸ μὲν ἀρχαῖον Ὀπικῶν ἦν, ἔπειτα δὲ Οὐολούσκων ἐγένετο. *Fregella urbs Italiæ, prius quidem Opicorum fuit, poſtea vero Volſcorum dicta eſt.* Supra *in Titinii fabula Quinta* legendum *Quinto*, ut apud Nonium, *Quintus* nomen erat fabulæ.

*Appellantur obſcena.*] Nempe ab *opicus, opicenus, obſcenus* ſive *obſcænus*, & ita Guyetus ad oram Feſti ſui. Sed infra negat Feſtus, obſcenum enim proprie dicitur quod eſt mali ominis, unde recte cum

Varrone

Digitized by Google

Oſcis libidinum ſpurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui ſoliti produntur augures Romani. Oſcos, quos dicimus, ait Verrius, Opſcos antea dictos, teſte Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opſcus. Adjicit etiam, quod ſtupra inconceſſæ libidinis obſcena dicantur ab ejus gentis conſuetudine inducta. Quod verum eſſe non ſatis adducor, cum apud antiquos omnes fere obſcena dicta ſint, quæ mali ominis habebantur. ut illa Vergilii teſtimonio ſint, ut ſuperiorum auctorum exempla referre non ſit neceſſe, cum ait Harpyias, obſcenas volucres: &, obſcenamque famem.

Oſculana pugna in proverbio, quo ſignificabatur, victos vincere: quia in eadem & Valerius Lævinus imperator Romanus à Pyrrho erat victus, & brevi eundem regem devicerat. Sulpicius. . . . . . . . . . . . Item imperator noſter. ejus rei meminit Titinius hoc modo: hæc quidem quaſi oſculana pugna eſt . . . . . . . . . . r . . ſecus quia hinc fugere impulſi ſpolia colligunt. ſignificat etiam oſculum, ſuavium. ut Plautus in Nervolaria oſculum: ſat eſt oſculi mihi, qui, amabo mi pater? quod inter cognatos propinquoſque inſtitutum ab antiquis eſt, maximeque feminas. . . . . . . . . . . . . .

Oſi ſunt, ab odio declinaſſe antiquos teſtis eſt C. Gracchus in ea, quæ eſt de lege Minucia, cum ait: Mirum ſi quid iis injuriæ fit, ſemper eos oſi ſunt, quod nunc quoque cum præpoſitione elatum frequens eſt, cum dicimus, peroſi.

## NOTÆ.

Varrone ab *ob & ſcæva*. Ut obſcenum ſit quod bonæ ſcævæ, hoc eſt, bono augurio contrarium eſt. alii dicunt eſſe à *ſcænum*, ut antiqui dicebant pro *cœnum*, ut *ſcæna* pro *cœna*.

*Locus in agro Vejenti.*] Nomine *oſcum* vel *oſcus*. A Geographis ponitur in agro Aurelio qui Vejentium fuit non longe à Mæſia Sylva. Infra legendum cum Ful. Urſin. *Quo frui ſoliti produntur augures publici populi Romani.* Vide *Publicus ager*. *Dacerius.*

*Oſculana.*] Pro *Auſculana*. Quæ deſunt, ita plus minus expleri poſſe videntur. *Sulpitius: Pyrrhum victorem vicit item Imperator noſter.* Titinii verſus non tam divulſi ſunt, quam lacunæ præferunt:

*Hæc quidem quaſi Oſculana pugna eſt, non ſecus.*
*Quia, hinc qui fugere impulſi, ſpolia colligunt.*

Plauti verſus haud ſcio an recte ex Nervolaria producantur. Conſtat enim eoſdem legi in Sticho:

PI. *Oſculum.* AN. *Sat eſt mihi oſculi veſtri.*
PI. *Qui amabo, mi pater?*
AN. *Quia ita mea anima ſalſura evenit* —— ——

*Joſ. Scaliger.*

*Oſculana pugna.*] Pro *Auſculana*. Quæ infra deſunt ſic expleo: *Brevi eundem regem devicerat Sulpicius Saverio item Imperator noſter.* Et verum eſt, nam an. V. C. 473. Valerius Lævinus à Pyrrho victus, qui Pyrrhus anno ſequenti à P. Sulpicio Saverione ſuperatus, ut narrat Livius. Quamquam Plutarch. hanc ſecundam pugnam in conſulatum Fabricii Luſcini & Æmilii Papi rejicit qui poſt Sulpicium conſules fuere.

*Hæc quidem quaſi oſculana.*] Titinii verſus non tam divulſi ſunt quam lacunæ præferunt. Lege.

*Hæc quidem quaſi oſculana pugna eſt, non ſecus.*
*Quia hinc qui fugere impulſi ſpolia colligunt.*

Scal. in Schedis. *Quia in fugere pulſi hinc ſpolia colligunt.* Forte.

*Quia hinc fugere impolſi, hinc ſpolia colligunt.*

*Plautus in Nervol.*] Schedæ. *Plautus in Nervolaria oſculum ſat eſt mihi. . . . qui amabo mi pater, &c.* Deeſt tantum *oſculi veſtri*, ex iſtis in Sticho.

PI. *Oſculum.* AN. *Sat eſt mihi oſculi veſtri.*
PI. *Qui amabo mi pater?*

Qui verſus non video cur è Nervolaria à Feſto producantur.

*Quod inter cognatos.*] Ait antiquis inſtitutum ut ſe cognati & propinqui maxime feminæ, ſe baſio ſalutarent, de quo more apud Plautum, & alios & in ſacris literis abunde.

*Oſi ſunt.*] Ab obſoleto *odio* quod ab antiquo ὀδύω, inde ὀδύσσω, unde ὀδύσσομαι. Oræ codicis ſui adſcripſerat doctiſſ. Guyetus, odio, ἔχθω, ἔχθος, ὄνθω, ὄθω, *odo*, odi, oſus, exoſus, peroſus, &c. ἔχθω, ἔχθρω, ἔχθρος, &c.

PAULUS. Oſi ſunt, ut peroſi ſunt, dicebatur.

Oſorem dixerunt, qui aliquem odiſſet.

Oſtentas, ſæpe oſtendis glonandi cauſa.

FESTUS. Oſtentas, ſæpe oſtendis gloriandi cauſa. ſed & participialiter id etiam dici debet, & dictum eſt feminino genere.

PAULUS. Oſtentum, oſtentatum.

FESTUS. Oſtentum non ſolum pro portento poni ſolere, ſed etiam participialiter . . . . testimonio eſt Pacuvius in Medo . . . .atque eccum in ipſo tempore oſtentum ſenem. & Attius in Bacchis: præſens præſto irridetis nobis. . . . . .ſtipe ultro oſtentum obtulit.

Oſtentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici ſolitum ſit, non dubium facit etiam C. Gracchus de legibus à ſe promulgatis, cum ait: quod unum nobis in oſtentum, ipſis in uſum aſportatur.

Oſtiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidiſſe, & feminino appellaſſe vocabulo fertur, quod ſive ad urbem, ſive ad coloniam, quæ poſtea condita eſt, refertur.

PAULUS. Oſtia urbs ad exitum Tiberis appellata.

Ovalis corona eſt myrtea, quam habebant, qui ovantes introibant, cum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta.

Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.

## NOTÆ.

*Oſorem.*] Plaut. in Prolog. Pœnul. *Cupienti liberorum, oſori mulierum.* Gloſſ. *oſor*, μισητής, ἀρχαι. Lege ἀρχαίως.

*Oſtentas.*] Ait etiam dici feminino genere. Ut *ſalute oſtenta* Varro lib. 3. Rerum divinarum. Et infra *oſtentum ſenem. Dacerius.*

*Oſtentum.*] Attii verſus mendoſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Oſtentum.*] De verſu Attii vide ſecundum Conjectaneum. C. Gracchi verba: *quod unum nobis inoſtentum, ipſis inuſum aſportatur. Inuſum*, eleganter, *inuſitatum. Joſ. Scaliger.*

*Oſtentum.*] Ait oſtentum pro prodigio ſubſtantive dici, item adjective pro oſtentato. Supple igitur infra *ſed etiam participialiter pro oſtentato teſtimonio eſt, &c.* Servius 1. Georg. *Obtenta ſicut oſtenta, ab eo quod eſt enim oſtendor veteres participium oſtentus non oſtenſus dicebant: Ipſe alibi, prætentaque Syrtibus arva. Terent. in Eunucho an ego occaſionem mihi oſtentatam tam brevem. Similiter eſt illud in Phormione: Neque me nunc domum reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtentata hujuſce habendæ.* Non dubium eſt quin Servius in utroque loco Terent. legerit *oſtentam.*

*Attius in Bacchis.*] Ejus propemodum deplorata ſunt verba. Lege ut optime Scaliger in conjectaneis.

— — — — — — *Pentheus*
*Præſto cerritus nobis ſe ſtupens ultro oſtentum obtulit.*

Quod ex Bacchis Euripidis vertit Attius.

Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ.

*Quod unum nobis.*] Verba Gracchi ſic Scal. *Quod unum nobis inoſtentum, ipſis inuſum aſportatur. Inuſum*, eleganter, *inuſitatum. Dacerius.*

*Oſtia.*] Scribe ex Feſto, *ad exitum Tiberis*, pro, *ab exitu Tiberis. Ful. Urſinus.*

*Oſtiam poſuit.*] Flor. lib. 1. cap. 4. de Anco Martio: *Oſtiamque in ipſo maris fluminiſque confinio coloniam poſuit.* Ait Feſtus *oſtiam* adjective dici, ſubintellecta urbe ſive colonia. *Dacerius.*

*Ovalis.*] Viden. Plin. lib. 15. cap. 29. Gell. lib. 5. cap. 6. Vide etiam Myrtea. *Ant. Auguſtinus.*

*Ovalis corona.*] Ex myrto Veneris fronde, quod non Martius ſed quaſi Venerius quidam Triumphus eſſet ovatio, quæ decernebatur cum aut bella non recte indicta, neque cum juſto hoſte geſta fuerant, aut cum hoſtium nomen humile aut non idoneum, ut ſervorum piratarumque, aut deditione repente facta ſine pulvere, ut dici ſolet, incruentaque victoria obvenit. *Dacerius.*

*Ovantes.*] Plutar. in Marcello ab ove ducit nomen. Dionyſ. lib. 5. ἀπὸ τῆς εὐάσεως. *Ant. Auguſtinus.*

*Ovantes ab eo clamore.*] Hanc opinionem refellit Plutarch. in Marcello, aitque *ovationem* dici ab *ove*, quam ovantes immolabant. Cui potius aſſentior quam Becmano qui *ovo*, dictum putat quaſi *evo ab* εὐάζω, evan clamo. A feſtivitate Bacchi. *Dacerius.*

*Ovem.*]

Digitized by Google

Ovem maſculino genere dixerunt, ut ovibus duobus, non duabus.

Ouſentina tribus ab Ouſente fluvio dicta.

Ouſentinæ tribus initio cauſa fuit nomen fluminis Ouſens quod eſt in agro Privernate inter mare, & Tarracinam. Lucretius: Priverno Ouſentina venit, fluvioque ouſente, poſtea deinde à Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem tribui ſunt adſcripti. FESTUS.

Ovibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus criminibus, in majoribus autem bubus, nec ultra hunc numerum excedebat multatio, quæ, poſteaquam ære ſignato uti civitas cœpit, pecoraque multatitia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen uſurpari cœptum eſt; facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boves centenis aſſibus, oves denis æſtimatæ. Inde ſuprema multa, id eſt maxima, appellatur tria millia æris; Item viceſis minoribus delictis.

Oxime, ociſſime. PAULUS.

## NOTÆ.

*Ovem.*] Vide Gell. lib. 11. cap. 1. & Feſtum verbo Ovib. *Ant. Auguſtinus.*

*Ovem maſculino genere.*] Varro rerum humanarum lib. 23. *Terentio, quando citatus neque reſpondit, neque excitatus eſt, ei ego unum ovem multam dico. Dacerius.*

*Ouſentina.*] Perperam *Lucretius* pro *Lucillius*, ut apud Varronem. *Joſ. Scaliger.*

*Ouſentina tribus.*] Perperam infra *Lucretius* pro *Lucilius*. Verum eſt quod ait alios eidem tribui adſcriptos fuiſſe, nam creſcente ob novos cives frequentia tribus Ouſentina cum Falerina fuit addita à Cenſoribus L. Papirio Craſſo & C. Mœnio. Liv. *Dacerius.*

*Ovibus.*] Vide Multam, & Æſtimata. *Ant. Auguſtinus.*

*Ovibus.*] Lege *duobus*, non *duabus*. Sed profecto in his requiro Feſti diligentiam, qui in minoribus criminibus ovium duorum, in majoribus triginta boum multam fuiſſe dixit. cum duo oves nunquam ſepararentur à triginta bubus: neque contra boves ab ovibus. Tantum abeſt, ut in multa dicenda boves ante oves nominare religio eſſet. Quare in majoribus delictis multa erat ovium duorum, boum triginta. & dicebatur maxima, vel ſuprema. in minoribus delictis ovis unius. & eam minimam vocabant. Vel poſtquam æſtimari cœpit, maxima ac ſuprema multa trium millium, ac viceſſis. minima, æris deni. Quomodo igitur Feſtus hic oblitus ſui contra ſententiam ſuam, hoc ſcripſerit, qui aliter in verbo Multa pronunciaſſet, mirari potius, quam rationem reddere poſſum. Deeſt autem numerus in bubus. in majoribus autem xxx. boum. *Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER DECIMUS QUARTUS.*

### P.

FESTUS. PA, pro parte, & po, pro populo poſitum eſt in Saliari carmine. Pacem à pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito, quæ utrique inter ſe populo ſit obſervanda.

PAULUS. Pax dicta eſt à pactione.

FESTUS. Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus. unde & paciſci adhuc, & paceo in uſu remanet.

PAULUS. Pæana Apollinem vocaverunt, quod ſagittarum ictu eum nocere putabant. eſt enim παίειν ferire. Alii quod remedians morbis finem faceret talis gravitatis.

### NOTÆ.

*Pa pro parte.*] Lege *par*. Quia ſemper integram priorem ſyllabam uſurparunt. Hoc autem à Dorienſibus tranſlatum qui extremas vocum partes abſcindebant, vel dimidiatas tantum voces pro totis uſurpabant. Sic δῶ pro δῶμα: κρῖ pro κριθὴ: ἱερ pro ἱερον, & ſimilia. Sic Oſci *coil* dicebant pro *coilum*, id eſt, *cœlum*, Ennius:

—— —— *Divum domus attiſonum coil.*

Niſi potius dicamus iſta *par*, κρῖ, δῶ, χεῖ &c. primigenias eſſe voces ut pote ſimpliciores, quibus poſtea ſequens ætas litteras addidit. Sic Salmaſ. in Hellen. χεῖ & δῶ, antiquiora putat quam χεῖμων & δῶμα, idque mihi eo probabilius videtur quod Oſci, quorum lingua antiquior Latina, *coil* dixerunt, quod poſtea Latini *coilum*. In ſchedis ſcriptum *po pro potiſſimum*.

*Pacionem.*] Vide ſupra in *nuptia: quod nova pacio fiat:* A Græco πήγω, Doricum *pago:* unde antiquum *paco*, ita enim infra legendum pro *paceo: paco, pacio, pactum, paciſci. Dacerius.*

*Paana.*] Quod remedians morbis, &c. mendoſa verba, vel maxime inepta. *Ant. Auguſtinus.*

*Pœana.*] Vide Serv. ad illud x. Æneid. *Lætum paana ſecuti.* Mihi maxime placet *paan* dici à παίω *medeor*, quia malorum avertendorum potens eſt Apollo, quare & ei in carminibus ſæcularibus ſupplicabatur. Unde & preces illæ *paanes* dictæ. Poſtea tamen Pæanes dicta quævis alia carmina, quæ diis canebantur. Immo & ipſe Jupiter apud inſulam Rhodon cultus ſub Pæanis nomine. Notandum præterea Pæanem etiam dici de funebri carmine. Ut alibi monuimus. Heſych. Æſchyl. in Choephor.

*Padidos.*]

Digitized by Google

Pædidos ſordidos ſignificant, atque obſoletos, tractum vocabulum à Græco: quia παῖδες, id eſt, pueri, talis ſint ætatis, ut à ſordibus neſciant abſtinere.

Pagani à pagis dicti.

Pagi dicti à fontibus: quod eadem aqua uterentur. aquæ enim lingua Dorica παγαὶ appellantur.

Paginæ dictæ, quod in libris ſuam quæque obtineat regionem, ut pagi. vel à pangendo, quod in illis verſus pangantur, id eſt, figuntur.

Palatium mons Romæ appellatus eſt, quod ibi paſcens pecus balare conſueverit: vel quod palare, id eſt, errare, ibi pecudes ſolerent. alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit. alii eundem, quod Pallas ibi ſepultus ſit, exiſtimant appellari.

## NOTÆ.

*Pædidos.*] A *pædore* quod ἀπὸ τοῦ παιδὸς, alii *pedor à pede*, ut ſit pedum illuvies. Gloſſ. pædor, ῥύπος, αὐχμός.

*Pagi.*] A Dorico πάγα pro πηγὴ, fons. Serv. 11. Georg. *Villas, quæ pagi, ἀπὸ τῶν παγῶν, appellantur, hoc eſt, à fontibus, circa quos villæ conſueverunt condi. Unde & pagani dicti ſunt quaſi ex uno fonte potantes.* Pagus conſtat è pluribus vicis, ut vicus è pluribus caſis, nullo mœnium ambitu, accolis diſperſis in plano circa flumina vel fontes, qui ad unum locum conſilii cauſa coeunt. Itaque diſtinguuntur pagani à montanis. Cicero pro Domo, *nulli pagani aut montani qui non ampliſſime de meo reditu decreverunt.* Vide *publica ſacra*, adi & Manut. de quæſitis per epiſtolam lib. 3. quæſt. 7. Pagus etiam Latinis idem quod ἔθνος, vel *gens*, & quemvis amplum regionis tractum, totamque aliquam præfecturam, gentemque quamlibet populoſam ſignificat. Gloſſæ: Pagus, τοπαρχία, χώρα τις, νομός. Hinc Helvetiorum tota gens in quatuor pagos diviſa apud Ceſarem. Hinc vox noſtra gallica *pays*.

*Paginæ.*] A pagendo. Id eſt, pangendo, Græcis σελίδες. paginæ antiquis de libris chartarum proprie dicebantur, & ex una tantum parte ſcriptæ erant. Tabellæ vero de membranis, & ex utraque parte ſcribi ſolitæ. *Dacerius.*

*Palatium.*] Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Palatium.*] Palanto eſt Græce παλλαντώ. ſed eam Palatiam, & non Latini matrem, ſed uxorem dicit Varro 4. de Latino ſermone: *Sed hoc*, inquit, *alii à Palatia uxore Latini putarunt.* Loquitur de Palatio. *Joſ. Scaliger.*

*Palatium.*] Solinus: *A Palantho Hyperborei filia.* Palanto Græce παλλαντώ. Ait Scal. Sed contra Salmaſ. *Palantho* Græcum eſt, ἡ παλανθὼ, non ἡ παλλαντώ, φαλάνθη, eſt ἱεροπρεπής. φαλανθὸς, *canus*, vel *calvus*. Unde σιλπιὸν, & φαλαντὸν κάρα, Silenorum in Græco ſcriptore. Ubi perperam legitur φίλανθον. Et inde vir doctus in libro de Satyra, florum amantes Silenos ſibi fingit, quaſi φίλανθον, Græcum eſſe poſſit, pro φιλανθὸς, φαλανθὸς, *calvus*. Unde ἀναφαλαντίας, *recalvus*. φαλανθὸς nomen urbis & montis Arcadiæ, à Phalanto quodam. Phalanthus ab Hercule octavus, cum Partheniis Laconibus Tarentum auxit & habitavit. Vide Servium 4. Georg. φαλανθὼ, igitur nomen proprium mulieris, ut φαλανθὸς viri. Notat hic Anton. Auguſtinus, in veteribus libris legi *Palante*. Nos *Palanta* in veterrimo codice ſcriptum reperimus: quod eſſet ἡ φαλανθώ. Sed quis ille Hyperboreus cujus filia *Palantho*, vel *Palanthe*? An nomen proprium? an gentile? Dionyſius ὑπερβορείδα κούρην, appellat, hoc eſt, ex Hyperboreorum regione: Λαΐνου δὲ ἐκ τινὸς ὑπερβορείδος κόρης, ἣν, πατρὸς εἰς ὁμήρειαν δόντος, ἠγάγετο. Hyperboreus igitur ille homo fuit ex Hyperboreorum regione. Ita tamen loquuntur Feſtus & Solinus, quaſi nomen eſſet proprium, quum ſcribere debuiſſent, *cujuſdam Hyperborei filia.* Apollo *Hyperboreus*, colebatur à Scythis. Servius; *ſecundum Varronem & alios à filia Evandri Palantia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta.* Alia cauſſa & aliud nomen. *Pallantia* ἀπὸ τοῦ πάλλας. Varro Pallantiam hanc uxorem Latini facit, niſi quis dicat *Palantham* tam apud Varronem, quam apud Servium eſſe legendum, τὴν φαλάνθην. Nam Varro uxorem Latini eſſe vult, & filiam Evandri, quam Feſtus Latini matrem & Hyperborei filiam. *Palanthia*, pro *Palantha* vitioſe ſcriptum. Hæc Salm. in exercit. Plin. Sed apud Feſtum, & apud Solinum, *Hyperboreus*, abſolute nomen proprium non eſt, ſed gentile, *Hyperborei filia*, ſubintelligitur *hominis*.

*Vel quod parare, id eſt errare.*] Secundum Etymon *à palare*, Propertius & Ovidius amplexi ſunt. Ultimum Virgil. 7. Æneid. Sed eorum nullum verum eſt. Nam *palatium*, prius dictum *palantium*, à φαλάντιον, ut Græci vocant ſumma montium juga, nam φάλαι, *fala*, arces, altitudines, unde & *falantum* Hetruſcis cœlum. Vide falæ. *Dacerius.*

Palatualis Flamen ad ſacrificandum ei deæ conſtitutus erat, in cujus tutela Palatium eſſe putabant.

FESTUS. Palatualis Flamen conſtitutus eſt, quod in tutela ejus deæ Palatium eſt.

PAULUS. Pales dicebatur dea paſtorum, cujus feſta palilia dicebantur, vel, ut alii volunt, dicta parilia, quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant.

Pallas Minerva eſt dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit; vel, ſicut putabant, quod in Pallante palude nata eſt.

Palmites vitium ſarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quaſi digitos edunt.

Palmulæ appellantur remi à ſimilitudine manus humanæ.

Palpari, blandiri.

Paludati, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dicebant.

FESTUS. Paludati in libris auguralibus ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.

Pancarpiæ dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ.

PAULUS. Pandana porta dicta eſt Romæ, quod ſemper pateret.

Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oſcitantes extenduntur: eo quod pandi fiunt.

Pandicularis dicebatur dies, idem & communicarius, in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur.

Pangere, figere. unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram dimittuntur. inde etiam verſus pangi, vel figi in cera dicuntur.

## NOTÆ.

*Palatualis.*] Palatea dea apud Varronem lib. 6. de Ling. Lat. eadem fortaſſe Palatia Latini uxor, de qua idem lib 4. *Ant. Auguſtinus.*

*Palatualis Flamen.*] Flamen Palatuæ Deæ Varro lib. 6. *Sunt in quibus Flaminum cognominibus latent origines, ut qui ſunt in verſibus plerique Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis. Obſcura eſt eorum origo, Volturnus, Palatua, Fucina, Flora, Falacer, Pomona pomorum patrona. Dacerius.*

*Pales.*] Vide Parilibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Pales.*] Eadem quæ Veſta. Ejus feſta Palilia & Parilia, quamvis Mario Victorino *Palilia* diſpliceant, & placeat *Parilia* tantum dici. Celebrabantur 11. Calendas Maii, ſive 12. ut Ovidio placet lib. 4. Faſt.

*Pallas.*] Sive à πάλλειν, ab agitatione ut ait Plato in Cratylo. Sive à Pallante Gigante quem interfecit, ſive à Pallante palude, ut Tritonia à Tritone, nam Triton & Pallas paludes ad Syrtim minorem. Sed vide *Minerva* & *Tritonia*.

*Palmes.*] Non immediate à *palma*, ſed à *palma*-*vitis*, *palmitis*, *palmetis*, *palmes*. Et male Varro lib. 1. de r. r. palmam ſic enim dicitur & *palmes*, quaſi parilemam dictam vult, quod uvas pariat, palma enim à ſimilitudine palmæ hominis dicta eſt, quod ut ex iſta digiti, ſic ex illa uvæ naſcuntur.

*Palpari.*] Pro *palpare*, molliter tractare, palpo percutere. Lucil. Sat. lib. 29. *Hic ubi me videt ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit, pedes legit.*

*Paludati.*] Inde *paludatum* pro quovis milite invenias, ut apud Lucil. *Paludatus rorarius.* Satir. lib. 10. Proprie autem *paluda*, & *paludamenta*, Imperatorum erant inſignia quæ thoraci ſuperimponebantur.

*Pancarpia corona.*] Quidquid miſcellum eſſet & ex variis rebus contextum, conſarcinatumque *pancarpum* Græci dixere. Sic *pancarpum* apud Juſtinianum novella cv. Spectaculum ab omnigenis beſtiis quæ depugnabantur, & occidebantur ab hominibus, qui operam ſuam ad eas conficiendas locabant. Vide Caſſianum Collat. cap. 14. Caſſiodor. lib. 5. Epiſt. 42. D. Auguſtinum adverſus Secundinum. Sic παγκάρπους στεφάνους, Græci dixere non ſolum ex omni florum ſed etiam ex omni genere fructuum compoſitas corollas, quales eæ ſunt quibus columnarum frontes ornabantur quas ἐγκάρπους, vocat Vitruvius lib. 4 cap. 1. Vide Salmaſium in Julio Capitolino.

*Pandana.*] Varro lib. 4. *Quod Saturnia porta, quam Junius ſcribit quam nunc vocant Pandanam.* Dicebatur etiam *Romanula* & *Libera*.

*Pandicularis dies.*] An quod is dies in Deos omnes pariter extendi videretur cum in eo iis omnibus communiter ſacra fierent?

*Pangere.*] Vide *impages*. Quæ deſunt ſupplebis ex epitome.

*Panibus.*]

Digitized by Google

Pangere ſignificat figere. unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Panibus redimibant caput equi immolati Idibus Octobribus in campo Martio, quia ſacrificium fiebat ob frugum eventum. & equus potius, quam bos immolabatur; quod hic bos frugibus pariendis aptus.

Pantices frus ventris. PAULUS.

*Pantices dicebant* frus ventris. . . . . . . . . . . . . . . . *appellat à quo* . . . . . mi ag. . . . . . . . FESTUS.

Panus facit diminutivum panicula.

Papillæ capitula mammarum dictæ, quod papularum ſunt ſimiles.

Papiria tribus à Papirio vocata. PAULUS.

Papiria *tribus à Papirio appellata eſt, vel à nomine agri: qui circa Tuſculum eſt. huic Papinia tribus ita conjuncta fuit ut de finib. aliquando ſuſceperit bellum*, quod *indictum per fetiales cum eſſet duce*. . . . . *infertur*. bellum *itaque initura*, *cum utraque tribus inſtructos* exercitus *haberent ad dimicandum*, *quia alterius dux* diſceſſerat *jam ab armis*, *caduceatoribus antequam* ſignum conferrent, *utrinque ad exercitus miſſis*, rem in ipſorum *arbitrio futuram denuntiarunt ac poteſtate: ita ſine ulla dimicatione utriuſque* exercitus ſuffragio *pax facta*. FESTUS.

Pappi carduorum flores. Lucretius: Veſtem, nec plumas avium, papposque volantis. PAULUS.

## NOTÆ.

*Panibus.*] Equus October dicebatur. Vide October. *Dacerius.*

*Pantices.*] Plautus in Pſeud. *Vino modo cupidæ Eſtis; eo vos veſtros panticeſque adeo madefacitis, quom ſim ego hic ſiccus.* Martial. lib. 6.

*Quid cum panticibus laxis, & compede grandi.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Pantices.*] Quid ſit frus, neſcio. *Joſ. Scaliger.*

*Pantices.*] Quid ſit *frus* ignotum eſt. Legunt quidam *fluxus*, quod probari non poteſt. Melius qui *viſcus ventris*. Quid ſi *frus*, ſit pro *frux*, quomodo antiqui dicebant pro *fructu*. Ut fructum ventris Feſtus vocet Pantices, inteſtina? *Pantex* vulgo *panſe*. In Phallicis: & *æſtuantes ſolvi pantices Obeſam ad uxorem redis.* *Dacerius.*

*Panus.*] Nonius *Panullam.* *Ant. Auguſtinus.*

*Panus.*] De Panicula, & Panuellium nos ſatis multa olim in Varronem. Gloſſarium: *Pannucellium*, πήνιον. *Joſ. Scaliger.*

*Panus.*] Glomus lanæ carptæ & ad nendum paratæ, unde *panicula*, lanoſa coma milii arundinis. Plaut. Mil. Glor. 1. 1.

*Quojus tu legiones difflaviſti ſpiritu*
*Quaſi ventus folia aut paniculam tectoriam.*

*Papillæ.*] Melius alii à *papa* puerorum cibo, quod à papare, comedere. Iſidor. lib. 11. cap. 11. *Papillæ capita mammarum ſunt, quas infantes ſugentes comprehendunt. Et dictæ papillæ quod eas infantes quaſi pappant dum lac ſugunt.* *Dacerius.*

*Papiria.*] Interpretem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Papiria tribus.*] Papiriæ tribus meminit Liv. Et Dionyſius, ab agro Papirio circa Tuſculum ſic dicta. De *Papinia* vide ſuo loco. *Dacerius.*

*Pappi.*] Infra. Loquebatur de eo, quod dicitur, conſules inter ſe parare provincias. quod aliter comparare provincias dictum fuit. definiebanturque dies, intra quos dies comparare deberent. Aut cum comparatio non interveniebat, ut is præferretur, qui lege, vel ſuffragio primum factus eſſet. aut talia: nequid nugarum harioler. Reliqua aſſequi non potui. *Joſ. Scaliger.*

*Pappi.*] Pappus antiqua lingua ſenex eſt. Attellanorum propria vox. Pomponius in pictoribus: *pappus hac in ædi habitat ſcenicæ non ſeſquiſcenica.* Ad cujus canitiei ſimilitudinem lanugo carduorum *pappus* dicitur, Græcis πάππος. Sophocl. *Dacerius.*

poſt *Pappi.*] Fragmentum Feſti pertinere arbitror ad verbum parare, pro quo ſæpius Livius comparare ſcribit. *Conſules aut ſortiantur, aut inter ſe comparent.* quibus ſignificatur, ut conveniat inter eos de provinciis, quam quiſque habiturus ſit, aut ſortito eas aſſequantur. Liv. initio lib. 30. *Conſules cum de rep. belloque ad ſenatum retuliſſent, cenſuerunt patres, ut Conſules inter ſe compararent, ſortirenturve: uter Bruttios adverſus Hannibalem, uter Etruriam, ac Ligures provinciam haberet.* & lib. 32. *Decreverunt patres ut provincias Macedoniam, atque Italiam Conſules compararent inter ſe, ſortirenturve.* &

FESTUS. *Et in comitio* quoque *ſortiri aut inter ſe parare ſolebant utrum exire, utrum domi manere oporteret: nam conſulibus æque ac prætoribus novis in provinciam ire* atque ex ea *rem gerere, contra abire anni prioris* magiſtratibus *opus erat. Lege etiam cavebant ut certos* intra dies *deſignati* provincias inter ſe *pararent.*

Peregrinos inter Pr. dr. quod aliter inter civis, aliter inter peregrinos jus dicebatur à prætore, ideoque lege primum factus cum unus tantum fuiſſet, poſtea duo idcirco ſunt creati prætores.

PAULUS. Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Paraſangæ apud Perſas viarum menſuræ.

Parens vulgo pater, aut mater appellatur. ſed juris prudentes avos, & proavos, avias, & proavias parentum nomine appellari dicunt.

Parere, obedire.

Paribus equis, id eſt duobus, Romani utebantur in prælio, ut ſudante altero tranſirent in ſiccum.

Parici quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum. Nam paricida non utique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcumque hominem. Id autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii Regis his compoſita verbis. SI QUIS HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT PARICIDA ESTO.

## NOTÆ.

& lib. 37. *Cum Senatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe provincias Conſules juſſiſſet. Ant. Auguſtinus.*

... *Et in comitio quoque.*] Hic agebat Feſtus de eo quod dicitur conſules inter ſe parare provincias, quod aliter comparare provincias dictum fuit: *Conſules aut ſortiantur. aut inter ſe comparent.* Quibus ſignificatur ut conveniat inter eos de provinciis quam quiſque habiturus ſit, aut ſortito eas aſſequantur. Liv. lib. 30. *Cenſuerunt patres ut conſules inter ſe compararent, ſortirenturve uter Bruttios adverſus Hannibalem: uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet.* Sed verba Feſti male divulſa ſunt nam prior pars capitis adhæſit poſt *prabia.* Huc igitur retrahenda, & ſic concipiendus locus integer ex ſched. *Parare inter ſe munus dicebatur cum ſortitio fiebat à Magiſtratibus P. R. uter Magiſtratus utramque rem acere deberet, aut inter ſe compararent de rebus lege mandatis, itaque in ſenatu & in comitio quoque, &c.* *Acere* pro *agere*, ut ſupra *acitare* pro agitare. Non ſolum autem Magiſtratus ſortiebantur utrum exire, utrum domi manere oporteret, ſed etiam prætores qui in urbe jus dicturi erant, ſortiebantur antequam magiſtratum inirent, quis de ambitu, quis de veneficiis &c. jus dicturus eſſet.

*Peregrinos inter.*] Iſta *Pr. dr.* interpretor *prætor datur.* Verum eſt quod ait primum creatum fuiſſe, unum prætorem urbanum nempe ann. 388. & deinde, propter magnam peregrinorum turbam alterum prætorem, nempe peregrinum adjectum, an. 501. Illum inter cives, hunc inter cives & peregrinos jus dicentem, ſed crevit poſtea prætorum numerus. Creati enim uſque ad 18. Vide Lipſ. Antiquit. Rom. lib. 1. cap. 10.

*Pararium.*] Quod pro paribus hoc eſt binis equis, Equitibus dabatur, vide *paribus equis.*

*Paraſanga.*] Ex Herodoto & Heſychio 30. ſtadia continent. Sunt tamen qui uſque ad 60. tribuant.

*Parens.*] Parentum & patrum nomine avi & proavi continentur, ut filiorum voce nepotes, nepotum vero, omnes poſteri.

*Paribus equis.*] Pares dicebant binos & fratres: Propert. lib. 3. El. 7.

*Electoſque pares ſylveſtri ex ubere reges.*

Sic contra *fratres* dicebant pro binis & paribus, inde *fratrare* puerorum mammæ dicuntur quod velut fratres pares oriuntur. *Dacerius.*

*Parici.*] Perſuaſerunt ſibi docti viri *Paricos* quæſtores dictos, qui rerum capitalium cauſſa creati eſſent. Nos contra omni opere contendimus non *Parici quæſtores*; ſed *Paricidi quæſtores* legendum eſſe. Vide vocem Quæſtores. Ita igitur vocabantur Quæſtores rerum capitalium. Clauſula vero, PARICIDA ESTO, in omni re capitali ponebatur. Cicero II. de legib. *Sacrum, ſacrove commendatum, qui cleperit, rapſitve, Paricida eſto.* id eſt, capital eſto. *Joſ. Scaliger.*

*Parici quæſtores.*] Mirum cur hic locus viros eruditos tot modis torſerit, cum ex alio ejuſdem Feſti loco ei medicinam parare in promptu fuerit: *Quæſtores*, inquit *dicebantur quod quærerent de rebus capitalibus, unde qui talia quærunt quæſtores paricidi appellantur.*

Digitized by Google

Parilibus Romulus urbem condidit, quem diem feſtum præcipue habebant juniores. PAULUS.

*Parilibus* urbem condidit Rom*ulus quem diem feſtum præcipue* habebant juniores. FESTUS.

Parmulis pugnare milites ſoliti ſunt. quarum uſum ſuſtulit C. Marius datis in vicem earum Brutianis.

Parones navium genus, ad cujus ſimilitudinem myoparo vocatur. PAULUS.

Parret ſignificat apparebit.

Parret, quod eſt in formulis, debuit & producta priore ſyllaba pronuntiari, & non gemino R ſcribi, ut fieret paret, quod eſt inveniatur; ut comparet, apparet. FESTUS.

Parſi non peperci, ait Cato in eadem oratione. Scio fortunas ſecundas neglegentiam prendere ſolere: quod uti prohibitum irem, quod in me eſſet, meo labori non parſi.

Parſi (idem) Cato dixit, pro peperci. PAULUS.

Partus & pro naſcendo ponitur, & pro parato. Nævius: Male parta male dilabuntur. FESTUS.

Parum caviſſe videri pronuntiat magiſtratus, cum de conſilii ſententia capitis quem condemnaturus eſt.

## NOTÆ

*pellantur.* Quare vides hic etiam legendum, ut optime Scaliger, *paricidi quæſtores.* Et ita dicebantur quæſtores rerum Capitalium. Clauſula vero, *paricida eſto*, in omni re capitali ponebatur Cicer. II. de leg. *Sacrum ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſitve, paricida eſto.* Id eſt, capital eſto. *Dacerius.*

*Parilibus.*] Ita ſcriptum in faſtis II. kal. Maias. Alii Palilia appellant à Pale. Viden. Varro lib. 5. Ovid. lib. 4. Faſtor. Vide Pales. *Ant. Auguſtinus.*

*Parilibus.*] Propert. Eleg. I. lib. 4.

*Urbi Feſtus erat, dixere Palilia patres.*
*Hic cœpit primus mœnibus eſſe dies.*

Idem Plin. lib. 18. cap. 26. Varro de r. r. lib. 2. cap. I. & alii multi. *Dacerius.*

*Parmulis.*] Vide Bruttianæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Parmulis.*] Parmæ equitum & militum fuere, ſed magnitudine differebant, velitares enim breviores erant quam equeſtres. Neque cum ait Feſtus pro parmis datas eſſe Bruttianas à Mario, ſublatum eſſe parmarum uſum intelligit, ſed pro Romanis Bruttianas eſſe inductas, non mutata forma, rotundas enim ætate ſua Varro, Mario junior, oſtendit, ſed magnitudine vel aucta vel imminuta. Auctam tamen veriſimilius eſt, quia Romanas Feſtus vocat *Parmulas*; Bruttianas vero *parmas.* Vide *Brutiana.* Vide & Manut. de quæſitis per epiſtol. lib. 3. quæſt. 6. ubi Carthaginienſes parma uſos, ex Suida obſervat.

*Parones.*] Vide *Myoparo.* *Dacerius.*

*Parret.*] Cicero in Verrin. Divin. *Si paret eam ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe*, & lib. 4. *Si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure eum P. Servilii eſſe.* & lib. 5. *ſi paret jugera fundi eſſe plura. & ſi paret adverſus edictum feciſſe.* & pro Q. Roſcio, *ſi paret H. S*IↃↃↃ. *dari.* Juſtin. lib. 5. Inſtitut. *Si apparet eum dare oportere.* cui formulæ addit Theophilus, *condemna eum judex.* *Ant. Auguſtinus.*

*Parret.*] In fine lege: *ut fieret Paret, quod & inveniatur in Comparet, Apparet.* *Joſ. Scaliger.*

*Parret.*] In formulis judiciorum dandorum primas tenebat *paret.* Petron.

*Juriſconſultus paret, non paret, habeto*
*Atque eſto quidquid Servius & Labeo.*

Apud veteres enim multa verba duplici conjugatione inflexa leguntur *caveo*, *cavo*; Horat. *Ferveo*, *fervo*; Virgil. *fulgeo*, *fulgo*, Lucret. *indulgeo*, *indulgo.* Terent. *Oleo*, *olo.* Plaut. &c. Lege in fine, *quod & inveniatur in comparet, apparet.* Ait paret unico *r* ſcribi debere ut *apparet*, *comparet.*

*Parſi.*] In eadem oratione, nempe in oratione ad lites Cenſorias. Neque tamen illa in textum recipienda, nam *in eadem oratione* Feſtus ſcripſit, quia ſcilicet hæc continuo ſequebantur poſt *periculatus ſum*, ubi orationem ad lites Cenſorias laudavit. *Dacerius.*

*Parum caviſſe.*] Non placet, quod ſubſtituunt docti: *Patraviſſe.* Ea modeſtia fuit veterum, ut non feciſſe, ſed feciſſe videri, & ne feciſſe quidem, ſed parum cautum fuiſſe dicerent. *Joſ. Scaliger.*

*Parum caviſſe videri.*] Male viri docti ſubſtituunt *patraviſſe.* Nam ea fuit modeſtia veterum, ut quæ jurati judices cognoviſſent, ea non eſſe facta, ſed *videri* pronuntiarent. Cicer. in Verr. 6. *Feciſſe videri pronunciaſti.* Et non ſolum *feciſſe videri*, ſed *parum cautum fuiſſe videri* pronuntiarent. Scal.

PAULUS. Parumper ſignificat pauliſper quaſi perparum, hoc eſt, valde parum. refertur autem ad tempus.

Paſcales oves Cato poſuit pro paſcuales.

FESTUS. *Paſcales oves, pro paſcuales, inſcienter* Cato dixit in ea *quam ſcripſit.* . . . . *paſcalis* ovis vetuit. *Item, pellitam ovem Tarentinam* appellat in ea oratione *quam ſcripſit.* . . . . . . *pretio* Tarenti plus c. . . . *ſeſterciis pellitam ovem*, quam in agro Tarentino *quod paſceret.*

PAULUS. Paſcito linguam in ſacrificiis dicebatur, id eſt, coerceto, contineto, taceto.

Paſſales & oves, & gallinæ appellantur; quod paſſim paſcuntur.

FESTUS. Paſſer marinus, quem vocat vulgus ſtutomellum.

PAULUS. Paſtillum eſt in ſacris libi genus rotundi.

FESTUS. Paſtillus forma panis parvi, utique deminutivum eſt à pane.

Patagium eſt quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quæ & patagiata dicitur: & patagiarii, ejuſmodi opera faciunt.

Patagus morbi genus.

## NOTÆ.

*Parumper.* ] A Græco potius παῦρόν τι. *Dacerius.*

*Paſcales,* ] Poſtrema verba Feſti videntur pertinere ad ludos ſæculares, qui in Terentino agro centeſimo quoque anno fiebant. Vide Terentum. *Ant. Auguſtinus.*

*Paſcales.* ] Paſcales oves, νομαίους, καὶ ἀγελαίους alibi interpretati ſumus. Propterea eædem *Paſſales* quoque dicebantur, quod paſſim paſcerentur. & nos ibidem εἰκαίους interpretabamur. Opponi pellitis, quæ in agro Tarentino paſcebantur admonuimus. de quibus pellitis hic in fine ſcribebatur. Propterea pro illis verbis, ignaro Terentino, ſcribo, in agro Tarentino. Non igitur de ludis Terenti in campo Martio hic agebatur, ut volunt docti viri. Vide Conjectaneum tertium. *Joſ. Scaliger.*

*Paſcales oves.* ] Ait Catonem inſcienter dixiſſe *paſcales*, cum *paſcuales* dicendum eſſet à paſcuis. In verbis Catonis infra aliquid turbatum fuiſſe ſuſpicor, forſan ſupplendum *plus C. ſeſtertiis pellitam ovem, quam paſcalem, in agro Tar.* &c. De Tarentinis ovibus quæ pellitæ Varro de r. r. cap. 2. *Pleraque ſimiliter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ & Atticæ, pellibus teguntur ne lana inquinetur quominus vel inſici recte poſſit: vel lavari ac parari.* Inde Horat.

*Pellitis ovibus Galeſi.*

ἀποδιφθέρας ποίμνας eleganter vocat Strab. lib. 4. Porro *paſcales* oves hirtæ erant & Soloces. Lucil.

*Paſcali pecore ac montano hirto atque ſoloce.*

Unde Columel. *diſſimilem, inquit, rationem poſtulat hirtum atque Tarentinum.* Paſcales oves & paſcales gallinas νομαίους καὶ ἀγελαίους Græci dicunt, proptereaque eædem *paſſales* etiam dicebantur, quod paſſim, id eſt, εἰκῆ paſcerent.

*Paſcito linguam.* ] Vide *comperce, paſcito* pro *parcito.* Salmaſius tamen legebat *parcito.* Perperam legitur, inquit, *paſcito linguam*, quod ineptum eſt. *compeſcere* quidem dicitur coërcere: quod proprie ſit in idem paſcuum cogere animalia, & compellere, cui contrarium diſpeſcere: ſed paſcere ſimpliciter pro coercere inauditum eſt. *Parcere linguam* φείδεσθαι τῆς γλώσσης tacere, abſtinere linguam.

*Paſſales.* ] Vide ſupra *paſcales.* *Dacerius.*

*Paſſer.* ] Plautus Perſa:

*Vola curriculo. P. iſthuc marinus paſſer per circum ſolet.*

Notavimus ad Auſonium in illud ad Accium Paulum Rhetorem Begerritanum:

*Ovum tu coque paſſeris marini.*

*Joſ. Scaliger.*

*Paſſer.* ] Plautus Perſa:

*Vola curriculo. P Æ. Iſtuc marinus paſſer per circum ſolet.*

In fine lege *ſtruthiocamelum.* Paſſerem autem vocarunt veteres quod avis eſſet, imitatione Græcorum qui στρουθίον vocant: & *marinum*, διαπόντιον, quod peregrinus & ultra marinus. Et *ſtruthiocamelum.* quod colli & crurum longitudine camelo ſimilis eſſet.

*Paſtillum.* ] Paſtillum & paſtillus à pane, *paniculus, panicillus, paſtillus*, genus libi rotundi, quare in gloſſis paſtillus, τροχιτικός. τροχοειδὴς ἄρτος. *Dacerius.*

*Patagium.* ] Patagium aſſuebatur veſtimentis mulierum, ut clavus virorum. Livius libro 4. *Placet tollendæ ambitionis cauſſa Tribunos legem promulgare;*

ne

Patalem bovem Plautus appellat, cujus cornua diverſa ſunt, ac late pateant.
Patellæ, vaſa picata parva ſacrificiis faciendis apta. PAULUS.
*Patellæ vaſcula parva picata* item ſacris *faciendis apta: quæ erant* velut *capidula quadam.* FESTUS.
Pateram perplovere in ſacris cum dicitur, ſignificat pertuſam eſſe. PAULUS.
Pateram perplovere cum dicerent, ſignificabant pertuſam eſſe. FESTUS.
Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem.
Patro*nus ab antiquis cur dictus* ſit manifeſtum; quia *ut patres filiorum: ſic hi* numerari inter *dominos clientum conſueverunt.*
Patres ſenatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis. PAULUS.
*Patres appel*lantur ex quibus Senatus *conſtat, quos initio urbis* conditæ Romulus C. *delegit, & ſic appellavit,* quorum conſilio, atque *prudentia reſpublica ad*miniſtraretur, atque *gubernaretur, quique* agrorum partes ad*tribuerent tenuioribus* perinde ac FESTUS.

## NOTÆ.

*ne cui album inveſtimentum addere petitionis cauſſa liceret.* lege, *ne cui clavum in veſtimentum.* Nam ex corrupta ſcriptura clabum manavit error. *Joſ. Scaliger.*

*Patagium.*] Aſſuebatur veſtimentis mulierum, ut clavus virorum, unde *patagiatæ veſtes.* Plauto Epidic. 2. 2. & *patagiarii* in Aulul. Patagium autem ſic dictum vult Scal. quod quibuſdam maculis & nævis inſperſum erat, à patago morbo peſtilenti quo qui moriuntur nullum indicium morbi relinquunt aliud quam nævulos in parte corporis. patagi meminit Plaut.

*Mecum habet patagus morbus. Ais.*

Patagus à *πατάσσω ferio.* Turnebus putavit patagum eſſe morbum vitis, cum fauciatur ligone in ablaqueatione, legitur enim apud Theophraſt. *πάταγον βλαβῆναι,* ubi Theodorus legiſſe videtur *πάσσαλον.* *Dacerius.*

*Patalem.*] Locus Plauti eſt in Truculento: quam Comœdiam nos majore ex parte à mendis vindicavimus:

*Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem,*
*Cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem,*
*Quam tuas centum cœnatas noctes mihi dono dari.*

*Joſ. Scaliger.*

*Patalem bovem.*] Verba Plaut. è Trucul. 2. 2.

*Ut ego me ruri Hamaxari mavelim patalem bovem.*

Ab eadem mente Græci *πιταλεῖς* ſive *πιτάλους* vocant patales boves. Athen. lib. 9. *πιταλοὺς* vocat Heſych. ſed vett. Plauti codd. ut & Feſti. non *patalem* habent ſed *patulum.* Quæ vera lectio videri poſſit, ſive potius *patulem,* ut *patulus,* & *patulis* promiſcue dictum ſit. Non pugnabo tamen ſi quis *patalem* retineat. *Patalis* enim recte dici potuit à *patare,* unde compoſitum *expatare.* *Dacerius.*

*Patellæ.*] Velut capidulæ, inquit Feſtus. Vide Capis. Cicero parad. 1. *Quid Numa Pompilius? minuſne gratas diis immortalibus capides, ac fictiles urnas fuiſſe, quam felicatas aliorum pateras arbitramur?* & lib. 3. de Nat. deor. Capidunculis his, quas Numa nobis reliquit. Varro lib. 4. & 8. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Patellæ.*] Diminut. à *patina,* quod à Græco *πατάνη* a mutato in *i.* Sacrificiis aptas innuit Varro Manio apud Nonium: *Quocirca oportet bonum civem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* Nam de cibis etiam in patella in focum Laribus deferebant qui & inde *patellarii* dicti. In patellis etiam ſive pateris Deo vinum libabant. Varro lib. 4. *Patinas à patulo dixerunt, ut puſillus, quod his libarent cœnis, patellas.* Ita enim diſtinguendus hic locus. De *capidulis* vide in voce *capis.*

*Pateram perplovere.*] Diis vinum offerebatur in pateris, unde uſitata in ſacrificiis formula, *patera perplovit,* id eſt hac & illac perfluit.

*Pater patrimus.*] Vide *Matrimi ac patrimi.*

*Patronus ab &c.*] Ait à patre patronos dici, quia clientium veluti patres ſunt. Hinc Varro in ea oratione quam dixit apud Conſules in Lentulum: *Patrem primum: poſtea patronum primum nomen habere.* *Dacerius.*

*Patres.*] Infra: *Patres appellantur ex quibus Senatus eſt. quos initio Urbis condita Romulus C. delegit, quorum conſilio, atque prudentia Reſp. adminiſtraretur, atque tenuioribus agrorum partes attribuerentur perinde ac liberis propriis, ac nummi diſtribuerentur: quia ſolebant jam inde à Romulo nummis argenti ſignati ultramarinis uti quod publicæ, & privatæ rationes docent.*

liberis, *ac pecunias dividerent, etenim* ſolebant jam inde à *Romulo nummis auri atque* argenti ſignati *ultramarinis uti, id quod* publicæ; & privatæ *rationes commentariorum docent*.

Patrum commu*ne cum populo ſuffragium, quibus ſuffragantibus fit populi ſcitum.*

Patricios, Cincius ait in libro de Comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur.

Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricii habitaverunt jubente Servio Tullio, ut ſi quid molirentur adverſus ipſum, ex locis ſuperioribus opprimerentur.

PAULUS. Patrimi & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis: unus, qui facem præferret ex ſpina alba, qui noctu nubebant: duo, qui nubentem tenebant.

FESTUS. Patrimi, & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt, unus, qui facem præfert ex ſpina alba, quia noctu nubebant: duo qui tenent nubentem.

Patrocinia appellari cœpta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet.

## NOTÆ.

*docent.* Ex his cognoſcimus quare Feſtus velit Patres dictos, quod tanquam filiis plebi & agros attribuerent, & nummos largirentur. Nam de ultramarinis nummis argenteis certum eſt. Plinius lib. 33. cap. 3. *Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Joſ. Scaliger.*

*Patres.*] Ex his cognoſcimus Feſtum patres dictos voluiſſe à paterno affectu quod tenuioribus, tanquam liberis, & agros attribuerent & pecunias largirentur. Idem Salluſt. in Catil. *Hi vel ætate vel curæ ſimilitudine patres appellabantur.* Verum eſt quod ait de nummis ultramarinis argenteis. Plin. lib. 33. cap. 3. *Qui nunc victoriatus appellatur lege Clodia percuſſus eſt: antea enim hic nummus ex Illyrico advectus mercis loco habebatur. eſt autem ſignatus victoria, & inde nomen.*

*Patrum commune.*] Vide *populi commune. Dacerius.*

*Patricios.*] Cincii opinio vera fortaſſe fuit tum, cum primum patricii à plebeiis in ipſo initio urbis Romæ fuere diſtincti. *Ant. Auguſtinus.*

*Patricios.*] Hanc Cincii opinionem non cuivis paſſim notam confirmant verba P. Decii Muris apud Livium lib. 10. *An unquam fando audiiſtis Patricios primo eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt ingenuos? Joſ. Scaliger.*

*Patricios.*] Hanc Cincii opinionem non cuivis paſſim notam confirmant verba P. Decii Muris apud Livium lib. 10. *An Romæ unquam fando audiſtis patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere avumque poſſent, id eſt, nihil ultra quam ingenuos?* Scal.

*Patricius vicus.*] In Exquiliarum parte fuiſſe certum eſt. Vide *Septimontio.*

*Patrimi & matrimi.*] Catull. in Epithal.

*Mitte brachiolum teres,*
*Prætextate, puellulæ.*

Idem in Græcia fiebat. Callimach.

*αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.*

Nam τᾶλις eſt *nova nupta*: παῖς ἀμφιθαλὴς puer patrimus matrimus.

*Facem præfert ex ſpina alba.*] Male quidam: ex *pinu alba.* Ex ſpina alba etiam faces novis nuptis præferebantur. Varro de vita pop. Rom. lib. 11. *Cum à nova nupta ignis in face afferretur foco ejus ſumptus, cum fax ex ſpina alba eſſet, ut eam puer ingenuus afferret.* Cauſam affert Plinius cur ſpina alba uterentur: ſic enim lib. 16. cap. 18. *Et ſpina nuptiarum facibus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerunt paſtores, qui rapuerunt Sabinas, ut auctor eſt Maſurius.* Sed illud verius adhibitam albam ſpinam, quia eſſet auſpicatiſſima & malas noxas averruncare crederetur. Ovid.

*Sic fatus virgam qua triſtes pellere poſſet*
*A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.*

Quare & ex ea, virga lanalis fiebat. Ovid.

*Virgaque lanalis de ſpina ſumitur alba.*

Fruticem etiam illum, quem vulgo vocamus *aubépine*, feliciſſimum putant aniculæ noſtræ ruſticæ. Sed redeamus ad faces. Præferebantur quoque ex pinu. quare, Catulli optimi codd. *Pineam quate tædam.* Ubi alii *ſpineam.* Sic pinum pronubam vocat Virgil. in Ciri:

*Pronuba nec cuſtos accendet pinus honores.*

Neque *pinea* tantum fuit ſed & *Cornea. Dacerius.*

*Patrocinia.*] De his Dionyſ. lib. 11. Vide Patres. *Ant. Auguſtinus.*

*Patrocinium*

Pauciens dicebant pro raro. Titinius: uxorem pauciens videbo.

Paveri frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. PAULUS.

Pavimenta Pœnica marmore Numidico conſtrata ſignificat Cato, cum ait in ea, quam habuit, ne quis conſul bis fieret: dicere poſſum quibus villæ, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Pœnicis ſtent. FESTUS.

Pavimenta Pœnica, hoc eſt marmore Numidico. PAULUS.

Pauperies damnum dicitur, quod quadrupes facit.

PECTINATUM tectum dicitur à ſimilitudine pectinis in duas partes devexum, ut teſtudinatum in quatuor.

Pectuſcum palati dicta eſt ea regio urbis, quam Romulus obverſam poſuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, & qua molliſſime adibatur urbs. cum Etruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, ceteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppoſitos.

Peculatus eſt nunc quidem, qualecumque publicum furtum, ſed inductum eſt à pecore, ut pecunia quoque ipſa. Jam etiam noxii pecore multabantur, quod neque æris adhuc, neque argenti erat copia. itaque ſuprema multa etiam nunc appellatur.

Peculatus furtum publicum à pecore dictum, ſicut & pecunia. eo quod antiqui Romani nihil præter pecora habebant.

Peculatus, id eſt furtum publicum, dici cœpit à pecore tunc, cum Romani, præter pecudes nihil haberent.

## NOTÆ.

*Patrocinium.*] A *patrono* potius per ſyncopen *patrocinium. Dacerius.*

*Pauciens.*] Titinius in Gemina apud Nonium. *Poſtquam factus maritus hanc domum abhorres; Tuam etiam uxorem pauciens videbo. Ant. Auguſtinus.*

*Pauciens.*] Hunc Titinii locum laudat Nonius è Gemina. *Poſtquam factus maritus hanc domum abhorres, tuam etiam uxorem pautiens videbo. Dacerius.*

*Paveri.*] *Pavera.* Alibi olim explicavimus. *Joſ. Scaliger.*

*Paveri frumenta.*] Legit Scal. *pavera frumenta.* Id eſt paviendo multum trita, ut granum deglubatur. Sed & ſtare poteſt altera lectio.

*Pavimenta Pœnica.*] Quia Numidia generoſi marmoris ferax.

*Pauperies damnum.*] E leg. XII. tab. *Si quadrupes pauperiem faxit, domino noxave dedito.*

*Pectinatum.*] Quod in duas partes devexum eſt, & ad ſimilitudinem pectinis tectum, ut *teſtudinatum* Vitruvio, quod ex quatuor, ad ſimilitudinem teſtudinis.

*Pectuſcum.*] Legendum, *pecuſcum palatii. Pecuſcum* à pecore quod ea parte pecora paſcerentur. *Dacerius.*

*Peculatus.*] Quod Paulus ait aliquando Romanos præter pecudes nihil habuiſſe; falſum eſt. Verum tamen eſt à pecoribus pecuniam appellatam: & eiſdem eſſe primum æs à Servio Tullio ſignatum ovium boumque effigie. ut Varro ait lib. II. de re ruſt. & lib. 4. de Ling. Lat. Plin. lib. 18. cap. 3. Feſtus verbo Pecuniam. Neque etiam verum eſt Menenio, & Seſtio conſulibus, aut etiam ante legem Tarpeiam æs non fuiſſe ſignatum. Argentum tamen ſignatum plures ferunt paucis annis ante bellum Punicum primum. Nonnulli ad Servium referunt tam argentum, quam æs ſignatum. Lege autem Tarpeia conſtitutum eſt, ut duas oves, 30. boves multa non excederet. Lege Menenia oves decuſſi, boves centuſſi æſtimatæ ſunt. Feſti autem verba oſtendere videntur Menenium conſulem ante Tarpeiam legem fuiſſe: medioque tempore æs, argentumque fuiſſe ſignatum. Vide Multam, & Ovibus, & Æſtimata. Quæ omnia inter ſe, & cum his minime conveniunt. Vide etiam Gell. lib. II. cap. I. Peculatus autem nihil habet cum multa commune. Ideo totum hoc caput & Verrio, & Feſto indignum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Peculatus.*] Veteribus proprie dicebatur, cum multa, quæ pecore dicta erat, per fraudem avertebatur, ſed poſtea de quolibet furto dici cœpit. Vide *Depeculatus.*

*Peculatus furtum.*] Quod ait Paulus antiquos Rom. nil præter pecora habuiſſe, id manifeſto falſum eſt, vel ex ſuperioribus Feſti verbis quæ in fine § *patres* leguntur, *Quin ſolebant jam inde à Romulo nummis argenti ſignati ultramarinis uti.*



Digitized by Google

Festus. Peculatus furtum publicum dici cœptus eſt à pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe cœpit. ſiquidem ante æs, aut argentum ſignatum ob delicta pœna graviſſima erat duarum ovium, & triginta boum, eam legem ſanxerunt T. Menenius Lanatus, & Seſtius Capitolinus Conſules. quæ pecudes, poſtquam ære ſignato uti cœpit populus Ro. Tarpeia lege cautum eſt ut bos centuſſibus, ovis decuſſibus æſtimaretur.

Peculium ſervorum à pecore item dictum eſt, ut pecunia patrum familiæ.

Paulus. Peculium ſervorum à pecore dictum, ſicut & pecunia nobilium.

Pecunia ſacrificium fieri dicebatur, cum fruges, fructuſque offerebantur quia ex his rebus conſtat, quam nunc pecuniam dicimus.

Festus. Pecunia ſacrificium *fieri dicebant cum frugum fruc*tuumque cauſſa mola pur*a offerebatur in ſacrificio*, quia omnis res famili*aris*, *quam nunc pecuniam* dicimus ex his rebus conſt*aret*.

Pecunia quæ erogatur in ludos, & ſpectacula, appellatur lucarie, dicta quod è Lucis captetur. . . . . . . . . . . . . . . .in eodem libro. . . . . . . . . . . .dixi exiſtimat, cujus opinionis eſt & Valerius Meſſala in explanatione XII.

*Projecta ſacra* appellantur quæ fulgu*rante cœlo fiunt. Tum enim pro*jecta depellendorum m*alorum fulgurum vel procurandorum* bonorum cauſa fiunt.

## Notæ.

*Peculatus furtum publicum dici.* ] Hic certe Feſtus ſui oblitus eſt: nam falſum Menenio & Seſtio Coſſ. aut ante legem Tarpeiam æs non fuiſſe ſignatum. Falſum eſt etiam Menenium & Seſtium ante Tarpeiam legem conſules fuiſſe. Nam Tarpeius Montanus Capitolinus, & A. Aterius Fontilanis Coſſ. fuerunt anno urbis 300. Hi legem ſanxerunt ut duas oves & 30. boves multa ne excederet, quæ lex & *Tarpeia* & *Ateria* dicta eſt. At P. Seſtius Capitolinus & L. Menenius Lanatus conſulatum geſſere anno 302. his lata lex Menenia qua oves ſingulæ decuſſi, boves centuſſi æſtimati. Tamen ex Dionyſio & Gellio illud etiam in lege Tarpeia videtur expreſſum fuiſſe, ut ne multa duas oves & triginta boves excederet, & cum ea multa diceretur, bos centuſſi, ovis decuſſi æſtimaretur, quam legem poſtea ſanxerunt Sextius & Menenius. Ita cum Hotomano Feſti verba ſic invertenda: *Pœna graviſſima erat duarum ovium, & triginta boum, quæ pecudes, poſtquam ære ſignato uti cœpit populus R. Tarpeia lege cautum eſt, ut bos centuſſibus, ovis decuſſibus æſtimaretur. Eam legem ſanxerunt T. Menenius Lanatus & Seſtius Capitolinus Conſules.*

*Peculium.* ] Non ſervorum tantum ſed etiam filiorum fam. Plaut. in Prol. Mercat.

> *Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater dedit*
> *Æſtimatas merces, ita peculium*
> *Conficio grande.*

Inde optimæ gloſſæ. Peculium, κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τοῦτ' ἔστιν υἱοῦ ἢ δούλου. i. Peculium: *poſſeſſio ejus qui in aliena eſt poteſtate, filii familiæ vel ſervi. Dacerius.*

*Pecunia.* ] Pecunia ſacrificium fieri dicebatur, cum frugum, fructuumque cauſſa mola pura offerebatur in ſacrificio, quia omnis res familiaris, quam pecuniam dicimus, ex his rebus conſtaret. Reliqua huc non pertinent, ſed de alia re longe diverſa intelligenda ſunt, nempe neſcio quæ ad depellenda mala fulgurante cælo, & bonorum cauſſa parata. A *pecu* adjectivum *pecuinus*, & *pecunius*. A quo cum dicimus *pecuniam*, ſubintelligendum *rem*. Pecunia res ergo pro patrisfamilias bonis, quia præcipua in fœtu pecoris conſiſterent, accepta fuit. Gloſſarium: *Pecunia*, χρήματα, ἀπὸ τιμῆς κτηνῶν. *Joſ. Scaliger.*

*Pecunia quæ erogatur.* ] Repetitum eſt hoc fragmentum in fine hujuſce libri, legendum autem: *Pecunia quæ erogatur in ludos, & ſpectacula appellatur lucar, inde dicta quod è lucis capietur.* Compendioſe ſcilicet ſcriptum fuit *lucar ie*, pro *lucar inde*. Poteſt etiam & ſcriptum fuiſſe: *appellatur lucaris*. Infra laudabatur Cato, ſive alius qui aliud etymon τοῦ *lucar*, adduxit, quare fortaſſe ſupplendum. . . . . . . . . . *Idem in eodem libro lucar à luce dici exiſtimat, cujus opinionis &c.* Vide *lucar*.

*Projecta ſacra appellantur quæ fulgur.* ] De projectis ſacrificiis quæ fulgurante cœlo depellendorum malorum fulminum & procurandorum bonorum cauſſa fiebant, nihil uſquam legi; ſuſpicor projecta inde dicta fuiſſe quod in ſcrobe ea ſacra fierent, ubi poſtea fulmen conderetur.

*Pecuum.* ]

Digitized by Google

Pecuum cum dixit Marcus Cato per caſum genitivum, à ſingulari caſus recti formavit, quo utebantur antiqui, id eſt pecu, ac teſtu, tonitru, genu, veru. quorum omnium genetivus pluraliter geminat U litteram. nunc quia dicimus ut pectus, eam quæ in uſu eſt formam in declinationibus ſequimur.

Pecuum Cato dixit genitivum pluralem ab eo quod eſt pecu. PAULUS.

Pedam veſtigium humani præcipue pedis appellaſſe antiquos in commentariis quibuſdam inveniri ſolet. FESTUS.

Pedarium ſenatorem ſignificat Lucilius, cum ait: agipes vocem mittere cœpit; qui ita appellatur, quia tacitus tranſeundo ad eum, cujus ſententiam probat, quid ſentiat, indicat.

Pedem ſtruit in duodecim ſignificat, fugit, ut ait Ser. Sulpicius. PAULUS.

Pedem ſtruit, dicebant pro eo, quod eſt, fugit. FESTUS.

Pedeſtria auſpicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, ceteriſque animalibus quadrupedibus. PAULUS.

*Pedeſtria auſ*picia *arbitrabantur, à vulpe, lupo, ſerpente, equo*, ceteriſque *animalibus quadrupedibus*. FESTUS.

Pedibus obſitum, id eſt pediculis. Titinius pedicoſum appellat hoc modo: Rus detrudetur pedicoſus, ſqualidus. Pedes autem pro pediculis, ſic Plautus in Curculione: Item genus inter homines meo quidem animo, ut muſcæ, culices, cimices, pedeſque, puliceſque. & Livius in gladiolo: puliceſne, ac cimices, An pedes, reſponde mihi. & Lucilius: ubi me videt, caput ſcabit, pedes legit.

## NOTÆ.

*Pecuum.*] Pecuda & pecua veteres dixere. Attius in Diomed. *Paſſim quæ præda, pecua balabant agris.* Idem in Medea. *Vagant, pavore pecuda in tumulis deſerunt quis nos paſcet poſtea?* Et Plaut. Mercat. 3. 1.

*Nec pecua ruri paſcere.*

Locus autem Catonis quem Feſtus intelligit, ex oratione pro Rhodienſibus extat apud Gell. lib. 7. cap. 3. *Si quis majorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas eſto.* Sic enim legitur in vetuſtiſſimo libro pro eo quod eſt in vulgatis, *pecudum & damni. Fulv. Urſin.*

*Nunc quia dicimus.*] Lege: *Nunc quia dicimus pecus ut pectus*, &c. Male ſched. *Non quia*, &c. *Dacerius.*

*Pedarium.*] Vide Gell. lib. 3. cap. 18. *Ant. Auguſtinus.*

*Pedarius.*] χαμαιδικαστής. Conſtitutiones Græcæ Theophilus, Gloſſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Pedarium ſenatorem.*] Qui ſententiam in ſenatu non verbis diceret, ſed in aliorum ſententiam pedibus iret. Græci dicunt *χαμαιδικαστεῖν* Conſtitutiones Græcæ, Theophilus, Gloſſæ. Aliter tamen Gell. lib. 3. cap. 18. Vide *acupedius. Dacerius.*

*Pedem ſtruit.*] Gloſſarium recte, *φεύγει* interpretatur. *Joſ. Scaliger.*

*Pedem ſtruit.*] In lege 12. tab. *Si in jus vocat, nei it antiſtator, igitur im capito: ſi calvitur, pedemve ſtruit, manum endojacito.* Gloſſ. *pedem ſtruit, φεύγει.* Vide *ſtruere.*

*Pedeſtria auſpicia.*] Varia fuere auſpiciorum genera. Auſpicia ex cantu & volatu. Ex tripudio: ex extis: ex anguibus & piſcibus: ex fulgure, ex fulmine, tonitru: ex acuminibus: ex telorum ſuperis ac inferis cuſpidibus: auſpicia ex perennibus: ex quadrupedibus: auſpicium jugo. Vide *quinque genera ſignorum. Dacerius.*

*Pedibus.*] Plaut. in Curcul. *Item genus eſt lenonum inter homines meo quidem animo; Ut muſca, culices, pedeſque, puliceſque, cimices. Ant. Auguſtinus.*

*Pedicoſus.*] Alibi oſtendo Feſtum in vitiatos codices Titinii incidiſſe, ut legerit *pedicoſus*, pro *pedidoſus.* Cujus ſententiæ adhuc me non pœnitet. Nam ſi nihil aliud, certe lex verſus aperte docet. Feminino genere extulit Plautus Vidularia:

*Ubi quanque pedem videbat, ſuffurabatur omnis.*

*Pedidoſus* autem à *Pedido.* Lucilius:

*Quod deformi ſenex, quod pedibus ac podagroſus.*

ita enim legendum. *Joſ. Scaliger.*

*Pedibus obſitum.*] Quod ait Titinium *pedicoſum*, pedibus obſitum dixiſſe id aperte falſum docet Scaliger. Nam Titinius, pro *pedicoſus*, quod lex verſus non recipit, ſcripſerat *pædidoſus*, à pædido, ſqualido. In aliis quidem ſcriptoribus fieri potuit ut



Digitized by Google

PAULUS. Pedes dicuntur, quos diminutive dicimus pediculos. ab his pedicoſi appellantur, ut eſt illud: pedicoſus, ſqualidus, ubi me videt, caput ſcabit, pedes legit.

FESTUS. Pedulla, quæ dicimus, ΠΕΔ. . . . . . Græcos appellare manifeſtum eſt.

Pedum eſt quidem baculum incurvum, quo paſtores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras, à pedibus. cujus meminit etiam Vergilius in Bucolicis cum ait: At tu ſume pedum. Sed in eo verſu, qui eſt in Iphigenia Ennii: Procede gradum proferre pedum, nitere, ceſſas? id ipſum jaculum ſignificari cum ait Verrius, mirari ſatis non poſſum. cum ſit ordo talis, & per eum ſignificatio aperta, gradum proferre pedum ceſſas? nitere.

PAULUS. Pedum baculi genus incurvum. Vergilius: At tu ſume pedum. Pedum paſtorale baculum incurvum dictum, quia illo oves à pedibus comprehenduntur.

Pegaſides muſæ dictæ ſunt à fonte, quem Pegaſus ictu ungulæ fingitur aperuiſſe. ob quam cauſam à Græcis appellatæ ſunt hippocrenæ.

Pelamys genus piſcis dictum, quod in luto moretur, quod Græce dicitur πηλός.

Peligni ex Illyrico orti. inde enim profecti ductu Volſini regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ occuparunt. Hujus fuerunt nepotes Pacinus, à quo Pacinates, & Pelicus, à quo Peligni.

## NOTÆ.

ut Feſti tempore *pedicoſus*, pro pedibus obſito legeretur, recte enim à *pede*, *pedicoſus*, ut à *tenebra tenebricoſus*. Locus Plauti eſt è Curcul. 4. 2.

*Item genus eſt lenonium inter homines, meo quidem animo,*
*Ut muſcæque culiceſque pedeſque puliceſque:*

Pedes feminino genere idem Plaut. in Vidularia:

*Ubi quamque pedem videbat, ſuffurabatur omnis.*

De loco Lucilii vide in *palpatur*. *Dacerius*.

*Pedulla.*] Neque Græcum verbum extat, neque Latinum quid ſignificet conſtat. *Ant. Auguſtinus.*

*Pedulla.*] Eadem & Pedalia. Gloſſarium: *Pedale*, ποδῖον. *Joſ. Scaliger.*

*Pedulla.*] Optime Voſſ. *Pedulia quæ dicimus πέδιλα Græcos, &c.* Non enim *pedullum*, ſed *pedule* dicitur. Pedule ſocculus pedum. *Dacerius.*

*Pedum.*] Vide Conjectanea. *Joſ. Scaliger.*

*Pedum.*] Idem Servius: *Pedum virga incurva, unde retinentur pecudum pedes.* Sed potius *pedum* à fulciendis pedibus. In verbis Ennii optime Verrium arguit Feſtus, nam quis non videt *pedum*, hic eſſe ſecundi caſus à pes, pedis. Neque tamen ipſe recte verborum ordinem tradit, neque enim τὸ *ceſſas* cum *proferre gradum* conjungendum eſt. ſic igitur diſtingue: *Procede: gradum proferre pedum nitere: ceſſas?* Id eſt, ceſſas procedere & niti gradum proferre? ceſſas imperata facere? quæ ſunt ex Iphigenia Euripidis ab Ennio tranſlata.

Ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γηραιὲ,
Μηδὲν ὑπείκων.

*Sed procede, proferens tuum pedem, ſenio*
*Nihil cedens.*

Infra pro *idipſum jaculum*: lege *idipſum baculum*. Pedum enim *baculum*, non *jaculum* interpretatus eſt Verrius.

*Pegaſides.*] Fulvio Urſino noſtro magis placet: *appellatus eſt Hippocrene*, ut ad fontem referatur. *Ant. Auguſtinus.*

*Pegaſides.*] A fonte Pegaſi. Lege in fine, *ob quam cauſſam & Græce appellatus eſt Hippocrene.* Pegaſus dicitur ungula fontem aperuiſſe qui ideo Græcis dicitur Hippocrene. Neque enim unquam invenias à veteribus muſas dictas fuiſſe Hippocrenas.

*Pelamys.*] Plin. lib. 9. cap. 15. *Limoſæ vero à luto pelamydes incipiunt vocari, & cum annuum exceſſere tempus, Thynni.* Vide *Cybium*. *Dacerius.*

*Peligni.*] Pacinus, à quo Pacinates: alii Pecinus, à quo Pecinates: nos Picinus, à quo Picentes. ſed vide Picena. Dionyſ. lib. 1. *Peucetius Oenotrii frater Peucetiam condidit.* *Ant. Auguſtinus.*

*Peligni.*] E Sabinis tamen ortos dicit Ovid. 3. Faſt.

*Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis*
*Convenit.*

*Ductu Volſini.*] Scribitur *Volſimi*, *Volſuri* & *Volſei*. Sed in re adeo obſcura judicare difficile.

*Pacinus à quo Pacinates.*] Al. *Pecinus à quo Pecinates.* Vel *Picinus à quo Picentes.* Infra tamen in voce *piceno*, Picentes non à *piceno*, ſed ab ave pico dictos docet, cui conſentit Strabo.

Peli-

Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur. lugentes quoque diebus luctus in pellibus ſunt.

Pellexit, in fraudem induxit.

Pellicator, qui pellicit ad fraudem.

Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes, non ſolum feminæ, ſed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa Pompilio hac lege: PELLEX ARAM JUNONIS NE TANGITO. SI TANGET, JUNONI CRINIBUS DEMISSIS AGNUM FEMINAM CÆDITO.

Pelliculationem Cato à pelliciendo dixit.

Pelliculatio*nem pro inductionem à pellicie*ndo, quod inducen*do eſt, dixit Cato in ea oratione* quam ſcripſit de. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Pellicum galerum, quia fiebat ex pelle. . . . . . . . . . . . . . . . . PAULUS.

Pelluviæ, quibus pedes lavantur, ut malluviæ, quibus manus.

Pelta, genus ſcuti.

Penates alii volunt, ut habeat nominativum ſingularem penas. alii penatis.

Penatis ſingulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat, quia pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut optimas, primas, Antias. FESTUS.

Penatores qui penus geſtant. Cato adverſus M. Acilium quarta: poſtquam nautas ex navibus eduxi. non ex militibus, atque nautis piſcatores penatores ficiſedarum dedi.

## NOTÆ.

*Pellem habere.*] Pellibus ferarum, præcipue leonum, tegi ſolebant primis temporibus. Virg. 2. Æn.

——— *fulvique inſternor pelle leonis.*

*Pellexit.*] Vide *adlicit* & *lacit*. Pellicere etiam in 12. tab. pro carminibus elicere. *Neu alienam ſegetem pellexeris*, hoc eſt, ut Virgil. & Tibul. dicerent, traduxeris.

*Pellices.*] A Græco παλλακίς, Gell. lib. 4. cap. 3. Sed cum pellex ſit ejus qui habeat uxorem, παλλακὴ vero cœlibis, magis placet Jano Guilielmo ut *pellex*, ſit à *pelliciendo*, ut ab *illiciendo*, *illex*. Contra tamen Voſſ. in Etymol. Quis neſcit, inquit, cum voces ex una lingua in aliam transfunduntur, quemadmodum in vinis fit, ita & hæc quoque nonnihil abire à priori natura? Quare mihi quidem dubium non ſit quin pellex ſit à παλλακὶς, extrito *ι* & converſo *α* in *ε*. hoc Voſſius. Sed cum Græci πάλλαξ, & πάλλαξ dixerint, inde facilius *pellex*.

*Sed etiam mares.*] Ait mares etiam pellices dici, quod verum eſt. Heſych. παλλάκιον, μειράκιον. *pellex, puer*. Gloſſ. vett. παλλακὴ, *concubina*, *ſuccuba*, *pellex*. Item, πάλλαξ, *pupa*, *pupula*, *catulaſter*. Item, παλλάκιον *concubinatus*. Ubi manifeſte legendum *concubinus*. Neque enim unquam, *pallacion* de ſcortatione dici poteſt, ſed de ſcortillo.

*Pellex aram Junonis ne tangito.*] Hoc eſt, ut interpretatur Granius Flaccus in libro de jure Papiriano, Pellex nulli viro uxorem habenti ne nubito, ſi nupſerit, crinibus demiſſis, &c. Demiſſis crinibus in triſtitiæ ſignum. Ovid.

*Aſpice demiſſos, lugentis more, capillos.*

*Pelliculationem.*] Velius Longus de orthographia: Nec aliter apud Lucilium legitur in præpoſitione perliciendo, quod eſt, inducendo, geminata l, pellicere malunt quam perlicere. Et apud Virgilium non aliter legimus, pellacis Ulyſſis. *Fulv. Urſin.*

*Pellicum galerum.*] Lege *pellitum*. Galeri enim ex pellibus fiebant. Sueton. *Galerus pileus ex pelle hoſtia caſa.*

*Pelluvia.*] Vide *malluvia*.

*Pelta.*] Scutum breve loreum, formam lunæ ſemiplenæ referens, unde *lunatam* dixit Virgil. 1. Æneid. *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.* Suidas. πέλτην ἀσπὶς ἴτυν μὴ ἔχουσα. *Clypeus rotunditatem non habens* paſſim etiam *pelta* pro *cetra*. Unde Liv. lib. 28. *Pelta cetræ haud diſſimilis eſt:* Et lib. 31. *Cetratos, quos peltaſtas vocant, &c.* Peltis utebantur Macedones, Cretenſes, Afri, Hiſpani. *Dacerius.*

*Penatem.*] Livius libro. 28. *Quoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, atque in eodem penate voluiſſet. Joſ. Scaliger.*

*Penates.*] Singulari numero dixit Liv. lib. 28. *Quoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, atque in eodem penate voluiſſet.* *Dacerius.*

*Penatores, qui penus geſtant.*] Mendoſum eſſe opinor. *Ant. Auguſtinus.*



Digitized by Google

PAULUS. Pendere pœnas, ſolvere ſignificat, ab eo quod ære gravi cum uterentur Romani, penſo eo, non numerato, debitum ſolvebant. Unde etiam penſiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam ſolvit, quia penſo ære utebantur.

FESTUS. . . . . . . . . . . oe. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ob. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ntur. . . . . . . . . . .

Penem antiqui codam vocabant, à qua antiquitate etiamnum offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur. & peniculi, queis calciamenta tergentur, quod è codis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea. dictum eſt forſitan à pendendo. Nævius in Tunicularia. Theodotum compellas, qui aras compitalibus . . Sedens in cælla circumtectuas tegetibus Lares ludentes peni pinxit bubulo. ſignificat peniculo grandi, id eſt, coda.

PAULUS. Penem caudam vocabant, unde & offam porcinam cum cauda, offam penitam dicebant. hinc & peniculos dicimus, quibus calciamenta terguntur, qui de caudarum extremitate fiunt. Penis denique à pendendo vocatá eſt.

FESTUS. Penetrale ſacrificium dicitur, quod interiore parte ſacrarii conficitur. unde & penetralia cujuſque dicuntur, & penes nos, quod in poteſtate noſtra eſt.

PAULUS. Penetralia ſunt penatium deorum ſacraria.

Penetrale, penitus intrare.

## NOTÆ.

*Penatores.*] Suſpicor Feſtum in corruptos Catonis codices incidiſſe ubi male *penatores*, pro *venatores* legebatur. Id innuit vox *piſcatores*: lege modo. Pro *ficiſedarum*, quod monſtrum eſt, legebat Ful. Urſ. *Feci ſed cibum dedi.* Ego propius ad ſcripturam, *ſed aurum dedi.* Ait Cato, poſtquam nautas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis feci piſcatores & venatores, hoc eſt, non eis dixi ut ſi edere vellent, vel piſcarentur, vel venarentur, ſed eis cibum dedi, vel aurum quo cibum pararent, quare certa eſt conjectura mea. *Dacerius.*

*Pendere.*] Vide *Diſpenſatores. Ant. Auguſtinus.*

. . . . . . . *oe.*] *Pendere pœnas de eo proprie dicebant qui ob delictum pecuniam ſolvit, quia penſo ære olim utebantur.* Et ita poſtea Sched. Gloſſar. *pendo pœnas, δίκας τιννύω. Dacerius.*

*Penem.*] Codam pro Cauda uſos veteres notat Marcellus Nonius. Vide *October.* Et de hoc verbo Cicero epiſt. 22. lib. 9. Vide *Peniculi*, & *Penitam. Ant. Auguſtinus.*

*Penem.*] Verſus Nævii leviuſcule contaminati, ita legi debent:

*Theodotum compella, qui aris compitalibus*
*Sedens in calla circumtecta tegetibus*
*Lares ludentes peni pinxit bubulo.*

Quid ſit penis bubulus, vide in Conjectaneis. Nam male interpretatur Feſtus. *Cœna pura*, quam vocat, eſt, qua fungebantur, cum in caſto eſſent. Gloſſarium: *Cœna pura, προσάββατον* imitatione Gentilium *παρασκευὴν* Judæorum ita vocat. *Joſ. Scaliger.*

*Penem antiqui.*] *Penis*, cauda, quod ab animali dependet, inde propter ſimilitudinem *peniculus*, nam caudis ad extergendas menſas, & excutiendum pulverem veteres utebantur, ut nos hodieque utimur. In Moreto Virgilii:

*Perverrit cauda ſilices, gremiúmque molarum.*

Infra *cena pura*, quam Feſtus vocat, eſt cum in caſto eſſent, & puriter faciebant. Verſus Nævii leviter deformati ſic optime Scal.

*Theodotum compella, qui aris compitalibus,*
*Sedens in calla circumtecta tegetibus*
*. Lares ludentes peni pinxit bubulo.*

Et peſſime Feſtus penem bubulum, grandem peniculum interpretatur, penis bubulus eſt cauda bubula, qua & ad peniculorum, & ad Muſcariorum uſum veteres utebantur. Ad peniculorum uſum ſupra Nævius: ad Muſcariorum, Ælian. *ἐκ τούτων δὲ τῶν βοῶν καὶ τὰς μυιοσόβας ποιοῦνται. Ex illis bobus muſcaria faciunt.* De Cœna pura Gloſſar. *Cœna pura, παρασκευὴ, προσάββατον.* Auguſtin. in Joann. *Acceleratam*, inquit, *vult intelligi ſepulturam ne adveſperaſceret, quando jam propter paraſceven, quam cœnam puram Judæi Latine uſitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat. Ful. Urſin.*

*Penetrale ſacrificium.*] Larium Deorum ſacrificium, ut opinor, nam & ipſi *penetrales* dicti.

*Peniculi.*]

Peniculi ſpongiæ longæ propter ſimilitudinem caudarum appellatæ. Penes enim vocabantur caudæ.

Penitam offam Nævius appellat obſegmen carnis cum cauda. antiqui autem offam vocabant abſciſſum globi forma, ut manu glomeratam pultem. Festus.

Pennas antiquos ferunt ex Græco, quod illi πτιλωὰ ea, quæ ſunt volucria dicant, Item eaſdem peſnas, & coeſnas.

Pennatas impennataſque agnas, in ſaliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis, & alias ſine ariſtis agnas novas volunt intelligi. Paulus.

Penora dicuntur res neceſſariæ ad victum cotidianum. & locus eorum penarius.

Pentathlum antiqui quinquartium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus conſtat, jactu diſci, curſu, ſaltu, jaculatione, luctatione.

Penuria eſt id, quod pene minus ſit, quam neceſſe eſt.

Penus vocabatur locus in æde Veſtæ intimus.

## Notæ.

*Peniculi.*] Gloſſ. Peniculus, penicillus, σπόγγος. Aliæ Gloſſ. peniculum σπογγεῖον, σπογγάριον. *Dacerius.*

*Penitam.*] Vide *Penem.* *Ant. Auguſtinus.*

*Penitam.*] Arnobius libro 6. *nanias, offaſque penitas.* ubi lego, *tanias.* Sicut in eodem: *quid tuceta? quid nania? quid offa?* Idem mendum. Legendum enim *taniæ.* Quid eſſent *taniæ*, vel *taniacæ*, vide quæ ſuperiori anno in Varronem de re ruſtica notavimus. *Joſ. Scaliger.*

*Penitam offam.*] Arnob. lib. 6. *Quid tuceta, quid nania, quid offa penita?* Ubi lego *tania.* Sicut in eodem: *Nanias, offaſque penitas*, legendum enim *tanias.* Quid eſſent tæniæ, vel tæniacæ, vide quæ ſuperiori anno in Varr. de re ruſtica notavimus. Scal. Sed mire fallitur Scaliger, Tæniacæ Varronis non ſunt næniæ Arnobii. Audi modo ut nænias ſuas interpretetur Arnobius: *Quod in ſecundo ſitum eſt*, inquit, reſpicit enim ad illa, *quid tania. Inteſtini eſt porrectio, per quam proluvies editur ſuccis per exſiccata vitalibus. Offa autem penita eſt cum particula viſceris cauda pecoris amputata.* Neque illud de tæniacis unquam Arnobius dicere potuiſſet, quod de næniis jure dixit quas etiam inteſtina jam interpretatus eſt Feſtus. De penita offa Plaut. Mil. Glor. 3. 1. *Aufer illam offam penitam.* Penita penultima producta, ut differat à *penita*, id eſt, intima, penultima correpta. *Dacerius.*

*Pennas.*] Vide *Poeſnis.* *Ant. Auguſtinus.*

*Pennas.*] Verba Feſti paulo aliter Schedæ: *Pennas antiquos fertur appellaſſe pecnas ex Græco, quod illi πτιλωὰ ea quæ ſunt volucria dicant. Item eaſdem peſnas ut coeſnas.* Optime, πτιλωὰ, πετλωὰ, Æolice πτιννα, eliſo τ. *penna.* Sed unde *pecna* ex Græco πετλωὰ? an πετλωὰ eliſo η πετνὰ, τ mutato in κ πεκνὰ, *pecna, pedna, penna.* *Dacerius.*

*Pennatas.*] Theophraſtus alicubi in περὶ ἱστορίας φυτῶν ait à ruſticis teneriores ſpicas ἄθερας vocari. *Joſ. Scaliger.*

*Pennatas impennataſque.*] Spicis pennæ tribuuntur. Agnæ autem minores ſpicæ in ſaliari carmine vocabantur imitatione Græcorum qui ἄθερας dicunt. Theophraſt. lib. 8. cap. 7. καὶ οἱ στάχυες μικροὶ καὶ τούτους ἃς καλοῦσιν ἄθερας. *Et parvæ ſpicæ, etiam illas quas vocant agnas.* At Joannes Auratus, referente Fruterio lib. 2. cap. 8. *Agnas* dictas putavit à Græco ἄχνη *acus*, & paleæ minutiſſimum illud quod excutitur in tritura. ἄχνη χ mutata in γ, ἄγνη *agna.* Pennatæ autem agnæ quod *pennum* acutum veteres dicebant, Iſidor. in gloſſ. *pennum bis acutum.* *Dacerius.*

*Penora.*] In fine lege, *penarium.* *Joſ. Scaliger.*

*Penora.*] Τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια Gloſſ. res ad vitam neceſſariæ, & Scævola Juriſconſultus: *Penus quod poculentum & eſculentum penarium.* Ita enim legendum, non *penarius.* Cella penaria promptuaria. Varr. *Penarium ubi penora cuſtodiuntur. Penarium* idem quod *cellarium.*

*Pentathlum.*] Græce πένταθλος, & ipſi ludiones pentathli: nam quamvis eſſent veteribus octo genera certaminum, nempe ſtadium, 125. paſſ. *diaulus*, duplex ſtadium: *Dolichus*, 12. ſtad. vel ut alii 24. *Oplites*, ſive *Oplitodromus* curſus cum armis: *Ceſtus*, *Pancratium*, quod reliqua complectebatur, *lucta*, & *ſaltus*, ea vulgo ad quinque referebantur, nempe ad *Pentathlum* ſive *Quinquertium*, quæ in unum verſum conjecit Simonides.

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.
*Saltum, curſum, diſcum, jaculum, luctam.*

Vide *quinquertium.*

*Penuria.*] Optime Voſſ. *quod penni minus ſit.* Nam à *penu* deducit *penuriam.* *Dacerius.*

*Penus.*] Feſtus ait: *Penus vocatur locus intimus*, &c. Veſtalia ſunt 5. Id. Jun. ex Faſtis, & Ovidio, ac Varrone. *Ant. Auguſtinus.*

*Penus.*] Corruptus locus. lege: *Penus vocatur locus intimus in æde Veſta tegetibus ſeptus.* *Joſ. Scaliger.*

*Penus.*] Proprie *penus* penarium, & per ſimilitudinem locus intimus in æde Veſtæ; quem tegetibus

FESTUS. *Penus* vocatur locus intimus in æde Veſtæ tegetibus ſeptus qui certis diebus circa Veſtalia aperitur. ii dies religioſi habentur.

PAULUS. Perbitere Plautus pro perire poſuit.

FESTUS. Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico uſu, qui conto pertentant, cognoſcuntque navigantes aquæ altitudinem. Ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per O ſolere ſcribi. mihi id falſum videtur. nam eſt illa percunctatio, quod is, qui curioſe quid interrogat, per cuncta viſit, ut recte per U litteram ſcribatur.

PAULUS. Percontatio videtur dicta ex uſu nautico, quia aquæ altitudinem conto pertentant. Alii volunt percunctationem dici, quod ſcilicet is, qui curioſus eſt, per cuncta interrogat.

FESTUS. Percunctatum patris familiæ nomen ne quis ſervum mitteret, lege ſanctum fuiſſe ait Cato in ea, qua legem Orchiam diſſuadet.

PAULUS. Perditum eſt, quod interit, ac recuperari non poteſt.

Perediam, & bibeſiam Plautus cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

FESTUS. Perediam, & bibeſiam Plautus finxit ſua conſuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

Peregere dicebatur expergefacere.

PAULUS. Peregrina ſacra ſunt dicta, quæ ab aliis urbibus religionis gratia ſunt advecta.

FESTUS. Peregrina ſacra appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus Romam ſunt conlata, aut quæ ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris, Epidauro Æſculapii, quæ coluntur eorum more, à quibus ſunt accepta.

Peregrinus ager eſt, qui neque Romanus, neque hoſtilis habetur.

## NOTÆ.

bus ſeptum fuiſſe innuit Ovid. lib. 4. Faſt. *Et paries lento vimine textus erat. Dacerius.*

*Perbitere.*] Plaut. in Pſeud. *Eum cras cruciatu maximo ſe perbitere.* Et in Pœnulo. *At ne inter vias Perbiteramus eas mutuo.* Illic perire, hic præterire ſignificat. *Ant. Auguſtinus.*

*Perbitere.*] Locus Plaut. eſt è Pſeudol. 3. 1.

*Eum cras cruciatu maximo perbitere.*

Vide Nonium. in quibuſdam legitur *Prabitere. Plautus pro praire:* Sed eo uſum fuiſſe Plautum nuſquam invenies, ſed τῷ *præterbitere* præterire. Vulgatam igitur lectionem retineo.

*Percunctatio.*] Scribitur *percontatio*, à *conto.* & *percunctatio* à *cunctis*, Donat. apud Terent. mihi prior ſcriptura magis placet, etſi aliter Feſtus, neque enim per cuncta interrogat qui vel unicam rem percontatur. Infra pro *per cuncta viſit* vett. lib. *percunctari ſit.* unde optime viri docti *per cunctas res it.*

*Percunctatum patrisfamiliæ nomen.*] Hujus legis nullum alibi veſtigium. notandum tamen illud antiquitatis monumentum, inhoneſtum & indecorum fuiſſe apud priſcos illos Romanos ſervum mittere percunctatum patris familiæ nomen, quem morem ex heroïcis temporibus manaſſe veriſimile eſt. *Dacerius.*

*Perediam.*] Plaut. in Curcul. *Ant. Auguſtinus.*

*Perediam & Bibeſiam.*] Eas venuſte paraſitus quaſi provinciarum nomina commentus eſt. Curcul. act. 3.

*Rhodiam atque Lyciam, Perediam & Perbibeſiam* &c.
*Subegit ſolus intra viginti dies.*

*Dacerius.*

*Peregere.*] Lego *Pergere.* unde Pergiſcor. Et compoſitum expergiſcor. *Joſ. Scaliger.*

*Peregere.*] Lego *pergere*, unde *Pergiſcor*, ait Scal. Sed nihil mutandum *peregere* enim dicebant, à quo *pergere*, *pergiſci*, *expergiſci. Dacerius.*

*Peregrina.*] Vide Verrium ex Plinio lib. 28. cap. 2. de diis evocatis, de quibus plura Macrob. lib. 3. Satur. *Ant. Auguſtinus.*

*Peregrina ſacra.*] In oppugnationibus ante omnia Sacerdotes Romani Deum, cujus in tutela eſſet oppidum quod obſidebatur, verbis conceptis evocabant, promittebantque illi eundem aut ampliorem locum cultumque. Ex Verrio Flacco docet Plin. lib. 28. cap. 15. Vide Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 15.

*Peregrinus ager.*] Nam agrorum quinque genera:

Digitized by Google

Peremere alii poſuere pro prohibere, alii pro vitiare. PAULUS.

Peremere Cincius in libro de verbis priſcis ait ſignificare idem, quod prohibere. at Cato in libro, qui eſt de re militari, pro vitiare uſus eſt, cum ait, cum magiſtratus nihil aliud audet imperare, nequid Conſul auſpicii peremat. FESTUS.

Peremne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit.

Perempta, & interempta pro interfectis poni ſolet à poetis. Lucretius: Cum corpus ſimul, atque animi natura perempta.

Peremptalia fulgura Gracchus ait vocari, quæ ſuperiora fulgura, ut portenta, vi ſua perimant duobus modis, prioribus tollendis, aut majore manubia. ut tertia ſecundæ, ſecunda primæ cedat. Nam ut omnia ſuperantur fulgure, ſic ictum fulgur manubiis vinci.

Perfacul, & perſefacul antiqui dicebant, quód nunc facile; & perfacile dicimus. inde permanſit in conſuetudine facultas. PAULUS.

Perfines, perſtringas.

Perfugam, Gallus Ælius ait, qui liber aut ſervus, aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur transfuga. quamquam ſint, qui credant perfugam eſſe, non tam qui alios fugiat, quam qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat. FESTUS.

Perfuga, & transfuga dicitur, quod ad hoſtes perfugiat, transfugiat. PAULUS.

## NOTÆ.

ra: *Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hoſticus* & *incertus.* Varr. lib. 4. de L. L.

*Peremere.*] Vel perimere, non tam *prohibere* vel *vitiare*, quam omnino tollere, ab *emo* tollo. Vide *ſurremſit*. Per autem intenſivum eſt, & infra in verbis Catonis *perimat* eſt *tollat*. A verbo peremere ſunt *perempta*, interfecta, quæ omnino ſublata ſunt, item *peremptalia* fulgura, quæ priora vi ſua perimunt, i. tollunt. Et *peremptorium edictum*, quod litem perimat, tollat. *Dacerius.*

*Peremne.*] Vide *Petronia*. *Ant. Auguſtinus.*

*Peremne.*] Peremne auſpicium duplex: univerſum populi, cum Idibus Martiis amnem auſpicato tranſiret, & Annæ Perannæ rem divinam faceret, ut annare perannareque commode liceret. alterum magiſtratus: cum ſcilicet magiſtratus amnem auſpicato tranſirent, quotieſcunque quid in campo agere vellent. Cicero libro 2. de divinatione: *Bellicam rem adminiſtrari majores noſtri niſi auſpicato noluerunt. Quam multi anni ſunt, cum bella à propratoribus, & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur. Joſ. Scaliger.*

*Peremne.*] Vide *Petronia* & *manalis fons*. Erat autem peremne auſpicium duplex: Univerſum populi cum idibus Martiis amnem auſpicato tranſiret, & Annæ Perannæ rem divinam faceret, ut annare perannareque commode liceret. alterum magiſtratus, cum ſcilicet amnem auſpicato tranſiret, quotieſcumque quid in campo agere vellet. Cicer. 1. de Divinat. *Quam multi anni ſunt, cum bella à proconſulibus & propratoribus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur.* Scal. ab hoc autem peremni urbano mos invaluit, uti exercituum duces quovis deinde loco, amnes auſpicato cum exercitu trajicerent.

*Perempta.*] Vide *peremere*. *Dacerius.*

*Peremptalia.*] Vide *Poſtularia*, & *Manubia*. *Ant. Auguſtinus.*

*Peremptalia.*] Vide *peremere*. De manubiis ſuo loco dictum eſt. Lege infra, *nam ut omina ſuperantur* &c. *Dacerius.*

*Perfacul.*] Lege, *Perfacul, & perſe, Facul.* hoc eſt, tam compoſitum *Perfacul*, quam ſimplex, *Facul.* Levis menda, ſed quæ errandi anſam doctis præbuit. *Joſ. Scaliger.*

*Perfacul.*] Sed errat ipſe Scaliger: Legendum enim unica voce *perſefacul*. Antiqui enim *perſe* dicebant pro *per*, ſicut & *proſe* ἀντὶ τοῦ *pro*. Inde *proſemurium*, quod poſtea *proſimurium*.

*Perfines.*] Sched. *perfines, perfringas.* ſed malo *perſtringas*, nam proprie de aratoribus qui aratro finitima arva perſtringunt. *perfines*, pro *perfinias*, duplici conjugatione ut multa.

*Perfugam.*] Gloſſæ perfugam & transfugam, αὐτόμολον interpretantur ex mente Ælii. At aliæ gloſſæ, *transfuga* ἀποστάτης. Nam proprie *perfuga* dicitur qui ab hoſtibus ad nos, *transfuga* qui à nobis ad hoſtes diſceſſit, etſi non obſervatur illud diſcrimen. *Dacerius.*

Pergite, agite. Vergilius: pergite Pierides.

Pergræcari eſt, epulis, & potationibus inſervire. Titinius. Hominem improbum; Nunc ruri pergræcatur.

FESTUS. Periculatus ſum Cato eſt uſus in dicendo.

*Peric*ulatus ſum Cato ait in ea oratione, quam ſcripſit ad litis Cenſorias.

Perihodos dicitur & in Carmine lyrico pars quædam, & in ſoluta oratione verbis circumſcripta ſententia, & in gymnicis certaminibus perihodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit: à circumitu eorum ſpectaculorum.

PAULUS. Perimit, adimit, tollit: unde & peremptus, interfectus.

FESTUS. P . . . . . . . . . . . .pellat. à quo etiam. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .ſus.

PAULUS. Permiſſus appellatur aries, qui annis compluribus tonſus non eſt.

FESTUS. Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, cum aliud pro alio ſubſtituitur. ſed ea jam confuſe in uſu ſunt.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ. Pacuvius in Iliona: fac, ut cœpiſti, hanc operam mihi des perpetem. Oculis traxerim.

PAULUS. Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ.

Perpetrat, peragit, perficit.

FESTUS. Perpetrat, peragit, perficit. Pacuvius in Teucro: neque perpetrare precibus im-

## NOTÆ.

*Pergite.* ] Verg. Eclog. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Pergræcari.* ] Intemperantius bibere Græcorum more, qui remotis epulis, majoribus poculis poſcebant. Cicer. in 3. Verr. *Fit ſermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur, hoſpes hortatur, poſcunt majoribus poculis.* Gloſſæ pergæcari exponunt ἑλληνίζειν alio ſenſu.

*Perihodos.* ] περίοδος, circuitus. Unde in ſoluta oratione *periodus* dicitur longiori verborum circuitu circumſcripta & circumducta ſententia, quæ conſtat membris & inciſis, unde à Cicerone *ambitus, circuitus, comprehenſio, continuatio, circumſcriptio* dicitur. Vide Quintilian. lib. 9, cap. 4. In carminibus non tantum Lyricis, periodus cum ſententia & ſpiritu certo verſuum numero terminatur.

*In Gymnicis.* ] Qui Nemea, Pythia, Iſthmia & Olympia vicerant periodo victores dicebantur, & periodum viciſſe. νικᾶν τὴν περίοδον Græci dixerunt. Athen. de Herodoto Megarenſi ἐνίκησε τὴν περίοδον δεκάκις. *periodum decies vicit.*

.........*pellat.* ] Suſpicor, *permiſſus idem quod promiſſus appellant, à quo etiam permiſſus agnus dicitur qui annis compluribus non eſt tonſus.* Nihil aliud video. Ait Feſtus *permiſſum* agnum dici pro *promiſſum*, id eſt cui lana promiſſa ſit, ſed mihi non perſuadet, cum vix ita dici putem promiſſum agnum. Certe ſcio, permiſſum agnum eum eſſe quem Græci ἀνειμένον dicunt, i. relaxatum, ſolutum, dimiſſum, adeoque Deo conſecratum & intonſum. *Dacerius.*

*Permiſſus.* ] Vide *Promiſſus*, & *Pro. Ant. Auguſtinus.*

*Perpetem.* ] *Perpes*, proprie vox auguralis, à *per* & *petere*, ſive πίπαλξ, de ave quæ volatum non intermittit, unde metaphorice ad alia extenditur ut Plaut. Amphit. 2. 2.

*Ibi cœnavi atque ibi quievi in navi noctem perpetem.*

Inde *perpetim* accuſativus quaſi adverbialiter in Gloſſ. ἰσωεί. Voſſ. *Dacerius.*

*Perpetrat.* ] Mendoſus locus, & in ipſo veteri libro R. littera notatus, ut error ſcriptoris ſignificaretur. Pacuvii verba ſunt valde mendoſa. *Ant. Auguſtinus.*

*Perpetrat.* ] Non leviter hæc contaminata ſunt. quæ, ſi veterem lectionem proponamus, nullo negotio in integrum reſtituerimus. vetus lectio, ut admonemur ex notis marginis: *Neque perpetrare precibus imperia qui detinni patris ſpartam reponare inſtat.* Quæ non parum adjumenti nobis ad veritatem indagandam contulerunt. Legimus ergo: *Pacuvius in Teucro.*

*Neque perpetrare precibus, imperio, quiti.*

*& in Niptris:*

*Spartam repedare inſtat, id ſi perpetrat.*

*Neque quiti*, hoc eſt, neque potuerunt. Neque prece, inquit, neque imperio, hoc peragere potuerunt. *Repedandi* verbo alibi utitur. Vide *Repedare.* videtur tamen Pacuvius *Reponere* ſcripſiſſe, pro-

periа qui decimus patris ſpartam deponere. inſtat, id ſi perpetrat. quomodo etiam ſine præpoſitione uſi ſunt, quod converſum jam *in conſuetudinem eſt.*

Perpulit, perſuaſit impulit. PAULUS.

. . . . . . . *dicendo me perpulit.* . . . . . *ſcilicet compulit.* FESTUS.

Perſicum portum Plautus cum ait; mare Euboicum videtur ſignificare, quod in eo claſſis Perſarum dicitur ſtetiſſe non procul à Thebis.

Perſicum portum, mare Euboicum: quod in eo ſteterit claſſis Perſarum. PAULUS.

Perſicum Plautus dixit peracutum.

Perſicus peracutum ſignificare videtur, ut Plautus: nihil deconciliare ſibi, niſi qui perſicus ſapis. Nævius: & qui fuerit perſicus carpenti eſt ratio. FESTUS.

Perſillum vocant ſacerdotes rudiculum picatum, quo unguine flamen Portunalis arma Quirini unguet.

Perſillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat unguentum, unde arma Quirini ungebantur. PAULUS.

## NOTÆ.

propter verſum. Quæ dicta ſunt de Menelao. Sed finem horum explere quidem verbis Feſti non pollicemur. Sententiam autem Feſti hanc eſſe putamus: Quomodo etiam ſine præpoſitione uſi ſunt, quod converſum jam in turpem ſignificatum. Nam *Patrare* turpe verbum eſt. Catullus, Perſius, Gloſſarium: *Patrat*, *μυλοῦται*, *χαμαιφάτως*, *εἰς ὃν αἰσχρῶς*. Lege, *εἰς ἐπ' αἰσχρῶν*. *Joſ. Scaliger.*

*Perpetrat.*] Verba Pacuvii non leviter contaminata ſunt. Vetus lectio, ut admonemur ex notis marginis: *Neque perpetrare precibus imperia qui detinni patris ſpartam reponiare inſtat.* Unde legendum:

*Neque perpetrare pecibus, imperio, quiti.*

*Et in Niptris:*

*Spartam repedare inſtat, id ſi perpetrat.*

*Neque quiti*, hoc eſt neque potuerunt. neque prece, inquit, neque imperio hoc peragere potuerunt. *Repedandi* verbo alibi utitur. Vide *repedare*. quæ dicta ſunt de Menelao. Videtur tamen Pacuvius non *repedare* ſed *reponere* ſcripſiſſe propter verſum. Scalig.

*Quod converſum jam in conſuetudinem.*] Verbo *patrare*, inquit, ſine præpoſitione pro perficere veteres uſi ſunt, quod nunc in conſuetudinem abiit, eo enim frequenter noſtri utuntur. Sic *patrare incepta: patratis conſiliis* Salluſt. Sic Lucret. Cicer. Tacit. Liv. Sed poſtea verbum illud inter obſcena, quare Quintil. lib. 8. cap. 3. *Sive mala conſuetudine in obſcænum intellectum ſermo detortus eſt, ut* ductare exercitus *&* patrare bellum *apud Salluſt. dicta ſancte & antique, ridentur à nobis ſi Diis placet, &c.* Inde Gloſſæ. *Patrat μυλοῦται, χαμαιφάτως, εἰς ὃν αἰσχρῶς*, lege ex Scalig. *εἰς ἐπ' αἰσχρῶν*.

. . . . . . . . . *impulit.*] . . . *Perpulit, perſuaſit, impulit* . . . . . . . . . . . . . . . *dicendo me perpulit* . . . . . . . . . . *ſcilicet compulit.* Sched. *Dacerius.*

*Perſicum portum.*] Plaut. in Amph. *Canavin' ego in navi in portu Perſico?* & alibi. *Ant. Auguſtinus.*

*Perſicum portum.*] In Amphitruone. 1. 1. *Dacerius.*

*Perſicus.*] Omnino legendum *Perſibus*. vide tertium Conjectaneum, atque adeo Varronem ipſum in fine libri 6. Verſum Plauti ita lege:

*Nihil deconciliares illi, niſi quid perſibus ſapis.*

*Joſ. Scaliger.*

*Perſicus.*] Lege ut in vet. cod. *perſibus*. Sibus enim eſt callidus & dicitur pro *ſopus* vel *ſophus*, ut *ſiſpes* pro ſoſpes. vide *ſibus*. Sic apud Varronem perſibe lib. 6. *Perſibe, perite, itaque ſub hoc gloſſema Callide ſubſcribunt.* Verſus Plauti.

*Nihil deconciliares illi, niſi quid perſibus ſapis.*

Verſus Nævii corruptiſſimus eſt, ſed ita proxime ad ſcripturam recte reſtitui poſſit.

*Et qui fuerit, perſibus captanda eſt ratio.*

Callide, inquit, ineunda eſt ratio quis iſte fuerit. *Dacerius.*

*Perſillum.*] Quod Paulus ait, apertum eſt, ſed an idem Feſtum ſenſiſſe credendum ſit, vehementer dubito. Rudiculum picatum eſſe vas, in quo ſit unguentum, quærendum arbitror. flaminis quoque nomen ſuſpectum eſt. Rudiculum à rudere fortaſſe dictum, & globum piceum, vel picatum ſignificat. *Ant. Auguſtinus.*

*Perſillum.*] Legendum puto, *Ruduſculum picatum.* hoc eſt vas ex cavo informi ſaxo, quod rudus ſaxum impolitum ſit. Legendum vero, *ex quo, unguine* &c. Quidam, qui nobis veterum numiſmatum & aliorum monimentorum libros ediderunt, in iis libris Cantharum Perſilli titulo proſcripſerunt: & Perſillum pro Perirrhanterio accipiunt. Riſi, cum illa legi, non tantum quod Cantharum nulla

FESTUS. Perſonata fabula quædam Nævii inſcribitur, quam putant quidam primum a (actam) perſonatis hiſtrionibus. ſed cum poſt multos annos comœdi, & tragœdi perſonis uti cœperunt, veriſimilius eſt eam fabulam propter inopiam comœdorum actam novam per atellanos, qui propriè vocantur perſonati, quia jus eſt iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod ceteris hiſtrionibus pati neceſſe eſt.

PAULUS. Pertiſum pro perteſum dixerunt antiqui.

FESTUS. *qui paulo* . . . . . . . . . . .do me. . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . .licet. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . .ſum di. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . .qui paul. . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Pertuſum dolium dicitur, cum ventrem ſignificat.

## NOTÆ.

ratione moti Perſillum vocant: ſed etiam quod, cum ſententiam ſuam confirmare vellent, teſtimonio Feſti id facere conati ſunt. Lector vero eruditus judicet, quid interſit inter Perſillum, & *περιῤῥαντήριον*. tam profecto, quam inter unguen vel axungiam, & aquam luſtralem. *Joſ. Scaliger.*

*Perſillum.*] Legendum puto, *ruduſculum picatum.* Hoc eſt vas ex cavo informi ſaxo, quod *rudus* ſaxum impolitum ſit. Legendum vero *ex quo unguine, &c.* Quidam, qui nobis veterum numiſmatum & aliorum monimentorum libros ediderunt, in iis libris cantharum perſilli titulo proſcripſerunt. Et *perſillum* pro perirrhanterio accipiunt. Riſi cum illa legi, non tantum quod *cantharum* nulla ratione moti *perſillum* vocant, ſed etiam quod cum ſententiam ſuam confirmare vellent, teſtimonio Feſti id facere conati ſunt. Lector vero eruditus judicet quid interſit inter *perſillum* & *perirrhanterion.* tam profecto quam inter unguen & aquam luſtralem. Scal. *Dacerius.*

*Perſonata.*] Videndus Livius initio lib. 7. *Ant. Auguſtinus.*

*Perſonata.*] Quod ait hiſtriones cogi ſolitos deponere perſonam: hoc fiebat, quando exſibilabantur, neque placebant. Macrobius loquens de Pylade hiſtrione: *Cum in Herculem furentem prodiiſſet, & nonnullis inceſſum hiſtrioni convenientem non ſervare videretur, depoſita perſona ridentes increpuit:* μωρὲ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι. *Joſ. Scaliger.*

*Perſonata fabula.*] Quod ait infra hiſtriones cogi ſolitos deponere perſonam, hoc fiebat cum exſibilabantur, neque placebant. Macrob. loquens de Pylade hiſtrione, cum in Herculem furentem prodiiſſet, & nonnullis inceſſum hiſtrioni convenientem non ſervare videretur depoſita perſona ridentes increpuit: μωρὲ μαινόμενον ὀρχοῦμαι. Scal. Atellani vero id jus habebant ut numquam perſonam ponerent. Neque etiam hiſtrionum numero adſcribebantur, neque tribu movebantur, ſtipendiaque, tanquam expertes artis ludicræ, faciebant. Vide Liv. lib. 7. cap. 2. *Dacerius.*

*Pertiſum.*] Vide *Redarguiſſe. Ant. Auguſtinus.*

*Pertiſum.*] Infra: *Pertiſum aliquando media, i. non, e, dixerunt. licet irrideatur à Lucillio, quod pertiſum diceret, Scipio Africanus, qui Pauli filius fuit.* Vide *Redargueſſe.* Idem Lucillius libro 9. contra hanc Cacozeliam ita legem orthographiæ præſcribit:

*Jam puerei venere: e poſtremum facito, atque i,*
*Ut plureis puerei fiant. i ſi faci' ſolum.*
*Pupilli, pueri, Lucilli: hoc uniu' fiet.*
*Hoc illi factum eſt uni: tenue hoc facies i.*
*Hac illei fecere: addes e ut pinguiu' fiat.*

& ita ſemper in eodem nono libro Lucillii de Orthographia tractatum fuiſſe notavimus. Adde quod Iſidorus ſcribit: *Orthographiam, id eſt, ſcripturam contra imperitiam librariorum Lucillius poeta primum ſcripſit.* Hæc ille. *Joſ. Scaliger.*

. . . . . . . . . *do me.* . . .] Lege ex Scaligero: *Pertiſum aliquando media* i *non* e *dixerunt. Licet irrideatur à Lucilio, quod pertiſum diceret, Scipio Africanus, qui Pauli filius fuit.* Lucilii verba Scipionem irridentis: *Quo facetior videare & ſcire pluſquam ceteri, pertiſum hominem, non pertæſum dicere ferunt.* Vide *redargueſſe.* Idem Lucilius lib. 9. contra hanc cacozeliam ita legem orthographiæ præſcribit.

*Jam puerei venere: e poſtremum facito atque i,*
*Ut plureis puerei fiant. i ſi faci' ſolum*
*Pupilli, pueri, Lucilli, hoc uniu' fiet.*
*Hoc illi factum eſt uni: tenue hoc facies i.*
*Hac illei fecere: addes e ut pinguiu' fiat.*

Et ita ſemper in eodem libro nono Lucilii. Undè Iſidorus: *Orthographiam, id eſt ſcripturam, contra imperitiam librariorum Lucilius poëta primum ſcripſit.*

*Pertuſum.*] In edit. Rom. pro *ventrem*, legitur *venenum.* Male. Suſpicabar legendum: *Pertuſum dolium cum dicitur, ventrem lenonis ſignificat.* Vel *lenonem ſignificat*, nam dubio procul alludit locum Plauti Pſeudol. 1. 3. ubi cum Pſeudolus & Callidorus lenonem probris oneraſſent, neque iis ipſe commoveretur, ſed ea etiam læte ferret; Pſeudolus ait:

In

*Pertuſum dolium cum dicimus ventrem ſignificamus* . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

*Perdicitur*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . *Ennius* L. I. An*nalium*. . . . . . . . . . .

Peſcia in Saliari carmine, Ælius Stilo dici ait, capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles πέσκη neutro genere pluraliter.

Peſeſtas inter alia, quæ interpretatores dicunt, cum fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, ut intelligi ex cæteris poſſit, cum dicitur: Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.

Peſeſtas dicebatur peſtilentia. PAULUS.

Peſtifera auſpicia eſſe dicebant, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuiſſet.

*Peſtifera auſpicia* ſunt, cum cor in *extis*, *aut caput non fuiſſet* in jocinore. FESTUS.

Peſtiferum fulgur dicitur, quo mors, exiliumve ſignificari ſolent.

Petauriſtas Lucilius à Petauro appellatos exiſtimare videtur, cum ait: Sicuti mechanici, cum alto exiluere petauro. at Ælius Stilo, quod in aere volent, cum ait: petauriſta proprie Græce, quod ii πρὸς ἀέρα πετῶνται.

Petilam ſuram ſignificat ungulam equi albam. PAULUS.

Petilam ſuram, ſiccam, & ſubſtrictam vulgo interpretantur. Scævola ait ungulam equi albam ita dici. FESTUS.

## NOTÆ.

*Et pertuſum ingerimus dicta dolium; operam ludimus.* *Dacerius.*

*Pertu*. . . . .] Notas L. I. habes in *Manes*. quid ſit, quæratur. *Joſ. Scaliger.*

. . . . . . . . . *pes dicitur*. . . .] Sched. *Pes dicitur*. . . . . . . . . *pede ruit*. . . . . *Ennius lib.* 1. *Annalium*. . . . . . . . . forſan notabat hic Feſtus pedem de fluvio dici ut apud Horat.

*Mollis crepante lympha deſilit pede.*

Et Lucret. lib. 5.

*Qua via ſecta ſemel, liquido pede detulit undas.*

*Peſcia.*] Pellis agnina à Græco πέσκος, quod à πόκος, Heſych. πεσκέων, δερμάτων. Item: πέσκος ἢ κώδιον ἢ δέρμα. dicitur etiam & πέσκη. *Dacerius.*

*Peſeſtas.*] Lege: *quæ inter precationes.* *Joſ. Scaliger.*

*Peſeſtas.*] Peſtis pro *pereſtas*, quaſi *pereſtis* à peredendo. Niſi cum Meurſio legas *Peſteſtas*, quomodo *tempeſtas*, *tempus*, *&c.* Pro *interpretatores*, lege *inter precationem*, ut in edit. Rom. precationem intelligit quæ fiebat dum agri luſtrarentur, cujus formula apud Caton. de r. r. cap. 141. & apud Tibull. Eleg. 1. lib. 2.

*Peſtifera auſpicia.*] Sic paſſim de triſtibus auſpiciis exta ſine corde, & jecur ſine capite. *Dacerius.*

*Peſtiferum.*] Vide *Poſtularia.* *Ant. Auguſtinus.*

*Petauriſta.*] *Mechanici* dicti ſunt Petauriſtæ, quia in machina vel rota trajiciebant ſeſe deſperata audacia. Martialis:

*Quam rota tranſmiſſo toties impacta petauro.*

Ariſtophanes ἐν Δαιδάλῳ apud Grammaticos:

Ὁ μηχανοποιὸς, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν
Ἐᾶν ἀνεκὰς, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.

Tanquam periculoſiſſimum eſſe trajicere ſe per rotam, propterea dixit, ô Petauriſta, quotieſcunque vertes rotam mechanicam, potes ſupremam dicere vitæ tuæ. Nâm & hic quoque μηχανοποιὸς, qui Lucillio Mechanicus. Dictus Petauriſta ἀπὸ τοῦ πετεύρου. Eſt autem πέτευρον, ſeu πέταυρον tabella, parieti affixa, ad quam veſpere gallinæ ſe volatu recipiunt, ut pernoctent. quia mechanici iſti ad rotam illam ſe ſaltu ſubjiciunt, propterea πεταυρισταὶ dicti. De quo multa aliquando dicemus in Manilium, poetam eruditiſſimum. Sumitur & pro ſaltatore tantum, & eo, qui flexu corporis multa ſchemata edit. Varro epiſtola ad Cæſarem: *Cum vocat Ptolemaum κίναιδον, ἰασονικὸν, πεταυριστὴν, διονυσῶ, αὐλοποιόν.* Quæ manifeſto dicta ſunt de Ptolemæo Aulete Rege Ægypti. Locus Varronis in Nonii codicibus depravatus eſt. Nos, ut legendum putamus, poſuimus. *Joſ. Scaliger.*

*Petilam ſuram.*] Non video cur *petilam ſuram* Scævola albam equi ungulam interpretetur, nam *petilus* eſt ſiccus, tenuis, exilis, ſtrigoſus, macer, à Græco πέταλον, folium, & quia folia exilia ſunt inde omnia tenuia & ſtrigoſa *petala*, *petila* dicta. Lucilius.

*Inſignis varis & cruribus atque petilis.*

Eſt igitur apud Nævium petila ſura, ſicca ſura & ſubſtricta.

Petimina, in humeris jumentorum ulcera, & vulgus appellat, & Lucilius meminit, cum ait: Ut petimen naſo, aut lumbos cervicibus tangat: eo nomine autem, & inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus, appellari ſolitum teſtatur Nævius in deſcriptione ſuillæ, cum ait: petimine piſcino qui metuerat.

PAULUS. Petimina, in humeris jumentorum ulcera.

Petiſſere, petere.

FESTUS. Petiſſere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua ſunt laceſſere, & inceſſere. ſed, ut mihi videtur, tum ſignificabant ſæpius petere, ut Petiſſant, ſæpius petant.

Petoritum, & Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimant à numero quatuor rotarum. alii Oſce, quod ii quoque petora quatuor vocent. alii Græce, ſed αἰολικῶς dictum.

PAULUS. Petoritum, vehiculum Gallicum. alii Oſce putant dictum, quod hi petora quatuor appellant: quatuor enim habet rotas.

FESTUS. Petrarum genera ſunt duo, quorum alterum naturale ſaxum prominens in mare, cujus Ennius meminit lib. II. alte delata, ceteriſque ingentibus tecta. & Livius in centauris: ubi ego ſæpe petris. alterum manufactum, ut docet Ælius Gallus petra eſt, quæ Jovis dextra, ac ſiniſtra fornicem expletura eſt ad libramentum ſummi fornicis.

PAULUS. Petreia vocabatur quæ pompam præcedens in coloniis, aut municipiis imitabatur anum ebriam ab agri vitio, ſcilicet petris, appellata.

FESTUS. Petre*ia vocabatur*, *quæ pompam præcedens*, aut *in coloniis*, *aut municipiis*, *imitabatur anum ebriam*, *ab* agri vitio, *ſcilicet petris*, *appellata.*

*Procilli ſi*ve præcilli *C*ato *dixit in*. . . . . *con*vertar ad illam. . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . impudentior. . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

ſtricta; cujuſmodi qui habent equos κεγχροσκελεῖς, vocat Xenoph. *Dacerius.*

*Petimen.*] Gloſſarium: *Petumen*, κλῆνυς ἕλκος. Servius Danielis paulo aliter: *Pleiades*, *Signum eſt ante genua Tauri*, *quod Græci* ἰγνύον *dicunt. id eſt*, *petimen.* Mirum autem Feſtum, ut probaret in ſuilla eſſe neſcio quid, niti teſtimonio Nævii, qui dixerit, *petimine piſcino*: cum manifeſto intelligere videatur, quod κλειδίον in thunno vocabatur. *Joſ. Scaliger.*

*Petimina.*] Dalecampius apud Plin. lib. 11. cap. 37. non *petimine piſcino*, ſed *petimine porcino* legit, hunc Feſti locum laudans.

*Petiſſere.*] Pro *peteſſere*, ſæpius petere. Quo uſus eſt Cicer. II. Tuſcul. *Apud quos autem venandi & equitandi laus viget*, *qui hanc peteſſunt*, *nullum fugiunt dolorem.*

*Ut petiſſant*, *ſæpius petant.*] Hæc viris doctis ſuſpecta ſunt qui legunt: *Ut Pitiſſant ſæpius potant.* Fruſtra. Neque enim pitiſſare eſt ſæpius *potare*, ſed ſæpius expuere. Terent. de faſtidioſa meretrice.

*—— —— —— —— —— pitiſſando modo vini*
*Quid? quid vini abſumpſit*, *ſic dicens*, *aſperum*,
*Pater*, *hoc eſt*, *aliud lenius ſodes*, *vide?*

Non dubito quin hic *petiſſant*, alicunde adducat Feſtus ubi *ſæpius petant*, interpretatur. In Sched. *Ut retiſſant ſæpius petant*, corrupte *re* pro *pe*. Niſi malis *retiſſant ſæpius retant*. *Dacerius.*

*Petoritum.*] Recte Æolice dictum ait. πίσυρες, quatuor. *Joſ. Scaliger.*

*Petoritum.*] Gallicum vocabulum faciunt Varro, Quintilianus, Gellius perperam. Eſt enim Æolice dictum, nam Æolicum πίσυρες quatuor, & ab Æolis Oſci *petora* accepere. Et Maſſilienſium, à quibus Galli didicere, dialectus erat Æolica, quippe qui venerant ex Phocea Æolidis urbe. Etſi nonnulli eam Ioniæ vindicent. Cambri hodie dicunt *pedwar*, & Britanni Galliæ *penar*. *Dacerius.*

*Petrarum.*] Ennii verſum ita lego:

*Alte elata ſpecus*, *petriſque ingentibu' tecta.*

Item Livii, ita: *ubi echo ſæpta petris.* Deinde: *Petra eſt*, *qua domus dextra* &c. *Joſ. Scaliger.*

*Petreia.*] Vide *Manducus* & *Citeria.*

*Procilli ſive præcilli.*] Hæc ſagaciores excitabunt: procilli ſive præcilli forſan utebatur Cato pro præmoveri, ſive promoveri.

Petreia

. . . . . . . .ntur legationes. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .teſt.

Petronia amnis eſt in Tiberim profluens quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt, quod genus auſpicii peremne vocatur. amnem autem feminine antiqui enuntiabant.

Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis. PAULUS.

Petrones, à petrarum aſperitate, & duritia dicti.

Petrones ruſtici fere dicuntur propter vetuſtatem, & quod deterrima quæque ac præruptus. . .jam agri petræ vocantur, ut rupices iidem *à rupicis*. FESTUS.

Petulantes, & petulci etiam appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. Virgilius quarto Georgicorum: neque, oves, hedique petulci Floribus inſultent. &, Cornigeras norunt matres. . . . . .agnique petulci. & Afranius in Ida: noſtrum in conventum, aut conſeſſum ludum, lapſumque petulcum. interdum pro veloci uſi videntur antiqui, ut hoc verſu intelligi poteſt: exilivit, quaſi petulcus quidam, pedicus convibravit.

PHASCOLA appellant Græci, quas vulgus pernas vocat. PAULUS.

PIACULARIA auſpicia appellabant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant; cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidiſſet.

*Piacularia* appe*llabant auſpicia*, *id eſt ſacrificia antiqua lo*quendi *conſuetudine cum aut hoſtia ab ara ef*fugit. aut *percuſſa mugitum dedit*, *aut in aliam quam* oportuit p*artem corporis decidit*. FESTUS.

## NOTÆ.

*Petronia amnis.*] Vide *Carifons*, *Manalis fons*, & *peremne*.

*Petrones.*] Supple infra: *Deterrima quæque ac prarupta etiam agri petra vocantur, ut rupices iidem à rupis duritie dicti ſunt.* Ruſtici, inquit, & petrones ab aſperitate petrarum, & rupices à rupe. Tertull. *Apud rupicem & ſilvicolam, & monſtrorum eruditorem ſcrupea ſchola eruditus.* Et non ſolum *petrones* & *rupices*, ſed & *varrones* à varris qui ſtipites ſunt, non dolati, præduri ac enodes. *Dacerius.*

*Petulantes.*] Illa verba, *& cornigeras norunt matres agnique petulci*, ita ſcribenda ſunt, ut poſt Et, relinquatur ſpatium aptum huic nomini *Lucretius:* deinde carmen ſcribatur, quod etiam refertur à Macrob. lib. 6. Saturn. ex Lucret. lib. 11. Afranii quoque videtur eſſe in fine mendoſum. *Ant. Auguſtinus.*

*Petulantes.*] Lego in fine: *pedibus convibravit.* Nam vibrare neutra ſignificatione, novum non eſt, ſed veteribus uſitatiſſimum. *Joſ. Scaliger.*

*Petulantes.*] *Petulans* & *Petulcus*, à petendo ut ab *biando hiulcus*. Cicer. de repub. lib. 4. *Itaque à petendo petulantia, à procando, id eſt, poſcendo, procacitas nominata eſt.* Infra ſpatium quod poſt *matres* relinquitur, poſt τὸ *&* repræſentandum eſt. Deeſt autem nomen *Lucretius*. Sic: *Et Lucretius:*

*Cornigeras norunt matres agnique petulci.*

Quem verſum refert Macrob. lib. 6. Satur. ex 11. Lucretii.

*Exilivit quaſi petulcus.*] Lege:

*Exilivit quaſi petulcus quidam, pedibus convibravit.*

Nugatur Scaliger cum ait *vibrare*, & *convibrare*, neutra ſignificatione veteribus uſurpari. nam ſemper activum eſt, & ſubintelligitur *ſe*, ut hic. Porro fallitur etiam Feſtus cum *petulcus*, interpretatur velocem. Nam pedibus convibravit quaſi petulcus: hoc eſt, ſe ſe foras proripuit, pedibus in altum elatis quaſi ſolent petulci, qui pedibus petunt. Tamen ex hac Feſti interpretatione Iſidorus, *petulcum equum*, appellaſſe videtur velocem cum ſcribit, *petulus equus qui habet albos pedes.* Scribo *petulcus*. Qui habet albos, id eſt, velox, ἀργός. Niſi potius ſcribendum ſit. *Petulcus equus qui habet elatos pedes.*

*Phaſcola.*] *Quas vulgus peras vocat.* Optime, nam Græcum eſt, φάσκωλοι, quod Suidas interpretatur *Marſupium*. *Dacerius.*

*Piacularia.*] Infra: *Piacularia appellantur veteri loquendi conſuetudine, cum hoſtia fugit: aut in aliam corporis, quam oportuit, partem cecidit.* Manifeſto ita ſcripſit Feſtus. Pauli tamen Epitome uberius hæc tractat, ut integriore codice uſus videatur. Piaculare plane eſt illud Virgilianum:

— — — *qualis fugit cum ſaucius aram*
*Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim.*

*Joſ. Scaliger.*

Pia-

Piacularis Romæ porta appellatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant: vel ut ait Cloatius, cum ex ſacro per aliquem piaculo ſolvitur, ut aliqua piandi, propitiandique cauſa immolatur.

PAULUS. Piacularis porta Romæ dicta propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant.

FESTUS. Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum ſint animati, cum mentis ſuæ non ſint, & per quædam verba liberantur incommodo.

Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alii ſagam, alii expiatricem vocant. & piamenta etiam dicebantur, quibus in expiando utitur.

PAULUS. Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam alii ſagam vocabant. Piamenta quoque dicebantur, quibus utebantur in expiando.

FESTUS. Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum, quod eas Dorii phicas vocant.

Picena regio, in qua eſt Aſculum, dicta, quod Sabini, cum Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit.

PAULUS. Picta quæ nunc toga dicitur, antea vocabatur purpurea, eaque erat ſine pictura.

FESTUS. Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata eſt, eaque erat ſine pictura, ejus rei argumentum eſt... pictura in æde Vertumni, & Conſi, quarum in altera

## NOTÆ.

*Piacularia.*]

*— — — fugit cum ſaucius aram*
*Taurus & incertam excuſſit cervice ſecurim.*

Virgil. Hoſtia vero quæ effugerat, *effugia* dicta. Servius ad illud 2. Æneid.

*— — ad pœnas ob noſtra repoſcunt*
*Effugia.*

*Verbo ſacrorum*, inquit, *& ad cauſſam apto uſus eſt, nam hoſtia quæ ad aras adducta eſt immolanda, ſi caſu effugeret, effugia vocari veteri more ſolet.*

*Piacularis Roma porta.*] Quod ad eam purgationes & ſacrificia fierent, quæ *piacula* dicebantur. Cloatii, ſive Cluentii, verba corrupta ſunt. Tentabam *cum ea facto per aliquem piaculo ſolvitur, vel ad eam piandi propitiandique cauſſa immolatur.*

*Piari.*] Gloſſ. *Piare*, *ἁγνίζειν*, *καθαίρειν*, *ἐξιλάσκεσθαι*.

*Piatrix.*] Quam infra *ſimulatricem* vocat, eam eodem ſenſu fictricem vocavit Tertullianus de carn. reſurrect. Sic autem dicebatur quod ea quæ in ſacris ſuis vera repræſentari non poterant, ficta & ſimulata adhiberet. Virg.

*Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.*

De quo plura apud Theocritum noſtrum. *Dacerius.*

*Picati.*] Apud Heſychium. *φίκα*, *φίγα*, & *σφίγγα*. Heſiodus in Theogonia *φῖκ' ὀλοήν*. Lycophron in fine Alexandræ: *φίκειον τέρας*. *Picas* vero pro *phicas* dici, ut *Pœnos*, & *Alpes*, & *Pilippum*, & *triumpum*, manifeſtum eſt. Hæc etiam Fulvius noſter. *Ant. Auguſtinus.*

*Picati.*] Sphingem à Doribus phicam vocari certum eſt. Heſych. *φίγα*, *φίκα*, *σφίγγα*. Et etiam mons quem illa inſedebat, phicius dictus. Heſiodi Schol. in Aſpidi & in Theogon. & Schol. Euripid. in Phœniſſis qui addit Sphingem habere faciem puellæ, pectus & pedes leonis. Cui conſentit Schol. Ariſtoph. in ranis. Porro hanc vocem *phica* Bœoti à Phœnicibus accepere quibus *Picceha*, vel *phiccaa*, *ſapiens*, *oculatus*, *auritus*. Et ita ſphingem dixere propter ſagacitatem, quia mulier fuit acutiſſima quæ per gryphos, & ænigmata ſolertiſſimorum ſui ævi ingenia exercebat. Plura vide apud Bochartum in Chanaan. lib. 1. cap. 16.

*Picena regio.*] A Sabinis ortos Picenos, & à Pico duce itineris dictos refert Strab. lib. 5. Picena regio hodie *Marche d'Ancone*. A Picenis ſive Picentibus orti Picentini ad mare Tyrrhenum. *Dacerius.*

*Picta*] Livius lib. 30. *Maſiniſſa toga picta, & palmata tunica donatus*, at lib. 31. *Maſiniſſa dona miſſa, vaſa aurea, toga purpurea, & palmata tunica.* Ergo picta, & purpurea idem. addit Livius & *togam prætextam datam*. Sic purpurea eſt *ὁλοπόρφυρος*. *prætexta*, *περιπόρφυρος*. *Palmata*, erat tantum triumphalis. *Joſ. Scaliger.*

*Picta quæ nunc toga.*] Lege infra: *ejus rei argumentum eſt duplex pictura.* Putat hic Feſtus togas pictas olim ex pura, & ab omni Phrygionio pigmento nuda purpura conſtitiſſe, illiuſque purpuræ nitorem & ſplendorem picturæ locum obtinuiſſe, eo fretus argumento, quod in æde Vertumni & Conſi purpureas duas togas ſpectarit nullo alterius materiæ pigmento affectas. Sed hoc exemplo nihil probat Feſtus, nam picta purpura erat triumphalis

illa

Digitized by Google

M. Fulvius Flaccus, in altera T. Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Tunica autem palmata à latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ appellatur.

Pictor Zeuſis riſu mortuus, dum ridet effuſe pictam à ſe anum γραῦν, cur hoc loco relatum ſit à Verrio, cum de ſignificatu verborum ſcribere propoſitum habuerit, equidem non video, cum verſiculos quoque addere. . . . . . . tulerit & ineptos pati, ſed nullius Prætoris prætexto nomine, qui tamen ſunt ii. Nam quid modi facturus riſu denique? Niſi pictor fieri vult, qui riſu mortuus eſt. ∧ . . . . . . . . .

Picum avem quidam dictum putant à Pico rege Aboriginum, quod is ſolitus ſit. . . . .

Pierides muſæ propter amœnitatem, ac ſolitudinem Pierii montis dictæ videntur, quod ex ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectentur.

Pierides muſæ à Pierio monte dictæ ſunt. PAULUS.

Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.

. . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

illà quidem, ſed quam tamen omitterent quicumque vellent, uti omiſerunt plerique, Fulvius Flaccus, Papirius Curſor & alii, purpurea tantum toga contenti. Cui aliunde quam ex Phrygioniæ acus pictura, facile ſplendor accerſebatur, laticlavio ſcilicet limbo, & textilis auri plagulis ei circumjecto, aliquoties tamen & picta toga, & purpurea pro eadem ſumebantur. Sic Livius togam Maſiniſſæ datam nunc lib. 30. cap 15. *Pictam togam*; nunc lib. 31. cap. 11. *togam purpuream vocat*, hic ſplendidioris tantum purpuræ, illic Phrygionis pigmenti habita ratione. Vide Manut. de rebus per epiſtolam quæſitis lib. 2. Ep. 1.

*Tunica autem palmata.*] Quomodo palmata à latitudine clavorum? An putat Feſtus palmatam tunicam à laticlavia tunica non differre? ridiculum, quaſi vero triumphantes magnificentiori veſte uſi non fuiſſent, quam vulgari lato clavo. Scilicet non meminerat Feſtus palmea folia & palmeas coronas germana fuiſſe Victoriæ ſymbola, triumphum exornantia, iiſque ex auro tunicas elegantiſſime deſcriptas palmatas ſemper fuiſſe vocatas. Tamen Manut. lib. 2. de reb. per epiſt. quæſ. epiſt. 4. conatur oſtendere latum clavum à palmata tunica non differre, ſed fruſtra. *Dacerius.*

*Pictor.*] Sunt hic nonnulla mendoſa, quæ non facile emendari poſſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Pictor.*] Legendum, *pictam* à ſe γραῦν. Et *cum verſiculos ad id retulit*, & *ineptia pari*, & *nullius prætexto nomine*. Nam τὸ Prætoris fruſtra emendare conantur, cum conflatum ſit ex ſequenti voce. Itaque delendum. *Joſ. Scaliger.*

*Pictor Zeuſis.*] Delenda eſt vox *anum*, quaſi interpretatio vocis γραῦν. Et deinceps legendum, *cum verſiculos quoque de ea re retulerit*, *& ineptos ſatis*, *& nullius prætexto nomine*. Nam illud *prætoris*, ſine dubio conflatum ex ſequenti voce *prætexto*, ut illud *pretii*, quod in ſchedis, *nullius pretii prætexto nomine*. Verſiculi à Verrio adducti ita legendi & diſtinguendi, ſunt enim Senarii.

*Nam quid modi facturus riſu denique*
*Ni pictor fieri volt qui riſu mortuu' ſt.*

*Dacerius.*

*Picus.*] De Pico rege in avem à Circe converſo Verg. lib. 7. Æneid. Ovid. lib. 14. Metam. Hunc optimum augurem fuiſſe, & picum avem diligentius ceteris obſervaſſe, ait Servius ex libris Pontificalib. Viden. Plin. lib. 10. cap. 18. Ex his Feſti verba, quæ deſiderantur, ſuſpicaberis. *Ant. Auguſtinus.*

*Picum avem.*] Quæ hic deſunt ſic forte ſupplenda ſunt: *A rege Aboriginum, quod is ſolitus ſit eo in auſpiciis uti.* Nam picum Saturni filium Optimum Augurem fuiſſe, & picum avem ceteris diligentius obſervaſſe tradit Servius ex libris Pontificalibus. *Hoc fingitur*, inquit, *quod Picus augur fuit, & domi habuit picum per quem futura noſcebat, quod Pontificales indicant libri.* Idem Iſidor. lib. 12. origin. Sed vide infra in fine *Picus rex.* Picus autem ab eodem fonte quo *phica*, *pica* ſupra in *picati*: nempe à *piceha*, *videns*, id eſt, Hebraica phraſi vates. Et ita dictus picus quod per vaticinia celebris eſſet, &c.

*Pierides.*] Cur muſæ dictæ *Pierides*, mire veteres diſſentiunt, aliis à Pierio monte, aliis à Pierio quodam, & aliis aliunde nomen ducentibus. Ego quæ ex aſſidua lectione diſcere potui, vel conjectura etiam aſſequi, breviter exponam. Pieres Thraciæ olim populi fuere, qui propriis ſedibus relictis, Macedoniæ partem aliquam, deinde etiam Bœotiam occupavere & in Bœotia Heliconem & antrum Libethridum Nympharum, & in Macedonia *Pieriam*, & *Pimpleam* fontes dedicaverunt. Unde Muſæ *Heliconiades*, *Libethrides*, *Pierides* & *Pimpleides*. Vide infra *Pimpleides*. *Dacerius.*

FESTUS. Pietati ædem ab Acilio conſecratam aiunt, eo loco, quo quondam mulier habitaverit quæ patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit, ob hoc factum impunitas ei conceſſa ſit.

PAULUS. Pigere interdum pro tardari, interdum pro pœnitere poni ſolet.

FESTUS. Pignoſa pignora eo modo, quo Valeſii, & Auſelii, Pinoſi Pileſi dicebantur.

PAULUS. Pila, quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo dicta eſt.

Pilæ, & effigies viriles, & muliebres ex lana compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod (hunc diem feſtum) eſſe deorum inferorum: quos vocant lares, putarent, quibus tot pilæ, quot capita ſervorum tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & eſſent his pilis, & ſimulachris contenti.

FESTUS. Pilæ, *& viriles & muliebres effigies in* Compitis *ſuſpendebantur Compitalib. ex lana, quod eſſe* Deorum *inferorum hunc diem feſtum, quos vocant Lares, putarent, quib. eo die tot pilæ, Quot capita ſervorum: tot effigies, quot eſſe*nt *liberi, ponebantur: Ut vivis, ſic enim* invocantur *parcerent, & eſſent his pilis, & ſimulacris* contenti. . . . .

. . . . . . . . ipio. . . . . . . . . . . . . . fortu. . . . . . . .

. . . . . . . . eris. . . . . . . . . . . . . . nit. . . . . . . .

. . . . . . . . emu. . . . . . . . . . . . . urbem. . . . . . .

. . . . . . . . annis. . . . . . . . . . . . quum pn. . . . . . .

. . . . . . . . n debebat. . . . . . . . . . . .

# NOTÆ.

*Pietati.*] Eam ædem vovit Manius Acilius Glabrio, qui Proconſule de rege Antiocho triumphavit, dedicavit filius in foro olitorio, & illic ſtatuam auratam patris, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata fuit, poſuit. Liv. lib. 40. de filia, quæ matrem, & de altera, quæ patrem in carcere aluit. Val. Max. lib. 5. cap. 4. Hyg. fabula 254. *Ant. Auguſtinus.*

*Pietati ædem.*] In foro olitorio. Livius lib. 40. cap. 34. Pub. Victor in 11. regione. Mulierem Xantippen vocat Hyginus, & patrem Myconem: alii Cimonem patrem dicunt. Solinus de matre & filia hanc hiſtoriam narrat cap. 7.

*Pignoſa.*] Optime viri docti pro *Pinoſi, Pileſi* reſtituunt *Pinaſi, Papiſi.* Pinariorum & Papiriorum familia ſatis nota.

*Pila.*] Structura ex lapidibus, cæmentis aut lateribus ad aliquid ſuſtinendum. Sed quomodo *ab opponendo pila?* Unice placet doctiſſ. Voſſii conjectura *ab oppilando.* Pilare enim eſt ſtipare, denſare, firmare. *Dacerius.*

*Pila.*] Illa verba (hunc diem feſtum) in pleriſque libris non ſunt. De Compitalibus, & his pilis, vide Macrob. lib. 1. Satur. *Ant. Auguſtinus.*

*Pila.*] *Manias* vocatas ait Macrobius. Ad earum inſtar ſtramentitiæ effigies, quibus objectis tauri irritarentur, vocatæ ſunt pilæ. Martialis:

*Jactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.*

Gloſſarium: *Pila,* τωυελιέγιοι, τωυεγηνδίχλαι. Unde proverbialiter *fœneos,* homines dixerat Cicero in principio Cornelianæ, alludens ad has effigies fœneas. *Poſtulatur,* inquit, *apud me prætorem primum de pecuniis repetundis. Proſpectat videlicet Cominius, quid agatur, videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.* Huc etiam alludebat Varro, cum unam de Menippeis ſuis proſcripſit titulo, *Ajacis Stramentitii.* Quæ ſequuntur, videntur de alia re, quam de Pilis tractaſſe. *Joſ. Scaliger.*

*Pilæ.*] Vide in *Lanea effigies.* Manias vocatas ait Macrob. Ad harum pilarum inſtar ſtramentitiæ effigies, quibus objectis tauri irritarentur, vocatæ ſunt pilæ. Martial.

*Jactat ut impoſitas taurus ad aſtra pilas.*

Gloſſarium pilæ: τωυελιέγιοι, τωυεγηνδίχλαι. Unde proverbialiter fœneos homines dixit Cicero in principio Cornelianæ, alludens ad has effigies fœneas: *Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.* Huc etiam alludebat Varro cum unam de Menippeis ſuis proſcripſit titulo, *Ajacis Stramentitii.* Scal. Pilæ autem capita tantum dicebantur à Græco πίλος, quomodo omne rotundum πίλον, Græci dicunt, caput etiam humanum ut ex Polluce certum eſt.

. . . . . . . *ipio.* . . . . . *fortu.* . . .] Neſcio cur in editione illa quæ ſuppletas lacunas promittit, rudera iſta relicta ſunt. Nam ſic totum ædificium ex Schedis ſartum tectum præſtari poſſe arbitror. *Punica fortuna ædem voviſſe dicitur Cornelius Scipio, cum Carthaginem obſideret. idem quoque vovit ædem Veneris quæ cognomentum habuiſſe dicitur Genitricis,* quam

Pilani, pilis pugnantes. PAULUS.

Pilare, & compilare à Græco trahitur. Græci enim fures piletas dicunt.

Pilare, & compilare ſunt, qui Græce originis. . . Græci enim fures piletas. FESTUS.

Pilat, pilos habere incipit. alias pro detrahit pilos, à quo depilati. PAULUS.

Pilates genus lapidis. Cato: Lapis candidior, quam pilates.

Pilates lapidis genus, cujus meminit Cato originum libro quinto: Lapis candidior, quam pilates. FESTUS.

Pilea Caſtori, & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt.

Pilentum, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. PAULUS.

Pilentis, & carpentis per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. FESTUS.

Pilumnoe poploe in carmine Saliari, Romani, velut pilis uti aſſueti: vel quia præcipue pellant hoſtes.

Pimpleides Muſæ à fonte Macedoniæ dictæ; propter liquoris ejus unicam ſubtilitatem.

## NOTÆ.

*quum dedicavit ubi primum æmulam Romanæ civitatis Carthaginem urbem expugnavit. Quamvis alii dicant aliquot poſt annis dedicaviſſe. . . . . Cos. quum Punica fortuna ædem, quam ex voto debebat primam dedicare, locandam non curaſſet.*

*Pilani.*] Proprie Triarii, totuſque eorum ordo pilus dictus. *Dacerius.*

*Pilare.*] Φιλήτης, Heſiodo, & πιλήτης Æolice. *Joſ. Scaliger.*

*Pilare & compilare.*] *Sunt qui Græcæ originis putant.* *Pilare* prima ſyllaba producta, *furari*, Græcis enim φιλήτης, fur dicitur. Heſiod.

Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ᾽ ὅγε φιλήτῃσι.

*Quicumque mulieri credidit, credidit ille quidem furibus.*

φιλήτης, Æolice, πιλήτης, ab obſoleto, φιλέω, φιλῶ. Unde *pilo*, *compilo*. Niſi potius *pilare*, ſit à πιλεῖν, ſtipare, denſare, & poſtea pilare, furari, quia fures ſtipant ea quæ furantur.

*Pilat.*] Prima correpta. Accius: *Tunc primum pilabant genæ.* Id eſt, pilis veſtiri incipiebant. Inde Gloſſ. *pilo, -as*, τριχόω.

*Pilates.*] De pilate lapide nihil habeo quod dicam, ita ſuper eo alii omnes ſcriptores tacent.

*Pilea.*] Ideo pileatos eos vocat Catull. *A pileatis nona fratribus pila.* Et Philo περὶ δρομῶν· ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. *Modo pilea capiti imponebat; cum Dioſcurorum perſonam induebat.* Celebres autem pili Laconici. Pollux lib. 1. cap. 10. *Dacerius.*

*Pilentis.*] Vide Matronis. *Ant. Auguſtinus.*

*Pilentis & carpentis.*] Vide Liv. lib. 5. cap. 25. *Dacerius.*

*Pilumnoe poploe.*] Hoc eſt, Pilumni populi. *Joſ. Scaliger.*

*Pilumnoe poploe.*] Pilumni populi, id eſt, Romani pilumni, id eſt, Romuli Nepotes, qui Romulus à Pilo Pilumnus dictus eſt à Saliis, ut Mars à Pico Picumnus, & ita intelligendus hic locus, qui Feſtum fefellit, neque enim *Pilumnoe* eſt rectus pluralis, ut ille exiſtimavit, ſed ſecundus Caſus numeri ſingularis, populus Pilumni, quod Meurſio animadverſum.

*Pimpleides.*] A fonte Pimpleo qui à Pimplia quæ civitas & mons eſt circa Heliconem. Alii in Macedonia ponunt. Thraciæ adſcribunt Schol. Callimachi, & Apollonii. Idque etiam verum eſt ſi primam eorum locorum originem, non vero ſitum, reſpicias. Pieres enim Thracica gens, occupata Macedoniæ quadam parte, inde in Bœotiam irrupere. Ibique Heliconem Muſis & antrum Libethridum nympharum dedicarunt. Id obiter innuit Strabo lib. 9. cujus locum deſcribam, quia & inſignis eſt, & omnino ab interpretibus male acceptus. ἐνταῦθα δ᾽ ἐστὶ τό τε τῶν Μουσῶν ἱερὸν, καὶ ἡ ἵππου κρήνη, καὶ τὸ τῶν Λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον, ἐξ οὗ τεκμαίροιτο ἄν τις, Θρᾶκας εἶναι τοὺς τὸν Ἑλικῶνα ταῖς Μούσαις καθιερώσαντας· οἳ καὶ τὴν Πιερίαν καὶ τὸ Λείβηθρον καὶ τὴν Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν, ἐκαλοῦντο δὲ Πίερες· ἐκλιπόντων δὲ ἐκείνων Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. εἴρηται δ᾽ ὅτι τὴν Βοιωτίαν ταύτην ἐπῴκησάν ποτε Θρᾶκες βιασάμενοι τοὺς Βοιωτοὺς, καὶ Πελασγοὶ, καὶ ἄλλοι βάρβαροι. id eſt, *Ibi ſunt, in Helicone, fanum Muſarum, & Hippocrene, & antrum Libethridum Nympharum, unde conjicere quis poſſit Thracas fuiſſe qui*

 *Helico-*

Digitized by Google

Pipatio, clamor plorantis lingua Oſcorum.

PAULUS. Pirpit Oſce quidquid.

Piſatilem Nævius dixit è Piſis oriundum.

FESTUS. Piſatilem appellat Nævius Pantaleontem è Piſis oriundum tyrannum: cum alioqui inde profecti nunc Piſani dicantur.

PAULUS. Piſcatorii ludi vocantur, qui menſe Junio fieri ſolent pro quæſtu piſcantium trans Tiberim.

FESTUS. Piſcatorii ludi vocantur, qui quotannis menſe Junio trans Tiberim fieri ſolent à Prætore Urbano pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum pervenit, ſed fere in aream Volcani, quod id genus piſciculorum vivorum datur ei deo pro animis humanis.

PAULUS. Piſcatorii ludi dicebantur, qui fiebant pro quæſtu piſcantium.

FESTUS. Piſcatorium æs vetuſto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piſcibus.

## NOTÆ.

*Heliconem Muſis conſecrarunt, qui & Pieriam quoque, Libethrum & Pimpleam iis dedicaverunt. Vocabantur autem Pieres, qui cum defeciſſent, Macedones loca illa obtinuerunt. Id quoque traditum eſt, Thracas quondam, & Pelaſgos alioſque barbaros, vi Bœotis facta Bœotiam iſtam inhabitaſſe.* Sed dicet aliquis quo modo ex eo quod in Helicone ſint fanum Muſarum & Libethrum, conjicere quis poſſit Thracas Heliconem Muſis conſecraſſe? Reſpondeo ſolos Thracas Muſicas artes olim tractaviſſe, iiſque inclaruiſſe, ut Orpheum, Muſeum, Thamyrin, eoſque primos Muſas coluiſſe, adeoque cum ex hiſtoriis certum eſſet Thracas loca illa inſediſſe, prona erat conjectura, eos etiam, non alios, Heliconem conſecraſſe. Sed & ex ſola locorum appellatione ita ratiocinatus eſt Strabo, nam cum in Helicone eſſet Libethrum, ex eo collegit Thracas illud conſecraſſe. Nam Libethrum, Pimpla, ut Olympus, & Pieria, Thraciæ fuere loca & montes, ut & ipſe Strabo docet alibi. A Pimpleo igitur Pimpleides, Pimpliades & Pipleides. Varro lib. 6. *Ita enim ab terreſtribus locis cognominata, Libethrides, Pipleides, Pimpliades, Theſpiades, Heliconiades.* Hinc & Muſa *Pimplea*, apud Horat. Od. 26. lib. 1. *Pimplea dulcis.*

*Pipatio.*] Pipare Oſci dicebant ejulabunde conqueri, voce à cantu Gallorum efficta, quomodo & Græci πιππίζειν Ariſtoph. Inde *pipulus*, & *pipulum* ploratus.

*Pirpit.*] Oſci pro *quid*, dicebant *pir* ſive *pit*, unde *pirpit*, *quidquid*. Sic iidem *piam* dicebant pro *quam*, unde *quiſpiam*, *nuſpiam*. Vide *quiſpiam*. *Dacerius.*

*Piſatiles.*] Piſatiles, ſunt οἱ Πισᾶται. Memoria lapſus ſum olim, qui deſtitutus codice Feſti annotavi Picenos olim à Nævio *Piſatiles* dictos, unde etiam hodie fluvium Piſatellum dici. Ego plane hallucinatus ſum, cum hæc memoriter ſcribebam. Petoque à candidis Lectoribus, ut & hoc, & ſi quæ ſimilia dicta ſunt, quæ mihi cum omnibus communia ſunt, qui meminerunt & ſe homines, & à ſe nihil humani alienum putant, omnium mihi veniam facere. Porro Pantaleon iſte Omphalionis filius fuit, ut ait Strabo, καὶ Πισατῶν ἡγεμών. *Joſ. Scaliger.*

* *Piſatilem.*] Piſatiles ſunt οἱ Πισᾶται *Piſani.* Pantaleon iſte Omphalionis filius fuit ut ait Strab. lib. 8. & Piſanorum dux. Piſa autem Peloponneſi urbs. Et regio *Piſates*, de quibus vide Strab. Pauſan. Pindari Schol. & Servium ad illud Æneid. *Alpheæ ab origine Piſæ.* Schedæ habent *piſalitem*, pro *piſatilem*, & ita legendum videtur. *Ful. Urſin.* *Dacerius.*

*Piſcatorii.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. ſcribit Volcanalibus populum animalia pro ſe in ignem mittere ſolitum. Ea autem non menſe Junio ſed x. kal. Sept. fiebant. Ovid. tamen lib. 6. Faſtor. ludos Tiberinos & piſcatorum refert hoc menſe fieri. Sunt qui ſcribant non *à PR. urbano*, ſed *à populo Ro. urbano* ludos fieri. quod mendum ab indocto librario, ad doctos quoſdam viros penetravit. In veteri quidem libro, unde ceteri orti ſunt, ita eſt, ut hic ſcripſimus. Piſcem vivum pro anima hominis in ſacrificio oblatum, teſtis eſt Ovid. lib. 3. Faſtor. *Ant. Auguſtinus.*

*Piſcatorii ludi.*] 8. Idus Junii. Ovid. Faſt. 6.

*Tertia poſt nonas removere Lycaona Phœbe*
*Fertur, & à tergo non habet urſa metum.*
*Tunc ego me memini ludos in gramine campi*
*Adſpicere, & didici, lubrice Tibri, tuos.*
*Feſta dies illis qui lina madentia ducunt*
*Quique tegunt parvis æra recurva cibis.*

Volcanalibus populum pro ſe in ignem animalia miſiſſe ſcribit Varro lib. 5. *Volcanalia à Volcano, quod ei tum feriæ, & quod eo die populus pro ſe in ignem animalia mittit.* *Dacerius.*

*Piſcina.*]

Piſcinæ publicæ hodieque nomen manet, ipſa non extat, ad quam & natatum, & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus; unde Lucilius ait: pro obtuſo ore pugil, piſcinenſis res eſt.

Piſtum à pinſendo pro politum antiqui frequentius uſurpabant, quam nunc nos dicimus.

Plancæ *dicebantur* tabulæ planæ, ob quam cauſam & Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani ſunt. PAULUS.

## NOTÆ.

*Piſcina.*] Lege: *unde Lucilius ait*:

*Obtuſo ore, pugil, piſcinenſis, reſes.*

Pugiles ſunt obtuſo ore, propter pugnos, quos in os recipiunt. Unde illud:

*—— —— os nullum, vel potius pugilis.*

Proverbium eſt apud Plautum in Caſina, *obtuſo ore*, vel *obtunſo*. Cum quis ſpe vel inſtituto dejectus, pudore ſuffunditur. ab iis, qui nihil præter quam in os meſſem pugnorum, ut loquitur Plautus, reportarunt. *Joſ. Scaliger.*

*Piſcina publica.*] Martial.

*Piſcinam peto, non licet natare.*

Verba Lucilii ſic legebat Scaliger.

*Obtuſo ore pugil, piſcinenſis reſes.*

Et ita Schedæ. Turnebus vero lib. 16. cap. 22.

*Obtuſo ore pugil piſcinenſiſque reſeſque.*

Pugiles ſunt obtuſo ore propter pugnos quos in os recipiunt, unde illud

*——— os nullum, vel potius pugilis.*

Proverbium eſt apud Plaut. in Caſina *obtuſo ore.* Cum quis ſpe vel inſtituto dejectus, pudore ſuffunditur. Ab iis qui nihil præterquam in os meſſem pugnorum, ut loquitur Plautus, reportarunt. Scal. *Dacerius.*

*Piſtum.*] Locus mendoſus, & mancus. *Ant. Auguſtinus.*

*Piſtum.*] Scribe, *pro molitum.* Varro de vita populi Romani libro primo: *Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus*, qui *ruri far pinſebat; nominati ab eo, quod pinſeret.* Idem παφῆ μυλίππυ. *Nec piſtorem ullum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam.* At temporibus ultimis Reip. & deinceps Piſtores, ut notum vulgo, *οἱ ἀρτοποιοὶ* vocabantur. Et Plautus fuit piſtor, cum truſatiles molas verſando operam locaſſet. Minutius Felix: *Octavius homo Plautinæ proſapiæ, ut piſtorum præcipuus, ita poſtremus philoſophorum.* Fruſtra hunc locum Feſti ſuſpectum habent docti viri, tanquam integer parum ſit, ac mancus. Porro veteres dicebant *Piſo*, non *Pinſo.* quia à Græco πτίσσω, ut alibi notavimus. unde *Piſare*, calcare. Seneca Epiſtola 87. *in terram non aggeſſit tantum, ſed & calcavit, & preſſit. negat quicquam eſſe hac, ut ait, piſatione melius.* Ita liber doctiſſimi N. Fabri, quem cum veteribus diligentiſſime contulit. *Joſ. Scaliger.*

*Piſtum.*] Lege, *pro molitum antiqui, &c.* Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Nec piſtoris nomen erat niſi ejus qui ruri far pinſebat, nominati ab eo quod pinſeret.* Vide *coquus.* Sic Plautus piſtor fuit cum truſatiles molas verſando operam locaſſet. Minutius Felix: *Octavius homo Plautinæ proſapiæ, ut piſtorum præcipuus, ita poſtremus philoſophorum.* At temporibus ultimis reipublicæ & deinceps piſtores vulgo ut notum eſt, *οἱ ἀρτοποιοὶ* vocati. Porro veteres dicebant *piſo* non *pinſo* quia à Græco πτίσσω, ut alibi notavimus. Unde *piſare, calcare*, Senec. Epiſt. 87. *In terram non aggeſſit tantum, ſed & calcavit, & preſſit. Negat quidquam eſſe hac, ut ait, piſatione melius.* Scal. *Dacerius.*

*Plancæ.*] Palancæ prius dictæ, à phalanges Græco. Planci. *Gloſſarium*: Plancus, πλατύπους. *Joſ. Scaliger.*

*Plancæ.*] Palancæ prius dictæ, à Græco φάλαγγες, vel potius *plancas* à Græco πλάγκας inſerto n. Gloſſ. plancus, πλατύπους. *Dacerius.*

*Plancæ.*] Infra, Agebatur manifeſto de proverbio, *Plauſtrum perculi.* Ad idque citabatur verſus ex Epidico Plauti:

*Epidicus mihi magiſter fuit.* PE. *perii, plauſtrum perculi.*

Ut male hodie legatur, auſtrum perculi. quod maximus vir Adrianus Turnebus *hauſtrum* interpretabatur, idque optime, ſi ita proverbium efferebant veteres. Sed cum agnoſcatur hic à Feſto, item à Donato, ita retinebimus. Male vero proverbium illud interpretatur Eraſmus, ut cuivis facile, qui ejus interpretationem legerit, patere poteſt. Sed illi condonandum, quia ad eam opinionem Donatus male intellectus eum impulit, ac ipſum Eraſmum potius, quam plauſtrum perculit. Cum alia mente apud Plautum accipiendum ſit. Porro non longe ab his verbis ſcripſiſſe videtur Feſtus: *Plauſtrum perculi antiqui dicebant, ab iis, qui pedibus onuſta plauſtra percellebant, hoc eſt, evertebant . . . . . . . id quod apud Plautum dicitur. Epidicus mihi magiſter fuit. Perii: Plauſtrum perculi.* Videtur Eraſmus ſentire, ut non dicatur de eo, qui imprudens negotium evertit: ſed de eo qui prius rem præparat, quam eam alioqui aggrediatur: ut de ruſticis, qui

FESTUS. *Plauſtrum perculi dicebant antiqui ab eo, qui pede onuſta plauſtra perculit, id eſt evertit, quod poſtea abiit in proverbium, id quod à Plauto in Epidico commode relatum eſt;*
Epidicus *mihi magiſter fuit perii pene plauſtrum* perculi.

Planta oleaginea eſt virga foliata ex olea deplantata.

PAULUS. Plantæ ſemina olerum, quod plana ſunt. & appellantur etiam ex ſimili plantæ noſtrorum pedum.

FESTUS. *Plantæ appellantur ſemina olerum quod planæ ſunt, ut appellantur plantæ noſtrorum pedum ex cauſa ſimili.*

PAULUS. Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt ac flaccidæ, & latius videntur patere.

FESTUS. *Plauti appellantur canes quorum aures languidæ ſunt ac flaccidæ ut latius videantur patere quæ.* . . . . . . . . . . . . . . . . . e. . . . . . . . . .
*uni.* . . . . . . *cis.*

Plebeiæ Pudicitiæ ſacellum in vico Longo eſt quod cum Verginia patricii generis femina convivio facto inter & plebem. . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

prius quam plauſtrum exonerent, plauſtrum ipſum percellunt. propterea proverbium efferebatur, *Bene plauſtrum perculi:* Bene rem conficiam, cum eam prius mihi ſubegerim. At quomodo apud Plautum legitur, non potes ita accipere. Ridiculum enim ſi dicas: *Perii: bene plauſtrum perculi.* Neque ſane quomodo ſervus apud Terentium loquitur. accipiendum enim ſemper de eo, qui evertit, & perturbat rem. Quare non *Bene perculi*, ſed, *Pene perculi* legendum. Quod indicatur verbo PERCULERIS. Eſt enim, ut Grammatici loquuntur, potentiale: hoc eſt Pene perculiſti. ἤδη περιεχυλίσειας, ἤδη ἀνατρέψειας ἄν μοι. Vide unius voculæ ignoratio, vel potius unius literulæ menda magnum virum quam abſurde pronunciare coegit. Nam quis putaret plauſtra prius everti, ut facilius exonerentur? Sed homines ſumus: neque propterea magni viri manibus juveniliter inſultandum. *Joſ. Scaliger.*

*Plauſtrum perculi.*] Hodie apud Plautum vox *pene* non apparet quæ tamen hinc ſupplenda.

*Planta.*] Planta pedis à *plano* nempe à Dorico πλάτα, pro πλάτη inſerto n *planta*. At planta pro ſtirpe, à *palanta*, quod à *palus*, ut olim planta fuerit, ſtirps quæ pangeretur, vel potius *planta* ab Æolico βλάτη, inſerto n. Voſſ. Sed verum eſſe poſſit quod ait Feſtus ſtirpes plantas vocatas à ſimilitudine plantarum noſtrarum, quum & ipſæ *pedes* etiam dicantur. Nam *beta pedes* dicit Varro de r. r. *betacei pedes* Apicius. Et in Gloſſis legitur *paſtinaceus*, *betaceus*, nempe ſubintelligitur pes.

*Plauti.*] A Græco πλατύς, & prius dictum fuit plotus, poſtea plautus. Plauti autem dicebantur homines pedibus planis. Vide *ploti*. *Dacerius.*

*Plebeia.*] Pompeii verbis addi poteſt, quod Livius ſcribit lib. 10. *Inſignem ſupplicationem fecit certamen in ſacello pudicitiæ patriciæ, quæ in foro Boario eſt, ad ædem rotundam Herculis inter matronas ortum. Virginiam A. F. patriciam plebeio nuptam L. Volumnio Cos. matronæ, quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant.* Et poſtea. *In vico Longo ubi habitabat, ex parte ædium quod ſatis eſſet loci modico ſacello excluſit, aramque ibi poſuit; & convocatis plebeis matronis, conqueſta injuriam patriciarum: hanc ego aram, inquit, Pudicitiæ Plebeiæ dedico,* &c. *Eodem ferme ritu, & hæc ara, quo illa antiquior culta eſt, ut nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta fuiſſet, jus ſacrificandi haberet. vulgata dein religio à pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis feminis, poſtremo in oblivionem venit.* à Feſto hiſtoria aliter paulo narrari videtur. *Ant. Auguſtinus.*

*Plebeiæ pudicitiæ ſacellum.*] Quæ infra deſunt, integra præſtari difficile. Videtur tamen Feſtus hæc, vel his ſimilia ſcripſiſſe: *Plebeiæ pudicitiæ ſacellum in vico Longo eſt, quod cum Virginia Patricii generis femina connubio facto inter patres & plebem, nam patricia plebeio homini Lucio Volumnio conſuli nupſerat, dedicaſſet, eodem ritu quo ſacellum patriciæ pudicitiæ cultum eſt, ut matrona, quæ uni viro tantum nupſerat, ſacrificandi in eo* jus *haberet.* Hæc ita odoratus ſum ex Livio lib. 10. cap. 23. *Inſignem*, inquit, *ſupplicationem fecit certamen in ſacello pudicitiæ patriciæ, quæ in foro Boario eſt, ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam patriciam plebeio nuptam Volumnio conſuli Matronæ, quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Brevis altercatio inde, ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarſit. quum ſe Virginia & patriciam & pudicam in patriciæ pudicitiæ templum ingreſſam & uni nuptam, ad quem virgo deducta ſit, nec ſe viri, honorumve ejus ac rerum geſtarum pœnitere vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit. In vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium quod ſatis eſſet loci modico ſacello excluſit: aramque ibi poſuit. & convocatis plebeiis matronis, conqueſta injuriam patriciarum*

. . . . . ſul. . . . . . . . . . . . .
. . . . . qu. . . . . bit. . . . . .
. . . . . ſere. . . . . eo ju. . . . .

Plebeiæ pudicitiæ ſacellum Romæ, ut ſacra cetera, colebatur. PAULUS.

Plebeii Ædiles diſſidente plebe à patribus ſunt creati.

*Plebei Ædiles non minus populi*que plebei ſcito, *quæ de eo magiſtratu creando* ſuffragium *tulit*, *ut ſacris ædibus præeſſent* ſunt conſtituti, *quos Trib. plebis miniſtros fuiſſe dic*unt, qui una cum *plebeis Ædilibus ſunt creati*, *diſſid*ente plebe à *patribus*: *ii tabernas fecerunt* quas vocant *novas*, *nos autem quinque dicimus* eas eſſe & ſeptem ferun*tur*, *& plebeios quidem appella*mus à genere magiſtratus. eas enim faciendas curaverunt M. Junius Brutus, Q. Oppius Ædiles plebis. FESTUS.

Plebeium magiſtratum neminem capere licet, niſi qui ex plebe eſt. *cujus generis eſt omnis magiſtratus qui appellatur* iſto nomine.

Plena ſue Telluri *matri ſacrificabatur*, *quod pecudis* id genus cum ſeritur *ſatis inimicum*, *quia roſtro ſemen* fodiendo corrum*peret*.

## NOTÆ.

*triciarum. Hanc ego aram, inquit, pudicitiæ plebeiæ dedico: voſque hortor ut quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiæ inter matronas ſit, detiſque operam, ut hæc ara, quam illa, ſi quid poteſt, ſanctius & à caſtioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & hæc ara, quo illa antiquior, culta eſt, ut nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ Matrona & quæ uni viro nupta fuiſſet, jus ſacrificandi haberet.* Unde & pro *convivio* quod ſupra legitur, & in ſched. non male reſtituas *convicio. Dacerius.*

*Plebei Ædiles.*] Quod Paulus in epitome ſcribit, verum eſſe conſtat ex Dionyſ. lib. 6. nam cum primum ſeditio inter plebem & patres ſedata eſt; & Tribunos plebis, & Ædiles tum primum à plebe creatos confirmarunt. Nomina tum Ædilium non accepi; neque arbitror ea eſſe, quæ Feſtus refert. hæc enim ſcribit eorum fuiſſe, qui ſeptem quaſdam res faciendas curaverunt. Quænam vero hæ ſeptem res fuerint, nondum divinare potuimus; arbitramur autem ſeptem tabernas fuiſſe, quæ in foro fuerunt, poſtea quinque appellatæ. De quibus Liv. lib. 26. *Interrupit hos ſermones nocte, quæ pridie quinquatrus fuit, pluribus ſimul locis circa forum, incendium ortum. eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea quinque, & argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arſere.* De eiſdem in lib. de regionibus urbis Sexti Rufi mentio fit. *Ant. Auguſtinus.*

*Plebei.*] Infra: *Plebei ædiles, qui plebei ſcito, quæ de eo magiſtratu ſuffragium tulit, ab illa ſunt conſtituti. . . . . . . . . . . unt, qui una cum Tribunis plebei creati ſunt diſſidente plebe à patrib. Ii fecerunt tabernas, quas novas vocant, nos autem quinque dicimus eas, & ſeptem feruntur. Et plebeias vocamus à genere magiſtratus. Joſ. Scaliger.*

*Plebei ædiles.*] Conſtat ædiles plebis una cum ipſis tribunis plebis inſtitutos fuiſſe, anno urbis conditæ CCLXXI. plebs enim tribunos ſuos nacta, hoc amplus petiit (inquit Dionyſius lib. 6.) ut duos è plebe creare ſibi liceret, qui tribunis velut adminiſtri & adjutores eſſent, quique eas cauſſas cognoſcerent quas illi commiſiſſent. Itaque hi primi ædiles plebis appellati. De ſeptem tabernis, quæ poſtea *quinque* & *nova* vocatæ ſunt Livius 26. cap. 27. *Interrupit hos ſermones nocte, quæ pridie Quinquatrus fuit, pluribus ſimul locis circa forum incendium ortum. Eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea quinque, & argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arſere. Dacerius.*

*Plebeium.*] Infra: *Plebeium magiſtratum neminem licet capere, niſi qui ex plebe eſt. Cujus generis eſt omnis magiſtratus, qui iſto nomine appellatur.* Intelligit tribunatum plebis, & ædilitatem plebis. *Joſ. Scaliger.*

*Plebeium magiſtratum.*] Tribunatum plebis & Ædilitatem plebis intelligit. *Dacerius.*

*Plena ſue.*] Telluri gravida ſue ſacrificari docet Ovid. lib. 1. Faſtor.

*Placentur frugum matres Tellusque, Cereſque*
*Farre ſuo gravidæ, viſceribuſque ſuis.*

Item forda bove, Fordicidiis. Idem lib. 4.

*Nunc gravidum pecus eſt gravidæ quoque ſemine terræ*
*Telluri plena victima plena datur.*

Arnob. lib. 7. Ita emendandus Telluri matri ſcropha ingens immolatur forda, non feta. Cur ſus immolaretur, videtur Feſtus reddere rationem; quia cum ſereretur, roſtro ſuo ſata corrumperet. quod Ovid. etiam explicat lib. 15. Metam. & lib. 1. Faſtor. *Ant. Auguſtinus.*

*Plena ſue.*] Plena ſue Telluri ſacrificabatur, quia pecudis id genus, cum ſeritur, roſtro ſemen fodiendo corrumpere ſolet. *Joſ. Scaliger.*

*Plena ſue.*] Hunc morem fuſe Ovid. 1. & 4. Faſt. & lib. 13. Metamorph. Sic Libero caper immolabatur.

PAULUS. Plentur antiqui etiam ſine præpoſitionibus dicebant.

FESTUS. Plera dixiſſe antiquos, teſtis eſt Pacuvius, cum ait: plera pars peſſumdatur. Plexa, colligata ſignificat ex Græco, cui nos etiam præpoſitionem adjicimus, cum dicimus perplexa.

PAULUS. Plexa colligata, inde & perplexa.

Pliſima plurima.

FESTUS. Plorare, flere, inclamare, nunc ſignificat, & cum præpoſitione implorare, id eſt, invocare at apud antiquos plane inclamare. in Regis Romuli, & Tatii legibus: SI NURUS SACRA DIVIS PARENTUM ESTO. & in Servii Tullii hæc eſt; SI PARENTEM PUER VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT PARENTES, PUER DIVIS PARENTUM SACER ESTO, id eſt, clamarit, dixit.

PAULUS. Ploti appellantur, qui ſunt planis pedibus. unde & poeta Attius, quia Umber Sarſinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. ſoleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant.

FESTUS. *Ploti appellati ſunt* Umbri pedibus planis *quod eſſent. Unde ſoleas dimidiatas quibus*

## NOTÆ.

batur, quia vites ab eo comeſtæ ſunt. Servius II. Georg. *Per contrarietatem victima numinibus immolantur, ut porca quæ obeſt frugibus, Cereri: & caper, qui obeſt vitibus, Libero.*

*Plentur.*] Ab obſoleto *pleo*, unde *compleo*, *depleo*, *impleo*. *Dacerius.*

*Plera.*] Pacuvius in Teucro apud Priſcian. lib. 5.

*Periere Danai, plera pars peſſundata eſt.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Plera.*] Ab obſoleto *plerus*. Hunc Pacuvii locum laudat Priſcian. lib. 5. *Pacuvius*, inquit, *in Teucro*:

*Periere Danai, plera pars peſſundata eſt.*

*Plexa.*] A *plecto*, quod à Græco πλέκω, *connecto*, *colligo*.

*Pluſima.*] Vide ſupra in *pignoſa*. *Dacerius.*

*Plorare.*] Verba legis Romuli mendoſa ſunt, ſi nurus ſacra divis parentum eſto. Et deeſſe arbitror aliquid hujuſmodi: *Si nurus inceſtum paſſa, non plorasſit, ſacra divis parentum eſto. Ant. Auguſtinus.*

*Plorare.*] Longum eſt toties indicare errores, cum id tempus, & chartam lucri facere poſſimus & in continenti emendationem apponere. Trajectiones igitur, & alia errata ita reſtituimus: In Regis Romuli, & Tatii, & Servii Tullii legibus hæc eſt: SEI. PARENTEM. PVER. VERBERIT. AST. OLOE. PLORASSINT. (parentes) PVER. DIVEIS. PARENTVM SACER. ESTO. SEI. NVRVS. SACRA. DIVEIS. PARENTVM. ESTO. Ecce, quæ in citandis regum nominibus trajecta erant, ea ſuo loco reddimus. VERBERIT, pro verberet. Ita ſemper in XII. Nam & eo modo VINDICIT, pro vindicet. ſed & Edim, pro Edam dicebant. OLOE. pro OLI. una L. qui non geminabant, ut poſtea, cum dixerunt OLLI. ſed plurali OLOE dictum, ut Pilumnoe poploe: hoc eſt, Pilumni populi. Supra idem Feſtus monuit AB OLOES, pro, illis dictum. Altera luxatio in altero legis membro facta erat. Importune enim ultima clauſula loco mota erat. Vocem, *parentes* circulo incluſimus, neque majuſculis literis perſcripſimus. Eſt enim Gloſſema pertinens ad OLOE: ne forte ſcilicet perperam illud OLOE acciperetur. quod veteres, cum citarent leges antiquiſs. propter obſcuritatem, aut verborum inſolentiam factitabant. ut in illa lege: REM. VBEI. PAGVNT. ORANTO. NEI. PAGVNT. ANTE. MERIDIEM. IN. FORO. AVT. IN. COMITIO. CAVSSAM. CONICIVNTO. (cum perorant ambo præſentes) POST. MERIDIEM. PRAESENTE. AMBOBVS. LEITEM. ADDICITO. (ſi ambo præſentes) SOL. OCCASVS. SVPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Et in Actionib. apud Varronem: EXTRA. SVRDAM. LVSCAM. MINAM (id eſt ventre glabro.) Sed de his alias fuſius. Noſ. hæc produxiſſe contenti ſumus. *Joſ. Scaliger.*

*Plorare.*] Scaliger vix dimidium negotii confecit: Verba enim Feſti ita trajecta ſunt ut ex iis nullus, niſi perobſcurus ſenſus eliciatur. Lego itaque. *plorare, flere nunc ſignificat, at apud antiquos plane inclamare, & cum præpoſitione implorare, inclamare, id eſt, invocare: In regis Romuli* &c. Nunc omnia plana, ſed non prætereundum in lege Numæ pro *eſto*, ſchedas habere *eſtod*. Quomodo antiquos ſcripſiſſe tradit Quintilian. lib. I. cap. 7. *Ut Latinis veteribus D plurimis in verbis ultimam adjectam, quod manifeſtum eſt etiam ex columna roſtrata quæ eſt C. Duilio in foro poſita*: in ea columna legitur, *altod*, *marid*, *pugnandod*. *Dacerius.*

*Ploti.*] Quantum ex his colligere poſſumus, *Plotum* eſſe Umbricam vocem, apparet. *Joſ. Scaliger.*

*Ploti appellati.*] Sic ſupra *Plauti* canes quorum aures latius patent. Nam *Ploti* & *Plauti*, ſunt ejuſdem originis, quod autem infra putat Feſtus *ſemiplotia*,

Digitized by Google

utuntur in venando *quo planius pedem ponerent*, *Vocant* ſemiplotia, & *ab eadem cauſa M. Actius* poeta, quia Umber Sarcinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus cœptus eſt dici.

Ploximum appellari ait Catullus, capſum in ciſio, capſave cum ait. gingivas vero ploximi habet veteris.

Ploximum capſam dixerunt.

Plutei crates corio crudo intentæ, quæ ſolebant apponi militibus opus facientibus: & appellabantur militares. nunc etiam tabulæ, quibus quid præſepitur, eodem nomine dicuntur. PAULUS.

*Plutei dicuntur crates corio crudo* intentæ *quæ ſolebant apponi militibus* opus facientibus *& appellabantur militares*. nunc etiam tabulæ. *quibus quid præſepitur eodem* nomine dicun*tur*. FESTUS.

Poeſnis, pœnis, ut caſmenas dicebant pro camenis, & cæſnas pro cænis.

Polet, pollet. quia nondum geminabant antiqui conſonanteis.

Polimenta teſticuli porcorum dicuntur, cum caſtrantur. à politione veſtimentorum, quod ſimiliter, ut illa curantur. PAULUS.

*Polimenta ait Verrius antiqui* dicebant teſticulos porcorum cum eos caſtrabant. à politione ſegetum, aut veſtimentorum: quod ſimiliter, atque illa, curentur. FESTUS.

## NOTÆ.

*plotia*, à ſemi & *ploto*, appellata fuiſſe, id vero falſum eſt, *plotia* enim & *ſemiplotia* calcei ſunt qui Græcis βλαῦται & ἡμιβλαῦται dicuntur. *Dacerius.*

*Ploximum.*] Catullus *ploxenum circa Padum invenit*, inquit Quintilian. lib. 1. cap. 10. Capſum autem in ciſio, capſave, quid ſit ignoro. Ciſium vehiculi genus eſſe duarum rotarum ſcribit Nonius, quo verbo Cicero uſus eſt in Orat. pro Sex. Roſcio, & Philipp. 11. Si quis cantum, pro capſum ſcribat, exiſtimans id eſſe ferrum, quo rotæ vinciuntur, ita enim Quintilianus verbum id à Perſio uſurpatum interpretatur: is quidem aliquid dixerit: me tamen ſubſcriptorem non habebit. id enim ſi Quintilianus ſenſiſſet, non uſus fuiſſet verbo inveniendi, ſed appellandi; & addidiſſet pro eadem re, aut aliquid hujuſmodi. *Ant. Auguſtinus.*

*Ploxemum.*] De hoc ſatis alibi. *Capſum in ciſio* vulgo in Gallia *Tumberellum* vocamus, quod capſæ ſpecie ſit. Utitur & Vitruvius: πείρινθα καὶ ὑπερτερίαν. Homerus vocat. *Sirpiculum* etiam veteres Latini, ſi ex vitili materia. *Joſ. Scaliger.*

*Ploximum.*] Capſum in Ciſio, vulgo *tumberellum* vocamus, eſtque tranſpadanum vocabulum. Innuit Quintilian. lib. 1. cap. 5. *Sicut Catullus ploxemum circa Padum invenit.* Voſſius ait forſan eſſe à πλέξιμον, πλόκιμον à πλέκω, *necto*, quod vimine plecti ſoleret. Ciſium autem vehiculi biroti genus, proprium Gallæ Ciſalpinæ. *Dacerius.*

*Plutei.*] Gloſſarium; *Pluteus*, προθέλυμα. ἀνάκλιτον. ἡμίκλη πλοίου, ἐχθίνιον τείχους. Etiam Martialis τὸ ἀνάκλιτον τῆς κλίνης ita vocat:

*Namque puer pluteo vindice tutus erat.*

Aliæ Gloſſæ, *Pluteum*, γυψοπλαισία. *Joſ. Scaliger.*

*Plutei.*] Fuere olim è tabulis & aſſeribus, poſtea vero pluteos fecere è cratibus corio intentis. Formam deſcribit Veget. lib. 4. cap. 15. *Plutei dicuntur qui ad ſimilitudinem apſidis contexuntur è vimine, & ciliciis vel coriis proteguntur, terniſque rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcumque partem admoventur, more carpenti.* Plutei item tabulæ omnes quibus aliquid præſepitur. Et hæc forſan prima notio. Nempe à πλάξ tabula. utramque ſignificationem gloſſæ amplecti videntur, cum pluteum exponunt προθέλυμα. Inde etiam *pluteus* fulcrum tori, lecti latus interius.

*Pœſnis.*] Sched. *peſnis pro pennis.* &c. Sed priorem lectionem retineo. Vide *Scenſas*.

*Polet.*] Sic *oli*, pro *olli*, ut jam alibi dictum eſt. *Dacerius.*

*Polimenta.*] In verbis Feſti initio duo verba deſiderantur: alterum eſt (*Polimenta*,) alterum eſſe poterit (*veteres*.) *Ant. Auguſtinus.*

*Polimenta.*] Arnobius lib. 7. *Polimenta ſunt ea, quæ verecundius proles dicimus.* Idem de prolibus lib. 5. *parte altera proles cum ipſis genitalibus occupat.* Idem: *Circunjectas prolibus diripientem membranulas.* *Joſ. Scaliger.*

*Polimenta.*] Plaut. Menæch. act. 1. ſc. 3.

*—— aut polimenta porcina aut aliquid ad eum modum.*

Arnob. lib. 7. *polimenta ſunt ea quæ verecundius proles dicimus.* Idem de prolibus lib. 5. *parte altera proles cum ipſis genitalibus occupat.* Item: *circumjectas prolibus diripientem membranulas.* ſed inepte Feſtus à *politione* ſunt enim à *polis* ſeu *polulis*. Erant autem *polæ* ſeu *polula* pilæ ex aluta, molli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro: unde polire

PAULUS. Polit, pila ludit.

FESTUS. †. . . . . . . . . . . . . . . . in V. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .dixit. . . . . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Pollubrum, peluvium vas, quod nos pelvim vocamus.

FESTUS. 5. Pollucere merces. . . . . . liceat ſunt far, polenta, vinum, panis fermentatus, ficus paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ovilla, alica, ſeſama, & oleum, piſces quibus eſt ſquamma præter ſcarum. Herculi autem omnia eſculenta, poculenta.

## NOTÆ.

re pila ludere dicebant veteres & id tractum à Græco. Nam *φαλὸς* Græce ſignificat *veretrum*, quod geſtabatur in pompa Liberi. primum ita vocabatur quandiu fieret ex ficu; poſtquam ex aluta rubra fieri cœptus, dictus *πολίων*, ab eo *pola* Latinæ, quæ ex aluta fiebant. Et polimenta, teſticuli porcorum dicti, poſtquam ex illo folliculo evaginati erant in caſtratione. Scalig. in conjectaneis ad Varronem. Sed mere fallitur Scaliger: Polla, à Græco *πάλλα*. id eſt *pila*. Heſych. *πάλλα, σφαῖρα ἐκ ποικίλων νημάτων πεποιημένη*. *Palla, pila ex variis tomentis facta*. pro *πάλλα*, Æoles *πόλλα*, unde *polla*. & *pollire*, pila ludere, & *pollio*, *ὁ πιλλοῤῥάφος*: polimina autem à *pola* pro *polla*, &c.

† . . . . *in v.* . ] Nihil hic video. *Dacerius*.

*Pollubrum.* ] In Odyſſea veteri: *Argenteo pollubro*, *&* *aureo gutto*.

> *χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα*
> *καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος*
> *νίψασθαι.*

*προχόῳ χρυσείῃ*, *aureo gutto*. *ἀργυρέοιο λέβητος*, *argenteo pollubro*. Aquam vero ipſam *χέρνιβα* vocabant. *Joſ. Scaliger.*

*Pollubrum.* ] Hæc ſunt è Pauli Epitome. Verba Feſti rejecta fuere in fine hujus libri poſt caput *promptum*, locum adi. Pollubrum autem vas excipiendæ aquæ dum manus abluuntur: *guttus* unde aqua effunditur. Fabius pictor lib. 16. *Aquam manibus pedibuſque dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua.* Sic in Odyſſea veteri: argenteo pollubro & aureo gutto, ut optime Scaliger:

> Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
> Καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος
> Νίψασθαι.
> *Aquam ancilla gutto infundebat*
> *pulcro aureo ſupra pollubrum argenteum manibus abluendis.*

Nam *προχόῳ χρυσείῃ* eſt *aureo gutto*, *ἀργυρέοιο λέβητος*, *argenteo pullubro*. Aquam vero ipſam *χέρνιβα* vocabant. *pollubrum* autem à *polluo*, ut à *deluo*, *delubrum*. *Dacerius.*

*Pollucere.* ] Utitur hoc verbo Cato in libro de re ruſtica. Plautus in Sticho, Caſſius Hemina apud Plin. lib. 32. cap. 11. Eſt autem Feſti locus lacer ita ſarciendus; ut dicatur, *non licere omnia pollucere alicui deo, deave, ſed Herculi licere omnia eſculenta, & poculenta. Cato Jovi Dapali dapem polluceri ſcribit. Caſſius Numam prohibuiſſe, ne non ſquamoſi piſces pollucerentur.* Nos igitur ita ſcriberemus: *Pollucere Mercurio, quæ liceat ſunt: far, &c. Ant. Auguſtinus.*

*Pollucere.* ] Regis Numæ lex fuit de polluctu, quæ videlicet liceret polluceri, quæ non liceret. De piſcibus, qui ſquamoſi eſſent, omnes, præter ſcarum: idque propter raritatem. Rariſſimus enim in Laurenti litore, atque adeo in ora Tyrrhenica erat piſcis ipſe. quique eum capiebant, in mare dimittebant. Non igitur per religionis cauſſam hoc ſancitum eſt, ſed ut parſimonia convivia, epulæque publicæ facilius ad pulvinaria compararentur. Cujus rei auctor Caſſius Hemina apud Plinium, his verbis: *Numa conſtituit, ut piſcis, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent, parſimonia commentus, uti convivia publica, & privata, cenaque ad pulvinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent, precio minus parcerent, eaque præmercarentur.* Neque in hoc piſce, ſed in multis aliis modus eſt impoſitus etiam ſacrificiis. Quare Servius ait in libris Veterum legi, à majoribus ſacrificando parſimoniam obſervatam. Puto legem his verbis conceptam fuiſſe: PISCEIS. QVEI. SQVAMOSEI. NON. SVNT. NEI. POLLVCETO. SQVAMOSOS. OMNEIS. PRAETER. SCARVM. POLLVCETO. Sine dubio autem lacer iſte locus ita ſarciendus eſt: Pollucere merces diis quas liceat, ſunt, far &c. At docti viri: Pollucere Mercurio quæ liceat, ſunt &c. Quid? an Mercurio tantum pollucebatur? non & Jovi Dapali apud Catonem? non aliis? Sed pollucere merces, hoc faceſſit illis negotium. fruſtra. præter alios audiant Varronem: *Hinc profanatum, quod in ſacrario polluctum. atque Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, ut fani lege ſit, id dicitur. Polluctum, quod à porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum polluctum eſt. ut, cum profanum dicitur, id eſt proinde, ut ſit fani factum.* Hæc Varro. Pollucere merces dicebantur mercatores, quando de mercibus *ἀπαρχὰς*, & libamenta diis offerebant. *Joſ. Scaliger.*

Pol-

Digitized by Google

Polteio, pro ulteriore.

Pomonal eſt in agro Solonio via Oſtienſi ad duodecimum lapidem diverticulo à miliario octavo.

Pone gravi ſono antiqui utebantur pro loci ſignificatione. ſed præjicientes vocabu.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Pone gravi ſono ponitur pro loci ſignificatione. PAULUS.

*Pontina tribus à Pontia urbe dicta à qua & palus quoque Pontina appellata eſt juxta Terracenam.* FESTUS.

Popillia tri*bus una quinque & triginta tri*buum, tot enim fue*runt*, *à Popilliæ fœmina f*elici nomine *appellata, quomodo tribus quoque* Pinaria à ſorore *Pinarii dicta, ſive ab ejus n*omine.

Popillia tribus à progenitrice traxit vocabulum. PAULUS.

Popularia ſacra ſunt, ut ait Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa ſunt. fornacalia, parilia, laralia, porca præcidanea. FESTUS.

## NOTÆ.

*Polteio.*] Forſan è Saliorum carminibus.

*Pomonal.*] Inter oſtiam & Romam Solonium prædium collocat Plutarch. in Mario. Livius etiam lib. 8.

*Pone.*] Pone cum gravi Virg. 2. Æn.

*—— —— pars cætera pontum*
*Pone legit.*

*Pone*, (inquit Servius) *poſt ſemper in loco, nunquam in tempore.* Idem ad illud ejuſdem lib.

*Pone ſubit conjux.*

*Pone*, inquit, *poſt: ſed loco tantum, non & tempori adjungitur, & eſt adverbium atque adeo ultima ſyllaba habet accentum.* Quæ ſequebantur apud Feſtum divinare non poſſum. Aiebat forſan pone cum vocabulo cuidam poſtponebatur fuiſſe adverbium temporis. *Dacerius.*

*Pontina.*] Infra: *Pontina tribus à Pontia urbe dicta eſt. à qua & Pontina palus. Joſ. Scaliger.*

*Pontina tribus.*] Sigonius legendum putabat, *Pomptina tribus à Pometia urbe à qua & Pomptina palus.* ſed fruſtra. Pontina enim à Pontia urbe Volſcorum prope Terracinas. *Dacerius.*

*Popillia.*] Si extaret Varronis liber de tribubus, non deſideraremus Feſti interpretationem. nunc quid reliquum eſt? *à progenitrice*, inquit Paulus, *traxit vocabulum*; an tota tribus progenita eſt ab aliqua Popillia? hoc mihi non fit veriſimile. libentius à familia dixerim appellatam tribum; vel familiam potius à tribu. Ex Feſti veſtigiis quid aſſequimur? Popilliam unam fuiſſe ex 35. tot enim fuere. fœderis publici nomine, vel quid ſimile. de Pinaria ſorore cur addatur, ignoro. Fuit quidem Pinaria familia antiquiſſima, quæ ab ipſo Hercule dicitur ſacerdotium accepiſſe, ut Cicero pro Domo, Dionyſ. lib. 5. Verg. lib. 8. Liv. lib. 1. & alii referunt. Sed Pinariæ tribus nomen nuſquam reperi. neque quid habeat cum Popillia commune. Popillii cognomento Lænates ſatis nobiles fuerunt Conſulares, & triumphales viri, licet plebeii. Pinarii patricii majorum, ut credendum eſt, gentium. Vide Potitium. *Ant. Auguſtinus.*

*Popillia.*] *Popillia tribus una trigintaquinque tribuum. tot enim fuerunt. dicta à Popillia felici nomine. à quo & tribus Pinaria à ſororis ejus nomine.* Non dubium eſt ita ſcripſiſſe. Nam quid manifeſtius, quam à Popillia femina dictam tribum, cujus nomen auſpicatiſſimum habebatur, ac bonæ ſcævæ, ut tunc loquebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Popillia tribus.*] Ait à Popillia femina dictam tribum, cujus nomen auſpicatiſſimum habebatur, ac bonæ ſcævæ, ut tunc loquebantur. Verum Sigonius dubitat à locone, an à viro dicatur, ut & Onuphrius qui mavult à neſcio quo loco dictam qui in Volſcis prope Pontinam fuerit. ſed vide poſt *pugio. Dacerius.*

*Popularia.*] Notabis *Lararia* pro compitalibus dicta. quod haud temere alibi reperias. *Popularia* opponuntur *privatis:* ut *popularia judicia, privatis judiciis.* Nam ita hic videntur Popularia oppoſita privatis, familiaritiis, & gentilitiis ſacris. Alias popularia ſacra opponuntur montanalibus, & paganalibus. Varro: *Dies Septimontium nominatus ab his ſeptem montibus, in queis ſita urbs eſt. feria non populi, ſed montanorum modo:* ut paganalia, qui ſunt alicujus pagi. *Joſ. Scaliger.*

*Popularia ſacra.*] Opponuntur privatis, ut popularia judicia, privatis judiciis, nam ita hic videntur popularia oppoſita privatis, familiaritiis, & gentilitiis ſacris. Alias popularia ſacra opponuntur Montanalibus & Paganalibus. Varro lib. 5. de L. L. Dies *Septimontium nominatus ab his ſeptem montibus in queis ſita urbs eſt: feria non populi, ſed Montano-*



Digitized by Google

Populi com*mune eſt in legibus ferendis* cum plebe ſuffragium. *nam Comitia centuriata* ex patribus & plebe *conſtant in centurias diviſis*, *at* cum plebes ſine patri*bus tributis comitiis convenit* quod plebes ſcivit, plebi*s ſcitum id ea cauſa* appellatur.

Porcæ appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia. dicti quod porcant, id eſt, prohibent aquam frumentis nocere. nam crebriores ſulci, limi vocantur.

PAULUS. Porcæ in agris ſunt dictæ, quod porcant, id eſt, prohibeant aquam frumentis nocere, nam crebriores ſulci lumi ſolent vocari.

FESTUS. Porcam auream, & argenteam dici ait Capito Ateius, quæ & ſi numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Ceriali.

PAULUS. Porcas, quæ inter duos ſulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.

FESTUS. Porcas, quæ in agris fiunt, ait Varro, quod porrigant frumentum.

PAULUS. Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat. quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæſa porca fœdus firmari ſolebat.

FESTUS. *Porci effigies inter militari*a ſigna quintum locum *obtinebat quia confecto bel*lo, inter quos populos *pax fiebat*, *ea cæſa porca fœdere* firmari ſolet.

Porigam dixiſſe antiqui videntur, pro porrigam, propter morem non geminandarum litterarum. ducto verbo à porro regam aut ſi id frivolum videtur cum aperte è rivo regam tractum ſit. ſed antiqui etiam porgam dixerunt pro porrigam.

## NOTÆ.

*rum modo: ut Paganalia, qui ſunt alicujus pagi.* Scalig.

*Laralia.*] Notabis *Laralia* pro compitalibus quod haud temere alibi reperias.

*Porca præcidanea.*] Quid hoc porca præcidanea inter popularia ſacra? Nugæ. Hæc non ſunt hujus loci, quare hinc ableganda. Videntur autem huc adhæſiſſe è capite *porca præcidanea* quod male poſt *præcidaneam porcam* retractum eſt. *Dacerius.*

*Populi.*] *Populi commune eſt in legibus ferendis cum plebe ſuffragium. nam comitia centuriata ex patribus, & plebe conſtant in centurias diviſis. Sed cum plebes ſine patribus tributis comitiis convenit, quod plebes ſcivit, plebeiſcitum, vel plebiſcitum ea de cauſa appellatur.* Hæc Pompeius Feſtus fortaſſe ſcripſit: quod tamen affirmare non audeo. Viden. Gell. lib. 10. cap. 20. & lib. 15. cap. 27. Caius cap. 237. de verbor. ſign. Juſtin. lib. 1. Inſtit. titulo de jure nat. Boet. in topic. Iſid. lib. 5. etymol. *Ant. Auguſtinus.*

*Populi commune.*] Hos hiatus olim feliciſſime expleverat Antonius Auguſtinus. Vide *patrum commune*. Gell. lib. 10. cap. 20. & lib. 15. cap. 17.

*Porca appellantur.*] Sic porcas & ſulcos pro eodem ſumit Feſt. contra quod in voce *imporcitor*, ubi legitur, *porca eſt inter duos ſulcos terra eminens.* Ibi enim porcam aperte à ſulco diſtinguit, & revera diverſa res eſt. porcæ alio nomine *liræ* dicebantur. Columell. lib. 1. cap. 4. *Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat.* Inde Gloſſar. porca, *τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος, inter duos ſulcos elata terra.* Tamen cum liras dixerint ſulcos illos qui in agris fiebant ut inde in majores ſulcos ſive foſſas aqua decurreret, fieri etiam potuit ut ſulci illi *porcæ* etiam dicerentur, quod aquam frumentis nocere prohiberent, ſed hujus rei exempla deſidero.

*Porcam auream & argenteam.*] Nemo quod ſciam hujuſce moris præter Feſtum meminit Sacrificium Cereris de quo hic ſermo eſt, fiebat die Aprilis 19. *Dacerius.*

*Porcas.*] Varro lib. 1. cap. 29. de re ruſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Porcas.*] Græculus auctor Gloſſarii optimis quidem auctoribus in compilandis gloſſis ſuis uſus eſt; ſæpe tamen fallitur: ut cum *Porta*, pro porca ponit. *Porta, τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Porta, τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων. Joſ. Scaliger.*

*Porcas quæ inter duos ſulcos.*] Locus Varronis eſt lib. 1. de R. R. cap. 29. *Qua aratrum vomere lacunam ſtriam fecit, ſulcus vocatur. quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit, ſic quoque exta Deis cum dabant, porricere dicebant.* Nonius vocat porcas: *ſigna ſulcorum, quæ ultra ſe jaci ſemina prohibeant, porcere enim eſt prohibere*, ſed melius Feſtus quod *aquam porceant. Dacerius.*

*Porigam.*] Lege: *cum aperte e proregam tractum ſit. Joſ. Scaliger.*

*Porigam.*] Pro porrigam ſimplici *r*. Eſt autem porrigere non à porro regere, ut hic putat Feſt.

ſed

Digitized by Google

Porriciam pro porro jaciam. PAULUS.

Portenta exiſtimarunt quidam gravia eſſe, oſtenta bona. alii portenta quædam bona, oſtenta quædam triſtia appellari. portenta quæ quid porro tendatur, indicent, oſtenta, quæ tantum modo oſtendant monſtra, præcipiant quoque remedia. FESTUS.

Portenta rerum fieri dicuntur, cum ſolita corpora raro ſe oſtendunt, ut cometæ, turbines, barathra, ſereno cælo facta tonitrua. PAULUS.

Portiſculus eſt, qui in portu modum dat claſſi, eſt autem malleus.

Portiſculus eſt, ut ſcribit Ælius Stilo, qui in portu modum dat claſſi. id autem eſt malleus. Cujus meminit Cato in diſſuaſione de rege Attalo & vectigalibus Aſiæ: C. Licinio Prætore, remiges ſcripti cives Romani ſub portiſculum ſub flagrum conſcripti veniere paſſim. FESTUS.

Port*orium dictum eſt vectigal id quod ſolvitur* porti*toribus qui conduxerint dimidiato* . . . . . . . . . in vec*tigalibus autem portoria fruenda loc*antur dua*bus* . . . . . ejuſque. . . . . . . . . *& Ti.* Corun*canius Ti. F. Cenſores* . . . . . . . intra *temporis ſpacium certum*. . . . . . . . quid æ . . . . . . . . . Conſoria majeſtate ſpreta. . . . . . . . . . dam propib. (forte prædibus) &. . . . . . . . . ſint.

## NOTÆ.

ſed à *per* & *rego:* nam e vocis *per* mutatur in *o*. imo & ipſe Feſtus id infra innuit. Nam pro his, *aperto è rivo regam*, legendum ut docet Scal. *aperte e pro regam tractum ſit. pro* porrigere *porgere* dicebant veteres. Virgil.

*———— ———— porgite pocula dextris.*

*Porriciam.*] Ex diſciplina Haruſpicum *porriciendi*, verbum ſacrificantibus ſolemne erat, qui proprie *porricere* dicebantur cum cæſa ex victimis, & inſpecta diligentius, num quid vitii haberent exta, vel accenſam in aram, vel in alteram rem ex proprio ſacrificii ritu conjicerent. Plaut. Pſeudol. act. ſc. 3.

*—— —— —— nam ſi ſacrificem ſummo Jovi*
*Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci*
*Si lucri quid detur, potius rem divinam deſeram.*

Et Virgil. 5. Æneid.

*—— —— —— —— —— —— extaque ſalſos*
*Porricit in fluctus & vina liquentia fundit.*

Porricere autem à porrigere eſt, c in g mutato, ut *acitare*, pro *agitare*, *leciones*, pro *legiones*, dicebant veteres. Vide poſt *profanum*.

*Portenta.*] Paſſim apud Claſſicos ſcriptores, *portenta*, *oſtenta*, *monſtra*, pro eodem ſumuntur, quod portendant, oſtendant, moneant. Vide *monſtrum*, & *oſtentum*. Supple infra *monſtra*, *quæ monſtrent*, & *præcipiant*, &c.

*Portenta rerum.*] Pro *ſolita*, diverſa lectio apparet, *ſolida* male. cum *ſolita corpora raro ſe oſtendunt*; hoc eſt, *cum corpora ſe oſtendunt*, *quæ raro ſe oſtendere ſolita ſunt*. *Dacerius.*

*Portiſculus.*] Utitur hoc verbo Plautus in Aſinaria. *Ant. Auguſtinus.*

*Portiſculus.*] Gloſſæ: *Porticulus*, κελευστής. Qui eſt præco alias, is in nave portiſculus. præco audientiam faciebat in Comitiis, in ſacris & ſpectaculis faventiam: portiſculus modum remigibus dabat. in verbis Catonis dicitur Viros Romanos, qui remiges ſcripti erant, per portiſculum ſub flagro veniſſe. In quo eſt duplex antiquitatis notio: una cives Romanos ob capital admiſſum prius verberibus cædi, deinde numo ſeſtertio, ſi Romæ eſſent, trans Tiberim venire ſolitos. altera, qui flagris cædebantur, ii ſub præcone, aut ſi remiges eſſent, ſub portiſculo cædebantur. Horatius:

*Sectus flagellis hic triumviralibus*
*Præconis ad faſtidium.*

*Joſ. Scaliger.*

*Portiſculus.*] Et hominem & perticam qua is utebatur ſignificat. Nonius, *Portiſculus proprie eſt hortator remigum*, *hoc eſt*, *qui eandem perticam tenet qua portiſculus dicitur qua excurſum*, *& exhortamenta moderatur*. De pertica Plaut. Aſin. act. III. ſc. 1.

*Ad loquendum atque ad tacendum tute habes portiſculum.*

De homine verba Catonis infra. Et Gloſſ. *portiſculus*, κελευστής. Et qui eſt *præco alias*, is in nave *portiſculus*. Præco audientiam faciebat in comitiis, in ſacris & ſpectaculis faventiam: portiſculus modum remigibus dabat.

*Remiges ſcripti cives.*] In verbis Catonis dicitur viros

Portum in duodecim pro domo poſitum omnes fere conſentiunt: CUI TESTIMONIUM DEFUERIT, IIS TERTIIS DIEBUS OB PORTUM OBVAGULATUM ITO.

**Paulus.** Portum frequenter majores pro domo poſuerunt.

Portumnus, qui & Palæmon, à Romanis inter deos colebatur.

**Festus.** Por*tumnus qui & Palæmon alio nomine dicitur inter deos, qui præſunt mari à Romanis colebatur.*

Poſſeſſio eſt, ut definit Gallus Ælius, uſus quidam agri, aut ædificii, non ipſe fundus, aut ager. non enim poſſeſſio eſt. . . . . . . .rebus, quæ tangi poſſunt: qui dicit, ſe poſſidere, is vere poteſt dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, ut prætor his verbis utatur: Uti nunc poſſidetis, eum fundum Q. D. A. quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis. adverſus ea vim fieri, veto.

**Paulus.** Poſſeſſio eſt uſus quidam agri, aut ædificii, non ipſe fundus, aut ager.

**Festus.** Poſſeſſiones appellantur agri late patentes publici, privatique; quia non mancipatione, ſed uſu tenebantur, & ut quiſque occupaverat, collidebat.

## Notæ.

viros Romanos qui remiges ſcripti erant, per portiſculum ſub flagro veniiſſe. In quo eſt duplex antiquitatis notio: una cives Romanos ob capital admiſſum prius verberibus cædi, deinde nummo ſeſtertio, ſi Romæ eſſent, trans Tiberim venire ſolitos: altera, qui flagris cædebantur, ii ſub præcone, aut ſi remiges eſſent ſub portiſculo cædebantur. Horat.

*Sectus flagellis hic triumviralibus*
*Præconis ad faſtidium. Scaliger.*

*Portum.*] Male alicubi hæc lex ſcripta eſt. *Qui Teſtimonium defugerit.* De voce *obvagulatum*, vide in *vagulatio*. Ibi etiam hanc legem reperies.

*Portumnus.*] Qui portibus præerat. Melicerta fuit Athamantii filius, qui ut patrem fugeret ſe præcipitavit in mare, & voluntate numinum in Deum converſus, Latinis Portumnus, Græcis *Palæmon*, dictus eſt. Fuſe Ovid. 4. Metamorph. Vide *claudere. Dacerius.*

*Poſſeſſio.*] Aliqua ſunt mendoſa, & manca. ea nos ita ſcriberemus: *Non enim poſſeſſio eſt, niſi in iis rebus, quæ tangi poſſunt. Auctore prætore, qui dicit ſe poſſidere, is vere poteſt dicere*, &c. Q. D. A. ſignificat, *quo de agitur*. Illud *nemo ex his, qui*, deeſſe videtur verbum *litigant*, aut pro *his qui*, ſcribe *reis*. *Ant. Auguſtinus.*

*Poſſeſſio eſt ut definit.*] Quæ infra deſunt ita ſupplevit Ant. Auguſt. *Non enim poſſeſſio eſt niſi in iis rebus quæ tangi poſſunt. Auctore prætore qui dicit ſe poſſidere, is vere poteſt dicere.* Et infra deeſt verbum *litigant*, ſic: *itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui litigant.* Vel ſi mavis, pro *ex his qui*, legendum: *ex reis.* ait in legitimis actionibus nullam fuiſſe his verbis conceptam. *Hanc poſſeſſionem meam eſſe aio:* poſſidere autem ut illud obiter addam eſt à *pos*, pro *potis*, & *ſedere.* hoc intellexit Paul. lib. 1. de adquirenda, vel omittenda poſſeſſione: *Poſſeſſio appellata eſt, ut & Labeo ait à ſedibus quaſi poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν dicunt.* Grot. *Poſſidere eſt ita alicubi ſedere, uti loci pos, id eſt, potens ſis, itaque primum de rebus ſoli dici cœpit, deinde & ad res mobiles transferri.*

*Sed ad interdictum venit.*] Id eſt, ad jus, ad Prætorem. Petron. *Ut ſi nollet aliam rem domino reddere, ad interdictum veniret.*

*Uti nunc poſſidetis.*] Solemnis formula interdicti UTI POSSIDETIS. Aliter tamen paulo apud Ulpian. UT EAS ÆDES Q. D. A. NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO A. A. A. POSSIDETIS. QUO MINUS ITA POSSIDEATIS VIM FIERI VETO. Litteræ Q. D. A. ſignificant, *Quo vel quibus de agitur*, A. A. A. *alter ab altero.*

*Nec vi, nec clam, nec precario.*] His tribus mala fide aliquid poſſidetur. Sic Chærea apud Terent. Eunuch. act. II. ſc. 3. tria hæc lepide conjunxit.

*— — Hanc, tu mihi vel vi, vel clam, vel precario*
*Fac tradas.*

*Dacerius.*

*Poſſeſſiones.*] Videtur contradicere ſupraſcriptis, Poſſeſſio eſt uſus agri, non ipſe ager. Sed illic jus ſignificat, quod ex poſſidendo oritur, quod in uſu conſiſtit. hic uſurpationem nominis refert, ut minus proprie ad agros extendatur. *Ant. Auguſtinus.*

*Poſſeſſiones.*] Idem ad verbum Iſidor. lib. 15. cap. 13. *Poſſeſſiones ſunt agri late patentes publici, privatique, quos initio non mancipatione, ſed quiſque ut potuit, occupavit atque poſſedit.* Unde apud Feſtum forſan, pro *collidebat*, legendum *poſſidebat*, ut &

Ful,

Digitized by Google

Poſticam lineam in agris dividendis Servius Sulpicius appellavit ab exori*ente ſole ad occidentem quæ ſpectabat*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . tur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . abd . . . . . . tab. . . . . . . frum. . . . . . danto. . .

Poſtica linea in agris dividendis ab oriente ad occaſum ſpectat. PAULUS.

Poſticum oſtium dicitur in poſteriore parte ædium. ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad poſteriorem partem ædium ſic appellarunt. denique, & quæ ante nos ſunt, antica; & quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur, & dextram anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. ſic etiam ea cæli pars, quæ ſole illuſtratur ad meridiem, antica utique nominatur; quæ ad Septentrionem eſt, poſtica. rurſumque dividuntur in duas partes, orientem, atque occidentem. FESTUS.

Poſtliminium receptus dicitur is, qui extra limina, hoc eſt terminos provinciæ captus fuerat, rurſus ad propria revertitur. PAULUS.

Poſtliminium receptum, Gallus Ælius in libro primo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ait eſſe eum qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo jure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſervus à nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos redit, in ejus po- FESTUS.

## NOTÆ.

Ful. Urſin. vidit. Niſi cum Auguſtino malis *colebat*.

*Poſticam lineam.*] Quæ ab oriente ad occidentem, ut *antica*, quæ à meridie ad Septentrionem. Gloſſ. *antica linea*, διάμετρος. Nempe quæ poſticam lineam mediam ſecat. Quæ ſequuntur divinare non poſſum, videntur tantum eſſe verba Servii Sulpicii. In fine: *Frumentum danto*. *Dacerius*.

*Poſticum.*] Liv. lib. 1. *Regiones ab oriente ad occaſum determinavit, dexteras ad meridiem partes, lævaſque ad ſiniſtram eſſe dixit.* at Varro lib. 6. *Ejus templi partes quatuor, ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu. antica ad meridiem. poſtica ad ſeptentrionem.* Plin. lib. 2. cap. 54. *Ful. Urſinus.*

*Poſticum.*] Grammatici Græci, παράθυρα, καὶ παραθύριον καὶ παράθυρα κατόπιν τῆς οἰκίας. *Joſ. Scaliger.*

*Poſticum oſtium.*] Diſtinguo *poſticum*, *oſtium*, *&c.* dicitur *poſticum*, & *poſtica*, illud ſubintelligendo *oſtium*: hoc ſubintelligendo *janua*, ſive *porta*. Quare falſus eſt Servius qui putavit ſemper in neutro *anticum*, & *poſticum* dici, niſi cum ſunt voces augurum, qui *poſticam* Septentrionalem mundi partem, *anticam* vero meridionalem dicunt. In Gloſſis enim *poſtica*, παράθυρα κατόπιν τῆς οἰκίας. vulgo, *porte de derriere*.

*Et dexteram anticam, ſiniſtram poſticam.*] Dextra & ſiniſtra mundi pars varie accipitur. Nam auguribus & aſtrologis ſiniſtra eſt oriens, dextra occidens, unde factum eſt, ut iis ſiniſtra auſpicia dextris meliora ſemper habita ſint. Geographis ſiniſtra eſt occidens, dextra oriens. Poëtis ortum aſtrorum obſervantibus ſiniſtra eſt Septentrio, dextra meridies, eiſdem occaſus ſiderum ſpectantibus, ſiniſtra eſt auſter, dextra Boreas.

*Sic etiam ea cæli pars.*] Auguribus meridies antica, poſtica Septentrio dicitur, quia ii meridiem ſpectant, ita ut ad ſiniſtram orientem, ad dextram occidentem habeant. Vide *ſiniſtra*. *Dacerius*.

*Poſtliminium.*] Gloſſæ: *Poſtilimen*, ἐπάνοδος. Falſum eſt, quod vetuſtiſſimi Juriſconſulti prodidere, in nomine Poſtliminium ſpectari tantum præpoſitionem poſt, reliquum productionis eſſe caudam, liminium. Nam poſtliminium recte ex Latini ſermonis proportione dicitur ἡ ἐπάνοδος, ut contra Eliminium, ἡ ἔξοδος. Poſtliminii jus, & religio ex Athenienſium fontibus derivatur, ut pleraque Romanorum alia, eodem jure apud Romanos erant, qui poſtliminio ab hoſtibus revertebantur, quo apud Athenienſes ii, qui δευτερόποτμοι, καὶ ὑστερόποτμοι, dicebantur. Romani nolebant eum, cui tanquam mortuo juſta funerum facta erant, reducem limen inſiſtere, quia funeſtari eo putabant, tam limen utrumque & ſuperum, & inferum, ſi à mortuo calcaretur, quam & hominem ipſum. Nam & mortui in limine collocabantur, quod Græcis dicitur, πρόθεσις νεκρῶν. Iccirco tecto perforato in ædes admittebatur, ne ominoſum eſſet illi per januam ingredi, per quam tanquam elatus erat. Quod enim illi juſta facta erant, ob id tanquam elatus fingebatur. Athenienſes eos, quibus abſentibus funus factum erat, non prius ædes ingredi patiebantur, quam per ſinum laxæ ſtolæ mulier eum demitteret, tanquam denuo renaſci videretur. Unde δευτερόποτμοι, hoc eſt, δευτερογενεῖς· πότμος enim, fatum naſcentis. Qui enim ſemel ex ædibus elati ſunt, nunquam poſtea eas ingrediuntur. Inde factum, ut quos mortuos putaverant, aut quos nunquam redituros ſperabant, cum reverterentur, ex orco eos rediiſſe dice-

teſtatem, cujus antea fuit, jure poſtliminii. equi, & mulli, & navis eadem ratio eſt. poſtliminium receptum iis, quæ ſervi. quæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt, eadem genera rerum à nobis ad hoſtes redire poſſunt. cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt ita, uti cum hoſtibus, quæ nationes in opinione noſtra ſunt, cum his . . .

Poſtularia fulgura, quæ votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant. peſtifera, quæ mortem, aut exilium oſtendunt. peremptalia, quæ ſuperiora fulgura, aut portenta peremunt. id eſt tollunt.

PAULUS. Poſthumus cognominatur poſt patris mortem natus. Plautus in Aulularia: Poſt mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum: Si eam ſenex anum prægnantem fortuito fecerit; Quid dubitas, quin ſit paratum his nomen pueris Poſthumi?

FESTUS. Poteſtur. Scipio Africanus in ea, quæ eſt de imperio D. Bruti: & poteratur C. Gracchus in ea, qua uſus eſt, cum circum conciliabula iret.

Potitium, & Pinarium Hercules, cum ad aram, quæ hodieque maxima appellatur, decimam boum, quos à Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrificii edocuit. quæ familia, & poſteri ejus non defuerunt decu-

## NOTÆ.

dicerent. Artemidorus: τὸ παρὰ ἀποδημίαν ταφέντα φαμὲν ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι. Apuleius lib. 11. *Confeſtim denique familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu ſanguinis cohærebant, luctu depoſito, quem de mea mortis falſo nuncio ſuſceperant, repentino lætati gaudio, varie quiſque munerabundi, ad meum feſtinant illico diutinum, reducemque ab inferis conſpectum*, qui locus plane ad hunc morem alluſit. *Joſ. Scaliger.*

*Poſtliminio receptum.*] *Poſtliminium eſt à limine & poſt; unde eum qui ab hoſtibus captus in fines noſtros poſtea pervenit, poſtliminio reverſum recte dicimus. Nam limina ſicut in domibus finem quendam faciunt. ſic & imperii finem limen eſſe veteres voluerunt. Hinc & limen dictus eſt quaſi finis quidam & terminus. Ab eo poſtliminium dictum, quia eodem limine revertebatur, quo amiſſus fuerat.* Hæc Juſtinian.

*Poſtliminium receptum iis.*] Facile crederem hæc verba male huc irrepſiſſe è gloſſemate ſcilicet. Sed occupavit doctiſſ. Cujacius. Obſervat. lib. 11. cap. 23.

*Quæ nationes in opinione.*] Quæ deſunt in fine non poſſumus aſſequi. Forſan dixerat Feſt. cæteras nationes in hac opinione fuiſſe cum iis eadem utilitas perveniret. Putabat Fulvius Urſinus, pro *opinione*, ſcribi debere *ditione*. In fragmento Serviliæ legis ſic eſt: QUIVE. IN. ARBITRATU. DITIONE. POTESTATE. AMICITIA. &c. Scripſerit igitur Feſtus. *Quæ nationes in Ditione noſtra ſunt, cum his etiam poſtliminium conſtitutum.*

*Poſtularia.*] Eadem & *poſtulatoria*, votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignabant, eorum emendationem exigentia.

*Poſtumus.*] Sunt qui ſcribant *poſthumus*, quaſi poſt humatum patrem natus. Sed ubique ſcribendum *poſtumus*. Eſt autem *poſtumus*, ſeu *poſtimus*, à *poſterus*, ut ab *inferus infimus*. Et non tantum *poſtumus*, dicitur qui poſt mortem patris, ſed etiam qui poſt factum teſtamentum vivo patre natus eſt, & qui poſt alios liberos ultimus gignitur. Verſus Plauti ſunt Aulul. act. 11. ſc. 1.

*Poteſtur.*] Lucret. lib. 3.

*Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.*

Et Virg.

*Quod fieri ferro liquidove poteſtur electro.*

*Dacerius.*

*Potitium.*] Verbum *profanaſſet* eſt apud Catonem de re ruſtica. item quod ait, ex familia numero duodecim, ſuſpectum eſt. Nam Livius lib. 9. ſcribit ex duodecim familiis triginta puberes fuiſſe. & Val. Max. lib. 1. cap. 11. Ideo deleto *ex* ſcriberem: cum eſſent familiæ numero duodecim. Vide *Putitum. Ant. Auguſtinus.*

*Potitium.*] Scribe: *cum eſſent ea familia numero duodecim. Joſ. Scaliger.*

*Potitium & Pinarium.*] Potitiorum & Pinariorum familiam Herculis miniſtram fuiſſe, vel pueris notum eſt. Vide Virg. lib. 8. & ibid. Servium. Vide & Dionyſ. Halicarn. lib. 1. de ara quæ proprie maxima dicebatur. Vide Serv. ad illud Virgil.

*Hanc aram luco ſtatuit, quæ maxima ſemper*
*Dicetur nobis, & erit quæ maxima ſemper.*

Et Ovid.

*Conſtituitque ſibi, quæ maxima dicitur, aram.*

*Profanaſſet.*] *Profanatum eſt quod in ſacrario pollu-ctum.* Varr. lib. 5. de L. L.

*Uſque*

mantibus uſque ad Appium Claudium Cenſorem, qui quinquaginta millia æris gravis his dedit, ut ſervos publicos edocerent ritum ſacrificandi, quo facto Potitii, cum eſſent ex familia numero duodecim omnes interierunt intra diem trigeſimum. Pinarius, quod non adfuit, ſacrificio, poſtea cautum eſt, nequis Pinariorum ex eo ſacrificio veſceretur.

Potitus ſervitut*e ab antiquis* dicebatur qui ut *ait* Labeo, ſer*vitutem ſervit*, *tales conſuetud*ines proxime Græci *moris. eodem modo* dicebatur ab antiquis *potitus hoſtium*. FESTUS.

Præbia, remedia. PAULUS.

*Præbia dicuntur curandi mali remedia videlicet quæ curationis* cau*ſa præbeantur.* FESTUS.

*Parare inter ſe munus dicebantur cum ſortitio fiebat à magiſtrati*bus P. R. *uter magiſtratus utramque rem* acere *deberet: aut inter ſe comparabant de re*bus l*e*ge *mandatis*.

Præceptat, ſæpe præcipit. PAULUS.

Præceptat in Saliari carmine eſt, ſæpe præcipit. FESTUS.

Præciamitatores dicuntur qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes ex-

## NOTÆ.

*Uſque ad Appium Claudium.*] Idem Livius lib. 9. cap. 29. *Eodem Appio auctore Potitia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſervos publicos miniſterii delegandi cauſſa, ſolennia ejus ſacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſit, quum duodecim familiæ ea tempeſtate Potitiorum eſſent; puberes ad triginta, omnes intra annum cum ſtirpe extinctos: nec nomen tantum Potitiorum interiiſſe, ſed Cenſorem etiam Appium, memori Deum ira, poſt aliquot annos luminibus captum.* Hæc Liv. Vide *Putitium* infra. id autem accidit ann. ab U. C. CDLXI.

*Cum eſſent ex familia numero.*] Lege: *Cum eſſent ea familia numero duodecim.* Scal.

*Pinarius quod non adfuit.*] Pinariis & Potitiis oſtenderat Hercules ut ſibi mane & veſperi ſacra facerent. Perfecto itaque matutino ſacrificio, cum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius poſtea extis jam redditis. Unde iratus Hercules ſtatuit ut Pinariorum familia tantum miniſtra eſſet epulantibus Potitiis & complentibus ſacra. Unde etiam Pinarii dicti ſunt ἀπὸ τῆς πείνης, *à fame*, nam ſenem illum Pinarium conſtat alio nomine eſſe nuncupatum. *Dacerius.*

*Potitus.*] Interpretatio eſſe videtur horum verborum, *potitus ſervitute*, ut ſignificet ſervire. item *potitus hoſtium*, apud Plautum, & juris conſultos, captivum ſignificat. Plaut. in Capt. & in Epidico. Juriſc. ſub titulo de captivis. & de teſtamento militis. *Ant. Auguſtinus.*

*Potitus ſervitutis.*] Græcorum imitatione id dictum vult, qui dicunt, ἐπαυρεῖν κακοῦ. Heſiodus. *Joſ. Scaliger.*

*Potitus ſervitute.*] Recte ait id à veteribus Græco more uſurpatum, nam Græci ἐπαυρεῖν δουλείας, vel ἐπαυρεῖν κακοῦ. Et ſane ἐπαυρεῖν κακοῦ, *potiri mali*, dixit Heſiod. *potire aliquem ſervitutis.* Plaut. Amphitr.

*— — — — eum nunc potivit pater*
*Servitutis.*

*Potitus hoſtium.* idem Capt.

*Nam poſtquam meus rus eſt potitus hoſtium.*

Item:

*Ergo poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium.*

Sic *potitus eſt hoſtium*, idem non ſemel. Neque id mirum, *potiri* enim media vox eſt, & tam de malis quam de bonis uſurpatur ut *ſperare*, *ptia*, &c.

*Præbia dicuntur.*] Præbia à præbendo, inquit Feſtus. idem tamen infra à prohibendo quod verum etymon. Sed legendum *prœbia*, per *œ*, vel quod magis placet *prœbra*, ut ab inhibendo, *inebra*, ſic *prœbra*, à prohibendo. Sunt autem *prœbia*, ſeu *prœbra*, τὰ ἀλεξίφθονα, amuleta. Varr. lib. 6. de L. L. *Prœbia*, vel ut Scal. *prœbra*, *à prohibendo uſitatum, quod ſint remedia in collo puereis.* Eandem vim habebant apud Græcos annuli qui dicebantur, φυσικοὶ, vel φαρμακῖται δακτύλιοι. Meminit Ariſtoph. in Plut.

Οὐδὲν προτιμῶ σοῦ. φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς.

*Nihili ego te facio, fero enim annulum*
*Quem drachma emi ab Eudamo.*

*Parare inter ſe munus.*] Poſterior pars hujus capitis adhæſit poſt *pappi*. Locum adi. *Dacerius.*

*Præciamitatores.*] Macrob. lib. I. Saturn. *Regem ſacror. Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri. & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur; & præcepti negligens multabatur. Ant. Auguſtinus.*

*Præciamitatores.*] Servius in ſchedis: *Pontifices ſacrificaturi præmittere calatores ſuos ſolent, ut, ſicubi viderint*

in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent quarum genera fuerunt duo: alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor ſex virum pro populi ſuffragio creati erant in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam, alterum in quas ibant quos Prætor urbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Alliſas, Privernum, Anagniam, Fruſionem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.

PAULUS. Præfericulum vas æneum ſine anſa patens ſummum, velut pelvis, quo ad ſacrificia utebantur.

FESTUS. *Præfericulum vas* æneum *ſine anſa appellatur, patens ſummum ut* pelvis, *quo ad ſacrificia utebantur in ſacrario Opis* Con*ſivæ.*

Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectæ. Nævius: Hæc quidem mehercle opinor, præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat.

## NOTÆ.

*Præfectura.*] Quæ egregiam antiquitatis cognitionem continent, ea non levibus mendis inquinata ſunt. Sunt autem hæc ex priſca ſcriptura: *In quas ſolebant ire præfecti quattuor viginti ſexvirum num pro populi* &c. Lego: *in quas ſolebant ire præfecti, qui, autore viginti ſex virum numero, populi ſuffragio creati.* Recte ſane. Neque enim quicquam populus ſciſcebat ſine auctore. Itaque & leges auctore quodam ſemper ſciſcebat. Ex vocibus, qui auctore, factum erat quattuor, mendo ſatis proclivi ac propenſo. *Joſ. Scaliger.*

*Præfectura.*] In quas præfecti mittebantur ut prætores in Provincias. Civitates autem quæ iniquæ ingratæve erga populum R. fuerant, ac fidem datam ſemel atque iterum fefellerant, ubi primum in poteſtatem ditionemque erant redactæ, in præfecturæ formulam referebantur. Unde liquet præfecturarum conditionem omnium fuiſſe duriſſimam, & à coloniarum & municipiorum fortuna diverſam. Aliquando tamen idem oppidum & præfectura & municipium fuit, ut Fundi, Formiæ, Cumæ, Acerræ, Anagnia, &c. Quæ præfecturæ erant quatenus in eas præfectus juriſdictionis cauſſa mittebatur, nec in iis Magiſtratus ad jus dicendum creabantur: Municipia vero, quatenus jure civitatis, vel cum ſuffragio, vel ſine ſuffragio utebantur.

*In quas ſolebant ire.*] Quæ egregiam antiquitatis cognitionem continent, ea non levibus mendis inquinata ſunt. Sunt autem hæc ex priſca ſcriptura: *In quas ſolebant ire præfecti quatuor viginti ſex virum num pro populi, &c.* Lego: *in quas ſolebant ire præfecti, qui, auctore viginti ſex virum numero, populi ſuffragio creati.* Recte ſane neque enim quicquam populus ſciſcebat ſine auctore. Itaque & leges auctore quodam ſemper ſciſcebat. Ex vocibus, *qui auctore*, factum erat *quatuor*, mendo ſatis proclivi ac propenſo. Scal. At Cujacius lib. 12. obſervat. cap. 24. *In quas ſolebant ire præfecti quatuor ex 16. viris qui populi ſuffragio creati erant. Dacerius.*

*Præfericulum.*] *In ſacrario Opis Conſivæ*, ut opinor, ſcripſit Feſtus. De ea Varro, & Macrobius videndi. Vide Opima. *Ant. Auguſtinus.*

*Præfericulum.*] Præfericulum vas æneum ſine anſa patens ſummum, velut pelvis, quo utuntur in ſacrario Opis Conſivæ. *Joſ. Scaliger.*

*Præfericulum.*] In ſacrificiis tantum Opis Conſivæ eo utebantur. Non vero in quibuſvis aliis ſacrificiis ut male Paulus. A *præferendo præfericulum*, quod in eo res ſacræ præferrentur: de Ope Conſiva vide *opima*. *Dacerius.*

*Præfica.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. verſum Nævii in Freto ita refert: *Hæc quidem Hercle opinor præfica eſt: nam mortuos conlaudat.* & id magis placet Gab. Faerno optimo numerorum cenſori. *Ant. Auguſtinus.*

*Præfica.*] Gloſſæ: *Præfica*, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορῶν. *Joſ. Scaliger.*

*Præfica.*] Gloſſar. præfica ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορῶν. quæ ante lectum plangit dum cadaver effertur. Lamentatrix. In Barbaricis inſtitutis & legibus, præficarum Ariſtoteles meminerat, quia Phryges proprie dicuntur *barbari*, eorum autem inventum *præfica* & *Nania*. Papin. in Epicedio patris.

*Ut pharios aliæ ficta pietate dolores,*
*Mygdonioſque colunt, & non ſua funera plorant.*

Præficæ autem dictæ, quia præficerentur ancillis, quemadmodum lamentarentur. Varr. lib. 6. de L. L. ubi hunc Plauti locum laudat ex Trucul. act. 11. ſc. 6.

*Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica*
*Quæ alios collaudat, eapſe ſe vero non poteſt.*

Ubi

Præjurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant poſt quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt, Idem in me.

Præliares dies appellantur, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere, erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere.

Præmetium, quod prælibationis cauſa ante præmetitur. PAULUS.

*Præmetium dicitur quod* ante metitur, quaſi *præmeſſum prælibationis cauſa*. FESTUS.

Præmioſa, pecunioſa. PAULUS.

*R. loco. s. Cato ſæpe dixit ut contra s. arboſem, & arboſes*, loco *s* dicebant *antiqui*. . . . FESTUS.
properie mari opus eſt.

*Præmioſam pecunioſam dixit Cato* in oratione, quam ſcrip*ſit*. . . . . . . . . .
impudentiam præmio*ſam*.

Præneſte dicta eſt, quia is locus, quo condita eſt, montibus præſtet.

Prænominibus feminas eſſe appellatas teſtimonio ſunt Cæcilia, & Tarratia, quæ ambæ Caiæ ſolitæ ſint appellari. pari modo Lucia, & Titia. PAULUS.

## NOTÆ.

Ubi apte quidem Plautus verbo *collaudat* uſus eſt, & ut Nævius ſupra, quod viris doctis notatum oportuit, illud enim rem non minimi momenti nos docet, nempe præficas laudes mortuorum ceciniſſe, unde recte pæana *canere* dictæ ſunt. Æſchyl. in Choephoris.

*Παιᾶνα τῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.*
*Pæana mortui cantitantes.*

Quod male reprehendit Scholiaſtes, cum & alii quoque Pæana in re funerea uſurparint, unde & doctiſſimus Heſychius, *παιᾶνι συγγῷ*, inquit, *θρηνητικῷ ὕμνῳ*. Et ſane ut *Pæan*, qui primo in rebus tantum lætis canebatur, rebus etiam triſtibus accommodari paſſus eſt, ſic *Nænia*, cujus prima origo in re funerea, rebus lætis venire etiam aliquando conſuevit, ambo quaſi mutatis partibus. Vide *Nænia*. *Dacerius*.

*Præjurationes.*] Livius lib. 11. Centurio erat M. Flavoleius. *victor*, inquit, M. Fabius, *revertar ex acie: ſi fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, alioſque iratos invocat deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque facit.* Vide Polyb. lib. 6. *Ful. Urſinus.*

*Præjurationes.*] Cum publice jusjurandum præſtandum erat, adhibebantur qui præjurationes facerent, id eſt conceptis verbis ante alios jurarent. Poſt quos jurantes dicebant tantum *idem in me*.

*Præliares dies.*]. Vide in voce *juſti dies*. *Dacerius.*

*Præmetium.*] Vide *Sacrima*. *Ant. Auguſtinus.*

*Præmetium.*] προλόγιον. Vide Conjectanea. Gloſſarium: *Præmetivum, ἡ πρὸ θερισμοῦ δημήτρας θυσία. Joſ. Scaliger.*

*Præmetium.*] Præmetium, frugum primitiæ, quod ſacrificii cauſſa ante præmetebatur. Lacones vocant προλογίαι. Quod Cereri offerebant poſt meſſem factam *florijertum* vocabant. Vide in voce *ſacrificium*. quod ante meſſem *præmetium*. Gloſſ. *præmetivum ἡ πρὸ θερισμοῦ δημήτρας θυσία. Quod ante meſſem factam Cereri ſacrificium fit.*

*R loco s.*] Hæc ſuo loco avulſa, ſed quo pertineant incertum eſt. In fine certum eſt legi debere *propeſi è maſi opus eſt*. Hic enim s locq R.

*Præmioſam.*] *Præmioſum* pro *pecunioſo* veteres dicebant, quia commoda omnia & utilitates omnes *præmia* nuncupabant. Præmioſam igitur impudentiam dixerit Cato, quaſi nos diceremus, *une impudence lucrative, une impudence bien recompenſée.* Sed puto Feſtum, quod pace ejus dictum ſit, minus percepiſſe mentem Catonis, qui dixit præmioſam impudentiam, pro præmiatoria, id eſt magna, & qualem præmiatores præferre ſolent. Sunt enim præmiatores, nocturni prædones. Nonius in Agrypnantibus: *Nam in ſcæna nos nocturnos cepit præmiatores tollere.* Vide Nonium in *præmiatores*. Et præmia è rebus furto ablatis confecta pecunia, lucrum. Eleg. 2. lib. 1.

*Nec ſinit occurrat quiſquam qui corpore ferro*
*Vulneret, aut rapta, præmia veſte petat.*

*Præneſte.*] Idem Cato apud Servium. *Quia is locus*, inquit, *montibus præſtet, præneſte oppido nomen dedit.* In montibus autem locatum Præneſte ex Strabone & aliis notum eſt. Unde Virgil. *Altum* vocat. *Quique altum Præneſte viri.* ſed de Etymo diſſentit Servius: *Præneſte*, inquit, *locus eſt haud longe ab urbe, dictus ἀπὸ τῆς πρίνων id eſt ab ilicibus, quæ illic abundant.* Alii à Præneſte quodam Ulyſſis nepote dictum volunt. *Dacerius.*

*Prænominibus.*] Vide A. Gellium lib. 6. cap. 7. Plutarch. probl. & ſupra in Præbia. *Ful. Urſinus.*

*Prænominibus.*] Valerius: *antiquarum mulierum frequenti in uſu prænomina fuerunt, Rutilia, Cæſelia, Rodocilla, Murcula, Burra à colore dicta; iſta prænomina à virilibus tracta ſunt, Caia, Lucia, Publia,*

 Nume-

Præpetes aves dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem, ferunt. nam præpetere dicebant pro anteire.

Festus. *Pullarium à pullis appellatum* quidam putant quia *non aliud, ſed hoc ei peculiare* eſt avem auſpicando *obſervare.*

*Præpetes* aves dicuntur quæ *ſe ante auſpicantem ferunt.* nam antiqui præpetere *dicebant pro ante ire.*

Præpetes aves quidam dici aiunt, quia ſecundum auſpicium faciant prætervolantes, alii quod antea quam petamus, indicent aut quod prætervolent, aut ex Græco tractum putant, quod ante conſpectum volent noſtrum, inepte ſcilicet ex præpoſitione Latina componentes, & Græco vocabulo. ceterum poetæ promiſcue omnes aves ita appellant.

Prærogativæ centuriæ dicuntur, ut docet Varro rerum humanarum libro ſexto, quæ rus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Romani qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere poſſent. Verrius probabilius judicat eſſe, ut cum eſſent deſignati à prærogativis, in ſermonem res veniret populi de dignis, indignisve, & fierent ceteri diligentiores, ad ſuffragia de his ferenda.

## NOTÆ.

*Numeria.* Sed vide Sigonium lib. 2. Emendat. cap. 35.

*Pullarium.*] De Pullario Cicero 2. Divinat. *Attulit in caveа pullos is qui ex eo nominatur Pullarius.* Et ad Plancum: *Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt, pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe.* Pullarius in Gloſſ. exponitur *πυλλοκόμος, pullos curans. Dacerius.*

*Præpetes.*] Præpetes aves dictas quidam putant, quia volantes ſe offerunt. Nam præpetere eſt, avem auſpicanti ſe offerre. Unde præpetes aves dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem ferunt. Nam antiqui *præpetere* dicebant pro anteire. Servius in fragmentis: *Præpetes ſunt, quæ ſecundo auſpicio ante eum volant, qui auſpicatur. Aves autem aut oſcines ſunt, aut præpetes. Oſcines, quæ ore futura prædicunt. Præpetes, quæ volatu augurium ſignificant, cum ſunt proſpera. Sed præpetes aut ſuperiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur infera. Præpetes autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes.* Vide etiam Gellium lib. 6. cap. 6. *Joſ. Scaliger.*

*Præpetes,*] Servius in lib. 3. Æneid. *Præpetes ſunt quæ ſecundo auſpicio ante eum volant qui auſpicatur, aves autem aut oſcines ſunt aut præpetes: oſcines quæ ore futura prædicunt: præpetes quæ volatu augurium ſignificant cum ſunt proſpera. Sed præpetes aut ſuperiora tenent & præpetes vocantur: aut inferiora & dicuntur infera: præpetes autem ideo quia omnes aves priora petunt volantes.* Ubi ut vides ille *præpetes* à *præ* & *petere*, quod & Feſtus ſenſit. Sed en tibi ejuſdem Servii locum alterum non minus illuſtrem ad illud 6. Æn. *Præpetibus pennis. Præpetes autem,* inquit, *dictæ vel quod priora petant, vel ſummi volatus, vel quæ præ petit volatum, vel quæ ſecundum auſpicium facit. Et quidam præpetes tradunt, non tantum aves dici quæ proſperius prævolant, ſed etiam locos quos capiunt, quod idonei felicesque ſunt. Unde bene Dædali pennas præpetes, quia de locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit.* Quem Servii locum illuſtrat Gellius lib. 6. cap. 6. Ubi etiam docet præpetes aves L. Claro dictas videri quas Homerus τανυπτέρυγας appellat Iliad. ν'. quod porrectis & patulis alis prætervolarent. Inde Gloſſ. præpetes τανυπτέρυγες. *alis patulæ.* Cæterum Etymon Feſti & Servii à *præ* & *peto* mihi cæteris præſtat. Neque minus ſic locis quam avibus poſſit accommodari. At Turnebus ait à προπετής, quod eſt pronum ad labendum: Et *præpetere* à προπίπτω. Quod cenſet etiam Scaliger in Ætnam. *Dacerius.*

*Prærogativa.*] Explicat Feſtus cur introductæ fuerint, non quæ fuerint hæ centuriæ, neque cur ita appellatæ. Mendum autem eſt in illis verbis, *quæ rus* . . . . nos *quod ruſtici* ſcriberemus. & utraque opinio Varronis, & Verrii vera eſt. Fuere autem eæ centuriæ, quæ primæ ſuffragium ferebant centuriatis comitiis. ab eadem re ita appellatæ, quod prius rogarentur ab eo, qui comitia haberent, Velitis, jubeatis hoc, aut illud. Erat autem maximum prærogativarum beneficium, quod nunquam ab eis dicatur ceteros diſcrepaſſe. Ut vero eſſent prærogativæ ſortito eveniebat. Ceteræ appellabantur *jure vocatæ.* Viden. Aſcon. lib. 2. in Verrem. Cicero pro Mure. & Philipp. 2. & lib. 1. & 2. de Divin. Livius ſæpius. *Ant. Auguſtinus.*

*Prærogativa.*] De iis, item illis, quæ jure vocatæ dicebantur, Aſconius, & Livius. Auſonius in Panegyrico ad Gratianum Auguſtum: *Valete modo claſſes populi, & urbanarum tribuum prærogativæ, & centuriæ jure vocatæ.* Livius libro 9. de Flavio ſcriba: *fierique ſe pro tribu ædilem videret.* Ego interpretor *pro tribu*, prærogativa tribu. Piſo de eodem;

Præs eſt is, qui populo ſe obligat; interrogatuſque à magiſtratu, ſi præs ſit, ille reſpondet, Præs. PAULUS. FESTUS.

Præſagire eſt prædivinare, præſipere. ſagax enim eſt acutus, & ſolers.

Præſagitio dicta, quod præſagire eſt acute ſentire, unde ſagæ dictæ anus, quæ multa ſciunt. & ſagaces canes, qui ferarum cubilia præſentiunt. PAULUS.

*Præſagitio dicta quod præſagire eſt acute ſentire, unde & ſagæ anus dictæ quæ multa ſciant & ſagaces canes, quod ferarum cubilia præſentiant.* FESTUS.

Præſiderare dicitur, cum maturius hiberna tempeſtas movetur, quaſi ante ſideris tempus. PAULUS.

## NOTÆ.

dem: Eundem primæ tribus Ædilem curulem renunciaverunt. eædem ergo prærogativæ tribus, & primæ tribus. Nam ita in legibus ferendis loquebantur. Sic initio legis cujuſdam in tabula ænea; PRINCIPIVM. FVIT. PRO. TRIBV. Item apud Frontinum. T. Quinctius Criſpinus cos. populum jure rogavit, populuſque jure ſcivit in foro pro Roſtris à d. IIIII. Eidus Julias. Tribus Sergia. principium fuit pro tribu Sex. L. F. Varro. Qui locus vulgo mendoſiſſimus editus eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Prærogativa.*] De iis, item illis, quæ jure vocatæ dicebantur Aſconius & Livius. Auſonius in panegyrico ad Gratianum Auguſtum: *Valete modo claſſes populi, & urbanorum Tribuum prærogativa, & centuria jure vocata.* Liv. lib. 9. de Flavio ſcriba: *Fierique ſe pro tribu Ædilem videret.* Ego interpretor pro tribu, prærogativa tribu. Piſo de eodem: *Eundem prima tribus ædilem curulem renunciaverunt.* Eædem ergo prærogativæ tribus & primæ tribus. Nam ita in legibus ferendis loquebantur. Sic initio legis cujuſdem in tabula Ænea: PRINCIPIUM. FUIT. PRO. TRIBU. Item apud Frontinum: T. Quintius Criſpinus cos. populum jure rogavit, populuſque jure ſcivit in foro pro Roſtris à.d. IIIII. Eidus Julias. Tribus Sergia. principium fuit pro tribu Sex. L. F. Varro, qui locus mendoſiſſimus editus eſt: Scaliger. Centuriarum ac tribuum comitialium aliæ ſunt jure vocatæ, Prærogativæ aliæ. Prærogativa una erat ſingulis comitiis ſortitione electa, quæ jure vocatis, id eſt cæteris omnibus prærogabatur, princepſque omnium, tametſi loco poſtrema vel media, in ſuffragium mittebatur. *Jure vocata* ſunt reliquæ omnes, quæ ſuo gradu vocantur & ſuffragium ferunt. Prærogativa tribus ſeu centuria omen aliquod in ſe continebat. Tullius 1. de Divinat. *Prærogativam majores noſtri omen juſtorum comitiorum eſſe voluerunt.* Ideoque ejus in ſequentibus ſuffragiis ratio habebatur, non quod eſſet prima ut falſo quidam exiſtimarunt. Tullius. 2. de Divin. *Haruſpices cum Tiberius Gracchus in Senatum introduxiſſet, propter repentinam mortem ejus, qui in prærogativa deferenda ſubito concidiſſet, non juſtum rogatorem comitiorum fuiſſe dixerunt.* Quod Feſtus refert ex Varrone & Verrio, id quidem verum eſt, ſed ſic tantum explicat cur introductæ fuerint prærogativæ, non vero quæ fuerint, neque cur ita appellatæ. In verbis Varronis legendum ex doctiſſ. Antonii Auguſtini judicio: *Quod ruſtici Romani, &c. Dacerius.*

*Præs.*] Feſtus ait prædem dictum eſſe, quod interrogatus à populo ſi præſeſſet, reſpondebat, Præs. Supple, Sum. Præſeſſe antiquitus ſignificat, præſentem eſſe, παρεῖναι. Unde ſupereſt participium Præſens. Auſonius auctor valde bonus, dignus qui meliore ſæculo natus fuiſſet, ait in ludicro dramate ſeptem ſapientum:

> *Thalis autem, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα protulit.*
> *Spondere qui nos, noxa quia præſeſt: vetat.*

Præſeſt, πάρεστι. Græcus interrogatus, εἰ πάρεστι, reſpondet potius πάρα quam πάρειμι. Sic Romanus interrogatus, an præſes? reſpondebat, præs, non præſſum. Varro: *Itaque Præs, qui à magiſtratu interrogatus in publicum, an præſeſt. à quo & cum reſpondet, dicit, præs.* Ita enim legendum apud Varronem. Alioqui ſcio antea non ſatis perſpicuum neque Varronis, neque Feſti locum fuiſſe. Multorum ſcriptorum Latini nominis codices calamo exarati habent *præſeſt.* pro quo vulgati, *præſto eſt. Joſ. Scaliger.*

*Præs.*] Sed veriſimilius videtur ut *præs* dicatur à præ. Ut ita dicatur qui præſto eſt, ut fidejuſſor. Quomodo & idem dicitur ἔγγυος, ab ἐγγὺς *prope, juxta.* Inde *compræs.*

*Præſagitio.*] Cicero 1. de Divinat.

> *Præſagibat animus fruſtra me ire, cum exirem domo.*

*Sagire enim ſentire acute eſt: ex quo Saga anus, quia multa ſcire volunt: & ſagaces dicti canes. Is igitur qui ante ſagit quam oblata res eſt, dicitur præſagire. id eſt futura ante ſentire. Dacerius.*

*Præſiderare.*] Græci προχειμάζειν. προχείμασις, præſideratio. quidni & Poſtſideratio ἡ ἐπιχείμασις dici poterit? Vide Vegetium. Hoc autem ita dicebant veteres Romani, quia anni tempeſtates ſidera vocabant. & Confectum ſidus, vel peractum hiemis, æſtatis ſidus dicebant. *Joſ. Scaliger.*

*Præ-*

Digitized by Google

Præſidium eſt, quod pro utilitate & ſalute alicujus auxilii gratia præponitur ſubſidium, quod poſtpoſitum eſt ad ſubveniendum laborantibus.

Præſtinare apud Plautum emere eſt, id eſt emendo tenere.

Præſtitem in eadem ſignificatione dicebant antiqui, qua nunc dicimus antiſtitem.

Præſtolari dicitur is, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur.

Festus. Præteriti ſenatores quondam in opprobrio non erant, quod ut Reges ſibi legebant, ſublegebantque, quos in conſilio publico haberent: ita poſt exactos eos, Conſules quoque, & Tribuni Militum conſulari poteſtate conjunctiſſimos ſibi quoſque patriciorum, & deinde plebeiorum legebant; donec Ovinia Tribunitia intervenit, qua ſanctum eſt, ut Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim ſenatu legerent. quo factum eſt, ut qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.

## Notæ.

*Præſiderare.*] Sed fruſtra Scaliger. Notum eſt ortum & occaſum ſiderum fædas tempeſtates ciere. Cum autem ſideris effectus, nempe tempeſtas cauſſam anteveniebat, præveniebat, id eſt ſideris ortum vel occaſum, anticipabat, hoc Græci προχειμάζειν dicebant, Latini *præſiderare* quod ante ſidus veniret, id eſt *immaturius*. Inde & deſiderare dictum quod proprie finem tempeſtatis ſignificat, quaſi quod deſinit *ſiderare* id eſt χειμάζειν. Ut defervere dicitur, quod fervere deſinit, & *detonare* quod deſiit *tonare*, ſic *deludere* ludi finem facere. Hinc deſiderari res dicitur quæ abiit, nec amplius extat. Ita ergo & deſiderare de ſidere confecto quod Græcis ἀποχειμάζειν poſtea traductum ad alia. *Sidus Vergiliarum & arcturi confectum* legere eſt apud Hirtium quod de anni tempeſtate non poteſt accipi, nempe *confectum ſidus* dicitur quod prorſus eſt ἐν τῷ φανερῷ vel ἐν τῷ ἀφανεῖ, totum ſcilicet exortum vel abſconſum, ſedata jam tempeſtate, quam ortus vel occaſus ſideris excitaverat. Hinc illæ locutiones, *Moto ſidere nondum confecto*. Plin. lib. 18. cap. 26. *Accedit confuſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus tempeſtatum ſignificatione, quod προχειμάζειν Græci vocant: nunc poſtveniente, quod ἐπιχειμάζειν. Et plerumque alias citius, alias tardius cœli effectu ad terram deciduo, vulgo ſerenitate reddita confectum ſidus audimus.* Non aliter confectum ſidus dici ſolebat, quam ubi tempeſtas quæ ſideris erat *effectus*, *deciderat*, ac deſævierat. Ita Magnus Salmaſius in exercit. Plin. Sed notandum eſt quod ἐπιχειμάζειν dixit Plin. illud μεταχειμάζειν Vegetium dixiſſe. ἐπιχειμάζειν autem cum die legitimo & ſolenni naſcitur tempeſtas, ita enim lib. 4. cap. 40. *Aut enim circa diem ſtatutum, aut ante vel poſtea, tempeſtates fieri compertum eſt, unde præcedentes, προχειμάσιν. Naſcentes die ſolemni, ἐπιχειμάσιν: ſubſequentes μεταχειμάσιν, Græco vocabulo nuncupaverunt.*

*Præſidium.*] Ut à *ſub* & *ſedendo ſubſidium*, ita à *præ*, & *ſedendo præſidium*. Unde in Gloſſ. exponitur παραφυλακή, προστασία. Item præſidia, φυλακαί, φρούρια. *Dacerius.*

*Præſtinare.*] Plaut. in Capt. *Alium piſces præſtinatum abire*, & in Pſeud. *Ut piſcium quidquid eſt, pretio præſtinem. Ant. Auguſtinus.*

*Præſtinare.*] MS. codex: *apud Plautum præemere eſt.* Ut teſtatur Voſſ. Plaut. Capt. *Alium piſces præſtinatum abire.* Et Epidic. *Ut enim præſtines argento, priuſquam veniat filius.* Item Pſeudol.

*Ut piſcium quidquid eſt pretio præſtinem.*

*Præſtinare* & *deſtinare*, à *præ* ſive *de*, & obſoleto *ſtano*, vel *ſtino*. In Gloſſis *præſtino* exponitur προορίζω, *deſinio conſtituo prædeſtino. Dacerius.*

*Præſtitem.*] *Præſtites*, προστατήριοι. *Præſtites Lares* iidem, qui προστατήριοι θεοὶ, apud Græcos. *Joſ. Scaliger.*

*Præſtitem.*] A *præſto*, *præſtes*, ut ab *antiſto*, *antiſtes*. Hinc *Præſtites lares*, qui urbis ſunt cuſtodes, προστατήριοι θεοί. *Dacerius.*

*Præſtolari.*] *Præſtum* à veteribus erat in uſu, à quo remanſit *præſto*, adverbiale. ὑποκοριστικὸν, *præſtulus*, vel ut antiqui ſcribebant, *præſtolus*. Inde præſtolari. Præſtus ſeu præſtulus, ἐπίμονος, προσκαρτερῶν, προσλιπαρής. Pro quo præſens, uſitatum. ut, præſens animus. Gloſſarium: *Præſens*, ἐπιφανὴς καὶ παρὼν, καὶ εὔχαλκος. Lege, καὶ εὔαλκος. εὔαλκος eſt fortis. quod & εὐαλκὴς, quoque dicebatur. *Joſ. Scaliger.*

*Præſtolari.*] Alii tamen à *præſto*, immediate *præſtolari*. Beda de Orthographia. *Præſto per o ſcribendum, non per u. unde præſtolari non præſtulari.* In Gloſſ. præſtulari & præſtolari, προσκαρτερεῖν, περιμένειν, προσδοκεῖν, ἐπιτηρεῖν. *Dacerius.*

*Præteriti.*] Tribuni militum conſulari poteſtate, & Cenſores eodem anno creati ſunt, ut Livius ſcribit lib. 4. Ita numquam luſtrum Tribuni fecerunt, neque quemquam ſenatorem potuerunt præterire. neque crediderim Feſto dicenti Conſules in conſilio publico habuiſſe ſibi tantum conjunctiſſimos, ut Reges. Illud credam, cum luſtrum facerent, ſupplere ſenatum potuiſſe ex iis, qui ipſis forent conjunctiſſimi. item illud tunc præteritos nulla adjecta notæ

Digitized by Google

Prætexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei qui funus faciebat. PAULUS.

*Prætexta pulla nulli* alii licebat uti, qu*àm ei*, *qui funus faciebat*. *Idem* jus magiſtratus h*abebat*, *qui in aliquo* loco publico ludo*s faciebat nam is prætexta* utitur. ſcribam ha*bere ſolet*, *propter eos* quos facit ludos. *prætextæ jus datum eſt item Conſu*libus & Prætoribus vota *nuncupantib. ob igno*rantiam ſacrorum *aſcitorum*. *Iſdem da*tum eſt uti emit votum *aliquod ſolventib*. quod autem Valerius Vic*anus cum uteretur pu*ra ex ſenatu improb*ari cœptus eſt*. FESTUS.

## NOTÆ.

notæ cauſa, ignominia caruiſſe. Cenſores quoque idem initio feciſſe, mihi ſit veriſimile. At poſtquam cauſas enumerare cœperunt; minus honeſta cauſa notam attulit gravem. Vide Aſcon. in Divin. & in Piſon. Val. Max. lib. 2. cap. 4. Gell. lib. 4. cap. 20. & lib. 7. cap. ult. & lib. 16. cap. 13. *Ant. Auguſtinus.*

*Præteriti.*] Unde unde hæc expiſcatus ſit Verrius, aut Feſtus, ſane omnia contra rationem vetuſtiſſimorum Po. Ro. inſtitutorum ſunt. eaque plane toti antiquitati Reip. Ro. adverſantur. Et miror, unde hæc exſcripſerit. *Joſ. Scaliger.*

*Præteriti.*] Unde unde hæc Verrius expiſcatus ſit, ea ſane antiquitati reip. Romanæ adverſantur. Tribuni enim militum conſulari poteſtate & cenſores eodem anno creati ſunt ut tradit Liv. lib. 4. nunquam igitur luſtrum Tribuni fecerunt, neque quemquam ſenatorem potuerunt præterire. Neque veroſimile eſt conſules in conſilio publico eos tantum habuiſſe qui ſibi eſſent conjunctiſſimi, ut olim reges. Illud tantum credam, inquit Antonius Auguſtinus, cum luſtrum facerent, ſupplere Senatum potuiſſe ex iis qui ipſis forent conjunctiſſimi. Item illud: tunc præteritos, nulla adjecta notæ cauſſa, ignominia caruiſſe. Cenſores quoque idem initio feciſſe mihi ſit veriſimile. At poſtquam cauſſas enumerare cœperunt, minus honeſta cauſſa notam attulit gravem. hæc Antonius Auguſtinus. Sed fallitur vir doctiſſimus cum putat præteritos ſenatores ante ſubſcriptas cauſſas cur præterirentur, ignominia caruiſſe. nam ex animadverſionibus Cenſoriis quibus cauſſæ ſemper ſubſcriptæ, ſola ſenatorum præteritio excipienda, cui rationem adſcribi haud ita veteris inſtituti fuiſſe ex Livio notum eſt, & antea ignominia deformatos ſenatores qui præteriti fuerant in hiſtoriis legas. Porro præteriti ſenatores dicebantur quorum nomen Cenſores initio cenſuræ ſenatum legentes, præteribant, in recitando non appellabant, ſubticebant & eo velut tacito indicio cenſebantur loco moti, nec nomen eorum ultra in albo ſenatorum. *Dacerius.*

*Prætexta.*] Verba Feſti interpretem deſiderant. *Ant. Auguſtinus.*

*Prætexta.*] Infra: *Prætexta nulli alii licebat uti, quam ei qui jure alicujus magiſtratus haberet, & in loco publico ludos faceret. Is enim ea utitur, & ſcribam habet ob eos, quos facit, ludos.* Huc uſque videor tuto veſtigiis Feſti inſiſtere. in reliquis lubricum eſt iter. Ait nulli alii licuiſſe prætexta uti præterquam ei, qui eam haberet jure magiſtratus, & in loco publico ludos faceret. Quod verum eſt. Nam magiſtri collegiorum, & magiſtri vicorum, qui magiſtratus non erant, ludos faciebant prætextati, ut notum eſt ex ea in Piſonem, & ex Aſconio, item ex Livio libro 31. Tribuni plebis, auctore Plutarcho, prætexta non utebantur. puto, quia ludos non faciebant. Sequentia plus minus ita habuerunt: *Item prætexta Conſulibus, & Prætoribus vota quadam ob ignorantiam ſacrorum novorum nuncupantibus datum eſt uti: item votum ſolventibus aliquod. Item Valerius vicanus utens pura ex S. Senatus improbatus eſt.* Videtur velle Feſtus uſum purpuræ ſacrum fuiſſe. ideo magiſtratibus conceſſum non tam jure magiſtratus, nam & Tribunis conceſſus fuiſſet, quam ludorum & votorum cauſſa. Res enim ſacræ ludi, & vota. Ideo ob ludos utebantur Ædiles, & magiſtri collegiorum, ob vota Conſules, & Prætores. Vota illa quæ nuncupabantur ob ſacrorum novorum ignorantiam, videntur eſſe, quæ Conſul, aut Prætor vovebat, ſi quid minus rite & per ignorantiam committens novam religionem contraxiſſet. Vicanum videtur vocare vici magiſtrum. ex ſententia ſenatus improbatum ait quod in pura toga, non in prætexta ludos Compitalitios faceret. Ita enim puto Feſtum ſcripſiſſe ex S. Senatus, quod interpretor ex Sententia Senatus. *Joſ. Scaliger.*

*Prætexta.*] Ait Feſtus nulli alii licuiſſe prætexta uti quam ei qui funus faceret, magiſtratibus item & iis qui ludos faciebant. Et verum eſt Liv. lib. 34. ſect. 7. *Purpura viri utemur, prætextati in Magiſtratibus, in Sacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis utentur, magiſtratibus in coloniis municipiiſque, hic Romæ infimo generi magiſtris vicorum toga prætexta habenda jus permittemus; nec id ut vivi ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam ut cum eo crementur mortui.* Vides prætextatos magiſtratus tam Romæ quam in municipiis & coloniis, ſacerdotes etiam & magiſtros vicorum qui ludos compitalitios faciebant: vide Sardi venales. Magiſtros etiam collegiorum prætexta uſos apud Pedianum ex Cicerone legere eſt quia ſcilicet ii etiam ludos faciebant. Præterea ſenatores prætextati ludorum Romanorum diebus, apud Ciceronem 2. Philipp. ut & prætextatæ mulieres nonis caprotinis apud Varronem lib. 5.

PAULUS. Prætextæ appellantur, quæ res geſtas Romanorum continent ſcriptas.

Prætextatis nefas erat obſceno verbo uti ideoque prætextatum appellabant ſermonem, qui nihil obſcenitatis haberet.

FESTUS. Prætextum ſermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas ſit obſceno verbo uti. alii quod nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum obſcena clamentur.

Prætor ad portam nunc ſalutatur is, qui in provinciam Proprætore aut Proconſule exit. cujus rei morem ait fuiſſe Cincius in libro de Conſulum poteſtate talem. Albanos rerum potitos uſque ad Tullum Regem: Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem Cos. populos Latinos ad caput Oetentinæ, quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret juſſu nominis Latini complures noſtros in Capitolio à ſole oriente auſpiciis operam dare

## NOTÆ.

*Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Junoni Caprotinæ mulieres ſacrificant, & ſub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam. Ob hoc toga prætexta data eis.* Infra cum ait Feſtus Conſulibus & Prætoribus vota nuncupantibus & ſolventibus prætextæ jus datum, videtur velle ſacrum fuiſſe uſum purpuræ, ideo magiſtratibus conceſſum non tam jure magiſtratus, nam & Tribunis conceſſus fuiſſet, qui auctore Plutarcho prætexta non utebantur, quam ludorum & votorum cauſſa, ut optime notavit Scaliger. Res enim ſacræ ludi, & vota illa quæ nuncupabantur ob ignorantiam ſacrorum aſcitorum Scaligero videntur eſſe, quæ Prætor aut Conſul vovebat, ſi quis minus rite & per ignorantiam committens, novam religionem contraxiſſet. Ideo autem Valerius Vicarius i. Vici magiſter ex ſenatu improbatus eſt quod cum ludos compitalitios faceret, pura toga non prætexta uteretur. In verbis Feſti in fine pro *iſdem datum eſt uti emit*, reſcribo: *Idem datum eſt uti ea &, &c.* vel cum Urſino *uti item.* lego etiam infra: *Valerius Vicanus tum uteretur*, &c. *tum*, id eſt cum vota ſolveret. *Dacerius.*

*Prætextæ.*] Comœdiarum nomen eſt, ab argumento, veſtibuſque ſumptum. Græcæ enim fabulæ à Latinis converſæ, quales omnes ſunt Plauti, atque Terentii, *palliatæ* dicuntur. *togatæ* vero, & *prætextæ*, quæ argumento ab urbanis rebus ſumpto, vel de togatis viris, vel de prætextatis pueris, & puellis compoſitæ fuerunt. De his Horatius in arte: *Veſtigia Græca Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta, Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.* Vide Togatarum. *Ant. Auguſtinus.*

*Prætextæ.*] Pro *prætextatæ.* Horatius:

*Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas.*

Id eſt, prætextatas. Fabulæ argumento Romano aut Togatæ, aut Prætextatæ. Comœdiæ quidem, Togatæ: Tragœdiæ autem Prætextatæ. Afranius, & Titinius Togatarum poetæ dicuntur. Ennius, Pacuvius, Attius Prætextatarum. Nam Ennius Scipionem, Pacuvius Paulum, Attius Brutum, & Æneadas, ſeu Decium Tragœdias docuerunt. Ergo non mediocriter errant, qui ad hunc Feſti locum, item ad locum Togatarum, Togatas de togatis viris: Prætextatas de pueris, ac puellis prætextatis compoſitas fuiſſe annotarunt. Ipſi viderint, an Scipio, Brutus, Decius, qui ſe devotavit, pueri habendi ſint: & an Lucretiam, cum ſe interficeret, puellam putandum ſit. Hæc ſunt viris & graviſſimis, & magni in literis nominis indigna. Ratio in promptu eſt. Toga populi eſt. & populare argumentum Comœdiis. Prætextæ magiſtratuum. quæ ſunt graviſſimæ perſonæ, & cothurno, non ſocco aptæ. vel, quod, ut ait Aſconius in prætura Urbana, prætexta honeſtorum erat, toga viliorum.

*Prætextatum.*] Ita malo, quam *prætextum.* quod ait, depoſitis prætextis, quas ſcilicet Fortunæ Virginali deponebant, ut ſupra monuimus. *Joſ. Scaliger.*

*Prætextum ſermonem.*] Priorem Feſti ſententiam ineptus mutilator amplexus, quia ſcilicet falſa eſt. Prætexti ſive prætextati ſermones, prætextata verba, verba obſcæna, qualia erant ea quæ puellis nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum canebantur. Vide Feſcennini. Sueton. Veſpaſ. 22. *Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abſtineret.* Vide Macrob. lib. 11. Sat. cap. 1. Eadem verba nupta ab eadem ratione ſupra vocavit Feſtus. Et *Veneris vocabula* Varro in Agath. *Virgo de convivio abducatur. Ideo quod majores noſtri virginis acerbæ aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* De prætextis depoſitis quas Fortunæ Virginali deponebant, jam ſupra. *Dacerius.*

*Prætor.*] Totus hic locus in ceteris libris deerat. In quo illud ad caput Oetentinæ quid ſit, ignoro. Sed ex Dionyſio lib. 4. & 5. conſtat Latinos populos conventus habuiſſe Ferentini; & Livius lib. 1. ad lucum Ferentinæ conveniſſe Latinos ſcribit, &

paulo

ſolitos. Ubi aves addixiſſent, militem illum, qui à communi Latio miſſus eſſet, illum, quem aves addixerant, Prætorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam obtineret prætoris nomine.

Prætoria cohors eſt dicta, quod à Prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cetero munere militiæ vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent. PAULUS.

Prætoria porta in caſtris appellatur, qua exercitus in prælium educitur. quia initio Prætores erant, qui nunc conſules, & ii bella adminiſtrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur prætorium. . . . . . . . . . . .

Prævaricatores à prætergrediendo ſunt vocati.

Prandicula, jentacula. FESTUS.

Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc jentacula. PAULUS.

Prandium ex Græco. . . . . . . . . . . . . . . . . eſt dictum. nam meridianum cibum cœnam vocabant.

Precem ſingulariter Cato dixit.

Precem ſingulariter idem (Cato) in ea, quæ eſt de conjuratione. FESTUS.

## NOTÆ.

paulo poſt ad caput aquæ Ferentinæ Turnum dejectum fuiſſe: Sic igitur ſcribendum eſt ad caput Ferentinæ, vel ad caput aquæ Ferentinæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Prætor ad portam.* ] Quæ porta ab eo Salutaris dicta. Vide *Salutaris.* Infra legendum ut in vet. cod. *Albanos rerum potitos uſque ad Tullum regem, Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem, Coſſ. populos Latinos ad caput Ferentinæ. quod eſt ſub monte Albano, &c.* Ait diruta Alba uſque ad Decium Murem populos Latinos Conſules conſulere fuiſſe ſolitos ad caput Ferentinæ, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Ferentini autem conventus Latinos populos habuiſſe ex Livio lib. 1. notum eſt. *Ad caput* autem *Ferentinæ.* Supple *aquæ.* Sic Livius lib. 1. ſec. 51. de Turno: *Dejectus ad caput aquæ Ferentinæ.* Caput aquæ, id eſt *fons.* Horat. Od. 1. lib. 1.

—— —— *Nunc ad aquæ lene caput ſacræ.*

*Prætoria cohors.* ] Initio Prætores erant qui deinde conſules, ii bella adminiſtrabant & ab iis *Prætoria cohors*, quæ ad prætorum tutelam, *porta Prætoria* in caſtris quæ Prætorium ſpectabat, & ipſum *prætorium*, Prætoris tabernaculum dictum, quæ nomina poſt deletum ipſum Prætorum nomen uſurpata. Sub conſulibus ſcilicet & Imperatoribus. Ad exemplum prætoriæ cohortis quæ in exercitu ad tutelam Imperatoris Auguſtus novem Prætorianorum cohortes fecit, quæ & poſtea auctæ ſunt.

*Prævaricatores.* ] Optime Feſtus *à prætergrediendo. Varicare* enim eſt ingredi, ambulare. Gloſſ. Iſidori, *Varicat, divertit, ambulat.* Item, *varicavit, ambulavit. Prævaricari* eſt prætergredi quod proprie de aratoribus dicitur qui à recto ſulco divertunt, & inde tranſlatum in forum. Plinius lib. 18. cap. 19. *Arator, niſi incurvus, prævaricatur. Inde tranſlatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur, ubi inventum eſt.* Prævaricator igitur in foro opponitur vero accuſatori & is dicitur qui dum fingit ſe accuſare, id agit potius ut reus abſolvatur. Gloſſ. *prævaricor*, καταφίημι τοῦ ὑποδίκου, id eſt, ſummitto me reo. Item. *Prævaricor tibi* νοσφίζομαι σε. *Adludo tibi.* Et hoc fiebat vel tranſeundo dicenda, vel leviter attingendo quæ ſunt ſæpius inculcanda, infigenda. Plinius Junior Epiſt. 20. lib. 1. *Alioqui prævaricatio eſt, tranſire dicenda. Prævaricatio etiam curſim & breviter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda.*

*Prandicula.* ] Prandium & prandiculum pro jentaculo ut & olim apud Græcos δεῖπνον. Vide *Cœna. Dacerius.*

*Prandium.* ] A Græco [illegible]. ex Plutarcho. *Joſ. Scaliger.*

*Prandium.* ] Vocem Græcam quæ hic deſideratur ἔνδιον eſſe putavit Canterus Var. lect. lib. 4. cap. 28. Ex Plutarcho lib. 8. Sympoſ. Probl. 6. Sed fruſtra. Nam ἔνδιον Plutarchus non πρωϊνὸν, *matutinum*, ut hic Feſtus de prandio, ſed δειλινὸν, id eſt *veſpertinum.* Melius igitur Scaliger qui ex eodem Plutarcho ſupplet πρωὶ id eſt, mane. Nam pro πρωὶ Dores dicebant πρὰν, & inde prandium. niſi dicas cum Voſſ. Prandium eſſe à πρὰν & ἔδω, edo, quod mane edatur. Et hoc magis placet quam quod olim Cæſar Scaliger qui *prandium* dici putavit à *paratum* quia iterum ad opus parati eſſent illico. Vel quod olim Kekermannus qui à *perendinis reliquiis* prandium deduxit, quas veteres mane comederent, lautius veſperi unaque cum aliis cœnaturi.

*Precem.* ] Et Terent. And. 3. 4.

*Nihil eſt preci loci relictum, jam perturbavi omnia.*

Horat.



Digitized by Google

Preſan : : . . . . . porca dicitur, ut ait Veranius, quæ familiæ purgandæ cauſa Cereri immolatur. quod pars quædam ejus ſacrificii ſit in conſpectu mortui ejus, cujus funus inſtituitur.

Prima, aut ſecunda hora ducant ſponſalibus: ominis cauſa, ut optima, ac ſecundiſſima eveniant.

Paulus. Prima, aut ſecunda diei hora cauſa ominis ſponſis tribuebatur.

Primanus Tribunus erat, qui primæ legioni Tributum ſcribebat.

Festus. Primanus Tribunus apud Catonem in ea, quæ eſt contra Thermum de ſuis virtutibus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Primi*genius ſulcus dicitur qui in nova urbe* condenda tauro *& vacca imprimitur, quod genus* jumenti, velut ex*ercitum adhibebatur.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . utrimque media *p.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . lari judicio, qui & ip*ſa.* . . . . . . . . . . . . . . . . .

Paulus. Primigenius ſulcus dicitur, qui in condenda nova urbe, tauro, & vacca deſignationis cauſa imprimitur.

Primneſius, palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonſillam dicunt.

Primordia, principia.

## Notæ.

Horat. Od. 2. lib. 1.

*— — — prece qua fatigent*
*Virgines ſanctæ.*

Et Od. 35.

*Te pauper ambit ſollicita prece.*

Et alibi plus ſemel. *Dacerius.*

*Preſan.*] Non dubito, quin præcidanea ſcribendum ſit; ex iis, quæ idem Feſtus, & Paulus de præcidanea ſcribunt. Viden. Cato de re ruſt. Gell. lib. 4. cap. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Præſan.*] Vide doctiſs. Turnebi Adverſaria. qui legit Præſentaneam. *Joſ. Scaliger.*

*Præſan. . . . .*] Optime ſupplevere viri docti. *Præſentanea porca dicitur, &c.* Ex Victorini libro de Orthographia qui præſentaneam appellat porcam illam quæ præſente mortuo immolabatur.

*Prima aut ſecunda.*] Lege ex Epitome: *Prima & ſecunda hora diei dicata ſponſalibus.* Ideo autem prima & ſecunda hora ſponſalibus dicata, quod illud tempus veteres auſpicatiſſimum putabant. *Dacerius.*

*Primanus.*] Emendatiore, ut opinor, libro uſus eſt Paulus: nam nos in veteri, neque Catonis verba, neque ſignificationem habemus; cum tamen nihil in hac parte lacerum exiſtat. Sed & interpretatio Pauli eſt conſideranda, nam ſi de ſtipendio attributo primæ legioni intelligamus, hic erit non tribunus militum, neque tribunus ærarii, ſed ſcribarum, vel notariorum tribunus. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, tribuni ærarii dicti.* Vide Ærarii. *Ant. Auguſtinus.*

*Primanus tribunus.*] Quæ hic deſunt rejecta videntur poſt caput ſequens. Nihil tamen hic video; neque ſatis conjicio, unde explicatio quam in ſua Epitome Paulus addidit. Ejus enim nulla veſtigia in reliquiis Feſti. Primanorum mentio apud Tacit. lib. 18. *Primani ſtratis una & viceſimanorum principibus aquilam abſtulere.* *Dacerius.*

*Prim. . . . .*] Omnia mutila ſunt, & ultima linea ad aliud, quam ad Primigenium ſulcum pertinet. Quo enim *tutelare judicium?* *Joſ. Scaliger.*

*Primigenius.*] Quæ ſequuntur videntur fuiſſe verba Catonis quæ à ſuperiori capite divulſa ſunt. Porro de more ſulco mœnia deſignandi Varr. lib. 4. *Oppida condebant in latio Etruſco ritu multa. Id eſt, Junctis bobus tauro & vacca interiore aratro circum agebant ſulcum: hoc faciebant religionis cauſſa, die auſpicato ut foſſa & muro eſſent munita, terram unde excalpſerant, foſſam vocabant, & introrſum factum, murum; poſtea quod fiebat orbis, urbs.* M. Cato. *Captato augurio qui urbem novam condebat, tauro & vacca arabat, ubi araſſet murum faciebat, ubi portam volebat eſſe aratrum tollebat, & portam vocabat.* Et alibi paſſim. Primigenius autem is ſulcus dictus quod per eum opus inciperent. *Dacerius.*

*Prymneſium.*] Ita forte legendus hic locus. Prymneſium, funis nauticus, quo navis ad palum religatur, quem alii tonſillam dicunt. *Ful. Urſinus.*

*Primneſius.*] *Prymneſius palus, πρυμνήσιος, à πρύμνα,* puppis quod funis per puppem ad eum deligaretur. Funis ipſe etiam πρυμνήσιον, *prymneſium*, dicebatur. Fulvius Urſinus, cum nollet palum illum prymneſium dici, ſed tantum funem, locum integrum ſic mutabat. *Prymneſium, funis nauticus, quo navis ad palum religatur, quem alii tonſillam dicunt.* S. d. fruſtra.

Prin-

Digitized by Google

Principalis caſtrorum porta nominatur, quod in eo loco eſt in quo principes ordines tendunt.

Priſcæ Latinæ coloniæ appellatæ ſunt, ut diſtinguerent à novis, quæ poſtea à populo dabantur. FESTUS.

Priſci Latini proprie appellati ſunt ii, qui prius quam conderetur Roma, fuerunt. PAULUS.

Priſcus Tarquinius eſt dictus, quia prius fuit, quam Superbus Tarquinius.

Priſtina, velut priuſtina, dictum eſt.

Priſtina, velut pri*ſtina: ſic prior & alia* ejuſmodi dictita*bant, ab eo quod eſt prius.* FESTUS.

Priſtinum ab eo venit, quod eſt prius. pari modo & prior. PAULUS.

Privatæ vocabantur feriæ ſacrorum propriorum, velut dies natales.

Privatæ feriæ vocantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales. FESTUS.

Privato ſumptu ſe alebant milites Romani pæne ad id tempus, quo Roma eſt capta à Gallis. PAULUS.

*Privato ſumptu* ſe alebant mili*tes Romani antequam ſtipendia* mererentur, quod in *conſuetudine fuit pene ad id* tempus, quod fuit pau*lo antequam Romana civitas* capta eſt à Gallis, *à quo tempore ſine publico ſtipendio m*ilites non fiebant. FESTUS.

## NOTÆ.

*Principalis.*] Portæ in caſtris quatuor, ad unum quodque latus una. Inter eas prima *prætoria*. Quæ vicina, & à tergo Prætoris. Duæ laterales & proximæ portæ *Principales*, ita dictæ quod ibi tendant principes ordines, capita & apices caſtrorum, ut tribuni, præfecti, primique centurionum: Quarta *Decumana*, à Cohortibus decimis ibi tendentibus. Ea oppoſita eſt Prætoriæ & averſa ab hoſte. Eadem *Quæſtoria* olim dicta.

*Priſcæ Latinæ coloniæ.*] A Latino Silvio Albanorum rege deductæ. Liv. lib. 1. ſect. 3. *Is Æneam Silvium creat, is deinde Latinum Silvium, ab eo Coloniæ aliquot deductæ, Priſci Latini appellati.* Eodem poſtea colonias Priſcus deduxit. Vide Sanates. Infra pro *dabantur*, tentabat Merula, *deducebantur*. Sed nihil neceſſe. *Dacerius.*

*Priſci Latini.*] Coloniæ deductæ à Latino Silvio Albanorum Rege. Priſci Latini appellati ſunt, ut Livius ſcribit libro 1. *Ant. Auguſtinus.*

*Priſci Latini.*] Vide notam ſup. iidem dicti Caſci Ennio.

*Quam primum Caſci populi genuere Latini.*

*Priſcus Tarquinius.*] Cum Feſto conſentit Dionyſius qui ait Priſcum dictum quia major natu erat quam Tarquinius Superbus. Falſum eſt igitur, quod tradit Livius lib. 1. ſect. 34. Parentes ejus urbem ingreſſos Lucium Tarquinium Priſcum nomen ediditſſe. Ut & optime Sigonio animadverſum. Sed quid ſi eum à Priſcis Latinis, quo Colonias deduxit Priſcum dictum fuiſſe putemus? Neque enim Priſci poſt colonias eo à Priſco deductas dicti, ut quidam videntur exiſtimare, nam Priſcos ante Romam conditam fuiſſe ſupra & Feſtus & Livius ſatis oſtendunt. Dicti autem Priſci quod prius fuerunt.

*Priſtina.*] Legendum uti ex epitome quivis videt, *priſtina velut priuſtina.* Quamvis priſtinus non à prius, ut putat Feſtus, ſed à *pris*, quod à Græco πρίν. A *Pris, priſtinus*, ut à *cras, craſtinus. Prius* etiam à *pris. Dacerius.*

*Privatæ.*] Macrob. lib. 1. Satur. *Sunt præterea feriæ propriæ familiarum. Sunt ſingulorum, ut natalium, fulgurumque ſuſceptiones, item funerum, atque expiationum.* Denecales feriæ, quæ ſint, vide in littera D. *Ant. Auguſtinus.*

*Privatæ feriæ.*] Macrob. lib. 1. Satur. *Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, ſunt ſingulorum, ut natalium fulgurumque ſuſceptiones, item funerum atque expiationum.* Quæ Feſti locum illuſtrant. Infra *Operationes Denecales*, conjunctim legit Urſinus. Quod mihi non placet. per operationes autem ſacrificia intelligenda, *operari* enim & *facere*, pro ſacrificandi verbo veteres uſurpabant. Virg. *Lætis operatus in herbis.* Horat. *Prodeat juſtis operata Divis.* Vide *ſacer mons. Dacerius.*

*Privato.*] Liv. lib. 4. ſcribit 17. anno ante captam urbem: *Decrevit Senatus, ut ſtipendium miles de publico acciperet: cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Ant. Auguſtinus.*

*Privato.*] Privato ſumptu ſe alebant milites antequam ſtipendia mererentur, quod in id duravit tempus, quod fuit paulo ante quam Urbs capta eſt à Gallis, à quo ſine publico ſtipendio milites non fiebant. *Joſ. Scaliger.*

*Privato ſumptu.*] Liv. lib. 4. ſect. 59. *Additum deinde* (an. U. C. 349. ante captam urbem à Gallis an. 17.) *omnium maxime tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve, decerneret Senatus ut ſtipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Dacerius.*

PAULUS. Priveras, mulieres privatas.

FESTUS. *Priveras mulieres* privat*as dicebant* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . tur *de* . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Privignus dictus, quod ante, quam mater ſecundo nuberet, eſt progenitus pri enim antiqui pro præ dixerunt.

FESTUS. Privivio es prius ſingulis.

PAULUS. Privos privaſque antiqui dicebant pro ſingulis. ob quam cauſam & privata dicuntur, quæ uniuſcujuſque ſint. hinc & privilegium, & privatus: dicimus tamen & privatum, cui quid eſt ademptum.

Pro ſignificat in, ut pro roſtris, pro æde, pro tribunali. Pro ponitur etiam pro amplificando, ac palam faciendo, ut prodi, provoca, protrahe, propelle. alias pro privandi facultate, ut in propudio: prohibendo; quia utrumque abnuit in his eſſe pudorem, poteſtatemque. alias aliud pro alio, ut pro pecunia, pro prædio, Proconſule. alias pro admiratione ut pro Juppiter. alias pro ante, ut pro oſtio. alias pro in, ut promittere barbam, & capillum.

FESTUS. *In compoſitione ponitur pro ampli*fic*ando, ac palam faciendo: ut prodi, provoca,* pro*pelle.* . . . *ponitur alias pro privandi facultate ut in propudio, prohibendo, quia utrumque abnuit in his eſſe pudorem, poteſtatemque. alias ali*ud pro alio, *ut pro pecunia, pro præ-*

## NOTÆ.

*Priveras.*] Privus, priverus: ut Jovis, Joveris, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Priveras.*] *Privus, priverus,* ut *Jovis, Joveris, Apollinis, Apollineris,* & alia.

. . . . . . . *tur de.* . . .] Schedæ. . . . . *tur pro.* . . . . . videtur Feſtus de privigno: forſan: *Privignus dicitur pro prægenitus.* Forſan etiam Græcam vocem Feſtus adduxerat Latinis literis ſcriptam: *Privignus dicitur progonos quaſi prægenitus.* Sic in Gloſſ. *Privignus,* πρόγονος. Neque tamen placet *privignum*, eſſe à πρόγονος, ut putavit Caninius ſed à *pri*, pro *præ*, & antiquo *geno.* niſi malis cum Beda eſſe, à *privus*, & *geno*, quaſi *prive genitus.* i. ſeorſum ex alio ſcilicet, vel alia conjuge genitus, quo ſenſu & Græcis dicitur, ἄμφος, ab ἀμφὶς, quod eſt *ſeorſum.* *Dacerius.*

*Privivio es.*] Lege: *Privoes, privis, ſingulis.* Privoes, privis: ut oloes, ollis: Pilumnoe, Pilumni: poploe, populi, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Privivio es prius.*] Schedæ: *Privivio es privis, id eſt, ſingulis.* *Dacerius.*

*Privos.*] Verba, & privatus: vel mendoſa ſunt, vel à Paulo detruncata. nam ſi addidiſſet, cum diſtinguitur ab eo, qui cum poteſtate eſt: tum recte cetera cohærerent. *Ant. Auguſtinus.*

*Privos.*] Offendit me, quod apud Ciceronem pro hac voce *Privatum*, ſubſtituerint. ut in ea pro domo: *Vetant leges ſacratæ, vetant* 12. *Tabulæ leges privis hominibus irrogari.* At hodie legunt Privatis. item III. de legibus: tantum majores in poſterum providiſſe: *in privatos homines leges ferri noluerunt.* Cum Cicero ſcripſerit, in privos homines. Subjicit enim: id eſt enim privilegium. Poſtea interpretatur: Ferri de ſingulis niſi centuriatis comitiis noluerunt. Vide Gellium lib. 10. cap. 20. *Joſ. Scaliger.*

*Privos privaſque.*] Vide Cujacii obſervat. lib. 15. cap. 18. *Privus* autem eſt cujuſque proprius, ſuus. Horat. lib. 1. Ep. 1.

*Nauſeat & locuples, quem ducit priva triremis.*

Livius lib. 7. *Milites ſingulis bobus in præſentia: duplici frumento in perpetuum: biniſque privis tunicis donati.* Eſt autem à πρίω, emo quia quod quis emit is ſibi illud proprium fecit. & inde pro ſingulo, unico, ſolitario *privus* dictus. Liv. lib. 30. *Fecialibus poſtulantibus Senatus conſultum factum eſt, in hæc verba: ut privos lapides ſilices privaſque verbenas ſecum ferrent.* Et Lucil.

*Culcitulæ accedunt privæ centonibu' binis.*

A *privus*, eſt *privatus*, & *privare.* de *privilegio* infra. *Dacerius.*

*Pro.*] Corruptiſſima ſunt: *alias aliud alio, ut pro pecunia, pro prædio, pro conſule:* Lego: *alias apud, ab, ob: ut pro pecunia, pro præde, pro conſilio.*

*Pro*] Infra: Fere omnia ex Epitome divinare potes. Hoc tamen præterea habebat Feſtus, quod Attium in Menalippo, vel Ennium in Menalippa, item Plautum in Condalio citabat. *Joſ. Scaliger.*

*In compoſitione ponitur.*] Male hic Pauli & Feſti verba cohæſerunt: ſuperiora ſunt Pauli, Feſti quæ ſequuntur ſed ita ſupplenda. *Pro ſignificat in, ut pro roſtris, pro æde, pro tribunali. in compoſitione ponitur,* &c. In illis *pro æde,* fallitur Feſtus neque enim ibi *pro* ſignificat *in* ſed *ante*, ut infra *pro oſtio.* Sed vide Gellium lib. 11. cap. 3.

*Pro*

*dio*, *pro conſule.* alias pro *admiratione ut pro Jupiter.* *Accius* in Melan*ippo pro Jupiter*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . manu *omnium*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Plautus in Cond*alio* . . . . . . . . . . . . . . . . . . *alias* pro *ante ut pro* oſtio, alias *pro in*, *ut dicimus promittere bar*bam, & capillum.

Pro cenſu claſſis Juniorum Ser. Tullius cum dixit in deſcriptione centuriarum, accipi debet in cenſu, ut ait M. Varro in libro ſexto rerum humanarum. ſicuti pro æde Caſtoris, pro tribunali, pro teſtimonio.

Pro ſcapulis cum dicit Cato, ſignificat pro injuria verberum. nam complures leges erant in cives rogatæ, quibus ſanciebatur pœna verberum. his ſignificat prohibuiſſe multos ſuos civis in ea oratione, quæ eſt contra M. Cœlium: Si em percuſſi, ſæpe incolumis abii. præterea pro republica, pro ſcapulis, atque ærario multum Reipub profuit.

Pro ſcapulis cum dixit Cato, ſignificavit pro injuria verberum. PAULUS.

Pro ſententia, ac ſi dicatur in ſententia, ut pro roſtris, id eſt in roſtris.

Proædificatum dicitur, quod ex privato loco proceſſit in publicum ſolum. FESTUS.

Probi, velut prohibi, qui ſe à delinquendo prohibent.

Probrum, ſtuprum, flagitium, ut Attius in Helenibus: qui, niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant. Cæcilius in Davo: Ea tum compreſſa parit huic puerum, ſibi probrum.

Probrum, ſtuprum, flagitium. PAULUS.

Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur; vir, qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione, quæ de auguribus inſcribitur. Adjicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exauctorat*as quæ inceſti damnatæ, vivæ defoſſæ ſunt, quod ſacra Veſtæ matris polluiſſent, nec tamen, licet nocentes, extra urbem obruebantur: ſed in Campo proxime portam Collinam, qui ſceleratus appellatur.* FESTUS.

## NOTÆ.

*Pro cenſu claſſis juniorum.*] Id eſt, *in cenſu.* & hæc Tullii regis verba intelligenda de diſtributione centuriarum in qualibet claſſe. Nam ſex populi Romani claſſes in centum & nonaginta tres centurias diviſit Tullius. Vide Dionyſium lib. 4. & Liv. lib. 1. Tullii verborum ſenſus: *In cenſu claſſis juniorum centuria ſint totidem, &c. Dacerius.*

*Pro ſcapulis.*] Lege in exemplo Catonis: *hoſtem percuſſi. Joſ. Scaliger.*

*Pro ſcapulis.*] In verbis Catonis: *Si em percuſſi.* Legendum *hoſtem percuſſi.* Et id prior vidit Scaliger. Ratio hujus corruptelæ eſt quod cum priores duæ literæ *ho*, in exemplari non apparerent, ex reliquis *ſtem*, disjunctis fecere *ſi em.* Pro *profuit*, lege *profui.*

*Proædificatum.*] Idem opinor eſſe quod *projectum*, *provolans*, Græcis ἀπόφορον. Vide *Maniana.*

*Probi.*] Velut prohibi. Nam & *probere*, dicebant pro prohibere. Lucret. lib. 1.

*Nam ſive eſt aliquid quod probeat, officiatque.*

*Probrum.*] Quaſi *prohibrum*, quod prohibere à nobis debemus. Et non tantum de ſtupris & flagitiis. Ut Plaut. 1. 2.

*Atque inſimulabit eam probri.*

Et Sueton. Coſ. 43. *Diremit nuptias prætorii viri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamvis ſine probri ſuſpicione.* Sed etiam de qualibet alia turpitudine. P. Africanus de multa. *Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt in duabus rebus ſunt malitia atque nequitia. Dacerius.*

*Probrum.*] Verſus Attii plane Stoicum decretum eſt: οὐδὲν κακὸν, εἰ μὴ αἰσχρόν. *Joſ. Scaliger.*

*Probrum.*] Quæ Feſto deſunt, addi poterunt ex iis quæ ab hiſtoricis dicuntur de pœna Veſtalium corruptarum. Vide Sceleratus campus. *Ant. Auguſtinus.*

*Probrum virginis.*] Optime ait Sacerdotio exauguratas poſtea damnatas vivas defodi. Nam inſimulatæ virgines primo decreto pontificum ſacris abſtinere jubebantur. Deinde facto judicio, vivæ defoſſæ. Vide *ſceleratus campus.*

*Proca;*

PAULUS. Procalare, provocare, ex Græco καλεῖν, id eſt vocare. unde Kalendæ, calumnia, calones, caculæ, & calatores.

Procalato, provocato.

FESTUS. *Procalato, provocato, & procitato etiam uſurpari ſolet.*

PAULUS. Procapis, progenies, quæ ab uno capite procedit.

Procari, poſcere. unde procaces meretrices, ab aſſidue poſcendo: & proci uxorem poſcentes in matrimonium.

FESTUS. Procari, poſcere eſt. unde & proci, & meretrices procaces, & verbum procas, id eſt, poſcis.

Procat dicebant, pro poſcit.

PAULUS. Procedere dicebant interdum pro ſuccedere, interdum pro porro cedere.

FESTUS. *Procedere interdum ſuccedere, interdum pone cedere.*

PAULUS. Procellunt, procumbunt.

Procera, prolixa, & in longum producta, quaſi ex cera ob ejus facilitatem.

Proceſtria dicuntur, quo proceditur in muro. Ælius proceſtria ædificia dixit eſſe extra portam. Artorius proceſtria, quæ ſunt ante caſtra, etiam qui non habent caſtra, propugnacula, quibus pro caſtris utuntur, ædificant.

Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confeſtim pugnaturus. Vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quam navium, claſſem appellari.

Procinctam claſſem, id eſt, paratam ad bellum militum multitudinem, Diali Flamini videre non licuit.

## NOTÆ.

*Procalare.*] Vide *Calatores.* Vide etiam *cacula*, & *calones*, & Feſti inconſtantiam ride ſi illa Feſti ſunt. Sed fruſtra eſt etiam Feſtus, cum ait *calumnia*, à *calare.* Eſt enim à *caluor*, id eſt, fruſtror, decipio. A ſupino *calutum.* Vide Chariſium & Priſcianum.

*Procalato.*] Vide *procitant.* *Dacerius.*

*Procapis.*] Gloſſarium: *Captam*, τὴν ἀπὸ προγόνων οἰκίαν. Lege: *Capem.* Iſidorus: *Procapibus, proximis.* *Procapis, proximus.* *Joſ. Scaliger.*

*Procapis.*] Gloſſ. Iſidori. *Procapibus, proximis. Procapis, proximus.*

*Procari.*] A προὶξ, dos, donum, ſtipes. προΐσσω peto, manum extendo, inde *procor*, uxorem peto. Inde & *precari*, ut pro *Apollo*, *Apello*, &c. à *procari* meretrices dictæ *procaces.* Servius 1. Æn. *procax proprie petax eſt. Nam procare eſt poſcere, unde & proci petitores dicuntur. procax*, Græcis προΐκτης. Vide Nonium, alii tamen à *prociendo*, provocando, laceſſendo.

*Procari poſcere eſt.*] Hæc à ſuperioribus disjungenda, ſunt enim verba Feſti.

*Procat.*] Livius Ægiſtho.

*Quin, quod parere vos majeſtas mea procat,*
*Toleratis, extemploque illam deducitis.*

*Procedere.*] In fine legendum ut in epitome *porro cedere.* Id eſt, progredi.

*Procellunt.*] Puto Feſtum ante oculos habuiſſe locum Plauti qui eſt in milite 3. 1.

*Procellunt ſe & procumbunt dimidiati, diem appetunt.*

*Procellunt*, id eſt, *movent.* A *cello*, quod à κέλλω, κινῶ, moveo.

*Procera.*] A *pro*, & *cera*, quod ineptum eſt. Procerus *eſt* à *procer*, quod à *procus*, vel potius à *pro*, & *cerus*, *ſanctus*, id eſt, magnus. Sive à *pro*, & *cerno*, vel à προὐχὴς, eminens, Æolice προέχης, *procer.* vide *procum.* *Dacerius.*

*Proceſtria.*] Gloſſarium: *Procaſtria*, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. *Joſ. Scaliger.*

*Proceſtria.*] In MS. *Procaſtria*, & ita Gloſſ. *Procaſtria*, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. Item *Procaſtria*, οἱ πρὸ παρεμβολῶν τόποι.

*Procincta claſſis.*] Quis fuerit cinctus Gabinus vix demonſtrari poſſe arbitror, ita ſuper eo variant ſcriptores. Servius 7. Æneid. *Incincti ritu Gabino, id eſt, toga purpura caput velati, parte ſuccincti.* Idem lib. 7. *Gabinus cinctus eſt, toga ſic in humerum rejecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata, hominem cingat.* Iſidor. lib. 19. cap. 24. *Cinctus Gabinus eſt cum ita imponitur toga, ut lacinia qua poſtrinſecus rejicitur, attrahatur ad pectus, ita ut ex utroque latere picturâ pendeant, ut ſacerdotes gentilium faciebant.* *Dacerius.*

*Procinctam.*] Præter Pauli epitomen, Pompeius ſcripſerat, cur procincta diceretur, quod procincti ad pugnam ire ſoliti fuerint, unde teſtamenta in procinctu fieri dicta ſunt, quæ à militibus fierent.



Digitized by Google

Procincta claſſis *dicebatur*, *exercitus ad* prælium inſtructus, & par*atus*: *quem diali* *Flamini vi*dere non licet: anti*qui enim procinctum militem* dixerunt, ut nunc quo*que cum exercitus inſtruct*us eſt. procincta aut*em ideo quod togis incincti* ad pugnam ire ſoliti *fuerint*. *Unde & teſtamen*ta in procinctu fieri *dicta quod faciunt ad pugnam ituri*. FESTUS.

Procitant, provocitant. citare enim vocitare eſt. unde procet & prociet. PAULUS.

Procitare ſæpe prolicere, id eſt, producere. FESTUS.

Procitum teſtamentum dicebatur, veluti procatum, provocatum, id eſt, irritum, ac ruptum. Procitum, cum prima ſyllaba corripitur, ſignificat petitum. Livius: Matrem procitum plurimi venerunt. PAULUS.

Procubitores dicuntur, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant: cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt.

Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt. ut M. Cato in eo, quem de re militari ſcripſit. FESTUS.

Proculinat, promittunt ait ſignificare Antiſtius de jure pontificali libro nono.

Proculiunt, promittunt. PAULUS.

Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus eſt patre peregrinante à patria procul. Proculos ſunt qui credant ideo dictos, quia patribus ſenibus, quaſi procul progreſſis ætate, nati ſunt.

Procum patricium in deſcriptione (ceas ſi umquam fecit Ser. Tullius, ſignificat procerum ii enim ſunt principes. nam proci dicuntur, qui poſcunt aliquam in FESTUS.

## NOTÆ.

Vide Gell. lib. 1. cap. 11. & lib. 15. cap. 17. Cic. lib. 1. de Oratore. Plutarch. in Coriolani. Juſtin. lib. 11. Inſtit. tit. de teſtamentis. Vide proximum ſuperius caput. *Ant. Auguſtinus.*

*Procinctam.*] Gloſſarium: *Procinctum*, ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται. Porro ita videtur ſcripſiſſe Feſtus: *Procinctam claſſem Flamini Diali, hoc eſt, milites ad prælium inſtructos, & paratos videre non licet, antiqui enim procinctum dixerunt, ut nunc quoque cum exercitus inſtructus eſt. Procincta autem acie ad pugnam ire ſoliti erant. unde dicuntur teſtamenta in procinctu fieri, quæ inſtructa acie nuncupabantur*; vel, *quæ ad pugnam ituri nuncupabant. Joſ. Scaliger.*

*Procinctam claſſem.*] Gloſſ. *Frocinctum*, ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται: Id eſt, *Quando ad prælium convocantur.* Vide *Claſſis*, & *in procinctu. Dacerius.*

*Procitant.*] Gloſſarius: *Prcictat*, προσκαλεῖται. *Joſ. Scaliger.*

*Procitant.*] Lego infra: *procit & prociet.* Etſi falſum eſt quod ait Paulus: Nam à *cieo*, voco eſt *cito*, unde *procito*, Gloſſ. *procitat*, προσκαλεῖται.

*Procitare.*] *Prolicere*, id eſt, *provocare, producere. Dacerius.*

*Procitum.*] Verba ex veteri Odyſſea, *Matrem procitum plurimi venerunt*, ſunt ex illo:

Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.

*Joſ. Scaliger.*

*Procitum.*] A *procieo*. Et infra *procitum*, petitum, pro *procatum*. Verba Livii ex veteri Odyſſea, ex illo Homeri.

Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.

*Procubitores.*] Qui procubant cuſtodiæ cauſſa. Gloſſ. *procubitor*, φρουρός.

*Proculinat.*] MS. *proculinant*. A proculio. Quod infra in Epitome Paul. Niſi ex illo hic etiam malis *proculiunt*. Suſpicatur Voſſius, ut *promittere*, quod eſt προβάλλειν, ſumitur pro *polliceri*, quia qui ſpondet, verbis aliquid in longum movet ac mittit, ita *proculio*, dici quia quis *procelit*, ſive procellit, hoc eſt verbis longe dimovet, mutato *e* in *u*. Meurſius vero legebat, *proculinunt*, *promunt*, pro *proculiunt*, *ſicut obinunt*, *ferinunt*, *ſolinunt. Dacerius.*

*Proculum.*] Proprie, qui poetis τηλυγέτης. *Joſ. Scaliger.*

*Proculus.*] A *procul*, *proculus*, ut Græcis, à τῆλε, *procul*, τηλύγετος, cujus etiam duplicem notionem tradit Euſtath. τηλύγετος, παῖς ὁ ὕστατος καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας γεννηθεὶς τοῖς τοκεῦσιν. ἢ τῆλε ὄντι τῷ πατρὶ γεννηθείς. Id eſt: *Puer ultimus & parentibus ætate provectis natus, vel procul peregrinanti patri natus. Dacerius.*

*Procum.*] Plautus Pœnulo: *Nequiquam hos procos mihi elegi*, hoc eſt, proceres, εἰρωνικῶς. *Joſ. Scaliger.*

matrimonium, Græce μνηςῆρες. eſt enim procare, poſcere, ut cum dicitur: in judice conlocando ſi alium procas, nive eum procas. hoc eſt poſcis, unde meretrices procaces.

Prodegeris, conſumpſeris, prodideris, ut Cæcilius in Hymni de prodigere eſt, cum nihil habeas, te inridier. & Plautus in Nervolaria: productæ prodigium eſſe in amatorem addecet.

PAULUS. Prodigere eſt conſumere, unde & prodigus fit.

Prodidiſſe, tempus longius feciſſe.

FESTUS. Prodidiſſe non ſolum in illis dicitur, qui patriam hoſtibus prodiderunt, ſed etiam tempus longius feciſſe ut Cato: Te C. Cæcili diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, cum proditionem non haberent.

Prodigia, quod prædicunt futura: permutatione G litteræ. nam quæ nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur.

## NOTÆ.

*Procum patricium.*] Lege, ut viri Docti: *in deſcriptione claſſium quam fecit Ser. Tullius ſignificat procerum.* Procum patricium, pro procorum patriciorum. Ut *fabrum*, pro *fabrorum*. *Procorum* autem, pro *procerum*. Hinc intelligendus locus ille Ciceronis de Oratore ad Brutum. *Jam, ut Cenſoria tabula loquuntur, fabrum & procum audeo dicere, non fabrorum & procorum.* Ea voce uſus eſt etiam Plautus in Pœnulo.

*Nequicquam hos procos mihi elegi.*

*Procos*, id eſt, *proceres*. Ironice de procis & procare, vide *procari*.

*In judice collocando.*] Hinc intelligendus S. Gregorius: *poſſumus rei inexpertæ arbitrum collocare.* *Dacerius.*

*Prodegeris.*] Lego verſum Plauti:

*Pollucte prodigum eſſe amatorem addecet.*

*Joſ. Scaliger.*

*Prodegeris.*] Lege: *Prodegeris, conſumpſeris, perdideris.* *Prodigere* eſt porro agere, id eſt conſumere, perdere. inde *prodigus*, ut infra *prodiguæ hoſtiæ*, quæ totæ conſumuntur. Et *prodigus*, bonorum conſumptor. Plaut. Aulul. 2. 8.

—— —— *Feſto die ſi quid prodegeris,*
*Profeſto egere liceat, niſi peperceris.*

A *prodigus*, *prodigitas* Lucil. & *prodigentia* Tacit. Infra in verſu Cæcilii legendum *inriderier*.

*Producta prodigium.*] Legit Scaliger

*Pollucte prodigum eſſe amatorem addecet.*

Vetus Cod.

—————— —————— *eſſe in m' amatorem*, &c.

*Dacerius.*

*Prodidiſſe.*] Prodita res, & prodicta, pro eodem dicitur, Livius lib. 38. *Cum invidiam & certamina, cum Tribunis proſpiceret, die longiore prodicta, in Liternum conceſſit, certo conſilio, ne ad cauſſam dicendam adeſſet*, male vulgo *producta*. Libro 3. *in carcerem eſt conjectus, eique Tribunus diem prodixit.* Et, *Adeoque conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit, & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate producerent.* Lege, *prodicerent.* Paulo poſt: *antequam producta dies veniret, moritur.* Lege, *prodicta.* Sed & apud Gellium corruptum invenies, porro apud Livium & *prodita die* legitur. Lege ita verba Catonis: *Te C. Cæcili diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, cum proditionem non haberes.* proditionem magiſtratus dicitur habere, quomodo & vocationem, & prehenſionem, hoc eſt, prodendi, vocandi, præhendendi jus. In vetuſtiſſima lege fracta, extant veſtigia productæ diei his verbis. . . . . . . EX. HACE. LEGE. TRIBVENDEI. CAVSSA. PRODEIXERIT. IS. VTEI. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO. *Joſ. Scaliger.*

*Prodidiſſe.*] Prodere, porro dare: & non ſolum decipere, deſerere, ſed & in lucem edere, poſteris tradere. Item *prodere* eſt, proferre, producere. Terent. And. 2. 1.

—— —— *Ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies.*

Eſt *prodita dies*, dies producta. Sed falſus eſt Scaliger, qui tradit *prodita dies*, idem eſſe quod *prodicta*. Nam *prodita*, eſt prolata. At *prodicta*, eſt prædicta, prænuntiata. In verbis Catonis optime Scal. *cum proditionem non haberes.* Proditionem habere magiſtratus dicitur ut *vocationem*, *prahenſionem*, id eſt, jus, prodendi, vocandi, præhendendi. Sic ſpectionem & nuntiationem in auguralibus, jus ſpiciendi & nunciandi. Vide *ſpectio*. *Dacerius.*

*Prodigia.*] Minime crediderim, C, appellari ab antiquis, quæ poſtea, G, dicta eſt. licet maxima fuerit utriuſque litteræ affinitas, uti apud Græcos media eſſe dicitur γ inter κ & χ. Sed fortaſſe Feſtus ſignificat, quæ nunc G littera prodigia dicuntur, ab antiquis C littera dicta eſſe prodicia. Sed ſi dicta ſunt à prædico, non una littera, ſed plures mutantur.

Prodigiatores, haruſpices prodigiorum interpretes.

Prodigiatores, prodigiorum interpretes. PAULUS.

Prodiguæ hoſtiæ vocabantur, quæ conſumuntur; unde homines quoque luxurioſi prodigi.

Prodiguæ hoſtiæ vocantur, ut ait Veranius, quæ conſumuntur: unde homines quoque luxurioſi, prodigi. FESTUS.

Prodinunt, prodeunt, ut Ennius annalium lib. tertio: Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

Prodit non ſolum, in apertum exit, ſignificat; ſed etiam porro it. PAULUS.

Prodit, memoriæ porro dat, & fallit item ex interiore loco procedit. item perdit, ut Ennius: Non in ſperando cupidi rem prodere ſummam.

Prodit, memoriæ porro dat, & fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit, ut Ennius lib. ſexto decimo: Non in ſperando cupide rem prodere ſummam. FESTUS.

Produit, porro dederit: ut eſt in lege cenſoria: PORTICUM SARTAM, TECTAMQUE HABETO, PRODITO. alias prodiderit.

Profanum eſt, quod fani religione non tenetur.

## NOTÆ.

tur. quare puto eſſe dicta à prodico, & forte ita ſcribendum eſſet apud Feſtum. *Ant. Auguſtinus.*

*Prodigia.*] Lege infra ex Voſſio: *Nam quæ nunc g appellatur ab antiquis c vocabatur.* Ait *prodigium* eſſe quaſi *prodicium*, à prædicendo, quia quæ nunc g antiquis erat c. Et huic Feſti etymo adſentit etiam Tullius. Vide ſupra in *monſtrum*. Sed diſſentit Nonius: *Prodigium autem*, inquit, *ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro adigendum.* Ergo *prodigium*, quod porro agatur quaſi *prodagium*. Favet quod ſecunda in *prodigium*, corripitur quæ *produceretur*, ſi à *prædicendo*. Sed fallitur Nonius cum ait *prodigium* ſemper eſſe peſſimum. Nam eſſe de bono Virgil. 5. Æneid.

*——— ——— Nunc tempus agi res,*
*Nec tantis mora prodigiis.*

Ubi Servius: *Ecce, inquit, prodigium de bono.*

*Prodigua.*] Vide *prodegeris*.

*Prodinunt.*] *Prodeo, prodino*, ut *redeo, redino*. Vide *redinunt*.

*Prodit.*] Prodit memoriæ, poſteris, porro dat, item fallit, deſerit, perdit. A *prodo*, vide ſupra *prodidiſſe*. *Prodit*, procedit, à *prodeo*. *Dacerius.*

*Produit.*] Hæc verba mendoſa videntur: *habeto, prodito, alias prodiderit.* Fortaſſe ſignificat, Produit ſignificare, aut porro dederit, aut prodiderit. Prioris ſignificationis exemplum eſſe in lege Cenſoria: ubi prodito ſignificat porro dato. *Ant. Auguſtinus.*

*Produit.*] Verba legis Cenſoriæ ita ſententia poſtulante legerim: PORTICUM. SARTAM. TECTAMQUE. PRODUIT. *Joſ. Scaliger.*

*Produit.*] In lege tamen cenſoria quam ut exemplum Feſtus producit, nulla mentio vocis *produit*. Legebat Scaliger. PORTICUM SARTAM TECTAMQUE PRODUIT. Mihi omnia legis verba quæ Feſtus prodit ſana videntur, ſed ejus tantum membrum deeſſe. Suppleo: PORTICUM SARTAM TECTAMQUE HABETO PRODITO. NEI PRODUIT. Jubet lex conductorem porticum ſartam tectamque à Cenſoribus accipere, & abſoluto locationis tempore, eandem ſartam tectam prodere, ni *produit*, id eſt, prodiderit multa ei dicatur. Vel quid ſimile. Poterat etiam & ſcriptum fuiſſe CUM PRODUIT. Id eſt, cum prodiderit, ut cenſores, cognoſcant, judicent, probent. Et ita hanc legem cenſoriam quæ ad hoc viros eruditos torſit ſartam tectamque à nobis proditam, doctis ſpero gratum fore. *Dacerius.*

*Profanum.*] Hic locus totius libri argumentum eſt. Sed miror cur tantum numerum librorum Verrii dixerit, ſeque libros paucos feciſſe: cum libro quinto Verrii initium P litteræ fuerit. At Feſti quintus decimus. Inſcriptio quoque non convenit libris Verrii, neque etiam libris Feſti, qui de verborum ſignificatione in antiquo libro inſcribuntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Profanum.*] Infra: verbum alieno loco poſitum, nam de verbo *Porricere* diſputabat. Ad quod locum ex Plautina Pſeudolo profert:

*Atque in manibus exta teneam, ut porriciam. interea loci*
*Si lucri quid detur, potius rem divinam deſeram.*

Deinde diſſerebat de profanatione eorum, quæ porriciebantur. ea videlicet, quæ porriciuntur, profanari docens: & profanata conſumi. Varro: *Itaque ob id in fano conſumebatur omne, quod profanum erat, ut etiamnum fit, quod Prætor urbanus quotannis facit, cum Herculi immolat publice juvencam.* In fine ita lego: *ea autem, de quibus diſſentio, & aperte, & breviter, ut ſciero, ſcripta in his libris meis invenientur,*

PAULUS. Profanum, quod non eſt fanum. Plautus: Sacrum, an profanum habeas, parvipenditur.

FESTUS. *Porriciam pro porro jaciam, maxime de extis dicebant antiqui: Plautus in* Pſeudolo: Atque in *manib. exta teneam ut porriciam*, interea loci. *porricitur autem foculo ari*ſque quod conſecran*dum eſt deo*, *dicandumque*, contra id conſum*itur in ſacro*, *quod eſt profanatum*, ut Verrius eo*dem libro*, *de ſignificatione verbo*rum, ſint dicta libere; *ſi quæ contra dixero*, *nam* arbitrabatur ob eam cau*ſam porrici exta aris* & *foculo*, quia profana ea quoque, id eſt, deo dicta, conſumere eſt neceſſe. Cujus opinionem neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime neceſſe

## NOTÆ.

*tur*; *qui inſcribuntur*: PRISCORVM VERBORVM CVM EXEMPLIS. Neque dubium eſt, quin ita ſcripſerit Feſtus. Sed libri ii interciderunt. Nam quod docti viri putant Feſtum de his, quos in manu habemus, loqui: & peccant ipſi, & alios in errorem inducunt. Nam neque Feſtus hos libros, qui extant, vocaſſet ſuos, cum ſint Verrii. neque in iſtis libris inſtituit reprehenſionem Verrii, præter quam in locis admodum paucis, idque obiter. neque paucos hos libros vocaſſet, cum ſupra 19. ſcripſerit, neque hæc eſt horum librorum inſcriptio, cum à Macrobio vetere auctore, de verborum ſignificatione citentur. His, & pluribus rationibus, atque adeo tenore verborum Feſti inductus quilibet poteſt advertere libros PRISCORVM VERBORVM CVM EXEMPLIS non eſſe eoſdem cum his noſtris DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. *Joſ. Scaliger.*

*Profanum.*] Hic locus peſſime diſtractus, hiatus enim qui poſt *progenerum* apparent huc pertinebant. Locum adi. Profanum proprie eſt quod ex religioſo & ſacro in hominum uſum converſum eſt. Servius ad illud 12. Æn.

*Quos contra Æneada bello fecere profanos.*

*Profanum*, inquit, *proprie dicitur*, *quod ex religioſa re in hominum uſum convertitur.* Et *ut poſtea dicendo bello fecere profanos*, *docuit profanum eſſe quod à religione in uſum hominum tranſiit*, *ſacro profanum contrarium*, *ut feſto*, *profeſtum*, *fano*, *nefaſtum.* *Ergo non omne quod ſacrum non ſit*, *profanum*, *ſed quod ſacrum fuerit & deſierit.* Verum illud non ſemper à veteribus obſervatum, qui ſæpe profanum dixere de eo quod nunquam ſacrum fuerat.

*Porriciam.*] Hunc Feſti locum nemo homo intelligat, qui tamen unius literulæ immutatione planus fiet. Lego: *contra id conſumitur in ſacro quod eſt profanatum. At Verrius eodem libro de ſignificatione verborum* (*ſint dicta libere ſi qua contra dixero*) *arbitrabatur*, *&c.* Illud *nam*, quod in ſchedis ita apparet *na*, à voce *arbitrabatur*, natum puto reduplicata priori ſyllaba *ar arbitrabatur.* Primo quid ſit *porricere* exponit Feſtus. Item quid intelligendum ſit cum dicitur id conſumi in ſacro quod eſt profanatum. Deinde Verrium reprehendit quod arbitrabatur ob eam cauſſam porrici exta aris, & foculo quia profana ea quoque, id eſt, ut ipſe Verrius interpretabatur, deo dicta conſumere erat neceſſe. Et optime quidem Feſtus neque enim, ut Verrius putavit, quæ deo porriciebantur ea *profana*, ſive *profanata* dicta, neque ea aris & foculo porrecta, quod ea conſumere erat neceſſe. Verum id quod deo offerebatur *porrectum* dictum, reliquum omne unde illud *porrectum* detractum, *polluctum* & *profanatum* dicebatur, quia cum Deo ſacrum & fanatum fuiſſet, porrecta tantum eorum parte, populo, ſpectatoribus apponebatur & ab iis conſumebatur; unde quod è ſacro & religioſo in hominum uſum cedebat *profanum* & *profanatum* dictum. Idque ut clarius fiat, iterum inculcandum & infigendum: *Pollucere* apud veteres Romanos erat dapem apparare ac dedicare, ſacrificale convivium in Deorum honorem, puta Jovis, Herculis, inſtruere. Ex eo quod in Dei aram ſive foculum ex ſacrificii ritu conjectum erat, id *porrici* proprie dicebatur. Macrob. lib. 3. cap. 2. *Ex diſciplina aruſpicum porriciendi verbum ſacrificantibus eſt ſolenne*, *ſicut Veranius ex primo libro Fabii Pictoris*, *ita diſſertationem hujus verbi exſecutus eſt*: *Exta porriciunto*, *Diis danto in altaria aramve*, *focumve*, *eove*, *quo exta dari debebunt.* Poſtquam illud porrectum fuerat, reliquum omne ſacrum eſſe definebat & proprie *polluctum* & *profanatum* dicebatur, quia à populo & ſpectatoribus conſumebatur. Plaut. Rudent. ſc. ult.

*— — — ſpectatores vos quoque ad cœnam vocem*
*Ni daturus nihil ſim, neque ſit quidquam pollucti domi.*
*Neve adeo vocatos credam vos eſſe ad cœnam foras.*

Et Stich. v. 4.

*Hodie polluctura*, *præter nos*, *jam dabitur nemini.*

*Pollucturam* vocat, quod ſupra *polluctum*. Varro etſi minus quid *profanum* eſſet intellexit, tamen ita rem declarat ut omnem dubitandi locum tollat. Verba ejus, quia nemini hactenus intellecta, ſive adeo declarata, non piget adſcribere. *Hinc profanum eſt*, inquit, *quod ante fanum*; *id eſt*, *conjunctum fano*:

Digitized by Google

eſt. cum propoſitum habeam ex tanto librorum ejus numero intermortua jam, & ſepulta verba, atque ipſo ſæpe confitente nullius uſus, aut auctoritatis præterire, & reliqua quam breviſſime redigere in libros admodum paucos. ea autem, de quibus diſſentio, & aperte, & breviter, ut ſciero, ſcripta in his libris meis invenientur. inſcribuntur: PRISCORUM VERBORUM CUM EXEMPLIS.

Profeſti dies dicti, *quod ſint procul à religione numinis* divini. Cæcilius *quod facimus pro feſto feciſti* tantundem *feſtivo die. item Affranius* in Privigno, *æque pro feſto, contra cum celebras.*

Profeſti dies procul à religione numinis divini. PAULUS.

## NOTÆ.

*fano: hinc profanatum quod in ſacrario polluctum, atque inde Herculi Decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, ut fani lege ſit. Id dicitur polluctum quod à porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt. Ut cum profanum dicitur, id eſt, proinde ut ſit fani factum. Itaque ubi olim fano conſumebatur omne quod profanum erat, ut etiam fit, quod Prætor urbanus quotannis facit, cum Herculi immolat publice juvencam.* Hæc Varro, cujus poſtrema verba quia per librariorum negligentiam unius & alterius literulæ immutatione & corruptione non leviter ſunt deformata, ita emendari debere certum eſt: *Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt, & tum profanum dicitur, id eſt, proinde ut ſit fani factum. Itaque ibi olim in fano conſumebatur, &c.* Sed quia emendationum omnium tum demum ratio vera eſt & aperta, cum, quæ antea indiſſolubilia erant, ea nullo negotio diſſolvuntur & enodantur, videamus viris ne doctis hæc noſtra emendatio probanda ſit an exigenda. Aït Varro, *Quod in ſacrario pollucetur, & ſacrificio quodam fanatur, ut ad inſtar fani ſit, poſtquam inde Herculi decuma eſt data, omne id profanatum, & polluctum dicitur.* Huc uſque verbis Varronis ſatis inſiſtimus: pergit: *Id omne autem dicitur polluctum à porriciendo voce efficta. Nam cum ex dapibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum polluctum eſt, id eſt, tum polluctа reliqua daps dicitur, & tum etiam dicitur profana, id eſt, &c. Itaque ibi in fano conſumebatur omne id quod profanum erat, &c.* Nunc Varronis verba luce ipſa clariora, unde ſat ſcio nemo aliter ſe ſatis expediat. Et certe maxime Reipublicæ literariæ intererat ut ne hic locus Varronis, & alter Feſti diutius in tenebris laterent. Varro quidem ut ſuperius diximus non ſatis intellexit quid proprie eſſet *profanum*, cum ait dici *profanum, proinde ut ſit fani factum.* Et eo graviter lapſus eſt quod *fanatum* inter & *profanatum*, nullum diſcrimen ſtatuit, quod maximum eſſe facile evincunt quæ hic à nobis poſita ſunt, & ex veterum fere omnium autoritate comprobatur. Meminerint igitur Latinitatis & rituum Romanorum ſtudioſi minime viris doctis credendum eſſe cum audacter affirmant, quæ porriciebantur ea *polluctа*, & *profanata* dicta, cum contra *profana*, ſive *profanata*, & *polluctа*, tum demum dicta ſint omna ſacrificalia illa convivia poſtquam eorum projecta erat pars aliqua quæ proprie *porrici* dicebatur. Nam *polluctum* id dicebatur quod populo exponebatur, quod non fiebat niſi poſt ejus partem aliquam porrectam. Inde apud Plaut. Rudent.

*— — — Non ſum polluctа pago*
*Potiri ut me abſtineas manum.*

*Polluctа pago*, id eſt, *pago expoſita.* Et in Curculione.

*Quod quidem mihi polluctus virgis ſervus, &c.*

*Servus polluctus virgis*, facete dicitur *virgis ſubjectus*, expoſitus. Non vero, ut interpretatur Camerarius, virgis cumulatus; neque enim ara Herculis omni eſculentorum & poculentorum genere erat referta, ut ipſe putavit, ſed eorum parte aliqua quæ *porrici* proprie dicebatur.

*Scripta in his libris meis.*] Lege: *Inſcripta in his libris meis invenientur, qui inſcribuntur, &c.* Vide antea Scaligerum. *Dacerius.*

*Profeſti dies.*] Afranii exemplum, quod citabat Feſtus ex Privigno, extat integrius apud Nonium:

*Quæ nos ſolemus facere feſtivo die,*
*Quotidiano opere promiſces omnia.*
*At quæ profeſto, contra: cum celebras focum.*

Ita enim legendum apud Nonium. *Joſ. Scaliger.*

*Profeſti dies.*] Opponuntur diebus Feſtis. Et dicti *profeſti* quod *pro* id eſt *procul*, à feſtis ſunt. Integrum locum Afranii hic affert Nonius in voce *profeſti.* *Quæ feſtivo facere nos ſolemus die, quotidiano opere promiſces omnia, æque profeſto concelebras focum.* Legit Scaliger.

*Quæ nos ſolemus facere feſtivo die,*
*Quotidiano opere promiſces omnia.*
*At quæ profeſto contra: tum celebras focum.*



Digitized by Google

Profeſtum diem dicebant, qui feſtus non erat.

**Festus.** Profeſtum eſt facere, tamquam profanum facere, id eſt, quod eo die, qui dies feriarum non eſt, facere, vel, ut quidam dixerunt, pro eo facere velut feriæ non ſint; aut id facere, quod feriis fieri non liceat. Itaque diem profeſtum, diem ſine feriis eſſe.

**Paulus.** Profundum, quod longe habet fundum.

**Festus.** *Profundum dicitur id quod* altum eſt, ac fund*um longe habet. Pacuvius* in Modo, neq*ue profundum.*

Profuſus ſuper mo*dum ſumptuoſus dicebatur.* Terentius in Adel*phis, profundat, perdat, p*ereat, nihil ad me. *Alias abjectus jacens*, & Pacuvius in Teu*cro profuſus gemitu murmuro* ocei ſtians ruat.

**Paulus.** Profuſus ſupra modum ſumptuoſus. Terentius profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. alias abjectus, jacens. Pacuvius: Profuſus gemitu, murmure.

Progenerum appellat avus neptis ſuæ virum.

**Festus.** *Progenerum appellat avus neptis ſuæ virum.*

*Profanum quod non eſt fanum appellatur Plautus, Sacrum, an profanum habeas parvi pendito. Livius in* . . . . . . . . . . *publici*. . . . . . . . . *obea*. . . . . . . . . . . .

Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem major, cæterum ob id ipſum comitialis appellatur. Cato in oratione, quam ſcripſit de ſacrilegio commiſſo: Domi cum auſpicamus, honorem me dium immortalium velim habuiſſe, ſervi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Sicui ibidem ſervo, aut ancillæ dormienti evenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit.

## Notæ.

Ait Afranius. Quæ nos facimus diebus feſtis, tu diebus profeſtis omnia permiſces. At quæ nos profeſtis facimus tu id omne diebus Feſtis cum celebras focum. Nam diebus Feſtis Deorum focus celebrabatur.

*Profeſtum facere.*] Deeſt *facere licet* vel quid ſimile. Senſus eſt: *Profeſtum facere eſt tanquam profanum facere, id eſt facere quod eo die, qui dies feriarum non eſt, facere licet.* Hic intelligere videtur Feſtus profeſtum facere eos dictos qui feſtos vitiabant, id eſt qui diebus feſtis illud agebant quod quotidiano opere tantum licebat.

*Profundum.*] Diomedes capite de præpoſ. *Pro præpoſitio ſignificat porro, ut cum profundum dicimus pelagus, ut cui porro fundus ſit.* Vide *altum*. Servius ad illud 1. Æneid. *Cœlumque profundum. Profundum autem*, inquit, *& ſublime dicitur.* Item: *Et ſicut hic profundum in altitudinem, ſic alibi faſtigia in infima parte.*

*Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras.*

*Dacerius.*

*Profuſus.*] Verſus Terentii, ut à Paulo refertur in Adelphis, quod Feſti dimidiati verſus ſignificant. Pacuvii autem nimis mendoſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Profuſus.*] *Profundo* eſt largiter fundo, unde *profuſus*, δαπανηρὸς ſumptuoſus. Gloſſ. profuſa, ἡ δαψιλής. Item profundo humi fundo, unde profuſus, humi fuſus, abjectus. In verſu Pacuvii legendum puto.

*Profuſus gemitu murmure occentans ruat.*

*Progenerum.*] *Socer magnus dicitur uxoris meæ avus, ego illius ſum progener.* Modeſtinus lib. 4. D. de grad. & adfin.

*Profanum.*] Hæc ſuo loco mota ſunt. Vide profanum. In fine poſt *publici* addunt ſchedæ: *Pacuvius in Periboea*. . . . . . . . . . . *Inde profanationem dici ait Verrius.*

*Prohibere comitia.*] Comitia multis ex cauſſis aut ineunda vetabantur, aut inita ſolvebantur, aut habita vitiabantur & fiebant irrita. Veluti ex comitiali ritu vel omiſſo, vel perperam obito: ex magiſtratus de cælo ſervantis ſpectione ſive inſpectione: ex nunciatione ſive obnunciatione magiſtratus qui de cœlo ſervarat. Ex omine infauſto. Ex fulgure, fulmine, tonitru. Ex morbo ſacro, caduco qui & ideo *comitialis* dictus eſt. Et ex aliis quæ in hiſtoriis diligens lector annotabit.

*Domi cum auſpicamus.*] Ait Cato quæ auſpicantium & ſacrificantium religionem & omina turbare ſolent

Digitized by Google

Prolato ære aſtitit, Ennius in Achille Ariſtarchi cum ait, ſignificat clypeo ante ſe protento.

Prolato ære apud Ennium, ſignificat ſcuto ante ſe protento. PAULUS.

Proletarium capite cenſum dictum quod ex his civitas conſtet, quaſi proles progenie. Idem & proletanei.

Prologium, principium, proloquium. Pacuvius: Quid eſt? nam me examinaſti prologio tuo.

Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

Promellere, litem promovere.

Promellere, *Verrius ait ſignificare* lituum provere. FESTUS.

Promenervat item pro monet (in Saliari carmine.)

Promerion, præcipuum, præter cæteros meritum. aut pro medium hoc eſt participat, ut pro indiviſo dicimus.

## NOTÆ.

ſolent & impedire, ea, niſi à ſacrificante vel auſpicante fuerint intellecta, nullum vitium facere, veluti ſi quis ſervus aut ancilla ſub centone crepuit, id eſt, ſub ſtragulis. Vel ſi quis ſervus vel ancilla dormiens morbo comitiali correptus fuerit. In fine legitur etiam: *Ne id quidem mihi vitium facit.* Quod magis placet. Supra pro *dium* quidam *Deum.* Sed nihil neceſſe. *Dacerius.*

*Prolatum.*] Achilles Ariſtarchi dictus ad differentiam Achillis Æſchyli. Hujus Ariſtarchi Tragici meminere Athenæus, Suidas, Stobæus ſecundo Phyſicorum. Achillis Ariſtarchi Tragœdiæ habes mentionem apud Plautum. Iſidorus: *Tragœdias fere omnes ex Græcis tranſtulit Ennius, plurimas Euripidis: nonnullas Ariſtarchi. Joſ. Scaliger.*

*Prolato ære.*] *Ære* id eſt Clypeo. quia ex ære fiebant. Virg. 1. Æneid.

*Ære cavo clypeum magni geſtamen Abantis.*

*Prolato* id eſt protenſo, projecto. Sic apud Macrob. *projecta ſcuta* protenſa, prolata, ictibus objecta. Achilles autem Ariſtarchi dictus ad differentiam Achillis Æſchyli. Ut optime Scaliger. Hujus Ariſtarchi tragici meminere Athenæus, Suidas, Stobæus ſecundo Phyſicorum. Achillis Ariſtarchi tragœdiæ habes mentionem apud Plautum. Iſidorus: *tragœdias fere omnes ex Græcis tranſtulit Ennius, plurimas Euripidis: nonnullas Ariſtarchi. Dacerius.*

Poſt *Prolatum.*] Non dubium eſt quin hæc, quæ ſubjiciam, hic deſiderentur: *Parret dicendum exiſtimant. quam conſuetudinem oſtendit formula, quæ eſt,* PARRET. *Ab eo Parra avis ſiniſtra. Et ejus ſignificatio eadem.* De verbo *Parret* gemino rr, vide ſupra. Parram ait dictam, quia parreat, hoc eſt, appareat, & ſeſe objiciat obviam prætereuntibus, inauſpicatam autem fuiſſe, & ἐνόδιον adverſum auſpicium facere ſolitam, vel unus Horatius teſtis ſuffecerit:

*Impios parræ recinentis omen Ducat.*

*Joſ. Scaliger.*

*Proletarium.*] Vide Gell. lib. 16. cap. 10. *Ant. Auguſtinus.*

*Proletarium.*] *Proletarii* & *proletanei* ut *extrarii* & *extranei. Proletarii* autem dicti in plebe Rom. tenuiſſimi qui non amplius quam quingentium æris in cenſum deferebant & prole tantum juvabant rempublicam. Sed diverſi tamen à capite cenſis qui nullo aut perquam parvo ære cenſebantur, ſed capite tantum. unde & *capite cenſi.* Utrique quidem in unam & imam claſſem à Tullio rege conjecti, majoris tamen honoris erant & re & nomine proletarii, quam capite cenſi, quorum extremus cenſus fuit aſſes trecenti ſeptuaginta quinque. Vide Gellium lib. 16. cap. 10.

*Prologium.*] Πρόλογος, προλόγιον, prologus, *prologium.* Ut ἔξοδος, ἐξόδιον, *Exodus, exodium.* Vide *exodium. Prologus* autem proprie præfatio quædam fabulæ, in qua vel poëta excuſatur, vel fabula commendatur: *Prologium* vero cum argumentum fabulæ tantum deſcribitur.

*Prolugere.*] *Pro*, id eſt porro, in longum. Tamen hujus ſignificationis exempla deſidero. *Dacerius.*

*Promellere.*] *Mellere*; ſeu *Melere* antiquum verbum à Græco μέλλειν. Cujus veſtigia ſuperſunt in voce Remeligines. *Joſ. Scaliger.*

*Promellere.*] Pro *lituum provere.* Lego *litem promovere.* Provere compendioſe pro *promovere. Promellere* autem eſt procraſtinare, producere à *mello*, moror, quod à Græco μέλλω. Inde *remellere* ſive *remelere* unico l remorari à quo & *remeligines* dictæ: quæ à *remorando remora.*

*Promenervat.*] A *Menerva* menervare & promenervare vide *Minerva.* Illud *item* non mutandum eſt ut viris doctis viſum fuit. Nam hocce caput continuo poſt *præceptat*, & *pa pro parte* legebatur ubi de Saliari carmine. *Dacerius.*

*Promerion.*] Corruptiſſimus locus, ſiquis alius. Legendum ita haud dubie: *Promerito, præcipuum, præter cæteros meritum, ut pro medio, hoc*

PAULUS. Promiſcam dicebant promiſcue.

Promiſſus capillus dicitur longus. item barba promiſſa, velut porro miſſa.

Promonſtra, prodigia.

Promulco agi dicitur navis, cum ſcaphæ ducitur fune.

Promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur, quaſi provulgari.

Pronubæ adhibebantur nuptiis, quæ ſemel nupſerunt, cauſa auſpicii. ut ſingulare perſeveret matrimonium.

FESTUS. Pronubæ adhibentur nuptis quæ ſemel nupſerunt, ut matrimonia paupertatem auſpicantes.

PAULUS. Pronurus, nepotis uxor.

FESTUS. Prop. . . . . . . . . . . . . . . . . . ſta dolia ait dici Labeo, quod . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . r. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Propages propagines à propagando, ut faciunt ruſtici, cum vitem vetulam ſupprimunt, ut ex ea una plures faciant.

FESTUS. Propatulum, late patens, atque apertum. & patuli boves, quorum cornua in diverſum ſupra modum patent.

## NOTÆ.

*hoc eſt participem, & pro indiviſo dicimus.* Quæ verba quantum Latini ſermonis intereſſat, ſalva, atque incolumia manſiſſe, nemo non videt. *Joſ. Scaliger.*

*Promerion.*] *Promedio* dicebant *pro* participe, quia *pars* eſt dimidium. Vide quæ notamus Od. 1. Horat.

*Promiſcam.*] A *miſceo* dixere *miſcus* & *miſcuus*: *promiſcus* & *promiſcuus*. A *promiſcus*, *promiſcam*. Plaut. Pſeud. 4. v.

*Ut mea lætitia lætus promiſcam ſiet.*

Varro.

*Cætera promiſcam voluit communia haberi.*

dicebant & *promiſce*. Plaut. Perſ. v. ult.

*Promiſce hunc volo ludificari.*

*Promiſſus.*] Gloſſ. Cyril. προβάλλω, *promitto*. Item προχίμωνω, *Promitto*. Item καθειμένος, ἐπὶ γένειν. *Promiſſus. Promiſſaque barba. Virgilius in Bucol.*

*Promonſtra.*] A *pro*, id eſt præ & *moneo*. *Dacerius.*

*Promulco.*] Mihi mirum videtur promulco dici trahi navem, cum id Græco verbo remulco agi dicatur, παρὰ τὸ ῥυμουλκεῖν. *Joſ. Scaliger.*

*Promulco.*] In verbis Feſti pro *ſcaphæ* quidam ſubſtituunt *ſcapha*. Peſſime. Vide *remulco*. *Dacerius.*

*Promulgari.*] Addendum eſſet, *ante quam accipiantur, vel ferantur.* Neque enim de legibus acceptis jam à populo id recte dicitur. Sed cum trinundino die propoſitæ ſunt, totoque illo tempore antequam ſuffragatum ſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Promulgari.*] Quaſi provulgari. Becmannus à Græco προμυθολογίω, à πρὸ ἐμοῦ & λόγος. Alii à μύλλειν quod eſt ore indicare. Teſte Euſtathio. Sed Feſtum ſequor. *Dacerius.*

*Pronuba.*] Tertullianus in libro exhortatorio ad caſtitatem: *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur: & ſic auſpicii initium eſt.* Servius in ſchedis: *Varro pronubam dicit, quæ ante nupſerit, & quæ uni tantum nupſerit.* Catullus:

*Vos unis ſenibus bonæ*
*Cognitæ bene feminæ*
*Collocate puellulam.*

*Joſ. Scaliger.*

*Pronubæ.*] Lege infra ut viri docti: *matrimonii perpetuitatem auſpicantes.* Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem: *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur: & ſic auſpicii initium eſt.* Servius: *Varro ponubam dicit, quæ ante nupſerit & quæ uni tantum nupſerit.* Catullus:

*Vos unis ſenibus bonæ*
*Cognitæ bene feminæ*
*Collocate puellulam.*

Scal.

*Pronurus.*] Gloſſæ Cyrilli ἔγγονος γυναικὸς, *pronurus*. Oenone erat pronurus Laomedontis.

*Prop.* . . . . ] Amplius ſchedæ. *prop.* . . . . . . . . . *ſta dolia ait dici Labeo quod* . . . . . . . . . . . . *r* . . . . . . . . . *tur* . . . . . . . . . . . . . *do* . . . . . . . . . . . . quos hiatus ne ſibylla quidem expleverit.

*Propages.*] Sic *compages*, *impages*. *Dacerius.*

*Prope-*

Properam pro celeri, ac ſtrenua dixiſſe antiquos teſtimonio eſt Cato, cum ait in libro de re militari: Tertia è caſtris eductio celeris, properaque eſt.

Properam, celerem, ſtrenuamque ſignificat. PAULUS.

Properare aliud eſt, aliud feſtinare. qui unum quodque mature tranſigit, is properat; qui multa ſimul incipit neque perficit, is feſtinat. FESTUS.

Properus antiquos dixiſſe pro celer, teſtimonio eſt qualitatis adverbium, quod eſt propere.

Properus, celer: unde adverbium propere. PAULUS.

Propetrare, mandare, quod perficiatur. nam impetrare eſt exorare, & perpetrare perficere.

Prophetas dicebant veteres antiſtites fanorum, oraculorumque interpretes.

Prophetas in Adraſto Julius nominat antiſtites fanorum, oraculorumque interpretes. cum capita viridi lauro velare imperant prophetæ ſancta ita caſte qui putant ſacra. FESTUS.

Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus.

## NOTÆ.

*Properare.* ] Vide Verrium in Incertis ex Gell. lib. 16. cap. 14. *Ant. Auguſtinus.*

*Properare.* ] Verba, quæ hic poſita ſunt, non ſunt Feſti, ſed Catonis, quæ integriora ab Iſidoro cum ſui auctoris nomine citantur ita: *Marcus Cato: Qui unum quodque mature tranſigit, properat. qui multa ſimul incipit, nec perficit, is feſtinat. Ego unum quodque, quod adortus eram, tranſigebam. Joſ. Scaliger.*

*Properare.* ] Ejuſdem Catonis verba citat Gellius lib. 16. cap. 14. ex ejus oratione quam de ſuis virtutibus ſcripſit. Locum adi. Vide & Nonium. *Feſtinare* igitur eſt temeraria & præcipiti celeritate aliquo contendere: *properare* cito & ſtrenue progredi ut mature perficias quod intendis. Idem quod *maturare.* Virg. 4. Georg.

*Multa forent quæ mox cælo properanda ſereno*
*Maturare datur.*

Salluſt. Jugurth. *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Nonius ita diſtinguit ut *properare* ſit animi ad res aliquas contendentis. *Feſtinare*, corporis neceſſitatibus obſequentis. Sed hæc veterum autoritate refelluntur, apud quos *properare*, & *feſtinare* promiſcue accelerare ſignificant. Virg. 4. Æn.

*Et mediis properas aquilonibus ire per altum.*

Et lib. 2.

*Feſtinate viri, nam quæ tam ſera moratur*
*Segnities.*

Plautus *properate prandium.* Ennius: *Feſtivum feſtinant diem.* Virg. 12. Æneid.

*Arma citi properate viro.*

Salluſt. *Solas feſtinate.* Lego *ſoleas feſtinate.*

*Propetrare.* ] Quaſi *ante patrare*, providere ut aliquid agatur, perficiatur. *Dacerius.*

*Prophetas.* ] Colloca verſus Julii Cæſaris ſuo ordine:

*Cum capita viridi lauro velare imperant*
*Prophetæ, ſancta caſte qui purant ſacra.*

Purare à purus, ut piare à pius. de hoc C. Julio Aſconius in Scauriana: *Idem inter primos temporis ſui oratores, & tragicus poeta bonus admodum habitus eſt. Hujus ſunt enim Tragœdiæ, quæ inſcribuntur Julii.* De eodem C. Julio Cicero in Bruto: *Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, ſicut ex ejuſdem Tragœdiis, lenitas ejus ſine nervis perſpici poteſt. Joſ. Scaliger.*

*Prophetas.* ] A προφημι, id eſt, *profari, prædicere*, προφήτης *propheta.* Et ſic apud Gentiles dicti antiſtites fanorum & oraculorum interpretes, & præcipue ſacerdotes Ægyptii Macrob. lib. 7. Sat. cap. 13. *Adeo verum ita ut dicis Ægyptios opinari, ut ego ſacerdotes eorum, quos prophetas vocant, cum in templo vidiſſem.* Unde & Antinoum in Antinopoli Ægypti urbe prophetas habuiſſe legimus, ubi, prophetæ nihil aliud ſunt quam ſacerdotes; ut vice verſa in illo Virgilii. 6. Æneid. de Orpheo.

*Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos.*

Sacerdos, id eſt propheta, qui & ipſe nihil aliud eſt quam poëta. *Dacerius.*

*Propius ſobrino.* ] Frequentior uſus juriſconſultorum patris vel matris conſobrinum ita appellat. Vide Caium, & Paulum lib. 38. Digeſt. tit. de gradibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Propius ſobrino.* ] Caius lib. 1. D. grad. & adfin. *Propior ſobrino, propior ſobrina ſunt, patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius*

PAULUS. Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & patris mei conſobrinus.

Propriaſſit, proprium fecerit.

FESTUS. Propter viam fit ſacrificium, quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi, aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus.

PAULUS. Profecturi viam Herculi aut Sanco ſacrificabant.

FESTUS. Propudianus porcus dictus eſt, ut ait Capito Atteius, qui in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, & exſolutio omnis contractæ religionis eſt.

PAULUS. Propudium dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quaſi porro

## NOTÆ.

*lius filia.* Paulus lib. 10. §. 9. D. de grad. *Perſonæ quas enumeravimus à patrui magni filio, ei de cujus cognatione quæritur, propius ſobrinis vocantur. Nam, ut Maſſurius ait, quem quis appellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſve conſobrinus aut conſobrina, ab eo conſobrini, conſobrinæve filius filia nominatur.* Item paulo poſt: *His omnibus, quod à patrum nepote propoſuimus, is de cujus cognatione quæritur, propius ſobrino eſt: nam patris vel matris eorum conſobrinus eſt. Dacerius.*

*Propterviam.*] Videndus locus Catonis apud Macrob. lib. 3. Saturn. de eo, qui bona ſua comediſſet, & domum, quæ ſibi reliqua erat, incendio amiſiſſet: *eum enim propterviam feciſſe dicebat.* In eo enim ſacrificio mos fuit, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Sed illic à Macrobio protervia appellatur. Sic Laberius apud Nonium:

*Viſus ac nocte bidentis propterviam facere.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Propter viam.*] De hoc ſatis alibi. Fiebat autem Herculi. apud cujus aram omnia, quæ profanabantur, abſumi neceſſe erat, ut ſupra in *Porricere* vidimus. Nam ridiculum putare in ſacrificio propter viam tantum id fieri: cum epulum propter viam profanetur Herculi: & omnia quæcumque Herculi profanabantur, conſumi neceſſe erat. Vide Varronis verba, quæ ſupra in *Porricere* adduximus. *Joſ. Scaliger.*

*Propter viam.*] Peregre profecturi Herculi ſacrificabant in culina quæ ejus ædi juncta erat. Cujus mentio in hac inſcriptione.

HERCULI SANCO SACRUM SER. SULPITIUS TROPHINUS ÆDEM ZOTHECAM, CULINAM PECUNIA SUA A SOLO RESTITUIT. IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM. L. TURPILIO DEXTRO M. MÆCIO RUFO COSS. EUTUCHIUS SER. PEREGRINANTIB. CURAVIT.

In eo ſacrificio ſi quid ex polluta dape reliquum erat, id omne igni abſumebatur. unde Jocus Catonis apud Macrob. lib. 3. de eo qui bona ſua comediſſet, & domum quæ ſibi reliqua erat, incendio amiſiſſet, eum enim *propterviam feciſſe* dicebat, quod comeſſe non potuerit id combuſſiſſe. Sic apud Plautum Rud. 1. 2. Sceparnio ut aliquos naufragium omnium bonorum feciſſe ſignificet, ait eos propter viam ad prandium vocatos.

*— — — ut mea eſt opinio*
*Propter viam illi ſunt vocati ad prandium.*

Propter viam ſacrificare Græcis ἐξιτήρια θύειν. inde autem ſacrificium illud ortum notavit nobiliſſimus Huetius in demonſtratione Evangelica, nempe è ſacrificio Paſchæ facto à Judæis ex Ægyto profecturis, propter viam nimirum quam in Chanaan capeſſebant.

*Herculi aut Sanco.*] Hercules idem Sancus à Sabinis dictus Varro lib. 4. *Ælius Gallus dius fidius, Dijovis filius, ut Græci διόσκουρον Caſtorem: & putabant hunc eſſe Sancum à Sabina lingua, & Herculem ab Græcis.* Inde Lactantius lib. 1. cap. 15. *Sabini Sancum, Romani Quirinum, &c.* Hercules *Sancus, Fidius,* & *Semo* dictus. Ovid. lib. 5. Faſt.

*Quærebam nonas Sanco Fidiove referrem*
*An tibi Semo pater? cum mihi Sancus ait?*
*Cuicumque ex iſtis dederis, ego nomen habebo*
*Nomina terna fero, ſic voluere Cures.*

Livius *Semonem Sancum* vocat lib. 1. ſect. 20. *Bona Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda.* Idem & *Sanctus* dictus Propert. lib. 4. El. 10.

*Sancte pater ſalve cui jam favet aſpera Juno,*
*Sancte velis libro dexter adeſſe meo.*

*Propudianus porcus.*] Quia in eum propudia id eſt καθάρματα conjiciebant. Sic apud Athenienſes porcillus qui ad expiationem immolabatur κάθαρμα dictus. Schol. Ariſtoph. in Acharn. τὸ δὲ θυόμενον χοιρίδιον ἐπὶ καθάρσει τῶν τόπων κάθαρμα ἐκαλεῖτο. Id eſt: *Mactatus autem porcus ad expiationem locorum κάθαρμα dicebatur.* Vide Heſych. in voce Κάθαρμα. de ſacro Claudiæ familiæ vide infra in *Saturno.* Macrob. lib. 1. cap. 16. *Sunt præterea feriæ propriæ familiarum ut Claudiæ familiæ, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervat. Dacerius.*

*Propudioſum.*] Non dubium quæ Græcis καθάρματα,

pudendum. quidam propudium putant dici, à quo pudor, & pudicitia procul ſint.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . procul ſint. FESTUS.

Prorſi limites appellantur in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt. PAULUS.

Prorſi *limites appellantur in agrorum menſuris qui directi ſunt ad orientem.* . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Prorſum ponebant pro recto. PAULUS.

Prorſus, porro verſus.

Prorſus porro vorſus, niſi forte ex Græco πρός. Cato de feneratione legis Juniæ: Camerini cives noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum, atque pulcherrimum, rem fortunatiſſimam. cum Romam veniebant, prorſus devertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. FESTUS.

Proſapia, progenies, id eſt porro ſparſis, & quaſi jactis liberis; quia ſipare ſignificat jacere, & disjicere. PAULUS.

Proſedas meretrices Plautus appellat, quod ante ſtabula ſedeant. eædem & proſtibulæ.

Proſequium à proſequendo: obſequium ab obſequendo dicuntur.

Proſicium, quod proſecatum projicitur.

## NOTÆ.

ματα, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines ſceleratos, ut Græci καθάρματα, ſic Romani eoſdem *Propudia* vocarunt. *Joſ. Scaliger.*

*Propudium.* ] Plaut. Curcul.

— — — *Quid ais propudium.*

Quæ Græcis καθάρματα ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines ſcelaratos, ut Græci καθάρματα, ſic Romani eoſdem propudia vocarunt, ut monuit Scaliger.

r . . . . . . . . . *procul ſint.* ] Hic verba Feſti coaluerunt cum Pauli epitome. repetendum igitur *Propudium dicebant, &c.* Nihil certius. *Dacerius.*

*Prorſi.* ] De hoc verbo ad Auſonium diximus. Significat rectum, & prolixum. unde tunica prolixis villis, proſa tunica. Gloſſarium: *Proſa, pexa tunica*, πεξὸν ἱμάτιον. *Prorſus ergo*, εὐθὺς, & *prorſum*, εὐθύ. ut in exemplo Catonis, *Prorſus devertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. Prorſus*, εὐθύ. *Joſ. Scaliger.*

*Prorſi. . . .* ] Prorſi limites ſecundum agri longitudinem ab æquinoctiali occaſu, ad ortum æquinoctialem directi, ideoque *ortivi* dicti & *antici*. Vide *prorſus.*

*Prorſum.* ] Vide *prorſus.*

*Prorſus.* ] Quaſi *proverſus*, id eſt *ante verſus*, & prorſus id eſt recta. Unde adjectivum *prorſus, a, um*, pro recto. Inde prorſi limites, *prorſa*, ſupl. *oratio*, & *prorſa Dea* quæ rectos partus educeret. Ex *prorſus* poſtea fecere *proſus*, ut à *rurſus, ruſus*. A *ſurſum, ſuſum, &c.* Et inde *proſa, proſe.* Quam vocem Latinam eſſe perperam negant viri docti.

*Proſapia.* ] *Proſapia* & *proſapies* à *ſipando* id eſt jaciendo. Sed vix invenias *i* mutatum in *a*, nimirum pro *ſipare* dicebant *ſupare*, & à *proſupare, proſupia*. frequenter enim *u* abit in *a*. Et hoc magis placet quam *proſapiam* dici quaſi προσαπτικήν, ut Henr. Stephano placebat. In fine vox excidit, lego: *quia ſipare ſignificat jacere, & diſſipare disjicere. Dacerius.*

*Proſedas.* ] Plaut. in Poenulo. *Ant. Auguſtinus.*

*Proſedas.* ] Plaut. Pœnul. 1. 2.

— — *an te ibi vis inter iſtas vorſarier*
*Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias.*

*Dacerius.*

*Proſicium.* ] Scribendum *porricitur* pro *projicitur*. Nonius in Proſices. *Ful. Urſinus.*

*Proſicia.* ] Gloſſarium: *Proſcle*, ἀκροθίνια. lege, Proſiciæ. item *Proſicia*, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. *Joſ. Scaliger.*

*Proſicium.* ] Ut inſicium, inſecta caro, inquit Turnebus, ſic proſicium, &c. Tamen nuſquam legi puto *proſicium* in neutro genere ſed *proſicia* & *proſicies*. Gloſſ. *proſicia*, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. Varro undecimo rerum divinar. *Proſiciem extorum vel in menſam porricere.* A proſecando autem *proſicia* ut ab *inſecando inſicia*. Varr. lib. 4. *Inſicia ab eo quod inſecta caro, ut in carmine Saliorum eſt: quod in extis dicitur nunc proſectum.* Per *proſectum* proſicias Varro intelligit quæ etiam *proſecta* dicebantur. In fine legendum puto, *porricitur*. Deo enim offerebantur *proſicia*. Arnob. lib. 7. adverſus gentes: *Quod ſi omnes has partes quas proſicias dicitis, accipere Dii amant, ſuntque illis grata, vel voluptatis alicujus vel dulcedinis ſenſu, quid intercedit, quid prohibet,*



Digitized by Google

Proſimurium pontificale, pomerium ubi pontifices auſpicabantur. dictum autem pomerium, quaſi promurum. id eſt proximum muro.

FESTUS. *Proſimu*rium eſſe ait Antiſtius *in commentario Juris ponti*ficalis pomerium, id eſt *locum proximum muro.* Cato. olim quidem omnes *auſpicabantur extra Aven*tinum, nunc etiam intra ædi*ficia. dictum autem Pomœrium* quaſi promœrium. ſolet *autem iis potiſſimum dari*, jus pomerii proferendi, *qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerunt. antiquiſſimum Romuli pomœrium Palatini montis radicibus terminabatur. portulit id. Ser. Tullius rex. Item L. Cornelius Sylla dictator imitatus, ut videtur, Tullium Regem proferre temptavit: Sed Pomœrium cum locus ſit qui finem Urbani auſpicii faciat, intra agrum effatum certis regionib. terminatus ad captanda auſpicia, quem liceat proferre, nemo tamen Aventinum, cum Pomœrium protulit intra* mœnia *incluſit, cujus rei cauſa illa probatur, quod* Remus *in eo auſpicaverit, aveſque irritas habuerit:* in ſequenti *autem ætate incluſum aiunt. Pomœrium* ſi ta*ctum à privatis fuiſſet, pœna ſtatuta erat.* Pontificale *Pombrium appellabant locum illum*, agrumque *pone murum in quo pontifices ſu*a conſtituerent *hoſpitia. cum autem pomœrium profer*retur, tum *augures Publicos* P. R. *hæc Verba præire* ſolitos: *Dii tutelares Urbis Pomœrium hoc ne* minus, majuſve *faxitis: Sed iis quib. terminatum è region*ibus effereatis, *dictum autem videtur Pomœrium* veluti poſt *mœros, id eſt, quod eſſet retro & in*tro muros urbis.

## NOTÆ.

*ut non ſemel hac omnia totis cum animantibus inferatis?* Inferatis, id eſt *porriciatis, in aram indatis. Dacerius.*

*Proſemurium.* ] Tacit. lib. 12. *Pomerium urbis auxit Cæſar* (de Tib. Claudio intelligitur) *more priſco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus ſubactis uſurpaverant, niſi L. Sylla, & Divus Auguſtus.* Et poſtea: *Quod pomerium Romulus poſuerit, noſcere haud abſurdum reor* &c. Hujus rei extat memoria Romæ in marmoreo cippo. POMERIVM autem in eo ſcriptum eſt, non POMOERIVM, neque POMAERIVM. Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. & Gell. lib. 13. cap. 14. Ex his Feſti verba intelligere, & ſarcire poteris aliqua ex parte. *Ant. Auguſtinus.*

*Proſimurium.* ] Infra: *Proſimurium eſſe ait Antiſtius in Commentario juris Pontificalis pomerium, id eſt poſt murum, ut ait Cato. Olim quidem omne poſt murum intimum, nunc etiam intra ædificia pomerium, quaſi promerium ſolet dici.* Reliqua ne Sibylla quidem divinaverit. Quod ait Paulus de Pontificali pomerio, id tractabatur in linea, quæ eſt harum reliquiarum decima ſeptima. *Joſ. Scaliger.*

*Proſimurium.* ] Promœrium, *proſmurium, proſimurium.* Ita enim literas *ſ* & *i* addebant aliquando. Sed omnino pomœrium eſt à *poſt* & *mœrus*, ut à *poſt* & *meridie*, *pomeridianus* & ita Feſt. in fine. Varro lib. 4. *Poſtea quod fiebat orbis, urbs. Principium quod erat poſt murum pomerium dictum; ejuſque ambitu auſpicia urbana finiuntur.* Verum quia inter viros eruditos magna olim quæſtio fuit & adhuc quotidie eſt, intrane vel extra urbem, an etiam ubique pomerium fuerit, de eo mihi paucis agendum exiſtimavi. Intra urbem pomerium fuiſſe hic aperte tradit Feſtus, idem & Varro loco ſupra laudato. Pollux etiam lib. 9. ait urbem ingreſſis omne illud ſpatium intra muros, intra mœnia, pomerium dictum. Idem Plutarchus in Romulo, idem & Gellius lib. 13. cap. 14. Qui ex augurum libris Feſti verba fere omnia ad verbum adducit. Sed aperte diſſentit Livius lib. 1. ſect. 44. *Inde deinceps*, inquit, *auget Eſquilias:* (Ser. Tullius) *Ibique ipſe, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere & foſſis & muro circumdat urbem, ita pomerium profert. Pomœrium verbi vim ſolam intuentes, poſt mœrium interpretantur eſſe. eſt autem magis circa murum locus; quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis, inaugurato conſecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murum poſt id, pomerium Romani appellarunt; & in urbis incremento ſemper, quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.* Hæc Livius. Quæ omnia facile perculſa ruent ſi Feſti & aliorum ejuſdem partium rationes enucleemus & perpendamus. Primum quidem ex Feſto, Varrone & augurum libris Pomerium eſt locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus qui facit finem urbani auſpicii. Agrum effatum intra mœnia fuiſſe

no-

Digitized by Google

Proſita, propoſita. PAULUS.

Proſpera *quænam nomina uſurpabant antiqui*, *in* E declina*ta ut præfiſcine extrema pro*-ducta ſyllaba, *videlicet ut occurrerent faſcino* ut ait L. Cinc*ius quod etiam fieri conſue*-*vit in* familiæ purg*andæ ſacro*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

## NOTÆ.

notum eſt, at intra eum fuit pomerium, imo etiam & pomerium finem urbani auſpicii faciebat. Ait Feſtus ex Catone antiquos extra Aventinum auſpicari ſolitos fuiſſe, poſtea intra ædificia. Extra Aventinum auſpicabantur ante Romam ſcilicet conditam & pomerium conſecratum, effatum. Sed poſtea conſecrato pomerio, intra ædificia, id eſt intra urbem, pomerium. Atque ita Catonis locum intelligendum nemo non videt. Addit Feſtus antiquum pomerium Palatini montis radicibus terminatum, cui adſentiens Tacitus ait *certis ſpaciis à Romulo interjectos fuiſſe lapides per ima montis Palatini*, ſcilicet lapidibus iſtis Romulus vice murorum uſus ut intra eos terminaretur pomerium, & ita etiam olim fiebat; deſignato muro ſtatuebantur cippi vel lapides qui pomerio & auſpiciis facerent finem. Subjicit tandem Feſtus iis tantum proferendi pomerii jus datum qui populum Rom. agro de hoſtibus capto ditaverant. Atqui nihil tale unquam de muris cautum fuiſſe certum eſt, & cuivis muros ampliandi fuiſſe ſemper poteſtatem datam. Ampliari igitur poterant muri non ampliato pomerio. Ita eſt: Audi Flavium Vopiſcum de Aureliano: *His actis*, inquit, *quum videret poſſe fieri ut aliquid tale iterum quale ſub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito conſilio Senatus muros urbis Romæ dilatavit. Nec tamen pomerio addidit eo tempore ſed poſtea. Pomerio autem nemini principum licet addere niſi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletaverit. Addidit autem Auguſtus, addidit Trajanus, addidit Nero ſub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ.* Vides Aurelianum muros ampliaſſe, non promotis pomerii terminis, idque ſatis evincit intra mœnia, pone muros pomerium fuiſſe. Nam alioqui ſi ante muros pomerium fuiſſet qui potuiſſet Aurelianus muros dilatando pomerii terminos ſuo loco relinquere? his addo ex Lælio Felice apud Gell. lib. 15. cap. 27. Centuriata comitia intra pomerium fieri nefas eſſe, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperare jus non ſit: propterea centuriata in campo martio haberi. Atque hæc de Romano pomerio quod viris doctis ſatis hactenus ignoratum, inter quos fuere qui audacter affirmarent antiquum illud pomerium extra urbem fuiſſe. Qui, ſi iis Augurum, Varronis, Pollucis, & Plutarchi verba à me ſuperius allata & explicata, minus perſpecta ſunt, vellem equidem vel ſolam vim vocis pomerii ſedulo perpendiſſent, atque ita nunc ſi cum Livio adeſſent, reſponderent de exercitu obſidione urbem cingente, numquid ille poſt murum ſedere videretur? Certo ſuoaliter pronuntiarent ac ab iis factum eſt. Neque enim ſpacium illud quod ante muros fuit magis *pomerium* dici poſſit, quam exercitus poſt muros ſedere, qui ante mœnia caſtra metatus eſt.

*Proſita.*] Nihil hic video: puto ſcriptum fuiſſe *poſita. Ponere* pro *proponere*. Et ita eſt. *Dacerius.*

*Proſpera.*] Interpretem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Proſpera.*] Fortaſſe dicebat proſpera quædam nos uſurpare ſolere nomina præfiſcinæ, quod declinatum ſit extrema producta ſyllaba, ut occurramus faſcino, ut ait L. Cincius, quod fieret etiam in familiæ purgandæ ſacro. His non abſimilia ſcripſiſſe mihi videtur Plinius: *cur publicis luſtris etiam nomina victimas ducentium proſpera legimus? cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus?* Titinius Setina:

> *Paula mea, amabo, pollulam laudem addito*
> *Præfiſcini.*

Chariſius ſubdit interpretationem: *ne puella faſcinetur.* Præfiſcini ergo aliquid fieri aut dici erat, cum facto, aut dicto aliquo, faſcino occurrebatur. Ait declinatum in e producta. quia nonnulli, ut puto, exiſtimabant eſſe vocativi caſus, ut ſupra *Numere* dictum eſt à quibuſdam corripi in ultima ſyllaba, & vocandi caſu dictum. Gellius ex veteri codice lib. 10. cap. 24. loquens de Diequinti: *Extremam iſtius vocis ſyllabam tum per e, tum per i, ſcriptam legi*: Nam ſane quam conſuetum veteribus fuerat, literis iis plerumque uti indifferenter: ſicuti præfiſcini, & præfiſcine, proclivi, & proclive, atque alia item multa hoc genus varie dixerunt. Idem habet vetus Macrobii codex. at in vulgatis priſtini, & priſtine, pro præfiſcini præfiſcine editum eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Proſpera.*] Plinius: *Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus?* Titinius Setina.

> *Paula mea amabo, pollulam laudem addito præfiſcini.*

Citat Chariſius & ſubdit, *ne puella faſcinetur*. Plaut. Aſinar.

> *Præfiſcin' hoc nunc dixerim, nemo etiam me accuſavit*
> *Merito meo.*

Ait Feſtus præfiſcine extrema producta quia nonnulli ut puto, exiſtimabant eſſe vocativi caſus, ut ſupra *numere* dictum eſt à quibuſdam corripi in ultima ſyllaba, & vocandi caſu dictum. Gellius ex veteri codice lib. 10. cap. 24. loquens de diequinti: *Extremam iſtius vocis ſyllabam tum per e, tum per i, ſcriptam*

Proſpices, proſpice.

PAULUS. Proſumia, genus navigii ſpeculatorium parvum.

Protelare, longe propellere. ex Græco videlicet τῆλε quod ſignificat longe.

FESTUS. *Protelare* dicitur longe pro*pellere ex Græco videlicet quod* eſt τῆλε & ſigni*ficat longe.*

PAULUS. Protinam, protinus. Terentius: Protinam conjiciam me in pedes.

Provinciæ appellantur, quod populus Romanus eas provicit, id eſt ante vicit.

FESTUS. Provorſum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu ſit factum, itaque Jovi Fulguri, & Summano fit, quod diurna Jovis, nocturna Summani fulgura habentur.

## NOTÆ.

*ſcriptam legi. Nam ſane quam conſuetum veteribus fuerat, literis iis plerumque uti indifferenter ſicuti præfiſcini, & præfiſcine: Proclivi, & proclive: atque alia item multa hoc genus varie dixerunt.* Idem habet vetus Macrobii codex. At in vulgatis *priſtini*, & *priſtine*, pro *præfiſcini*, *præfiſcine* editum eſt, ut monuit Scaliger. Sed ait Feſtus *extrema producta*, grammaticorum more qui cum ſyllabam, vel corripi, dicunt, vel produci, ſæpe ejus tantum vocalem, vel ita eſſe innuunt, id eſt *e* longum, vel epſilon. Id *e* tenue. Sic ſupra Feſtus in *Ergo*, *Luſtra*, *Muſcedra*, *pone*, *quando*, *&c.* *Dacerius.*

*Proſpices.*] Lege: *Proſpica.* Nævius: *tibi proſpica, ac diſpice*, id eſt, *proſpice*, *diſpice*.

*Proſumia.*] Antiqui *protumia*, pro *portumia*, à Græco πορθμεῖον. *Joſ. Scaliger.*

*Proſumia.*] Cæcilius meretrice:

*Cui gubernator propere vertit proſumiam.*

Idem Æthrione:

*De nocte ad portum ſum profectus proſumia.*

Putat Scaliger antiquos *protumiam*, dixiſſe pro *portumia*, à Græco πορθμεῖον. Sed egregie fallitur, nam à *proſumendo proſumia*. Quod eam proſumerent ſpeculandi cauſſa. Unde & in Gloſſ. *proſumia*, κατασκοπίς. Speculatoria navis.

*Protelare.*] Protelo ducere, id eſt, uno tenore ac ductu aratrum ſive alia ducere, trahere, cui contrarium *ſtrigare*. Lucil. lib. 6.

*Quem neque Lucanis oriundi montibu' tardi*
*Ducere protelo validis cervicibu' poſſent.*

Et lib. 12.

*Hunc juga mulorum protelo ducere centum*
*Non poſſunt.*

Protelo ducere Græci dicunt ἁμπρεύειν, & ἐξαμπρεύειν, à voce ἀμπρὸν, qui vice timonis inter medios boves tendebatur ut hodie etiam aliquando, quare ſcriptor Gloſſarii protelum interpretatur ἔξαμπρον. Unde falſo ſibi perſuaſerunt viri docti *protelum* eſſe lorum quod alio nomine *cohum* dicitur. *Protelum* & *protelo*, nihil aliud notat quam continuationem, tenorem & eſt à τῆλε, *longe*, ſive potius à *telo*, & *telum* à τῆλε. Quod etymon ex aliorum ſententia refert Donatus. Notat igitur proprie ut optime Voſſ. continuatam teli è baliſta impulſionem, ſive cum prorſus aliquid longe traditur, velut telum baliſta emiſſum. Unde protelare, longe propellere, ejicere, fugare. Turpilius Lemniis:

*Propter peccatum pauxillum indigniſſime*
*Patria protelatum eſſe ſævitia patris.*

Et Terent. Phorm. 1. 4.

*Ne te iratus ſuis ſævidicis dictis protelet.*

*Dacerius.*

*Protinam.*] Terent. Phorm. *Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes.* Sic Nigidius, & Donatus; non *protinus*. *Ant. Auguſtinus.*

*Protinam.*] Varr. lib. 6. *In Lampadione* (*Nævius*) *protinam à protinus continuitatem ſignificans.* Vide Nonium. Locus Terent. quem laudat Feſtus eſt Phorm. 1. 4.

*Aliquid convaſaſſem, atque tunc me conjicerem protinam in pedes.*

ibi tamen vulgo *protinus*, ſed rectum eſſe *protinam* oſtendit hic Feſti locus & docet vetus interpres qui Donatus dicitur. *Protinam fuit*, inquit, *& ſic Nigidius legit.*

*Provorſum fulgur.*] Non ſat video cur incertum fulgur *provorſum* dicatur, cum *provorſum* ſive *prorſus*, nihil aliud ſit quam ἀντώπιον. unice amplector Meurſii conjecturam qui putat Feſtum depravatis codicibus uſum, vel adeo ipſum Paulum male ſuam epitomem inſtituiſſe. Quippe contracte ſcriptum fuerat *controvorſum* fulgur. i. *controverſum*, quod male in provorſum poſtea commutatum. Neque dubium eſt quin controverſa fulgura recte dicta ſint de quibus controverſia eſſet quo tempore cecidiſſent, ſive diluculo, ſive crepuſculo, quæ tempora diei ne an nocti annumerari debeant in incerto eſt. Lege infra *itaque Jovi fulguritori*, & ideo autem Jovi & Summano ſacrificabant, ne ſcilicet per ignorantiam peccarent, & ita religionem contraherent, ſic cum Deos Deaſne alloquebantur & ignorabant, ne eorum numen imprudentes læderent, primo dubitabant, deinde addebant *quicumque*, vel *quæcumque*. Virg. 1. Æneid.

O *quam*

Prox, bona vox, velut quidam putant, ſignificare videtur, ut ait Labeo de jure pontificio libro undecimo.

Prox, bona vox, ut exiſtimo, quaſi proba vox. PAULUS.

Prugnum pro privignum.

Pruina dicta, quod fruges, ac virgulta perurat.

PUBE præſente, eſt populo præſente; *συνεκδοχικῶς* ab iis, qui puberes ſunt, omnem populum ſignificans.

*Pube præſente, συνεκδοχικῶς ab iis qui puberes ſunt omnem populum ſignificant.* FESTUS.

Pubes adoleſcens, quinetiam plurium numerus ejuſdem ætatis. PAULUS.

Pubes adoleſcens *qui jam generare poteſt*, vocatur. cui contrarium *eſt impubes. Pubes etiam & plurium numerus ejuſdem ætatis* dici ſolet. FESTUS.

Pubes &, qui pubem generare poteſt. is incipit eſſe à quatuordecim annis, femina à duodecim viri potens, ſive patiens, ut quidam putant.

Pubes puer, qui jam generare poteſt. is incipit eſſe ab annis quatuordecim, femina viri potens à duodecim. PAULUS.

Publica pondera *quibus populus Rom. uti ſolet* ex ea cauſa. Junius in . . . . . FESTUS.

## NOTÆ.

*O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus*
*Mortalis, nec vox hominem ſonat. ô Dea, certe:*
*An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis una?*
*Sis fœlix, noſtrumque leves quæcumque dolorem.*

Imo etiam & cum illis numen notum erat, ex ejus πολυωνυμία, nomen illud captabant quod ei gratiſſimum foret. hinc intelligendus Horat. in Carmine ſæculari.

*Rite maturos aperire partus*
*Lenis Ilithya, tuere matres:*
*Sive tu Lucina probas vocari,*
*Seu genitalis.*
*Diva producas ſobolem, &c.*

Idem & Græci veteres qui etiam ne quem Deum honore debito defraudarent, Athenis aram ignoto Deo conſecrarunt, de qua D. Paul. in Act. Apoſt. Multa ad hanc veterum ſuperſtitionem poſſent referri. Sed ea per ſe ſatis monitus lector adnotabit, morem tantum indicaſſe ſufficiat.

*Prox.*] Proba vox. *Pro vox*, &c.

*Prugnum.*] *Privignus, pruignus, prugnus.* Vel potius *prigonus, prignus, prugnus.*

*Pruina.*] Ros concretus ſecundum Ariſtotelem quaſi *pyrina*, ἀπὸ τῦ πυρός. Vel ſecundum Feſtum quaſi *perurina*, quomodo & Græcis dicitur αἶθρος, ab *αἴθω, uro. Dacerius.*

*Pubes.*] Addit Feſtus verbis à Paulo in compendium redactis impuberem eſſe puberi contrarium. de pluribus vero dici ſolere. cum pube præſente, id eſt teſtibus puberibus præſentibus quid actum eſſe dicitur. Vide *Pube. Ant. Auguſtinus.*

*Pube præſente.*] Doctiſſimus Romanorum Virgilius inter alia reconditæ antiquitatis arcana & hoc poſuit, cum ait

*— — puppeſque tuæ, pubeſque tuorum.*

ex ea enim conſuetudine dixit, cum exprimeret Homericum:

*Σῶν νηῶν σῇ καὶ σοῖς ἑτάροισι.*

*Joſ. Scaliger.*

*Pube præſente.*] Plaut. Pſeud. 1. 1.

*Nunc ne quis dictum ſibi neget dico omnibus,*
*Pube præſenti, in concione, omni populo,*
*Omnibus amicis notiſque edico meis*
*In hunc diem à me ut caveant, ne credant mihi.*

*Dacerius.*

*Pubes.*] Pubes adoleſcens, qui etiam veſticeps vocatur. Cui contrarium inveſtis. Pubes & pro plurium puberum numero dici ſolet. Ita Feſtus.

*Pubes &.*] Lege, *Pubes, & Puber, qui generare poteſt.* Catullus in Galliambo. *Ego puber, ego adoleſcens, ego ephebus, ego puer.* pro quo ineptiſſime excuſum eſt, *Ego mulier, ego adoleſcens. Joſ. Scaliger.*

*Publica pondera.*] Hic locus numquam antea editus eſt, cum rerum conſcriptarum eſſet utilis cognitio. Sunt tamen quædam obſcuriora, quædam etiam mendoſa. Ex plebiſcito Siliano hic relato, conſtat vini *quadrantal* octoginta pondo ſtatui. *congium* octavam partem ejus eſſe, ita decem pondo, & *ſextarium*, quod ſexta congii pars ſit, duodequinquageſimam partem eſſe *quadrantalis.* Hæc pondera ſunt liquidorum. Aridorum vero ſexdecim *ſextarii*, in modio ſunt. *Sextarius* autem hic æqualis eſt ſextario vini, id eſt ejuſdem ponderis. Verba legis ita ſcripſimus, ut in antiquo libro reperimus cum his conjecturis, quas in margine poſuimus.

D. M.

Digitized by Google

. . . . . . . . . . . . *dicta ſic ait*, quod duo Sillii P. & M. Tribuni PL. rogarint his verbis. Ex ponderibus publicis. quibus hac tempeſtate populus œtier qui ſolet, uti coæquatur ſedulum, ut hi. quadrantal vini octoginta pondo ſiet. congius vini decem P. IS. Sex Sextarii congius ſiet vini. duodequinquaginta ſextarii quadrantal ſiet vini. Sextarius æquus æquo cum librario ſiet. ſex de quinque libræ in modio ſient. ſi quis magiſtratus adverſus hac D. M. pondera modioſque, vaſaque publica, modica, minora, majorave, faxit, juſſitve re fieri, dolumve adduit, quod ea fiant, eum quis volet magiſtratus multare, dum minore patris familias taxat. liceto; ſive quis in ſacrum judicare voluerit, liceto.

Publica ſacra, quæ publico ſumptu pro populo fiunt, quæque pro montibus, pagis, curiis, ſacellis. at privata, quæ pro ſingulis hominibus, familiis, gentibus fiunt.

Paulus. Publica ſacra, quæ pro populo fiebant; privata quæ pro ſingulis hominibus, & familiis appellabant.

## Notæ.

D. M. ſignificat *dolo malo*. *Quadrantal*, ſive amphoram vini eſſe octoginta pondo apparet ex Plin. lib. 14. cap. 4. quo loco interpres Hermolaus Feſti auctoritate utitur. *Sextarium eſſe congii partem ſextam, & ſextarium vini uncias viginti pendere Fannius ſcribit.* Idem ait ſextarium eſſe modii partem ſextamdecimam. Voluſius Mæcian. in libro de aſſe: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios* 48. *heminas* 96. *quartarios* 192. *cyathos* 576. Adde Feſtum verbo quadrantal, & Hemina. Illa verba *uti coæquatur ſedulum*; neſcio, an ſignificent, *uti coæquentur ſedulo ita ut quadrantal*, &c. Illa etiam, dum minore patris familias taxat, liceto: aut mendoſa ſunt, aut hoc ſignificant; minore multa, & patrem familias tantum licere multari. *Ant. Auguſtinus.*

*Publica.*] Egregium ac luculentum hoc antiquitatis monumentum ita & emendandum, & diſtinguendum cenſeo.

EX. PONDERIBVS. POBLICEIS. QVIBVS. HAC. TEMPESTATE. POPOLVS. OETIER. SOLET. VTEI. COAEQVETVR. SEDOLO. M. QVADRANTAL. VINEI. OCTOGINTA. PONDO. SIET. CONGIVS. VINEI. DECEM. P. SIET. SEX. SEXTARI. CONGIVS. SIET. VINEI. DVODEQVINQVAGINTA. SEXTARI. QVADRANTAL. SIET. VINEI. SEXTARIVS. AEQVVS. CVM. LIBRARIO. SIET. SEXDEQVIMQ. LIBRAE. IN. MODIO. SIENT.

SI. QVIS. MAGISTRATVS. ADVERSVS. HAEC. D. M. PONDERA. MODIOSQVE. VASAQ. POBLICA. MODICA. MINORA. MAIORAVE. FAXIT. IVSSITVE. FIERI. DOLVMVE. ADDVIT. QVO. EA. FIANT. EVM. QVIS. VOLET. MAGISTRATVS. MVLTARE. VTEI. DVM. MINORE. PATRIS. FAMILIAS. TAXAT. LICETO. SIVE. QVIS. IM. SACRVM. IVDICARE. VOLVERIT. LICETO.

In hoc Plebiſcito OETIER, eſt, uti. ut in veteri lege:

NEC. QVIS. FACITO. QVOMINVS. EI. OETANTVR. FRVANTVR. HABEANT. POSSIDEANT. illud. SEXDEQVIMQ. Sexdecimque. Addit circa finem, eum, quicumque volet magiſtratus multare, liceto: dum modo majore patrem familias multa, minore eum qui in poteſtate eſt quam patrem familias, coerceat. SACRVM IVDICARE. Filii peculium patris familias, pecuniam, familiamque Cereri ſacrare. Pro ſedulum, manifeſto SE. DOLO. M. legendum. ſine dolo malo. *Joſ. Scaliger.*

*Publica pondera.*] *OETIER.* pro *VTIER.* ut *COERATOR.* pro *CVRATOR. OESUS.* pro *USUS.* quidam habent *OITIER.* Et utroque modo veteres ſcripſerunt. Sic OINONEM. pro *Oenonem* apud Martianum. *OITILE.* pro *utile* in vetuſtiſſima tabella Fulvii Urſini.

Vini quadrantal octoginta pondo fuiſſe ut hic ſtatuitur, apparet ex Plinio lib. 14. cap. 4. congius octava ejus pars fuit & ita decem pondo, & ſextarius qui ſexta congii pars ſit, duodequinquageſima pars quadrantis. Aridorum vero ſexdecim ſextarii in modio ſunt & ſextarius in hoc plebiſcito æqualis eſt ſextario vini, id eſt ejuſdem ponderis. SEXDEQUINQUE. id eſt, *Sexdecimque.* Illa *quo ea fiant.* aperte ſched. *quod ea fiant.* Nempe *quod* pro *quo* addito d. Iſta *UTI DUM MINORE, &c.* ſic interpretatur Scaliger. *eum quicumque volet magiſtratus multare, liceto: dum modo majore patrem familias multa, minore eum qui in poteſtate eſt quam patrem familias coerceat.* Verum in ſchedis erat *PATRI FAMILIAS.* Unde Fulvius Urſinus emendavit, *parte familias*, adductus loco ſimili ex oratione Catonis pro Rhodienſibus, in qua ſcriptum eſt apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Si quis illud facere voluerit, dimidium familia multa eſto.* Nam verba *mille nummis*, ſunt adjecta. Et infra in *ſacratæ leges. Sacer alicubi deorum ſit cum familia.* Error autem ut *patri* pro *parte* ſcriptum fuerit, inde fluxit, quod antiqui *parti* dicebant pro *parte*, unde, facta literarum tranſpoſitione, *patri* ſcriptum.

*Publica ſacra.*] Vide *privata feriæ. Dacerius.*

*Publicius.*]

Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. M. Publicii Maleoli Ædiles Curules pecuariis condemnatis ex pecunia, quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculi Velia venire poſſit.

Pudicitiæ ſignum in foro boario eſt, ubi familia naædiſſet Herculis, eam quidam Fortunæ eſſe exiſtimant. Item via Latina ad milliarium illi Fortunæ muliebris, nefas eſt attingi, niſi ab ea, quæ ſemel nupſit.

Pudicitiæ ſignum Romæ colebatur, quod nefas erat attingi, niſi ab ea, quæ ſemel nupſiſſet. PAULUS.

Puelli, pueri per deminutionem. Ennius: Pœni ſoliti ſuos ſacrificare puellos.

Puelli per deminutionem à pueris dicti ſunt. itaque & Ennius ait: Pœni ſoliti ſuos ſacrificare puellos. & Lucilius: cumque hic tam formoſus homo, ac te dignus puellus. & Plautus: Olim huic puello ſeſe venum ducier. FESTUS.

Pueri im*puberes dicuntur in quo ſignificatu u*titur Atta in. . . . . . . . . .
. . . . . . . . . *plurib.* verſibus docet. . . . . . . .

## NOTÆ.

*Publicius.*] In fine: *vehicula venire poſſint. Joſ. Scaliger.*

*Publicius clivus.*] Varro lib. 4. *Clivus publicius ab ædilibus plebei Publiciis, qui eum publice ædificarunt.* Ubi Publicios Ædiles plebis vocat Varro, & verum eſt nam & Plebei ipſi fuerunt. Idem etiam Ovid. lib. 5. Faſt. qui totam hiſtoriam ſic refert.

*Venerat in morem populi depaſcere ſaltus:*
*Idque diu licuit, pœnaque nulla fuit.*
*Vindice ſervabant nullo ſua publica vulgus,*
*Jamque in privato paſcere inertis erat.*
*Plebis ad Ædiles perducta licentia talis*
*Publicios: animus defuit ante viris.*
*Rem popu us recipit: multam ſubiere nocentes:*
*Vindicibus laudi publica cura fuit.*
*Multa data eſt ex parte mihi: magnoque favore*
*Victores ludos inſtituere novos.*
*Parte locant clivi, qui tunc erat ardua rupes,*
*Utile nunc iter eſt: Publiciumque vocant.*

Ait Flora ex multatitia pecunia clivum Publicium munitum & ſibi Florales ludos inſtitutos. In verbis Feſti in fine legebat Scal. *Vehicula venire poſſint.* Legendum: *Ut in Aventinum vehiculis Velia venire poſſint.* Id eſt, ut *è Velia in Aventinum vehiculis venirent. Dacerius.*

*Pudicitiæ.*] Monſtrum verbi eſt in hac periodo. ſed puto ita conficiendum: *Pudicitiæ ſignum in foro Boario eſt, ubi Aimiliana ædis eſt Herculis.* Deinde: *ad milliarium* IIII. ex quo factum, illi. *Aimiliana ædes* Herculis dictum, ut apud hunc ipſum, ædes Jovis Metellina. Vide in *Tarpeia. Joſ. Scaliger.*

*Pudicitiæ ſignum in foro Boario.*] Lego propius ad ſcripturam: *Pudicitiæ ſignum in foro Boario eſt, ubi Fulviana ædes eſt Herculis.* Patriciæ pudicitiæ ſacellum Feſtus intelligit quod fuit ad ædem rotundam Herculis, vide ſupra *Plebeia pudicitia.* P. Victor in 8. urbis regione.

*Forum Boarium*
*Sacellum Pudicitiæ patriciæ.*
*Ædes Herculis victoris duæ, altera ad portam trigeminam,*
*Altera in foro Boario cognomine rotunda & parva.*

Lege infra: *Item via Latina ad milliarium* 4. *fortunæ muliebris, &c.* Ut optime viris doctis animadverſum, ex IIII. factum *illi.* De fortunæ muliebris ſimulacro, & æde via Latina ad quartum milliarium in memoriam liberatæ urbis ab obſidione C. Marcii Coriolani, interceſſione Veturiæ & Volumniæ, conſecratis, vide Dionyſ. lib. 8. Plutarch. in Coriolano Valer. Max. lib. 1. cap. 8. ejus ſimulacrum à ſemel nuptis tantum coronari fas erat. Servius ad illud 4. Æneid.

*Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.*

*Bene culpæ*, inquit, *potius quam amori, & hoc propter antiquum ritum, quo repellebantur à ſacerdotio, id eſt, Fortunam Muliebrem non coronabant, bis nuptæ.*

*Puelli.*] Puer, puerus, puerulus, puellus, puera, puellula, puella. verſus Ennii.

*Pœni ſunt ſoliti ſos ſacrificare puellos.*

Vide Nonium. In fine verſus Plauti ex fabula cui nomen *Lenones gemini.* pro *olim* Priſcianus habet *ſolent.* In quibuſdam edit. eſt

*Dolet hic puellus ſeſe venum ducier.*

*Dacerius.*

*Pueri im. . . .*] *Puer impubes tantum dicitur. Atta in. . . . . id pluribus verſibus docet.* Quæ ſequuntur, pertinent ad hiſtoriam penitus nobis incognitam. Quorum initium plus minus ita conceptum fuiſſe videtur: Pueri æneum ſignum ad Salinas poſitum eſt. quod ſignum allatum e. . . . eſt. Quod ſunt conati quidem evellere. nemo unquam potuit. Quærant igitur docti viri. *Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

*Pueri impuberis æneum* ſignum olim ad Salinas. . . . . . . . . *poſitum fuit quid* ſignum allatum eſt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *fuiſſe ferunt*, quod ſunt conat*i quidam auferte. Sed avellere* nemo unquam *potuit. Alii dicunt avulſam baſim* præter ipſum ſignum *à quibuſdam fuiſſe, quique abſtulerint* ſub ſigno abierunt, *baſi ſola potiti. Alii tamen tra*dunt ſimul ut *ſignum ipſum abſtulerint in agro Tiburti erexere* ad qu*intum ab urbe miliarium.*

PAULUS. Pugio dictus eſt, quod *eo* punctim pugnatur. . . . . . . . . . . . . .

FESTUS. . . . . . . . . . . . . . . . . no. . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . ſue. . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . oque. . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . ma. . . . . . . . . . . .

PAULUS. Pugnus à punctione, id eſt, percuſſione dicitur.

FESTUS. *Pugnus à punctione, id eſt, percuſſione dictus.*

Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim, ait Fabius Pictor, quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficana via Oſtienſi ad lapidem undecimum.

Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus.

Pulchralibus, atque cupidiis idem in ea, quæ eſt de fundo oleario.

PAULUS. Pulchralibus pro pulchris.

Pullariam Plautus dixit manum dextram.

FESTUS. Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.

PAULUS. Puer, qui obſcene ab aliquo amabatur, ejus, à quo amatus eſſet, pullus vocabatur unde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta eſſet pullus Jovis appellatus eſt.

## NOTÆ.

*Pueri impuberes.*] Verum eſt pueros proprie impuberes dictos. idem Varro. Gell. Sed poëtæ interdum & Oratores *pueros* vocant qui puberes ſunt ut alibi notavimus.

*Pueri impuberis æneum.*] Hæc hiſtoria mihi plane ignota. Pro *ſub ſigno.* Lego: *ſine ſigno*. & ita Ful. Urſin.

*Pugio.*] Vel à *pungo*, vel à *pugnus*, quod pugno facilius, comprehendatur. Prius etymon Feſtus ſequitur.

. . . . . . . . . . *no.* . . . ] Hæc non ſunt hujus loci nam ut ex veſtigiis odoratus ſum, verba ſunt Feſti de Popilia tribu unde epitomen ſuam hanc Paulus confecit, *Popilia tribus à progenitrice traxit vocabulum.* Lege modo: *Popilia tribus à nomine progenitricis traxit vocabulum. Nam conſueverunt non ſolum à viris, ſed à feminis quoque tribus nominare.*

*Pugnus à punctione.* . ] Potius pugnus à πυγμὴ, vel à πυκνὸς, *denſus*, quæ fuit Julii Scaligeri ſententia.

*Puilia ſaxa.*] Hæc mihi ignota ſunt. Ficana Latii urbs *Ficulnea vetus* Livio lib. 1.

*Pulchralibus.*] Lego: *Pulchralibus atque cupediis. Pulchralia* ſunt *bellaria. Idem*, nempe Cato. Quia hæc ſtatim ſequebantur poſt aliud caput ubi Cato laudabatur. Et ita ſæpe apud Feſtum τὸ *idem* ad ſuperiora pertinet.

*Pullariam.*] Hæc ſunt Pauli. Verba Feſti ita in ſchedis: *Pullariam manum dextram dixiſſe videtur Plautus in.* . . . . . . . . . . . . . . .
Pullariam manum dextram Plautus dixit à palpandis tentandiſque pullis, id eſt, pueris: Qualis erat præconum protervorum manus qui pullariam facere dicebantur. Turneb. lib. 3. cap. 11.

*Pullus.*] Placidus in Gloſſis: *Pullum puerum in amoribus, unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, pullus Jovis dictus eſt.* Arnob. lib. 4. *Catamitus rapitur, deliciarum futurus & poculorum cuſtos, & ut Jovis dicatur pullus in partibus Fabius aduritur mollibus, obſignaturque poſticis.* Fabium autem illum intellige qui cognominatus Ambuſtus, toti porro familiæ illud cognomen dedit. Ambuſti enim proprie quos Jupiter, *Fulminis afflavit ventis & contigit igni.* A *puer*, puerus, puerulus, *Pullus.* Niſi malis *pullus*, eſſe à πῶλος, quod mihi etiam magis placet, nam πῶλος Græcis Catamitus, & meretrix. Heſych. πῶλος ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον. οἷον Ἀφροδίτης πώλους ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους

Digitized by Google

Puls potiſſimum dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripavium. pavire enim ferire eſt: bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli, per quos auſpicabantur comediſſent, præſertim, ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet. ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere.

Puls potiſſimum datur pullis in auſpiciis, quia ex e*a neceſſe decidere in terram aliquid, quod tripudium faceret*, id eſt *terripavium* (*pavire enim ferire eſt*) *ex quo notionem caperent futuri*, *nam ſi pulli per quos auſpicabantur* non *ediſſent*, *periculum imminere arbitrabantur. at* qui *paviſſent*, *bonum augurium eſſe putabant*, *ſi* tum ex *ore eis edentibus aliquid decidiſſet*. FESTUS.

Punctatoriolas levis pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Hiſtriæ militari.

Punctatoriolas leves pugnas identidem ipſe dixit. PAULUS.

Punici dicuntur, non Pœni, quamvis à Phœnice ſint oriundi.

*Punici dicun*tur, non Pœni, quamvis, *ut ait Verrius*, *à Phœnicibus ori*antur, & Punicum bell*um*, *non Pœnicum*, *quamquam Pœni appel*lantur nam quæ ſoleb*ant antiqui efferre per Pu ſyllabam* longam Ennius in *Pœ extulit*, *Pœnos dicens*, *ſed eſt culpa l*ibrariorum, qui ea quæ fe*minino genere dicuntur*, *ſcribunt maſ*culino, etiam ipſi Gr*æci ita loquuntur*, *qui ſolent Philo*logos, philargyros *fœminas dicere*. Pœnos, *putans viros libr*arius appellari mut*avit quod per adjectionem ab Ennio ea* vox explanata non *fuerit*, *cum tamen ejuſmodi fere* nomina etiam in vir*ili*, *non tantum in feminino ſexu proferantur*, dicimus tam hic lupus, qu*am hæc lupus*, *quin etiam ea quæ parti*cipia appellantur, quæ *ut plurimum aliquem ord*inem rerum ſignificant, *& quæ caſus*, *numeros*, *ſpecies*, tempora, perſonas, recipi*unt*, *utroque genere enunciantur*. FESTUS.

## NOTÆ.

*ναρθίνας.* Id eſt: *Pullus*, *amica*. *Nam pullos eas vocabant. Quomodo*, *Veneris pullos. Vel pueros & puellas & virgines.*

*Puls potiſſimum datur.*] Tullius in Divinat. *Quia cum pulli paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex ore cadere & terram pavire: terripavium primo*, *poſt terripudium dictum eſt: hoc quidem jam tripudium dicitur: cum offa cecidit ex ore pulli; tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant.* Vide ſoliſtimum.

*Punctatoriolas.*] Melius ut *in* MS. *Punctariolas*. A *pungo*. Punctum, &c. *Dacerius*.

*Punici.*] *Punici dicuntur*, non Pœnici, quanvis à *Phœnicib. Oriantur.* Et Punicum bell*um*, *quanquam Pœni appel*lantur. Nam quæ ſoleb*ant efferre per Pu*, longam, Ennius in Pœ, extulit P*œnos dicens*, *ſed corruptum eſt incuria li*brariorum: qui ea quæ fe*mino genere dicuntur*, *ſcripſit maſcu*lino. etiam ipſi Gr*æci ita loquuntur*, *qui Philo*logos, philargyros *feminas dicunt*. P*œnos apud Ennium viros putans libr*arius appellari, mut*avit*, *quod per adjectionem ea* vox explanata non *ſit*, *cum tamen ejuſmodi* nomina tam in vir*ili*, *quam in femineo ſexu accipiantur*, *nam* dicimus tam hic lupus, qu*am hæc lupus. quin ea*, *quæ par*ticipia appellantur, quæ *aliquem ord*inem rerum ſignificant, *& caſus*, tempora, perſonas recipi*unt*, *utroque genere enunciantur*. Diſtinximus quæ Feſti ſunt, ab iis, quæ noſtra. ut lectori fidem faciamus, neque nos credere, neque perſuadere aliis velle, quæ Feſti non ſunt, ea eſſe Feſti. Sed imitatus ſum homines veterum ſignorum, ac ſtatuarum ſtudioſos atque admiratores, qui ubi ſignum marmoreum elegantiſſime ſcalptum habent, atque id forte propter vetuſtatem aliqua parte ſui, ut ſæpe fit, mutilatum ſit, conquirunt peritos artifices, qui à ſe partem mancam ſuppleant. omnes, qui illud ſignum vident, norunt & quid de veteri artificio deperierit, & quid de novo additum ſit. tamen id, quod additum eſt, tanti momenti eſt ſæpenumero, ut abſque illo foret, totius ſigni reliqua proportio ac commenſus lateret, atque obſcurus eſſet. Sic in hoc Feſti loco fecimus. nam ſine illis membris quæ addidimus, quid ille truncus eſſet, facile diſcerni non poterat. Non mediocriter autem ſtudioſos juvimus, quantum judicamus, qui ſolo prope æquatum ædificium diligentia noſtra à fundamentis uſque redivivum excitavimus, ac ſartum tectum præſtitimus. Novum autem non eſt Ennium Pœnos dixiſſe, cum de feminis loqueretur, cum & Virgilius quoque dixerit ducente deo, cum de Venere intelligeret. Quod Græcorum imitatione fecit, apud quos ὁ θεὸς, καὶ ἡ θεός. imo potius Homeri, qui de Helena ita ſcribit *ἰλιάδ. γ'.*

Punicum quod appellatur; genus *libi tranſlatum à* Pœnis. *idem appellatum fuit probum, cæteris libis ſuaviſſimum* quia *videbatur. Punicum etiam dicitur, veſtis nomen.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ſto. . . . . . . . . . . .

PAULUS. Punicum genus libi tranſlatum à Pœnis. id etiam appellabant probum, quia erat ceteris ſuaviſſimum.

Pupinia tribus ab agro Pupinio.

FESTUS. P*upinia tribus* ab agri nomine *dicta*, *qui Pupinus appellatur circa* Tuſculum urbem. . . . . . . . . . . . . . . . *me*minit evictum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . eſt. . . . . . .

PAULUS. Pura veſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant, id eſt non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia.

FESTUS. P*ura veſtimenta ſacerdotes populi Romani cum ſacri*ficabant *habere ſoliti erant, id eſt non ob*ſita, *non fulgurita, non funeſta, non maculata,* ex h*ac cauſa*. . . . . . . voca. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . tiata. . . . . .

PAULUS. Pure lautum, aqua pura lavatum.

FESTUS. P*ure* lau*tum antiqui dicebant, aqua pura lavatum*. . . . . . . . . . . . *ite*. . . . . . . . . . . . *in*. . . . . .

## NOTÆ.

*Βῆ δὲ κατεχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ,*
*Σιγῇ. πάσας δὲ τρῶας λάθεν. ἦρχε δὲ δαίμων.*

*δαίμων*, hoc eſt, ἡ Ἀφροδίτη. Vellem hæc potius conſideraſſet Macrobius. Hoc enim Virgilius illo loco expreſſit. Calvus:

*Pollentemque Deum Venerem.*

Participia iſtis annumerat. nam amans ἐπίκοινον. Sed melius Græcorum, quam ſi Latinorum exempla adduxiſſet. Nam Græci, quamvis diſtincta participiorum genera per voces habeant, tamen & maſculinum attribuunt feminino, ut Sophocles non ſemel in Electra. quod Feſtus quærit, Pœnicum bellum non dici ſed Punicum, ſciendum eſt & veteres Pœnicium dixiſſe. in vetuſtiſſ. lege, quæ proxime tempora Punica ſcripta fuit, POPVLEIS. LIBEREIS. QVEI. IN. AFRICA. SVNT. QVEI. EORVM. IN AMEICITIAM. POPVLEI. ROMANEI. BELLO. POENICIO. PROXVMO. MANSERVNT. *Joſ. Scaliger.*

*Punicum quod appellatur.*] Cum ait *punicum eſſe* nomen veſtis, tunicam intelligere eum puto. Nam ea Pœnorum fuit. Unde *Tunicata juventus* Ennius de Pœnis. Et Plaut. in Pœnul. *Homo tunicatus* de Hannone Carthaginienſi.

*Pupinia tribus ab agro.*] Quæ infra deſunt divinare non poſſum. Agri Pupinii ſive Pupinienſis meminit Cicero contra Rull. & Livius lib. 9. & lib. 26. *Papiniam* vocat Varro 1. de Agricultura: *In Papinia neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque ſtramenta craſſa videre poteris.* Pupinam, Valer. Max. ejuſque ſolum ſterile ac æſtuoſiſſimum dicit. In eo fuere Prata Quintia, trans Tiberim. Vide *Quintia*. *Dacerius.*

*Pura veſtimenta.*] Lege: *id eſt non obſtita. Obſtitum* eſt fulguritum: ab eo quod obliquum obſtitum dicebant. Fulgura autem duplicia, cæleſtia, terreſtria. Cæleſtium ictus ſemper obliquus, ut caſus ſemper obliquus. Auctor Plinius lib. 2. Porro de puris veſtimentis Servius in fragmentis: *Sane*, inquit, *in ſacris pura veſtis appellatur, quæ neque funeſta ſit, neque maculam habeat ex homine mortuo. Joſ. Scaliger.*

*Pura veſtimenta.*] Verum *obſita* in ſchedis infra, & ita legendum, nam quod addit *fulgurita*, idem eſt quod obſtita. Niſi ſcripſerit Feſtus: *Non obſita, id eſt non fulgurita.* Puræ veſtis alibi meminit idem Servius nempe ad illud 12. Æneid. *Puraque in veſte ſacerdos. Impolluta & pura dicitur veſtis*, inquit, *qua feſtis diebus uti conſueverant ſacra celebraturi. Ut neque funeſta ſit, neque fulgurita, neque maculam habeat ex homine mortuo. Eſt autem linea & purpurea. Purpura maris vicem ad piandum prabet, linum vero fluminis, quia cum vere primum in oriente flumen inundaſſet ſponte ſua linum natum eſſe Plinius ſecundus dicit.*

*Pura veſtimenta.*] Quæ infra deſunt, ſic forte ſupplenda: *Ex hac cauſſa quod impura ea vocabant, qua iis modis erant vitiata.* Vel, *quibus ſacra erant vitiata.*

.........*lau*....] *Pure lautum antiqui dicebant aqua pura lavatum*.................. *rite*............ *in*

Digitized by Google

Puri, probi, profani, ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa, ex quibus puri ſignificat, quod in uſu ſpurco non fuerit. probi, quod recte excoctum, purgatumque ſit. profani, quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. ſui, quod alienum non ſit.

5. Purime tetinero, puriſſime tenuero. Paulus.

*Purime tetinero poſitum eſt pro puri*ſſime tenuero. Festus.

## Notæ.

*in.*......... Ita ſchedæ & forſan hæc vel his ſimilia Feſtus addiderat, *nam ſacerdotes ſacra celebraturi rite lavabant vel in mari vel in fluvio.* Notum eſt illud ſacerdotis Romani ad Sabinum bovem Dianæ immolaturum: *Quid nam tu hoſpes paras*, inquit, *Inceſte ſacrificium Dianæ facere? Quin tu ante vivo per funderis flumine. Infima valle præfluit Tiberis. religione tactus hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſponderet eventus, cuperet rite facta, ex templo deſcendit ad Tiberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem.* Vide Liv. lib. 1. ſect. 45. *Dacerius.*

*Puri.*] *Manumiſſio* hic dictum eſt pro liberatione. ut dicitur liberatio nexi. Eſt autem manumiſſio, ſeu liberatio ſacrorum cauſſa unus ex illis modis, quibus liberabatur heres, qui accepta hereditate tenetur ſacris familiæ. Notum enim eſt veteri jure Pontificio contineri, ut ſacra privata conſerventur, ac deinceps familiis prodantur. ex quo inſtitutum, ut ne morte patris familias ſacrorum memoria occideret, ſed iis eſſent adjuncta, ad quos ejuſdem morte pecunia veniſſet. Igitur præſtigiæ excogitatæ, quibus fucus, ut ita dicam, legi fieret. Introducti enim ſunt modi, quibus ſacra perimerentur. Id autem fiebat aut emancipatione per æs & libram, adhibito libripende, quæ hic dicitur manumiſſio ſacrorum cauſſa. Cicero 2. de legibus: *Quinetiam cavent, ut cui plus legatum ſit, quam ſine religione capere liceat, is per æs & libram heredes teſtamenti ſolvat. propterea quod eo loco res eſt ita ſoluta hereditate, quaſi ea pecunia legata non eſſet.* Aut fiebat alio genere imaginariæ venditionis, quæ vocabatur coemptio, adhibitis ſenibus coemptionalibus, qui aſſe Caiano, hoc eſt nummo ſeſtertio dicis cauſſa ter accepto, & rurſus reddito heredem abſolverent. in ea pro Murena: *Sacra illi* (veteres) *interire noluerunt. horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſſa reperti ſunt.* aut denique deteſtatione, quæ ſolennibus verbis Calatis comitiis celebrabatur. Gellius libro 15. *iiſdem comitiis, quæ Calata appellari diximus, & ſacrorum deteſtatio, & teſtamenta fieri ſolebant.* Quare & Servius Juriſconſultus ſcripſit librum de ſacris deteſtandis, ubi de jure teſtamentorum diſputabat. Gellius libro 6. capite 12. *Servius Sulpitius Juriſconſultus, vir ætatis ſuæ doctiſſimus, in libro de ſacris deteſtandis, qua ratione adductus Teſtamentum verbum eſſe duplex ſcripſerit, non reperio.* Corrupte enim in Gellio vulgo editur: *in libro de teſtamentis ſecundo.* At ea, quam repoſui, eſt veterum excuſorum & calamo exaratorum. Alii erant etiam modi perimendorum ſacrorum, ut caput partitionis, in deducendis centum nummis. de quo vide ſecundo de legibus. Tantum ea ego appoſui, quæ declararent, quid manumiſſio ſacrorum cauſſa hic apud Feſtum, quid item deteſtatio ſacrorum. Neque eſt quod quiſquam putet, manumiſſionem ſacrorum cauſſa dici, quod Veſtalis, & Flamen Dialis exibat patris ſui poteſtate. Nam ii ſtatim ſine emancipatione, ac capitis deminutione de patris poteſtate exibant. Neque libet intelligere de eo, quem pater in alienam familiam daret, ut cum eum ex poteſtate emiſiſſet, poſtea ſacrorum cauſſa manumiſſio celebraretur. qui enim tertia mancipatione in jure ceſſi erant à parente, in cujus poteſtate erant, eodem momento in patris adoptivi ſacra tranſibant, quo è patris naturalis ſacris exibant. Apparet autem, qui ſacris exſolvebatur auri puri, probi, puti, ſui neſcio quantum arcæ Pontificum inferre ſolere. *Joſ. Scaliger.*

*Puri.*] Quæ, quia præclaram ſolutionis ſacrorum & deteſtationis, neque cuivis obviam cognitionem continent, prudens præterire nolui etſi ea minus ad hanc manumiſſionem qua de Feſtus loquitur. Nam proprie & vere dictam manumiſſionem Feſtus intelligit cum ſcilicet ſacrorum cauſſa ſervus manumittebatur à domino. Idque ſatis ſuperque oſtendunt quæ ſupra idem Feſtus poſuit: *Manumitti dicebatur ſervus ſacrorum cauſſa, &c.* Locum adi. Conjicio autem ſacrorum cauſſa manumiſſum ſervum dici cum à domino manumittebatur ut in familiæ ſacra tranſiret, neque enim id nobis à veteribus explicatum. pro eo autem *puri probi profani ſui auri* 20. Dominus ſolvebat. *Dacerius.*

*Purime.*] Infra. Duo membra ſunt in his reliquiis. in primo quid ſit ager publicus diſſerebatur: nempe quo & augures publici fruebantur, qualis erat qui in agro Veienti erat, nomine Oſcus. Videtur autem velle Feſtus Publicum agrum dictum eſſe ab auguribus publicis. De quibus Varro: Ut noſtri augures publici diſſerunt. Cicero: publici augures ſignis & auſpiciis poſtea vidento. *Joſ. Scaliger.*

*Purime tetinero.*] Pro *teneo* dicebant *teno* unde præteritum *tetini*. Vide infra. *Tetini, tenui.*

*Publicus ager dictus quia augurum* publicus eſt, ut *oſcus in Veienti : is enim uſu*, & jure augurum *eſt.*

*Prodicere diem eſt prodere* prodictio namque prod*itio eſt quæ ut ait Verrius in præ*ſens valet.

Puri menſtrio eſſe dicuntur, qui ſacrorum cauſſa toto menſe in cærimoniis ſunt, id eſt, puri ſint certis rebus carendo.

PAULUS. Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore. quidam à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum.

FESTUS. P*uteolos dictos aiunt ab aquæ* caldæ put*ore. quidam à multitudine puteorum earu*ndem *aquarum gratia factorum*. . . . . . . . . . . . . . . . . . uer. . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . cum autem. . . . . . . . . .
. . . . . . . . . vio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . is. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
illius.

Puteum *antiqui dixerunt unde ſumi poteſt*, inde *puticulos*, *antiquiſſimum genus ſepulturæ appellatos*.

PAULUS. Puticuli ſunt appellati, quod vetuſtiſſimum genus ſepulturæ in puteis fuerit, & dicti puticuli, quia ibi cadavera puteſcerent.

## NOTÆ.

*Publicus ager.*] Vide *oſcum*. *Dacerius.*

*Poſtea.*] Ita pene ſcripſerat: *Prodicere diem eſt prodere*, Prodictio namque proditio eſt, quæ in præſens valet. prodicere diem, & prodere diem idem eſſe ſupra notavimus. Gellius libro 12. cap. 13. Kalendaſque mihi prodictas, uti intra eum diem pronunciarem. Male hodie, *productas*. *Joſ. Scaliger.*

*Prodicere diem eſt prodere.*] Prodicere diem & prodere diem idem eſſe ſupra notavimus. Gellius lib. 12. cap. 13. *Kalendaſque mihi prodictas, uti intra eum diem pronunciarem.* Male hodie, *productas*. Scal. Sed vel reſcribendum eſt *prodicere diem eſt prædicere, prodictio namque eſt prædictio.* Vel mirum in modum Feſtus fallitur, & cum eo Scaliger: Neque enim *prodicere diem* idem quod *prodere*. *Prodere* eſt producere, *prodicere* vero eſt prædicere, prænunciare. *Dies prodita* poteſt eſſe *prodicta*, & contra *prodicta* poteſt eſſe non *prodita*. Vide *prodidiſſe*.

*Puri menſtrio.*] Malim *menſtruo*, etſi *i* & *u* facillime commutantur. Vide *cærimoniarum*.

*Puteolos.*] Varro lib. 4. de L. L. *A puteis oppidum Puteoli, quod ſint circa eum locum aquæ frigidæ, & calidæ multæ. Niſi à putore potius, quod putidus ſit odoribus ſæpe ex ſulphure & alumine.* Strab. lib. 5. Καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους, ἀπὸ τῶν φρεάτων. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων, ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαιῶν, καὶ τῆς Κυμαίας, ὅτι θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς, καὶ θερμῶν ὑδάτων. i. *Urbemque Puteolos denominarunt à puteis, alii à putore aquarum totam iſtam regionem ad Baias uſque & Agrum Cumanum, quod ſulphuris plena ſit ac ignis & calidarum aquarum.* Stephanus ab utroque dici cenſet à *puteo* & *olere* voce compoſita : Δικαιαρχία, inquit, πόλις Ἰταλίας. ταύτην δέ φασι κεκλῆσθαι Ποτιόλους. πότια δὲ τὰ φρέατα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ὄλειν δὲ τὸ ὄζειν. i. *Dicæarchia urbs Italiæ, quam ferunt Puteolos dictam. Putea enim Romani vocant quæ Græci* φρέατα. *Et olere*, odorem mittere, *quod Græci* ὄζειν.

*Puteolos.*] Iſta omnia quæ ſequuntur ad idem caput pertinere non puto. De iis igitur amplius quærendum.

*Puteum antiqui.*] Media Feſti verba ſindit interjecta Pauli Epitome quod & alibi factum oſtendimus. Conjunge igitur & lege: *Puteum antiqui dixerunt unde ſumi poteſt. Inde puticulos antiquiſſimum genus ſepulturæ appellatos, quod ibi in puteis ſepelirentur homines, &c.* Putei idem etymon affert Varro lib. 4. *Unde ſumi poteſt, puteus.* Sed ineptiſſimum eſſe nemo non videt. Addit idem Varro, ut optime ejus locum emendavit Scaliger, *niſi potius quod Æoles dicebant* ποτῆρα ἀπὸ τοῦ πότου, *non ut nunc* φρέαρ. Ait Varro Æoles dixiſſe ποτῆρα à potu quæ poſtea φρέατα. Et inde dicta *putea*, & *putei*. Alii à Latino *potu* cum Iſidoro *puteum* deducunt. *Puteus*, inquit ille lib. 13. cap. 21. *eſt locus defoſſus ex quo hauritur aqua à potatione dictus.* Quod tamen idem eſt. Sed omnino *puteus* à profunditate dictus, nempe à Græco Βυθὸς, quod & alicubi monuit vir magni nominis Ægid. Menagius. A *puteus* diminutive *puticulus* locus ubi pauperum cadavera ſepelibant, non vero ut Ælius putabat quod ibi cadavera puteſcerent. Acro Horatii interp. *à puteis foſſis ad ſepelienda cadavera pauperum, locus dictus eſt puticuli.* Antiquiſſimum autem ſepulturæ genus in puteis, id eſt, foſſis, cavernis: auctor Etymologici τὸ παλαιὸν, inquit, ἐν τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς ἐθάπτον, μήτε σιδήρῳ μήτε χαλκῷ κεχρημένοι. i. *Antiquitus*

*in*

Digitized by Google

*Puticulos, antiquiſſimum genus ſepulturæ* appellatos *quod ibi in puteis ſepelirentur homines: qualis* fuerit *locus, quo nunc cadavera projici ſolent* extra portam *Exquilinam: quæ quod ibi puteſcerent* inde *prius appellatos exiſtimat puticulos Ælius. Gallus. qui ait antiqui moris fuiſſe ut patris* familias *in locum publicum extra oppidum mancipia* vilia projic*erent atque ita projecta, quod ibi* ea puteſc*erent, nomen eſſe factum.* *Puticuli.* FESTUS.

Putitium Plautus dixit pro ſtulto. . . . . . . . . . . . PAULUS.

*Putitium* P*lautus dixit ſtultum: Putitio ſtul*tior eſt barbaro. *id autem ex hac cauſa: Potitius* ab Hercule rit*um ſacrificandi cum accepiſſet, eum* millibus *æris gravis quinquaginta edocuiſſe dicitur* ſervos publicos PR. *quo facto* Potitii *intra diem* XXX. cum ejus famili*æ duodecim fuiſſent, omnes interierunt.* FESTUS.

Putus antiqui dicebant pro puro. unde putatæ vites, & arbores; quod deciſis impedimentis remanerent puræ: aurum quoque putatum dici ſolet, id eſt expurgatum, & ratio putata, id eſt pura facta. . . . . . . . . . PAULUS.

P*utum pro puro* antiquos *dixiſſe ait, inde putatas vites, quibus* deciſum eſt *id, quod impedimento erat, dici* Cornificius ait, n*eque aliter accepit Ennius cum dixit* in Alexandro. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . dimidio purus *putus & Plautus purus putus hic* ſycophanta eſt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quo certior ſe. . . . . . . . . . . . *aurum quoque* putatum dici ſo*let, quod eſt expurgatum: & ratio putata*, id eſt pura fact*a, ut*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *hære*dibus rettulit. FESTUS.

## NOTÆ.

*in cavernis terra ſepelibant, neque ferro neque ære utentes.* Sic Cavernam in uſum ſepulcri ab Ephron emit Abrahamus: Geneſ. 23. 9. *Καὶ δότω μοι τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν, ὅ ἐστιν αὐτῷ, τὸ ὂν ἐν μέρει τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ, ἀργυρίου τοῦ ἀξίου. δότω μοι αὐτὸ ἐν ὑμῖν εἰς κτῆσιν μνημείου. Ut det mihi ſpeluncam duplicem quam habet in extrema parte agri ſui. Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulcri. Dacerius.*

*Puticuli.* ] Fere ex Varrone emendari poteſt. Acro: *à puteis foſſis ad ſepelienda cadavera pauperum, locus dictus eſt puticuli. Joſ. Scaliger.*

*Putitium.* ] Ita ego olim has lacunas expleveram ex iis quæ leguntur ſupra in *potitii*. Nunc ita ad verbum ſchedæ, niſi quod in iis *ritum ſacrificandi accepiſſet* præterita voce *cum* quæ neceſſario ſupplenda. *Dacerius.*

*Putus.* ] *Putum* ait dixiſſe antiquos, pro *puro*. Unde *putata vites*, quod, cum id, quod impedimento erat, deciſum eſt, remaneant puræ, ut Cornificius ait. Hæc Feſtus; & ad id utebatur auctoritate Ennii in Alexandro, qui dixerit, dimidio purus putus. Item Plauti ex Pſeudolo: Purus putus ſycophanta eſt. Reliqua fere ſunt in Epitome. *Joſ. Scaliger.*

*Putum pro puro.* ] Pauca deſunt ſed quæ vix quiſquam ſupplere poſſit. *Puto* id eſt *puro*, à *πύθω*, ut *putus* à *πυθός*. *πύθω* autem proprie aurum ſive argentum exploro. Inde putare, purgare, putare vites *κλαδεύειν*, putumina *κλαδεύματα*. *Dacerius.*

Poſt *Putus.* ] Incompertum mihi, quid voluerit Feſtus uſque ad illud . . . *formon.* duæ lineæ, quæ ſequuntur, pertinent ad pedeſtria auſpicia. Et ſupinitate neſcio qua huc tranſlata ſunt, cum jam ſupra ſuo loco relata ſint. Vide poſt *Pedeſtria.* Quod ſequitur, manifeſto ita fuit: *Parilia ſibi obſervanda judicant privatim ipſa quoque puerpera domi in ſtratis, uti pariendo ſtabiliantur Parilia feſta.* Non ſolum, inquit, rure univerſorum Parilia ſunt, ſed & privatorum domi, puta puerperarum. Vide *ſuperſtitionem.* qui dicebant *Palilia*, à Pale Dea deducebant. qui *Parilia*, à pariendo. Porro in ſtratis, hoc eſt in lectis, fœtæ cubabant dicis cauſſa. Eos lectos in atrio ſternebant, quos adverſos vocabant. Aſconius in Miloniana: *Deinde omni vi janua expugnata, & imagines majorum dejecerunt, & lectulum adverſum uxoris ejus Corneliæ, cujus caſtitas pro exemplo habita eſt, fregerunt: itemque telas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt.* Ex quibus apparet in atrio ante januam lectum adverſum fuiſſe. Propertius:

*Si tamen adverſum mutarit janua lectum,*
*Sederit & noſtro cauta noverca toro.*

Hoc eſt: ſi alia uxor ſuperinducatur, quæ adverſum lectum noſtrum mutet, hoc eſt ſibi non mihi ſternat. Nam una quæque matrona domi ſibi adverſum lectum ſternebat. Laberius in Compitalibus:

*Nunc*

Digitized by Google

*Pegaſum equum* alatum *fuiſſe tradunt poëtæ: cujus quidem ungulam* ſuſcitaſſe *fontem*, *qui Hippocrene dictus eſt traditur ſed*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .erſus alia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Lucina Iuno . . . . *ſa*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . formon . . . . . . . . . . . .ta re. . . . . . . . . . . . . . . . ſe oſte . . . . . . . . . . . . . . . . tonit . . . . . . . . . . . . . . . . .

† . . . . . . . . . . . . . picia . . . . . . . . . . . . . . . . . terisque. . . . . . . . . . . . . .

*Parilia feſta ſibi obſervanda* judicant pri*vatim ipſæ quoque puer*peræ adminiſtratis *uti pariendo*, *ab eis quaſi* ſtabiliantur Parilia *feſta*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . parili*a* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . um in . . . . . . . . .

*Promptum pro eo quod quis ære paravit* ſuo videri ait po*ſitum* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .de cujus ære tute . . . . . . . . . . . . . . . . *prompt*um triticum in commen*tario tuo retuliſti*. *at* quidam prolatum ſignifica*re aiunt idem quod pr*omptum, ſed proprium ait *id dici promptum quod in fu*turum factum ſit, cui *ſignificationi penus contrarium eſt*, cum præſertim aliud *penus*, *aliud promptuarium* pantoleium appellatur, *ut eſt apud Plautum Trinumo*.

## NOTÆ.

*Nunc lentus es tu, nunc tu ſuſque deque fers.*
*Mater familias tua in lecto adverſo ſedet.*
*Servis ſex tantis, vernulis nefariis.*

Hoc eſt, uxor tua fœta de more in adverſo lecto ſedet adſtantibus improbiſſimis ſervulis. neque ſuſpicaris de ſtupro. Sternebatur etiam lectus Diis conjugalibus Pilumno, & Picumno. Servius in ſchedis: *Varro Pilumnum, & Picumnum infantium Deos eſſe ait: eiſque pro puerpera lectum in atrio ſterni, dum exploretur, an vitalis ſit, qui natus eſt.* Intelligit autem locum Varronis hunc ex lib. 2. de vita Po. Rom. *Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, ut auſpicaretur rectus eſſe: diis conjugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus ſternebatur.* Ex quibus apparet, alium lectum adverſum eſſe, alium eum, qui Pilumno, & Picumno ſternebatur. Nemo eſt antiquitatis paulo ſtudioſior, qui non his redivivis Feſti reliquiis lætetur, præſertim de adverſo lecto apud Propertium. quod hactenus à nemine indicatum fuerat. *Joſ. Scaliger.*

*Pegaſum.*] In ſchedis poſt *formoſa*. Nihil amplius apparet, certum eſt, igitur quæ ſequuntur aliunde huc eſſe tranſlata. Duæ quidem poſtremæ lineæ pertinent ad *pedeſtria auſpicia* quod & vidit Scaliger. De Pegaſo nota fabula ἵππον πτερόεντα vocat Pindar. Et alatum eum propter ejus velocitatem fabulati ſunt, quare Homerus etiam ſemper equos πτιόας dicit.

†. . . . . .*picia.*] *Pedeſtria auſpicia arbitrabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo ceteriſque animalibus quadrupedibus.* Vide ſuo loco.

*Putus.*] Iufra. Deinde de verbo Promptum agebat: promptum ſignificat paratum. deinde utitur teſtimonio veteris ſcriptoris, qui dixerit: de cujus ære tute promptum triticum in commentario tuo retuliſti. quidam prolatum ſignificare aiunt promptum. Sed promptum ait id, *quod in futurum factum ſit, cui*. . . . *re, cum præſertim aliud penus, aliud promptuarium panis olei vini appelletur.* In hanc ſententiam Feſtum ſcripſiſſe putamus. nam monſtrum verbi erat, *pantoleium*, pro *panis*, *olei*, *vini*. *Joſ. Scaliger.*

*Promptum.*] Revera *promptum* eſt à *promo* quod à *pro* & *emo* ſumo, capio. Et promere eſt, quod incluſum erat & reconditum proferre. Inde *promptuarium*, quod & promptuaria cella, ubi res ad victum quotidianum neceſſariæ reconduntur, ut inde mox promantur. Et ita differt à penu ubi res penitus & quaſi in penetralibus cuſtoditæ ſervantur. non ſatis capio quid Feſtus velit cum ait *promptum id dici proprie*, ita enim legendum, non *proprium*, *quod in futurum factum ſit*. Et non poſſum quin ſuſpicer aliter Feſtum ſcripſiſſe, nempe: *quod in uſuram tractum ſit*, ut dicat id proprie promptum dictum quod ita depromptum eſt ut eo mox utantur. Cui contra opponitur *penus*, quod diutius ſervetur.

Digitized by Google

*Polubrum eſſe* exiſtimant, quam *nos Pelvim vocamus*, *cujus eadem* formulaque eſt *polubri teneturque manu* ſiniſtra, ut ejus ſignificatio *docet*.

*Propter*via *appellabant auſpicia qua ſe propter viam* oſtent*abant* . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . infir. . . . . . . . . . . . . . .

Pretet tremonti prætremunt pe. . . . . . . . . . . . . . .

P*ublici Augures eodem jure cum ceteris au*guribus *non erant. Nam cum eſſent augures numero* plures, *publici majeſtate ceteros anteibant*. origo *vetuſta*, *ideoque obſcura. Illud manifeſtum ductu* ſortis *deligi ſolitos*, *qui augures publici*. *P. R.* Quiritium in *auguralibus dicerentur captabant auſpicia templo cœli regionibus deſignato*, *quod lituo*, *qui* quiri*nalis appellatur*, *deſignabant in pomœrio* extra urb*em*. . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . es faci. . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . feciſti . . . . . . . . . . . . . .

*Picus Rex pico ave utebatur*, *ut Verrius* ait ob *augurium*, *à quo ſic dictus*. *Is regem Fatuum*, Faunum *alii quem vocant*, *& Fatuam procreavit*; & ex *eis Latinus ortus Trojanos ſummo honore* adfecit ut *etiam eorum regem fugientem* Argivos Æneam *hoſpicio ſuſcepit*, *dedit* civitatem, junxit *natam connubio*. . . . . . . . . . . . .

P*ube præſente*, *eſt populo præſente*. *συνεκδοχικῶς ab iis*, *qui puberes ſunt omnem populum ſignificant*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

P. . qua . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Notæ.

vetur. Et *penus* etiam id eſt penarium, penaria cella, τῷ *promptuarium* contrarium eſt. Ut ſupra demonſtratum. In fine *pantoleium* quod corruptiſſimum eſt. Scaliger emendavit, *panis*, *olei*, *vini*. Optime, ut & Fulvius Urſinus.

*Polubrum eſſe exiſtimant.*] Lege: *Ejus eadem formula qua eſt polubri.* Vide ſupra *pollubrum*, à *polluo*, *pollubrum* vas excipiendæ aquæ manibus abluendis pollutæ. Tenebatur manu ſiniſtra, dextra vero guttus unde aqua effundebatur. *Dacerius.*

*Pu.* . . . . .] Plane ignoro quid ſit. *Joſ. Scaliger.*

*Publici augures.*] Ita in ſchedis locum iſtum ſe reſarciviſſe ait Fulvius Urſinus. Quæ deſunt in fine puto verba eſſe ex libris augurum. Augures primum à Romulo inſtituti numero tres, ex ſingula tribu ſingulus. Poſtea, à Servio Tullio, ut putant, unus additus. Iique quatuor omnes patricii, his quinque alteri ex plebe additi Q. & Cn. Ogulnii tribuni plebis rogatione: hic numerus manſit uſque ad dictaturam Sullæ felicis qui ſex addidit, & ita quindecim augures facti, neque poſtea crevit numerus. Eorum autem alii *majores*, alii *minores*; ſive alii *privati*, alii *publici*. Publici dicebantur *augures publici populi Romani Quiritium.* In vetuſto marmore: M. MARCIO. MEMMIO. FURIO. BALBUTIO. CÆCILIANO. PLACIDO. C. V. PONTIFICI. MAJORI. AUGURI. PUBLICO. P. R. QUIRITIUM. Et ita diſtinguebantur à privatis ſive Imperatoris. Nam Imperatores domeſticos habebant augures, qui pro eorum ſalute excubarent & auſpicia captarent. Augures primum à Collegio creabantur. Deinde à Collegio ad populi partem quandam ſelectam jus illud translatum lege quam tulit Cn. Domitius Ænobarbus, cujus meminit Cicer. 2. agrar. Vellem vero veterum auctoritate illud Feſtus confirmaſſet quod ait manifeſtum eſſe ſorte deligi ſolitos qui augures publici P. R. Quiritium dicerentur, nullum enim hujus moris veſtigium. Imo etiam & obſervo vel ab Imperatore vel à populo illud honoris gratia conceſſum ut augur haberet ſacerdotium publicum. Liv. lib. 1. ſect. 38. *Inde ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit, deductus in arcem, &c.* De templis auguralibus alibi dictum eſt. In fine *extra urbem* repoſuit Fulvius Urſinus, ſed omnino Feſtus ſcripſerat *intra urbem*. vide ſupra *proſimurium*.

*Pico Rex pice ave.*] De Pico ave & rege vide ſuo loco *Picus*. Picus Aboriginum rex Faunum procreavit & Faunam ſive Fatuum & Fatuam. nam & ita dicebantur. Servius 7. Æneid. *Quidam Deus eſt Fatuellus. Hujus uxor eſt Fatua, iidem ſunt Faunus & Fauna, &c.* Faunus è ſorore Fauna Latinum ſuſcepit cujus poſtea gener Æneas. Et ſi cum Faunus idem Pan Arcas fuerit cujus ab Evandro cultus Latium fuit inlatus, eum in latio regnaſſe meræ nugæ ab iis confictæ qui hoc ignorarunt.

*Pube præſente.*] Vide ſuo loco. *Dacerius.*

*P. . . .qu.*] De Pio, ac Piaculo, & expiationibus fulgurum egiſſe Feſtum puto. item pecuniam, quæ erogaretur piaculorum cauſſa, piacularem dictam. edictaque, quæ quid in religiones ob ignorantiam commiſſum expiari juberent, piacularia dicta. idque referri à Meſſala in explanatione ſacrorum, an auguriorum. Sequebatur deinde. *Pipulum*,

. fuſe. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. dem. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . decid*it*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. conc. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

agor. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

eadem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ſera loca . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

fulgura ſacra. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Pecunia* quæ erogatur *in ludos, & ſpectacula, appellatur* lucarie dicta *à lucis capietur* .

in eodem libro. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

dixit exiſtimat *cujus opinionis eſt & Valerius* Meſſala in explan*atione* 12.

*Pipulum dicebatur* ploratus.

*Privilegium* ſunt *qui dicant eſſe privatam legem. Cicero in oratione quam* ſcrip*ſit pro domo ſua ad pontifices.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

viri . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

con*ſ* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

in eo. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

lictor*es* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

iſtim*ate* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

conſu . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

cos aut*em*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

nemo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

dicant *ſenatores equites Trib. Ærarii condemnat.* . . . . . . .

tribus 35. *quo jure, quo more, quo exemplo* . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*lum, ploratus*, à pipatu pullorum ſumptum. Varro: In Aulularia: *Pipulo te differam ante ades*: id eſt *convicio*, declinatum à pipatu pullorum. Iſidorus in Gloſſis: *Pipulo, ploratu, convicio.* Reliqua alio pertinebant, de conſulibus eorumque lictoribus. puto iis tractatum fuiſſe de legibus Conſularibus in cives rogatis, quæ ſanciebant pœnam verberum. Nam in fine manifeſto hæc ſcripta fuerunt: *tribus* 35. *aut privilegia irrogare, aut de capite civis ſtatuere, niſi maximo comitiatu vetant* 12. *Tabularum leges, preterquam in veneficos; quique malum carmen incantant. quia ipſi indemnati jure occiduntur.* Notum eſt quod poſui; de capite civis, & de privilegiis ex Ciceronis non paucis locis. pro Sextio, pro domo, & 3. de legib. libro. de veneficis, & incantatoribus notiſſimus eſt Plinii locus lib. 28. cap. 2. Indemnatos ait occidi. Quia paſſim unicuique interficere licebat, ut apparet. *Joſ. Scaliger.*

*P. . . . qu.*] De fulgurum expiationibus hic agebat Feſtus. Atque ita forſan ſcripſerat: *Piacularia quadam ſacra Aruſpices ſolent ſuſcipere cum in locum quemdam fulgur decidit.* In ſequentibus lubricum iter. Addebat forſan Feſtus: *Qui locus poſtea fulguribus ibi conditis ſacer habitus eſt ut & omnis ager, quem calcari nefas eſt eadem ratione ut & catera loca omnia qua fulguri ſacra facta ſunt.* Parum me, præfiſcine dixero, vel à verbis vel à mente Feſti diſceſſiſſe arbitror, ſed de eo ut de aliis omnibus quæ mea ſunt penes viros doctos judicium eſto. Vide *Bidental.*

*Pecunia qua erogatur.*] Male hic adhæſit fragmentum illud. Vide ſuo loco.

*Pipulum.*] Vide *Pipatio, occentaſſint* & *vagulatio.*

*Privilegium ſunt qui.*] Schedæ: *Privilegium ſunt qui dicant privatam legem. Cicero in oratione quam ſcripſit pro Domo ſua ad Pontifices* . . . . . . .

*viri* . . . . . . . . . . . . . . .

*conſ* . . . . . . . . . . . . . . .

*in eo* . . . . . . . . . . . . . . .

*lictores* . . . . . . . . . . . . . .

*iſtimate.* . . . . . . . . . . . . .

*conſu* . . . . . . . . . . . . . .

*eos autem* . . . . . . . . . . . . .

*nemo.* . . . . . . . . . . . . . . .

*judicant ſeneratores equites, tribuni ærarii condemnant tribus 35. quo jure, quo more, quo exemplo, nominatim legem de capite civis indemnati tulisti? vetant leges ſacrata, vetant 12. tabularum leges privatis hominibus irrogari. Veneficos quinque & triginta tribus omnino non condemnant, quia ipſi indicta cauſſa occiduntur.* Quæ deſunt excitare difficile, neque enim in oratione Ciceronis leguntur illi uſque ad *quo jure.*

Quæ

Digitized by Google

de capite ci . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
vetant 12. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
neficos quinq. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
nant, quia ipſi ind. . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Notæ.

Quæ ſequuntur ita hodie apud Ciceronem extant. *Quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratæ, vetant 12. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari, id eſt enim privilegium.* Reliqua *veneficos quinque & triginta tribus, &c.* Neſcio an à Cicerone. Porro de privilegio monendus eſt lector vocem eam aliter à Cicerone & aliis ejuſdem fere ævi ſcriptoribus uſurpatam ac ab Juriſconſultis & aliis qui Auguſti ætatem ſecuti ſunt. Tullii enim & Salluſtii ævo privilegium ſemper fuit lex in privati alicujus perniciem perrogata. Cicer. 3. de legib. *Id mirandum, majores adeo in poſterum providiſſe, in privatos homines leges ferri noluerunt, id eſt enim privilegium, quo quid injuſtius?* Idem paradoxo quarto: *Familiariſſimus tuus de te privilegium tulit, ut ſi tu in opertum Bonæ Deæ acceſſiſſes, exſulares.* Et alibi ſæpe. At Auguſto poſteriores Juriſconſulti, privilegium in bonam partem pro lege in privati alicujus gratiam perlata, ſemper uſurparunt. Paulus lib. 5. ſentent. tit. 12. *Privilegium Fiſci eſt inter omnes creditores primum locum tenere.* Unde & *privilegia ejus* qui jure ſingulari fruitur. Quo ſenſu Galli dicunt *privilege* & *privilegié.* Sed nolim eos imitentur tirones qui Latini ſermonis caſtitatem ambiunt, imo potius Ciceronem & alios Latinitatis principes ſecuti privilegium ſemper in malam partem ponant, & pro *privilegio* quo modo eo perperam utuntur Juriſconſulti, perpetuo voces *jus, gratiam, prærogativam* uſurpent. *Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER DECIMUS QUINTUS.*

### Q.

PAULUS. QUADRANTAL vocabant antiqui, quam ex Græco ἀμφορεὺν dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Plautus in Curculione: Anus hæc ſitit. quantillum ſitit? modica eſt, capit Quadrantal. & Cato contra Oppium: Vinum redemiſti, prædia pro vini quadrantibus ſexaginta in publicum dediſti, vinum non dediſti.

FESTUS. Quadrata Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi repoſita ſunt, quæ

### NOTÆ.

*Quadrantal.* ] Vide Publica pondera. *Ant. Auguſtinus.*

*Quadrantal.* ] Vas quod capiebat urnas duas, quadraginta & octo ſextarios. Hoc eſt, congios 8. Heminas 116. Vide Mæcianum de aſſe. Quadrantal octoginta pondo, nempe octoginta pendebat aquæ libras. Congius decem. Vide publica pondera. Quadrantal amphora etiam dictum, ſed amphora Romana intelligenda eſt, alia enim erat amphora nempe Attica, quæ urnas tres, congios duodecim, ſextarios ſeptuaginta duos capiebat. Sextarius autem continet libram cum dimidia, hoc eſt, uncias octodecim: *Quadrantale* autem, vel *quadrantal*, à quadrata figura nomen traxit. Sed verba Feſti ſic legenda ex vet. lib. notavit doctiſſ. Salmaſius: *Quadrantal vocabant antiqui amphoram. Quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capiat ſextarios. Dacerius.*

*Quadrata.*] Dionyſ. lib. 1. Plutarch. in Romul. Solin. cap. 2. Romam à Romulo quadratam conditam fuiſſe, & inde cognomen ductum fuiſſe, ſcribunt: ut Quadrata Roma diceretur, urbs prima in Palatini montis radicib. pomerio ducto condita. Vide Tacit. lib. 12. Ita Ennii carmen intelligerem, ſi per Pompeium liceret. Quod vero ait ante Apollinis, locum quendam ita appellari: id tranſlaticio nomine dictum fuiſſe crediderim. *Ant. Auguſtinus.*

*Quadrata Roma.*] Hic omnino intelligendus eſt locus ille quem Romulus ſibi munivit in ſummo palatio antequam urbem conderet. Solinus tamen urbem ipſam Romam quadratam dicit: *Romam*, inquit, *condidit Romulus &c. dictaque eſt primum Roma quadrata, quod ad æquilibrium foret poſita.* Sed illum abunde refellit locus iſte Feſti, cujus ætate Romam illam quadratam in ſummo palatio extitiſſe manifeſtum eſt. Illud tamen vulgo creditum anſam dedit errori eorum qui veteris Romæ typum quadrata figura nobis obtrudunt. Sed operæ pretium erit hic ponere doctiſſ. Salmaſii commentationem ad verba Solini: Dicit hic Solinus Romam à Romulo conditam quadratamque dictam fuiſſe quod ad æquilibrium foret poſita: quibus verbis patet eum intel-

gere

ſolent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi, quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. Ejus loci Ennius meminit, cum ait: Et quis extiterat Romæ regnare quadratæ.

## Notæ.

figere totam urbem Romæ qualem Romulus condidit, appellatam eſſe quadratam, qua in re maniſeſtarie falſus deprehenditur, & ex antiquariis noſtris plerique qui ita ſenſerunt. Nam locus Romæ ita dictus in Palatino colle à Romulo ædificatus in quadratam ſpeciem munitus, unde & *Roma quadrata*, hoc eſt, τετράγωνος eſt appellatus. Longe igitur errant viri docti qui ſcribunt Romam à Romulo quadratam conditam fuiſſe, & inde cognomen ductum ut *quadrata Roma* diceretur, urbs prima in Palatini montis radicibus pomœrio ducto condita. Sed Solinum à quo in errorem inducti videntur, corrigere potius & inſectari, quam ſequi debuerunt. Primum locus ille qui Romæ quadratæ, nomen habuit non in radicibus Palatini montis ſed in ipſo monte conſtitutus & munitus. Deinde ſtructus fuit à Romulo priuſquam urbi condendæ duceret ſulcum, quum adhuc inter fratres de loco ubi urbs poneretur dividia ac certamen eſſet. Plutarch. in vita Romuli. Ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην Ῥώμην κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον ἔκτισε, καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο κτίζειν τὸν τόπον. Ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερὸν, ὃ δι᾽ ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμωρία, νῦν δὲ Πιγνάριον καλεῖται. *Romulus igitur Romam quadratam, id eſt, quadrangularem condidit, locumque illum volebat extruere. Remus vero locum quemdam Aventini montis, qui locus ab illo Remuria dictus eſt, & nunc vocatur Pignarium.* Uterque locus etiam Romæ extabat tempore Victoris qui in decima regione urbis, hoc eſt in Palatio *Romam quadratam* ponit: In decima tertia in Aventino *Remuriam*. Vide Feſtum in *Remonius ager*. Sic & locus in Palatino monte à Romulo in quadratam ſpeciem ſtructus, unde & ipſe de condenda urbe auſpicatus eſt, *Roma quadrata* à Romuli nomine & forma ſtructuræ. Quare non magis urbs fuit *Roma* illa *quadrata*, quam *Remuria*. Etenim adhuc de urbe condenda & de loco urbis contendebant fratres, quum loca illa alter in Palatino, alter in Aventino monte condiderunt. Poſt illa cum contentionem ſuam avium judicio remiſiſſent, addicentibus & faventibus Romulo avibus, cœpit ille ſulcum ducere urbi conſtituendæ. Plutarch. Καὶ τοῦ Ῥωμύλου τάφρον ὀρύττοντος, ᾗ τὸ τεῖχος ἔμελλε κυκλοῦν, ὁ Ῥῶμος τὰ μὲν ἐχλεύαζε τῶν ἔργων. *Et quum Romulus foſſam foderet qua murum circumducturus erat, Romulus irridens, &c.* Scio Livium ſcribere lib. 1. *Palatinum à Romulo primum, in quo ipſe educatus erat, munitum fuiſſe.* Sed intelligere illum puto de Roma quadrata quam in illo monte ædificavit, non de urbe nova Roma, quam auſpicato poſtea condidit, & cui pomœrium addidit. Roma quadrata locus fuit in Palatino monte munitus, non urbs Roma, ea figura primum à Romulo poſita. Vehementer etiam erravit doctiſſimus Onuphrius ſcribens Romulum urbi novæ à ſe figura quadrata cum tribus portis poſitæ pomœrium more Etruſco addidiſſe, *ut auctores ſunt, inquit, Dionyſius, Solinus, Plinius, & Plutarchus.* Ut ſupra vidimus Plutarchus aperte diſtinguit Romam quadratam ab urbe cujus figuram non quadratam fuiſſe, ſed rotundam verba illa ſatis oſtendunt *qua murum in orbem erat ducturus.* Plin. Romæ quadratæ non meminit ſed lib. 3. cap. 5. ſcribit urbem Romam à Romulo cum tribus portis aut quatuor relictam. Verum illa Roma longe diverſa à Roma quadrata in Palatino monte. Dionyſius porro initio lib. 11. ait Romulum Palatium & Capitolium muris & foſſa mœniſſe. Sed urbem illam eandem fuiſſe cum *Roma* quadrata, nuſquam dicit Dionyſius, imo contrarium ex ejus ſcriptis eluceſcit. Gellius lib. 13. cap. 14. *Scribit antiquiſſimum pomœrium, quod à Romulo inſtitutum eſt, Palatini montis radicibus terminabatur.* Nam ille dicit non aliam conſtitutam à Romulo Romam præter eam quæ quadrata dicta eſt, nec aliud ab eo inſtitutum pomœrium, quæ ſententia hujus Solini eſt, &c. Deinde: At quod vult Solinus novam urbem à Romulo conditam, quod figura quadrata eſſet, dictam fuiſſe quadratam, nec aliam urbem eſſe conſtitutam, id contra omnium auctorum conſenſum ſcripſiſſe illum judico. Quin & Solini temporibus extabat adhuc in monte Palatino locus ille cui nomen Romæ quadratæ Romulus impoſuerat. Ut ex hoc loco Feſti apparet, &c.

*Et quis extiterat.*] Varie emendant viri docti: alii,

*Et quis nunc curat Roma regnare quadrata.*

Scaliger,

*Et quibus lex ſteterat Roma regnare quadrata.*

Sed ſic etiam non plane mihi ſatisfactum eſt. Melius, ut videtur, in edit. Merulæ,

*Et quis exter erat Romæ regnare quadratæ.*

Ita ut de Romanis ſermo ſit qui rapto Romulo, quum neminem Romæ invenirent quem in Romuli locum ſufficerent, deſpiciunt ecquis exter eſſet qui urbi præeſſe quadratæ poſſet, &c. Sed omnium optime Salmaſius,

*Et quis ſe ſperat Romæ regnare quadratæ.*

Ex veſtigiis veteris ſcripturæ quam ſic liber Fulvii Urſini repræſentat.



Digitized by Google

Paulus. Quadruplatores dicebantur, qui eo quæſtu ſe tuebantur, ut eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.

Festus. . . . . . . . . . . . . populo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ia ca . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . in legum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . populi do*minatu* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Quadrurbem Athenas Attius appellavit, quod ſcilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Piręo, Sunio.

Quæſo, ut ſignificat idem, quod rogo, ita quæſere ponitur ab antiquis pro quærere, ut eſt apud Ennium libro ſecundo: Oſtia munita eſt idem loca navibus pulchris Munda facit, nautiſque mari quæſentibus vitam. & in Creſphonte: ducit me uxorem liberorum ſibi quæſendum gratia. & in Andromeda: liberum quæſendum cauſa familiæ matrem tuæ.

Paulus. Quæſo ſignificat id, quod rogo. quæſere tamen Ennius pro quærere poſuit.

## Notæ.

*Et quis eſt erat Roma*, &c.

Nam in membranis ſcriptis ſæpe *t* & *p* confundi ſatis ſciunt, qui eas aliquando tractant. Et de Tatio, inquit, fortaſſe loquebatur, qui cum Capitolium, quod ab initio ceperat, teneret, & Quirinalem collem, etiam Palatini montis, in quo Roma quadrata & regia Romuli, armis ſe potiturum ſperabat. A parte igiur totum montem intellexit poetarum more. *Dacerius.*

*Quadruplatores.*] Viden. Aſcon. in divinat. & lib. 4. Verrinar. *Ant. Auguſtinus.*

*Quadruplatores.*] Aſcon. Pedianus in divinat. *Quadruplatores erant criminum publicorum, in quare quartam partem de proſcriptorum bonis quos detulerant aſſequebantur. Alii dicunt quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores qui convicti quadrupli damnari ſoleant: ut alea aut pecunia gravioribus uſuris fœnerata quam pro conſuetudine, aut ejuſmodi aliorum criminum.* Item Verrina 3. *Quadruplatores accuſatores ſive delateres publicorum criminum ſub pœna quadrupli. Sive quod ipſi ex damnatorum bonis quos accuſaverant quartam partem conſequebantur.* Igitur ab illa quarta quæ accuſatorí pro præmio cedebat dicti *quadruplatores.* Tacit. lib. 4. Annal. Contra M. *Lepidus quartam accuſatoribus ſecundum neceſſitudinem legis.* Inde Gloſſ. quadruplatores *συκοφάνται* delatores. Quadruplor, *ἐνδείκνυμι. defero.*

. . . . . . . *populo.*] De quadruplatoribus hic agebat Feſtus, ſed ejus verba non poſſumus aſſequi, neque ex iis videtur Paulus ſuam epitomem confeciſſe. Ampliorem lacunam repræſentant ſchedæ. . . . . . *jus.* . . *qua.* . . *quarum ex legibus quadrupli erat actio.* . . . . *ibus.* . . . . *ata.* . . . *oem.* . . . . . *abant.* . . . *ab eo.* . . . *in.* . . . *tis.* . . . *que lictor.* . . . . . *populo.* . . . . . *curia calabra.* . . . . . . . *m legum.* . . . . . *in populi dominatu.* Et hic certe locus dignus eſt in quo ſe exerceant ſagaciores.

*Quadrurbem Athenas.*] Quod ex quatuor vicis quos alii Piræum, Phalereum, Xypeteum, Thymætam. Malo: Quadrurbem enim, *τετράπολιν* dixerunt Oenoen, Probalynthum, Tricorytum, & Marathonem, quatuor Atticæ populos. Vide Meurſ. de fortuna Attica. Neque quatuor tantum, ſed omnino duodecim urbes in unas Athenas Theſeum contraxiſſe tradit Strabo. Ubi per urbes vicos intelligit. *Dacerius.*

*Quæſo.*] Verſus Ennii de Anco Martio accipiendi ſunt, qui Oſtiam munivit, & portum Tiberis.

*Oſtia munita eſt, idem loca navibu' polchreis*
*Munda facit, nauteiſque mari quaſentibu' vitam.*

Verſus ex Creſphonte ita legendus:

*Ducit me uxorem ſibi liberum quaſendum gratia.*

*Joſ. Scaliger.*

*Quaſo.*] *Quaſo* & *quaro*, idem apud veteres. Plaut.

*Quaſo adveniente morbo nunc medicum tibi,*
*Enim tu certe aut larvatus aut cerritus es.*
*Edepol hominem te miſerum! medicum quarita.*

Ubi *quaſo* pro *quare*. *Quaſere* etiam pro *orare*, poſcere, dixit idem Plaut. Bacchid. II. II.

*Mirum eſt me, ut redeam, te opere tanto quaſere.*

*Oſtia munita eſt.*] De Anco Martio qui Oſtiam munivit, & portum Tiberis. Vide in voce *mundus*.

*Ducit me uxorem.*] Hunc verſum ex Creſphonte Ennii ſic legit Scaliger:

*Ducit me uxorem ſibi liberum quaſendum gratia.*

*Dacerius.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtores *dicebantur*, *quod quærerent de rebus* capitalibus, unde *qui talia quærunt quæſtores pari*cidi appellantur. FESTUS.

Quam de pro quam uſos eſſe antiquos cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum eſt Livius in primo: Juppiter, ut muro fretus magis quam de manus impe . . . ſecundo. Quam de tuas omnis legiones, ac popularis. & Lucretius: Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes. Quam de gravis tergajos qui vera requirunt.

Quamde pro quam dicebant antiqui. PAULUS.

Quam mox ſignificat. quam cito. ſed ſi per ſe ponas mox, ſignificabit paullo poſt, vel poſtea. FESTUS.

Quando cum gravi voce pronunciatur, ſignificat quod, quoniam. & eſt conjunctio. quando acuto accentu, eſt temporis adverbium. PAULUS.

*Quando cum gravi voce pro*nuntiatur ſignificat *quod*, *quoniam*, *& eſt conjunctio* ut Plautus in *Menæchmis*. *Ideo quia* menſam, quando edo, detergeo. & in Pſeudolo: Dabo, quando erit. Ducito, quando habebis. & Ennius libro ſextodecimo: FESTUS.

## NOTÆ.

*Quæſtores.*] De Quæſtoribus paricis, ſive paricidii, vide Parici. Horum mentionem fieri in duodecim tabulis ſcribit Pomponius ſub titulo de origine juris. *Ant. Auguſtinus.*

*Quæſtores.*] Quæſtores creabantur, qui cognoſcerent de rebus capitalibus, unde & Quæſtores paricidi appellantur. *Joſ. Scaliger.*

*Quæſtores.*] Ulpianus: *& à genere quærendi, quæſtores initio dictos, & Junius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt.* Initio autem proprie dicti *quæſtores*, qui ærario præeſſent, dicti *quod inquirendæ & conſervandæ pecuniæ cauſſa creati erant*, ut ait Pompon. leg. 2. §. 22. de origine juris. Inde poſtea quæſtores quos vulgo, *des Lieutenants Criminels.* Vide *parici. Dacerius.*

*Quamde.*] Corruptiſſima quæ hic ſunt, ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ ita emendato: *cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum Ennius in primo:*

*Juppiter, ut muro fretus magi' quamde manus vi.*

*Et ſecundo:* &c. In verſu Ennii Juppiter eſt τρισύλλαβος, ut in illo:

*Juppiter, ut triſti lumina ſæpe manu.*

Et:

*Doctis, Juppiter, & laborioſis.*

Porro & QUAMDE in illis Saturniis verſibus legitur,

*Namque nihilum pejus macerat humanum,*
*Quamde mare ſævum. Vires quoi ſunt magnæ,*
*Topper confringent importuna unda.*

*Joſ. Scaliger.*

*Quamde.*] In Schedis: *Quamde pro quam uſos eſſe antiquos cum multi veteres teſtimonio ſunt, tamen hujus in primo, &c.* quæ propius ad veram ſcripturam accedunt, legendum enim, ut viris doctis jam diu animadverſum: *Cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum Ennius in primo:*

*Juppiter ut muro fretus magi' quamde manus vi.*

*Et ſecundo:*

*Quam de tuas omneis legiones ac populares.*

Si qui tamen hic *Livium*, pro Ennio legi malint non admodum pugnabo, inquit Merula, cum Livius etiam geſta populi Rom. libris decem & octo conſcripſerit qui annales Liviani vocantur. Sed de Annalibus Livianis abunde infra. Interim hic *Ennium* legi debere certum eſt. Et in verſu:

*Juppiter haud muro fretus magi' quamde manus vi.*

Verba Romuli forſan optantis ut Pop. Rom. ſe non muro magis quam viribus & audacia tueatur.

*Clarus ob obſcuram.*] Lege ut in editt.

*Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes*
*Quamde gravis inter Grajos qui vera requirunt.*

*Quamde* autem, quia in illis *tam*, *quam*, *jam*, & aliis addebant *e*, & *d* poſtea inſertum. *Dacerius.*

*Quando.*] Verbis Feſti pauca deſunt. ſed omnia exempla videntur ad tempus pertinere. ideo miror, unde Paulus epitomen confecerit, niſi meliorem librum, quod ex aliis cognoſco, habuerit. Plauti verſus refertur ex Menæchmis: *Ideo, quia menſam, quando edo, detergeo. Ant. Auguſtinus.*

*Quando.*] Exempla Plauti quæ Feſtus adducit plane contrarium probant, quare omnino aliter legendum eſt, nempe: *Quando, cum gravi voce pronunciatur ſignificat quoniam. Acuta vero eſt temporis adverbium, ut Plautus in Menæchmis, &c.* Neque enim in verbis Plauti τὸ quando ſignificat *quoniam*, ſed *quum*, &c. Nihil certius. Quod ait autem ultima acuta, vel gravi. Vide notata in *luſtrum*, *ergo*, *modo*.

Nox quando mediis ſignis præcincta volabit. In duodecimo quidem cum littera E ultima ſcribitur, idemque ſignificat.

*Quando rex comitiavit fas: ſic notatum eſſe diem in faſtis in* honorem *regiſ ſacrorum, aiunt qui de feriis* Menſtrui ſcripſerunt, *quæ nonis Februarii in Curia à* Rege dicuntur: *ea vero à multis ſcriptoribus* traditæ ſunt, *nam quo die rex in Comitium venit ejus* pars anterior *nefas habetur; contra autem* poſterior *fas: quia ſacris peractis inde abit, quod* ſi quis alius pro Rege *eo die in comitio fecerit, puta,* Pontifex, tum hic dies *totus eſt faſtus.*

## Notæ.

*In duodecimo quidem.*] Quod ait Feſtus Ennium in 12. annal. *quande* ultima litera E poſuiſſe, pro quando id in incerto eſt, cum perierit locus ille unde hoc Feſtus adduxit. Ubi tantum legitur, *quande.* . . . . . . . quamde pro quam fortaſſe. Certum tamen eſt dixiſſe veteres *quande* pro *quando*, ut *numere* pro *numero*. *Dacerius.*

*Quando Rex.*] Bis notatur hic dies in faſtis 9. kal. Apr. & 9. kal. Jun. licet Ovidius menſe Martio illum ponere fuerit oblitus; de hoc vero, lib. 5. Faſtorum ita ſcripſerit:

*Quattuor inde notis locus eſt; quibus ordine lectis*
*Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.*

Ex quibus verbis ignoraſſe videtur, quid quattuor hæ notæ Q. R. C. F. ſignificarent. Cum tamen Varro lib. 5. de Ling. Lat. hæc, & alia omnia, quæ in faſtis erant, fuerit interpretatus. Nos vero quid Feſti dimidiati verſiculi ſignificent, ignoramus. *Ant. Auguſtinus.*

*Quando rex comitiavit, fas.*] Puto totum hoc notis ſcribi debere, quibus in Faſtis. Q. REX. C. F. & quod ſequitur. Q. ST. D. F. *Ful. Urſinus.*

*Quando Rex.*] In his deploratis ruderibus tantum deprehendere poſſumus, hujus diei, qui in faſtis notatur, Q. REX. C. FAS, anteriorem partem nefas eſſe, poſteriorem fas. Quod recte Varro dixit: *ad id tempus, nefas:* ſignificans anteriorem, & *ab eo fas:* notans poſteriorem. Dies nefaſtus priore vel anteriore parte notabatur NP. vel NEP. vide ſupra Nefaſti. Notabatur & NF. PR. quod quidam interpretantur, *Nefas prætori.* quod ego non ſequar. Additur in fine: *ſiquis alius pro Rege dicat ad comitia, puta Pontifex, tam is dies. . . .* utrum intelligat Fas an Nefas, neſcio. Porro in Faſtis marmoreis, qui extant Romæ, invenio bis notatum hunc diem 9. Kal. April. item 9. Kal. Junii. Nemo, quod ſciam explicavit, quis eſſet mos hujus diei, qui ritus, quæ antiquitas. Sciendum Regi ſacrorum neque magiſtratum gerere, neque verba ad populum habere fas fuiſſe. propterea in comitium ire illi non licebat, niſi hoc die, qui notatus eſt in faſtis. ibat enim in Comitium ſacrificii cauſſa, quo properanter patrato protinus fuga ſe è comitio eripiebat. Plutarchus: ἔτι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία αὐτῷ τῷ λεγομένῳ κομιτίῳ πάτριος, ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Varro: *Dies, qui vocatur ſic, Quando Rex comitiavit, fas: dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus dicat ad comitium.* Si à docto viro quæram, quid ſit *dicere ad comitium*, ſane non agnoſcet Latinum hoc genus loquendi. & profecto ineptum eſt. Legendum enim, *itat ad comitium.* Ita loquitur alibi, *milites appellant latrones, quod itent, uti milites, cum ferro.* Quare ob id alii aliter notas, quæ legebantur in faſtis, interpretabantur: Q. R. C. F. Quando Rex comitio fugit. Quod Ovidius manifeſto nos docet;

*Quattuor inde notis locus eſt: quibus ordine lectis*
*Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.*

Utrumque enim complexus eſt. Quando Rex comitiavit. hic enim eſt mos ſacri, quod faciebat in comitio. & Quando Rex comitio fugit. Tangit enim fugam Regis è comitio. Plutarchus: ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Quid certius hoc teſtimonio? At Paulus: *Quando rex ſacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit.* Imo, quando rebus divinis perfectis abit è comitio. quare ejus commentitiæ cauſſæ in ruderibus Feſti ne veſtigium quidem apparet. At quid aiunt docti viri? Ovidium ignoraſſe quid ſibi vellent illæ literæ ſingulares. quaſi fas ſit doctiſſimum poetam ignorare, quod formularios, leguleios, litigantes, ac minimos quoſque de fæce Numæ ſcire oportuit. Nam de Regifugio ipſum non intellexiſſe, teſtis erit ipſemet, qui de eo in menſe Februario ante tractaverat. *Joſ. Scaliger.*

*Quando Rex comitiavit fas.*] In verbis Feſti legendum, *comitiaſit*, id eſt, *comitiaverit.* Quod & Fulvio Urſino etiam placet. Item *feriis menſtruis* quia *ſ* litera & *menſtruis*, periit propter initialem illam *ſ* & *ſcripſerat.* Item *edicuntur* pro *dicuntur*, quia *e* cum præcedente *e* & rege cohæſit. Et ita ſemper Varro: *Rex cum ferias menſtruas nonis Februariis edicit.* Item *harum rerum veſtigia apparent in ſacris nonalibus in arce quod tunc ferias primas menſtruas quæ futuræ ſunt eo menſe Rex edicit.*

*Quod ſi quis alius pro rege, &c.*] Ait Feſtus ſi quis alius puta pontifex, pro rege in comitio ſacrificaverit, tunc totum diem faſtum eſſe. Sed cum illius diei pars anterior nefaſta fuerit, qui fieri poteſt, ut alio, pro rege, in comitio ſacrificante, pars illa diei quæ jam nefaſta elapſa eſt, eadem iterum faſta ſit? Vel hoc certe neceſſario evincit reſcribendum eſſe: *Hic dies totus nefaſtus.* Nihil certius.

Diei

Digitized by Google

QUANDO REX COMITIAVIT FAS, in faſtis notari ſolet, & hoc videtur ſignificare, quando rex ſacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. PAULUS.

QUANDO STERCUS DELATUM FAS, eodem modo in faſtis notatur dies, quo ſtercus purgatur ab æde Veſtæ.

*Quando ſter*cus delatum fas, eo*dem modo in faſtis notatur di*es, qui talis eſt, ut *ædis Veſtæ in eo die purgetur* ſtercuſque in alvum *capitolinum ex æde Veſtæ deferant:* cum id factum ſit, *tunc prætori fas.* FESTUS.

Quartarios appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæſtus capiebant. Lucilius: porro homines nequam malus ut quartarius cippos colligere omnes.

Quartarios appellabant muliones mercenarios, quod quartam partem capiebant quæſtus. PAULUS.

Quatenus ſignificat qua fine; ut hactenus, hac fine. quatinus, vero, quoniam. ſed antiqui quatenos dicebant.

Quatenus ſignificat qua fine; ut hactenus, hac fine. At quatinus, quoniam. Sed antiqui quatenos dicebant, ut Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit, poſtquam ex Africa rediit. Uti negotium natum erat; quatenos caſtra noſtra ita munita erant, ut poſſes partem exercitus abducere. FESTUS.

Quatere, ſuſpenſum, & vicinum rei alicujus motum ſignificat, non ut Verrius

## NOTÆ.

Diei illius pars poſterior faſta erat in gratiam Regis ſacrificuli qui in comitio fecerat. Sed ſi alius in comitio feciſſet, dies ſolidus nefaſtus, quia nulli alii præterquam Regi ſacrorum jus illud conceſſum erat. ut è nefaſto faſtum facere poſſet.

*Divinis rebus perfectis in comitium venit.*] Dicendum potius fuit *divinis rebus perfectis è comitio fugit.* Nam cum Rex in comitio ſacra faceret, ſacris perfectis in comitium ire qui potuiſſet? Feſtum non intellexit barbarus mutilator. *Dacerius.*

*Quando ſtercus.*] Infra: *Quando ſtercus delatum, fas: eodem modo in faſtis notatur dies: qui talis eſt, ut ædis Veſtæ purgetur, ſtercuſque in clivum Capitolinum deferatur. cum id factum ſit, tum eſt Prætori fas. Joſ. Scaliger.*

*Quando ſtercus delatum fas.*] Varro lib. 5. de L. L. *Dies qui vocatur, Quando ſtercus delatum fas, ab eo appellatus quod eo die ex æde Veſtæ ſtercus everritur & per Capitolinum clivum in locum defertur certum.* Hujus diei meminit Ovid. qui illum 17. kal. Jul. eſſe dicit lib. 6. Faſt.

*Tertia nox veniet qua tu Dodoni Thyene*
*Stabis Agenorei fronte videnda bovis.*
*Hæc eſt illa dies qua tu purgamina Veſta*
*Tybri per Etruſcas in mare mittis aquas.*

Vide infra *ſtercus. Dacerius.*

*Quando ſtercus.*] 17. Kal. Jul. in Faſtis, habes eandem interpretationem apud Varronem, & Ovid. Vide Stercus. *Ant. Auguſtinus.*

*Quando ſtercus delatum fas.*] Recte opinatur Fulv. Urſinus hic deſiderari quatuor illas notas Q. S. D. F. & Feſtum ſcripſiſſe *Q. S. D. F. Id eſt quando ſtercus delatum fas.* Vel potius: *Quando ſtercus delatum fas, Q. S. D. F. eodem modo in faſtis, &c.* Idem etiam pro *alvum*, optime *clivum*, quod probatur ex loco Varronis quem ſupra aſſerimus. *Dacerius.*

*Quartarius.*] Lege ita verſum Lucillianum:

*Porro homines nequam, malus ut quartariu' cippos*
*Colliſere omnes* ——— ———

Notum eſt cippos ſepulcrorum olim ſecundum vias publicas fuiſſe. Itaque facile collidebantur à mulis ſagmariis, cum ea præterirent. *Joſ. Scaliger.*

*Quatenus.*] Qua fine, ut hactenus, hac fine. Chilo apud Gellium lib. 1. cap. 3. *Hac fine ames tanquam forte fortuna oſurus, hac itidem tenus oderis, tanquam fortaſſe poſt amaturus.* Addit Feſtus veteres *quatenus* inter & *quatinus*, illud diſcrimen poſuiſſe, ut *quatenus*, qua fine, *quatinus* vero quoniam ſignificaret. Sed illud obſervatum non fuiſſe è veteribus libris colligere eſt, imo & cum literarum *e* & *i* tritiſſima fuerit commutatio, antiquos utraque ſignificatione indiſtincte ſcripſiſſe certum eſt, ſic *protenus* & *protinus*.

*Sed antiqui quatenos.*] Nam *o* & *u* veteres confundebant ſic *conſol*, ſcribebant pro *conſul:* fontes, funtes: frondes, frundes: ſic Hecoba, Notrix, Culchides, Pulyxena. Vide Quintilian. lib. 1. cap. 4.

*Quatere.*] Innuit quatere de repetito ſæpius motu potius dici. Ferire de ſolo ictu. *Dacerius.*

putat, ferire, cum id ipſum verbum concutere ex præpoſitione, quæ eſt con, & quatere, fit compoſitum. quaſſare autem eſt ſæpe quatere.

**Paulus.** Quatere, ſuſpenſum, & vicinum rei alicujus motum ſignificat, & interdum concutere. quin & id ipſum verbum concutere ex quatere ſit compoſitum. quaſſare autem eſt ſæpe quatere.

**Festus.** Quaxare ranæ dicuntur cum vocem mittunt.

**Paulus.** Quercus dicitur, quod id genus arboris grave ſit, ac durum, tum etiam in ingentem evadat amplitudinem. querqueram enim gravem, & magnam quidam putant dici.

**Festus.** Querq*ueram febrem, gravem & magnam.* nam quidam querc*um dictam volunt, quod id genus* arboris, cum gra*ve ſit, ac durum, tum etiam in* ingentem evadat *altitudinem. Aurelius autem* Opilius frigidam a*it dici, & cum horrore trementem.* Santra eam ex *Græco deducit, qui tremo*rem ejuſmodi κάρκαρον *dicunt. Unde dici* etiam carcerem Plaut*us in Frivolaria: Is mihi* erat bilis querquera *tuſſis. Lucilius libro* jactans me ut febr*is querquera* terret, alibi querqu*era conſequitur febris capitiſque dolores.*

**Paulus.** Querqueram, frigidam cum tremore à Græco κάρκηρος, certum eſt dici. unde & carcer. Lucilius: Jactans me, ut febris querquera conſequitur (febris) capitiſque dolores. Item Plautus: Is mihi erat bilis querqueratus.

## Notæ.

*Quaxare.*] Gloſſæ: *Quaſſat*, ὅταν φωνεῖ βάτραχος. *Joſ. Scaliger.*

*Quaxare.*] Contracte pro coaxare, à *coax, coax*, Ariſtoph. in ranis. Et apud Heſych. *coax*, *Rana. Dacerius.*

*Quercus.*] *Querquera* febris, dura, ac gravis: quam quidam à *quercu* dictam putant. quod id genus arboris cum grave ſit, ac durum; tum in ingentem evadat amplitudinem. Aurelius Opilius frigidam, atque trementem. Santra eam ex Græco deducit. quia tremorem ejuſmodi κάρκαρον vocant. unde dici etiam Carcerem. Plautus in Frivolaria:

— — *is mihi erat bilis querquera, tuſſis.*

Lucilius:

— — *jactans me, ut febris querquera.*

Et alibi:

*Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores.*

Hæc Feſtus. Adde ad ejus ſententiam confirmandam Homericum:

——— ——— κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι.

Vide Grammaticos. *Joſ. Scaliger.*

*Quercus.*] A καρχαλέος, ut volunt, exaſperatus. Sed mihi non perſuadent qui ſciam potius quercus dici à Græco κάχρυς, *glans*, pilula, nam inter Cachryphora quercus numeratur à Theophraſt. lib. 3. κάχρυς ergo tranſpoſitis literis & mutato a in e κέρχυς, & χ in κ κέρκυς, *quercus. Dacerius.*

*Querque...*] Hæc videntur pertinere ad utrumque verbum Quercus, & Querqueram.

*Querqueram.*] Priſcian. lib. 6. refert Plautum in Frivolaria ſcripſiſſe:

*Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Querqueram.*] Addenda vox, *febrem.* L. m. habet, Κάρκαρον. *Ful. Urſinus.*

*Querqueram febrem.*] Arnob. lib. 1. *Vitiligines querqueras, atque intercutes morbos.* Minutius Felix habet *quequerum* ut & Gellius, Apuleius. Videlicet *querquerus* adjective dici certum eſt. Ergo cum dicitur *querqueram*, ſubintelligitur *febrem.* Et cum *querquerum* ſubintelligitur *morbum. Querquerus* autem à *quercu.* Vel ut Santra à κάρκαρος, *horror, tremor.* Ad cujus ſententiam confirmandam facit illud Homeri Iliad. 5.

— — — κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν
Ὀρνυμένων ἅμυδις.

*Tremat autem terra pedibus ruentium confertim.* Sed hæc omnia meræ nugæ. cur & unde febris dicatur *querquera* nemo adhuc docuit. *Querquerus* eſt à κερχαλέος, quod à κέρχω. Nam κερχαλέον, Heſych. exponit, σκληρόν, ξηρόν, διψαλέον, *grave, aridum, ſiticuloſum*, quæ omnia febri mere congruunt, quæ præ ſiccitate ravim & tuſſim creat. Id enim vere eſt κερχαλέον. Quare Plaut. Tuſſim jungit cum querquera.

*Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.*

Ergo. *Cerchaleos, cerchelos, cercheros, cercherus; querquerus.*

*Etiam carcerem.*] A Græco κάρκαρος, carcerem etiam

Querquetulanæ dicebantur nymphæ querqueto vireſcenti præſidentes.

Querquetulanæ viræ putantur ſignificari nymphæ præſidentes querqueto vireſcenti, quod genus ſilvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia. Sed feminas antiqui quas ſciens dicimus, viras appellabant. unde adhuc permanent virgines, & viragines. FESTUS.

Querquetularia porta Romæ dicta, quod querquetum intra muros urbis juxta ſe habuerit. PAULUS.

Ques antiqui dixerunt: inde declinatum remanet dativo caſu, quibus; Qui adhuc item Queis facit, ut iſti iſtis, illi illis. FESTUS.

Quianam pro quare, & cur poſitum, & apud antiquos, ut Nævium in carmine Punici belli: Summe deum regnator quianam genus iſti. & in ſatyra: Quianam Saturnium populum pepuliſti. & Ennius in libro ſeptimo: Quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt.

Quianam pro quare, & cur ponitur. Ennius: Quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt. PAULUS.

## NOTÆ.

etiam Santra dici exiſtimavit. An quia horrorem carcer incutit? Sed forſan erit à *κάρκαρος*, non qua *tremorem*, ſed qua *δεσμοὺς*, *vincula* ſignificat. Κάρκαροι enim δεσμοί. Heſych. Scaliger deducit à *κάρκαρον*, *μάνδραν*. *ſpelunca*. *Dacerius*.

*Querquetulanæ.*] Lege: *ſed feminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant.* quæ, inquit, nunc feminæ à nobis dicuntur, eæ viræ dicebantur, neque immerito, cum maſculinum ſit vir. Ita enim & utrumque formant ſexum Hebræi. *Iſſ*, vir: *Iſſa*, vira. hoc eſt femina. *Joſ. Scaliger.*

*Querquetulanæ viræ.*] A querceto querquetulanæ nymphæ quæ non aliæ ſunt quam quæ Græcis Hamadryades quod ſimul cum *δρυσὶ*, id eſt, quercubus & vivant & intereant. De iis vide inſignem locum Callymach. hym. in Delum. Earum Sacellum Romæ querquetulanum dictum. Varro lib. 4.

*Sed feminas antiqui.*] Lege: *Sed feminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant.* Quæ, inquit, nunc feminæ à nobis dicuntur, eæ viræ dicebantur. Neque immerito, cum maſculinum ſit vir. Ita enim & utrumque ſexum formant Hebræi, *Iſſ*, vir: *iſſa*, vira, hoc eſt femina. Scal. Quare in verſione Græca Geneſeos de Eva, *κληθήσεται γυνὴ* &c. melius ſcriptum fuiſſet, *κληθήσεται ἀνδρὶς*, ſive potius *ἀνείρα*. Analogiam ſervavit Gallicus interpres, *on la nommera homeſſe*.

*Querquetularia.*] Eadem querquetulana dicta. Prope viminalem fuiſſe videtur indicare Plin. lib. 16. Nunc in vinetis jacet clauſa, & ad eam per viginti gradus aſcendimus.

*Ques.*] Pluralis pro qui. Ennius:

*—— —— Decem coelites ques montibus ſummis*
*Ripeis fodere.*

*Dacerius.*

*Qui. . . . .*] *Quirites*, ut opinor, ſcribendum eſt, *à Quirino, cui aqua, & vino in curiis ſacra fiebant.* vel *Quirinus Romulus ab haſta, quod armis erat potens. Singulare & uſurpatur Quiris, exemplo eſt præco, qui in funeris indictione dicit: Ollus Quiris leto datus*, &c. Hæc ad lectoris acumen potius excitandum dicta ſunt, quam ut vera eſſe fateamur. Varro lib. 6. de Lingua Lat. *Olli valet dictum illi, ab olla, & ollus*, quod alterum comitiis cum recitatur à præcone dicitur, *Olla centuria*, non illa: alterum apparet in funeribus indictivis, cum dicitur, *Ollus leto datus eſt.* & lib. 5. *Quirites à Curienſibus, & ab iis qui cum Tatio rege in ſocietatem venerunt, donati civitate ſunt.* Ovid. lib. 2. Faſtor.

*Sive quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis;*
*Bellicus à telo venit in aſtra deus:*
*Sive ſuo regi nomen poſuere Quirites;*
*Seu quia Romanis junxerat ille Cures.*

*Quianam.*] In verſu Ennii deeſt monoſyllabum verbum, quale eſt *heu*, vel *o*. Sic Virg. lib. 3. Æn.

*Heu quianam tanti cinxerunt æquora nimbi.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Quianam.*] Lege ita Nævianum Saturnium:

*Summe Deum regnator, quianam genuiſti?*

Enniano verſui deeſt ſyllaba, heu.

*Heu quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt.*

*Joſ. Scaliger.*

*Quianam.*] Virgil. 3. Æneid.

*Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?*

Nævianum Saturnium ſic Scalig.

*Summe Deum regnator, quianam genuiſti?*

Et Ennianum iſtum cui deeſt ſyllaba, heu.

*Heu quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt.*

 *Quid*

Digitized by Google

Festus. Quid niſi uſurpaviſſe antiquos teſtis eſt Afranius in Epiſtula: me auctore mater abſtinebis. quid niſi?

Quietalus ab antiquis dicebatur Orcus.

Qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia omnia in hanc partem. his verbis præit, ominis videlicet cauſa, ne dicat, qui non cenſetis.

Quincentum & producta prima ſyllaba, & per C literam uſurpant antiqui, quod poſtea levius viſum eſt, ita ut nunc dicimus pronunciari.

Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierum, qui fere his celebrantur. qui ſcilicet errant, tam Hercule, quam qui triduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia, nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra, forma autem vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum, enuntiata eſt, quod poſt diem quintum Iduum eſt is dies feſtus. ut apud Tuſculanos Triatrus, & Sexatrus, & Septenatrus, & Faliſcos Decimatrus. Minervæ autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die ædis ejus in Aventino conſecrata eſt.

Paulus. Quinquatrus feſtivus dies dictus, quod poſt diem quintam Iduum celebraretur, ut triatrus, & ſexatrus, & ſeptimatrus, & decimatrus.

## Notæ.

*Quid niſi.*] Pro quid ni. *Ni* enim decurtatum ex *niſi*, quod eſt pro *ſi non*.

*Quietalus.*] A quiete quod ibi mortui quieſcant. MSS. habent *quietalis*. *Dacerius.*

*Qui hoc cenſetis.*] Hæc verba dicebantur in Senatu ab eo magiſtratu, qui retulerat aliqua de re ad Senatum, ut per diſceſſionem Senatus conſultum faceret. Cic. lib. 1. epiſt. 2. *de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Vide Gell. lib. 14. cap. 7. *Ant. Auguſtinus.*

*Qui hoc cenſetis.*] In Senatus conſulto per diſceſſionem faciendo moris erat ut conſul aut is qui cum inſignibus imperii vel lictoribus erat, cum qua de cauſſa Senatum convocaret, retuliſſet, his verbis ſententias rogaret. QUI HOC CENSETIS, ILLUC TRANSITE: QUI ALIA OMNIA IN HANC PARTEM. Ominis autem cauſſa ita loquebatur, *qui alia omnia*, ne diceret, *qui contrarium*. Vel, qui aliter cenſetis, quod tamen ipſum ſignificat, ſed CONTRARIUM vel ALITER ut mali ominis verbum fugiebat. Hinc illud Hirtii lib. 8. de bello Gallico: *Diſceſſionem faciente Marcello, Senatus frequens in alia omnia tranſiit.* Fuſe hunc morem explicat Plin. epiſt. 14. lib. 8. Quid? lex non aperte docet dirimi debere ſententias, quum ita diſceſſionem fieri jubet: QUI HÆC CENSETIS, IN HANC PARTEM: QUI ALIA OMNIA, IN ILLAM PARTEM ITE QUA SENTITIS?

*Quincentum.*] Ut *ducenta*, *trecenta*, *ſexcenta*. Sed poſtea quia poſt *n* male ſonat *c*, *εὐφωνίας* cauſſa *c* in *g* mutatum & quingentum dici cœptum eſt. *Dacerius.*

*Quinquatrus.*] Pro *qui fere his*: ſcribe *quibus feria*: vel *qui feriis*. Viden. Varro lib. 5. Ovid. lib. 3. Macrob. lib. 1. *Ant. Auguſtinus.*

*Quinquatrus.*] Cave ſentias cum iis, qui mutandum cenſent. *qui fere his*, in. *quibus feria.* Nihil enim facilius hac lectione. *Joſ. Scaliger.*

*Quinquatrus.*] Unicus tantum dies Minervæ ſacer, ſic dictus quod eſſet poſt diem quintum idus Menſis Martii. Ut *triatrus* poſt tertium, poſt ſextum *ſexatrus*. Varr. lib. 5. *Quinquatrus hic dies unus à nominis errore obſervatur, proinde ut ſint quinque, dictus ab Tuſculanis. Poſt diem ſextum eidus ſimiliter vocatur ſexatrus, & poſt diem ſeptimum ſeptimatrus. Sic hic quod erat poſt diem quintum eidus, quinquatrus.* Aliter tamen Ovid. 3. Faſt.

*Una dies media eſt & fiunt ſacra Minervæ*
*Nominaque à junctis quinque diebus habet.*
*Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro.*
*Cauſſa, quod eſt illa nata Minerva die.*
*Altera, treſque ſuper ſtrata celebrantur arena,*
*Enſibus exſertis bellica læta dea eſt.*

Quare, ut diſcrimen illud componatur, dicendum puto, primis temporibus unicum tantum diem feſtum fuiſſe & dictum, *Quinquatrus*: poſtea vero in plures prolatum eoſque dictos *quinquatres* & *quinquatria*. Sic *panathenæa*, quæ ſunt Romanorum quinquatria, initio uno tantum die celebrata. Deinde pluribus. Fuere & aliæ quinquatrus idibus Juniis dictæ *Minuſculæ quinquatrus*. Vide *Minuſcula*. In verbis Feſti pro *qui fere his celebrantur*, legebat vir doctiſſimus, *quibus feriæ celebrantur*. Sed nihil mutandum, ut optime monuit Scaliger, nihil enim facilius hac lectione. Ait Feſtus quoſdam exiſtimare Quinquatrus dictas à numero dierum qui in his quinquatribus celebrabantur, id eſt, exigebantur, frequentabantur, &c. *Dacerius.*

Quin-

Quinque genera ſignorum obſervant augures, ex cælo, ex avibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris.

Quinq*ue genera ſignorum obſervabant* augures publici: *ex cælo, ex avibus, ex tripudiis,* ex quadrupedibus, ex d*iris, ut eſt in Auguralibus.* FESTUS.

Quinquertium vocabant antiqui, quem Græci πένταθλον, ut indicat verſus hic: Omnis æqualis vincebat quinquertio. Livius quoque ipſos athletas ſic nominat. Quinquertiones præco in medium vocat.

Quinq*uennales cenſores appella*bantur, qui luſtrum con*derent quinto quoque anno, à quo nomin*ari cœptos.

Quinquertium Græci vocant πένταθλον, quo die quinque genera artium ludo exercebantur. ipſos quoque athletas Livius quinquertiones appellat. PAULUS.

Quintana appellabatur porta in caſtris poſt prætorium ubi rerum utenſilium forum fuit.

*Quint*anam claſſem *ait Verrius dictam, quod in ea Serv. Tullius* Rex diſtributa *capite Cenſorum multitudine quinque* fecit, cum eas or*dinavit, hanc autem afferri cau*ſam FESTUS.

## NOTÆ.

*Quinque genera.*] *Obſervant*, puto mutandum in *obſervabant*. *Ful. Urſinus.*

*Quinque genera.*] *Ex cælo* ſervare dicebantur augures cum aëris ſtatum contemplabantur an aliquid infauſti ominis oboriretur. *Ex avibus* cum eorum cantum ſive volatum obſervabant. *Ex tripudiis*, cum offa ex ore pullorum, ſive alicui quid, quod ſonitum faceret, cadebat. *Ex quadrupedibus*, cum ſe quadrupedes oſtendebant, quæ auſpicia dicebantur *pedeſtria*. *Ex diris*, cum diri aliquid apparebat, veluti ſtrepitus cum fremitu: ut apud Cicer. Orat. de haruſpicum reſponſ. *Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu, exauditus in agro propinquo & ſuburbano ſtrepitus quidam reconditus & horribilis fremitus armorum, de ea re ſcriptum eſt poſtulationes eſſe Jovi, Saturno, Neptuno, Tulluri, Diis Cæleſtibus, &c.* Item cum victimæ ex aris fugiebant, cum in extis cor aut caput in jecinore non fuiſſet, quæ *peſtifera auſpicia* dicebantur. Vide *peſtifera*. Fuere & alia auſpiciorum genera veluti auſpicium ex anguibus & piſcibus. Auſpicium ex fulgure, fulmine, tonitru. Auſpicium ex acuminibus, id eſt ex telorum ſuperis ac inferis cuſpidibus. Auſpicium ex peremnibus, cum Duces ſive Magiſtratus amnes auſpicato tranſeunt. Auſpicium juge, quod ex juncto jumento. De quibus omnibus ſingulatim alibi.

*Quinquertium.*] A quinque artibus quibus exercebantur. Vide *Pentathlum*. *Dacerius.*

*Quinq.*] Quinquennales cenſores appellabantur, qui luſtrum condebant quinto quoque anno, à quo ita appellari cœptos. *Joſ. Scaliger.*

*Quinquennales cenſores.*] Vid. Liv. 4. 8. Quinto quoque anno creati, quia ſingulo quinquennio populus cenſebatur & luſtrabatur. Nam proprie condere luſtrum dicebantur Cenſores cum poſt cenſionem populum ſuovetaurilibus luſtrabant. Vide Liv. 6. 8. in quinque annos creati quia ſingulis luſtris populus cenſebatur.

*Quintana.*] Atqui Quintana porta nulla fuit. Sed pars fori ipſius quod poſt Prætorium & Quæſtorio fuit additum, *Quintana* dicebatur, ſive adeo forum ipſum ſubaudita voce *via*. Quare legendum cum Lipſio. *Quintana appellabatur pars in caſtris*: vel ſimpliciter: *appellabatur in caſtris*. Poteſt etiam & : *Quintana via appellabatur in caſtris*, &c. Nam *porta* nomen additum à Paulo. Livius lib. 41. *Prætorio dejecto direptis quæ ibi fuerant, ad Quæſtorium Quintanamque hoſtes pervenerunt*, &c. Iſidor. lib. 15. cap. 2. *Quintana pars plateæ quinta eſt, qua carpentum progredi poteſt.* Ad hujus ſimilitudinem Quintanam Nero inſtituiſſe dicitur. Sueton. cap. 26. *Tabernulas etiam effringere & expilare, Quintana domi conſtituta, ubi parta & ad licitationem dividenda prædæ pretium aſſumeretur.* Non aliud igitur Quintana quam via latior in uſum fori à metatione agrorum invento nomine, ut in porta Decumana etiam factum. *Dacerius.*

Poſt *Quintana.*] Quintanam claſſem eſſe eam, in qua Serv. Tullius diſtribuit ultimæ claſſis viros. quinque enim fecit, cum eas ordinavit. Cauſam, cur capite cenſi dicantur, eſſe eam, quod nihil præter ſe haberent, ſuumque caput, quo cenſerentur. Refertur poſtea Lucillii, vel Cæcilii carmen nobis ignotum. Hæc vel his ſimilia Pompeius. Vide Gell. lib. 16. cap. 10. præter Dionyſ. & Livium. *Ant. Auguſtinus.*

*Quintanam claſſem.*] Quod ait hic Feſtus Quintanam claſſem dictam in qua capite cenſorum multitudo à Servio rege diſtributa, id ego alibi me legere non memini, nam proletarii & capite cenſi, in ultimam claſſem, quæ ſexta fuit, conjecti. Vide *Proletarii*. Verſus Lucilii quem Feſtus laudabat,

de capite *cenſorum nomine*, *quod ii quo cenſerentur nihil præter ſe haberent*, *ſinumque caput*. *Luc*ilius ſic meminit, quod. . . . . . . . . . . . . . . . . adeptus.

PAULUS. Quintia prata trans Tiberim à Quintio Cincinnato, cujus fuerant, dicta ſunt.

FESTUS. *Quintia prata dicta ſunt à Quinto Cincinato*, *qui* ſibi, *damnato filio*, *venditis omnibus quatuor jugerum* agrum *trans Tiberim paraverat*, *quem agrum colentem* ſen*atus Dictatorem*, *per Viatorem*, *ſalutavit* Cincinnatum, *qui re bene geſta acto triumpho*, *ad privata negotia confeſtim rediit*, *depoſita Dictatura*, pecu*ariamque rem & agrariam exercens Romanis ipſis æmulationi fuit* . . . . . . . . . . . . . . . . . vos . . . quod eo.

*Quintiliani Luperci* appel*lati videntur à Quinctilio*, *qui præpoſitus eſt* Lup*ercis : ut à Fabio Fabiani dicti ſunt. item* Luperci, *quib. is præpoſitus fuerit. fuiſſe autem* Romuli *temporib. inſtitutos utroſque*, *& Fabianos*, & Quinct*ilianos*, *multi ſunt qui exiſtimant.* quorum nu*merum poſtea ſæpe auctum fuiſſe*, *quia* honoris gratia *multi in Lupercis adſcribebantur.*

Quintipor ſervile nomen frequens apud antiquos erat, à prænomine domini ductum, ut Marcipor, Caipor. quamvis ſint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent.

PAULUS. Quintipor ſervile nomen frequens apud antiquos, à prænomine domini dictum, ut Marcipor, ſcilicet à Quinto, & Marco.

FESTUS. Qui patres, qui conſcripti vocati ſunt in curiam, quo tempore Regibus urbe expulſis, P. Valerius Conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum centum & ſexaginta & quatuor, ut expleret numerum ſenatorum trecentorum. & duo genera appellata ſunt.

Quippe ſignificare quid ni, teſtimonio eſt Ennius libro 4. Quippe ſolent reges omnes in rebus ſecundis. Idem lib. 16. Quippe vetuſta virum non eſt ſatis bella moveri. Ita alii complures.

PAULUS. Quippe ſignificat quid ni.

FESTUS. Quirina tribus à Curenſibus Sabinis appellationem videtur traxiſſe.

## NOTÆ.

dabat, mihi ignotus neque extat hodie. *Dacerius.*

*Quintia prata.*] Liv. lib. 3. Spes unica imperii populi Ro. L. Quintius trans Tiberim contra eum ipſum locum, ubi nunc Navalia ſunt, quattuor jugerum colebat agrum, quæ Prata Quintia vocantur. &c. Quæ de Lupercis Romuli tempore dicuntur ad Quinctilianos, & Fabianos, ut arbitror, pertinent. de quibus idem Feſtus verbo Fabiani. & Ovid. lib. 2. Faſtor. qui eos Fabios, & Quinctilios Lupercos appellat:

*Riſit & indoluit Fabios portuiſſe, Remumque*
*Vincere : Quinctilios non potuiſſe ſuos.*

*Ant. Auguſtinus.*

*Quintia prata.*] Liv. lib. 3. ſect. 26. *Spes unica imperii populi Romani L. Quintius, trans Tiberim, contra eum ipſum ubi nunc navalia ſunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur.* Locum adi. *Viatorem* autem hic vocat Feſtus Præconem, Legatum. Vide *viatores.* Quæ in fine deſunt non ſat poſſum conjicere.

*Quintiliani Luperci.*] Vide Fabiani.

*Quintipor.*] Pro παῖς puer Dores dicebant πῶρ. Unde *Quinctipor*, *Marcipor*, *Caipor*, *Lucipor.* Hoc eſt, Quincti, Marci, Caii, Lucii puer, id eſt, ſervus. Nam Græci παῖδας, ut Latini *pueros*, ſervos dicebant, quomodo etiam & Galli dicunt *garçon. Dacerius.*

*Qui patres.*] Hæc ſub littera P. ſcribi debuerunt. Vide *Adlecti. Ant. Auguſtinus.*

*Qui patres.*] Vide *adjecti* & *conſcripti.*

*Quippe.*] Tamen in verbis Ennii quæ Feſtus ad exemplum adducit *quippe* non *quid ni* ſed *quoniam* ut ſæpe. Neque unquam *quippe* pro *quid ni* ſcriptum reperias. Sed *quippe ni.* In ultimo verſu Ennii pro *moveri* Merula legit *movere.*

*Quirina tribus.*] Cujus meminit Cicero pro Quinctio. *Dacerius.*

*Qui-*

Digitized by Google

Quirinalia menſe Februario dies, quo Quirini fiunt ſacra. idem ſtultorum feriæ appellantur, (ante, quam in eum commigrarent fere Sabini Curibus venientes poſt fœdus inter Romulum, & Tatium) quod quidem ſuorum fornacalium ſacrorum cognominant, eo potiſſimum rem divinam faciunt.

Quirinalia, dies, quo Quirino fiebant ſacra. eadem & ſtultorum feriæ ſunt appellata. PAULUS.

Quirinalis collis dictus eſt, quia in eum commigraverunt Sabini Curibus venientes. quamvis alii à templo Qurini dictum putent.

Quirinalis collis, qui nunc dicitur, olim Ægonus appellabatur ante, quam in eum commigrarent (fere) Sabini Curibus venientes poſt fœdus inter Romulum, & Tatium ictum, à quo hanc appellationem ſortitus eſt: quamvis exiſtiment quidam, quod in eo factum ſit templum Quirino ita dictum. FESTUS.

Quirinalis porta dicta, ſive quod ea in collem Quirinalem itur, ſive quod proxime eam eſt Quirini ſacellum. PAULUS.

*Quirinus ex hac cauſa Romulus eſt appellatus, quod curi id eſt haſta uteretur à qua Romani eo nomine Romulum appellaverunt.* FESTUS.

*Quirinalis porta eadem qua & Collina dicebatur* ut legimus *apud antiquos ſcriptores.* poſitum autem *unius nomen pro alterius nomine reperitur, quod* initio *ita conjunctæ fuerunt, ut unam tantum fuiſſe* quaſi id ſuffragetur: *quam ideo nominari ait Collinam* Santra *proxime eam quod Collis Quirina*lis eſt. Portam *rurſum Quirinalem ideo ap*pellant, ſive quod *ea in collem Quirinalem itur, ſive* quod proxime eam ſacel*lum eſt Quirini, unde, ut videtur* uſurpatio facta, *& duplex nomen uni eidemque rei im*poſitum eſt.

## NOTÆ.

*Quirinalia.*] Semicirculis incluſa, ſunt in veteri libro repetita ex eo capite, cujus initium eſt *Quirinalis collis:* quæ vero de fornacalibus dicuntur, videntur eſſe mendoſa. Ovidius ait Fornacalia non eſſe ſtata ſacra, ſed tamen eo die curiarum nomina in foro certis locis notari, in quibus cum ſæpe ſtulte quidam nomina ſuarum curiarum ignorantes, in alienis curiis ſacra facerent, ideo ſtultorum ferias dictas eſſe. Varro lib. 5. *Quirinalia à Quirino, quod ei deo feria, & eorum hominum, qui Fornacalibus ſuis non fuerunt feriati.* Adde Plutar. in problem. Emendandum igitur erit ſic: *quod quidam ſuorum fornacalium ſacrorum ignari, eo potiſſimum die rem divinam faciunt.* Vide *Stultorum. Ant. Auguſtinus.*

*Quirinalia.*] Confuſus ac corruptus locus ita ſuo ordini, ac nitori reſtituetur: *Quirinalia menſe Februario dies, quo Quirino fiunt ſacra. idem ſtultorum feria appellatur, quod quidam, qui ſuorum Fornacalium ſacra Roma ignoraverant, eo potiſſimum rem divinam faciunt.* Addit *Roma*, quia Curiarum feſta erant, & à Curione Maximo indicebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Quirinalia.*] Quæ ſemicirculis incluſa ea repetita ſunt è capite *Quirinalis* infra. Poſt quod iſtud continuo in ſchedis ſequebatur. reliqua fœdata ſunt, Locus igitur integer ita reſtituendus ex Scalig. *Quirinalia menſe februario dies, quo Quirino fiunt ſacra. Idem ſtultorum feria appellantur, quod qui diem ſuorum fornacalium ſacrorum ignoraverant, eo potiſſimum rem divinam faciunt.* Quirinalia erant 13. Calendas Martias. eadem ſtultorum feſta. Ovid. 11. Faſt.

> *Lux quoque cur eadem ſtultorum feſta vocetur*
> *Accipe, parva quidem cauſſa, ſed apta ſubeſt.*

Deinde cauſſam exponit & in fine.

> *Stultaque pars populi quæ ſit ſua curia neſcit,*
> *Sed facit extrema ſacra relata die.*

Sed juvabit locum ipſum adire. Vide & infra: *ſtultorum feriæ. Dacerius.*

*Quirinalis collis*] Vide Agonium. Varro lib. 4. *Collis Quirinalis, ubi Quirini fanum, qui à Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam: quod ibi habuerunt caſtra. quod vocabulum conjunctarum regionum nomina obliteravit. Ant. Auguſtinus.*

*Quirinalis.*] Prius dicebatur *Agonus.* vide *Agonium.* Sed poſt receptos Quirites id eſt Sabinos, *Quirinalis* dictus, ſive à templo Quirini quod Plebs ei in cœlum relato in eo colle dedicavit. Ovid. 11. Faſt.

> *Templa Deo faciunt, collis quoque dictus ab illo eſt.*

*Quirinus.*] Vide *Curis.*

*Quirinalis porta.*] Verum eſt Portam Collinam & Quirinalem eſſe unam & eandem à colle Quirinali di-

Quirites, *dicti Sabini à Curi dea*, *cui* aqua & vino *ſacra facere ſoliti erant.* *quos* tamen quid in curiis *dictos*, *volunt*, *in quibus ab* his ei ſacra fiant; *cui opinioni Verrius adverſ*atur. ab ejuſdem *autem deæ nomine videntur item* Cures Sabinæ *haſtæ appellatæ*, *quibus ea gens* armis erat potens. *nunc & Sabini & Romani Po*puli ſingulare uſur*patur nomen*, *ut inditio* eſt præco, qui in funeris *indictivis ita pronuntiare ſolet.* Illus. Quiris leto datus. Quirites autem dicti poſt fœdus à Romulo & Tatio percuſſum, communionem, & ſocietatem populi factam indicant.

Quiritium foſſæ dicuntur, quibus Ancus Marcius circumdedit urbem, quam ſecundum oſtium Tiberis poſuit, ex quo etiam Oſtiam. & quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium.

PAULUS. Quiritium foſſæ dictæ, quod eas Ancus Marcius, cum urbem circumdedit Quiritum opera fecit.

Quiſpiam ſignificat aliquem. ſed unde ſequens pars ejus uſurpari cœperit, inveniri non poteſt.

FESTUS. Quiſpiam quin ſignificet aliquis, & quæpiam, aliquæ, ſimiliterque alia ejuſdem generis, ut dubium non eſt, ità unde ſequens pars ejus cœperit, inveniri non poteſt.

Quiſquiliæ dici putantur, quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumve cadit, velut quidquid cadit. Cæcilius: Quiſquilias volantis venti ſpolia memoranti modo. & Novius in Togularia: abi deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ, quid eſt?

## NOTÆ.

dictam. Eadem & agonia ſive agonenſis ab eodem colle. Hodie *ſalaria* dicta. In Schedis ultima linea *qui . . . . . . . . . dere fertur* neſcio an ſit hujus loci.

*Quirites dicti.*] Lege infra: *Quos tamen quidam à curiis.* Item in fine *in funeribus indictivis.* Et: *ollus Qurris leto*, &c. Vide *indictivum.* Quirites autem non à Curi, neque à curis, ſed à Curibus dicti *Curites*, *Quirites*, & inde etiam Dea *Curis* ſive *Quiris*, & curis haſta ut jam ſupra.

*Quiritium foſſa.*] Ait Feſtus Quiritium foſſas dictas quibus eam urbem Ancus Martius circumdedit quam ad Tiberis oſtium poſuit, ex quo etiam Oſtiam vocavit. Verum auctor de viris illuſtribus non circa Oſtiam ſed in ipſa urbe Roma factas eas dicit: Et non à Martio ſed à Tarquinio Superbo: *Locos*, inquit, *in Circo & Cloacam maximam fecit ubi totius populi viribus uſus eſt, inde illæ foſſæ Quiritium ſunt dictæ.* Sed à Feſto facit Liv. lib. 1. ſect. 33. *Quiritium quoque foſſa, haud parvum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt.*

*Quiſpiam.*] Ait Feſtus Quiſpiam ſignificat aliquis, ſed inveniri non poteſt unde ultima pars ejus vocis, id eſt, *piam*, facta ſit. Nimirum non meminerat Feſtus Oſcos dixiſſe *piam* pro *quam*, ut *pirpit* pro *quidquid.* Et inde *quiſpiam*, quiſquam, *nuſpiam*, nuſquam, *uſpiam*, uſquam. *Dacerius.*

*Quiſquiliæ.*] Cæcilii verſum trochaicum ita lege:

*Quiſquilias volantis venti ſpolia memoras. i modo.*

Ita ſolet in Comœdiis. Cum ſermonem alicuius non curat quis, dicit, logos, quiſquilias, floccos, loqueris. abi. In Truculento:

*Campas dicis: abi, abi. conſultavi iſthuc.*

De quo ad Plautum plura. Item verſum Nævii.

*Abi, abi deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ.*

*Quiſquiliæ* ſingulariter. *homo non quiſquiliæ*, ut, homo non nauci. *Joſ. Scaliger.*

*Quiſquiliæ.*] Iſidorus in Gloſſ. *Quiſquiliæ ſurculi minuti, quiſquiliæ frumentorum purgamenta, vel palea eventata.* Feſtus ait vocem factam à *quidquid.* Julius Scaliger à *quiſque* & proprie ſic dici τὸ τυχὸν quidquid obvium. Alii per tranſpoſitionem à σκύβαλα quod idem notat, unde Gloſſ. *Quiſquiliæ σκύβαλα.*

*Cæcilius quiſquilias.*] Cæcilii verſum trochaicum ita lege.

*Quiſquilias volantis venti ſpolia memoras, i modo.*

Ita ſolet in comœdiis, cum ſermonem ailcujus non curat quis, dicit, logos, quiſquilias, floccos loqueris, abi: in Truculento.

*Campas dicis: abi, abi. conſultavi iſtuc.*

De quo ad Plautum plura. Item verſum Nævii:

*Abi, abi deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ.*

Quiſ-

Quiſquiliæ putantur dici quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumque cadit, velut quidquid cadit. . . . . . . . . . . PAULUS.

Quod ſignificat etiam aliquid, præterquam quod in uſu fere eſt, & Græci dicunt τί . . . . . . . . .

*Quod ſignificat* etiam aliquid, præter *quam quod in uſu fere eſt & Græci* dicunt τί. FESTUS.

Quoniam ſignificat *non ſolum id quod, quia, ut ait Verrius* apud antiquos, *ſed etiam id quod poſtquam, hac ſcili*cet de cauſa, *quod Græcum* ἐπεὶ utriuſque ſignificationem *obtinet.*

Quoniam ſignificat non ſolum id, quod quia, ſed etiam id, quod poſtquam, hac de cauſa; quod Græcum ἐπεὶ utriuſque ſignificationem obtinet. PAULUS.

Quot ſervi, tot hoſtes, in proverbio eſt. de quo Sinnius Capito exiſtimat errorem hominibus interveniſſe præpoſtere plurimis enuntiantibus, vero enim ſimilius eſſe dictum initio, Quot hoſtes, tot ſervi. tot captivi fere ad ſervitutem adducebantur. unde etiam mancipia, nec . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

san . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ser . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
epti. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ruti . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
gia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
turbat . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
rent . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
uncia. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Sinn*ius Capito*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ut peri*bant*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *be*.
nificæ *virtutis* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
omnibus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *an*.
cillæ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Quiſquilia* ſingulariter, *homo non quiſquilia*, ut, *homo non nauci*, Scaliger. In verſu Nævii nihil mutandum, ſeparandæ tantum ſunt voces:

*Abi deturba te ſaxo homo non quiſquilia, quid eſt?*

*Deturba te ſaxo* idem eſt quod *abi in malam rem*, *male pereas*, & ſimilia quæ in comœdiis uſurpantur.

*Quod.*] Lege *quid* ut in al. *Quid*, aliquid, ut *quod*, *aliquod*. Attius:

*Ita dum interruptum credas nimbum volvier,*
*Dum quod ſublime ventis expulſum rapi*
*Saxum, aut procellis* —— —— ——

*Dum*, id eſt, *interdum*. *Quod*, *aliquod*. *Quis* autem & *quid* à τὶς & τί. Mutato τ in q more Dorum qui pro πότε dicunt πόκα.

*Quoniam ſignificat.*] Ait Feſtus Latinis quoniam ſignificare *quia* & *poſtquam* ut Græcis ἐπεὶ, & verum eſt. Prioris ſignificationis exempla cuilibet obvia, poſterioris minus nota. Quare apponam unum & alterum. Plaut. Aſin.

*Quid nunc? quoniam ambo, ut eſt lubitum, nos deluſiſtis, datiſne argentum.*

Idem in Prolog. Aulul.

*Is quoniam moritur, ita avido ingenio fuit,*
*Numquam indicare id filio voluit ſuo.*

Quoniam autem à *quom* & *jam*. *Dacerius*.

*Quot ſervi.*] Quid Feſtus addiderit ſententiæ relatæ Capitonis nobis non conſtat: tamen probabilius videtur id eſſe dictum, ut caveremus à ſervis. quos certum eſt hoſtes nobis fuiſſe. Hoc proverbium arrogantiſſimum appellat Macrob. lib. I. Satur. & addit, *non habemus illos hoſtes, ſed facimus, cum in illos ſuperbiſſimi, contumelioſiſſimi, & crudeliſſimi ſumus. Ant. Auguſtinus.*

*Quot ſervi tot hoſtes.*] Hos hiatus nemo opinor expleat niſi qui meliorem codicem nanciſcatur. Nihil juvant Schedæ. Proverbium iſtud agnoſcit Macrob. lib. I. Saturnal. Et arrogantiſſimum appellat additque. *Non habemus illos hoſtes, ſed facimus,* *cum*



Digitized by Google

. . . omnibus un . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . me part . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . re
gula ſeu . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . ſaltus fixa. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ferendum qui . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*eum in illos ſuperbiſſimi, contumelioſiſſimi, & crudeliſſimi ſumus.* Cur autem exiſtimaverit Sinnius Capito illud præpoſtere à multis enunciatum fuiſſe. & initio dictum *quot hoſtes tot ſervi* ſatis mirari non poſſum. Nam *quot ſervi tot hoſtes* rectum eſſe & antiquiſſimum nullus opinor dubitabit, qui meminerit antiquiſſimis illud temporibus uſurpatum. Audi Prophetam Oz. cap. 7. *ἐχθροὶ πάντες ἀνδρὸς, οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Hoſtes omnes hominis quicumque in domo ejus.* Idem uſurpavit poſtea Servator noſter, Matth. 10. 36. *Καὶ ἐχθροὶ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ. Et hoſtes hominis domeſtici ejus. Dacerius.*



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER DECIMUS SEXTUS.*

### R.

R Pro S littera ſæpe antiqui poſuerunt, ut majoſibus, melioſibus, laſibus, feſiis, pro majoribus, melioribus, laribus, feriis. Paulus.

R duobus in compluribus orationibus, cum de actis diſſeritur etiam præſcribi ſolet, id eſt rationum relatarum, quod iis tabulis docentur judices, quæ publice data, atque accepta ſint. Festus.

Rabidus à rabie, qui morbus caninus eſt. Paulus.

*Rabidus à rabie, dictus, qui morbus caninus eſt.* Catullus *de Berecynthia & Atti. Abit in quiete* molli rabidus *furor animi.* Festus.

Rabula dicitur in multis intentus negotiis, paratuſque ad radendum quid, auferendumque. vel quia eſt in negotiis agendis acrior, quaſi rabioſus. Paulus.

*Rabula* dicitur in multis intentus ne*gotiis, paratuſque ad ra*dendum quid, auferundum*que, vel eſt ita dictus* quia acrior ſit in nego*tiis agendis, & quaſi rabioſus.* Festus.

### Notæ.

*R pro S.*] De hujus litteræ mutatione in S, ſæpe alibi dictum eſt.

*R duobus.*] R. R. actuum ſolennis apud veteres nota qua *rationes relatas* ſignificabant. Infra pro *de actis diſſeritur etiam.* Vetus Cod. *de actis diſſerti cujus etiam.* Unde viri docti: *de actis diſſeritur cujuſpiam.* Forte legendum: *de actis queiſpiam. Dacerius.*

*Rabidus.*] Catullus in Atti. *Abit in quiete molli rabidi furor animi.* Credo Feſtum legiſſe, *rabidus furor animi. Ant. Auguſtinus.*

*Rabidus.*] In verſu Catul. legunt alii, *rabidi furor animi. Dacerius.*

*Rabula.*] Invenio in Gloſſis, *Rabicula*, δημαγωγός. neſcio an bene. *Joſ. Scaliger.*

*Rabula.*] Vel à *radendo* quaſi *radula*, vel à *rabie.* Infra tamen à *rava voce*, hoc eſt, *rauca* Feſtus deduxit, ſed multo melius à *rabie.* Quod & apud Nonium legas duobus locis. *Rabula, litigioſi, à rabie dicti:* Item. *Rabula à rabie dictus eſt, quem nunc advocatum, vel cauſſarum patronum dicimus.* Niſi dicas cum Voſſio eſſe à ῥάζω, *latro.* Ut à φάω, vel φάζω, *fabula*, ſic à ῥάζω, *rabula.* Nam verius rabulam latrare dixeris quàm loqui, quare & eorum facundia canina etiam dicta. *Dacerius.*

Ggg 2 RA-

Digitized by Google

Radere *genas vetitum eſt in* lege 12. id eſt unguib. *ſcindere.*

Rapi ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit.

Rapi ſolet fax, qua prælucente nova nupta deducta eſt, ab utriſque amicis, ne aut uxor eam ſub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in ſepulchro comburendam curet, quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur.

PAULUS. Raſores fidicines dicti, quia videntur chordas ictu radere.

FESTUS. *Raſores fidicines antiqui appell*abant, *qui, ut ait Verrius, ita appellati vi*dentur, quia *radere ictu chordas videantur* artificio *quodam.*

PAULUS. Rates vocant tigna colligata, quæ per aquam aguntur, quo vocabulo interdum etiam naves ſignificantur.

FESTUS. Rate*s vocantur tigna, inter ſe colligata* quæ per aquam agan*tur quo quidem vocabulo in*terdum etiam na*ves ipſæ ſignificantur.* Afranius in Epiſtula . . . . . . . . . *vento per*culſam ratem. item *eodem nomine ſigni*ficarunt etiam re*mos, Attius in Neo*ptolemo. atque ego reper*cutio ratibus mare,* & alio loco. Sed jam pro*pellunt cæruleum ra*tes ſalum.

## NOTÆ.

*Radere.*] Cicero lib. 11. de Legibus refert in duodecim tabulis ſcriptum fuiſſe: *Mulieres genas ne radunto: neve leſſum funeris ergo habento.* Idem lib. 2. Tuſcul. *Ejulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt.* & hic nimirum eſt fletus, quem 12. tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Ex his verbis apparet Feſtum hic interpretari, quid ſit radere genas in lege 12. tab. id eſt, unguibus genas ferire, & cruentare. *Ant. Auguſtinus.*

*Radi.*] Quamvis vetitum eſſet lege 12. Tab. tamen fiebat etiam temporibus Varronis. Servius in ſchedis: *Varro dicit mulieres in exequiis, & luctu ideo ſolitas ora lacerare,* ut ſanguine oſtenſo inferis ſatis faciant. *Joſ. Scaliger.*

*Radere genas.*] Lex 12. Tabul. talis eſt. MULIERES GENAS NE RADUNTO: NEVE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO. Cic. 11. de leg. & 2. Tuſcul. Hinc Tibul. El. 1. lib. 1.

*Tu manes ne lade meos ſed parce ſolutis.*
*Crinibus, & teneris, Delia, parce genis.*

Plin. cap. 37. lib. 11. *Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant 12. tabularum interdicto radi à feminis eas vetante.* Genas Græci παρειάς. Quas in luctu lacerabant Artemidor. cap. 30. lib. 1. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς πένθεσι λωβῶνται τὰς παρειὰς οἱ ἄνθρωποι: i. *Nam in luctibus homines lacerant genas.* Sed quamvis lege vetitum eſſet, tamen fiebat etiam temporibus Varronis. Servius: *Varro dicit mulieres in exequiis & luctu ideo ſolitas ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfaciant.*

*Rapi ſimulatur virgo.*] Inde Catull. de hymenæo.

*Qui rapis teneram ad virum virginem*

Item:

*Tu fero Juveni in manus*
*Floridam ipſe puellulam*
*Matris è gremio ſuæ*
*Dedis.*

*Dacerius.*

*Rapi.*] Aliam cauſſam reddit Servius, qui adhuc latet in Bibliotheca Danielis noſtri: FACES. Servius: *quæ*, inquit, *ſolent præire nubentes puellas, corneæ ſane faces, quæ quaſi diutiſſime luceant. quas rapiunt, tanquam vitæ præſidia. Namque his qui ſunt potiti, diutius feruntur vixiſſe. Joſ. Scaliger.*

*Rapi ſolet fax.*] Aliam cauſſam reddit Servius, cur faces raperentur: *quæ*, inquit ille, *ſolent præire nubentes puellas; corneæ ſane faces, quæ quaſi diutiſſime luceant. Quas rapiunt tanquam vitæ præſidia. Namque his qui ſunt potiti, diutius feruntur vixiſſe.* Vide *facem.* Quod ait Feſtus ea face combuſta ſi vir eam comburendam curaret, uxoris mortem ſignificari, vel viri etiam ſi eam uxor ſub lecto viri ea nocte poneret. illud utique ab Hiſtoria Meleagri ſumptum videtur cujus vita è fatali quodam torre pendebat, ita ut tamdiu viveret ille, quamdiu torris incombuſtus ſervaretur. Sed eo in ignem conjecto ſic & ipſe pariter ureretur & evaneſceret. Vid. Ovid. Metam. lib. 8. fab. 4. in fine. *Dacerius.*

*Rates.*] *Rates vocant tigna colligata, quæ per aquam aguntur. quo vocabulo interdum etiam naves ſignificantur. Afranius in Epiſtula: Vento perculſam ratem. item eo nomine ſignificarunt etiam remos. Attius in Neoptolemo: atque ego repercutio ratibus mare. & alio loco: Sed jam propellunt rates ſalum.* Recte remos rates ait appellatos propter ſimilitudinem. Nam remi ſuper aquam ſublati à remigibus eam ſpeciem referunt. Propterea & ταρσοί, à Græcis non ſolum

rates,

Digitized by Google

Ratiſſima quoque ab iis quæ rata dicimus. unde etiam rationes dictæ. Cato in Q. Thermum. erga rempublicam multa beneficia ratiſſima, atque gratiſſima.

Ratiſſima quoque ab iis, quæ dicimus rata. unde etiam rationes dictæ. PAULUS.

Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, ut navis in aſſe.

*Ratitum quadrantem* Tarquinius *in libro quem inſcripſit de.* . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . & Oppius *Aurelius, dictum putat, quod* in eo & triente, *ratis fuerit effigies ut* navis in aſſe, *à qua quidem re appellatum* quoque ratitum *dicunt. Meminit trientis* ratiti Antonius, *qui ratitos ex hac cauſa dici* trientes putat, *quod ratis appellatio tertiæ parti*s aſſis ſit, quin*æ autem, aut alius partis nu*lla ſit, ſed *ſecundum numerum, ut S*extans. nec hac re ra*tem dici ſolere, niſi de ter*na: ac legibus *Numa, unam ratem triente ſi*gnificat, quod hi pe*nderentur trientes, cum* ratio cum his putaretur, *quibus ſolvendæ res* eſſent.

## NOTÆ.

rates, ſeu χελῶνη, ſed & remi ipſi dicuntur. Gloſſæ: *Ratis, ταρσός*. Idem prope innuere videtur Varro libro ſexto ad Ciceronem de Latino ſermone. ſed cum locus non ſolum corruptus, ſed mancus ſit, ut olim indicavimus, ita & reſtituemus, & ſupplebimus ex fragmentis Servianis, quæ ſunt penes Danielem noſtrum: *Ratis dicta navis longa propter remos:* quod hi ſupra *aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas rates efficere videntur. Rates enim, ubi plures mali, vel trabes ſunt juncti, aqua ducuntur. hinc navicula cum remis ratiania dicuntur.* Ita Servius, quæ lectio prope manu nos ducit ad verba Feſti interpretanda. Suſpicor in verbis Varronis *Ratianias*, accipiendum pro illis, quas Gellius *ratiarias* vocat. Sic enim pedarium, & pedaneum; extrarium, & extraneum: & ſimilia utroque modo dicebant, ut alibi docuimus. Ita ut idem quoque ſit Ratianiæ, & Ratiariæ. *Joſ. Scaliger.*

*Rates vocant.*] Rates proprie quas vulgo dicimus *des traineaux*, ſed recte remos rates ait appellatos propter ſimilitudinem. Nam remi ſuper aquam ſublati à remigibus eam ſpeciem referunt, propterea & ταρσοὶ, à Græcis non ſolum rates, ſeu naves, ſed & remi ipſi dicuntur. Gloſſæ: *ratis, ταρσός*. Idem prope innuere videtur Varro lib. 6. de L. L. prout ejus locum ſic refert Servius 1. Æneid. *Varro ad Ciceronem ratis dicta navis longa propter remos. Quod hi ſupra aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas rates efficere videntur. Rates enim, unde hoc tranſlatum, ubi plures mali, vel trabes juncti, aqua ducuntur. Hinc navicula cum remis ratiania.* Ita Servius. Et optime Scaliger ratianias, ratiarias interpretatur. Rates autem & naves dictas pueris notum eſt. Ponam tamen locum Martialis quia eget emendatione. is eſt ex Ep. 66. lib. 4.

*Nec merſa eſt pelago nec fluit ulla ratis.*

Lege certiſſima emendatione.

*Nec merſa eſt pelago, nec fluvio ulla ratis.*

*Ratiſſima.*] Hoc eſt, certiſſima, à *ratus*, certus, firmus, unde *ratio* quod certa ſit. *Dacerius.*

*Ratitum.*] In Feſti verbis multa egent interpretatione. De Tarquinio, & Oppio nihil habeo, quod ſcribam. De Antonio poſſum referre, quod Plinius ait lib. 33. cap. 9. *Miſcuit Antonius Triumvir ferrum argenteo denario, miſcuit æri falſa moneta.* Viden. idem Plin. cap. 3. ejuſdem libri. *Ant. Auguſtinus.*

*Ratitum.*] Infra: *Ratitum quadrantem ſignavit Tarquinius Rex. quem.* . . . . . . *& Opilius Aurelius dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, ut navis in aſſe, unde Lucilius quadrantem quoque ratitum vocat, cum ait* ——— *quadranti' ratiti. Antonius ratitos dici trientes putat, quod ratis appellatio tertiæ partis aſſis ſit, quinæ aut alius partis nulla ſit, ſed ſecundum numerum, ut Sextans. nec hac re ratem dici niſi de terna. ac legib. Numa unam ratem trientem ſignificat, quod hi penderentur, cum ratio cum his putaretur, quibus ſolvendi eſſent.* Plinius ait ſignatum æs primum à Servio rege, hoc eſt aſſem. unde claſſes ex cenſu aſſium ab eodem definitæ. Poſt illum videtur Tarquinius Superbus æris portiones ſignaviſſe, hoc eſt, aſſis portiones, trientes & quadrantes, quantum ex hoc loco conjicere poſſumus. Nam antea eadem æris non ſignati æſtimatio, ut poſt ſignati idem pondus. unde in legibus Numæ ratem id valuiſſe nondum ſignato ære idem, quod poſtea ſignato, hoc eſt tertiam partem æris. Locum Lucillii, quem non dubium eſt hic citari à Feſto, ſupplevimus ex Varrone. Antonius eſt nobilis Grammaticus præceptor Ciceronis, cognomine Cnipho, quod Græcum eſt κνίπων, non enim intelligitur de illo Antonio, qui miſcuit ferrum argenteo denario, quod video placuiſſe doctiſſimis viris. niſi pro Antonius malimus Artorius. quod valde placet. Præclara eſt & docta illius viri opinio, apud veteres etiam nondum ſignato ære, ratem ſignificaſſe tertiam portionem æris: unde in legibus Numæ quod ſcriptum erat UNAM RATEM, id ſignificabat unum trientem: quod ſcilicet trientibus

Ratumena porta à nomine ejus appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor Etruſci generis juvenis Veiis conſternatis equis excuſſus Romæ periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam pervenirent in Capitolium, conſpectamque fictilium quadrigarum, quæ erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani Veienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt receperatæ: quia in fornace adeo creverant, ut eximi nequirent. idque prodigium portendere videbatur, in qua civitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam.

PAULUS. Ratumena porta à nomine cujuſdam aurigæ ſic appellata.

Ratus ſum, ſignificat putavi, item ratus, certus, & firmus.

FESTUS. Ratus ſum, ſignificat putavi, ſed alioqui pro firmo, certo ponitur ratus, & ratum. Ennius: Occiduntur, ubi potitur ratus Romulus prædam. & Attius in Menalippo: neque ratum eſt, quod dicas, neque quæ agitas, diſcendi eſt locus.

## NOTÆ.

tibus ratio putaretur, & trientes ſolverentur quibus ſolvenda res erat. Inſignis ſane hic eſt locus, quem ſi, ut alios, non iiſdem Feſti verbis reddidimus, at id ſenſiſſe auctorem nemo eſt, qui, ſi paullo mentis oculos adjiciat, clare ac perſpicue id cernere non poſſit. *Joſ. Scaliger.*

*Ratitum quadrantem.*] Optime Scaliger pro *Oppius Aurelius*, legebat *Opilius Aurelius.* Sed male idem pro *Tarquitius*, Tarquinium regem ſubſtituebat: Nam hic aperte *Tarquitium grammaticum* nominari fidem faciunt ſchedæ. Quod autem de quadrante ratito ex Tarquitio & Aurelio Feſtus refert id omnino firmatur ex Plin. lib. 33. cap. 3. *Nota æris, hoc eſt, aſſis, fuit ex altera parte Janus geminus: ex altera roſtrum navis, in triente vero & quadrante rates.* Quanquam Varro lib. 4. de L. L. quadrantem ratitum dictum tradidit, quod iis ſolveretur qui ratibus tranſibant. *Dacerius.*

*Ratumena.*] Lege: *in conſpectum quadrigarum.* Feſto non convenit cum Plutarcho in Poblicola. Plutarchus poſtea redditas quadrigas fictiles ait. Feſtus antequam hæc acciderent, bello repetitas. *Joſ. Scaliger.*

*Ratumena porta.*] Ratumenna auriga fuit, qui cum in ludis Circenſibus excuſſus fuiſſet, equi ejus cum corona & palma in Capitolium pervenerunt, ſedemque ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt ut porta per quam intraverant Ratumena diceretur. Solin. cap. 45. *Excuſſo quoque auriga quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga proſiluit, nec ante ſubſtitit, quamlibet obviis occurſibus impedita, quam Tarpeium Jovem terna dextratione luſtraret.* Sed non video cur Solinus prætermiſerit, quod in miraculo præcipuum, nempe ludicrum illud certamen Veiis actum fuiſſe, unde excuſſo auriga, qui poſtea Romæ periit, recta ad Capitolium quadriga pervenit. ſane illud non prætermiſit Plinius: *Majus auguriorum apud priſcos*, inquit, *plebis Circenſibus excuſſo auriga in Capitolium cucurriſſe equos, eademque ter luſtraſſe.* Deinde addit. *Maximum vero eodem perveniſſe à Veiis cum palma & corona effuſo Ratumenna, qui ibi vicerat.* Ratumena porta eadem aliis nominibus *Carmentalis*, *Tarpeia*, *Scelerata*, & *Vejentana dicta.*

*Conſpectamque fictilium quadrigarum.*] Lege: *conſpectumque fictilium quadrigarum.* Harum quadrigarum fictilium meminit Plin. lib. 28. cap. 11.

*Quæ bello ſunt reciperatæ.*] Feſto non convenit cum Plutarcho in Poplicola. Plutarchus poſtea redditas quadrigas fictiles ait. Feſtus antequam hæc acciderent bello repetitas.

*Quia in fornace adeo creverant.*] Idem narrat Plin. lib. 28. cap. 11. In oſtentis autem & ſomniis omnia majora & auctiora videre lætum ac proſperum judicant aruſpices & oneirocritæ. E contra triſte oſtentum eſt, ſi qua res ſolito minor & tenuatior defectiorque apparet. Sic Perdiccæ uni ex Temenidis quum apud regem Macedoniæ ovibus paſcendis operam ſuam locaſſet, panis qui ejus nomine coquebatur, in furno duplo major factus, regnum Macedoniæ attulit. E contra, *Præneſtina ſortes extenuatæ*, apud Liv. pro malo oſtento habitæ ſunt Liv. lib. 22. 1. & lib. 21. 62. Idem de ſomniis judicium apud veteres interpretes. Membrum aliquod aut aliud quodcumque per quietem ſolito majus & auctius viſum læta ſignificat: Contractum & emaciatum contraria. Eodem pertinent ſeptem opimæ vaccæ & ſeptem macie defectæ quas è flumine aſcendentes vidit Rex Ægyptius. Vide Artemidorum & alios ſcriptores oneirocriticon. Salmaſ. in exercit. Plin.

*Ratus ſum.*] A *reor*, puto, exiſtimo. Item *ratus*, certus, unde *ratiſſima*. vide ſupra.

*Occiduntur, ubi.*] Legebat Scalig.

*Occiduntur ibei, potitur ratu' Romulus prædam.*

Sed melius in fragmentis, quæ ab Gul. Fornerio.

*Occiduntur, ibus potitur ratu' Romulu' prædam.*

Sequebatur.

Di-

Digitized by Google

Rava vox rauca, & parum liquida, proxime canum latratum ſonans. unde etiam cauſidicus pugnaciter loquens rabula. PAULUS.

*Ravam* vocem *ſignificat, ait Verrius, raucam, & parum liquidam, proxime canum latratum ſonantem, unde etiam cauſidicus pugnaciter* loquens, *rabula appellabatur ut eſt apud* Lucilium. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *t ravilla* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *raviſtelli, niſi* ἀνάγνωσιν *potius dictos volumus ut eſt apud* Plautum, qui *ait in Aulularia ubi ſi quid* poſcamus *ad ravim poſcamus prius*, quod eſt ad raucitatem. Item *alibi* expurga*bo hercle omnia ad raucam* ravim. FESTUS.

Ravi coloris appellantur, qui ſunt inter flavos & cæſios; quos Plautus appellat raviſtellos. Quis, inquit, hæc mulier, & ille raviſtellus, qui venit? PAULUS.

*Ravi coloris, raviſtelli* appellant*ur à Plauto, qui ſunt inter flavos & cæſios* ravo ſub con. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quod genus homin*um peſſimum eſt. Idem in Epidico:* ſed quis hæc eſt *muliercula & ille raviſtellus, qui* venit? FESTUS.

Ravillæ à ravis oculis, quemadmodum à cæſiis cæſullæ. PAULUS.

Ravim anti*qui pro raucitate dicebant.* Plautus. Ubi ſi quid poſ*camus ad ravim poſcamus*. item, experjuravi herc*le omnia ad raucam ravi*m in artemone & . . . . . . . . . . . . . . *Cæcilius* in Hypolimæo. Prius *ad ravim poſcaris quam place*ntem feceris. FESTUS.

## NOTÆ.

*Diſpertit.* . . . . . . . . . . . . .

*Dacerius.*

*Rava.*] Feſtus hic, & verbo Ravim, duos verſus Plauti refert, quos etiam Nonius adfert. Alter eſt in Aulul.

> *Ubi ſi quid poſcamus, ad ravim poſcamus prius.*

Alter in Ciſtellaria: *Expurgabo Hercle omnia ad raucam ravim. Ant. Auguſtinus.*

*Ravam vocem.*] Ravus proprie de colore dicitur, quem nos vulgo dicimus *roux ardent*, quaſi *rabidus*, raviſtellus & ravaſtellus, *un rouſſeau.* Inde ad alia quævis quæ flava eſſent & matura traducta eſt vox *ravus*. Sic *frumenta rava*, id eſt, *flava*. Inde etiam *ravis*, & *rava vox*, vox rauca, cum ſcilicet ob nimiam ſiccitatem vox raueſcit. Quæ hic laudabantur è Lucilio in ejus fragmentis hodie fruſtra quæras. *Dacerius.*

*Ravi.*] Plaut. in Epidico: *Sed quis eſt hæc muliercula, & ille raviſtellus qui venit?* Vide *Gravaſtellus*, & inconſtantiam Feſti nota. *Ant. Auguſtinus.*

*Ravi coloris.*] Nota hic homines ravi coloris peſſimos omnium eſſe exiſtimatos. Sic enim & apud nos vulgo audiunt. *Dacerius.*

*Ravillæ.*] Turnebus legit, *quemadmodum à colore fuſco Sulla.* Si nobis liceret, quotieſcumque libet, omnia mutare, delere, pervertere, nemo eſſet, qui doctus eo nomine dici non poſſet. Quam enim hæc diverſa ſunt à vulgata ſcriptura? & tamen cur offenditur ea, quæ planiſſima eſt? Deinde vide quantum periclitaturus erat de exiſtimatione ſua, niſi æquiores lectores nactus eſſet, qui verba Plutarchi omnino contra ſe adduxit. Plutarchus ait dictum διὰ τὸ ἐρύθημα τραχὺ καὶ σποράδην ἀναμεμιγμένον τῇ λευκότητι. At in Feſto ipſe legit Sullas à fuſco colore dictos. Quid? fuſcus color idem eſt cum eo, qui ex rubro & albo miſtus eſt? Dolet mihi magno viro imprudenti hoc excidiſſe. Præterea, non primo Sullæ cognomen hoc datum, erat enim ejus familiæ. At nos vulgatam lectionem, quia nihil mendi in ſe habet, ſartam tectam in ſuo loco tueamur. Ravillæ autem non Raviliæ legendum, quod cognomen fuit L. Caſſio Longino, qui cum Cn. Servilio Cæpione Cenſor fuit anno A. V. C. DXXVII. *Joſ. Scaliger.*

*Ravim.*] Plaut. in Aulul.

> *Ubi ſi quid poſcamus, ad ravim poſcamus prius,*
> *Quam quidquam detur.*

Ille etiam verſus refertur, de quo verbo *Rava.* Citatur idem in Artemone, & Cæcilius in Hypobolimæo. *Ant. Auguſtinus.*

*Ravim.*] Gloſſæ: *Ravis*, κόρυζα. Iſidorus: *Ravit, rauco loquitur.* Lucillius:

> *Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.*

*Joſ. Scaliger.*

*Ravim antiqui.*] Lege infra. *Item: expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.* Eſt enim idem locus Plauti quem ſupra in *Ravam vocem.* In verſu Cæcilii.

*Prius*

**Paulus.** Ravim dicebant pro raucitate. unde & verbum ravio, ravis.

**Festus.** Raucos appellatos *eſſe ait Verrius videri* ab ariditate, *ſive à Similitudine quadam ſpica*rum ariſtæ, in ſpicis *namque flava fru*menta rava appel*lari. Idem Verrius.*

Reapse eſt re ipſa. Pacuvius in Armorum judicio: Si, non eſt ingratum reapſe, quod feci bene.

Recellere, reclinare; & excellere, in altum extollere.

Recepticium ſervum, Cato in ſuaſione legis Voconiæ cum ait, ſignificat qui ob vitium redhibitus ſit. Ubi irata facta eſt, ſervum recepticium ſectari, atque flagitare virum jubet.

**Paulus.** Recepticius ſervus eſt, qui ob vitium redhibitus eſt.

**Festus.** Receptus mos eſt, quem ſua ſponte civitas alienum adſcivit.

Recinium, omne veſtimentum quadratum. ii, qui duodecim interpretati ſunt, eſſe dixerunt virilem togam, qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo unde reciniati mimi planipedes. quam rem diligenter exſequitur Santra libro ſecundo de antiquitate verborum.

**Paulus.** Recinium, omne veſtimentum quadratum. unde reciniati mimi.

## Notæ.

*Prius ad Ravim procaris quam me placentem feceris.*

*Ravim dicebant.*] *Ravis* raucitas, *ravio*, raucè loquor. Iſidor. *Ravit*, raucè loquitur. Lucilius:

*Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte.*

Idem Plaut.

*Nego, & negando, ſi quid refert, ravio.*

Ubi male alii *annuo*. *Dacerius.*

*Raucos.*] Raucos appellatos eſſe ait ab ariditate, vel à ſimilitudine ſpicarum ariſtæ. in ſpicis enim frumenta, rava appellari docet. Gloſſarium: *Ravus*, χαρωπός. vult fructum quemvis maturum Ravum vocari: Feſtus tantum frumenta in ſpicis. *Joſ. Scaliger.*

*Raucos.*] *Raucus* à *ravus* c addito, ut à *parum*, *parcus*.

*Reapſe.*] Cicero 1. Divinat. *Forma qua reapſe nulla ſunt, ſpeciem autem offerunt.*

*Recellere.*] *Cello* quod à Græco, κέλλω, κινῶ, moveo unde *recello*, retro moveo, vel moveor. Reclino. Lucret. lib. 6.

——— *Inclinatur enim retroque recellit*
*Et recipit prolapſa ſuas ſe in pondere ſedes.*

Apuleins: *Nates recellere.* codem uſus & Livius. *Excellere* autem in altum extollere. Cato: *Pleriſque ſolet animus in rebus ſecundis excellere.* Subaudi, *ſe.* A *recellere* deductum noſtrum *reculer. Dacerius.*

*Recepticium.*] Hæc eſt Verrii opinio, quam reprehendit Gell. lib. 17. cap. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Recepticium ſervum.*] Marcus Cato Voconiam legem ſuadens, verbis hiſce uſus eſt: *Principio nobis mulier magnam dotem attulit. Tum magnam recipit, quam in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam: poſtea ubi irata facta eſt, ſervum receptitium ſectari atque flagitare virum jubet.* Ubi peſſime Verrius receptitium ſervum, ſervum nihili quique ob vitium redhibitus ſit interpretatus eſt. Receptitius enim ſervus eſt, ſervus proprius quem cum pecunia reliqua mulier receperat, hoc eſt exceperat, ſibi reſervaverat. *Recipere* enim excipere eſt. Plaut.

*Poſticulum hoc recepit quum ædes vendidit.*

Plura vide apud Gell. cap. 6. lib. 17.

*Recinium.*] Omne veſtimentum quadratum, inquit Feſt. Hoc eſt, veſtimentum commune viris feminiſque quod firmatur ex Servio lib. 1. Æneid. *Togas*, inquit, *etiam feminas habuiſſe Cycladum & recinii uſus oſtendit.* At in leg. 12. Tabul. *Recinium* eſt virilis toga qua mulieres utebantur, in luctu ſcilicet, contra quam Lycii qui in luctu veſtem muliebrem induebant. Verba legis 12. tab. hæc ſunt ubi de ſumptibus funerum: SUMTUM MINUITO. TRIA SI VOLET REICINIA, ET VINCULA PURPURÆ ET DECEM TIBICINES ADHIBETO, Hoc PLUS NE FACITO. Ubi REICINIA, ET VINCULA PURPURÆ, nil aliud ſunt quam *Reicinia prætexta clavis purpureis*, quod recte apud Feſtum, *Togam virilem prætextam clavo purpureo.* Ideo autem recinia virilia in luctu mulieres induebant ut ea viris mortuis ut mos erat, injicerent. Sic apud Virg. in Miſeno.

*Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota injiciunt.*

Sic itaque hic Pompeii locus ſanus eſt. Extitere tamen qui eum ita legendo corrumperent: *Recinium. omne veſtimentum quadratum ii qui duodecim interpretati ſunt eſſe dixerunt. Ver.* (hoc eſt *Verrius*) *togam qua mulieres, &c.* Vel ſic — *eſſe dixerunt vel virilem togam.* A rica autem *ricinium*, & *i* in *e recinium*,

Digitized by Google

Reciperatio eſt, cum inter civitates peregrinas lex convenit, ut res privatæ reddantur ſingulis, recuperanturque.

Reciperatio eſt, ut ait Gallus Ælius, cum inter populum, & reges, nationeſque, & civitates peregrinas lex convenit: quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, reſque privatas inter ſe perſequantur. FESTUS.

Recipie apud Catonem pro recipiam, ut alia ejuſmodi complura.

Recipie, recipiam. PAULUS.

Reciprocare pro ultro, citroque poſcere. unde eque gremiis ſubjectare, ac figere.

Reciprocare pro ultro, citroque poſcere uſi ſunt antiqui. quia procare eſt poſcere. Pacuvius in Teucro: Rapido, reciproco, percito, auguſto, citare, rectem, FESTUS.

## NOTÆ.

*nium*, non vero à *reiciendo*, ut Varro & Servius rati ſunt. Vide *Rica*.

*Unde reciniati mimi.*] Hæc verba ad ſuperiora habent Anaphoram *dixerunt virilem togam, unde, &c.* Et à Feſto *virilem togam* non *ver. togam*, ſcriptum fuiſſe ſatis oſtendunt. Riciniati autem Planipedes mimi Feſto dicuntur qui Palliati in optimo Gloſſario. *Palliati* στιχόλογοι, qui carmina dicunt, nam mimorum proprium erat *dicere*. Ut tragœdorum *canere*, *cantare*. Palliatos etiam vocat Diomedes: *Si quas tamen ex ſoccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant.* Sic *Jovem palliatum* alicubi dixit Arnobius, quem alibi idem *reciniatum* appellavit. Nimirum idem ricinium & pallium ut infra pluribus oſtendam in voce *Rica*.

*Reciperatio.*] *Reciperatores*, vel ut dixere poſtea, *recuperatores* primum dicti ſunt qui inter Pop. Romanum & civitates peregrinas de rebus privatis reddendis recipiendiſque cognoſcebant. Et inde recuperatores dicti ſunt, judices qui à Prætore in privatis controverſiis quacumque de re ageretur dari conſueverant. Plaut. Bacchid. act. 2. ſc. 3.

*Poſtquam prætor Recuperatores dedit.*

Nunc vero ii Recuperatores, *judices delegati* dicti ſunt. *Dacerius.*

*Recipie.*] L. m. Recipiem. *Ful. Urſinus.*

*Recipie.*] Lege *Recipiem*, ut ſupra, *Attingem*. ubi idem error erat. *Joſ. Scaliger.*

*Reciprocare.*] Verba Pacuvii ſunt mendoſa. *Ant. Auguſtinus.*

*Reciprocare.*] Ex l. m. poſt verbum *poſcere* addendum, *uſi ſunt antiqui, quia procare eſt poſcere. Ful. Urſinus.*

*Reciprocare.*] Contaminatiſſima ſunt iſta, neque χθὲς καὶ πρώην, labes iſtæ huic loco inſederunt. Video enim & Paulum, illas adbreviatorem in ſuam epitomen contuliſſe. monſtrum hominis, qui quod non intelligebat, reliquerit: quod facile ac vulgo notum erat, id omne, tanquam inutiles ramos, reciderit. Igitur videamus, an ita ſcripſerit Feſtus:

*Pacuvius Teucro: Rapio, reciproco*
*—— —— pedem cito aut ultro citro reſtem.*
*Reciprocare, ſurſum deque gremiis ſubjectare, ac adfligere.*

Nam ſane in verſu Plauti reciprocare, nihil aliud quam ſuſque deque gremio erecto, aut depreſſo geſtum ita componere, ut tolleno, aut pilum Græcum videatur. igitur illud Pacuvii, *Reciproco* Feſtus exponit, *ultro citroque reſtitans pedem cito.* Fortaſſe continuandus verſus Pacuvii:

*—— rapio, reciproco, pedem cito ut ultro citro reſtem.*

Vide Varronem, qui citat verſus Accii:

*Tendens nervo Tela reciproca condita equino.*

Sunt autem ex Philoctete Attii, auctore Servio in fragmentis. *Joſ. Scaliger.*

*Reciprocare.*] *Reprocare*, inſerta ſyllaba *ci*, *reciprocare*, ut *incitega* pro *intega*. *Procare* poſcere. Varr. lib. 6. de L. L. *Reciproca eſt, cum unde quid profectum, redit eo. Quod ab recipere Reciprocare fictum, aut quod poſcere procare dictum.*

*Pacuvius in Teucro.*] Contaminatiſſima ſunt quæ ſequuntur. Neque χθὲς καὶ πρώην, labes iſtæ huic loco inſederunt. Video enim & Paulum illas adbreviatorem in ſuam epitomen contuliſſe. Monſtrum hominis qui quod non intelligebat, reliquerit: quod facile ac vulgo notum erat, id omne tamquam inutiles ramos reciderit. Igitur videamus an ita ſcripſerit Feſtus. *Pacuvius Teucro: rapio, reciproco —— pedem cito ut ultro citro reſtem. Reciprocare ſurſum deque gremiis ſubjectare ac adfligere. Plautus in Aſtraba, &c.* Nam ſane in verſu Plauti *reciprocare*, nihil aliud quam ſuſque deque gremio erecto aut depreſſo geſtum ita componere, ut tolleno aut pilum Græcum videatur. Igitur illud Pacuvii *reciproco* Feſtus exponit ultro citroque reſtitans pedem cito. Fortaſſe continuandus verſus Pacuvii: *Rapio, reciproco, pedem cito ut ultro citro reſtem.* Vide Varronem qui citat verſus Accii: *Tendens nervo tela reciproca condita equino.* Sunt autem ex Philoctete Accii, auctore Servio in fragmentis. Scal.

reciprocare unde eque gremiis ſubjectare, adfigere. Plautus in Aſtraba. quaſi tollenono, aut pilum Græcum reciproces plana uta.

Reconductæ fecerit, & condere urbem, facere ædificare, ut Cincius teſtatur in libro de verbis priſcis.

Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quæ patres liberis ſuis conficienda curant ominis cauſa. ita uſurpata, quod à ſtantibus & in altitudinem texuntur.

PAULUS. Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quæ à ſtantibus, & in altitudinem texuntur.

FESTUS. Recto fronte ceteros ſequi ſi norit. Cato in diſſertatione conſulatus. antiquæ conſuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque, à ſtirpe ſupremo. & Ilia dia nepos. & lupus fera. & nulla metus. & jam in commentariis ſacrorum pontificalium frequenter eſt hic ovis, & hæc agnus, ac porcus, quæ non ut vitia, ſed ut antiquam conſuetudinem teſtantia debemus accipere.

## NOTÆ.

*Plautus in Aſtraba.*] Lege ut in Edit.

*—— —— —— quaſi Tolleno vel*

*Pilum Græcum reciproces plana via.*

Id eſt, eas & redeas ita ut tolleno aut pilum Græcum videaris. Idque optime Feſt. interpretatur *ſurſum, deque gremiis ſubjectare, adfligere.* De tollenone vide ſuo loco. Pilum Græcum ligneum erat quod in modum tollenonis altera parte depreſſum attollebatur & mox demiſſum, deprimebatur & ſubjectas fruges pinſebat. Heſiodus vocat ὕπερον, τρίπηχυν. *Dacerius.*

*Reconductæ.*] Malim *reconderit, fecerit. Ant. Auguſtinus.*

*Reconductæ.*] Lego: *Reconduit, refecerit.* & certum eſt ita eſſe. reconduit: aut reconduat, & creduit, & creduat. *Joſ. Scaliger.*

*Reconductæ.*] Lege: *Reconduit, refecerit.* Et certum eſt ita eſſe. *Reconduit*, aut reconduat, ut *creduit*, & *creduat*. Scal. Forſan, *Reconderit, refecerit.* *Dacerius.*

*Rectæ.*] Vide *Regillis. Ant. Auguſtinus.*

*Rectæ.*] Vide *Regillis.* Plinius de Caia Cæcilia: *Ea prima texuit rectam tunicam: quales cum toga pura induuntur, novaque nuptæ.* Recta tunica deſcribitur in Evangelio: χιτὼν ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Græci ſcriptores ὀρθοστάδιον χιτῶνα vocant. *Joſ. Scaliger.*

*Rectæ.*] Diminutivum *Regillæ*; his indutæ virgines, illis viri pridie nuptiarum diem cubitum ibant ominis cauſa. Vide in *Regillis.* De Rectis Plin. *Ea prima* (Caia Cæcilia) *texuit rectam tunicam: quales cum toga pura induuntur novaque nuptæ.* Rectæ autem quod à ſtantibus & in altitudinem texantur ut ait Feſtus. Iſidorus quod ſurſum verſum texantur. Nam *ſurſum verſum texere*, & *in altitudinem texere* idem eſt, Græci dicunt ἄνω ὑφαίνειν. Et hæc vetus fuit texturæ ratio qua ſtantes texebant, & omnibus gentibus uſitata præterquam Ægyptiis qui deorſum verſum texebant. Herodot. lib. II. ὑφαίνουσι οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τὴν κρόκην ὠθέοντες, Αἰγύπτιοι δὲ κάτω. Id eſt: *Texunt quidem omnes alii ſurſum verſus, & in altitudinem tramam trudentes. Ægyptii vero deorſum verſus.* Apud ceteras gentes cum trama vel fila infra eſſent, in ſuperioribus texebatur veſtimentum, & ſic trama ſemper pectine ad ſuperiorem partem ducebatur & trudebatur, atque id ſurſum verſus texere, vel in altitudinem vocabant. Contrario modo Ægyptii, ex ſuperioribus ubi erant fila, vel licia ad inferiora procedebant, ubi veſtimentum vel tela quæ texebatur inerat. Sed de arte textoria, vide Doctiſſimi Salmaſii librum de re veſtiaria, & ejus notas ad Vopiſcum. Nam ita rem omnem explicuit ut nihil ſupra addi poſſit. *Dacerius.*

*Recto fronte.*] Ennii verſus à Nonio referuntur ſic. lib. I. *Inde tuetur ibi lupus femina conſpicit amneis.* & lib. 5. *Nomine Pyrrhus, uti memorant, à ſtirpe ſupremo.* & incerto libro: *Ilia dia nepos quas arumnas tetuliſti.* item: *Ni metus ulla tenet teneri virtute quieſcunt.* & alibi: *Vivam, an moriar, nulla in me eſt metus.* Quintil. lib. I. cap. 10. *Quamquam Varro in eo libro, quo initia Romana urbis enarrat, lupum feminam dicit. Ennium, Pictoremque Fabium ſecutus.* Vide ante *Stiricidium*, & *Specus*, & *Spicum*, & *Metus. Ant. Auguſtinus.*

*Recto fronte.*] Genera nominum pleraque erant ambigua & duplicia. Sic veteribus utroque genere enuntiabantur *Deus, frons, ſtirps, metus, agnus, lupus, porcus, amnis, alvus, &c.*

*A ſtirpe ſupremo.*] Integer verſus Ennii eſt:

*Nomine Pyrrhus, uti memorant à ſtirpe ſupremo.*

Vide *ſtirps.*

*Ilia dia nepos.*] Integer verſus.

*Ilia Dia nepos, quas arumnas tetuliſti.*

*Lupus fœta.*] Lege ut al. *lupus femina.*

*Endotuetur ibi lupus femina.*

*Nulla metus.*] Vide in *metus. Dacerius.*

Redan-

Redentruare dicitur in Saliorum exultationibus. cum præſul ampiruavit, quod eſt motus edidit, ei referuntur invicem iidem motus. Lucilius: præſul ut ampiruet, inde vulgus redemplavit. At Pacuvius: promerenda gratia Simul, cum videam Graios nihil mediocriter Redentruare opibuſque ſummis perſequi.

Redarguiſſe per E litteram Scipio Africanus Paulli filius dicitur enuntiaſſe, ut idem etiam pertiſum. cujus meminit Lucilius, cum ait: quo facetior videare, & ſcire pluſquam ceteri pertiſum hominem, non pertæſum dicere ferunt, nam genus.

Redemptitavere item, ut clamitavere, Cato (idem) in ea, qua egit de ſignis, & tabulis. honorem temptavere ait, malefacta benefactis non redemptitavere.

Redemptitavere, ut domitavere. **Paulus.**

Redemptores proprie, atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum quid publice faciendum, aut præbendum conduxerant, effecerantque; tum demum pecunias accipiebant. nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerunt præbendum utendumque. **Festus.**

## Notæ.

*Redantruare.*] Pacuvii verſus ex Nonio ſunt, ex fabula Chryſe. *Ant. Auguſtinus.*

*Redantruare.*] Lege: *Redamptruare dicitur, in Saliorum exultationibus, cum præſul amptruavit, quod eſt, motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. Lucillius:*

*Præſul ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli.*
*Pacuvius:* ——— *promerenda gratia*
*Simul cum videam Graios nihil mediocriter*
*Redamptruare, opibuſque ſummis perſequi.*

Sequuti ſumus veterem ſcripturam *amptruare*, pro *antruare*, ut *temptare*, pro *tentare*. *ſumptus*, pro *ſumtus*, & ſimilia. Quædam de *amburvare* olim diximus. Sed quæ non ſint præferenda huic conjecturæ. Nam verum eſt à trua, dictum *amtruare*. hoc eſt circum volvere, ut cum trua olla circum movetur. *Joſ. Scaliger.*

*Redentruare.*] Locum integrum ex emendatione Scaliger. Ita legito. *Redamptruare dicitur in Saliorum exultationibus, cum præſul amptruavit, quod eſt, motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. Lucillius:*

*Præſul ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli.*
*Pacuvius:* ——— *promerenda gratia*
*Simul cum videam Graios nihil mediocriter*
*Redamptruare, opibuſque ſummis perſequi.*

*Amptruare* autem antiqua ſcriptura pro *antruare*, ut temptare pro *tentare*, *ſumptus* pro *ſumtus*, & ſimilia. Et pro *antruare*, dicebant *andruare* & *redandruare*. Non. *redandruare*, redire: Lucil. lib. 9.

——— ——— *ut vulgu' redandruet inde.*

Pacuvius Chryſe:

——— ——— *Graios nihil mediocriter*
*Redandruare* — — — — —

Ubi verba Lucilii paulo aliter quam apud noſtrum concepta ſunt. Ita ut P. Merula propius ad veterem Scripturam videatur accedere qui legit.

*Præſul ut amptruet hinc, & vulgu' redamptruet inde.*

*Præſultorem* intellige ut apud Nonium in voce Ludius: *Quod ludis pueri præſules eſſent, glabri ac depiles propter ætatem quos antiqui Romani Ludios appellabant. Dacerius.*

*Redarguiſſe.*] Ipſa verba Feſti indicant legendum, *Redarguẽſſe.* Lucillii vero Trochaici ita gradiuntur:

*Quo facetior videare, & ſcire plus quam cæteri,*
*Pertiſum hominem, non pertæſum dicere fortunam, genus.*

*Quo*, inquit, *facetior videare*, P. Scipio, dicis, homo pertiſus eſt fortunam, pertiſus eſt genus, non perteſus. *Joſ. Scaliger.*

*Redarguiſſe.*] Ipſa verba Feſti indicant legendum, *rederguiſſe*, vel *redarguẽſſe.*

*Quo facetior videare.*] Verſus Trochaici, quos ſic emendavit Scalig.

*Quo facetior videare & ſcire pluſquam cæteri,*
*Pertiſum hominem, non perteſum dicere fortunam.*
*Genus.*

Quo, inquit, facetior videare, P. Scipio, dicis, homo pertiſus eſt fortunam, pertiſus eſt genus, non perteſus.

*Redemptitavere.*] A *redimo*, *redempto*, unde *redemptito.* Quo etiam uſus eſt Plaut.

——— ——— *Redemptitavere ad unum captos.*

*Redemptores.*] Proprie qui certo pretio opus aliquod faciendum conducant. Vulgo vocamus *des entrepreneurs.* Optime exponunt Gloſſæ ἐργολάβοι. Sed poſtea redemtores dicti quicumque aliquid utendum locant. *Dacerius.*



Digitized by Google

Redhoſtire, referre gratiam. Nævius in Lupo: vel Veiens regem ſalutat jubè Albanum milium comitem ſenem ſapientem contra redhoſtis Menalus. & Attius in Amphitrione: Cedo ecquid te redhoſtitum, cum meaſſem objectet facilius. Nam & hoſtire pro æquare poſuerunt. Ennius in Chreſphonte: audis atque auditis hoſtimentum adjungito. & in Hectoris lytris. Quæ mea cominus machæra, atque haſta hoſpius manu. & Pacuvius in Teucro: niſi coerceo protervitates atque hoſtio ferociam.

PAULUS. Redhoſtire eſt gratiam referre. nam & hoſtire pro æquare poſuerunt.

FESTUS. Redibitur tum id proprie dicitur quod redditum eſt, improbatumque, & qui dedit, idemque rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit.

PAULUS. Rediculi fanum extra portam Capenam fuit, quia accedens ad urbem Hannibal ex eo loco redierit quibuſdam perterritus viſis.

## NOTÆ.

*Redhoſtire.*] Attii verſus mendoſus eſt. & à Nonio Marcello corruptiſſime is quoque refertur. *Quid hic redhoſtit viam cometet obiet facilius. Ant. Auguſtinus.*

*Redhoſtire.*] *Nævius in Ludo:*

> *Ubi Vejens regem ſalutat: Jubeo Albanum Amulium*
> *Comiter ſenem ſapientem: contra redhoſtit Menalus.*

*Et Attius Amphitruone:*

> ——— *Cedo ecquid te redhoſtit, cum ea ſeni*
> *Objectet facilius?*

*Ennius in Creſphonte:*

> *Audi, atque auditis hoſtimentum adjungito.*

*Et in Hectoris Lytris:*

> *Quem mea cominus machæra, atque haſta hoſtivit*
> *emanu.*

*Emanu*, pro *Eminus*. Atque ita hæc deplorata, in integrum fortaſſis reſtituta ſunt. In verſu Nævii idem eſt, ac in Andria, *Jubeo Chremetem. Joſ. Scaliger.*

*Redhoſtire.*] Par pari referre, nam *hoſtire* eſt *æquare*. Plaut. Aſin. act. 2. ſc. 2.

> ——— *Quin promitto inquam hoſtire contra, ut mirueris.*

Inde *hoſtimentum*, quod vide ſuo loco.

*Nævius in lupo.*] Lege ex Scal. Nævius in Ludo.

> *Ubi Vejens regem ſalutat: Jubeo Albanum Amulium*
> *Comiter ſenem ſapientem: contra redhoſtit Menalus.*

*Jubeo Albanum Amulium*, idem eſt ac in Andria, *Jubeo Chremetem.*

*Cedo ecquid te redhoſtitum.*] Contaminatiſſima ſunt iſta. Neque ſaniora apud Nonium ubi ſic leguntur: *Quid hic redhoſtit viam? comitem obiet facilius.* Vel: *comitet optet facilius.* Legebat Scaliger:

> ——— *Cedo ecquid te redhoſtit cum ea ſeni objectet facilius.*

Sed propius ad veterem ſcripturam ſi legas:

> *Cedo ecquid hic redhoſtit viam? quo me temptet facilius.*

Nam plane gemina ſunt Plautinis iſtis in Amphit.

> ——— ——— *Nam quid revortitur*
> *Qui dudum properare aiebat. an ille me tentat ſciens?*

Eleganter Accius *redhoſtire viam*, dixit *viam iterare*. Nam redhoſtire nihil aliud eſt quam iterare quod hoſtitum fuerat.

*Audis atque.*] Lege.

> *Audi, atque auditis hoſtimentum adjungito.*

*Qua mea cominus.*] Legit Scalig.

> *Quem mea cominus machæra atque haſta hoſtivit emanu.*

*Emanu*, pro Eminus.

*Niſi coerceo protervitatem.*] Hunc Pacuvii verſum laudat etiam Nonius in *hoſtire*, quod interpretatur, *comprimere*, *retundere*. Sed apud illum legitur. *Niſi coercuero protervitatem.* melius ex utriſque.

> *Niſi coerceo protervitatem atque hoſtio ferociam.*

*Redhibitur tum id.*] Lege: *Redhibitum id proprie dicitur*, *&c.* Redhibere rem venditam venditor dicitur, cum reddendo pretium, eam recipit cujus vitia in venditione non prodidit. Plaut. Mercatore:

> C. *Quid ſi reddatur illi unde empta eſt?*
> D. *Minime gentium.* C. *dixit ſe redhibere ſi non placeat.*

Hinc *redhibitoria actio* quæ Emptori adverſus venditorem datur, ut mancipium redhibeat, id eſt, recipiat, pretiumque acceptum reſtituat. *Redhibere* igitur à *re* id eſt iterum, & *habere*, quia venditor iterum habeat, &c. Inde Gloſſ. *redibitio: ἀντανάδοσις. redigit, ἀναλαμβάνει.* lege *redhibit.*

*Rediculi fanum.*] Secundo bello Punico cum Hannibal noctu ob Romam legiones duceret tantus ter-

*Rediculi fanum extra portam* Capenam Cornificius *ait fuiſſe qui rediculus* propterea appel*latus eſt quia accedens ad* urbem Hannibal, *ex eo loco redierit*, *quibuſ*dam viſis perterritus. FESTUS.

Redimiculum vocant mulieres catellam, qua maxime utuntur ornatus cauſa. PAULUS.

Redinunt, redeunt.

*Redinunt*, *ſignificat*, *redeunt* Ennius. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . redinunt in *patriam*. . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . eunt feri. . . . . . . . . . . . .

Rediviam quidam, alii reluvium appellant, cum circa unguis cutis ſe reſolvit, quia luere eſt ſolvere. Titinius in Setina: laſſitudo conſervum rediviæ, flagri. & Livius: ſcabra in legendo, rediviosave offendens.

Redivia ſive reluvium dicitur, cum circa ungues cutis ſe ſolvit. quia reluere eſt ſolvere. PAULUS.

Redivivum eſt ex vetuſto renovatum.

Redivivum eſt ex vetuſto renovatum. Cicero libro primo in Verrem: utrum exiſtimatis minus operis eſſe unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo. FESTUS.

Referri diem prodictam, id eſt anteferri, religioſum eſt, ut ait Veranius in eo, qui eſt auſpiciorum de comitiis, idque exemplo comprobat L. Julii, & P. Licinii

## NOTÆ.

ror ex quibuſdam terriculamentis eum invaſit, ut inde re infecta pedem retulerit, quo facto fanum ibi conſecratum & ab eventu *rediculum* appellatum. Deum vero cui hoc fanum conſecratum fuit *Tutanum* appellarunt. Varr. in Satyra quam inſcripſerat *Hercules tuam fidem.*

*Noctu Annibalis cum fugavi exercitum,*
*Tutanus hoc, Tutanu' Roma nuncupor,*
*Hoc propter, omnes qui laborant, invocant.*

*Dacerius.*

*Redimiculum.*] Καθετὴρ, ἀνάδεσμος. Gloſſæ. *Joſ. Scaliger.*

*Redimiculum.*] Gloſſ. *redimicula*, ἀναδέματα, καθετῆρες. Ovid.

*Aure leves baccæ, redimicula pectore pendent.*

*Redinunt ſignificat.*] Scripſiſſe Feſtum puto: *Redinunt ſignificat redeunt Ennius in annalibus* . . . . . *redinunt in patriam. Idem etiam prodinunt pro prodeunt: ferinunt, feriunt.* Vide ſupra in *prodinunt. Dacerius.*

*Rediviam.*] Verba Titinii mendis non carent. *Ant. Auguſtinus.*

*Redivia.*] *Lævius*, non *Livius* legendum. Sæpe citatur *Livius*, & *Nævius*, cum ſit *Lævius*, qui ſcripſit Erotopægnia. item poema Io: ex quo eſt iſte Scazon:

*Scabra in legendo, rediviosave offendens.*

Nam ex eodem poemate de Io ſcribit:

*Seſeque in alta maria præcipem miſit*
*Inops, & ægra ſanitatis Herois.*

De hoc Lævio multa diximus ad Auſonium. *Joſ. Scaliger.*

*Rediviam.*] Turnebus legebat reluvia. Sed meminiſſe eum oportuit l. mutari ſæpe in d. quare ſic optime Redivia, vel Reduvia, pro *reluvia* à *reluendo* quia cutis ſe circa ungues reluit. Gloſſ. *reduvia*, παρωνυχίς. Plin. *Lana ſuccida redivias ſanat.* De pelle etiam dicitur cum ſe flagris reſolvit ut in illo Titinii veteris Comici: *Laſſitudo conſervûm, reduvia flagri.* Inde *Reduvioſus* pro aſpero & hiante. Ut in Scazonte iſto:

*Scabra in legendo, reduvioſave offendens.*

Cujus author male apud noſtrum citatur. Legendum enim ut optime monuit Scal. *Lævius* non *Livius*. Iſte *Lævius* ſcripſerat Erotopægnia, item poema Io. ex quo poemate ſuperior Scazon adductus eſt. Inde etiam *reduvias eſcarum* dixit Solinus, pro cibi reliquiis, ſive minutiis eſcarum. *Dacerius.*

*Redivivum.*] Cicero in Prætura urbana, qui liber eſt tertius Verrinar. ſed primus eorum, quos conſcripſit, non vero egit. *Ant. Auguſtinus.*

*Redivivum.*] De iis proprie dicitur quæ poſt interitum redeunt, ſed per Metaphoram de ædificiis etiam uſurpatur. Ut in illo Ciceronis. *Utrum exiſtimatis*, &c. Qui locus eſt ex lib. 3. Verrinar. ſed ex primo eorum quos conſcripſit, non vero egit Cicero. Vid. *Repagula. Dacerius.*

*Referre.*] Livius hoc dicit, *præferre diem*: oppoſitum τῷ *Prodicere diem. Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

Cenſorum, qui id fecerunt ſine ullo decreto augurum, & ob id luſtrum parum felix fuerit.

Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius eſſe enim rectum rei fert dativo ſcilicet, non ablativo caſu, ſed eſſe jam uſu poſſeſſum.

Refriva faba dicitur, ut ait Cincius quoque, quæ ad ſacrificium referri ſolet donum ex ſegete auſpicii cauſa, quaſi revocent fruges, ut domum datantes revirtico ad rem divinam faciendam. Ælius dubitat, an ea ſit, quæ prolata in ſegetem, domum referatur, an quæ refrigatur, quod eſt torreatur, ſed opinionem Cincii adjuvat, quod in ſacrificiis publicis, cum puls fabata diis datur, nominatur refriva.

PAULUS. Refriva dicebant, quæ ex ſegete cauſa auſpicii domum ad ſacrificium referebant.
Refutare, redarguere, compoſitum à fando verſa A litera in V.

FESTUS. *Refutare ſignificat redargue*re Pacuvius in Hermi*ona*. . . . . . . . . . . . .
. . . . . quas gloria &. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . rietas humanum.
*compoſitam à fando verſa a* litera in V *ut item in cludo factum eſt à quo* recludere.

## NOTÆ.

*Referri diem prodictam.*] Referre diem, ut Livius, præferre diem, vulgo eſt, *anticiper le jour.* L. 34. de Receptis. *Arbiter ita ſumtus, ut diem proferre poſſit, tamen referre non poteſt.* Infra cenſores nominantur L. Julius & P. Licinius Nempe L. Julius Cæſar & P. Licinius Craſſus quos cenſores fuiſſe an. ab V.C. 664. fidem faciunt tabulæ cap.

*Refert.*] Super hoc verbo magnæ ſemper inter Grammaticos lites fuere. Omnes quidem *refert* impersonale verbum eſſe dixerunt: Sed alii à *re* ablativo nominis *res* & *fert:* alii, ut Verrius, à dativo *rei fert*, alii denique quaſi *res fert.* Quo nomine omnes merito deridendi. Primum quidem verba imperſonalia in Grammatica monſtrum eſſe quivis ſanus agnoſcet, nam illa *accedit*, *contingit*, *liquet*, *evenit*, *licet*, *pluit*, *fulminat*, *luciſcit*, *miſeret*, *tadet*, *pudet*, *piget*, *pœnitet*, *&c.* Vel nominativum, vel verbum infinitum, vel totam orationem pro ſuppoſito ſemper habent. Ut non ita pridem Franciſcus Sanctius homo Hiſpanus, in Minerva ſua apertiſſime demonſtravit. Sic verbum *refert* aut potius *refero* ſemper activum, & idem eſt quod *importo*, *reperto*, id quod exemplis clarius patebit. Plin. lib. 7. cap. 6. *Inceſſus in gravida refert.* Idem lib. 11. cap. 51. *Multum tamen in his refert & locorum natura.* Lucret. lib. 4. *Uſque adeo magni refert ſtudium atque voluntas.* Plaut. Perſ. 4. 4. *Nunc ad illud venies, quod refert tua.* Idem Trucul. 2. 4. *Quod rei id te aſſimilare retulit.* Unde apparet vere activum verbum eſſe, & errare Grammaticos cum dicunt *mea*, *tua*, *ſua*, eſſe ablativos fœmininos, quæ vere ſunt accuſativi. Quod & olim Donato ſuboluerat, qui etſi non omnino verbi naturam eſt aſſecutus, tamen contra Grammaticos *mea*, *tua*, *ſua*, accuſativos eſſe non ablativos indicavit ad illud Terent. Phorm. *Quid tua, malum, id refert?* ubi ille: *Et quare quomodo dicatur quid mea, quid tua? an deeſt ad, ut ſit, ad mea, ad tua?* *Dacerius.*

*Refriva.*] Locus valde mendoſus (*ut domum datantes tevirtico*) cui quid ſubſtituam non habeo. *Ant. Auguſtinus.*

*Refriva.*] *Refriva faba dicitur, ut ait Cincius, qua ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete, auſpicii cauſſa, quaſi revocet fruges domum: data enim eſt et tritico: ad rem divinam faciendam.* Non ſolum, inquit, data eſt faba refriva ſuo generi, ſed & reliquis frugibus, & tritico. Plinius: *Fabam utique è frugibus referre mos eſt auſpicii cauſſa, qua idee Refriva appellatur.* Pliniani libri habent *refrinam* male per n, non per u. *Referivus*, *referititius:* Conditivus, condititius, & ſimilia. Hæc autem res divina fiebat Kalendis Juniis. unde dictæ ſunt Kalendæ fabariæ. quia hoc menſe adultæ fabæ divinis rebus adhiberentur. auctor Macrobius. Eodemque die pulte fabaria, & larido Carneæ deæ res divina fiebat. neque aliud intelligitur in fine horum Feſti verborum, *cum puls fabata diis datur*, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Refutare.*] In Feſti verbis erat Pacuvii exemplum. & quod A in V verteretur, oſtendebatur: cum à claudo recludere ſit compoſitum. Sed hic A tollitur, non mutatur: vel non ſola mutatur ſed AU. in V longum vertitur. *Ant. Auguſtinus.*

*Refutare.*] Citabat exemplum Pacuvii in Hermiona. Addebat, in Refutare A in V mutatum: dictum enim eſſe à fando: proinde ac in cludo, A in V mutatum eſt. Sed iſta ſunt Grammatica, id eſt inepta. Primum obliviſcitur ſimplex eſſe *Futare* ſupra dictum à Catone. Deinde ignorat eſſe deductum ab ollis, quæ cum ferventes paulo plus exuberant, ſolent futo vaſe ad hoc apto inverſa aqua compeſci: quod dicitur futare, & confutare ollam. Titinius Setina:

Co-

Digitized by Google

Regale eſt dignum rege. PAULUS.

† . . . . . . . . . . . . . . . gnum Rege. FESTUS.

Regalia exta appellantur, quæ potentibus inſperatum honorem pollicentur; privatis & humilioribus hereditates; filio familiæ, dominationem.

Regia, domus, ubi rex habitat. PAULUS.

† . . . . . . . . . . . . . . aliquo regiæ ſe. . . . . . FESTUS.

Regleſcit cum dixit *Plautus*, *ſignificat creſcit hoc* verſu vix ſuper*ſum dolori*, *qui in dies vae* miſero mihi, ac *perdito regleſcit magis magiſque*, *inde* etiam glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcreſcit.

Regleſcit apud Plautum ſignificat creſcit. PAULUS.

Regifugium ſacrum dicebant, quo die Rex Tarquinius fugerit è Roma.

## NOTÆ.

*Coquos ahenum, quando fervit, paulla confutat trua.*

de futo vaſe, & ſupra diximus, & Varro meminit. & nos ad Varronem quædam olim. *Joſ. Scaliger.*

† . . . . . . *gnum rege.*] Lege: *Regale ait Verrius dignum rege.* Nihil amplius deeſt.

*Regalia.*] Quæcumque enim luculenta & læta eſſent *regalia* dicebant.

*Regia.*] Τὸ βασίλειον. Urbes etiam ubi aulæ regum dictæ *regia.* Ut Plinius & Mela oppidum Jol, Jubæ regiam vocant.

† . . . . . . *aliquo regia ſe.*] Odoratus ſum hoc fragmentum divulſum eſſe ex capite *regia feria*, cujus ultima verba male hic hæſerunt. Locum adi Pagina ſequenti. *Dacerius.*

*Regleſcit.*] Scribe: *Regleſcit cum dixit Plautus, ſignificat Creſcit, in illo verſu: Nihil ſupereſt: ve miſero mihi ac regleſcit dolor. unde etiam Glires*, &c. *Regleſcit* ergo, pro *Regliſcit.* *Joſ. Scaliger.*

*Regleſcit.*] Pro *regliſcit.* Vide *gliſcit.*

*Inde etiam glires dicti videntur.*] Fallitur Feſtus. Glis enim eſt à Græco ἔλειος. Addito gamma γέλειος, unde *gleios*, *gleis*, *glis*. Græci glirem ἐλειον μυῶν appellarunt quaſi *arboreum murem*, nam in ſylvis degit, & inter arbores ſemper oberrat, & in iiſdem ſedes & cubilia habet hiemis tempore cum perpetuo dormit. Ἔλη Heſychio σύνδενδροι τόποι. Varro apud Soſipatrum: *in mea ſylva glis eſt nullus.* Apud Martialem lib. 3. Ep. 58. ſic interpungendum.

*Metamque lactis: Saſſinate de ſylva*
*Somniculoſos ille porrigit glires.*

Hunc glirem etiam μυοξὸν Græci vocarunt. Gloſſ. μυοξὸς, *glis.* Hodie *voxum*, vel *voxoſum* appellitant voce ex *muoxus* detorta. Salmaſ. in Solin. *Dacerius.*

*Regifugium.*] 6. Kal. Mart. Regifugium fuiſſe ex faſtis, & Ovidio lib. 2. Faſt. conſtat. Macrobius tamen lib. 1. Satur. refert quoſdam exiſtimaſſe Junium menſem dici, quod M. Junius Brutus exactis regibus Carnæ deæ ſacrum in Cœlio monte feciſſet. Cetera verba Feſti non aſſequimur, præter ea, quæ Paulus notat. In faſtis autem hic dies eſt totus nefaſtus. Videntur etiam nonnulla hic ad alia verba pertinere. *Ant. Auguſtinus.*

*Regifugium.*] Agebatur de Regifugio, quod 6. Kal. Martias in Faſtis notatum erat, uſque ad illa, . . . *truria.* Mox aliud caput: *Regifugium dies Kal. Juniis in Faſtis & notari & legi debet cum NP, quod ille dies ſit è nefaſto faſtus.* Ex quibus apparet Feſto aut Verrio diſplicuiſſe vulgatam lectionem Faſtorum, quæ plane non per NP, ſed per N, quaſi totus nefaſtus ſit, hunc diem conciperet, & Kalendarium marmoreum ita habet per N, non per NP. *Joſ. Scaliger.*

*Regifugium.*] Ait Feſtus regifugium quod notatur in Faſt. 6. Kal. Martias de Tarquinii fuga non eſſe intelligendum, ſed de regis ſacrorum fuga è Comitio. Alterum vero regifugium quod Kalendis Juniis, vel, ut in veteri Kalendario, 9. Kalend. Jun. notatur, de Tarquinii Regis fuga. Quam opinionem ſequutus Macrobius qui Tarquinii fugam ad Kalendas Junias refert. Contra vero Ovid. lib. 2. Faſt. Tarquinii regis fugam ad 6. Kalendas Martias:

*Nunc dicenda mihi regis fuga, traxit ab illa*
*Quintus ab extremo nomina menſe dies.*

At regis ſacrorum è comitio fugam ad 9. Kalendas Junias. Vide ſupra, *Quando Rex comitiavit fas.* In fine addit Feſtus Regifugium Kalendis Juniis legi debere cum nota NP. non N. tantum. Unde patet Feſto vel Verrio diſplicuiſſe vulgatam lectionem faſtorum quæ plane non per NP. ſed per N. quaſi totus nefaſtus ſit, hunc diem conciperet. Et Kalendarium marmoreum ita habet per N. non per NP. Porro mendoſe citatur hic *Tullius de Feriis* pro *Julius de Feriis* qui citatur à Macrobio in Saturnalibus. *Dacerius.*

Poſt *Regifugium.*] Regia ſacrorum, quod in fanum à Pontifice convocati conveniant: quod in ea ſacra

FESTUS.

*Regifugium dies notatur in faſtis* VI. *Kal. Martias, ut ait Verrius ita dictus,* quia *eo die rex Tarquinius Roma fugerit,* quod fal*ſum eſſe arguit Cincius in libro faſtorum* & Tul*lius de feriis qui Saliares Virgines* et Salios *adeſſe dicunt regi ſacrorum cum facit ſacrifi*cium in *Comitio, quo facto ſtatim fugit, quod verum cognoverit* eſſe, *qui legerit faſtis dies tales,* qu*ales* not*antur ſic.* Q. REX. C. F. *id eſt* quando Rex *comitiavit, fas. id eſt ad comitium itat.* his *enim tantum feriis Regi ſacrorum in Comitium,* nec in *aliis, ire licet, qui mos videtur aſcitus ex* Etruria. *Regifugium, item dies notatur in faſtis* Kal. Juniis *qui dies, quia totus nefaſtus non eſt* legi debet cum *nota NP. non N. quod ille dies ſit* è nefaſto faſtus.

*Regia dicta, vel quod ſacrorum cauſa tanquam* in fanum à Pon*tifice convocati in eam convenirent.* aut quod in ea *ſacra à rege ſacrificulo erant ſol*ita uſurpari.

*Regiæ feriæ dictæ videntur,* qu*æ* fiunt fori con*ventus, & nundinarum cauſa in* civitate, aliquem *per ſacerdotem, qui ſit regia ma*jeſtate. ſed non *ſemper ob hanc vitam cauſam tan*tum, qui homini talis *majeſtatis cura datur, etiam, cum expiatio* ictus fulguris fit, *aut in procurando portento ſimili quo regiæ feriæ etiam ſolitæ ſunt.*

Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis utriſque actis textis ſurſum verſum à ſtantibus pridie nuptiarum diem virginis indutæ cubitum ibant ominis cauſa, ut etiam in togis virilibus dandis obſervari ſolet.

Regimen pro regimento uſurpant poetæ. Ennius libro ſexto decimo: Primus ſenex Bradyn (in) regimen, bellique peritus.

Regium eſt *quod eſt, aut fuit regis* ut ſervus *regius, & domus regia, qualis eſt* Numæ Pompilii, *at regale facinus, quod eſt di*gnum Rege.

## NOTÆ.

ſacra à Rege ſunt ſolita uſurpari. Regem autem intellige Regem ſacrorum. Prima verba interpretanda ſunt, ac ſi Feſtus dixiſſet: Regia ſacrorum eſt fanum, in quod à Pontifice convocati conveniant. Ita ſæpe loquitur Varro. Sic ſupra: *Navia ex uno ligno exculpto ut navis, quo utuntur alveo in vindemia.* Dicendum enim erat. *Navia, alveus ex uno ligno exculpto, quo utuntur in vindemia.* Quæ ſequuntur, videntur dicta de Regio Lepidi, quod nundinæ, forum, conventus agerentur in ea civitate videri dictum à majeſtate. Quod & confirmat Strabo, qui non de hoc Regio Galliæ Ciſalpinæ, ſed de Regio Fretenſi loquens ita ſcribit: πλὴν εἴτε διὰ ταύτην αἰτίαν (διὰ τὸ ῥαγῆναι) τοὔνομα τῇ πόλει γέγονεν, εἴτε διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, ὡς ἂν βασίλειον τῇ Λατίνῃ φωνῇ προσαγορευσάντων τῶν Σαυνιτῶν &c. A majeſtate ergo Feſtus Regium Lepidi, ut διὰ τὴν ἐπιφάνειαν Strabo Regium Samnitum, ſeu Brutiorum. Quæ ſuperſunt, ego non intelligo. neque videntur huc pertinuiſſe. *Joſ. Scaliger.*

*Regia dicta.*] Ait Feſtus *Regiam* dictam vel quod in eam populus conveniret à Pontifice convocatus, qui Pontifex regia erat majeſtate. Vel dictam *regiam* à Rege ſacrificulo qui ibi ſacra faciebat. Quod & ſentit Varro lib. 5. *Dies Agonales,* inquit, *per quos Rex in Regia arietem immolat,* &c.

*Regia feria.*] Lege infra: *Sed non ſemper ob hanc unam cauſſam tantum quia homini talis majeſtatis cura datur, ſed etiam cum, &c.* Ait Feſtus Regias ferias dictas non ſolum quæ fori, conventus & nundinarum, ſed etiam quæ fulguris vel portenti ſimilis expiandi cauſſa per ſacerdotem aliquem, qui eſſet regia majeſtate edicebantur. Poſtrema verba *aut in procurando portento ſimili quo regia feria, &c.* Male adhæſerunt poſt *regia domus,* ubi eorum veſtigia. In fine tantum verbum ſupplendum. *Quo Regia feria ſolita ſunt fieri. Dacerius.*

*Regillis.*] Vide *Recta. Ant. Auguſtinus.*

*Regillis tunicis.*] *Regillis tunicis albis & reticulis luteis utriſque rectis textis ſuſum verſum, &c.* Vide *Recta.* Reticula, faſciæ capitales. *Suſum,* pro *ſurſum.*

*Regimen.*] Gloſſ. Regimen, οἰάκισμα, ἰθυντήριον. Uſus eſt Lucret. Livius etiam, Plin. & alii. Verſus Ennii ſic legendus ut in edit.

— — — — — *ſe*
*Primus nec bradus in regimen, belliquè peritus.*

Deeſt vox *ingerit* vel quæ ſimilis. Et de Cn. Manlio loquebatur Ennius qui adverſus Gallogræcos pugnaturus ipſe minime tardus, bellique peritiſſimus ſe in regimen ingerit. *Dacerius.*

*Regium.*] Exiſtimo quædam pertinere ad regiam Numæ Pompilii: quædam ad alia verba. *Ant. Auguſtinus.*

*Regium eſt.*] *Regium eſt, quod aut eſt, aut fuit regis,*

Digitized by Google

*Romanos in libro* XI. Græcos appellat Ennius, *cum ait*, *contendunt Græcos* Graii memor*are ſolent ſos*, *quod græca l*ingua longos per *temporis tractus* hos pavi. non Ro*manos ait*, *græce locutos*, cum Romulus ur*bis conditor verbis linguæ Latin*æ locutus ſit, *ſed quod olim lingua Græciæ* gentis fuerit *eadem cum latina parum prolat*ione mutata. *hoc autem verum eſſe in*dicat origo ejus: *quæ videtur quaſi Græcæ u*ſurpatio.

Regium eſt, quod eſt, aut fuit regis. Paulus.

Relegati dicuntur proprie, quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab urbe Roma, aliove quo loco abeſſe lege, Senatuſque conſulto, aut edicto magiſtratus, ut etiam Ælius Gallus indicat. Festus.

Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Jani, quæ eſt extra eam, ſenatum habere: quod ea egreſſi ſex & trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti ſunt, cum in æde Jani Senatus conſultum factum eſſet, uti proficiſcerentur.

## Notæ.

*regis; ut ſervus regius, & leges regiæ, quales ſunt Numæ Pompilii, & regium facinus, dignum Rege. Joſ. Scaliger.*

*Regium.*] Sic *leges Regiæ*, à Numa Pompilio conditæ. *Dacerius.*

Poſt *Regium.*] *Romanos Græcos appellat Ennius: Contendunt Græcos: Graios memorare ſolent ſos. Quod Græca lingua longos per tempori' tractus Hos pavi. — non Romanos Græce loqui ait. cum Romulus Urbis conditor Latine locutus ſit: ſed quod olim lingua Græciæ gentis fuerit eadem cum Latina, parum declinatione mutata.* Puto ſatis fideliter verba Feſti reddidiſſe, modo ſecundo verſui Ennii verborum conſtet fides; nam de ſententia non ita laborandum; cum ea ex primo verſu dependeat. quem primum verſum retulimus ex voce ſos: ubi integer plane ita, uti expreſſimus, habetur. & ex ejus collatione Graios, non Graii, tum etiam ſententia ipſa ita poſtulante, legendum eſſe, nemo dubitare debet. Quod ſi ita eſt, ut certe videtur eſſe, manifeſto Feſtus ſeu Verrius non capit mentem Ennii. Nam Ennius gloriatur ſe *paviſſe Romanos Græca, lingua*: unde Græcos: & Graios omnes jam eos vocabant. Certiſſimum enim Ennium cum Livio primum omnium Græcas literas docuiſſe Romanos. Suetonius: *Antiquiſſimi doctorum quidem & poëtæ & oratores ſemigræci erant. Livium & Ennium dico, quos utraque lingua domi foriſque docuiſſe adnotum: & ſi nihil amplius quam Græce interpretabantur.* Ex his Suetonii verbis potes colligere quare glorietur ſe paviſſe eos Græca lingua. quod quam eleganter dictum ſit, nemo ignorat, qui ſcit à veteribus id genus loquendi ſolitum uſurpari: ut εἰσίνασιν ἡμᾶς λόγοις. & Cicero: *litera, qui eſt ſuaviſſimus paſtus animorum.* Merito ait Romanos ab omnibus certatim Græcos, & Graios, vocari: cum Cato hoc videns, in ſenatu exclamaverit ſe non poſſe pati Græcanicam urbem. Vides igitur ex ſolo primo Ennii verſu imperite interpretatum eſſe à Verrio Ennii ſenſum, ut jam diximus: quanquam verum eſt, quod ait in fine, eandem pene cum veteri Græca veterem Latinam linguam fuiſſe. Nam & eaſdem pene veterum Latinorum cum Ionum literis fuiſſe teſtatur Plinius libro 7. Quin & linguam Romanorum Græcam fuiſſe auctor Varro & Dionyſius extremo libro primo. & inſcriptio illa Delphica, quam producit Plinius, eſt fere Latinis characteribus ſcripta. ΝΑVCΙΚΡΑΤΕS. ΤΙCΑΜΕΝΟV. ΑΘΕΝΑΙΟC. ΚΟΡΑΙ. ΚΑΙ. ΑΘΕΝΑΙ. ΑΝΕΘΕΚΕΝ. & in veteribus tetradrachmis ΑΘΕΙ. pro ἀθλῶν. *Joſ. Scaliger.*

*Romanos in lib.* 11.] Hæc ita pæne olim ad verbum Scaliger. Prior verſus Ennii paulo aliter in voce ſos. *Contendunt Græcos, Graios memorare ſolent ſos.* Et *Graios* non *Graii*, ſententia ipſa poſtulante legendum eſſe nemo dubitare debet. Quod ſi ita eſt, ut certe videtur eſſe, manifeſto Feſtus ſeu Verrius non capit mentem Ennii. De Ennio qui Græcus fuit vide in *ſol. taurilia.*

*Relegati.*] Exulum tria fuere genera. Alii interdicti, relegati alii. Alii deportati. Interdicti dicuntur quibus interdictum eſt certi loci aditu comercioque. Relegati, vel qui in locum aliquem amandantur, vel qui certo quodam loco ignominiæ cauſa jubentur excedere, quo ſenſu relegati dicuntur qui interdicti proprie ſunt. Deportati vero, qui civitate ſua multati vincti nervo aut compedibus in navim aliquam imponebantur, ſerviſque publicis ut eos in inſulam transferrent, tradebantur. De hac deportatione Terent. in Phormione.

*Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?*

Vide Hotoman de verbis juris.

*Religioni eſt quibuſdam.*] Ovid. 11. Faſt.

*Carmentis porta dextro eſt una proxima Jano:*
*Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.*
*Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos,*
*Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.*

Vide *ſcelerata Porta.*

*Et in æde Jani qui eſt extra eam.*] Ad dextram



Digitized by Google

Religionis præcipuæ habetur Cenſoria *majeſtas, cujus in libris de vita P. R.* Varro exem*pla hæc profert. M. Fulvius Nobili*or cum M. *Æmilio-Lepido, Cenſor factus, cum ei* admodum *inimicus antea extitiſſet, ſæpeque* judicia cum *eo ſibi fuiſſent, publicæ rei cauſa*, quæ in pri*mis ſpectatur, ſtatim eo delato mun*ere homini *inimicitias remiſit. quod ejus animi* judicium fu*it omnibus gratum & probatum. A Poſtumi*us Q. *Fulvius Cenſores facti quia Fulvius duos filios* amiſerat *in Illyrico militantes, & propter gravem mor*bum ocul*orum, Cenſuram gerere non poterat, ut* libri *Sybil*lini *adirentur, auctor fuit & ut pu*blice ſupp*licaretur pro valetudine collegæ.* TI. Sempron*ius cum à Rutilio Tr. pl. Cenſoria* fides labefa*ctaretur, qui ob parietem dirutum iratus* cum eſſet Aedis *privatæ, die dicta collegam Claudium* condemnaverat, *fecit ut eædem illæ, eodem quæ in loco* erant conde*mnatum abſolverent centuriæ.* L. Æmili Paulli *& Q. Philippi religioſa Cenſura* fuit, laboravit *Paulus morbo gravi, & pæne* amiſſione capi*tis in eo honore. Religioſa item* & P. Corneli *Scipionis Naſicæ, cui collega, M.* Popilius poſt conſulem *qui fratrem vidit, Cenſura* fuit, vadatus *enim cum eſſet* . . . . . . . *S. à P. R. Liberatum* conſtat. M. Valerius *Meſſala. C. Caſſius Lon*ginus Cenſores;

## NOTÆ.

fuiſſe ædem Jani porta Carmentali egredientibus fidem facit inſignis locus Livii lib. 2. ſect. 49. *Infelici via, dextro Jano porta Carmentalis profecti, (Fabii) ad Cremeram amnem perveniunt. Dacerius.*

*Religionis.*] Hic multa fuerunt à Feſto ſcripta, quæ divinare non potuimus. Videntur tamen omnia pertinuiſſe ad Cenſores. In quibus unum eſt, quod Plinius tradit lib. 17. cap. 25. *Romæ,* inquit, *in Capitolio in capite bis Jovis bello Perſei enata palma, victoriam, triumphoſque portendit: hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt M. Meſſallæ C. Caſſii Cenſorum luſtro. A quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis auctor prodidit.* M. Valerius Meſſalla, C. Caſſius Longinus Cenſores fuerunt anno poſt R. C. fere ſexcenteſimo, luſtrumque fecerunt LV. ut ex Capitolinis faſtis conſtat. *Ant. Auguſtinus.*

*Religionis præcipua habetur Cenſor.*] Hic Cenſores nominantur continuatis quinquenniis ab anno V. C. DLXXIV. ad annum DCXXII. Prima Cenſura refertur M. Æmilii Lepidi & M. Fulvii Nobilioris, qui luſtrum quinquageſimum condiderunt. Anno DLXXIV. De his Valer. Max. lib. 4. cap. 2. *M. Æmilius Lepidus bis Conſul diutinas ac vehementes inimicitias cum M. Fulvio Nobiliore geſſit, quas, ut ſimul Cenſores renuntiati ſunt in Campo, depoſuit. Exiſtimans non oportere eos privato odio diſſidere, qui publice ſumma vincti eſſent poteſtate. Id judicium animi ejus & præſens ætas comprobavit, & nobis veteres annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.*

*A. Poſtumius, Q. Fulvius Cenſores facti.*] Secunda Cenſura Q. Fulvii Flacci & A. Poſtumii Albini qui luſtrum condiderunt quinquageſimum primum an. V. C. DLXXIX. de quibus Livius lib. 43. *Cenſor Fulvius ex Junonis Laciniæ templo marmoreas tegulas cum abſtuliſſet, quibus ædem Fortunæ equeſtris, quam Roma fecerat, tegeret, & mente captus eſt, & amiſſis duobus filiis in Illyrico militantibus ſummo animi mœrore conſumptus eſt.*

*T. Sempronius cum A. Rutilio.*] Tertia cenſura T. Sempronii Gracchi & C. Claudii Pulcri qui luſtrum condiderunt quinquageſimum ſecundum an. V. C. DLXXXIV. de his Valer. Max. lib. 6. cap. 5. *Diem his P. Rutilius Tribunus plebis perduellionis ad populum dixit. Quo in judicio primæ Claſſis permultæ centuriæ aperte Claudium damnabant.* Et Cicero lib. 6. de Repub. *Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur.* Et revera damnatus fuiſſet Claudius niſi Gracchus conceptis verbis juraſſet, ſe exilii comitem collegæ futurum.

*L. Æmilii Pauli & Q. Philippi.*] Quarta cenſura L. Æmilii Pauli & Q. M. Philippi qui luſtrum condiderunt quinquageſimum tertium an. V. DLXXXIX. Liv. in epitome. & Plutarch. in Paulo. Qui tradunt hos cenſores in recenſendis equitibus Romanis tres è Senatu moviſſe. Paulumque Cenſura magna ex parte geſta in morbum gravem incidiſſe.

*Religioſa item & P. Cornelii Scipionis Naſicæ.*] Quinta Cenſura M. Popilii Lænatis & P. Cornelii Scipionis Naſicæ, qui condiderunt luſtrum quinquageſimum quartum an. V. DXCIV. Hic Scipio Cenſor *primus aqua diviſit horas æque noctium ac dierum.* Plin. lib. 34. cum ait infra Feſtus Marcum Popilium poſtea fratrem ſuum conſulem vidiſſe, miror equidem ſi illud de primo conſulatu fratris ejus locutus eſt Feſtus. Caius enim Popilius Lænas jam ante M. Popilii Lænatis cenſuram conſul fuerat. Nempe an. 580. infra deeſt tantum numerus ſummæ pro qua vadatus erat Scipio, litera enim S. ſatis oſtendit de ſeſtertiis ibi actum HS.

*M. Valerius Meſſala, C. Caſſius Longinus.*] Hi luſtrum fecerunt quinquageſimum quintum an. DXCIX.

Digitized by Google

*quorum in magiſtratu ſubverſa pudici*tia fuerat, famoſi *extiterunt: nam palmam quæ* in Capitolio in ara *ipſa Jovis optimi maximi*, *bello Per*ſico nata fuerat, *tunc proſtratam ferunt & ibi ena*tam ficum, infameſque *rurſus fecit: qui ſine* ullo pudicitiæ reſpe*ctu fuerant cenſores.* L. Corneli Lentuli, C. *Cenſorini ſequitur Cenſura:* Lentulus judicio pu*blico repetundarum damnatus* fuerat, plurimi itaq. *Cenſuram adepto damnationis pœnam remiſerunt.* P. *Africani*, *Lucii* Mummi *Cenſura inſignis: ſed in qua ſegnitiæ* in agen*do notetur. Mummius is Aſellum nulla* ſoluta pœna *ex ærariis exemit Africani irriſa ſeveritate*, *qui illum fecerat ærarium. Sed* & Q. Fulvi No*bilioris*, *& ejus collegæ*, *T. Annii Luſc*i fuit no*biliſſima Cenſura nobilitati* tribus notis *inuſtis ſeveriſſimis. Q. Pompei*, *& Q.* Cæcili Metelli *Macedonici cenſura lectus ſe*natus, ad ſum*mum ſenatores amoti ſunt* tres, & eo lu*mine*, *qui aliorum offenderent* claritatem.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Religioſi dicuntur, qui faciendarum prætermittendarumque rerum divinarum ſecundum morem civitatis dilectum habent, nec ſe ſuperſtitionibus implicant.

Religioſum, ac ſacrum eſt, ut templa omnia, atque ædes, quæ etiam ſacratæ dicuntur. At quod per ſe religioſum eſt, non uti*que ſacrum eſt ut ſepulcra* quod ea non *ſacra*, *ſed religioſa ſunt.*

Religioſus eſt non modo deorum ſanctitatem magni æſtimans, ſed etiam officioſus

## N o t æ.

DXCIX. Eorum hiſtoriam de qua hic Feſtus, ſic Plin. lib. 17. cap. 26. *Roma in Capitolio in ara Jovis bello Perſei enata palma victoriam triumphoſque portendit, hac tempeſtate proſtrata. Eodem loco ficus enata eſt M. Meſſala, C. Caſſii Cenſorum luſtro, à quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis auctor prodidit.* In vulgatis Plin. editt. ſcriptum, *In Capitolio in capite bis Jovis.* Emendavit Fulv. Urſinus, *In ara Jovis.* Ex libro cum vetuſtiſſimis exemplaribus collato, ubi, *in ara Jobis.* Quæ emendatio hocce Feſti loco mirifice comprobatur.

*L. Cornelii Lentuli*, *C. Cenſorini.*] Septima hæc Cenſura L. Cornelii Lentuli Lupi & C. Martii Cenſorini qui condiderunt luſtrum quinquageſimum ſextum an. V. DCVI. Valer. Max. lib. 5. L. Lentulus Conſularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppreſſus Cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt.

*P. Africani*, *L. Mummii.*] P. Cornelius Scipio Africanus & L. Mummius Achaicus luſtrum condiderunt quinquageſimum ſeptimum, an. V. DCXI. Meminit Cicer. lib. 11. de Oratore. Ubi ſcribit Claudio Aſello equum à P. Scipione fuiſſe ademptum, eumque in ærarios relatum, ſed à L. Mummio ſtatim ex ærariis exemptum. Cujus quidem Mummii in agendo ſegnitiem notat Plutarch. in Apophtheg.

*Sed Q. Fulvii Nobilioris & ejus collega T. Annii Luſci.*] Hi condiderunt luſtrum quinquageſimum octavum an. V. DCXVII. Quamvis Fulvii Nobilioris Collegam fuiſſe T. Annium Luſcum nuſquam reperio in veteribus monumentis, ſed Q. Fabium Maximum Servilianum.

*Q. Pompeii & Q. Cæcili Metelli.*] Q. Pompeius Rufus & Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, luſtrum condiderunt quinquageſimum nonum, anno V. DCXXII. tunc primum uterque ex plebe facti cenſores. Q. Metellus cenſuit ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum cauſſa. Ejus orationem Auguſtus Cæſar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora ſcriptam, in ſenatu recitavit. Eundem Metellum C. Atinius Labeo Tribunus plebis, quia in Senatu legendo ab eo præteritus fuerat, de ſaxo dejici juſſit: quod ne fieret cæteri Tribuni plebis auxilio fuerunt. *Dacerius.*

*Religioſi*] Macrobius lib. 3. *Secundum Pompeium Feſtum religioſi ſunt, qui facienda, & vitanda diſcernunt. Joſ. Scaliger.*

*Religioſum.*] *Non utique ſacrum eſt, ut ſepulcra: quod ea non ſacra, ſed religioſa ſunt.* Sic Feſti verba ſarciri poſſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Religioſum ac ſacrum eſt.*] Ut templa omnia, quæ ſacra ſunt quia Deo conſecrata. Religioſa vero, quia plena majeſtatis atque quod ibi ſit aliquid quod homini facere non liceat. Sic *religioſa delubra* dixit Cicero. Differentias inter ſacrum, ſanctum & religioſum vide infra.

*At quod per ſe religioſum.*] Optime: Sepulcra enim non conſecratione & verbis ſolennibus, ſed illatione mortuorum religioſa efficiebantur. Unde neque arari ea neque coli jus fuiſſe docet Cicer. 11. de leg. *Priuſquam in os injecta gleba eſt, locus ille ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis, injecta gleba tum & ille humatus eſt & ſepulcrum vocatur, ac tunc denique multa religioſa jura complectitur. Dacerius.*

*Religioſus.*] Dies 36. atri ſunt terni ſingulis menſibus: poſtridie kal. Nonas, Idus. De quibus alio



Digitized by Google

adverſus homines. Dies autem religioſi, quibus, niſi quod neceſſe eſt, nefas habetur facere. quales ſunt ſex & triginta atri, qui appellantur, & Allienſis, atque ii, quibus mundus patet. Eſſe, Gallus Ælius, quod homini ita facere non liceat. ut ſi id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere quo in genere ſunt hæc: in ædem Bonæ deæ virum introire: adverſus myſtica legem ad populum ferre: die nefaſto apud Prætorem lege agere. Inter ſacrum autem, & ſanctum, & religioſum differentias belliſſime refert. Sacrum ædificium, conſecratum deo. Sanctum murum, qui ſit circum oppidum. Religioſum ſepulcrum, ubi mortuus ſepultus, aut humatus ſit, ſatis conſtare ait. Sed ita portione quadam, & temporibus eadem videri poſſe. Si quidem quod ſacrum eſt, idem lege, aut inſtituto majorum ſanctum eſſe putant, ut violari id ſine pœna non poſſit. idem religioſum quoque eſſe, quoniam ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, quod ſi faciat, adverſus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro, & ſepulcro debere obſervari, ut eadem, & ſacra, & ſancta, & religioſa fiant, ſed eo modo, quo ſupra expoſitum eſt, cum de ſacro diximus.

Reluere, reſolvere, repignerare. Cæcilius in Carine ut aurum, & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſi oppoſuit pignori.

PAULUS. Reluere, ſolvere, repignerare.

## NOTÆ.

loco Feſtus. Mundus vero ter in anno patet, hoc eſt 9. kal. Sept. poſtridie Volcanalia, & III. Non. Octob. & 6. Id. Novemb. Allienſis dies poſtridie Idus Quinctiles. Viden. Gell. lib. 5. cap. 17. Macr. lib. 1. Saturn. *Ant. Auguſtinus.*

*Religioſus.*] Sex & triginta atri dies terni ſunt ſingulis menſibus, Poſtridie Kalendas, Nonas, & Idus. Ovid. 1. Faſt. ubi de Kalendis, Nonis & Idibus.

——— ——— ——— *Omnibus iſtis*
*Ne fallare, dies proximus ater erit.*
*Omen ab eventu eſt: Illis nam Roma diebus*
*Damna ſub adverſo triſtia Marte tulit.*

Vide Gell. lib. 5. cap. 17. *Dies Allienſis*, poſtridie Idus Quinctiles. Mundus vero ter in anno patet. 9. Kal. Septembris poſtridie Volcanalia. III. Non. Octob. & 6. Idus Novembres. Vide *Mundus.*

*Eſſe, Gallus Ælius.*] Lege: *Eſſe, Gallus Ælius, quod homini ibi facere non liceat, aut ſi id faciat, contra Deorum, &c.* Sic infra, &c. Vel potius excidit vox *religioſum* quæ ſic ſupplenda: *Religioſum eſſe Gallus Ælius quod homini ita facere non liceat, aut ſi, &c.*

*Adverſus myſtica.*] Lege: *adverſus auſpicia*, ut in vet. cod.

*Inter ſacrum autem & ſanc. & Rel.*] *Sacrum* eſt, quod Deo & ejus cultui publice conſecratum, dicatum eſt, uti ædes, aræ, Sacella & ejuſmodi. Nam loca illa ubi privati ſacra ſua peragunt, non ſunt ſacra, quia publicam religionem non ſpectant. *Sanctum*, quod ne quis violet, capite ſancitum eſt, nullius tamen Deorum proprium: uti ſunt muri, portæ, aliaque nonnulla, quibus violatis ſolebant conſuli Pontifices. *Religioſum*, ubi quid ſit quod hominibus facere non liceat. Sed vide omnino Ald. Manut. de quæſitis per Epiſtolam lib. 1. Ep. 10. Nam ita fuſe & perſpicue hunc locum tractavit ut nihil ſupra adjici poſſe cenſeam.

*Sed ita portione quadam.*] Hoc eſt: etſi *ſacrum, ſanctum* & *Religioſum*, inter ſe differant, ea quodammodo eadem videri poſſe Gallus Ælius probat. Ut Delubra quæ *ſacra* ſunt quia Deo conſecrata. *Sancta*, quia ea ne quis violet, capite ſancitum eſt. Et *religioſa*, quia ſit aliquid quod ibi homines facere non poſſint. Inde Cicero ſepulcra vocat ſancta. Philip. 9. *Sepulcrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri neque deleri poteſt, atque ut cetera extinguntur, ſic ſepulcra fiunt ſanctiora vetuſtate.* Et Catullus: *Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum.* Vide *Sanctum. Dacerius.*

*Reluat.*] In verſu Cæcilii lege *oppoſivit. Joſ. Scaliger.*

*Reluere.*] Repignerare, hoc eſt, dato pretio pignus recipere. Ut in illo Cæcilii.

*Ut aurum & veſtem, quod matris fuit,*
*Reluat, quod viva ipſi oppoſivit pignori.*

Legendum enim, *oppoſivit*, non *oppoſuit.* hac voce uſus Cicero in oratione in Salluſtium in vet. cod. *Unde tu, qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris, repente tanquam ſomno beatus, hortos pretioſiſſimos, villam in Tiburti C. Cæſaris, reliquas poſſeſſionis paraveris.*

Re-

Digitized by Google

Remancipatam Gallus Ælius eſſe ait, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit. FESTUS.

Remant, repetant. Ennius libro primo: deſunt rivos campoſque remant.

Remant, repetant. Ennius: Rivos, campoſque remant. PAULUS.

Remeare, redire; ut commeare, ultro, citroque ire. unde commeatus dari dicitur, id eſt tempus, quo ire, & redire commode poſſit.

Remeare, redire, ut commeare, ultro, citro ire. unde commeatus dari dicitur, id eſt, tempus, quo ire, redireque poſſit. Afranius in emancipato vetuit me ſine mercede proſum paucius remeare in ludum. FESTUS.

Remeligines, & remoræ à morando dictæ ſunt à Plauto in Caſina. Nam quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines? ab Afranio in Prodito. Remeligo à laribus miſſa ſum, hanc, quæ curſum cohibeam *navis. remora alias tarditas nominatur, ab eo quod moram facit. Plautus in Trinumo, quæ in rebus multis obſtant, odioſæque ſunt, remoramque faciunt rei privatæ, & publicæ: Lucilius quænam vox ex te reſonans meo gradu remoram facit.*

Remeligines, & remoræ à morando dictæ. Plautus: Quid illæ nunc tam divinitus remorantur remeligines? & Lucilius: Quænam vox ex te reſonans meo gradu remoram facit? PAULUS.

Remillum dicitur, quaſi repandum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Remillum dicitur, quaſi repandum* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Lucilius. ſuda. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Remancipatam rem.*] Remancipare dicitur is qui rem ſibi mancipatam, iterum mancipat, ita ut prior eam redhibeat. Inde eleganter Gloſſ. Emancipat, *ἀντιπαρεγχωρεῖ, ἀντιπαραγράφει. Remancipo,* [illegible]. *Dacerius.*

*Remant.*] Totus hic locus mendoſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Remant.*] Non eſt alius inquinatior locus, neque maculoſior. Legendum proculdubio: *Revitant, repetant.* Ennius:

——— *Deſtituant rivos campoſque revitant.*

*Revitere* aliter, & melius, ſcribitur *rebitere.* Gloſſæ: *Revitere,* [illegible]. *Joſ. Scaliger.*

*Remant.*] Sic Plautus in capt. *Si huc revitet. Revitere* aliter & melius ſcribitur *rebitere.* Sed Fulvii Urſini editio habet *Remanant, repent,* quod magis placet ita ut legatur, *Remanant, repetunt. Em. &c.*

——— *Deſtituunt rivos, campoſque remanant.*

*Dacerius.*

*Remeare.*] Afranii Octonarius, ut ait Faernus noſter, non patitur verbum *ludum,* ideo ſcribendum eſſe *locum,* vel tale aliquod verbum. *Ant. Auguſtinus.*

*Remeare.*] Verſus Afranii indiget emendatione:

*Vetuit me ſine mercede proſum Paccius*
*Remeare in ludum.*

*Joſ. Scaliger.*

*Remeare, redire.*] Virg. 2.

*Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.*

Commeare, ire, & redire. Unde Commeatus, dicitur ſpacium quod commeandi, id eſt eundi, & redeundi Militibus, privati negotii gerendi cauſſa conceditur. *Dacerius.*

*Remeligines.*] Verſus Plauti, ni fallor, eſt in Caſina mendoſe editus: *Nam quid illac nunc tamdiu intus remoratur quaſi ob induſtriam.* Afranii autem verſus mendoſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Remeligines.*] Vel *remelegines* & *remora,* non ſunt ejuſdem originis, vel legendum, *remoragines:* ut Lambino placuit. Quod ſi vera lectio ſit, *remeligines,* verum erit quod ſenſit Scal. eſſe ab antiquo, *remello,* quod eſt, *retardo,* nam & *promello,* hoc eſt *procraſtino,* dicebant veteres, ut ſuo loco dictum eſt. Remeligo autem & remora dicitur quodcumque remoratur, unde piſcis qui navem retardat remeligo & remora dictus eſt, ut Græcis ἐχενηΐς, ab ἔχειν, *retinere,* & ναῦς, *navis,* verſus Plauti eſt è Caſin. act. 4. ſc. 3.

——— ——— ——— *Nam quid illa*
*Tam diu intus remorantur remeligines.*

*Afranio in prodito.*] Ejus verba ſic legenda: *Remeligo à Laribus miſſa ſum huc, qua curſum cohibeam navis,* vel potius ——— *miſſa ſum, huic qua curſum cohibeam navi.*

*Remillum.*] A Remo, *remil l m,* rep dum inſtar



Digitized by Google

remilium & Afranius in. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . co
xendice pergam . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Remiſſo *exercitu*, *ſimul etiam Augur quo conſul in bello* uſus *eſt in auſpicando*, *diſcedere una* jubetur, quod *tunc illo diſcedente* certum eſt exer*citum etiam eſſe remiſſum*, ut cum opus ſit, *tunc ſi velit*, *diſcede*re poſſit. *Nam conſules*, *& cenſores non* in perpetuum *Auguribus præſentibus u*tuntur, ut ait *Ap. Pulcher*, *ſed tantum in auſpi*cio, quos *poſtea dimittat is*, *à quo lege* ſecures *habitæ ſunt prius*, *quem & priorem* eſſe ait Antis*tius Labeo*, *quique eadem qu*oque lege ſigni*ficari*, *ut prior ſit in auſpic*ando dicitur, ut *ait idem Labeo in libro de* officio augur*is*. *poteſt autem Augur id &* in conſilio *facere*, *vel in alio*, *quo* ſedet loco, pullis*que pultem edentibus ſoliſtim*um facit auſpic*ium*, *poteſt etiam ſi* velit intra pom*oerium*, *ſin autem*, *in tem*plo conſiſtit.

## NOTÆ.

remi qui reflexus videtur in aqua. Periere quæ infra è Lucilio & Afranio Feſtus laudabat. Et nil juvant Schedæ. *Dacerius.*

*Remiſſo.*] Ut confidentis hominis eſſet præſtare omnia, quæ deſiderantur hic, verba repræſentari poſſe: ſic moroſi & anxii omnia tanquam ſint in numerato, exigere. Hic æquum judicem poſtulo, ut in id tantum quod facere poſſum, me condemnet: hoc eſt, quantum ex ſententia indagari poterit: non quantum verborum ipſorum ratio poſtulare videtur. Propemodum auguror quid Feſtus velit, idque non ejus integris, ſed partim ejus, partim meis verbis, ſi potero, declarabo ita: *Remiſſo exercitu ſimul & Augur*, *quo Conſul uſus eſt in auſpicando*, *abire jubetur. quod tunc eo abeunte certum eſt exercitum eſſe remiſſum: ut cum opus ſit*, *tunc*, *ſi velit*, *abire poſſit. Nam Conſules*, *aut Cenſores non in perpetuum ipſis auguribus utuntur*, *ut ait*. . . . . . . . . . *ſed in auſpicio: quos poſtea dimittunt. à quo ex lege ſecures habitæ ſunt prius*, *eum & priorem eſſe ait Antiſtius Labeo. eadem quoque lege ſignificari priorem eſſe in auſpicando dicitur*, *ut ait idem in libro de officio auguris. Poteſt autem aut id in conſilio facere*, *aut ſi quo alio volet loco pullis pultem objiciens ſoliſtimum facit auſpicium. aut etiam*, *ſi velit*, *intra pomerium: ſin autem*, *in templo conſiſtit.* Primum quod hic dicitur augures adeſſe Conſuli exercitum imperanti, & comitia centuriata habenti, plane id confirmatur his Varronis verbis ex quinto de ſermone Latino. Hoc nunc aliter fit, atque olim. quod Augur Conſuli adeſt tum, cum exercitus imperatur, ac præit, quid eum oporteat dicere. Conſul Auguri imperare ſolet, ut inlicium vocet, non accenſo, aut præconi. Id incœptum credo, cum abeſſet accenſus: & nihil intererat, cui imperaret. & dicis cauſſa fiebant quædam neque item facta, neque item dicta ſemper. & in III. de re ruſtica: Ibi Appium Claudium Augurem ſedentem invenimus in ſubſelliis, ut Conſuli, ſiquid uſus popoſciſſet, eſſet præſto. Porro ita magiſtratus Auguri denunciabant: Q. FABI TE VOLO MIHI IN AVSPICIO ESSE. Augur reſpondebat: VOLO. Conſul autem, ut ait, auſpicabatur aut intra pomerium, aut in templo conſiſtens. in quibus locis ſemper ei auſpicanti præibat Augur, ut notum eſt ex verbis, quæ paulo ante ex quinto de ſermone Latino retuli. Idem ait non dubitari priorem eſſe Conſulem, qui prior faſces habeat, hoc eſt, qui ex lege prior factus ſit conſul, ut ſupra locutus eſt in verbo Parare: quod reponendum eſt poſt Pappi. Eandem autem legem interpretatione ad auſpicia quoque trahebant. uti ſcilicet cujus priores eſſent faſces, ejuſdem prioris eſſent & auſpicia. Ex iſtis, & ex aliis quam plurimis paſſim poſſumus advertere, quam æqui boni beneficium Pauli interpretari debeamus, qui maximam à poſteritate gratiam ſe initurum ſperavit, ſi de bono autore male promereret, quem meliore ſui parte mutilaverit, ita ut cum ex Atlante nanum ſe facere poſſe contendit, ex homine integro, mancum & mutilum nobis proponat. *Joſ. Scaliger.*

*Remiſſo exercitu.*] Primum quod hic dicitur augures adeſſe conſuli exercitum imperanti, plane id confirmatur his Varronis verbis ex 5. de L. L. *Hoc nunc aliter fit*, *atque olim. Quod Augur Conſuli adeſt tum cum exercitus imperatur*, *ac præit*, *quid eum oporteat dicere. Conſul Auguri imperare ſolet*, *ut inlicium vocet*, *non Accenſo*, *aut præconi. Id incœptum credo cum abeſſet Accenſus: Et nihil intererat cui imperaret. Et dicis cauſa fiebant quædam neque item facta*, *neque item dicta ſemper.* Et in III. de R. R. *Itaque imus*, *venimus in villam. Ibi Appium Claudium ſedentem invenimus in ſubſelliis*, *ut Conſuli*, *ſi quid uſus popoſciſſet*, *eſſet præſto.* Porro ita Magiſtratus Auguri denunciabant: Q. FABI TE VOLO MIHI IN AUSPICIO ESSE. Augur reſpondebat VOLO. Conſul autem, ut ait, auſpicabatur aut intra pomerium, aut in templo conſiſtens. In quibus locis ſemper ei auſpicanti præibat Augur, ut notum eſt ex verbis quæ paulo ante ex Varrone retulimus. Idem ait non dubitari priorem eſſe conſulem, qui prior faſces habeat, hoc eſt, qui ex lege prior factus ſit conſul, ut ſupra locutus eſt in verbo *parare.* Eandem autem legem interpretatione ad auſpicia quoque trahebant, uti ſcilicet cujus priores eſſent faſces, ejuſdem prioris eſſent & auſpicia. Ex iſtis, & ex

Digitized by Google

Remorbeſcat: in morbum recidat. PAULUS.

Remorbeſcat En*nius poſuiſſe videtur, pro in mor*bum recidat. FESTUS.

Remores aves in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. PAULUS.

*Remores* item in *auſpicio aves dicuntur quæ acturum aliquid* remor*ari compellunt.* FESTUS.

Remulco eſt, cum ſcaphæ remis navis magna trahitur. PAULUS.

*Remulco eſt, cum ſcaphæ remis navis magna* tra*hitur.* FESTUS.

Remurinus ager dictus, quia poſſeſſus eſt à Remo. & habitatio Remi Remora. ſed & locus in ſummo Aventino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus. PAULUS.

*Remurinus ager* dictus, *quia poſſeſſus eſt à Remo & habitatio Remi*, Remu*ria item in Aventino dicta, namque Aventinum in quo habitant, elegiſſe Remum dicunt, unde vo*citatam a*iunt Remuream locum ſummo Aventino, ubi* de urbe *condenda fuerat auſpicatus. alias Remorum* qu*ondam eum locum appellatum fuiſſe* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . teſtis *eſt* . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Renanciſcitur ſignificat reprehendit. unde adhuc nos dicimus nanciſcitur & nactus, id eſt adeptus. PAULUS.

Renan*ciſcitur, Verrius quidem ſig*nificare ait rep*rehendit. Unde adhuc nos* dicimus nanciſcitur, *& nactus, id eſt adeptus.* FESTUS.

Renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit, ſi factum eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet.

*Reor*, exiſtimo, & quæcun*que ab eo declinantur*, quorum paſſiva auct*oritas eſt.*

## NOTÆ.

ex aliis quamplurimis paſſim poſſumus advertere quam æqui boni benificium Pauli interpretari debeamus, qui maximam à poſteritate gratiam ſe initurum ſperavit ſi de bono auctore male promereret, quem meliore ſui parte mutilaverit, ita ut cum ex Atlante Nanum ſe facere poſſe contendit, ex homine integro mancum, & mutilum nobis proponat. Scal.

*Remorbeſcat.*] Iterum morbeſcat. Gloſſar. remorbeſco, ἀνανοσέω.

*Remores.*] Ad remores aves reſpexiſſe videtur Plautus cum ſcripſit, *An auſpicium aliquod remoratum eſt?*

*Remulco.*] Non ſatis exponit quid ſit *remulcus*, neque enim ita dicitur à remis ſcaphæ, ſed à ῥῦμα, ſive ῥυμὸς, *remus*, quod eſt *lorum*, unde & *remus*, tubæ lorum dicitur ῥυμουλκεῖν, fune trahere, de ſcapha quæ grandiorem navim fune trahit, quæ navis remulco trahi dicitur. Iſidor. lib. 19. cap. 4. *Remulcum, funis, qua deligata navis trahitur vice remi.* Cæſar. III. Civil. bell. *Ad Oricum venit, ſubmerſamque navim remulco, multiſque contendens funibus reduxit.* Ita Livi. non ſemel & C. Valgius antiquus poeta:

*Hic mea me longo ſuccedens prora remulco*
*Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.*

ῥυμουλκεῖν Latini dixere *remulcare*.

*Remurinus ager.*] Remurinum hunc agrum, & Remu iam diverſum facit à Remuria quæ in ſummo Aventino. Sane Dionyſ. Halicarn. Remoriam quandam ponit vigeſimo ab urbe ſtadio, ad Tiberim. Remuria, juxta Romam Stephano. Sed veriſimilius eſt Remurinum agrum circa Aventinum fuiſſe. Et Remuriam, locum munitum in ſummo monte. Nam cum Remus & Romulus de condenda urbe contenderent, uterque ſibi locum munivit, hic in Palatio, ille in Aventino. Romulus locum ſuum *Romam quadratam* dixit, ſuum Remus Remuriam vocavit. Vide *Roma quadrata*. Quod addit in fine Feſtus Remuriam, *Remorum* alias fuiſſe vocatam, neſcio cujus auctoritate ad id probandum utebantur. Addiderat forſan Feſtus locum illum poſt Remi mortem aliquando *Remorum* dictum fuiſſe, quod ibi auſpicia Remum remorata fuerant.

*Renanciſcitur.*] Melius, *Renancitur*, ut in MSS. Pauli ſcriptum teſtatur Voſſ. *Renancitur à renancior*, ut in 12. tab. *nancitor*. Quod vide ſuo loco. *Dacerius.*

*Renovativum.*] Vide *Adteſtata*. *Joſ. Scaliger.*

*Renovativum fulgur.*] Renovativa fulgura eadem quæ *adteſtata*. Sed non ſatis intelligo quid iſta ſignificant, *cum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit.* An voluit Feſtus, cum quod prius fulgur admiſerat, illud agere incœperant, &c. Quidi vero & non ante incœptam rem renovativa illa ſecunda fulmina dicerentur. Lego: *Cum ex aliquo fulgure ſignificatio fieri cœpit.* Nunc omnia plana. Renovativum fulgur, ſecundum fulgur idem ſignificans quod prius ſignificaverat. Nempe ſcriptum fuerat per compendium *Sifcio* Et inde natum, *functio*.

*Reor.*] Reor, inquit Feſtus, ſignificat exiſtimo, & om-

PAULUS. Reor, exiſtimo, & quæcunque ab eo declinantur.

FESTUS. Repagula ſunt, ut Verrius ait, quæ patefaciundi gratia ita figuntur, ut ex contrario quæ oppanguntur. Cicero in Verrem libro quarto: poſtea convolſis repagulis, effractiſque valvis demoliri ſignum, ac vectibus labefactari conantur. quæ poetæ interdum repages appellant.

PAULUS. Repagula ſunt, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut è contrario oppangantur: hæc & repages dicuntur.

FESTUS. Retanda locantur Pomptina flumina, *id eſt, purganda, reta enim vocantur arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminent.*

Repaſtinari ager is dicitur, ut Verrius exiſtimat, cujus natura mutatur fodiendo, cum aut ſilveſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat paſcui, vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. Cato in ea, quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum: ego jam à principio in parſimonia, atque in duritia,

## NOTÆ.

& omnia quæ ab eo declinantur, ut *rebar, ratus ſum, &c.* Quorum paſſiva eſt auctoritas. Ubi quam nos *terminationem* dicimus Feſtus *auctoritatem* vocat. *Dacerius.*

*Repagula.*] Ciceronis locus relatus eſt in Verrina de ſignis, quæ quarta quidem eſt earum, quas Cicero tantum conſcripſit, non egit. Sexta vero omnium Verrin. Vide Redivivum. *Ant. Auguſtinus.*

*Repagula.*] Gloſſæ: *Repagulum*, *χόρηξ*. *Repagula*, *χαλυπτῆρες*. *Joſ. Scaliger.*

*Repagula.*] Quæ panguntur & repanguntur. Sed quod hic ait Feſtus, *ut ex contrario, quæ oppangantur*, non ſatis intelligo, & juxta me intelligere quemvis alium puto. Nempe Feſti verba mutila ſunt & corrupta, legendum enim, *quæ patefaciundi gratia ita figuntur, ut ex contrarioque oppangantur & repangantur.* Seras ſive vectes illos intelligit, qui ab exteriori parte, inſerto brachio per foramen januæ, adducebantur & reducebantur. *Ex contrario*, id eſt, *deforis*. *Contra*, enim nihil aliud eſt quam *ἀντικρύς*. Ut de Africa dixit Virgil. *Italiam contra. Ex contrario* optime Græci dicunt *ἐξ ἐναντίας*.

*Cicero in Verrem lib.* 4.] Quartum intelligit eorum quos tantum conſcripſit Cicero. Sextus enim eſt omnium Verrin. Vide *redivivum*. *Dacerius.*

*Retanda.*] Gell. lib. 11. cap. 17. refert in edicto veteri cujuſdam Prætoris ſcriptum fuiſſe: *Qui flumina retanda publice redempta habent: ſi quis eorum ad me eductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non feciſſe.* & apud Caium lib. 7. de origine vocabulor. *retas vocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminerent, aut in alveis eorum extarent: appellataſque eſſe à retibus; quod prætereuntes naves impedirent, & quaſi irretirent. Idcirco ſeſe arbitrari retanda flumina locari ſolita eſſe; id eſt, purganda ne quid aut moræ, aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.* *Ant. Auguſtinus.*

*Retanda locantur.*] Ita hunc locum & ego olim ſuppleveram ex Gellio lib. 11. cap. 17. qui lib. 7. Caii de origine vocabulorum refert, *retas vocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminerent, aut in alveis eorum extarent, appellataſque eſſe à retibus, quod prætereuntes naves impedirent & quaſi irretirent. Idcirco ſeſe arbitrari retanda flumina locari ſolita eſſe, id eſt, purganda, ne quid aut moræ aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.* Idem Gellius ex edictis Prætorum affert: *Qui flumina retanda publice redempta habent, ſi quis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit non feciſſe.* Inde Iſidorus: *Retanda, purganda.* *Dacerius.*

*Repaſtinari.*] Afranii verba mendoſa ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Repaſtinari.*] Lego: *Cum aut ſilveſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat paſcuus vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione.* *Afranius Emancipato:*

——— *Repaſtinaſſe ratus ſentes fugis.*

Vel:

*Repaſtinatas crati ſentices fugis.*

*Joſ. Scaliger.*

*Repaſtinari.*] Paſtinare, à paſtino inſtrumento de quo ſic Columel. 3. cap. 20. *Paſtinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum quo ſemina panguntur, unde etiam repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens conſuetudo, quidquid emoti ſoli vineis præparatur, repaſtinatum vocat.* Gloſſ. *paſtinare*, *βωλοστροφεῖν*. *paſtinatus*, *βωλοστροφία*. Item Gloſſ. Cyrill. *βωλοστρόφιον*, *paſtinum*, *βωλοστροφία*, *paſtinatio*, *repaſtinatio*. *βωλοστροφητέα γῆ*, *paſtinanda*. *βωλοστροφῶ*, *occo*, *occillo*, *paſtinor*, *paſtino*. *Paſtinum* à Græco *πήσσω*, *pango*, vulgo vocamus *houë*.

*Ut fiat paſcui.*] Lege: *ut fiat paſcuus, vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione.*

*Afra-*

Digitized by Google

atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis. Afranius in Repudiato: Repaſtina ſerati ſenex fugis.

Repaſtinari ager is dicitur, cujus natura fodiendo mutatur. PAULUS.

Repedare, recedere.

Repedare, recedere. Pacuvius: Paulum repeda gnate à veſtibulo gradum. FESTUS.

Repertum dicitur, quaſi repartum, & reparatum. PAULUS.

*Repertum dicitur idem* quod amiſſum recipere, *quaſi repertum & reparatum.* FESTUS.

Repotia poſtridie nuptias apud novum maritum cenatur quia quaſi reficitur potatio. Pacuvius in Iliona: abeo depulſum mamma pædagogandum accipit apportalis liber.

Repotia poſtridie nuptias apud novum maritum cenatur, quia quaſi reficitur potatio. PAULUS.

Repudium, quod fit ob rem pudendam, appellatum.

Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Attius: Repudio ejecta ab Argis jamdudum exſulo. FESTUS.

Repulſior ſecunda conlatione dixit Cato in ea, quæ eſt contra Cornelium apud populum. Nec quis incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior.

Repulſior Cato dixit comparative à repulſo. PAULUS.

## NOTÆ.

*Afranius in repudiato.*] Legit Scalig. *Afranius in emancipato, & ejus verba:*

——— *Repaſtinaſſe ratus ſentes fugis.*

Vel:

*Repaſtinatas crati ſentices, fugis.*

Turneb. lib. 13. cap. 25.

*Repaſtinare ſero tu ſenex fugis.*

Ego propius, ut puto, ad veterem ſcripturam.

*Repaſtinaſſe ratus tu ſenex fugis.*

*Repedare.*] Redire, gradum referre. Lucil. lib. 26.

——— ——— ——— *rediſſe*
*Ac repedaſſe ut Romam vitet gladiatoribus.*

Supple, *viam*, vel *gradum*, ut in exemplo Pacuvii.

*Repertum dicitur idem.*] Lege ut in Epitome, *quaſi repartum*, *reperio* enim eſt à *re*, id eſt, rurſum, & *pario*. *Dacerius.*

*Repotia.*] Pacuvii verba mendoſa ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Repotia.*] Pacuvii verſus mendoſus eſt. Ita emenda: *ab eo*

*Depulſum mamma pædagogandum accipit*
*Repotialis liber.*

Gloſſarium: *Reoria*, ἡ τρίτη τῶν γάμων ποδοστροφία. *Reperidia*, ἐπιποδία, ἡ μετὰ τὴν ἡμέραν ποδοστροφία. Reproca, ἐπίβδα, ἡ μετὰ τὴν ἑορτήν. In tribus his exemplis legendum *Repotia*. & pro ἐπιποδία, ἐπίβδα, quo utitur Pindarus. Apud Acronem Horatii interpretem perperam excuſum eſt ποτοστροφία, pro ποδοστροφία. *Joſ. Scaliger.*

*Repotia.*] Sed in *reperidia* Scaligerum falli puto, neque enim pro eo ſubſtituendum *repotia*, ſed potius legendum *repedidia*, ſive potius *repedia*, quaſi *repedatio*. Explicat enim *podoſtrophiam* Græcorum qui ſcilicet à pedibus dixerant, quod Latini à potatione *repotia*. Sed vide Cujacium lib. 16. obſervat. cap. 39. Repotia alii ſecundum, alii ſeptimum à nuptiis diem faciunt. Turnebus opinatur etiam liberis natis celebrata *repotia*, quæ & Acro παιδοστροφία dixerit. Sed vereor ut huic opinioni anſam dederit Auſonii locus male acceptus, & alter Horatii, & item iſte Pacuvii. Sane Pacuvii verba jocum non cuivis obvium continere videntur, de beato enim viro quodam dicta ſunt cui ipſo repotiali die puer jam mamma depulſus, & jam pædagogandus traditus ſit. Notum eſt illud.

Τοῖς δ' εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

*Felicibus tertio etiam menſe pueros naſci.*

Merito igitur ſe feliciores deputent quibus poſtridie nuptias jam grandes pueri contingunt quaſi de cœlo lapſi.

*Repudium.*] Differt à divortio, quod eſt diſſolutio matrimonii. Et repudium non modo nuptiarum diremptionem, ſed & ſponſaliorum renunciationem ſignificat. *Divortium* inter virum & uxorem tantum fieri dicitur. *Repudium*, etiam inter ſponſos, ut au-



Digitized by Google

Reque eapſe, re ipſa.

FESTUS. Reque eapſe Scipio Africanus Paulli filius, cum pro æde Caſtoris dixit, hac compoſitione uſus eſt. quibus de hominibus ego ſæpe, atque in multis locis opera, factis, conſiliis, reque eapſe (ſæpe) bene meritus ſpem, id eſt & re ipſa.

PAULUS. Res comperendinata ſignificat judicium in diem tertium conſtitutum.

FESTUS. Reſecrare, reſ*olvere religione. Utique cum* reus populum c*omitiis oraverat per deos* ut

## NOTÆ.

tor eſt Modeſtinus. Differentiar. 29. Sed & *Divortium facere* dicimus *repudium mittere*, *renunciare*, vel *dicere*. Cato de dote: *Vir cum divortium fecit.* Terent. Phorm.

——— *Illis repudium renuntiet, hanc ducat.*

Paulus ad edictum 31. *Per calatorem miſſo repudio.* Tacit. Annal. 3. *Poſt dictum repudium adhuc infenſus.* Pomp. *Dacerius.*

*Reque eapſe.*] Verbum *ſæpe* bis eſt ſcriptum, mendoſum autem eſſe arbitror ſpem. *Ant. Auguſtinus.*

*Reque eapſe.*] *Quibus de hominibus cum ego ſæpe, atque in multis locis opera, factis, conſiliis, reque eapſe bene meritus ſiem. Joſ. Scaliger.*

*Reque eapſe.*] Verba Catonis ſic legenda: *Quibus de hominibus cum ego ſæpe atque in multis locis, opera, factis, conſiliis, reque eapſe bene meritus ſiem.* Scal. *Dacerius.*

*Res comperendinata.*] Viden. Pedian. in Prætura Urbana. Cicero pro Murena: *Tot homines, tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium, an perendinum, judicem, an arbitrum; rem, an litem dici oporteret. Ant. Auguſtinus.*

*Res comperendinata.*] Comperendinationem quidam exponunt condictionem, id eſt, ab utriſque litigatoribus mutuam denuntiationem in perendinum diem. Sed potius comperendinatio à judice fiebat. *Comperendinare* autem eſt rei judicium in ſecundam actionem perendie habendam diffundere, tametſi prima actione judicium fieri potuerit, niſi id lex juberet proferri. Et differt comperendinare ab ampliare, quod judex jubetur comperendinare, licet ei conſtet de cauſſa rei, adeo ut poſſit prima actione judicare: ampliare vero non cogitur, ſed ampliat pro arbitrio. Item comperendinat ſemel tantum. At quoties lubet ampliare poteſt. Item comperendinat uno tantum interjecto die, inter primam & ſecundam actionem: Ampliat vero intermiſſis quot lubet diebus. Cicer. 3. Verr. 26. *Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus, antea vel judicari primo poterat, vel amplius pronunciari.* Quare optime comperendinationem tridui dilationem Gloſſæ interpretantur. Comperendinatio, τριήμερος ὑπέρθεσις. Dicitur & *comperendinatus.* 3. Verr. 26. *Adimo comperendinatum, quod habet lex moleſtiſſimum bis ut cauſſa dicatur. Dacerius.*

*Reſecrare.*] Relatum carmen Plauti reperies in Aulularia. *Ant. Auguſtinus.*

*Reſecrare, reſolvere.*] Hæc præclaram cognitionem de obſecrationis religione continent, ſed melior pars adhæſit poſt *reſpici avis*, ut & olim monuit Scal. Et in ejus locum alia quædam intruſa quæ mox videbimus. Locus igitur integer ſic reſarciendus: *cumque comitia eſſent dimittenda, peracto ſacrificio quaſi finis impetratus eſſet & quaſi forent comitia perfecta ſumi tum reum jubebant ſacerdotes ſuo more, aliiſque peractis juxta conſuetudinem luci, in quo ſacra faciebant, reo à Calatoribus ingeniculato atque ita inclinato vinum in caput infundebant ſolenni cum precatione. Inde Plautus: Reſecroque mater quod dudum obſecraveram. Dicitur etiam reſecror.* Non dubium quin ita conceptus locus fuerit. Sciendum eſt autem ea ſuperſtitione imbutos fuiſſe veteres ut ſi quis *obſecro* dixerat, eum quem alloquebatur obſtringere obligareque quodam ſacramento & jurejurando videretur, unde liberari non poſſet, niſi idem qui obſecraverat, reſecraret, id eſt, ea religione ſolveret. Plaut. Aulular.

——— *Nunc te obſecro*
*Fac mentionem cum avunculo mater mea:*
*Reſecroque mater quod dudum obſecraveram.*

Nempe obſecraverat matrem ut ne cum avunculo mentionem faceret de Euclionis filia. Nunc contra mutata ſententia eam obſecrat ut cum eo de eadem colloquatur. Et quia mater priori obſecratione obſtricta & obligata manebat, Reſecratione opus erat qua eam religione ſolveret. Quin etiam ſi quis Deos teſtatus eſſet ſe aliquid facturum, is eo obligabatur, neque voto liberari poterat niſi ſe ipſum reſecraſſet. Hinc intelligendus locus Marcellini lib. 24. quod vidit etiam doctiſſ. Petrus Pithoeus, *Exclamavit indignatus acriter Julianus, Jovemque teſtatus eſt nulla Marti ſacra facturum: nec reſecravit celeri morte præceptus.* Nempe Juliano morte prævento non licuit ſe obſecrationis religione abſolvere. Sed redeamus ad Feſtum. Reus in comitio populum orat ut ſe periculo liberet. Judex obſecratione motus jubet eum reſecrare quod obſecraverat. Nam niſi reſecraſſet reus, quamvis ex juſta cauſſa à populo damnatus eſſet, populus ipſe religione obſtrictus manſiſſet. Reus contra urget & quod innocens ſit cauſſatur tandemque cum reus cogi non poteſt ut populum reſecraret, ſacerdotes eum ſumi jubent atque ita per calatores, id eſt ſacerdotum ſervos, ingeniculato vinum infunditur, nempe, ut optime Sca-

Digitized by Google

eo periculo *liberaretur*, *jubebat magi*ſtratus eum reſecrare. *Rurſus autem*, *idem Uti* ſe liberarent inſiſt*ebat*, *& quod Inſons* innocenſque eſſet cau*ſabatur*: *& quod caput* eſt, ne eidem iterum *dies diceretur*, *neve iterum* animadverti *ſtatuerent in eum*, *deprecabatur*, cumque comitia eſſe*nt dimittenda*.

† . . . . . . . . . . . . . ut. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . jure. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . ut . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . ica . . . . . . . . . . . . . . .
. *Plautus Reſecroque mater quod dudu*m o*bſecraveram*. . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . ror. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . is con . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . dicium . . . . . . . . . . . . .

Reſecrare, ſolvere religione, utique cum reus populum comitiis oraverat per deos, ut eo periculo liberaretur, jubebat magiſtratus eum reſecrare. Plautus; Reſecroque mater, quod dudum obſecraveram. . . . . . . . . . PAULUS.

. Reſerari à ſera dictum eſt. . . . . . . . . . . . . . . .

*Reſerari Verrius ait* dici ab eo, quod *mota ſera à Januæ car*dine pateſiant *fores*, *inde quæ pateſacta* & recluſa ſint *reſerata dici*, *ſera* namque dicuntur fuſtes, *qui opponuntur clauſis* foribus. Pacuvius in *armorum judicio*: *nunc* pandite valvas *removete ſeras ut* complectar. FESTUS.

Reſes ignavus, quia reſidet. PAULUS.

*Reſes*, *& reſiduus dicitur ignavus quia* reſidet. Attius *in*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . *odi* reſiduos, ſumno *deditos atque incertes*. *Affranius* in roſa: præterea *reſides multi*. Pacuvius in arm*orum judicio*: tuque te deſidere *mavis reſidem*, *at contra* nos hic eſſe in *labore*. . . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

Scaliger, ut in eum omnis religio contracta verteret. Religio enim contracta intelligitur, ex obſecratione, quapropter non aliter reſecrabatur, id eſt, ſacro aut religione ſolvebatur magiſtratus quam ſi piaculum contractæ religionis in rei caput verteret.

† . . . . . *ut*. . . . . .] Iſta quamvis etiam in Schedis reſerationis caput medium findant, alio tamen pertinere certum eſt. Et videntur eſſe verba Feſti de *re comperendinata*. Nam ſuperiora Pauli eſſe epitomen quovis pretio contendam. Sed Feſti verba dum alienas ſedes invadunt capite ſuo truncata ſunt quod rejectum eſt poſt Plauti locum . . . . . . . . . . . . . . *is con* . . . Eo igitur huc retracto corpus integrum ſic fortaſſe reſtaurari poſſit: *Res comperendinata dicitur*, ut *Verrius ait*, *judicium in diem perendinum* jure *conſtitutum*, *ita ut uno tantum interjecto die res judicetur*. *Dacerius*.

*Reſerari*.] Reſerari ait dici ab eo, quod emota ſera à cardine pateſiant fores. Inde cœptum, ut quæ aperta, & recluſa ſint, reſerata dicantur. Seræ denique dicuntur fuſtes, qui opponuntur foribus. Pacuvius in. . . . . . . *Pandite valvas*, *removete ſeras Ut complectar*. *Joſ. Scaliger*.

*Reſerari*.] Nonius: *Reſerare aperire*, *à ſera dictum*, *quæ remota valvæ pateſiunt*. Nam ſeræ ſunt fuſtes, vectes, μοχλοί Gloſſ. *ſera*, μοχλὸς θύρας. Item *reſerat*, ἀνοίγει κλείνας μοχλῷ. Ovid. *Excute poſte ſeram*. *Dacerius*.

*Reſes*.] Infra: *Reſes*, *ignavus qui reſidet*. *Attius in*. . . . . . *reſidi vos ſumno*. *Afranius in Roſa*: *præterea*. . . . . *Pacuvius in Armorum judicio*: *Tuque te deſidere mavis reſidem*: *nos hic eſſe in labore*. *In Attii verbis deeſt tale quid*, *deditos*: *reſidi ſumno deditos*. Scriptura antiqua *ſumno* pro *ſomno*. *Joſ. Scaliger*.

*Reſes & Reſiduus*.] Gloſſ. Reſes, καθήμενος. Reſideo καθιζάνω. De reſiduo Placidus in Gloſſis: *Reſiduus quaſi tardus*. Item Papias, *Reſiduus*, *reliquus*, *fatigatus*, *ultimus*. Item, *Reſides*, *otioſi*, *pigri*, *quieti*. *Reſides proprie ſunt qui militiam detrectant agere*. Virgil. 1. Æneid.

*Jam pridem deſides animos*, *deſuetaque corda*.

Ubi Servius: *Reſides*, *pigros ad amandum*, *inertes*. *Juraverat enim* (Dido) *nulli ſe eſſe nupturam*. *Reſides ſane milites otioſi ut* 6. *Æneid*. ——— ———
Reſideſque movebit Tullus in arma viros. *Unde contra* inſtantes *dicimus induſtrios*.



Digitized by Google

PAULUS. Reſidiare, ſæpe reſilire.

FESTUS. . . . . . . . . . . ſulta. . .

Reſignare antiqui pro reſcribere ponebant, ut adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere. Cato de ſpoliis, ne figerentur, niſi quæ de ho*ſtibus capta eſſent. Sed tum ubi indiviſi ſunt revertantur reſignatis vectigalibus.* . . .

. . . . . . . . . . . . . nar . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . requi . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . alia a . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . quod m . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . reb . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . in di . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . tertium . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . ranorum . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . poſiti . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . niſi a . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . vocabu . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . cretum . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Reſignare antiqui dicebant pro reſcribere, ut adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere.

FESTUS. Reſignatum æs dicitur militi, cum ob delictum aliquod juſſu Tribuni militum (ne ſtipendium ei detur,) in tabulas refertur. reſignare enim antiqui pro ſcribere interdum ponebant. .

PAULUS. Reſperſum vinum dixerunt, quia vino ſepulcrum ſpargebatur.

FESTUS. *Reſperſum vinum* ſignificat *apud antiquos: quia in ſacris n*ovendia*libus vino mortui ſepulcrum* ſpargebatur. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . o . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Reſidiare.*] Legere quidam, *Reſultare, ſæpe reſilire.* Sed infra in reliquiis Feſti apparet τὸ *reſultare*, interpretationem tantum fuiſſe τοῦ *reſidiare*. Libenter igitur legerem, *reſillare ſæpe reſilire.* Ita ut dictum fuerit *reſillo*, & *reſilio*. Nam inter quartam & primam conjugationem magna fuit olim affinitas. Vel forte legendum *reſilitare, reſultare, ſæpe reſilire.*

. . . *ſulta* . .] Forſan *Reſilitare, reſultare, ſæpe reſilire.* Gloſſ. *Reſulto*, ἀναθρώσκω.

*Reſignare antiqui pro reſcribere.*] Reſcribere dicebant antiqui, ſibi creditam pecuniam reddere, renumerare. Nam creditores *ſcribere*, ſive *dictare* dicebantur cum credebant. Debitores vero cum ſolvebant *reſcribere*. *Reſignare* igitur pro *reſcribere*, id eſt *reddere*. Horat. *Cuncta reſigno.* Gloſſ. *reſigno*, ἀπολύω. *Dacerius.*

*Reſignare.*] *Cato de ſpoliis, ne figerentur, niſi quæ de hoſte capta eſſent: Sed tum ubi indiviſi ſunt, revertantur reſignatis vectigalibus.* Hæc citabat Feſtus, quæ nos reperimus in fragmentis Servii, qui eſt penes Danielem noſtrum. Qui etiam aliud profert ex eodem Catone, oratione in Lucium Furium: *De aqua quod attinet ad ſalinatores ærarios, cui cura vectigalium, reſignat. Joſ. Scaliger.*

*Cato de ſpoliis ne figerentur.*] *Cato de ſpoliis ne figerentur niſi quæ de hoſte capta eſſent. Sed tum ubi indiviſi ſunt revertantur reſignatis vectigalibus.* Hæc citabat Feſtus quæ nos reperimus in fragmentis Servii, qui etiam aliud affert ex eodem Catone oratione in L. Furium: *De aqua quod attinet ad ſalinatores ærarios, cui cura vectigalium reſignat.* Scal. *Dacerius.*

*Reſignatum.*] Illa verba (ne ſtipendium ei detur) in Pauli libris extant; non in Feſti. *Ant. Auguſtinus.*

*Reſignatum æs.*] Æs quod in tabulis ſcriptum fuerat ut militibus daretur in ſtipendium ſi quando reſcriberetur & expungeretur, proprie reſignatum æs dicebatur, & milites illi qui illud amiſerant, *ære diruti* dicebantur. Vide *dirutus ære. Dacerius.*

*Reſperſum.*] L. m. *Reſparſum. Ful. Urſinus.*

*Reſperſum.*] Reſperſum vinum ſignificat, quia in ſacris Novendialibus vino ſepulcrum ſpargebatur. *Joſ. Scaliger.*

*Reſperſum vinum.*] Mortuorum libationes intelligit, quas Græci vocant χοάς. Et bene *reſperſum*, vinum quia eo ſepulcrum ſpargebatur. In fine deeſt tantum *quæ ſacra fiebant die nono.*

Re-

Reſpicere avem eſt in auſpicando, unde quis avem proſpexit, cum eodem revertitur.

Reſpici avis *tunc dicitur*, *cum peracto ſacri*ficio, quaſi finis impet*ratus eſſet*, *& quaſi forent* comitia perfecta; ſumi *tum reum jubebant ſacer*dotes ſuo more, aliiſque *peractis juxta conſuetudi*nem luci, in quo ſacra fa*ciebant*, *reo à ca*latoribus ingeniculato, *atque ita inclinato* vinum in caput in*fundebant ſolemni eum pre*catione.

Reſpublicas multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea, quam conſcripſit de lege Pr. Ennii, & peregrinis, cum ait: eæ nationes, cum aliis rebus, per avaritiam, atque ſtultitiam, reſpublicas ſuas amiſerunt.

Reſtat pro diſtat ait Ennius: ponere, cum is dicat, impetus, aut longe mediis regionibus reſtat.

Reſtat Ennius poſuit pro diſtat. **Paulus**

Reſtibilis ager fit, qui biennio continuo ſeritur farreo ſpico, id eſt ariſtato. quod ne fiat, ſolent, qui prædia locant, excipere.

*Reſtibilis ager* dicitur qui bie*nnio continuo ſeritur farreo ſpi*co, id eſt ariſt*ato*, *quod ne fiat*, *ſolent qui prædia lo*cant excip*ere*. **Festus.**

## Notæ.

*Reſpicere avem eſt.*] *Spicere* & *reſpicere* propria Augurum verba ſunt. Vide in *ſpectio*. Reſpici autem avis dicebatur cum eodem revertebatur unde eam augur ſpexerat. *Dacerius.*

*Reſpici avis.*] Hic ſolus verſus pertinet ad epitomam. neque aliud quidquam amplius præter quam quod in Epitome continetur, à Feſto tractatum fuiſſe puto. Reliqua, quæ ſequuntur, tantum abeſt, ut huc referenda ſint, ut potius importune à ſuo loco divulſa fuerint. Conjungenda enim ſunt cum iis, quæ de verbo Reſecrare ſupra poſuit, ſtatim poſt lineam, cumque comitia &c. ita: *Reſecrare, reſolvere religione. utique cum reus populum comitiis oraverat per Deos, ut eo periculo liberaretur, jubebat magiſtratus eum reſecrare. Rurſus idem. uti ſe liberarent, inſiſtebat. & quod inſons, innocenſque eſſet, cauſabatur ne in carcerem eſſet eundum. iterum ne in ſe innocentem animadverti ſtatuerent, deprecabatur. cumque comitia eſſent dimittenda: peracto ſacrificio, quaſi finis impetratus eſſet, poſt comitia perfecta, ſumi jubebant eum ſacerdotes ſuo more aliſq. . . & ſecundum conſuetudinem luci, in quo ſacra facerent, à calatoribus ingeniculato ſtatuebatur & vinum in caput infundebatur ejus, cum imprecatione.* Omnino vere, ni fallor, arbitramur hæc male divulſa fuiſſe ac diſtracta, quæ ſententia ipſa, & mos reſecrationis reorum hactenus ignoratus tam belle inter ſe conjungit. pro illis corruptis *aliſq.* . . . non obſcurum eſt legendum, *à lictoribus*. quos poſtea vocat *calatores*. ii ut alibi dicitur, ſunt ſacerdotum, ac ſacrorum collegiorum ſervi. Cum in rei caput vinum infundebatur, apparet id fieri ſolitum, ut in eum omnis religio contracta verteret. Religio enim contracta intelligitur, ex obſecratione. quapropter non aliter reſecrabatur, id eſt ſacro aut religione ſolvebatur magiſtratus, quam ſi piaculum contractæ religionis in rei caput verteret. *Joſ. Scaliger.*

*Reſpici avis.*] Poſt: *Reſpici avis tunc dicitur cum*, ſpatium aliquod relinquendum fuerat, nempe ad ea quæ deſunt capienda, *cum eo redit unde eam augur ſpexerat*. Reliqua omnia pertinent ad reſecrationis ritum ut vidimus in *reſecrare*.

*Reſpublicas.*] Et Cicero 2. de Divinat. ſect. 2. *Id enim ipſum à Platone Philoſophiaque didiceram naturales eſſe quaſdam converſiones rerum publicarum, ut eæ tum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando à ſingulis.* Legendum infra: C. Gracchus in ea quam *conſcripſit de lege Penni de peregrinis*. Is erat M. Junius Pennus de quo Cicero in Bruto: *C. Gracchum tuus gentilis, Brute, M. Pennus facile agitavit in tribunatu paulum ætate antecedens.* Pennus anno V. DCXXVII. Tribunus plebis legem tulit qua peregrinos urbibus uti prohibuit. Cicer. de officiis lib. 3. *Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibuit eoſque exterminavit, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper. Dacerius.*

*Reſtat.*] *Reſtat*, pro *diſtat* ait Ennium ponere, cum is dicat:

*Impetus aſt longe mediis regionibu' reſtat.*

*Joſ. Scaliger.*

*Reſtat.*] Lege, ut optime Merula: *Reſtat pro diſtat ait Ennium ponere, cum is dicat, &c. Ait*, nempe *Verrius*. Ut jam ſæpius: Verſum Ennii ſic Scaliger:

*Impetus aſt longe mediis regionibu' reſtat.*

Turnebus: *Impetus haud longe*, &c. ſed hic Verrium falli puto. Reſtare poſuit Ennius pro *retro manere*, reſiduum eſſe. De navibus enim loquitur quarum impetus in medio curſu fractus. *Dacerius.*

*Reſtibilis.*] Gloſſæ: *Reſtibilis*, ἀγρὸς δὶς τοῦ ἔτους ἠροτριωμένος. *Joſ. Scaliger.*

Retiario pugnanti adverſus mirmillonem cantatur: Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? quia mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hoc genus pugnæ inſtitutum videtur à Pittaco uno ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſias finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos rete occulto lato impedivit Phrynonem.

PAULUS. Retractare eſt, rurſus tractare.

FESTUS. † . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . re.

Retricibus cum ait Cato in ea quam ſcripſit cum edilſertavit Fulvii Nobilioris Cen-

## NOTÆ.

*Reſtibilis ager.*] Qui quotannis ſeritur Varr. lib. 4. de L. L. *Ager reſtibilis qui reſtituitur ac reſeritur quotquot annis, contra qui intermittitur, à novando, novalis ager.* Videtur à reſtituendo eum dictum putare, cum ſit à *reſtando*, quippe qui in alterum annum reſtat, hoc eſt, reſiſtit. *Reſtare* enim eſt durare, perſeverare, reſiſtere. Propert. ——— *Dum reſtat Barbarus Hector.* Quod Varro dicit *quotquot annis*, illud Feſtus continuo biennio, quod de duobus annis continuis intelligendum, neque enim reſtibilis eſt ager niſi quotannis ſeratur. Quare reſtibilem agrum exponunt *ἀγρὸν δὶς τοῦ ἔτους ἠροτριαμένον.* Agrum bis per annum ſementi præparatum, quia ſcilicet inter utramque meſſem annus vertitur. Ut in novali biennium integrum intercedit inter utrumque fructum. Farreum ſpicum vocabant ſativorum omnem fructum qui ſpicis continetur. ac vallo ariſtarum munitur, quo in genere non ſolum far, ſiligo, triticum, ſed etiam hordeum. Hæc omnia frumenti nomine comprehendebant. Hordeum apud veteres Romanos inter ſementiva, nec ſatione verna, aut trimeſtri ſerebatur, ut apud nos, ſed hyberna, eodem prorſus modo quo triticum. Cavebant igitur prædiorum locatores, ne qui ea conducebant, reſtibilem agrum farreo ſpico facerent, hoc eſt, ut ne duobus annis continuis fruge ariſtata agrum obſererent. Ergo reſtibilis ager dicendus tantum qui ariſtato genere duobus continuis annis conſeritur. Nam reſtibilis non eſt, quum in novalem mittitur faba, quæ novalis anno eodem hiberna ſatione acceptura eſt frumentum. Theophraſtus notat placere quibuſdam fabæ ſemen mandari novalibus. Quod nec ipſe improbat, modo id maturius fiat, ut ne æſtiva *νόμοις* impediatur. Haud video tamen quomodo biennio continuo frugibus ariſtatis obſeri poſſit ager, obſervatis tribus illis, aut etiam pluribus arationibus de quibus ſupra diximus. In tenera fortaſſe terra id locum habuerit, cui ſatis eſt arari dum ſeritur: aut ſi ſecundi anni ſationem ex trimeſtri ſemine facias, ut nos conſuevimus in hordeo, & avena. Sane & genus frumenti fuit ariſtatum trimeſtre veteribus cognitiſſimum Græci *τρίμηνον* appellant. Hordei etiam genus in ariſtato genere trimeſtre extitit, quale hodie omne, noſtras eſt. Sic duobus annis continuis farreo ſpico poterat ager reſtibilis fieri, quod excipiebant locatores prædiorum ne fieret. Et ſane id ſedulo cavebant veteres Agricolæ, ne frumentum biennio continuo terris ingererent, ſed leguminibus, aut milio & panico, aut etiam rapis reſtibilem agrum faciebant, ſi modo reſtibilis ager dictus eſt qui diverſi generis fruge ſeminaretur quotannis. Profecto reſtibilem Varro eam vocat terram quæ quotannis obſita ſit, nec expreſſit quo genere frugum. Salmaſ. in Solin. Putabam olim verba Feſti inverſa eſſe & eum ſcripſiſſe. *Reſtibilis ager dicitur qui biennio continuo ſeritur quod ne fiat farreo ſpico, id eſt ariſtato, ſolent qui prædia locant excipere.* Plano & optimo ſenſu. Neque enim excipiebant locatores ne prædia quotannis ſererentur, ſed ne farreo ſpico.

*Retiario.*] Retiarii gladiatores erant inermes in ſola tunica, rete jaculo tantum & fuſcina armati, plerumque cum ſecutoribus, interdum etiam cum Myrmillonibus comparabantur. Myrmillones toti erant in armis, Galli dicti quod Gallica eſſet eorum armatura. Schol. Juvenal. Sat. 8. *Myrmillonicum armatura genus Gallicum eſt, ipſique Myrmillones antea appellabantur, in quorum Galeis piſcis effigies inerat.* Myrmillones quidam dictos volunt à *Myrmidonibus.* Alii à piſce *mormulo.*

*A Pittaco uno ex ſeptem ſapientibus.*] Sane ita Pittacum adverſus Phrynonem pugnaſſe docet Strabo lib. 13. *Ὕστερον δὲ ἐκ μονομαχίας προκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος, ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν συνέδραμε, καὶ τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ καὶ τῷ ξιφιδίῳ ἔπειρε καὶ ἀνεῖλε.* Hoc eſt. *Tandem vero ad ſingularem pugnam à Phrynone provocatus, cum piſcatoria ſchema adverſus eum pugnavit, & rejaculo quidem hominem circumvolvit, tridente vero & pugione transfixit occiditque.* Infra in verbis Feſti lego: *Rete occulte allato.*

*Retractare, rurſus tractare.*] Horat. *Sed ne relictis Muſa procax Jocis Cea retractes munera neniæ.*

† . . . . . . *re.*] Forſan. *Retractare eſt rurſus tractare iterum commemorare.*

*Retricibus.*] *Retrices*, rivuli extra urbem unde aqua

ſuram, ſignificat aquam eo nomine, quæ eſt ſupra viam Ardeatinam inter lapidem ſecundum, & tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam, & Aſinariam, uſque ad Latinam.

Retricibus cum ait Cato, aquam eo nomine ſignificat, qua horti irrigantur. PAULUS.

Reus dictus eſt à re quam promiſit, ac debet. FESTUS.

Reus ſtipulando eſt idem qui ſtipulatur. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid pro altero promiſit.

Reus nunc dicitur, qui cauſam dicit; & item Qui quid promiſit, ſpoponditve, ac debet. ac Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum verborum, quæ ad jus pertinent, ait: Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſive is egit, ſive cum eo actum eſt. Reus ſtipulando eſt idem qui ſtipulator dicitur. quippe ſuo nomine ab altero (qui ſtipulatus eſt, non is qui alteri adſtipulatus eſt.) Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, quive pro altero quid promiſit. at Capito Ateius in eadem quidem opinione eſt; ſed exemplo adjuvat interpretationem. Numa in ſecunda tabula ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt: QUID HORUM FUIT UNUM JUDICI ARBITROVE REOVE, EO DIE DIFFENSUS ESTO. nunc uterque actor, reuſque in judicio me vocatur. itemque accuſator de vi accitur more vetere, & conſuetudine antiqua.

Reus cum pro *utroque ponatur*, *ut ait Sinnius* in eo qu*em de reo inſcribit*, *ut cum dic*it pro ſe, *aut contra te agit*, *juramen*to tuo uti *poteſt*.

Rhegium appellatur id municipium, quod in freto Siciliæ eſt, quoniam id à rumpendo dictum eſt. PAULUS.

## NOTÆ.

aqua derivatur irrigandorum hortorum & pratorum gratia. Martinius putavit ita dictas quod ſubinde retari & purgari ſolerent. Perottus à *reterendo*. *Sunt etiam qui à tero retrices deduci putent, quo nomine Cato aquam ſignificavit qua horti irrigantur.* Sed potius à ῥεῖθρον rivus. Ut idem Martinius. *Dacerius.*

*Reus.*] Sed exemplo adjuvat interpretationem Numa in ſecunda tabula, ſecunda lege, in qua ſcriptum:

SEI. QVID. HORUM. FVAT. VNVM. IVDICEI. ARBITROVE. REOVE. DIES. DIFFVNSVS. ESTO.

Nunc uterque actor reuſque in judicium evocatur: itemque accuſator de via citur more vetere, & conſuetudine antiqua. *Joſ. Scaliger.*

*Reus nunc dicitur qui cauſam dicit.*] Reus nunc dicitur is qui rem promiſit ac debet, hoc eſt, unde quid judicio petitur, inde reus ſtipulando & ſtipulandi dicitur qui ſtipulatus eſt. Reus promittendo & promittendi, qui promiſit. Reus debendi, qui debet, &c.

*Reus eſt qui cum altero l. con.*] Hoc eſt omnis litigator Cicero II. de Orator. *Reos appello, non eos modo qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. Sic enim olim loquebantur.*

*Quippe ſuo nomine, &c.*] Legerem: *Quippe ſuo nomine ab altero quid ſtipulatus eſt.*

*Sed exemplo adjuvat.*] Lege: *Sed exemplo adjuvat interpretationem Numa in ſecunda tabula, ſecunda lege in qua ſcriptum:* SEI. QUID. HORUM. FUAT. UNUM. JUDICEI. ARBITROVE. REOVE. DIES. DIFFVNSUS. ESTO. *Nunc uterque actor, reuſque in judicium evocatur, itemque accuſator de via citur more vetere & conſuetudine antiqua.* Scal. Verba legis *ſi quid horum* ad exceptiones quæ reo vel judici dabantur pertinent, ut eſt *morbus ſonticus*, *funus familiare*, *&c.* Si Judex vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediebatur, lex jubebat diem judicii eſſe diffiſum, hoc eſt prolatum, & in diem alterum rejectum. *Dacerius.*

*Reus cum pro.*] *Reus cum pro utroque litigatore poni, ut in eo, qui in aliquem agit: tum pro eo qui dicit pro ſe, auctor* . . . reliqua non potui expiſcari. & ſupra jam dixerat Reum tam pro eo, qui convenit, quam pro eo, qui convenitur, à veteribus uſurpatum. *Joſ. Scaliger.*

*Reus cum pro utroque.*] Ita ſchedæ. Sed iis puto quoddam deſiderari, neque mihi ſenſus videtur integer. Scriptum forſan fuerat. *Reus c. p. u. p. recte ait Sinnius in eo quem de reo inſcribit? Et cum dicit pro ſe, &c.* Iſta *& cum dicit, &c.* Verba ſunt Sinnii: Nihil aliud video, & hanc meam conjecturam mordicus obtinebo donec aliquis probabilius quid in medium proferat. *Dacerius.*

*Rhegium.*] Feſti verbis pauca hæc aut his ſimilia deſiderantur: *Rhegium appellare oportere*, &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Rhe-*

FESTUS. † . . . . . are oportere, ait Verrius, id municipium, quod in freto è regione Siciliæ eſt. quoniam id dictum eſt à rumpendo, quod eſt Græce ῥαγῆναι. eo quidem magis, quia in Gallia Ciſalpina, ubi forum Lepidi fuerat Regium vocatur.

Rhinocerotem quidam eſſe aiunt bovem Ægyptium.

Rhonde, Sicadionque, cum dixit Lucilius. quo nomina riparum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus, & valitudinem referens, quam levis ſed ſaluti navigantium.

Rica eſt *veſtimentum quadratum* fimbriatum, purp*ureum quo Flaminæ pro* palliolo, mitrave *utebantur*, *ut Verrius* exiſtimat. Titi*nius*, *rica ex lana* ſucida alba veſtitus, *alii dicunt*, *pallium eſſe* triplex, quod con*ficiant virgines inge*nuæ patrimæ ma*trimæ*, *quod cæruleo colore infe*ctum lavetur aqua *pura*. *Alii quo Flaminica tingat pi*leum.

PAULUS. Rica eſt veſtimentum quadratum fimbriatum purpureum, quo Flaminicæ pro palliolo

## NOTÆ.

*Rhegium.*] Scribe ῥαγῆναι. Æſchylus: — ἀπορράγη Ἡ γαῖ' ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται. Quæ verba odorati ſumus ex Strabonis libro 6. *Joſ. Scaliger.*

† . . . . . *are oportere.*] Lege: *Rhegium ſignificare oportere, ait Verrius, &c.* Et ita Schedæ.

*Quod eſt Græca* ῥατταῖαι.] Optime Scalig. ῥαγῆναι. Idque ex Æſchylo — — ἀπορράγη ἡ γαῖ, ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται. Cujus poſtrema verba refert Strabo lib. 11. Ὠνομάσθη δὲ Ῥήγιον, εἴθ', ὥς φησιν Αἰσχύλος, διὰ τὸ συμβὰν πάθος τῇ χώρᾳ ταύτῃ. ἀπορραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ἀπὸ σεισμῶν, ἄλλοι τε κἀκεῖνος εἴρηκεν, ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται, &c. Id eſt. *Vocatum autem Rhegium, ut ait Æſchylus, vel ab eo quod illi regioni accidit. Nam abruptam à continente Siciliam terra motibus cùm alii, tum ipſe affirmavit:*

*Unde quidem vocatur Rhegium.*

Qui locus Strabonis peſſime ab interpretibus acceptus eſt. Subjungit idem Strabo forſan à voce Latina *rege* nomen urbi inditum propter loci ſplendorem & utramque ejus ſententiam affert Euſtath. in Dionyſium p. 48. Sed & Strabonem & Euſtathium movere debebat quod perpetuo Latini *Rhegium* cum aſpiratione ſcripſerunt quod non feciſſent ſi à rege dictum opinarentur. Juſtin. lib 3. *Rhegium dicitur ideo quia Græce abrupta hoc nomine pronuntiantur.* Utrumque etiam etymon reſpexit Verrius cum ſcripſit Rhegium ſignificare oportere id municipium quod à regione Siciliæ, à voce Græca ῥαγῆναι, eo magis quia in Gallia Ciſalpina forum Lepidi Regium vocatur à voce Latina *rege* ſcilicet. Nam his verbis eos refellit qui *Rhegium* à *rege* dici rati ſunt, & hæc fuit ſententia Verrii quam parum videntur interpretes animadvertiſſe. Nunc de Sicilia an continenti abrupta fuerit multa addi poſſent, ſed vide ſi libet Cluverium & Valgarneram tractat. de primis Siciliæ incolis. *Dacerius.*

*Rhinocerotem.*] Viden. Plin. lib. 8. cap. 20. *Ant. Auguſtinus.*

*Rhinocerotem.*] Non Ægyptium, ſed Æthiopicum vocat Pauſan. ῥινόκερως. à ῥὶν, ῥινὸς naris & κέρας cornu. Quia ex ejus nare cornu prominet. *Dacerius.*

*Rhonde.*] *Rhondes, Icadionque.* & *nomina piratarum.* &, *quam illi eſſent ſaluti navigantium. Joſ. Scaliger.*

*Rhonde, Sicadionque.*] Lege: *Rhondes, Icadionque cum dixit Lucilius nomina piratarum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus & valitudinem referens, quam illi eſſent ſaluti navigantium.* Viderunt Scaliger, Turnebus & alii. Verſus Lucilii ſunt:

*Querquera conſequitur febris. capitiſque dolores*
*Tam de mihi infeſti, quam Rhondes Icadionque.*

*Rica.*] Ex verbis Feſti ſatis apparet ne inter veteres quidem ſatis conveniſſe quid eſſet *rica*. Vel dicendum eſt veſtimentum quadratum quo Flaminicæ pro palliolo, mitrave utebantur, quod ego interpretor flameum: & veſtitum ex lana alba, quem ego tutulum accipio, togam etiam & cingulum capitis, *ricam* fuiſſe vocata. Sane ricam veſtimentum quadratum, ſive flameum, ſive capitis tegumentum fuiſſe indicio eſt quod eo Flaminicæ pro palliolo mitrave utebantur, quæ aſſidue flameo erant amictæ, ut ſupra in *flameo*. Et illud Turpilii in hetaira: *Interea aſpexit virginem in capite geſtantem riculam indutam oſtrinam.* Et illud Germanici Cæſaris:

*— — — — — — Et ore*
*Velato triſtique genas abſcondita rica.*

Item illud Varronis lib. 4. de L. L. *Rica à ritu, quod Romano ritu ſacrificium feminæ cum faciunt capita velant.* Præterea & illud Gellii de Euclide Socratico qui *ſub noctem, cum adveſperaſceret, tunica longa muliebri indutus & pallio verſicolore amictus & caput rica velatus è domo ſua Megaris Athenas ad Socratem commeabat.* Unde Nonius *ricam* interpretatur *ſudarium*, quod eſt capitis tegumentum, ut in ſacris literis accipiunt interpretes, Gallici etiam qui *ſudarium* exponunt *couvrechef*. Inde etiam tutulus facile vocari potuit *rica*. Erat enim tutulus Flaminicarum & Flaminum capitis ornamentum. vide *Tutulus*. Togæ præterea genus quoddam *ricam* fuiſſe in



Digitized by Google

utebantur. Alii dicunt, quod ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt virgines ingenuæ patrimæ, matrimæ cives, & inficiatur ceruleo colore.

Ricæ, & riculæ vocantur parva ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta.

Ricæ, & riculæ vocantur parva ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta. Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur. FESTUS.

Rictus, *rixæ*, *rixoſæ*, *ringitur* dici videntur, quia *in diverſum rumpantur*, contrariaque ſint *recto*, *quod vocabulum à* regendo, ut commo*dius deductum videatur*, dictum videri po*teſt*.

Rictus, rixæ, rixoſæ, ringitur, dici videntur, quia in diverſum rumpantur, contrariaque ſint recto. quod vocabulum dictum videtur à regendo. PAULUS.

Rideo, inquit Galba Canterio, proverbium eſt, quod Sinnius Capito ita interpretatur, niſi qui principio rei alicujus inchoatæ deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in provinciam exiens, ad portam ipſam canterium ſuum animadvertiſſet cecidiſſe, Rideo, inquit, canteri te jam laſſum eſſe, cum tam longum iter iturus, vix id ſis ingreſſus. FESTUS.

Ridiculus proprie dicitur, qui in rebus turpibus ridetur.

Ridiculus, qui in rebus turpibus ridetur. PAULUS.

Rienes antiqui vocabant nefrundines, quia Græci eos νεφρὺς dicunt. Plautus; Glaber erat, tanquam rien.

## NOTÆ.

*recinio* ſupra probavimus. *Ricam* denique pro cingulo capitis, hoc eſt, faſcia capitali uſurpatam oſtendunt iſta Gellii: *Et quod in rica ſurculum de arbore felici habet.* Ubi etiam, ſi ſedulo locum inſpicias rica nihil aliud eſt quam *tutulus*, faſcia capitalis in altitudinem extructa in cujus apice erat ſurculus. Quare tota hæc de rica & recinio diſputatio duobus tantum capitibus nixa eſt. Prius eſt ricam togæ quadratæ genus fuiſſe: alterum, cingulum ſive quodvis aliud capitis tegumentum. Nunc lectoribus haud ingratum fore arbitror ſi diſquiram & cur rica ita accepta, & unde dicta ſit. De etymo quidem doctiſſimo Voſſio aſſentior qui putat *ricam* eſſe à ῥίνος *cingulum*. Heſych. ῥίνος, ζῶμα, ζώνη. Idque multo probabilius quam quod Varro cui *rica à ritu*, vel Servius, cui *rica* quaſi *reica* à rejiciendo. Primum igitur vincula, lora, faſciæ capitales & κεφαλόδεσμοι quilibet ricæ ſunt dictæ, & deinde ob ſimilitudinem, pilei, ſudaria, diademata, mitræ, & quævis alia κρήδεμνα capitis tegumenta. Quæ omnia quia *pilea* & pileola dicebantur, inde factum eſt ut poſtea toga quadrata etiam *rica* dicta ſit, nam pallium tegumentum quadratum capitis, & togam quadratam ſignificat, inde & *reciniati* mimi qui & *palliati* dicti ſunt. Ut ſupra notatum. Idem recinium quod *rica*, nempe toga quadrata, ut ſupra oſtenſum eſt, & capitis operimentum, ſive cingulum, quod & aliter dicitur *Maſurtium.* Nonius: *Ricinium quod nunc maſurtium dicitur palliolum femineum breve.* Nam ibi palliolum de operimento capitis intelligendum eſt, ut in verbis Feſti, quo Flaminicæ pro palliolo utebantur. Sic κρήδεμνον quod eſt *rica*, *ricinium*, Euſtathius interpretatur μαφόριον, & Latini *maforium*. Iſidorus appellat *maforte* & *mavortem*. Servius, *mavorte*. Mafortium autem ut & μαφόρτιον de faſcia, vitta ſive tænia, capitulo & ſudario ſive capitis tegumento dictum eſt.

*Quod conficiunt virgines ingenuæ.*] Lanificio enim aſſuetæ honeſtæ virgines. Sueton. Aug. cap. 73.

*Rictus.*] Peſſime Feſtus *rictus*, *rixa*, *rixoſus*, *ringi* ducit à *rumpendo*, ſive potius à *regendo*. *Rictus* enim eſt à *ringo*, *ringo* autem à Græco ῥῖνες *nares*, quia iraſcentes ſolent eas corrugare. Niſi apud Feſtum pro *regendo* reſcribendum ſit *rigendo*. Ut *ringo* ſit à *rigeo* addito n. & conjugatione mutata. Neque id prorſus ratione caret cum à nimio fere frigore ſoleamus *ringere*. Unde & apud Varronem de r. r. cap. 45. lib. 1. ubi de ſegetibus, *ſupra terram*, inquit, *aëre frigidiore ringuntur*. Sic enim legendum eſt, non *tinguntur* ut quidam libb. editt. vel *reſtinguuntur* ut legebat Scaliger. Sic idem Varro à *rigendo* fecit *rixari* pro *ringi*, cap. 47. ejuſdem libri: *prius enim arida facta rixantur, acceleriùs rumpuntur. Rixantur*, id eſt, *deducuntur*, *ringuntur*, neque enim ibi *rixari* eſt à *rixa*, quod huc uſque interpretes fefellit. *Rixa* autem & *rixoſus* non à *rumpendo*, vel *rigendo*, ſed à Græco ἐρίζω, ἔρις. *Dacerius.*

*Rideo.*] Hoc loco in antiquo libro eſt Sex. Pomp. Feſti lib. 18. *Ant. Auguſtinus.*

*Rideo.*] Lege: *interpretatur in iis. Joſ. Scaliger.*

*Rideo, inquit, Galba Canterio.*] Legendum, *Rideo, inquit Galba, Canteri: proverbium eſt quod Sinnius Capito ita interpretatur in iis qui principio, &c.* Nam proverbium fuiſſe *rideo Canteri* neceſſe eſt. Id ſequentia ſuadent, probant. *Dacerius.*

*Rienes.*] Vide *Nefrendes. Ant. Auguſtinus.*

 *Rienes.*]

FESTUS. Rienes quos nunc vocamus, antiqui nefrundines appellabant. quia Græci νεφρὺς eos vocant. Plautus in Satyrione: male tibi eveniſſe video. glaber erat tanquam rien.

Rigido *tum cærula ſuro, cum ait* Ennius, jocatus videtur *ſuper etymo verbi Cæruli*. eſt enim à maris no*mine*. *Eodem verbo de eadem* re uſus eſt. & lib. II. *Fert ſe per læta Campi* cerula prata. Cærula, *mare, ipſum dixit* & alibi: Inde parum *per Cærula navibus ambu*labant. Parum inſulam refert. item: unum ſurum ſurus ferre tamen defendere poſſunt. ſuri autem ſunt fuſtes, & ὑποκοριστικῶς ſurculi.

PAULUS. Rigidum, & præter modum frigidum ſignificat, & durum.

FESTUS. *Rigidum & præter modum frigidum ſignificat, & durum* . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . igido u . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . rigido . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . *rigid*o ferro . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Rimari eſt valde quærere, ut in rimis quoq.

FESTUS. *Rim*ari, quær*ere valde, ut in rimis quoque* . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . qui te rima*tur* . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . Ennius lib. II. . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . utrique . . . . . . . . . . . . . . .

Rituales nominantur Etruſcorum libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur urbes, aræ, ædes ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo jure portæ, quo modo tribus, curiæ, centuriæ, diſtribuantur, exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteraque ejuſmodi ad bellum, ad pacem pertinentia.

## NOTÆ.

*Rienes.*] Gloſſæ: *Rienoſus*, νεφριτικός. *Joſ. Scaliger.*

*Rigido.*] Multa interpretem deſiderant. Vide *Surum.* Ennii verſus refertur à Macrobio: *Fert ſeſe campi per cærula lætaque prata. Ant. Auguſtinus.*

*Rigido.*] Quæ hic tractabantur, non pertinebant ad cenſum literæ R. Quare videntur aliena hoc loco eſſe. Nam quid *cærula prata*, quid *Parus inſula*, quid denique *ſurus* habent cognatum aut ſimile inter ſe? *Joſ. Scaliger.*

*Rigido tum.*] Verum eſt quod ait Feſtus *cærulum* eſſe à maris nomine, veteribus enim ſeu mare interius ſive Oceanus *cærulum* κατ' ἐξοχὴν vocabatur. In hoc verſu, *rigido tum cærula ſuro* ſuſpicatus fuiſſe videtur Feſtus aliquid latere quod ſuum eſſe fateatur Priapus. Verſus *lætaque fert ſeſe* aliter extat apud Macrob.

*Fert ſeſe campi per cærula lætaque prata.*

Tertius ſic legendus.

*Inde Parum per cærula navibus ambullabant.*

Ultimum ſic Feſtus in voce *ſurum.*

—— —— —— —— —— —— *Unus*
*Surus ſurum ferre tamen defendere poſſunt.*

*Rigidum.*] Proprie durum, quod curvari non poteſt, & inde pro frigido, quod quæ gelu tentantur rigida ſunt. Gloſſ. Rigidum, ἀκαμπὴς, σκληρὸν, ἰσχυρὸν, στριφνὸν καὶ ψυχρόν. *Inflexum, durum, firmum, acerbum, frigidum.*

*Rigidum.*] Hic forte laudabat Feſtus aliquem qui dixerat *rigido ferro*, ut Virgilius dixit *rigido enſe*, forte & adduxerat locum Virgilii, *ſic rigido latus enſe ferit*. Item alterum ubi. *Tum ferri rigor*, pro *rigido ferro. Dacerius.*

*Rimari.*] Vide Nonium. Gloſſarium: *Diri*[illegible], κατερευνᾷ. Rimatur, ἐρευνᾷ. *Joſ. Scaliger.*

*Rimari.*] Rima eſt à ῥήγματος fiſſura, inde *rimari*, in rimis quærere, proprie de ſuibus qui glandes rimantur de rimis terrarum. Unde & ſumitur pro *paſci.*

*Rimari quærere.*] Hæc ad deſperationem mutila ſunt in verſu Ennii —— —— —— *rimantur utrique.* Et de Hiſpanis forſan loquebatur Ennius qui à Catone in fugam verſi, latebras & ſpecus rimabantur. Nam & continuo ſequebatur apud Ennium,

*Alte elata ſpecus petriſque ingentibu' tecta.*

*Rituales.*] Etruſcorum libri, quia ab Etruſcis illi ritus acciti. *Ritus* autem proprie religionem ſpectat, & inde dicti *rituales* quod ibi de rebus ad ſacra & religionem pertinentibus ageretur. Hanc vocem retinuit Eccleſia Romana.

*Qua ſanctitate ſunt muri, quo jure portæ.*] Portæ quidem ſanctæ ut & muri. Sed quia murorum ſanctitas major & antiquior, ideo in ritualibus libris murorum ſanctitas, jus vero portarum, &c.

*Ritu.*]

Digitized by Google

Ritus eſt mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. PAULUS.

Ritus eſt mos, vel conſuetudo. rite autem ſignificat bene, ac recte.

Ritus *eſt mos vel conſuetudo. Rite autem bene ac recte ſignificat* . . . . . . . . . . FESTUS.
. . . . . . . . . . . . iſtic *Plautus*, *Menæchmis. Certe hæc mulier canterino ritu aſtans ſomniat* . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . homi . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . ina . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . telo . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . alio . . . . . . . . . . . . . . . . .
*facit men*tionem *t*elorum . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . *ſ*olitum eſt . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . remo . . . . . . . . . . . . . . . . .

Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpe, conſiliove factus, verum naturali ſuo impetu. Sed ii rivi dicuntur, qui manufacti ſunt, ſive ſuper terram foſſa, ſive ſuper ſpecu, cujus vocabuli origo ex Græco pendet.

ROBIGALIA dies feſtus ſeptimo Kalendas Maias, quo Robigo Deo ſuo, quem putabant rubiginem avertere, ſacrificabant. PAULUS.

Robum rubro colore, & quæ rufo ſignificari, ut bovem quoque ruſtici appellant, manifeſtum eſt. unde & materia quæ plurimas venas ejus coloris habet, dicta eſt robur. hinc & homines valentes, & boni coloris, robuſti. robus quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur. FESTUS.

Rodus, vel raudus cum dicitur, res rudis, & imperfecta ſignificatur. Hominem PAULUS.

## NOTÆ.

*Ritus.*] Vide *mos.*

*Ritus eſt mos.*] Quæ ſequuntur plane deplorata ſunt, neque ad idem caput pertinere videntur. *Dacerius.*

*Rivus.*] Correxit olim doctiſſimus Turnebus: *ſpecu, inciliove. Joſ. Scaliger.*

*Rivus.*] Lege cum doctiſſ. Turnebo: *Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpecu inciliove factus.* Id ſequentia probant. Rivus autem à *ῥέω, fluo. Dacerius.*

*Robigalia.*] Interpres Arati Latinus teſtatur hunc diem à Numa rege anno undecimo regni ſui conſtitutum fuiſſe. *Ant. Auguſtinus.*

*Robigalia.*] Varr. lib. 5. *Robigalia dicta à Robigo. Secundum ſegetes huic Deo ſacrificatur ne robigo occupet ſegetes.* Plin. lib. 18. cap. 19. *Robigalia Numa inſtituit anno regni ſui undecimo, quæ nunc aguntur ante diem ſeptimum Kalendas Maias, quoniam tunc fere ſegetes robigo occupat. Hoc tempus Varro determinat ſole Tauri partem decimam obtinente, ſicut tunc ferebat ratio. Sed vera cauſſa eſt, quod poſt dies undeviginti ab æquinoctio verno per id quatriduum, varia gentium obſervatione in quartum Kal. Maias canis occidit, ſidus & per ſe vehemens, & cui præoccidere caniculam neceſſe ſit.* Hoc ſacrum ſue & cane peragebatur, quorum exta cum ture & vino Deo offerebantur. Ovid. 4. Faſt. de robigine autem ſic Plin. *Plerique dixere rorem inuſtum ſole acri frugibus rubiginis cauſſam eſſe.* Quæ ſententia eſt Ovidii:

*— — — — Si culmos Titan incalfacit udos*
*Tunc locus eſt iræ, Diva timenda, tuæ.*

Nempe Divam Robiginem hic dicit Ovidius, Feſtus Robigum Deum.

*Robum.*] Græci ξανθόν. Vet. inſcript. *Omnibus annis vitulo robeo & verre.* Et hunc eſſe Deorum colorem refert Servius ad illud Virg. Eclog. 6.

*Sanguineis frontem moris & tempora pingit.*

*Multi*, inquit, *ob hoc dictum putant, quod rubeus color Deorum ſit. Unde & triumphantes facie miniata, & in Capitolio Jupiter in quadriga miniata.* Inde quercus *robur* dicta quia ejus venæ eum colorem referunt. Robur etiam hoc eſt fortitudo ab eo colore nomen ſumpſit ſi Feſtum audimus. Sed potius eſt ab Æolio *ῥῶβορ, ῥῶμαρ, ῥώμη, fortitudo.*

*Robus quoque in carcere.*] Ex robore olim fiebant arcæ quibus includebantur malefici, unde poſtea roboris nomen carcer retinuit. *Robuſtum carcerem* dixit Plaut. *Dacerius.*

*Rodus.*] Attii verba in Chryſippo mendoſa Faerno noſtro videntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Rodus vel Raudus.*] A Græco ῥάβδος, & proprie virgam

quoque imperitum rudem vocamus. Rudentes reſtes nauticæ, & aſini, cum vocem mittunt.

FESTUS. Rodus, vel raudus ſignificat rem rudem, & imperfectam. nam ſaxum quoque raudus appellant poetæ, ut Attius in Menalippo: Conſtituit, cognovit, ſenſit, conlocat ſeſe in locum celſum, hinc manibus rapere raudus ſaxeum grandem, & gravem, & in Chryſippo. Neque quiſquam à telis vacuus. ſed uti cuique obviam fuerat, ferrum, alius ſaxum rodum. vulgus quidem in uſu habuit, non modo pro ære imperfecto, ut Lucilius, cum ait: plumbi paxillum rodus linique metaxam. ſed etiam pro ſignato, quia in mancipando cum dicitur, ruduſculo libram ferito, aſſe tangitur libra. Cincius de verbis priſcis ſic ait; Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude, non perpolitum: ſic æs infectum ruduſculum apud ædem Apollinis æs conflatum jacuit, id ad rudus appellabant. in æſtimatione cenſoria æs infectum rudus appellatur. Rudiarii ab eodem dicuntur, qui ſaga nova poliunt. Hominem imperitum rudem dicimus. Rudentes reſtes nauticæ, & aſini, cum voces mittunt.

PAULUS. Roduſculana porta appellata, quod rudis, & impolita ſit relicta vel, raudo, id eſt ære vincta.

FESTUS. *Ruduſculana porta videtur appellata*, quod *rudis & impolita ſit relicta vel quia* ære *vincta fuit, nam æs, ut Varro ait in libro antiqui*tatum *Rodus dicebatur: atque ex eo dici in mancipando, Roduſculo libram ferito.*

## NOTÆ.

virgam impolitam ſignificat qua olim certabant gladiatores. Sed ad alia raudi vox extenſa eſt. Nam rude ſaxum & grande rodus vocavit Attius. Sic æs rude & impolitum vocavere. Unde contractuum ſolennis formula, *roduſculo libram ferito*. Hoc eſt, *parvo ære*. Quam concipiebat qui mancipio dabat. Qui vero accipiebat dicebat. *Hoc ab ære aneaque libra*. Puta, *meum eſt*, aut ſimile ex Varrone.

*Hinc manibus.*] Lege: *hinc manibus rapere rodus ſaxeum grande & grave*. Subaudi *cœpit*. de Menalippo ut puto ſermo eſt qui lapide Tydeo ventrem vulneravit.

*Neque quiſquam.*] Verba Accii mutila ſunt. Lego: *Neque quiſquam à telis vacuus, ſed uti cuique obvium fuerat, ferrum alius, alius Saxum rodum. Dacerius.*

*Rodus.*] Integrius carmen Lucillii adfert Iſidorus:

*Huc cataproratem puer eodem deferat, uncum*
*Plumbi paxillum rodi, linique metaxam.*

Interpretatur *Cataproratem, uncum paxillum plumbi*. Quin etiam eundem Latino verbo Syrus vetuſtiſſimus Novi Teſtamenti Paraphraſtes Uncinum vocat, in navigatione Pauli. Videlicet, quod uncus eſſet. Metaxa eſt σειρά. linea, ſerici tracta. Hodie & nos Aquitani fili tractam vocamus ita. Verba illa, RODVSCVLO. LIBRAM. FERITO. concipiebat qui mancipio dabat, qui vero accipiebat, dicebat, HOC. AB. AERE. AENEAQ. LIBRA. puta meum eſt, aut ſimile. ex Varrone. *Joſ. Scaliger.*

*Ut Lucilius cum ait.*] Cataproratem dictum intellige quod de prora κατὰ πρῴρας, demitteretur ad tentanda vada. Neque tamen tacendum eſt in al. codd. legi *catapeiratem*, voce Græca καταπειράω, pertento. Quod mihi magis placet, eſt igitur catapirates funiculus cum plumbo deligato qui καταπειρατὴρ, Græce dicitur βόλις, à quo & Lucilius fabulam ſuam unde verſus iſtos attulit Iſidorus Bolidem inſcripſerat. Salmaſius tamen legebat:

*An catapirateris eodem deferet uncum*
*Plumbi pauxillum raudus linique metaxam.*

*Catapirater plumbus*, ὁ καταπειρατὴρ μολιβδίς.

*Sic æs infectum ruduſculum apud.*] Hæc tantum diſtinctione juvanda ſunt. *Sic æs infectum ruduſculum. Apud ædem &c.* Neque te hinc aliter expedias. *Dacerius.*

*Roduſculana.*] Viden. Varro lib. 4. Lat. qui *Rauduſculam* appellat à *raudo*, id eſt, ære. Vide *Rodus*. Ruduſculana ſcriptum eſt in marmore quodam Capitolino. *Ant. Auguſtinus.*

*Roduſculana porta.*] Rauduſculam vocat Varro lib. 6. de L. L. *Sequitur porta Nævia quod in nemoribus Næviis, Nævius enim loca ubi ea ſic dicta, coluit. Deinde porta rauduſcula, quod ærata fuit, æs raudus dictum. Ex eo in veteribus mancupiis ſcriptum, rauduſculo libram ferito.* Qui Varronis locus ſatis eos refellit qui portam rauduſculam eandem & Næviam dictam fuiſſe ſcriptum reliquere: Sic aperte diſtin-

Digitized by Google

*Runa genus* teli *Ennius: runata recedit id eſt*, *pilata. eſt* genus *etiam* . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . enim . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . *in* atq . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . *d* vene . *nt* . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . us. M. . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . *Val*erio . . . . . . . . . . . . . . . .

Rogat, eſt conſulit populum, vel petit ab eo, ut id ſciſcat, quod ferat. unde nos quoque in conſuetudine habemus pro petere, & orare. Cato in diſſuaſione, ne lex Bæbia derogaretur, ait: hoc potius agam, quod hic rogat.

Rogat, eſt conſulit populum, vel petit ab eo, ut id ſciſcat, quod ferat. PAULUS.

Rogatio eſt, cum populus conſulitur de uno, pluribuſve hominibus, quod non ad omnes pertineat; & de una pluribuſve rebus, de quibus, non de omnibus ſanciatur. nam, quod in omnes homines reſve populus ſcivit, lex appellatur.

Rogatio eſt, cum populus conſulitur de uno pluribuſve hominibus, quod non ad omnis pertineat, & de una, pluribuſve rebus, de quibus, non omnibus, ſanciatur. Nam quod in omnes homines, reſve populus ſcivit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, inter legem, & rogationem hoc intereſt. rogatio eſt genus legis, quæ lex non continuo ea rogatio eſt (rogatio) non poteſt non eſſe lex. ſi modo juſtis comitiis rogata eſt. FESTUS.

Romam appellatam eſſe Cephalon Gergithius, qui de adventu Æneæ in Italiam

## NOTÆ.

diſtinguit P. Victor in deſcriptione urbis in 2. reg. vicus portæ roduſculanæ, vicus portæ Næviæ. Porro rauduſculanam portam æratam fuiſſe teſtatur Val. Maxim. lib. 5. cap. 6.

*Runa.*] Runam interpretatur pilum, & *runatam*, pilatam. Iſidorus tamen & Papias *runam*, pugnam & *runatam*, præliatam interpretantur. in MSS. etiam Pauli codd. Voſſ. ſcriptum teſtatur *praliata*, pro *pilata*. Sed fruſtra. In ſchedis enim Farneſianis conſtanter *pilata*. *Runa*, vel à *ruo*, *ſterno*, vel à *ῥύω*, *tueor*. Martinius. Quæ ſequuntur plane deplorata ſunt, videtur dixiſſe Feſtus runam etiam fuiſſe genus ſagittæ ſive teli quod veneno ungebant.

. . . . . . . . . *enim* . . . . . . . .

. . . . . . . . . *in atque* . . . . . . .

. . . . . . . . *quod veneno tingebant* . . .

. . . . . . . . . *us M* . . . . . . . .

. . . . . . . . . *Valerio* . . . . .

*Rogat.*] Rogationum communia verba erant, *velitis, jubeatis Quirites.* Quod ſi reſpondiſſent, *uti Rogas.* Lex erat. *Dacerius.*

*Rogatio.*] *Rogationem* appellat Sex. Pompeius, quod *privilegium* Cicero; eam legem, qua de uno pluribuſve hominibus; aut de una pluribuſve rebus conſtitutum eſt. Legis itaque genus eſſe, id eſt, ſpeciem quandam, intelligemus; & ut Ælius Gallus dicebat, non omnis lex rogatio eſt. omnis tamen rogatio juſtis comitiis rogata, lex eſt. Hæc eſt Feſti ſententia. In verbis autem eſt nonnihil mendoſum. Namque ante illa verba (*non poteſt non eſſe.*) deeſt, ut arbitror, verbum (*Rogatio.*) Sed quamquam hæc ſit Feſti opinio; mihi rogationis verbum latius patere videtur; & omnes leges, de quibus ad populum feratur, comprehendere. Leges vero latæ ſunt, cum eas populus accepit, antea promulgatæ dicuntur, cum trinundino die ſunt propoſitæ; rogatio vero fit, cum rogantur tribus, *Velitis jubeatis ita fieri:* ſi uti rogatæ reſponderint, tum lex eſt. Ex verbis tamen Capitonis à Gellio relatis lib. 10. cap. 20. & ex Gelliana interpretatione ſuſpicor aliquos fuiſſe, quibus hujuſmodi privilegia leges non viderentur; ideo credendum eſſe eis nomen generalis illius rogationis dediſſe. conſervato legis nomine generalibus legibus, quæ ad omnes homines, omneſque res pertinerent. *Ant. Auguſtinus.*

*Rogatio.*] Vid. Gell. lib. 10. cap. 20. Sed quod hic ab Ælio Gallo diſcrimen inter legem & rogationem ponitur veteribus non obſervatum fuiſſe multis argumentis evinci poteſt. Omnes enim leges de quibus apud populum ferebatur rogationes dicebantur, leges vero cum eas populus acceperat. Antea promulgatæ cum trinundino die propoſitæ fuerant. Hæc trita ſunt. Porro quod ſcripſere viri docti hic rogationem ex Galli Ælii & Feſti ſententia idem eſſe quod apud Ciceronem privilegium dicitur, id omnino falſum eſt. Nam rogatio tam in bonam quam in malam partem ſumebatur, privilegium non item, quippe quod in caput tantum & perniciem privati hominis ſemper apud vetuſtiores Romanos latum eſt. Ut ſuperius annotatum. *Dacerius.*

*Romam.*] In exemplo Cephalonis Gergithii, diſce-



Digitized by Google

videtur conſcripſiſſe, ait ab homine quodam comite Æneæ. eum enim occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, urbem condidiſſe, atque eam Romam nominaſſe. Apollodorus in Euxenide ait, Ænea, & Lavinia natos Mayllem, Mulum, Romumque, atque ab Romo urbi tractum nomen. Alcimus ait Tyrrhenia Æneæ natum filium Romulum fuiſſe, atque eo ortam Albam Æneæ neptem, cujus filius nomine Romus condiderit urbem Romam. Antigonus Italicæ hiſtoriæ ſcriptor ait, Romum quendam nomine, Jove conceptum, urbem condidiſſe in Palatio Romæ, eique dediſſe nomen. Hiſtoriæ Cumanæ compoſitor Athenis quoſdam profectos Sicyonem, Theſpiaſque ex quibus porro civitatibus, ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eoſque multo errore nominatos Aborigenes, quorum ſubjecti qui fuerint Cæximparum viri, unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentiſſimi conſederint, appellaviſſe à viribus regentis Valentiam, quod nomen adventu Evandri, Æneæque in Italiam cum magna Græce loquentium copia in-

## NOTÆ.

diſcedit à ſententia ipſius hiſtorici. Dionyſius: Κεφάλων ὁ Γεργίθιος, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λέγει τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ. οἰκιστὴν δ᾽ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμον. τοῦτον δ᾽ εἶναι τῶν Αἰνείου παίδων ἕνα. τέτταρας δέ φησιν Αἰνείᾳ γενέσθαι παῖδας, Ἀσκάνιον, Εὐρυλέοντα, Ῥωμύλον, Ῥῶμον. De Apollodori Euxenide nihil memini me legere. Alcimus ſcripſit ἱστορίαν Ἰταλικήν. Eoque nomine citatur ab Athenæo. Antigoni præter alios meminit Dionyſius. *Caximparum* & reliqua monſtra verborum, hæc ſcripturæ veſtigia præferunt: *Eoſque à multo errore nominatos Aborrigenes. quorum ſubjecti qui fuerint Ca * Xinidarum juri, vicinarumque urbium imperio*, &c. Quæ vera eſt lectio. ſi illud *Ca * nidarum* prorſus integrum eſſet, ut aliqua parte contaminatum eſt. Erat enim tale quid Cacoxenidarum: aut neſcio quid ſimile. Nam, ut etiam ex aliis ſcriptoribus novimus, qui dicti ſunt Aborigines, eorum alii Cumas, alii alias urbes condiderunt in Italia, proinde ut non omnes ſimul ſub uno duceibant, ſed unaquaque pars ſuum ducem habuit, cum in multas partes diſtracti eſſent. cujus ſimile de Gotthis proditum eſt. Agathoclis, qui τὰ Κυζικηνὰ ſcripſit, Athenæus, Stephanus, alii meminere. Legendum poſtea: viſam eſſe juſtam vocabuli Romæ nominis cauſſam eam, quæ prior eundem locum dedicaviſſet Fidei. Viſa, inquit, juſta eſt cauſſa nominis Romæ in oppido novo appellando, utpote cum ea Roma prima locum dedicaſſet Fidei. de flumine Nolo quærendum cenſeo. Calliæ verba, quæ huc pertinent, extant apud Dionyſium: Καλλίας δὲ, ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην τινὰ Τρῳάδα τῶν ἀφικομένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν, γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας, Ῥῶμον, καὶ Ῥωμύλον. οἰκίσαντας δὲ πόλιν, ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν θέσθαι τοὔνομα. Heraclidæ Lembi Athenæus non ſemel meminit. Non ſolum autem de eo intelligitur in illis verbis, quæ ex Dionyſio infra ponam: ſed & hiſtoriam eandem, quam tangit Feſtus, ex eodem proponam: ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει, καὶ τὰ καθ᾽ ἑκάστην πραχθέντα συναγαγὼν, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ᾽ Ὀδυσσέως οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ᾽ αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρῳάσι παρακελευσαμένην κοινῇ μετ᾽ αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. Lembum Heracliden, τὰ καθ᾽ ἑκάστην (χρόνον) πραχθέντα συναγαγεῖν, cognoſcet, qui propius ea verba, quæ ex eo producit Athenæus, conſiderarit. Porro cum hæc ex autore Græco deſumeret Feſtus, in illis verbis reddendis Græciſſat. Nam ὡραίαν παρθένον, vertit tempeſtivam. De Galata ſcriptore amplius quæramus. *Joſ. Scaliger.*

*Alcimus ait.*] Alcimus ſcripſit ἱστορίαν Ἰταλικήν. Eoque nomine citatur ab Athenæo. Idem.

*Antigonus.*] Hujus Antigoni præter alios meminit Dionyſius.

*Urbem condidiſſe.*] Diſtingue *urbem condidiſſe in Palatio, Romæ eique dediſſe nomen.*

*Hiſtoriæ Cumanæ compoſitor.*] Hujus nomen reperire non potui. *Dacerius.*

*Romam.*] *Caximparum viri*, mendoſa verba ſunt. Viden. Dionyſ. lib. 1. qui aliqua ex his refert, & alia aliter. *Ant. Auguſtinus.*

*Quorum ſubjecti qui fuerint.*] Hæc Scaliger. Sed neſcio unde ille τὸ *Cacoxenidarum*, monſtrum enim verbi *Caxoxenidæ*, omnibuſque opinor, ignotum, quare aliud quærendum eſt.

*Montem palatium in quo frequentiſſimi conſederint, appellaviſſe à viribus regentis Valentiam.*] Hanc hiſtoriam tangit Solinus ſtatim initio cap. 1. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina: Servataque ſignificatione impoſiti prius nominis Ῥώμην Græce, Valentiam*



Digitized by Google

terpretatum, dici cœptum Romam. Agathocles Cyzicenarum rerum conſcriptor ait, vaticinio Heleni impulſum Æneam Italiam petiviſſe portantem ſuam ſecum neptem, Aſcanii filiam nomine Rhomam, eamque ut Italia ſint Phryges potiti, & iis regionibus maxime, quæ nunc ſunt vicinæ urbi, primum omnium conſecraſſe in Palatio fidei templum. in quo monte poſtea cum conderetur urbs, viſam eſſe juſtam vocabuli Romæ nominis cauſam, eamque priore, unde ea locum dedicaviſſet fidei. Ait quidem Agathocles complures eſſe auctores qui dicant Æneam ſepultum in urbe Berecyntia proxime flumen Nolon, atque ex ejus progenie quendam nomine Romum veniſſe in Italiam, & urbem Romam nominatam condidiſſe. Callias Agathoclis Siculi qui res geſtas conſcripſit, arbitratur è manu Trojanorum fugientium Ilio capto cuidam fuiſſe nomen Latino, eumque habuiſſe conjugem Romam, à quo ut Italia ſit potitus, urbem condiderit, quam Romam appellaviſſe. Lembus, qui appellatur Heraclides exiſtimat, revertentibus ab Ilio Achivis quoſdam tempeſtate dejectos in Italiæ regiones ſecutos Tiberis decurſum perveniſſe, ubi nunc ſit Roma, ibique propter tædium navigationis impulſas captivas auctoritate virginis cujuſdam tempeſtivæ nomine Romes, incendiſſe claſſem, atque ab ea neceſſitate ibi manendi urbem conditam ab his,

## NOTÆ.

*lentiam nominatam: quam Arcades quoniam in excelſa parte montis habitaſſent, derivatum deinceps, ut tutiſſima urbium, arces vocarentur.*

*Agathocles Cyzicenarum rerum conſcriptor.*] Solin. loco ſupra citato, *Agathocles ſcribit, Romam, non captivam fuiſſe, ut ſupra dictum eſt, ſed Aſcanio natam, Æneæ Neptem, appellationis iſtius cauſſam fuiſſe.* Agathoclis qui τὰ Κυζικηνὰ, ſcripſit, Athenæus, Stephanus, alii meminere.

*Viſam eſſe juſtam vocabuli.*] Legendum: *Viſam eſſe juſtam vocabuli Romæ nominis cauſſam eam, quæ prior eundem locum dedicaviſſet Fidei.* Viſa, inquit, juſta eſt cauſſa nominis Romæ in oppido novo appellando, ut pote cum ea Roma prima locum dedicaſſet Fidei. Scaliger.

*Proxime flumen Nolon.*] De flumine Nolo nihil uſquam me legiſſe memini. Molon vocat Pomp. Sabinus 5. Æneid. *Aiunt quidam Æneam ſepultum in urbe Berecynthia, prope flumen Molon.* Sed hoc mihi æque ignotum eſt.

*Callias Agathoclis Siculi qui res geſtas conſcripſit.*] Calliæ verba quæ huc pertinent extant apud Dionyſium: Καλλίας δ', ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην τινὰ Τρῳάδα τῶν ἀφικνουμένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας, Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον, οἰκίσαντας δὲ πόλιν, ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν θέσθαι τοὔνομα. Hoc eſt: *Callias qui Agathoclis res geſtas conſcripſit, ait, Romam quandam unam è Trojanarum numero quæ cum reliquis Trojanis Italiam appulere, nupſiſſe Latino Aboriginum regi, geminoſque pueros peperiſſe, Romum, & Romulum, eoſque urbi à ſe excitatæ matris ſuæ nomen poſuiſſe.* Hujus Romæ mulieris meminit Lycophron.

Τοίους δ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλοῦς
Σκύμνους λέοντας, ἔξοχον Ῥώμης γένος.

Id eſt: *Tales meus quis conſobrinus relinquet duos catulos leones, maximum Romæ genus.*

*Lembus qui appellatur Heraclides.*] Idem Solin. cap. 1. *Heraclidi placet Troja capta, quoſdam ex Achivis in ea loca ubi nunc Roma eſt, deveniſſe per Tiberim: deinde ſuadente Rome, nobiliſſima captivarum, quæ his comes erat, incenſis navibus, poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia, & oppidum ab ea Romen vocaviſſe.* Ipſius Heraclidis verba ſic apud Dionyſium leguntur: Ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγών, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων, Ῥώμης. ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρῳάσι παρακελευσαμένην κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη, βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. Hoc eſt. *Qui de ſacerdotibus quæ Argis erant ſcripſit, & ea collexit quæ per ſingulas regiones facta ſunt, ait Æneam cum Ulyſſe è Moloſſis Italiam appulſum, urbem condidiſſe, eamque de unius Iliadum Roma nomine vocaviſſe. Quam Romam dicit nimio errore fatigatam alias virgines Trojanas impuliſſe ut una ſecum naves incenderent.* Lembum autem Heraclidem, τὰ καθ' ἑκάστην (χώραν) πραχθέντα συναγαγών, cognoſcet qui propius ea verba, quæ ex eo producit Athenæus conſiderarit. Porro cum hæc ex autore Græco deſumeret Feſtus, in illis verbis reddendis græciſſat. Nam ὡραίαν παρθένον, vertit *tempeſtivam*. Scalig. Hunc Lembum Heraclidem, intelligit Servius cum ſcribit. *Heraclides ait Romen nobilem captivam Trojanam huc appuliſſe, & tædio maris ſuaſiſſe ſedem, ex cujus nomine urbem vocatam.*

*Galatas.*]

Digitized by Google

& potiſſimum ejus nomine eam appellatam, à cujus conſilio eas ſedes ſibi firmaviſſent. Galatas ſcribit, cum poſt obitum Æneæ imperium Italiæ perveniſſet ad Latinum Telemachi, Circeſque filium, iſque ex Rome ſuſcepiſſet filios, Romum, Romulumque, urbi conditæ in Palatio cauſam fuiſſe appellandæ potiſſimum. .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Romæ. Diocles Peparethius ait Italiam Numitoris Albani Regis filiam gemellos ediſſe quos,* in ima *Tiberis ripa à Fauſtulo, regio miniſtro, expoſitos juxta ficum appellatam poſtea à* Romulo *Ruminalem, ſic jacentes Lupam* lact*aſſe, & picum Martium nutriſſe. poſt reper*tos *Accam Laurentiam, Fauſtuli uxorem, educaſſe.* plerique *tamen, conſcio & alimenta præbente N*umitore, *nutritos aiunt quod Ilia ex Marte ſe* peperiſſe *eos aſſeverabat, ac ſecreto litteris, omni* denique *liberali diſciplina Gabiis inſtitutos* atq. *excultos fuiſſe, atque ita in muſicis primam pueritiam traduxiſſe, cum inter æquales* omnes *præſtarent corporis proceritate, & forma,* nomin*atos, alterum Romulum, Remum alterum. eos ubi* ex compreſſu *Iliæ natos ſe cognoverint, & quod* expoſitos in *ripa Tiberis lupa lactaverit, præbens* rumam, *monte vicino deſcendens, & quod reperti à Fauſtulo* ſunt educat*i, Romuſque & Remus à Ruma* nominati poti*ſſimum, præterea quo patre* eſſent

## Notæ.

*Galatas ſcribit.*] De Galata ſcriptore amplius quærendum. Scal. vett. libb. habent *Gallitas.* Fortaſſe reſcribendum *Clinias.* Servius: *Clinias refert Telemachi filiam Romen nomine Æneæ nuptam fuiſſe ex cujus vocabulo Romam appellatam * * * * dicit Latinum ex Ulyſſe & Circe editum de nomine ſororis ſuæ mortuæ Romen civitatem appellaſſe.* Suppleo *idemque dicit,* vel *idem enim dicit.* Hæc enim de eodem ſcriptore intelligenda ſunt. Quare ex hoc loco apertum eſt Feſti locum hunc male digeſtum eſſe atque etiam mutilum, qui alterius ope ſic facile ſanari poteſt. *Cum poſt obitum Æneæ imperium Italiæ perveniſſet ad Latinum Ulyſſis Circeſque filium, iſque ex Rome Telemachi ſuſcepiſſet filios Romum Romulumque, urbi conditæ in palatio cauſſam fuiſſe appellandæ potiſſimum Romæ.* Quæ plane gemina ſunt cum ſuperioribus, niſi quod hic Feſtus ex Rome ſublatos liberos refert quos eundem locum citans prætermiſit Servius. Ait Servius ex Clinia Telemachi filiam Romen Æneæ nuptam fuiſſe, mortuiſque Ænea & Rome Latinum Romæ fratrem imperio potitum de nomine ſororis ſuæ urbem Romam dixiſſe. Et idem plane hic Feſtus ex eodem Clinia, niſi quod addit Æneam ex Rome liberos ſuſcepiſſe, nam τὸ *iſque* de Ænea intelligi debere certum eſt. Judicent tamen eruditi. Porro hic prætermiſit Feſtus eorum ſententiam qui à Roma Æſculapii filia urbi nomen impoſitum tradiderunt, ut Marinus ſive Marianus Lupercaliorum poëta, cujus verſus, qui apud Servium leguntur ſic dirigendos & concipiendos monuit doctiſſ. Salmaſius.

*Roma ante Romulum fuit,*
*Et ab ea nomen Romulus*
*Adquiſivit* . . . . . . :
*Sed Diva flava & candida,*
*Roma Æſculapi filia*
*Novum nomen Latio fecit*
*Hanc conditricis nomine*
*Ab ipſa omnes Romam vocant.*

Optime, ſunt enim dimetri Iambici. Prætermiſit etiam Feſtus fuiſſe qui traderent Romam dictam à fatidica quæ prædixiſſet Evandro his eum locis oportere conſidere. Item ei nomen impoſitum à Romulo Aſcanii filio ut refert Eratoſthenes apud Servium. *Dacerius.*

*Rom.*] In iſtis laciniis, imo fimbriis tantum odorari potuimus de compreſſu Iliæ, expoſitos infantes Remum, & Romulum; quod à Fauſtulo ſunt educati: quod à ruma ſint nominati: quod ex Fauſtulo cognoverunt, quo patre eſſent procreati: reſtituiſſe regnum avo Numitori: per auguria decreviſſe uter nomen urbi imponeret, extrema verba ex Epitoma plane ſarcire potes. In nona linea Numitoris nomen agnoſcimus. Reliqua niſi qui egregie ſe inſanire poſtulet, alius reſarciet nemo, certo ſcio. *Joſ. Scaliger.*

*Roma. Diocles.*] Certum eſt iſta continuari cum ſuperioribus; *appellandæ potiſſimum Romæ. Diocles Peparethius.*

*Diocles Peparethius.*] Sic dictus à Peparetho Inſula maris Ægei. Ejus meminit Plutarch. in Romulo, quem vide, nam totam hanc hiſtoriam fuſe narrat.

*Italiam.*] Italiam nove dicit quam alii Rheam Sylviam. Sed Schedæ aperte *Iliam*, vere.

*Et picum Martium nutriſſe.*] Auctor de origine urbis Romanæ: *Addunt quidam Fauſtulo inſpectante, picum quoque advolaſſe & ore pleno cibum pueris ingeſſiſſe, inde videlicet lupum picumque Martis tutelæ eſſe.*

*Omni denique liberali diſciplina Gabiis inſtitutos.*] Idem

Digitized by Google

procreati, *intellexerint*, *Numitori avo primum* reſtituiſſe reg*num*, *deinde de urbe condenda* per auguria decre*viſſe*, *uter eam conderet* no*m*inaretque ac deorum *manifeſta approbatione*, Romulum urbem condi*diſſe*, *eamque nominaſſe Romam* potius, quam Rom*ulam de ſuo nomine*, *ut amplio*re vocabuli ſigni*ficatione proſperiora patria* ſuæ ominaretur.

Romam Romulus de ſuo nomine appellavit, ſed ideo Romam, non Romulam, ut ampliore vocabuli ſignificatu proſperiora patriæ ſuæ ominaretur. PAULUS.

Romanam portam vulgus appellat, ubi ex epiſtylio defluit aqua. qui locus ab antiquis appellari ſolitus eſt ſtatuæ Cinciæ, quod in eo fuit ſepulcrum ejus familiæ. ſed porta Romana inſtituta eſt à Romulo infimo clivo Victoriæ, qui locus gradibus in quadram formatus eſt. eſt appellata autem Romana à Sabinis præcipue, quod ea proximus aditus erat Romam. FESTUS.

Romana porta apud Romam à Sabinis appellata eſt, quod per eam proximus eis aditus eſſet. PAULUS.

Romanam portam antea *Romulam voci*tatam ferunt, quæ fuerit *ab Roma appellata.* FESTUS.

Romani *videntur ab initio nulla uſi eſſe* artificum *opera*, *ſed ubi primum ludos facere* cœperunt, *tunc aſciti artifices ab Etruſc*is civitatibus *fuerunt*. *Sero autem ludi* omnes, qui nunc *à Romanis celebrari ſolent*, ſunt inſtitu*ti*. *Quidam primos ponunt Ro*manos, alii aiunt *Megalenſes*, *id eſt*, *matris* magnæ, ac po*pulares Cereris*: *alii aiunt* in conferendis *equis Trojam luſitaſſe pue*ros Romanos, alii *inſtitutum*, *ut luderent* equitando, jactu, *ſaltu*, *curſu*, *feſtis* parilibus, paribuſque etiam *ut Ludicræ certationes à* ludentibus fierent.

## NOTÆ.

Idem auctor de orig. urb. Rom. *Cum vero pueri liberalis diſciplina capaces facti eſſent*, *Gabiis Græcarum*, *Latinarumque literarum ediſcendarum gratia commoratos*, *Numitore avo clam omnia ſubminiſtrante.*

*Ominaretur.*] Huc retrahenda ſunt quæ infra leguntur poſt *Romuliam*, locum adi.

*Romanam portam.*] Locus ubi fuere ſtatuæ Cinciæ, *Cincia* dicebatur. Vide *Cincia*. Quam vero Romanam portam in infimo clivo victoriæ à Romulo poſitam dicit Feſtus, eandem eſſe puto, quam Romanulam vocat Varro lib. 4. *Præterea intra muros video portas dici*, *in palacio Mucionis à mugitu*, *quod ea pecus in bucitatum antiquum oppidum exigebant*, *alteram Romanulam quæ eſt dicta ab Roma*, *quæ habet gradus in navalia ad Volupia ſacellum.* *Dacerius.*

*Romani.*] Ad hunc locum pertinere arbitror, quod Dionyſius ſcribit, Romanos cives agriculturam, & rem militarem tantum exercuiſſe: ſedentarias vero artes ſervos, & advenas, qui intra urbem permulti erant. Hæc lib. 2. & 9. *Ant. Auguſtinus.*

*Romani.*] Non obſcurum eſt cujus ædificii olim fuerint hæc rudera, idque ædificium magis poſſum deſcribere, quam à fundamentis redivivum inſtaurare. Hæc igitur fuit ſententia Feſti. Romani nullum ab initio exercebant artificium. neque prius exercere cœperunt, quam artes didicerunt ab exteris civitatibus. Sero etiam ludi omnes, qui nunc in Urbe celebrantur, ſunt inſtituti. Quidam ponunt primos ludos Romanos, alii aiunt Megalenſes Matris Magnæ, ac populares Cereris. alii in conferendis equis Trojam luſitaſſe pueros Romanos, alii ſolitos exerceri eos equitando, jactu, ſaltu, feſtis Parilibus. Parilibuſque etiam inſtitutum, ut à ludentibus fierent. Populares ludos manifeſto dixit pro plebeis: ut ſæpe populus pro plebe dicitur. *Joſ. Scaliger.*

*Romani videntur.*] Optime ait Feſtus Romanos cum ludos facere cœperunt artifices aſciviſſe ex Etruria. Liv. lib. 1. ſect. 35. *Ludicrum fuit equi, pugileſque ex Etruria maxime acciti.* De ludis Romanis loquitur quos primos facit, & verum eſt, cum Megalenſes & Cereales poſt multos annos in Rep. inſtituti fuerint. Conſualia enim & Troja & ſi qui alii ludi, ſive certationes ludicræ, ſine artifice peragebantur. De Trojæ ludo vide Virg. lib. 5.

*Megalenſes, id eſt, matris magna ac populares Cereris.*] Hinc refelli poteſt quod quibuſdam viſum eſt, ludos Megalenſes non matri magnæ, ſed magnis diis ſacros eſſe. *Megaleſia* vero tantum matri magnæ. Infra aliquid deeſſe videtur. Lego & diſtinguo: *Id eſt matris magna, ac populares. Alii Cereris.* Neque enim Cereales ludi populares dici poterant, ſed Megalenſes, id eſt, matris magnæ, qui pro populo fiebant, unde ſacrificium dictum *damium*. i. *Populare* & ipſa Dea *Damia*, popularis. & ejus ſacerdos *Damiatrix*. Vide *Damium*. *Dacerius.*



Digitized by Google

PAULUS. Romulia tribus dicta, quod ex eo agro cenſebatur, quem Romulus ceperat ex Vejentibus.

FESTUS. *Romam antea Romulam appellatam* Terentius quidem *Varro fuiſſe ait ab Romulo* deinde detortam voc*alem*, *detritaſque literas fuiſſe* credibile. ceterum cauſ*am ejus appellationis in*veniſſe ait Verrius *vetitam eſſe publicari.*

Romulum quidam à ficu ruminali, alii quod lupæ ruma nutritus eſt, appellatum eſſe ineptiſſime dixerunt, quem credibile eſt à virium magnitudine, item fratrem ejus appellatos.

PAULUS. Romulus, & Remus à virtute, hoc eſt à robore appellati ſunt.

## NOTÆ.

*Romulia.*] Quid Terentius, quid Verrius ſcripſerint, incertum eſt. Sed Varro lib. 4. de Ling. Lat. *quinta*, inquit, *tribus*, *quod ſub Roma Romilia.* Hæc eſt fortaſſe Terentii opinio à Feſto relata; illa Verrii, quam Paulus ſecutus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Romulia.*] Infra: *Romuliam tribum appellatam Terentius quidem Varro ait à Romulo*, deinde detortam vocalem u, in e, credibile. Cæterum cauſſam ſe inveniſſe ait Verrius, cum à Romulo dicta ſit: nempe quod ex eo agro cenſebatur, quem Romulus ceperat ex Vejentibus. Jam agnoſcis ſpatium deſiderari in extremis reliquiis Feſti ad capienda ea, quæ de epitoma ſupplevimus: Vides etiam inconſtantiam Varronis, qui nunc à Romulo dictam ait, quam in libris de Latino ſermone ab eo appellatam vult, quod ſub Roma fuerit. *Joſ. Scaliger.*

*Romulia tribus dicta.*] Hæc ſunt Pauli. Prætermiſſum autem Feſti exemplar, quod ita in Schedis apparet: *Romuliam tribum appellatam eſſe ait Dionyſius ab Romulo, quod in agro ab eo capto de Vejentibus populis ea tribus cenſebatur. Terentius Varro dictam ait quod proxima Roma eſſet* quæ. . . . . . . *euidam* . . . . . . . . . . . . . ep. Ita Schedæ. Locus Dionyſii quem Feſtus intelligit vix inveniri poſſit at alter Varronis eſt è lib. 4. de L. L. *Quinta tribus*, inquit, *quod ſub Roma*, *Romilia.* Niſi Feſtus locum alium ex libris quos de Tribubus Varro ſcripſerat, ob oculos habuerit. Nam quæ in fine deſunt, ejuſdem fortean Varronis verba ſunt. Romilia tribus trans Tiberim in agro Vejenti quem Romulus primum cepit.

*Romam antea Romulam.*] Hæc conjungenda ſunt cum ſuperioribus ubi de Roma. Ita enim in Schedis poſt *ominaretur*, continuo ſequebatur *Romam antea Romulam.* Quod ex Varrone ait Feſtus Romam antea dictam Romulam, illud apud Varronem hodie fruſtra quæras. Quin etiam Varro in libris qui ſuperſunt, non ſemel ait à Romulo *Romam* eſſe dictam non *Romulam.* Præcipue lib. 8. *Qui dicunt quod ſit à Romulo, Roma & non Romula; neque ut ab ove ovilia, ſic à bove bovilia, eſſe analogias, errant.* Quod ait Verrius ſe inveniſſe cauſſam ejus appellationis vetitam publicari, idem de ipſo Romæ nomine tradit Solinus cap. 1. *Traditur etiam proprium Romæ nomen, & verum magis, ſed vetitum publicari, quando quidem quominus enuntiaretur, ceremoniarum arcana ſanxerunt, ut hoc pacto notitiam ejus aboleret fides placita taciturnitatis. Valerium denique Soranum, quod contra interdictum id eloqui auſus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum.* Servius ad illud 1. Æneid.

—— —— —— *Romanoſque ſuo de nomine dicet.*

*Perite*, inquit, *non ait Romam*, *ſed Romanos. Urbis enim illius verum nomen, nemo vel in ſacris enunciat. Denique Tribunus plebis quidam Valerius Soranus, ut ait Varro, & multi alii, quia hoc nomen auſus enunciare, ut quidam dicunt, raptus à Senatu, & in crucem levatus eſt: Ut alii, metu ſupplicii fugit, & in Sicilia comprehenſus à Pretore, precepto Senatus occiſus eſt. Hoc autem urbis nomen, ne Hyginus quoque, quum de ſitu urbis loqueretur, expreſſit.*

*Quem credibile eſt à virium.*] Ῥώμη Græce proprie eſt *Valentia* Latine, nam ἐῤῥῶσθαι, eſt *valere.* Gloſſ. Ῥώμη valentia. Ita vocarunt *robur* corporis, quod & ipſum ex eadem origine venit, nam ῥῶμος, & ῥώμη ἀπὸ τοῦ ῥῶσθαι, Æolicum ῥῶμορ, & ῥῶβορ, ut βύρμαξ, μύρμηξ, inde Latinum *robur.* Inde etiam dicti, Ῥῶμος Ῥωμύλος. Ῥῶμος enim *vir fortis.* Ut μῶμος *irriſio*, dicitur & *qui irridet*: μῖμος *imitatio*, & *qui imitatur*, ſic ῥῶμος *fortitudo*, & *vir fortis.* Latinis Remus, ut *Apello*, *Apollo.* A ῥῶμος ῥωμύλος, ut à ψεῦδος, ψεύδυλος, unde *Pſeudolus Plautinus.* A φεῖδος, φείδυλος, ab ἦδος, ἥδυλος, & ſimilia, inde Latinis priſcis *Romulus*, quare infra Paulus, *Romulus & Remus à virtute.* Nam virtus proprie de viribus corporis, ut apud Phæd.

*Virtuti ſemper prævalet ſapientia.*

Salmaſ. in Solin. Inde intelligenda quæ ſupra dixit Feſtus in fine τοῦ *Romam.* Romulum urbem nominaſſe Romam potius quam Romulam, *ut ampliore vocabuli ſignificatione proſperiora patriæ ſuæ ominaretur. Roma* enim & *Remus*, multo ſignificantiora ſunt quam *Romula* & *Romulus*, quæ ſunt diminuta ex illis. *Dacerius.*

*Rorarios.*]

Digitized by Google

Rorarios milites vocabant, qui levi armatura primi prælium committebant; quod, ut ante imbrem fere rorare ſolet, ſic illi, ante gravem armaturam quod prodibant, rorarii dicti.

Rorarium vinum, quod rorariis dabatur.

† . . . . . . . . . . . . . . . . ubi incubare poſſet auſpicii repetendi cauſa. FESTUS.

Roſcii appellabantur in omnibus perfecti artibus, quod Roſcius quidam perfectus unus in arte ſua, id eſt, comœdia, judicatus ſit. PAULUS.

*Roſcii Vulgo appellari* ſolent in *omni arte ita perfecti*, *ut Roſcius* comœdus in *arte ſua perfectus fuerit*, *cui* nihil deeſſet *ad perfectionem*, *ut libro primo* de oratore *ait Cicero*. FESTUS.

*Ruſtica vinalia* menſe *Auguſto*, *ut eſt in faſtis*, *Veneri fiebant*, quod eodem illo *die ædis ei Deæ conſecrata* eſt, jumenta*que & olitores ab opere ceſſent*, *quia* omnes horti in *tutela Veneris eſſe dicuntur*.

Roſea in campo Reatino campus appellatur, quod in eo arva rore humida ſemper ſeruntur. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . PAULUS.

. . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

*Rorarios.*] Gloſſarius: *Rogarii*, *ἀκροβολισταί*. Male legit *Rogarii*, pro *Rorarii*. *Joſ. Scaliger*.

*Rorarios milites.*] Idem Varr. lib. 6. *Rorarii dicti à rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat, quam pluit*. Plaut. in Frivolaria.

——— ——— ——— *ſequimini hac*
*Sultis legiones omnes Laverna. Ubi rorarii*
*Eſtis? En ſunt. Ubi ſunt accenſi? Ecce.*

Gloſſ. rorarii, *ἀκροβολισταί*. Ita enim legendum non *rogarii*, monuerunt Scaliger, Vulcanius, &c. *Rorarii* idem *velites*, & *Ferentarii*. *Dacerius*.

Poſt *Rorarium*.] Verba Feſti ad aliud verbum pertinent: & ut arbitror, ſcribenda ſunt loco incertorum poſt R. *Ant. Auguſtinus*.

† . . . . . . . . . . *ubi incubare poſſet*.] Non ſat conjicio quo iſtæc referenda ſint. in Sched. poſt *Ruſtum* ſpacium duarum paginarum relictum eſt, & in fine, *Ubi incubare poſſet auſpicii repetendi cauſſa*. Hic autem Romanorum morem Feſtus explicabat qui ſi quando egreſſi male pugnaſſent, Romam revertebantur ad captanda rurſus auſpicia, quod dicebant *repetere auſpicia*. *Omina*. Virg. *Omina ni repetant Argis*. Quod ſi longius miniſterium adminiſtraretur, ne dux ab exercitu diutius abeſſet, ſi Romam ad repetenda auſpicia de longinquo revertiſſet, conſtitutum ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia in qua bellabatur, ad quem, ſi renovari opus eſſet auſpicia, dux rediret. Et incubandi verbo Feſtus uſus eſt, quod interdum cubantes auſpicia captarent, interdum in ſolida ſella ſedentes. vide *ſilentium*. *Dacerius*.

*Roſcii.*] Referebatur à Feſto locus Ciceronis lib. 1. de Oratore. *Itaque hoc jamdiu eſt conſecutus, ut in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur*. Quæ ſequuntur fragmenta verſuum, videntur pertinere ad Ruſtica vinalia. *Ant. Auguſtinus*.

*Roſcii.*] Infra: *Roſcii appellari ſolent in arte aliqua perfecti. quod Roſcius Comœdus in arte ſua perfectus fuerit, adeo ut nihil ei deeſſet ad perfectionem. ut lib. 1. de Oratore ait Cicero*. Deinde aliud caput: *Ruſtica vinalia menſe Auguſto Veneri dicata ſunt: quod eodem illo die ædis ei conſecrata ſit. jumenta quoque, olitores, & omnes horti in ejus tutela ſunt*. De jumentis autem mentionem fecit, quia jumenta coronata eo die ab opere ceſſabant. quamquam non eo die, ſed altero ab illo, hoc eſt Conſualibus ceſſare ſollita ait Plutarchus in Quæſtionib. *Joſ. Scaliger*.

*Roſcii vulgo appellari ſolent.*] Hunc locum, ita ſuppleverat olim Scaliger. Locus Ciceronis quem Feſtus intelligit: *Itaque & ad hanc ſimilitudinem hujus hiſtrionis oratoriam laudem dirigamus, videtiſne, quam nihil ab eo, niſi perfecte, nihil niſi cum ſumma venuſtate fiat? Nihil niſi ita ut deceat, & uti omnes moveat atque delectet? Itaque hoc jam diu eſt conſecutus, ut in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur*.

*Ruſtica vinalia.*] Idem Varr. lib. 5. *Ruſtica vinalia dicuntur ante diem duodecimum Kalendas Septembris, quod tum Veneri dedicata ædis, & horti ejus tutelæ aſſignantur, ac tum ſunt feriati olitores*. Porro duplicia fuere vinalia, altera vel 12. vel 14. Kal. Septemb. altera 9. Kal. Maias celebrata. Veneris alia, alia Jovis ſacra. Sed de utriſque ita diſſentiunt veteres, ut nihil certi unquam ex iis ſtatuatur, nam vel ipſe Feſtus qui hic vinalia menſis Auguſti Veneri ſacra dicit, idem ea infra Jovis ſacra facit, tamen multo veriſimilius eſt, vinalia menſis Aprilis Veneri dicata fuiſſe eique hortos dedicatos, nam & ea Ἀφροδίσια vocat Plutarch. Vinalia vero menſis Sextilis, ad Jovem pertinuiſſe. Quamvis contrarium plane apud ſcriptores reperias. Vide *Caſaub.* *Dacerius*.

*Roſea.*] Cæſar Vopiſcus, cum cauſam apud Cen-



Digitized by Google

FESTUS. *Roſa in agro reatino cam*pus appellatur, *quod in eo arva rore hum*ida ſemper ſerunt.

Rotundam ædem Veſtæ Numa Pompilius Rex Romanorum conſecraſſe videtur, quod eandem eſſe terram, qua vita hominum ſuſtentaretur, crediderit, eamque pilæ forma eſſe: ut ſui ſimili templo dea coleretur.

PAULUS. Rotundam faciebant ædem Veſtæ ad pilæ ſimilitudinem, quod eandem credebant terram eſſe.

Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus. item ſcorteæ ampullæ rugoſæ rubidæ dici ſolent.

FESTUS. *Rubidus panis appella*tur parum coctus, cum *rubro colore*, *rubifactus* Plautus in Caſina: *in furnum condi*to atque ibi torreto *pro pane rubido. I*tem ſcorteæ ampullæ vetuſtate rugoſæ, & coloris ejuſdem, rubidæ dici ſolent.

PAULUS. Ructare, non ructari dicendum eſt. Flaccus: Videres alios ructare, ac reſpuere pulcherrima ſuperbia. Cicero tamen ructaretur dixit.

FESTUS. Ruct*are non ructari*, *dicendum ait* Verr*ius* . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ut pro . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . os igit*ur* . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ſcrib . . . . . . . . . . . . .
*Valerius* Flaccus. V*ideres alios ruct*are, ac *reſpuere pulcherrima ſuperbia* M. Cicer*o tamen in lib.* 2. *Philippicarum*, ruct*aretur dixit*.

## NOTÆ.

ſores ageret, campos Roſeæ dixit Italiæ ſumen eſſe. in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum probantur. Plin. lib. 17. cap. 4. *Ant. Auguſtinus.*

*Roſea in agro Reatino.*] Varr. lib. 1. de r. r. *Cæſar Vopiſcus ædilitius cauſſam cum ageret apud Cenſores Campos Roſea Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.* Virgil. 7. Æneid.

*Qui Nomentum urbem, qui Roſea rura Velini.*

Ubi Servius: *Velinus locus eſt circa Reate juxta agrum qui Roſulanus vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc, a quodam conſule in Naran, vel Naren fluvium, nam utrumque dicitur, eſſe diffuſum. Poſt quod tanta eſt ea loca ſecuta fertilitas, ut etiam perticæ longitudinem, altitudo ſuperarit herbarum: quin etiam quantum per diem demptum eſſet, tantum per noctes creſcebat. Quod Virgilius ad ſuam provinciam tranſtulit, dicens:*

*Et quantum longis carpent armenta diebus,*
*Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*

In verbis Feſti pro *ſerunt*, legendum *ferunt* & in epitome *feruntur* pro *ſeruntur*. Neque enim ſerebatur Roſeus ager, in quo nihil fere præter prata, ut ex eodem Varrone colligi poteſt, lib. 1. cap. 7. Quare & equis abundavit qui *Roſeani* dicti ſunt.

*Rotundam ædem Veſtæ.*] In veteribus nummis Veſtæ templum ea forma hodieque cernitur. Hujus rei cauſſam aliam tradit Plutarch. *Traditur,* inquit, *Numam cuſtodiæ cauſſa perenni igne Veſtæ templum circumdediſſe, quod rotundum ab eo extructum eſt, non ut terra, quaſi ea Veſta eſſet, ſed ut univerſi figuram exprimeret, in cujus medio ignem collocatum Pythagorei cenſent, eumque Veſtam & unitatem appellant.* Sed hæc meræ nugæ, nam alia etiam templa ſæpe ea forma fuiſſe notum eſt. *Dacerius.*

*Rubidus.*] Plaut. in Caſina. *Una edepol opera in furnum calidum condito, Atque ibi torreto me pro pane rubido hera. Ant. Auguſtinus.*

*Rubidus.*] Infra: *Rubidus panis appellatur parum coctus cum rubro colore.* Plautus in Caſina: *in furnum condito, atque ibi torreto pro pane rubido.* apud eundem ſcorteæ ampullæ &c. Intelligit autem locum ex Sticho:

*Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam.*

*Joſ. Scaliger.*

*Rubidus panis.*] Verſus Plauti è Caſina act. 2. ſc. 5. Sed laceri, ſunt enim:

*Una Edepol opera in furnum calidum condito*
*Atque ibi torreto me pro pane rubido hera.*

Eoſdem laudat Feſtus in voce *torrens.* In fine cum ait, *Item ſcorteæ ampullæ, &c.* Ejuſdem Plauti verſum reſpicit ex Stich. 1. 3.

*Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam.*

Porro in verbis Feſti Fulv. Urſinus pro *parum coctus* legebat *porcoctus*. Sed *parum coctum* Feſtus dixit panem cito coctum. Panis enim nimium properatus rubet & torretur. *Dacerius.*

*Ructare.*] Videndum eſt, an Cicero Philip. 2. *ructaretur* ſcripſerit, quo loco *cui ructare turpe eſſet,* habe-

Digitized by Google

Ruſuli Tribuni milit*um appellabantur*, *quos* Conſul faciebat, *non populus: de quorum jure*, *quod* Rutilius Rufus leg*em tulerat*, *qua eis cavebatur multis modis* (ſic enim eleva*verant eorum* jus, *ac tunc eleva*bant, qui populi ſuffr*agio creabantur*) *ruſuli à* cognomine Rutili a*c poſt Rutilli appellati ſunt*.

Ruſuli appellabantur Tribuni militum à Conſule facti, non à populo, de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, Ruſuli, ac poſt Rutuli ſunt appellati. PAULUS.

Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur. unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

*Rumen eſt pars colli* qua eſca devoratur, *unde rumare dicebant* quod nunc ruminare. FESTUS.

Rumentum, abruptio. PAULUS.

*Rumentum in Augur*alibus ſignificare vi*detur interruptio*, *abrupti*ove, dum verba An-cilibus movendis*, *præit*, *ſi interim* avis canerit, *tum æque atque auſpicio*, augurio rumentum *eſtod* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

habemus. Poſſet enim ita legi, *cui ſi ructaretur turpe eſſet*. *Ant. Auguſtinus.*

*Ructare non ructari.*] Uſitatius *ructare* quam *ructari*. Gloſſ. utrumque ponunt. Ructat, ἐρεύγει. *Ructatur* ἐρεύγεται. *Ructo* ab ἐρεύγω. Locus Ciceronis 2. Philip. Doctiſſimus Duza filius putabat in hiatu latere Lucilii verſum:

*Ructantur juvenes & ſputis omnia fœdant.*

Nulla tamen ejus veſtigia. *Dacerius.*

*Ruſuli.*] Liv. lib. 7. *Cum eo anno placuiſſet Tribunos Militum ad legiones ſuffragio fieri. nam & antea ſicut nunc, quos Ruſulos vocant, Imperatores ipſi faciebant; ſecundum in ſex locis tenuit T. Manlius L. F.* Fuit annus CCCXCI. ab V. C. ſi ſequimur faſtos Capitolinos. Idem lib. 9. *Duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem; unum ut Tribuni Militum ſenideni in quattuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum, & Conſulum ferme fuerant beneficia. tulere eam rogationem Trib. pleb. L. Atilius, C. Marcius.* Hæc illo anno CDXLII. Viden. Polyb. lib. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Ruſuli tribuni.*] Liv. lib. 7. ſect. 5. *Cum eo anno placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri, nam & antea ſicut nunc, quos Ruſulos vocant, Imperatores ipſi faciebant, ſecundum in ſex locis tenuit.* Et Aſconius Pedian. in divinat. *Tribunorum militarium duo ſunt genera, primum eorum qui Ruſuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent; alii ſunt comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur.*

*Rumen eſt pars colli.*] Iſidor. *Rumen proximum curculioni quo cibus & potus devoratur.* Et Serv. ad illud Eclog. 6.

——— ——— *Pallentes ruminat herbas.*

*Ruminatio*, inquit, *dicta eſt à ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus à certis revocatur animalibus. Ruma* autem & *rumen* à ῥύμα, *tractus*, via. *Dacerius.*

*Rumentum.*] Eget interprete. *Ant. Auguſtinus.*

*Rumentum.*] Rumentum in Auguralibus ſignificare videri ait *abruptionem* dum verba Anci exponit: *ſi poſterime avis canerit, ut auſpicio, augurio rumentum ſit. Poſterime*, vel *poſterrime*, eſt poſtreme. *Canerit*, cecinerit. Etiam Salluſtius dixit *canuere*, pro *cecinere*. Suſpectum eſt nomen Anci. & potius ita putem legendum: *Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur abruptionem: Dum verberat Anciliorum ærimen, avis canerit interea, id eo augurio rumentum eſto.* Et aperte id ex libris auguralibus carmen eſt. *Ærimen*, eſt æs, ut ſupra cognovimus ex libro 3. Morem hunc æra in Saliaribus quatiendi tangebat Nigidius libro 18. Itaque ex ære in Saliaribus Altanus tintinat. *Joſ. Scaliger.*

*Rumentum.*] A rumpo, ſive rupo, *rupi*, *rupimen*, *rupimentum*, *rumentum*. Ut à moveo, movi, *movimen*, *movimentum*, *momentum*. Iſta, *dum verba ancilibus*, ex auguralibus libris deſumpta. Dum movebantur ancilia, ſi avis vocem emiſerit, non minus augurio illi rumentum fiebat quam auſpicio cuivis alii ſi quod factum eſſet. Hos hiatus olim ſuppleverat Scaliger: *Dum verberat anciliorum ærimen, avis canerit interea, id eo augurio rumentum eſto.* Ærimen eſt æs ut ſupra cognovimus ex lib. 3. Canerit pro cecinerit, ut etiam Salluſtius dixit, *canuere* pro *cecinere*. Morem hunc æra in Saliaribus quatiendi tangebat Nigidius lib. 18. *Itaque ex ære in Saliaribus Altanus tintinat.* Hæc vir doctiſſimus quæ ſane niſi alia ſchedæ exhiberent, pro veris facile recepta fuiſſent. *Dacerius.*



Digitized by Google

PAULUS. Rumex, genus teli ſimile ſpari Gallici.

FESTUS. Rumex *genus teli ſimile ſpari gallici*, *cujus* meminit Lucili. *Tum ſpara, tum rumices portantur* tragula *porro.*

PAULUS. Ruminalis dicta eſt ficus, quod ſub ea arbore lupa mammam dedit Remo, & Romulo mamma autem rumis dicitur. unde & ruſtici appellant hedos ſubrummos, qui adhuc ſub mammis habentur.

FESTUS. *Ruminalem ficum appellatam* ait Varro *prope curiam ſub veteribus*, quod ſub ea arbore *Lupa rumam dederit* Remo, & Romulo, *id eſt, mammam mamma* autem rumis *dicitur. unde ruſtici hædos lactentes* ſubrumos voc*ant*, *quia adhuc ſub mammis habent.* alii autem ſunt *qui putant*, *quod ſub ea pecus* ruminari ſolitum *eſſet.*

## NOTÆ.

*Rumex.*] Verſus Lucilii refertur verbo Spara. *Tum ſpara, tum rumices portantur tragula porro.* licet illic murices ſcriptum ſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Rumex.*] Suſpicantur viri docti Feſtum male legiſſe apud Lucilium *rumices* pro *murices*. Nam murices proprie ſunt conchæ, conchylia, quæ quia in acutum deſinunt, inde quævis aliæ res dictæ *murices*. Ut cacumina ſaxorum. Virgil.

——— ——— *Acuto in murice remi*
*Concuſſi ſonuere.*

Ubi Servius Muricem exponit *Saxi cacumen eminens per tranquillitatem*. Iſidor. lib. 16. cap. 3. *Murices petra in litore ſimiles muricibus vivis, acutiſſima & navibus pernicioſa.* Sic *triboli* dicti murices, quia multos ſimul aculeos oſtendunt. Vide Caſaub. apud Athen. lib. 8. 9. Verum huic conjecturæ obſtat quod prima in *murex* producitur, quæ corripitur in *rumex*. Sane Gellius lib. 10. cap. 25. *Rumigeſtrum* dicit eſſe telum *inter telorum*, inquit, *jaculorum, gladiorum vocabula lancea, ſpari, rumigeſtri, falces.* Unde Scaliger apud Varronem, forſan apud Gellium pro rumigeſtri reponendum *runcaſtri*, vel *rumiceſtri*. Rumices Lucilio: *Tum ſpara tum rumices*, &c. Atque ideo videtur Gellius illa duo junxiſſe, tanquam apud eundem Lucilium lecta. Antequam hinc abeo monendus eſt lector, ante caput *Rumex*, in ſchedis extare quaſdam reliquias, quæ in omnibus Feſti editt. prætermiſſæ. In iis apparet de *Ruma* id eſt mamma Feſtum egiſſe, item de ficu Ruminali & lupa quæ Remo & Romulo præbuit rumam, ſunt enim ad hunc modum: *Ruma id eſt mamma.* . . . . . . . . . . . . . . . . *capitolio* . . . . . . . . . . . . . . . . . *nium* . . . . . . . . . . . . . . . . . . *de* . . . . . . . . . . . . . . . . . . *que* . . . . . . . . . . . . . . . . . *requiſi* . . . . . . . . . . . . . . . . *appellatam* . . . . . . . . . . . . . . . . *eſt qua Rumex teli genus*, &c. Quibus, etſi eas inſtaurare non poſſim, diutius carere te nolui, ut quoad fieri poſſit, & quantum in me eſt, Feſti quæ ſuperſunt, ea tibi omnia in promptu ſint, & habeas etiam quicum vires tuas experiaris. *Dacerius.*

*Ruminalis.*] Infra: *Ficum Ruminalem appellatam ait Varro à veteribus, quod ſub ea arbore lupa mammam Remo, & Romulo dederit. Mamma autem Rumis dicitur. Unde agnos veteres ſubrumos vocabant, qui ſub mammis eſſent. alii autem ſunt, qui putant, quod ſub ea pecus ruminari ſolitum eſſet. Joſ. Scaliger.*

*Ruminalem ficum.*] Duas Ruminales ficus fuiſſe certum eſt, alteram in Germalo, ſub qua Remus & Romulus à lupa nutriti, alteram in comitio, quæ proprie Navia dicebatur. Utramque in octava urbis regione ponit Victor: *Ficus Ruminalis & Lupercal virginis. Columna cum ſtatua M. Ludii.* Hæc eſt vera Ruminalis. Pergit Victor: *Ficus Ruminalis in comitio, ubi & Lupercal Ædes Vejovis inter arcem & Capitolium prope aſylum.* Hæc eſt ficus Navia. At de Navia ficu jam ſupra egit Feſtus. Hic igitur de vera ficu Ruminali ejus verba intelligenda ſunt, quod & olim animadvertit Magnus Salmaſius in exercitationibus Plinianis ubi multa docte & accurate de utraque ficu annotavit, ſed queis nondum mihi uti contigerat cum horum librorum decimus quartus typis mandabatur. Hæc enim fere ſine libris ſcribimus, quos patria longe *dulci diſtinet in domo.* Quare eſt certe quod gaudeam me in Navia ficu contra mentem Scaligeri illuſtranda & putanda, juxta virum doctiſſimum fere per omnia ſic ſenſiſſe. Ejus verba in fine addentur, ut ea cum illis quas in *Navia* dicta ſunt, lector conferre poſſit. Redeamus ad Feſtum. Ait ficum Ruminalem prope curiam fuiſſe, At curia in comitio. Non poteſt igitur hæc eſſe vera ficus Ruminalis quæ in Germalo. hoc non potuit ſcrupulum creare doctiſſimo Salmaſio qui ſupplementum Feſti numquam vidit, adeoque ex ſola tantum epitome judicavit hic de vera ficu Ruminali à Feſto actum fuiſſe. In epitome vero nihil eſt quod non utrique ficui æque conveniat. De Navia enim ficu idem dicebant quod de Ruminali. Tacit. annal. 13. *Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ ſuper octingentos & triginta ante annos, Remi Romulique infantiam texerat*, &c. De Navia enim loqui-

Rumitant, rumigerantur. Nævius: Simul alius aliunde rumitant inter ſe. PAULUS.

*Rumitant, ſignificat rumigerant*, ut *Nævius ſimul alius aliud aliunde rumitant inter ſe.* FESTUS.

Runa genus teli ſignificat. Ennius: runata recedit, id eſt, pilata. PAULUS.

† . . . . . . . . . . . . . . . . nas . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.
. . . . . . . . . . . . . . . . ae . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . Nævius . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . vit . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . ad . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . eſcu . . . . . . . . . .

Rupitias in duodecim ſignificat, damnum dederis.

Rupitia damnum dederit ſignificat. PAULUS.

Ruri eſſe, non rure dicendum, teſtis eſt Terentius in Phormione, cum ait: ruri ſe continebat, ibi agrum de noſtro patre. FESTUS.

Ruſcum eſt, ut ait Verrius, amplius paullo herba, & exilius virgultis, fruticibuſque non diſſimile junco, cujus coloris rebus uti mulieres ſolitæ, commemorat. Cato Originum libro ſeptimo: Mulieres opertæ auro, purpuraque, ars, inhæret diadema, coronas aureas ruſſea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula.

Ruſpari eſt quærere crebro ut hoc verſu indicatur: & ego ibo, ut latebras ruſpans rimer amaptimas.

## NOTÆ.

loquitur. Sed Feſtus *Curiam* ſimpliciter dixit quam alii *Curiam Hoſtiliam* quæ diverſa eſt ab altera Curia quam βουλευτήριον Græci vocant *Curia Hoſtilia ſub veteribus* ita notatur in deſcriptione urbis, ubi hæc & illa. Sic enim in 8. regione.

*Curia.*
*Curia Hoſtilia ſub veteribus.*

*Rumitant.*] A *Rumo* frequentativum *rumito*, ut à *fero, ferito*. Verſus Nævii qui Saturnius eſt:

*Simitu alius aliunde rumitant inter ſe.*

Vide *adrumavit*.

*Runa genus teli.*] Vide poſt *Roduſculana*.

† . . . . . . . *nas.*] Duo capita hic cohæſerunt. Prius etiam mutilum, lego: *Runa genus teli: Ennius, Runata recedit id eſt præliata.* Quæ ſequebantur adhæſere poſt *Roduſculana*. At quæ ſequuntur, eadem videntur eſſe quæ ſupra in *rumitant*, in iis enim manifeſte apparet locus Nævii: Lector tamen monendus eſt, in editione Romana rudera iſta continuo ſequi poſt caput *Rufuli*. *Dacerius.*

*Rupitias.*] Inepte ſane. Lege, *Rupſit, damnum dederit*. nam & in veteri ſcriptura annotatum eſt in margine fuiſſe, *dederit*, non *dederis*. Quid ſit RUPIT, vide Ulpian. Tit. ad l. Aquiliam. *Joſ. Scaliger.*

*Rupitias.*] Legendum, *rupit, id in duodecim, &c.* Ait *rupit* in leg. 12. tab. ſignificare *damnum dederit*. vide *talimis*. Sed nihil fortaſſe mutandum. In lege 12. ſcriptum . . . . . *rupitias* . . . *ſarcito*. Forte. *Si rupitias fecerit, Dominus ſarcito.* Vide ſarcito. *Dacerius.*

*Ruri.*] Terentius addit fere: *Ruri fere ſe continebat, &c.* *Ant. Auguſtinus.*

*Ruri eſſe.*] Locus Terent. eſt è Phorm. act. 2. ſc. 3.

— — — — — — *ruri fere*
*Se continebat, ibi agrum de noſtro patre*
*Colendum habebat.*

*Dacerius.*

*Ruſcum.*] Alibi monemus verba Catonis ita legenda: *Mulieres opertas auro, purpuraque: arſinea, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula.* De ruſſea faſcia, & linea veſte Apuleius lib. 11. Metamorph. *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola pranitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.* *Joſ. Scaliger.*

*Ruſcum.*] Gloſſ. Ruſcum, χαμαιδάφνη, κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης. Myrtum Sylveſtrem vocat Dioſcorid. Ex eo pleriſque Italiæ locis & Scopæ fiunt & vites ligantur. Virgil. 11. Georg.

— — — — *Nec non aſpera ruſci*
*Vimina per Sylvam, & ripis fluvialis arundo*
*Caditur.*

*Cato originum.*] Alibi monemus verba Catonis ita legenda *mulieres opertas auro, purpuraque: arſinea, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula.* De ruſſea faſcia & linea veſte, Apuleius lib. 11. Metamorph. *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola pranitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.* Ita Scalig. qui tamen in conjectaneis ſuis de quibus hic loquitur non *ruſſeas faſcias* legit, ſed *ruſſea facie.* Mulieres ruſſea facie, quæ ſibi colorem illum conciliabant ruſco, θάψῳ, unde tapſinæ dictæ. *Dacerius.*

*Ruſpari.*] In ultimis verbis mendum eſſe notatum eſt:

Digitized by Google

PAULUS. Ruſpari eſt crebro quærere.

Ruſtica vinalia quartodecimo Kalendas Septembris celebrabantur, quo die primum vinum in urbem deferebant.

FESTUS. Ruſtica vinalia appellantur, menſe Auguſto quartodecimo Kalendas Septembris Jovis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes adverſus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt. eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad circum maximum, alterum in luco libitinenſi, quia in ipſius deæ tutela ſunt horti.

Ruſtum ex rubus. . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ruta cæſa dicuntur, quæ venditor poſſeſſionis, ſui uſus gratia, concidit, ruendoque contraxit.

Rutabulum eſt, quo ruſtici in proruendo igne panis coquendi gratia (utuntur) Novius in Pico: quid ego facerem? otioſus rodebam rutabulum. Nævius, ob-

## NOTÆ.

eſt R. littera adjecta in veteri libro. Viden. Nonius Marcellus. *Ant. Auguſtinus.*

*Ruſpari.*] Gloſſarium: *Ruſpinat*, χειροτριβεῖ. pro eodem etiam *Roſtrare*. Idem: *Raſtrat*, ἐπιζητεῖ. Puto verſum ita legendum:

*Et ego ibo, ut latebras ruſpans rimer maritimas.*

In eodem Gloſſario: *Rutilat*, ἐρευνᾷ, σκυβαλίζει. Lege ut hic, *Ruſpat*. *Joſ. Scaliger.*

*Ruſpari eſt quærere crebro.*] Imo potius diligenter & ſtudioſe quærere. Et proprie de animalibus quæ vel roſtro vel unguibus terram ruunt. Unde & pro eodem *Roſtrare* dicitur. Vide *corruſpari.*

*Et ego ibo.*] Hunc verſum ſic legendum putat Scalig.

*Et ego ibo, ut latebras ruſpans rimer maritimas.*

In Schedis:

*Et ego ibo ut latebras ruſpans rimarem optimas.*

*Dacerius.*

*Ruſtica.*] Aliquid amplius Paulus notat, quam apud Feſtum reperiatur. Viden. Varro lib. 5. de Ling. Lat. & Feſtus, Roſcii. *Ant. Auguſtinus.*

*Ruſtica vinalia appellantur.*] Vide ſupra poſt Roſcii.

*Quia Latini.*] Hanc hiſtoriam ex Piſone ſic refert auctor de origine gentis Romanæ, qui Victoris titulo circumfertur. *Igitur*, inquit, *ſummam imperii latinorum adeptus Aſcanius, cum continuis præliis Mezentium perſequi inſtituiſſet, filius ejus Lauſus collem Laviniæ arcis occupavit, cumque id oppidum circum fuſis omnibus copiis regis teneretur, Latini legatos ad Mezentium miſerunt ſciſcitatum qua conditione in deditionem eos accipere vellet, cumque ille inter alia oneroſa illud quoque adjiceret, ut omne vinum agri Latini aliquot annis ſibi inferretur, conſilio atque auctoritate Aſcanii placuit ob libertatem mori potius quam illo modo ſervitutem ſubire. Itaque vino ex omni vindemia Jovi publice voto conſecratoque. Latini urbe eruperunt, fuſoque præſidio, interfectoque Lauſo Mezentio fugam facere coegerunt.* Vid. Plutarch. Quæſt. Rom. quæſt. XLV.

*Quia in ipſius Deæ.*] Hæc aliena ſunt & male huc irrepſerunt è fine capitis quod poſt *Roſcii.*

*Ruſtum ex rubus. . . .*] Quid ſit Ruſtum neſcio. Forſan à *rubus* eſt *rubuſetum*, *rubuſtum*, *ruſtum*. Ita ut *Ruſtum* dicatur locus rubis conſitus. A ruſto etiam dictæ *falces ruſtariæ* quibus reſecantur ruſti. *Dacerius.*

*Ruta cæſa.*] Nimis conciſa ſunt verba Feſti, & mendum eſſe videtur in verbo *Contraxit*. Cum vendebatur poſſeſſio, ſive fundus: venditor excipiebat ruta cæſa; hoc eſt quidquid cæſum erat, aut erutum. Cicero lib. II. de Oratore: *te, cum ædes venderes ne in rutis quidem, & cæſis, ſolium tibi paternum recepiſſe.* & in fine Topicor. *Fecique quod ſæpe liberales venditores ſolent, ut cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte, & loco poſitum eſſe videatur.* *Ant. Auguſtinus.*

*Ruta cæſa.*] Cum vendebatur poſſeſſio ſive fundus, ſibi venditor recipiebat ruta cæſa, hoc eſt quidquid cæſum erat & erutum, veluti arenam, lapides, arbores &c. Cic. II. de Oratore: *Te, quum ædes venderes ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.* *Dacerius.*

*Rutabulum.*] Verbum *utuntur* non eſt in veteri libro. Sed nos ut neceſſarium recipimus. *Ant. Auguſtinus.*

*Rutabulum.*] Gloſſæ: *Rotabulum*, ἐσχάλης. *Joſ. Scaliger.*

*Rutabulum.*] Gloſſar. rotabulum, ἐσχάλης. Martinius reſcribit ἐγκαλίς. Eſt enim ſarculum quo ignis σκαλεύεται, foditur, excitatur. Gallice *fourgon.*

*Nævius.*] In verbis Nævii legendum *nuptum iri.* Niſi legas cum aliis, *Nupturam viro adoleſcentulo, &c.*

Digitized by Google

ſcenam viri partem deſcribens: vel quæ ſperat ſe nupturam iri adoleſcentulo, ea licet ſenile tractet retritum rutabulum.

Rutabulum à proruendo igne vocatum, quo panes coquuntur. invenitur tamen poſitum & pro virili membro. PAULUS.

Rutilæ canes, id eſt, non procul à rubro colore, immolantur, ut ait Atejus Capito canario ſacrificio pro frugibus deprecandæ ſævitiæ, cauſa ſideris caniculæ. FESTUS.

Rutilium rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt. unde traxerunt cognomina Rutilas, ut indicat frequenter Afranius.

Rutilium rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt. unde & rutilæ dictæ ſunt. PAULUS.

Rutrum dictum, quod eo arena eruitur.

Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio ephebi more Græcorum harenam ruentis exercitationis gratia. quod ſignum Pompejus Bithynicus ex Bithynia ſupellectilis regiæ Romam deportavit. FESTUS.

## NOTÆ.

*&c.* puellam deſcribit Nævius quæ ſeni viro conjuncta, tædium ſuum oblectat ſperans ſe nuptum iri adoleſcentulo.

*Rutilæ canes.*] Hunc morem tangit Ovid. 4. Faſt.

*Eſt Canis, Icarium dicunt, quo ſidere moto,*
*Tota ſitit tellus, præripiturque ſeges.*
*Pro Cane ſydereo canis hic imponitur aris.*

Vide *Catularia porta.* *Dacerius.*

*Rutilum.*] Cato: *Mulieres noſtræ cinere capillum ungitabant, ut rutilus eſſet crinis.* *Joſ. Scaliger.*

*Rutilum, Rufum.*] Rufus, & Rutilus idem erat, vel certe parum intererat. Varr. lib. 6. de L. L. *Aurei enim rutili. Et Inde etiam mulieres valde rufæ, rutilæ.* Et Cato. *Mulieres noſtræ,* inquit, *cinere capillum ungitabant, ut rutilus eſſet crinis.* Unde Serenus:

*Ad rutilam ſpeciem nigros flaveſcere crines*
*Unguento cineris prædixit Tullius autor.*

*Rutrum dictum.*] Sic Varr. lib. 4. de L. L. *rutrum, ut ruitum à ruendo.* Et male viri docti *rutrum* cum *raſtro* confundunt. Illud à *ruendo*, iſtud à *radendo.* *Dacerius.*

*Rutrum tenentis.*] Græci pueri ἐφηβεύοντες hoc exercitio utebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Rutrum tenentis.*] Græci pueri ἐφηβεύοντες hoc exercitio utebantur. Theocrit. de athleta ᾤχετ' ἔχων σκαπάνην, *abiit rutrum tenens.* Ubi Schol. σκαπάνην ἤγουν δίκελλαν ἢ λισγάριον ἢ σκαφίον, ὃ οἱ Ἀττικοὶ ἄμην λέγουσιν. οἱ γὰρ γυμναστικοὶ τούτοις ἐχρῶντο ὑπὲρ γυμνασίας, τῇ σκαπάνῃ σκάπτοντες καὶ τὰ ἄνω μέρη ἀναρρωννῦντες. i. *Scapane ligo, ſive liſgarium, ſive rutrum, quod Attici amen dicunt. His enim utebantur Athletæ pro exercitio rutro ſodientes ad firmandum robur, &c.* *Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
## LIBRI XX.

## *LIBER DECIMUS SEPTIMUS.*

### S.

**Paulus.** SABATINA à lacu Sabbate dicta.

**Festus.** Sabatina . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *te* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Sabini dicti. ut ait Varro *Terentius* quod ea gens PP. colat deos; ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

**Paulus.** Sabini à cultura deorum dicti, id eſt, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

**Festus.** Sabini quod *volunt ſomniant*, *vetus* proverbium *eſſe*, *&* *inde manaſſe ait* Sinnius Capito, *quod quotieſcunque ſacri*ficium propter *viam fieret*, *hominem* Sabinum ad *illud adhibere ſolebant*: nam his p*romittebat ſe pro eis ſomniat*urum, idem*que poſtquam evigilaſſet ſacra* facientibus *narrabat omne quidquid* in quiete vid*iſſet*, *quod quidem eſſet ex ſacri*ficii religione. *Unde veniſſe videtur* in proverbium *Sabinos ſolitos*, *quod* vellent ſomn*iare*. *ſed quia propter avidi*tatem bibendi q*uædam anus mulieres* id ſomnium

### NOTÆ.

*Sabatina.*] Sabatina tribus quæ cum Stellatina, Tromentina & Arnienſi, reliquis fuit addita anno CCCLXVI. Liv. lib. 6. à lacu Sabate dicta qui fuit in Tuſcia. Hunc lacum hodie *Anguillariam* vocari docet Onuphrius.

*Sabatina.*] Supple: *Sabatina tribus à lacu Sabate dicta eſt*. Nihil amplius deeſt. *Dacerius.*

*Sabini.*] Interpretationem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Sabini.*] Sabini dicti, ut ait Varro Terentius, *quod ea gens PP. colat deos.* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. Illud PP. ſignificat *pracipue*. quare & gloſſema appoſitum erat. Plinius: Sabini, ut quidam exiſtimavere, à religione & Deorum cultu Sebini appellati. *Joſ. Scaliger.*

*Sabini dicti, ut ait Var. . .*] *Sabini dicti, ut ait Varro Terentius, quod ea gens PP. colat Deos*, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. Illud PP. ſignificat *pracipue*, quare & gloſſema appoſitum erat. Plinius: *Sabini, ut quidam exiſtimavere, à religione & Deorum cultu Sebini appellati.* Scal. Sabini in longum per CIↃ. ſtadia porrecti à Tiberi & Nomento, oppido uſque ad Veſtinos. Antiquiſſima gens, ab his Picentini, Samnitæ, ab his Lucani, ab his Brutii. *Dacerius.*

*Sabini quod.*] *Sabini quod volunt ſomniant.* vetus id *proverbium eſſe, & inde manaſſe ait Sinnius Capito: quod quotieſcunque ſacrificium propter viam fieret. hominem Sabinum ad id adhibere ſolebant. Nam his promittebat ſe pro illis ſomniaturum. Idem igitur poſtquam è ſomno evigilaſſet, ipſis ſacra facientibus, narrabat*

Digitized by Google

*captabant*, *vulgatum eſt* illud quoque, anus *quod volt ſom*niat. fere enim quo*d vigilantes* animo volvimus, *id dormientibus* parere ſolet.

Syco*morum genus eſt arboris*, *quam dictam* Pomponius *ait ex fico*, *& moro*, quod ficus ea *ſit & morus: unde* nomen per M*orum & Sycon de*ductum eſt.

*Solem dici ait*, *quod ſolus ſit*. *Eundem* modo So*lem*, *modo Apollinem vocari*. tu es Apollo, *ut eſt in carmine ſeculari*.

Sacella di*cuntur lo*ca diis ſacrata ſine tecto.

Sacella dicuntur loca diis ſacrata ſine tecto. PAULUS.

Sacer mons trans Anienem fluvium ultra tertium miliarium appellatur, quia Jovi fuerat conſecratus.

Sacer mons appellatur trans Anienem paullo ultra tertium miliarium; quod eum plebes, cum ſeceſſiſſet à patribus, creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes Jovi conſecraverunt. At homo ſacer is eſt, quem populus judicavit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed, qui occidit, parricidii non damnatur, nam lege tribunicia prima cavetur: SI QUIS EUM QUI EO PLEBEISCITO SACER SIT, OCCIDERIT, PARRICIDA NE SIT. ex quo quivis homo malus, atque improbus ſacer appellari ſolet. Gallus Ælius ait ſacrum eſſe quocumque modo, atque inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive ædis, ſive ara, ſive ſignum, ſive locus; ſive pecunia: ſive quid aliud, quod diis dedica- FESTUS.

## NOTÆ.

*rabat omne, quidquid in quiete vidiſſet, quod quidem eſſet ex ſacrificii religione. Unde venit in proverbium, Sabinos quod vellent ſomniare. Sed quia propter aviditatem bibendi quædam anus id ſomnium captabant, vulgatum eſt illud quoque: Anus quod volt ſomniat. fere enim quod vigilantes animo volvimus, id dormientibus apparere ſolet.* Nemo negaverit, opera noſtra proverbium, quod hactenus latuerit, è tenebris erutum eſſe. neque eſt, quod moroſe quis verba rimetur, cum ſententia ipſa nullo negotio ex reliquiis Feſti divinari potuerit. *Joſ. Scaliger.*

*Sabini quod volunt.*] Hoc ſic olim optime inſtauraverat Scaliger de ſacrificio propter viam, vide in *propterviam. Dacerius.*

*Saccor....*] Saccorum fortaſſe: quid enim aliud dici poſſit mihi in mentem non venit. *Ant. Auguſtinus.*

*Saccor....*] *Sycomorus eſt genus arboris, quam dictam Pomponius ait ex fico, & moro: quod ficus ea ſit, & morus. Unde nomen per Y ſcribitur.* Cætera de Sole, aut fortaſſe de Soracte monte Apollini dicato concipienda ſunt. Sed viderint docti. *Joſ. Scaliger.*

*Sycomorus.*] Ficus Ægyptia, quam alii ficum, alii morum Ægyptiam, & nomine compoſito ſycomorum, & moroſycon appellarunt.

*Solem.*] Cic. II. de nat. Deor. *Quare & idem Apollo, ut Chryſippus putavit, ab a privat. & πολὺς multus, quod ſine multis, id eſt, ſolus ſit*: De ſole etiam idem Varro lib. 4. Sed ita ut aliud etiam proponat. *Sol, inquit, vel quod ita Sabini, vel quod ſolum ita lucet, ut ex eo Dies ſit.* Ubi ſol Sabinam eſſe vocem innuit & eam Sabini forſan à Græco σέλας fulgor; ſed cum gentes ſolem pro Deo coluerint, veriſimilius ab Hebræo El. id eſt, *fortis*, atque etiam Deus, ηλ. & ωλ. Unde ἥλιος & Lat. ſol. Idem autem dictus *Apollo* à Græco ἀπολλεῖν, quod is peſtilentiæ auctor ſit. Unde & in Carminibus ſæcularibus invocabatur. Horat.

*Condito mitis placiduſque telo*
*Supplices audi pueros Apollo.*

Vide Servium Eccl. 5. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 17. Et Lil. Gyral. De Diis gentium. *Dacerius.*

*Sacella.*] C. Trebatius lib. 11. de religionibus apud Gell. lib. 6. cap. 12. Sacellum eſt locus parvus deo ſacratus cum ara. *Ant. Auguſtinus.*

*Sacella dicuntur.*] Sacella dicuntur conſepta loca quæ tantummodo muro clauſa ſunt. Sine tecto, quia ſcilicet ſæpius erant fulgurita: vide infra in *Scribonii puteal. Dacerius.*

*Sacer mons.*] Jovi conſecraverunt. Dionyſius: ἐπὶ δὲ τούτοις ἐψηφίσαντο, βωμὸν κατασκευάσωσι ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας, ἐν ᾗ κατεστρατοπέδευσαν, ὃν ἐπὶ τοῦ κατασχόντος αὐτοὺς δείματος τότε, ὠνόμασαν, ὡς ἡ πάτριος αὐτῶν σημαίνει γλῶσσα, Διὸς Δειματίου. ᾧ θυσίας ἐπιτελέσαντες, καὶ τὸν ὑποδεξάμενον αὐτοὺς τόπον ἱερὸν ἀνέντες, κατῆλθον εἰς τὴν πόλιν ἅμα τοῖς πρέσβεσι. Legis caput fuit. QVEI. ALITER. FAXIT. CVM. PEQVNIA. FAMILIAQVE. SACER. ESTO. SEI. QVIS. EM. OCCISIT. PARICEIDA. NEC. ESTO. Dionyſius: ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά. καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν τούτων



Digitized by Google

tum, atque conſecratum ſit. Quod autem privati ſuæ religionis cauſa aliquid earum rerum deo dedicent, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum. at ſi qua ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint, ea ſacra appellari tamquam ſacrificium. Ille locus, ubi ea ſacra privata facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe.

Sacram viam quidam appellatam eſſe exiſtimant, quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, ac Tatium: quidam, quod eo itinere utantur ſacerdotes, idulium ſacrorum conficiendorum cauſa. Itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, ſacra appellanda eſt à regia ad domum regis ſacrificuli, ſed etiam à regis domo ad ſacellum Streniæ & rurſus à regia uſque in arcem. nec appellari debere ait Verrius, ſed disjuncte, ut ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam, ut ne Novamviam quidem, ſed novam viam.

PAULUS. Sacra via in urbe appellatur, quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, & Tatium.

FESTUS. Sacramento dicitur, quod *jurisjurandi ſacratione* interpoſita, actum *eſt*, *unde quis ſacramen*to dicitur interrogari, quia *jusjurandum interponitur*. *Cato* in Q. Thermum de x. *hominib. tum vero ibi ader*at, ne mala *facinora bona fide aut* ſcelera nefaria fie*rent*, *qui dicerent ſacramen*to, traderentur, lege æſt*imarentur*.

## NOTÆ.

εἰργασμένον, φόνου καθαρὸς ἔςω. Idem erat &, SE. FRUDE. SUA. LICETO. ut, ſi quis im occidere velit, ſe frude ſua liceto. &, ſine capitali noxa eſto. &, jure cæſus eſto. *Joſ. Scaliger.*

*Sacer mons appellabatur.*] *In ſacrum montem ſeceſſiſſe trans Anienem amnem, tria ab urbe milliaria paſſuum. Liv. lib.* 11. *ſect.* 32.

*Quod autem privati.*] Sacræ res ſunt quæ publice Deo conſecratæ ſunt, non privatæ. Si quis ergo privatim ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. L. 6. §. 2. D. de diviſ. rerum. Juſtinian. in Inſtit. lib. 2. cap. 1. §. 8. *Si quis vero auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Dacerius.*

*Sacram.*] Sunt quædam mendoſa. Illud præſertim *nec appellari debere*: videtur deſiderare *ſacram viam.* Vide October; quo loci Sacravienſes appellantur, qui in Sacra via habitant, & Suburanenſes, qui in Subura. Verrii autem opinio mihi ſupervacanea videtur: ſi eos tantum reprehendit, qui conjuncte hæc enuntiarent. quis enim ita locutus eſt? ſi vero exiſtimat debere dici ſacram, & novam, non ſacram viam, & novam viam: tunc ſolus ſine rivali ſe amet per me licet. Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. de ſacello Streniæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Sacram viam.*] Idulia ſacra dicta ab ovi Iduli, quæ quotidibus Jovi immolabatur. Ovidius:

*Idibus alba Jovi grandior agna cadit.*

Vide Conjectanea. *Joſ. Scaliger.*

*Sacram viam.*] Signa fœderis initi in ea extabant tempore Servii Honorati, Regibus diverſo itinere venientibus; Romulo à Palatio, Tatio à Roſtris. Vide Servium ad illud. 8. Æneid.

*Caſa jungebant fœdera porca.*

*Idulium ſacrorum.*] Idulia ſacra dicta ab ovi iduli quæ quotidibus Jovi immolabatur. Ovid.

*Idibus alma Jovi grandior agna cadit.*

Sacra hæc idulia via ſacra in arcem ferebantur. Varr. lib. 4. de L. L. *Cerolienſis à carinarum junctu dictus carina: poſtea cerionia, quod hinc oritur caput ſacra via ab Strenia ſacello, qua pertinet in arcem. Qua ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem. Et per quam augures ex arce profecti ſolent inaugurare.*

*Ad ſacellum Strenia.*] Strenia Dea dicta quod Strenis Kal. Jan. dandis accipiendiſque præeſſet. Illud ſacellum in Reg. 4. Sed perperam apud Onuphrium *ſacellum ſtrenua.*

*Nec appellari debere.*] Quædam hic deeſſe videntur. Et alia etiam tranſpoſita. Legendum puto: *Nec Sacram viam appellari debere ait Verrius, ſed disjuncte, ut cateras vias, Flaminiam, Appiam, Latinam, ut ne novam viam quidem, ſed viam novam.* Non dici debet, inquit Verr. *Sacravia*, unica voce, ſed disjuncte. Neque ſolum disjuncte, ut nova via, ſed via nova, via ſacra. Ita ut præponatur ſubſtantivum. Sic optime Horat. *Ibam forte via ſacra.* Qui tamen in Epod. *Sacram metiente te viam.* Ubi *ſacram* præmiſit, ſed hoc nihil contra mentem Verrii, qui intelligit viam debere præponi, cum utraque vox ſimul effertur. *Dacerius.*

*Sacramento.*] Sacramento dicitur quod ſacratur fide interpoſita. ac tum ſacramento dicitur interrogari quidam. Cato in Q. Thermum de X. hominibus. *Aderant, ne mala fide viderentur ſcelera nefaria fieri, qui dicerent ſacramento: traderentur lege: æſtimarentur. Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

Sacramentum dicitur, quod juſjurandi ſacratione interpoſita geritur. Paulus.

Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur.

Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſive eo qui interrogatur, ſive contenditur. id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum inter eos, qui judicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Papirii Tribuni plebis ſanctum eſt his verbis: Quicumque Prætor poſt hoc factus erit, qui inter cives jus dicet, tres viros (capitales) populum rogato, iique tres viri . . . quicumque . . . . . . . . . facti erunt, ſacramenta ex . . . . . . . . . . . . . . judicantoque, eodemque jure ſunto, uti ex legibus, plebeique ſcitis exigere, judicare, eſſeque oportet. Sacramenti autem nomine id æs dici cœptum eſt, quod & propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur id in rebus divinis. Festus.

Sacrani appellati ſunt Reate orti, qui ex ſeptimontio Ligures, Siculoſque exegerunt. nam vere ſacro nati erant.

Sacratæ leges ſunt, quibus ſanctum eſt, qui quid adverſus eas fecerit, ſacer alicui deorum ſicut familia, pecuniaque. Sunt qui eſſe dicant ſacratas, quas plebes jurata in monte ſacro ſciverit.

Sacratæ leges dicebantur, quibus ſancitum erat ut ſi quis adverſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum eſſet cum familia, pecuniaque. Paulus.

## Notæ.

*Sacramento.*] Sic Sacramento dicere milites dicebantur cum ad jusjurandum adigebantur ſe Remp. non deſerturos. Liv. lib. 5. *Tribuni plebis, ſi eis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi viginti annorum, aut majores milites facti eſſent.* Inde in Gloſſis: Sacramentum, ὅρκος στρατιωτικός. *Juramentum militare.* Sacramentum tamen à jurejurando diverſum facit Liv. lib. 22. cap. 38. Locum adi. *Dacerius.*

*Sacramentum.*] Hic locus nunc primum recte editus eſt, in aliis vero libris in diverſas partes diſtractus fuit propter ordinem immutatum quarundam paginarum exemplaris. De ſacramento Varro lib. 5. de Ling. Lat. ita ſcribit: *Ea pecunia, quæ in judicium venit in litibus, ſacramentum à ſacro. Qui petebat, & qui inſitiabatur, de aliis rebus uterque quingentos æris apud Pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat; victi ad ærarium redibat. Ant. Auguſtinus.*

*Sacramentum æs.*] Certa & legitima pecuniæ ſumma quæ ab actore & reo deponebatur in ſacro, ut qui victus & damnatus eſſet, is pecunia ſua multaretur quæ in ærarium cederet, & qui viciſſet, ſuam recuperaret. Varr. lib. 4. de L. L. *Ea pecunia, inquit, quæ in Judicium venit in litibus, ſacramentum à Sacro. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, uterque quingentos ad pontificem deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui judicio vicerat ſuum ſacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat.* Hinc Cicer. 1. de Oratore: *Agerent enim tecum lege primum Pythagorai omnes atque Democritizi, cæterique in ſuo genere Phyſici, vindicarentque ornati in dicendo & graves, quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret. Dacerius.*

*Sacramentum.*] Plebiſcitum Papirianum ita legito: QVEICVMQ. PRAETOR. POSTHAC. FACTVS. ERIT. QVEI. INTER. CEIVEIS. IOVS. DICET. TRESVIROS. CAPITALEIS. POPOLVM. ROGATO. IIQ. TRESVIREI. CAPITALEIS. QVEICVMQ. POSTHAC. FACTEI. ERVNT. SACRAMENTA. EXIGVNTO. IVDICANTOQ. EODEMQ. IOVRE. SVNTO. VTEI. EX. LEGIB. PLEIBEIQ. SCITEIS. EXIGERE. IVDICARE. ESSEQ. OPORTET. *Joſ. Scaliger.*

*Quicumque prætor.*] Plebiſcitum Papirianum ſic legit Scalig. QUEICUMQUE, &c. Sed neque mihi plane ita ſatisfit. Quippe legendum: *Quicumque Prætor poſthoc factus eſit, quei inter civeis jous dicet, tres viros Capitales, populum rogato, iique tres viri Capitales, queicumque rogati, facti à populo eſunt ſacramenta exigunto, &c.* Videndum tamen, inquit, Doctiſſ. Hotomanus, an pro *capitales*, *monetales* legendum ſit, cum ſatis conſtet à Capitalium treivirorum procuratione alienum hoc negotium fuiſſe.

*Sacrani.*] Aliter paulo Servius ad illud. Virg. 7. Æneid.

*Et Sacranæ acies & picti ſcuta Labici.*

*Dicunt quendam Corybantem veniſſe ad Italiam & tenuiſſe loca quæ nunc urbi vicina ſunt: & ex eo populos ducentes originem ſacranos appellatos. Nam ſacrati ſunt matri Deum Corybantes. Alii ſacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, nec ſacrum voverunt: unde ſacrani dicti.*

*Sacratæ leges.*] Ex veterum lectione ſatis conſtat ſa-



Digitized by Google

**Festus.** Sacrem *porcum dici ait* Verrius ubi jam *à partu habetur purus*, *à qua* re appell*atum eſſe ſacrem dicit:* ita id adic*it quod parum opus eſt*, *omiſit* vocabuli *etymon*. *Plautus: adoleſcens* qu*ib. hic preciis porci* venunt ſacres *ſinceri?* nummum *unum en à me accipe Jube te* piari de mea *pecunia*. *& in Rudente*. ſunt domi *agni & porci ſacres*. Cato adver*ſus*. *Q. Minutium Ther*mum poſt . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *ſacrem* in ſinu *mactavit*. *ponitur ali*quando pro *hoſtia*. *Ennius: fuſo ſangui*ne ſacrem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sacrificulus *Rex appellatur* qui ea ſacra, quæ *facere*, *reges* ſueverant, facit, *primus memora*tur poſt Reges ex*actos Sicinnius bel*lutus.

**Paulus.** Sacrificulus Rex appellatus eſt, qui ea ſacra, quæ Reges facere aſſueverant feciſſet.

**Festus.** Sacrima appellabant muſtum, quod Libero ſacrificabant pro vineis, & vaſis, & ipſo vino conſervandis. ſicut præmeſſum de ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.

*Sacrificium quod pro uvis* primis fieret *appellabatur ab antiquis* ſacrima: *eſt autem*, *ut Ælius Stilo & Clo*atius dicunt *muſtum indi*tum in amphoram *liberalibus ſacrifi*ci cau-

## Notæ.

ſacratas leges eas eſſe non ſolum quibus ſancitum erat ut qui adverſus eas fecerit, alicui Deorum ſacer eſſet, ſed eas etiam quas plebs jurata in monte ſacro ſciverit. Quamvis utrum una tantum lex, an plures in eo monte latæ fuerint, incertum ſit. Lege infra, *alicui Deorum ſit cum familia*.

*Primus memoratur poſt reges exactos Sicinnius Bellutus.*] Livius & Dionyſius Manium Papirium primum ſacrificulum produnt. Sed alios hiſtoricos ſecutus eſt Verrius. *Dacerius.*

*Sacrem.*] Plaut. in Menæ. *Adoleſcens quibus hic pretiis porci veneunt Sacres, ſinceri? nummum unum en à me accipe; Jube te piari de mea pecunia.* Et in Rudente: *Sunt domi agni, & porci ſacres.* Referuntur hæc à Feſto, & alia quædam. *Ant. Auguſtinus.*

*Sacrem porcum.*] Varro de r. r. lib. II. cap. I. *Porro ad quatuor menſes à mammmonon disjunguntur agni: hœdi tres, porci duo, è queis quoniam puri ſunt ad ſacrificium, ut immolentur, olim appellati ſacres. Quos appellat Plautus cum ait: quanti ſunt porci ſacres?* Idem cap. 4. *Cum porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur qui à partu decimo die habentur puri; ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum, itaque apud Plautum in Menæchmis, cum inſanum quem putat, ut videtur in oppido Epidamno, interrogat, quanti hic porci ſunt ſacres?* Porcos illos ſacres Græci vocant *χοίρους μυστικούς*, Ariſtoph. Et inde etiam patet cur *ſacris*, de hoſtia dicatur. *Dacerius.*

*Sacrificulus.*] Poſt Reges exactos, ut Dionyſ. & Livius ſcribunt, qui pro Rege ſacra faceret, Rex ſacrificulus factus eſt Manius Papiſius. Videa. Plutarch. in Problem. *Ant. Auguſtinus.*

*Sacrificulus.*] *Sacrificulus dicitur Rex ſacrorum, qui ea ſacra, quæ facere Reges ſueverant, facit. Primus Rex creatur poſt Reges exactos Papiſius Manius. Joſ. Scaliger.*

*Sacrificulus.*] Rex abſolute dicebatur. *Dacerius.*

*Sacrima.*] Gloſſarium: *Sacrima*, *ἀπαρχὴ γλεύκους*. & Præmetivum, *ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρῳ θυσία*.

*Sacrima.*] Infra: *Sacrificium, quod pro uvis primis fieret, à veteribus Sacrima eſt appellatum, ut Verrius, & Cloatius dicunt. Eſt autem Sacrima muſtum in amphoram inditum ſacrifici cauſſa pro tinis, & vino, quæ quaſi ſacra dicta, quod ſacra Libero fit, ut præmetium, quod pro ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.* Ultimis capiendis deerat ſpatium in reliquiis Feſti, ut vides, in iis, quæ de præmetio addita ſunt. In Epitoma perperam *vineis*, pro *tinis* ſcriptum erat. quod & cæco apparet. Eo enim muſto tota vindemia ſacra fiebat, ut calpari totum vinum diffuſum. de quo vide verba Trebatii Juriſconſulti apud Arnobium. *Joſ. Scaliger.*

*Sacrima.*] Quod de muſto libabant poſteaquam polluxerant eas confectiones quæ vocabant ferctimenta, ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo: quæ diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prelo premebantur. Vide in voce *calpar*, à *ſacer*, *ſacrimum* quod muſtum illud ſacrum eſſet. Gloſſ. Sacrime, *ἀπαρχὴ γλεύκους*. præmetium, *ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρῳ θυσία*.

*Pro vineis.*] Lege cum Scaligero, pro *tinis*. Tinæ veteribus vaſa erant ad vinum reponendum. Varr. de vit. P. R. lib. I. *Antiquiſſimi in conviviis utres vini primo, poſtea tinas ponebant.* Sed ex ſchedis legendum *uvis*. Vide infra.

*Sacrificium quod.*] Ait Feſtus ex Ælio & Cloatio ſacrimam eſſe muſtum quod in amphoram inditum Liberalibus Libero dabatur, quo & uvæ vindemia reli-

Digitized by Google

ſa pro *uvis & vino*, quæ quaſi ſacra *ſunt*, *cum Libero* fit, ut *præmetium cum Cereri.*

Sacroſanctum dicitur, quod jurejurando interpoſito eſt inſtitutum, ſi quis id violaſſet, ut morte pœnas penderet. cujus generis ſunt Tribuni plebis, Ædileſque ejuſdem ordinis. quod affirmat M. Cato in ea, quam ſcripſit Ædilis plebis ſacroſanctos eſſe.

Sacroſanctum dicebatur, quod jurejurando interpoſito erat inſtitutum, ut qui violaſſet, morte pœnas penderet. PAULUS.

Sæculares ludi apud Romanos poſt centum annos fiebant quia ſæculum in centum annos extendi exiſtimabant.

*Seculares ludi* Tarquinii Superbi regis *in agro ſunt primum facti*, *quem* Marti conſecravit *P. Valerius poplicola* Cos. quod populus Romanus in *loco illo antea repertam* aram quoque Diti *ac Proſerpinæ conſecraverat in* extremo *Martio Campo*, *quod Terentium* appellatur, demiſſam *infra terram pedes fere* viginti, in qua *pro malis avertendis po-* FESTUS.

## NOTÆ.

reliquæ & vinum reliquum ſacra eſſe deſinerent, ut Calpari, totum vinum diffuſum. Et præmetio, ſeges reliqua. Vide *Calpar*. Adi & Arnobium lib. 7. ubi Trebatii juriſconſulti verba refert.

*Sacroſanctum.*] Sacroſanctum quid fiebat, tum religione, tum lege. Religione, quia certis ad hoc cerimoniis opus erat, ut jurejurando, &c. Lege autem, quia hac ſanciebatur ut ſacer eſſet qui ſacrum violaſſet, ſive nocuiſſet cui hac lege non liceret. Liv. lib. 3. ſect. 55. *Ipſis quoque tribunis, ut ſacroſancti viderentur (cujus rei prope jam memoria aboleverat) relatis quibuſdam ex magno intervallo Cerimoniis renovarunt: & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo ut qui Tribunis plebis, ædilibus, judicibus, decem viris nocuiſſet, ejus caput Jovis ſacrum eſſet: familia ad ædem Cereris, liberi, liberaque venum iret. Hac lege Juris interpretes negant quemquam ſacroſanctum eſſe, ſed caput ejus qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum eſſe, id ſanciri.* Porro juramentum quod intercedebat, tale fuiſſe patet ex Dionyſ. Halicar. lib. 6. Jurabant per ſacra omnia ſe poſteroſque ſuos hanc perpetuo legem obſervaturos: addita execratione, ut qui legi parerent, ita Deos ſuperos atque inferos propitios haberent: qui non parerent, infeſtos. *Dacerius.*

*Seculares.*] Verba Feſti ita interpretor, ut prius dicat, quo pacto exactis regibus ager Tarquinii Superbi Regis Marti conſecratus ſit, campuſque Martius dictus, quem agrum populo R. diripiendum conceſſerant Conſules ex S. C. Poſt hæc dicitur de ara reperta Diti, ac Proſerpinæ conſecrata in eodem extremo Martio campo, qui locus Terentum appellatur, demiſſa pedes viginti infra terram. Illic P. R. ſacra fecit, auctore P. Valerio Poplicola Conſule, ut Valer. Max. lib. 2. cap. 1. tradidit. Quod ſequitur de Popillio Lænate, & anno nonageſimo, pertinet, ni fallor, ad eos ludos ſæculares, qui primi M. Valerio Maximo, Sp. Verginio Tricoſto coſ. facti ſunt anno urbis 297. ſi faſtos Capitolinos ſequamur: ſi Varronem, 298. Lænate Duumviro ſacrorum faciendorum cauſa. De his ludis primis ex 15. virorum ſententia Cenſorinus locuples teſtis eſt. Illa vero quæ ſequuntur (ſtis furulis) hoſtiis furvis interpretor. his enim Diti, & Proſerpinæ faciebant tribus noctibus. idque centeſimo quoque vel centeſimo decimo anno, qua de cauſa ſæculares ludi dicebantur, quod ſæculum id temporis ſpatium appellarent. Viden. Cenſori. poſt Valer. Max. & Horat. in carmine. & Zoſimus apud Politian. & quæ Onuphr. noſter de ludis ſæcularibus accuratiſſime ſcripſit. Vide Terentum. *Ant. Auguſtinus.*

*Sæculares ludi.*] *Poſt centum annos fiebant.* Hic Feſtum ſequitur Paulus; ſed à Verrio diverſus abit: Verrius enim ut patet ex vet. Horat. Interprete ludos ſæculares poſt decem & centum annos fieri fuiſſe ſolitos docet. Quod & verum eſſe probant quindecim virûm commentarii, & carmen Sibyllinum quod apud Zoſimum legitur.

*Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἴκῃ χρόνος ἀνθρώποισι*
*Ζωοῖς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων.*

Id eſt:

*Sed quando longiſſimum venerit tempus hominibus*
*Vivis, per annorum decem & centum orbem recurrens.*

Idem etiam ſpatium iis aſſignat Hor. in ſuo carmine ſæcul.

*Certus undenos decies per annos*
*Orbis, ut cantus referat, ludoſque*
*Ter die claro toties que grata*
*Nocte frequentes.*

*Sæculares ludi Tarquinii Superbi regis.*] Quæ hic de campo Martio, de loco in eo, qui Terentum appellabatur, de ara quæ à populo Rom. in bello contra Albanos Diti ac Proſerpinæ dicata, ſub terram ad altitudinem pedum viginti defoſſa eſt, de hoſtiis furvis, de tribus diebus ac noctibus, fuſe per-

Digitized by Google

*pulus* R. facere ſacra *ſolitus erat. Ludos poſtea Sæculares* & nonagenſimo *quoque anno facere ibi cœpit* Popilio Lænate *Duum-Viro ſacrorum, in quib.* hoſtiis furuis eſt *operatus tribus diebus totidemque* noctibus ac de*inde inſtitutum eſſe cen*tum poſt annos *ut fierent. Unde videntur S*æculares appell. *quod centum annorum ſpacium* ſæculi habetur.

Sagaces appellantur multi, ac ſollertis acuminis. Afranius in Brundiſina: Quis tam ſagaci corde, atque ingenio unico. Lucretius lib. II. Nec minus hæc animum cognoſcere *poſſe ſagacem. ſagacem* etiam canem *dixit* . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

invictus ca*nis ſagax validis vi*ribus fretus: *ſaga quoque dicitur* mulier *perita ſacrorum & vir* ſapiens pro*ducta prima ſyllaba*, forſitan prop*ter ambiguitatem* evitandam.

Paulus. Sagaces appellantur ſollertis acuminis. unde etiam canes indagatores ſagaces ſunt appellati. Saga quoque dicitur mulier perita ſacrorum, & vir ſapiens, producta prima ſyllaba propter ambiguitatem evitandam.

Sagmina dicebant herbas verbenas. quia ex loco ſancto arcebantur legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum. vel à faciendo, id eſt confirmando. Nævius: Scabos, atque verbenas ſagmina ſumpſerunt.

Festus. Sagmina vocantur verbenæ, id eſt herbæ puræ, quia ex loco ſancto arcebantur à Conſule, Prætoreve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum, vel ab ſanciendo, id eſt confimando. Nævius: Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine.

Paulus. Salaciam dicebant deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt mare movere.

## Notæ.

perſequitur Zoſimus, cujus ope ruderum iſtorum lapides fere omnes redivivos excitaram. Varro lib. I. de ſcenicis Origin. *Cum multa portenta fierent & murus ac turris quæ ſunt intra portam Collinam & Eſquilinam de cœlo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos* 15. *viri adiiſſent, renuntiarunt ut Diti patri ac Proſerpinæ Ludi Tarentini in Campo Martio fierent, & hoſtia furva immolarentur.* Verba illa, *ludos poſtea ſæculares facere ibi cœpit & nonageſimo, &c.* Mutila eſſe docet vel illud &, & ipſa hiſtoriæ fides. Lege: *Cœpit ducenteſimo & nonageſimo quoque anno.* Etſi ſcribere debuerat *ducenteſimo & nonageſimo ſeptimo.* Tunc enim Popilius Lænas Duumvir fuit ſacrorum faciendorum. In fine cum ait Feſtus inſtitutum fuiſſe centum poſt annos ut fierent, à Verrio etiam recedit, qui, ut ſupra in epitome docuimus, poſt decem & centum factos dicit. *Dacerius.*

*Sagaces.*] *Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacem.* ſic Lucretius, ut arbitror, ſcripſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Sagaces appellantur.*] Cicero lib. I. de Divinat. cap. 31. *Sagire enim ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes, &c.* Vide *præſagire.* Verſus ille *invictus canis*, ſic forte legendus.

*Invictus canis atque ſagax & viribus fretus.*

Vel:

*Invictuſque, ſagax, validis & viribus fretus.*

Neceſſario enim vel *canis* abundat, vel τὸ *validis.* Prius malo. Infra: *Saga quoque dicitur mulier perita ſacrorum & vir ſapiens, &c.* inauditum eſt virum ſapientem *ſagam* dici. Quare ſupplendum: *Et ſagus vir ſapiens*, &c. *Dacerius.*

*Sagmina.*] Mirum alium verſum Nævii à Feſto, alium à mutilatore citari. Legendum vero: *Scopas, atque verbenas* Nam ſcopæ in ſacris dicuntur apud Plinium, & alios, verbenæ. Gloſſarium: *Sacmina*, θαλλὸς, σπονδεῖα ἀρχῆς. Lege: *Sagmina*, θαλλὸς, σπονδεῖα. *Sagminarius*, σπονδειάρχης. Sed præſtat legere *Scapos. Scapi* ſunt θαλλοί. Apuleius lib. 11. *Thallos, verbenas, corollas ferentes.* Quin *ſcapum* cæpæ Columella *thallum* vocat. *Joſ. Scaliger.*

*Sagmina.*] Liv. 30. cap. 43. Feciales quum in Africam ad fœdus feriendum ire juberentur, ipſis poſtulantibus *ſenatus conſultum in hæc verba factum eſt, ut privos lapides, ſilices privaſque verbenas ſecum ferrent: uti prætor Rom. his imperaret ut fœdus ferirent, illi prætorem ſagmina poſcerent. Herbæ id genus ex arce ſumptum dari fecialibus ſolet.* Sagmina à ſanciendo quaſi *ſancimina. Dacerius.*

*Salaciam.*] Suſpicor verba circumſcripta ſemicirculis adjecta eſſe. neque in veteri libro eſt illis locus. neque ejus poetæ libros referre ſolet Feſtus. *Ant. Auguſtinus.*

*Salaciam.*] Gloſſarium: *Salacia*, ἀμφιτρίτη, νηρεΐς. Ridiculum vero teſtimonium Ovidii. Cum ſalax non ſit Salacia. Salacia recte exprimit Homeri ἁλο-σύδνην

(unde Ovidius : Nymphæque ſalaces.) quo vocabulo poetæ pro aqua uſi ſunt. Pacuvius, Hinc ſævitiam Salaciæ Fugimus.

*Salacia dicta eſt quod* ſalum ciet, an*tiquos autem ait eo* vocabulo poe*tas pro aqua ipſa uſos eſſe.* Pacuvius *in* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Hinc ſævi*tiam Salaciæ *fugimus letique munere* veſcimur *Cereris*, *poſt: Condor thala*mo *nemo* ut me *tunc inde queat abducere mortali*um ſeptam *circum moero.* FESTUS.

Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſal à mari deferebant. PAULUS.

*Salar*iam vi*am incipere ait à porta*, quæ nunc Col*lina à colle Quirina*li dicitur. *Salaria autem propterea* appell*a*batur *quod impetratum fuerit :* ut ea li*c*eret *à mari in Sabinos ſa*lem portari. FESTUS.

Salentinos à ſalo dictos. Cretas, & Illyrios, qui cum Locrenſibus navigantes ſocietatem fecerint ejus regionis Italiæ, quam *dicunt ab eis.*

Salentini à ſalo ſunt appellati. PAULUS.

Salias virgines Cincius ait eſſe conducticias, quæ ad Salios adhibeantur cum apicibus paludatæ, quas Ælius ſtilo ſcripſit ſacrificium facere in regiacum Pontifice paludatas cum apicibus in modum ſaliorum. FESTUS.

Salicem idem virgulti genus, non arboris dicit, & ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate creſcat, ut ſalire videatur.

## NOTÆ.

σύδνlω. illa παρὰ τὸ τὴν ἅλα σεύειν, hæc ſimiliter à ſalo ciendo. *Joſ. Scaliger.*

*Salaciam dicebant deam aquæ.*] Gloſſ. Salacia ἀμφιτρίτη, νηρηΐς. Salacia à ſalo ciendo, & recte exprimit Homeri ἁλοσύδνlω, quæ ſimiliter παρὰ τὸ τὴν ἅλα σεύειν, à commovendo mari. Homero autem Haloſy:ne modo Amphitrites, vel Nereidum unius, modo Thetidis epitheton eſt.

*Unde Ovidius, Nymphæque ſalaces.*] Ridiculum cum ſalax non ſit ſalacia. Hoc à barbaro mutilatore huc intruſum. *Dacerius.*

*Salaria.*] Eandem Collinam eſſe appellatam Feſtus, ut opinor tradidit. *Ant. Auguſtinus.*

*Salaria.*] Infra: *Salariam viam incipere ait à porta, quæ nunc Collina à colli Quirinali dicitur. Salaria autem propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, ut ea liceret in Sabinos ſalem portari. Joſ. Scaliger.*

*Salaria via.*] Quæ à porta Collina mittit in Sabinos, unde *Salariam Collinæ portæ* vocat Tacit. Ejus meminit Liv. lib. 7. cap. 9. *Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis caſtra habuere.* De ea ſic Strab. lib. 5. Ἔστρωται δὲ δι' αὐτῶν ἥ τε Σαλαρία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα, εἰς ἣν καὶ ἡ Νωμεντάνη συμπίπτει κατὰ Ἤρητον τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως κειμένην, ὑπὲρ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλίνης. *Strata eſt per eos (Sabinos) via ſalaria, non longa, in quam Nomentana incidit apud Ere:um Sabinorum vicum ſupra Tiberim, ab eadem porta incipiens Collina.*

*Salentinos.*] Ait Feſtus Cretas & Illyrios quod per mare errarent, Salentinos dictos, & poſtea ſocietate facta cum Locrenſibus, Italiæ appulſos, inde regionem aliquam ſuo nomine dixiſſe, nempe Salentinos campos &c. Verum eſt Ducem Cretenſium Idomeneum per ſeditionem pulſum ad regem Illyriorum veniſſe, à quo acceptis copiis, cum Locrenſibus pleriſque profugis conjunctus, & amicitia per ſimilem cauſſam ſociatus, Locros appulit, ubi Locri illi Italiæ à prioribus Locris Ozolis ſive Opuntiis Idomenei Comitibus dicti, Marcianus Heracleota:

Εἰσὶν δ' ἄποικοι τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν
Ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασὶ τῶν ἐν Ὀζόλαις.

*Sunt enim coloni Opuntiorum Locrorum*
*Quidam dicunt Locrorum Ozolarum.*

A Locris in Japygiam devenit, ubi Salentini, unde Strabo lib. 6. τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασίν. *Salentinos Cretenſium colonos eſſe dicunt.* Utrumque ſic Virgil. lib. 3. Æneid.

*Hic & Naritii poſuerunt mœnia Locri*
*Et Salentinos obſedit milite campos*
*Lyctius Idomeneus.*

Sed de Salentinorum nomine amplius quærendum.

*Salias virgines.*] Nullæ erant Saliæ virgines, ſed ſi quando opus eſſet virgines Saliorum ſacris admoveri, tum illæ dicebantur Saliæ, dum Saliis præſto erant: de apicibus ſuo loco dictum.

*Salicem.*] *Idem*, de Verrio, ut jam ſæpe: Salix autem à ſaliendo quod & Servio probatur, Eclog. *Salicti*, inquit, *virgulti genus, dictum eo quod ſalit*

Salinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni ait cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. ſalinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulo, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proxime eam convivatus, ſuper modum potus ſomno eſſet oppreſſus cum convivis ſuis, præteriens quidam petulans oſtio patente ex menſa ſalinum conjecit in fornacem, atque ita incendio excitato, figulus cum ſuis concrematus eſt.

Salios à ſaliendo, & ſaltando dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuiſſe nomine Salium, quem Æneas à Mantinea in Italiam deduxerit. qui juvenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace cum Ænea deos Penates qui Lavinium tranſtulerit, Saliare genus ſaltandi inſtituiſſe à quo appellatos Salios, quibus per omnis dies, ubicumque manent, quia amplæ ponuntur cœnæ, ſi quæ aliæ magnæ ſunt, Saliares appellantur.

# Notæ.

*ac ſurgit cito.* Illud improbat tamen Feſtus, neque injuria, quippe qui ſentiat ſalicem à Græco dici nempe ab ἑλικὴ, at Elice ab ἑλίσσεσθαι, πλέκεσθαι, quod ſit flexibilis, tortilis. Nihil certius.

*Salinum in menſa.*] Quia Salinorum impoſitione ſacræ fiebant menſæ, Arnob. lib. 1. *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu & ſimulacris Deorum.* Vide in *menſa.* Et inde eſt cur figuli Salinum in menſa ponere veriti ſint, ne ſcilicet iterum, uti ſemel factum eſt, cum prætereuntis cujuſdam petulantia, ſalinum è menſa figuli in fornacem conjectum fuit, polluta religione, ſimili pœna incuriam luerent. *Dacerius.*

*Salios.*] Gloſſæ: *Salius, ἱερεὺς ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων. ὑμνῳδός. πρύτανις.* Salii cognomento etiam erant Collini, & Agonenſes. item, quod vulgare non eſt, Pallorii, & Pavorii. Servius in ſchedis: *Duo ſunt genera Saliorum, ut in Saliaribus Carminibus invenitur; Collini, & Quirinales à Numa inſtituti: ab Hoſtilio vero Pavorii, & Pallorii.* Hæc ille. Quos Quirinales hic vocat, ſunt qui aliter Agonenſes. Nam & mons Quirinalis dicebatur Agonalis. *Joſ. Scaliger.*

*Salios.*] Salii ſunt ὀρχησταί. A ſalio, Salius, ut à *condo, condus*: à *mergo, mergus.* Inde *Saliares inſulæ*, Plinio ὀρχηστρίδες, χορευτίδες. Salmaſ. Saliorum origo incerta. A Salio Arcade: alii à Numa inſtitutos ferunt. De Ænea habet Polemon vetus rerum Italicarum ſcriptor: & ab eo Servius: *Alii*, inquit, *dicunt Salium quendam Arcadem fuiſſe, qui Trojanis junctus hunc ludum in ſacris inſtituerit.* De Numa ſcriptores bene multi. Fuere etiam qui à Dardano inſtitutos dicerent. Item qui à Morrio quodam Vejentanorum rege. Ut ut ſit, inſtituti fuere ad imitationem Curetum qui primi ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltarunt in monte Ida. De quo Callimach. hym. in Jovem.

*Saonem.*] Forte *Salonem.*

*Quibus per omnes dies ubicumque manent.*] Hæc præclaram continent antiquitatis cognitionem. Quæ ut intelligantur ſciendum eſt olim ex inſtituto Numæ ancilia ſingulis annis menſe Martio è ſacrario Martis moveri ſolita, perque dies plurimos circumferri. Ideoque per urbem diſpoſita ſacraria, quo ſe Salii de nocte reciperent, donec urbe confecta in ſacrarium Martis redirent, ibique ancilia conderent, quæ ſacraria proprie *manſiones* dicebantur, nempe ſtationes nocturnæ. *Manere* enim, ut optime olim magnus Salmaſius apud Julium Capitolinum, eſt pernoctare, cubare. Ait igitur Feſtus, Saliis per omnes feſtos dies ubicumque pernoctarent amplas fuiſſe cœnas appoſitas, & inde magnificas alias quaſlibet cœnas Saliares etiam dictas. Poſt duos annos quam hæc notaveram, in manus meas primum venerunt libri quatuor obſervationum Gisberti Cuperi, quos dum ego cum magno fructu, nec minori voluptate perlego, incidi in eumdem hunc Feſti locum, quem optime habuit, dum inſcriptionem iſtam ex Gruttero pag. 183. egregie illuſtrat:

MANSIONES. SALIORUM. PALATINORUM. A. VETERIBUS.
OB. ARMORUM. ANNALIUM. CUSTODIAM. CONSTITUTAS.
LONGA. ÆTATE. NEGLECTAS. PECUNIA. SUA. REPARAVERUNT.
PONTIFICES VESTÆ. V. V. C. C. PRO. MAGISTERIO.
PORTI. ACILLII. LUCULLI. VITRASI. PRÆTESTATI. V. V. C. C.

Ibidemque monet Torrentium & Neapolim Horatii interpretes hunc Feſti locum aliter laudaſſe, nempe, *quibus per omnes ſacrorum dies*, ſed ſine MSS. auctoritate, quare ipſe literula addita, legebat, *per ominis dies.* Ominoſi enim dies quibus movebantur ancilia, unde in Calendario 1. Kal. Mart. *Anciliorum feſtum, nec nubere bonum, quouſque condantur.* Sane ſæpius in veteribus libris τὸ *ominis* in *omnis* degeneravit.

*Saliares appellantur.*] Horat. Od. 37. lib. 1.

—— *Nunc*

Digitized by Google

Salmacis nomine nympha Cæli, & Terræ filia fertur cauſa fontis Halicarnaſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet, vitio impudicitiæ molleſceret, ob eam rem, quod ejus aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur juvenibus petulantibus antecedentium puerorum, puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius, Salmaci da ſpolia ſine ſanguine, & ſudore.

Saltum Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ita definit Saltus eſt, ubi ſilvæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Si qua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & ejus cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſilvam.

## N o t æ.

—— —— *Nunc Saliaribus*
*Ornare pulvinar Deorum,*
*Tempus erat dapibus, ſodales.*

Hoc eſt, delicatis & opiparis, ut erant cœnæ Saliares, quarum nidore ictus olim Tib. Claudius, cum in Auguſti foro cognoſceret, deſerto tribunali, aſcendit ad ſacerdotes unaque diſcubuit. *Dacerius.*

*Salmacis.*] Gabriele Faerno auctore ſcribendum eſt, *Salmaci das ſpolia ſine ſudore, & ſanguine.* ut ſit ſenarius: Mihi, *da ſpolia*, non diſplicet. Viden. Strabo lib. 14. *Ant. Auguſtinus.*

*Salmacis.*] Videtur Feſtus vel Verrius in Ennio disjunctim legere, *Salmaci da ſpolia ſine ſudore, & ſanguine.* Atqui potius videbatur conjunctim. Vetus Gloſſarium: *Salmacidus*, ἁλμυρώδης. *Salmacidum*, ἁλμυρῶδες. *Salmacia*, ἀμφοτερόπη. *Salmacia aqua*, ἁλμυρῶδες ὕδωρ. Ergo ſpolia quæ incruenta ſunt, καὶ ἀναιμωτὶ, καὶ ἀκονιτὶ parta elegantiſſime *Salmacida*, ut diluta, non cruenta vocat, ut anno ſuperiore notavimus in lectionibus Auſonianis. Et ſi quis Ciceronis verba in libris de Officiis conſideret, ubi hæc Enniana citantur, non aliter legendum eſſe, quam *Salmacida* animadvertet. *Joſ. Scaliger.*

*Salmacis.*] Cui non audita eſt obſcenæ Salmacis undæ? Vide tamen, ſi lubet Ovid. Metam. 4. verſ. 285. Strabonem lib. 14. & Vitruvium lib. 2. cap. 8.

*Salmaci da ſpolia.*] Videtur Feſtus vel Verrius in Ennio disjunctim legere: *Salmaci da ſpolia ſine ſudore & ſanguine.* Atqui potius videbatur conjunctim. Vetus Gloſſarium: *Salmacidus*, ἁλμυρώδης. *Salmacidum*, ἁλμυρῶδες. *Salmacia aqua*: ἁλμυρῶδες ὕδωρ. Ergo ſpolia, quæ incruenta ſunt καὶ ἀναιμωτὶ, καὶ ἀκονιτὶ parta, elegantiſſime Salmacida ut diluta, non cruenta vocat, ut anno ſuperiore notavimus in lectionibus Auſonianis: Et ſi quis Ciceronis verba in lib. de Officiis conſideret ubi hæc Enniana citantur, non aliter legendum eſſe quam *Salmacida* animadvertet. Hæc Scalig. Sed pace tanti viri dixerim, diviſim potius *Salmaci, da ſpolia, &c.* legendum eſt, quod & doctiſſimum Voſſium video voluiſſe: Imo quod nemo monuit, & ſic Ciceronem legiſſe ex loci ipſius lectione certum eſt. En tibi locum ipſum, nam pretium eſt moræ, ex lib. 1. de Off. *Intelligendum eſt autem, cum propoſita ſint genera quatuor, è quibus honeſtas officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri, quod animo magno elatoque, humanaſque res deſpiciente factum ſit. Itaque in probris maxime in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt:*

*Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem*
*Illa virago viri.*

*Et ſi quid ejuſmodi:*

*Salmaci da ſpolia, ſine ſudore & ſanguine.*

Ubi ſi conjunctim *Salmacida*, legit Cicero, aliter ſe res habebit quam voluit, neque enim in probris videri queant ſpolia Salmacida, hoc eſt, incruenta. At diviſum *Salmaci, da ſpolia ſine ſudore & ſanguine*, illud vero in probris maxime, cum *Salmacidis* nomine homo mollis compelletur, ſpoliaque ſine ſudore & ſanguine dare jubeatur. Huc accedat quod Gloſſarium cujus auctoritate maxime nititur Scaliger, in hac voce corruptum eſt. Neque enim *Salmacidum* eſt ἁλμυρῶδες, ſed *ſalinacidum*, ut optime animadvertit magnus Salmaſius. En tibi ejus verba, nimirum *ſalinacidæ* ſunt dicendæ non *ſalmacidæ*, ut perperam hodie paſſim hoc nomen ſcribitur. Salinacidæ non ſunt ſimpliciter ἁλμυροειδεῖς, aut ἀλυκίδες, ut Græci vocant fontes ſalſos, ſed acidæ ſimul & ſalſæ. Acidæ nimirum ſalinæ, & in Gloſſario corrigendum *Salinacidum*. Neque tamen eſt ἁλμυρῶδες, ſed ὀξαλμυρῶδες, &c. Deinde & pravo judicio utuntur viri docti qui in verſu Ennii conjunctim legunt *Salmacida ſpolia*, cum de viro molli & Salmacide loquatur qui daret ſpolia de ſe hoſtibus ſine ſanguine & ſudore. *Dacerius.*

*Saltum.*] Lege *non peremit nomen ſaltuis.* ἀρχαϊκῶς. Sunt enim verba Ælii Galli. *Joſ. Scaliger.*

*Saltus.*] *Quos agros non colebant propter ſylvas, aut id genus ubi pecus poſſit paſci, & poſſidebant, ab uſu ſuo ſaltus nominarunt. Hac etiam Græci τὰ ἄλσεα καὶ νομοὺς, noſtri nemora.* Varr. lib. 4. de L. L. Saltus, locus paſcuus & ſylvoſus καὶ ἀνήροτος. Tamen ſi qua particula in eo aretur, non ideo ſaltus, ut nec fundus, qui ager cultus eſt, fundi nomen amittit, ſi in quadam ſui parte ſylvas habeat. *Dacerius.*

Salva res *eſt dum ſaltat* ſenex, quare paraſiti Apollinis in ſcena dictitent, cauſam Verrius in libro quinto, quorum prima eſt P littera reddidit. quod C. Sulpicio, C. Fulvio Conſulibus, M. Calpurnio Piſone Prætore Urbis faciente ludos ſubito ad arma exierint, nuntiato adventu hoſtium, victoreſque in theatrum redierint, ſoliciti, ne intermiſſi religionem adferrent, inſtaurandique eſſent, inventum eſſe ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem nunc quoque celebrari. At in hoc libro refert Sinnii Capitonis verba, quibus eos ludos Apollinares Claudio, & Fulvio Conſulibus factos dicit ex libris Sibyllinis, & vaticinio Marcii vatis inſtitutos, nec nominatur ullus Pomponius, ridiculeque de appellatione paraſitorum Apollinis hic cauſam reddit, cum in eo præteriiſſet. Ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis paraſitus inducatur. Quam inconſtantiam Verrii noſtri non ſine rubore retuli.

PAULUS. Salutaris porta appellata eſt ab æde Salutis, quæ ei proxima fuit.

## NOTÆ.

*Salva res.*] *Salva res eſt, cum ſaltat ſenex*, ſcribendum eſt, ex Servio 3. & 8. Æn. De initio ludorum Apollinarium Ap. Claudio. Q. Fulvio Flacco 3. Cos. Liv. lib. 25. & Macrob. lib. 1. Saturn. cum Capitone, & Verrio conſentiunt. Quod vero dicitur factum C. Sulpicio, & C. Fulvio Cos. cum hi conſules nuſquam reperiantur, emendandum eſt, ut exiſtimo, P. Sulpicio, CN. Fulvio, qui Conſules proximi fuerunt poſt ſupra ſcriptos; & iiſdem Conſulibus Calpurnius Piſo prætor Urbanus fuit, quem Livius Caium prænomine, Verrius Marcum appellat. *Ant. Auguſtinus.*

*Salva res.*] Piaculum enim erat non ſolum ſi incepti ludi alicujus rei interventu interpellarentur: ſed etiam ſi ſubito ludius conſtitiſſet. Arnobius: *Commiſſum ſtatim omnes in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, ſi tibicen repente conticuit.* De Paraſitis Apollinis diximus in Auſonianis lectionibus. Verum eſt autem, quod hic dicitur, in mimis fere ſecundarum partium paraſitos eſſe. Seneca de ira libro 3. *Calium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat. cum quo, ut aiunt, canabat, in cubiculo lectæ patientia cliens, ſed difficile erat illi in crapulam conjecto rixam ejus, cum quo edebat, effugere. Optimum judicavit quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Calius aſſentientem, ſed exclamavit: Dic aliquid contra, ut duo ſimus.* Hic *ſecundas agere*, plane eſt, aſſentari, ſupparaſitari, atque, quod ille profitetur, *Aiunt? aio. negant? nego.* Neque aliud intellexit Horatius:

— — *aut mimum partes tractare ſecundas.*

Clamoſi enim inducuntur Paraſiti. Gloſſarium: *Secundarius, Subdiga,* [illegible]. *Joſ. Scaliger.*

*Salva res eſt.*] Paulo aliter Serv. 3. Æn. *Cum*, inquit, *iracundia matris Deûm Romani laborarent, & eam nec ſacrificiis, nec ludis placare poſſent, quidam ſenex ſtatutis ludis Circenſibus ſaltavit, qua ſola fuit cauſſa placationis. unde & natum proverbium eſt, omnia ſecunda; ſaltat ſenex. Quamvis hac alio ex ordine & alia ex cauſſa narretur hiſtoria.* Unde patet Servium non ignoraſſe quod hic narrat Feſtus.

*Quod C. Sulpicio, C. Fulvio Coſſ.*] Cum hi conſules nuſquam reperiantur unice probo Doctiſſ. Anton. Auguſtini emendationem *P. Sulpicio, CN. Fulvio.* Qui conſules fuerunt poſt Ap. Claud. & Q. Fulvium Flaccum qui infra referuntur.

*M. Calpurnio Piſone.*] Hunc *Caium*, non *Marcum* vocat Liv.

*Eos ludos Apollinares Claudio, & Fulvio C.*] His Coſſ. ludi Apollinares primum facti ſunt. Liv. 27. ſect. 23. *Ludi Apollinares Q. Fulvio, Appio Claudio Coſſ. à P. Cornelio Sulla pratore urbis primum facti ſunt.* De Ludis Apollinaribus in *Apollinares* dictum eſt. *Dacerius.*

*Salutaris.*] Quo primum anno, & à quibus ludi ſcenici primi, Megaleſia appellati, facti fuerint, incertum eſt. Livius duplicem opinionem tradit. Nam lib. 34. P. Scipione Africano 2. Ti. Sempronio Longo Cos. anno urbis 558. Megaleſia ludos ſcenicos C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo Ædiles Curules primi fecerunt. Horum Ædilium ludos Romanos primum Senatus à populo ſecretus ſpectavit. Hoc idem Val. Max. ſcribit lib. 2. cap. 1. Locus ſenatorum fuit in Orcheſtra, ut alio loco ſcripſimus; & hujus rei veſtigium extat hoc loco apud Feſtum, licet in nominibus Ædilium à Livio, & Valerio diſſentiat. Altera opinio fuit Valerii Antiatis, qui triennio poſt ſcribit P. Scipione Naſica, Manio Acilio Glabrione Cos. cum ædes Matris Magnæ Ideæ à M. Bruto dedicata eſt, ludos ſcenicos primos Megaleſia appellatos, factos fuiſſe, ut Livius lib. 36. refert. Viden. Aſcon. pro Cornelio. *Ant. Auguſtinus.*

*Salutaris.*]

Digitized by Google

*Salutar*is porta appe*llata eſt ab æde ſ*alutis *quod* ei *proxima fuit. alii ob ſ*alutationes. . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Vocantur Megaleſia qui n*unc ludi ſcenicos *olim dicebant quo*s primum feciſſe C. . . . . . . . . . lium M. Pompilium. M. F. . . . . . . . . . . . . . . . . . *Curules* Ædiles memoriæ *prodiderunt* hiſtorici. Solebant *his prodire mimi* in orcheſtra dum *intus actus fa*bulæ componerent*ur cum verſibus* obſcænis. FESTUS.

Sambuca organi genus, à quo ſambuciſtriæ dicuntur. machina quoque, qua urbs expugnatur, ſimiliter vocatur. Nam, ut in organo chordæ, ſic in machina intenduntur funes. PAULUS.

Sam*buca organi dicitur* genus. à quo Samby*ciſtriæ quoque* dicuntur. per ſimilitu*dinem etiam* eam machinam appella*runt qua urbes expugna*nt. nam ut in *Organo chordæ, ſic in* machina funes *intenduntur*. FESTUS.

Samnites ab haſtis appellati ſunt, quas Græci σαύνια appellant, has enim ferre aſſueti erant, ſive à colle Samnio, ubi ex Sabinis adventantes conſederunt. PAULUS.

## NOTÆ.

*Salutaris.*] Infra: *Salutaris Porta appellata ab æde Salutis, quod ei proxima ſit, aut ob ſalutationes vo* . . . . . Quænam ſunt eæ ſalutationes? nempe quod ad eam Prætor ſalutaretur is, qui in provinciam Proprætore, aut Proconſule exiret. Vide ſupra in Prætor. Quæramus igitur, quomodo illud *vo* . . . . . expleri poſſit. fortaſſe: *ob ſalutationes vocantium Prætorem.* Quæ ſequuntur, alio pertinent, & linea prior deeſt. Ita autem ſuccenturianda ſunt: *Scenici antiquitus appellabantur, qui Megalenſes nunc ludi. Scenicos vero ludos primum feciſſe C. Atilium, M. Popillium Ædiles memoriæ prodiderunt hiſtorici. Solebant autem prodire in orcheſtra, dum intus actus fabulæ componerentur cum verſibus obſcænis.* Vide Livium lib. 7. non longe poſt initium. *Joſ. Scaliger.*

*Salutaris porta.*] Inde & ſalutaris collis qui in colle Quirinali Varr. 4. de L. L. *Collis ſalutaris quarticeps adverſum eſt Apolineris ædem & ſalutis.*

*Ob ſalutationes.*] A ſalutatione vocata porta ſalutaris, nempe quod ad eam portam, prætor ſalutaretur is qui in provinciam pro prætore aut pro conſule exiret. Vide *Prætor.*

*Vocantur Megaleſia.*] Lege *vocantur Megaleſia nunc quos ludos ſcenicos olim, &c.* Verum eſt Megalenſes ludos ſcenicos fuiſſe. Liv. lib. 36. ſect. 36. *Ludique*, inquit, *ob dedicationem ejus* (de æde Idææ matris loquitur) *facti quos primos ſcenicos fuiſſe Valerius Antias eſt autor, Megaleſia appellatos.* Inde Ovid. de iiſdem, *ſcena ſonat, ludique vocant.* — lib. 4. Faſt. Verum etiam multo ante ludos Megalenſes Romæ fuiſſe ſcenicos hic aperte Feſtus & Livius lib. 7. ſect. 2. *Ludi quoque ſcenici*, inquit, *nova res bellicoſo populo, nam Circi modo ſpectatulum fuerat, inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur:* locum integrum adi ut eorum principium videas & incrementum. Ludi ſcenici Romæ primum acti anno ab urbe C. 392. At ludi ſcenici Megalenſes, an. V. C. 549.

*C. . . . . ium, M. Popilium M. F.*] Supple C. *Atilium, &c.* Ædiles curules curatores erant ludorum ſolennium. Ut ex Cicerone & aliis notum eſt. Sed mihi Popilii quem hic Ædilem nominat Feſt. nomen ſuſpectum eſt. Cum nullibi eum cum C. Atilio conjunctum legas. Reſcribendum igitur puto, *C. Atilium, L. Scribonium Libonem.* Nam & hos primos Megaleſia, ludos ſcenicos feciſſe an. V. C. 560. tradit Liv. lib. 34. ſect. 54. *Megaleſia*, inquit, *ludos ſcenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo Ædiles Curules primi fecerunt.* Quanquam & ibi etiam ſui oblitum fuiſſe Livium puto: jam enim undecim annis ante Ædilitatem Atilii & Scribonii Libonis, Megaleſia Romæ acta fuerant, cum ſcilicet Idæa mater in Palatium fuit perlata, Ædilibus Curulibus, ni bene fallor, Cn. & L. Corneliis Lentulis. Vide illum lib. 29. ſect. 11. 13. & 14.

*Sambuca.*] A Syriaco *Sabbeca* organi Muſici genus proxime ad ἅρπης ſimilitudinem; unde Sambucinæ Plauto dicuntur mulieres quæ eo canunt, Sambuciſtriæ Livio. Ab ejus ſimilitudine turris obſidionalis infera regione occultans muralem arietem, mediis tabulatis ſagittarios, ad depellenda muralia præſidia: ſupero tabulato pontem inferne affixum, ſuperne funibus aut catenis penſilem in murum demittens, quo trajiciant armati ad occupanda mœnia, Sambuca dicta eſt, quod crebri funes penſilis pontis, Sambucæ chordas referant. Vide Polybium lib. 8. *Dacerius.*

*Samnites.*] Infra: *Populis Samnitibus nomen impoſitum ait Verrius propter genus haſtarum, quæ Saunia appellant Græci. Alii aiunt Sabini vere ſacro voto hoc genus hominum extra fines ejectum, Comio Caſtromo duce, occupaſſe collem, cui nomen eſt Samnio. à quo colle Samnites dictos.* Hujus rei teſtis locuples



Digitized by Google

FESTUS. Samnitibus nomen *factum ab haſtis*, propter genus *haſtæ*, *quod* σαυνία appellant *Græci. alii aiunt* Sabinis vere *ſacro voto hoc genus* hominum *extra fines ejectum* Comio Caſtronio *duce occupaſſe* collem, cui nomen *ſamnio*, *à quo ſamnites.*

PAULUS. Sanates dicti ſunt qui ſupra, infraque Romam habitaverunt, quod nomen his fuit, quia, cum defeciſſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in duodecim cautum eſt, ut idem juris eſſet Sanatibus, quod fortibus id eſt bonis, & qui numquam defecerant à populo Romano.

FESTUS. *Sanates quaſi ſana*ti appella*ti*, *id eſt ſanatæ mentis.* Sulpicius *autem Rufus ſanates*, & Opillius *Aurelius exiſtimant* dici inferio*ris loci gentes* ut Tiburtes *& alios*, *qui cum* populo Tiburte *habitarunt in agro* Tiburti, id *eſt peregrinos inf*eriorisque loci *gentes*, *itaque ſcriptum eſt* in XII. nex*o*, *ſolutoque* forti ſanatique, *idem jus eſto.* id eſt honor, *quod & peregrino.* qui & in*ferior*um *coloniarum*, quæ ſunt *deductæ in Priſ*cos Latinos, *quas Priſcus rex inegerit* ſecundum *mare ſupra & inf*ra Romam in *civitates Latinorum*, eoſque ſanatis *propterea quod* præter opinio*nem*, *eos paravi*ſſet ſanaviſſetq. *& cum eis pac*iſci potuiſſet, no*minavit*, *ut ait* Cincius lib. II. d*e officio juriſcon*ſulti, ne Valerius *quidem Meſſala* in XII. explicati*one id omiſit qui ta*men in eo libro, quem *de dictis in*volute inſcribit fo*rtis & Sanatis* duas gentis finitimas *eſſe ait*, *de quib. le*gem hanc inſcrip*tam eſſe qua cautum* uti id jus man*ifeſto*, *quod* P. R. haberent: *neque alios quam for*ctos, & ſana*tes eam legem ſ*ignificare exiſ*timat hoc intellectu*, multi ſunt *quibus quod alias pla*cuit diſpli*ceat poſtea: ideoque ait* ſancti forcti *ſignificare* ſanati inſani.

## NOTÆ.

inter alios Strabo. Siſenna etiam ejus hiſtoriæ meminerat libro quarto Hiſtoriarum: *Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.* Nam de vere ſacro ſæpe Livius, & alii. *Joſ. Scaliger.*

*Samnites ab haſtis quas Græci* σαυνία.] Inde *Saunitæ* Græcis dicti *ſunt* σαυνῖται, Latini *v* mutato in *m Samnitas* dixerunt alii à colle Samnio, quem à Sabinis ejecti Comio Caſtronio Duce occuparunt, dictos fuiſſe. Hanc hiſtoriam narrat Strabo lib. 5. Qui tamen aliquatenus à Feſto diverſus abit. Et à Sabinis Samnites ortos indicat Varr. lib. 6. de L. L. *Item oſtendit quod oppidum vocatur Caſinum. Hoc enim à Sabinis orti Samnites tenuerunt, & nunc noſtri.*

*Samnitibus.*] Quod ait ab haſtis ſauniis Samnites dictos probatur Plinio lib. 3. cap. 12. Saunia autem illa erant proprie *veruta* quæ arma Samnitium fuiſſe Virgilius innuit, dum *veru Sabellum* vocat, lib. 7. Æneid.

*Sabinis vere ſacro voto.*] De vere ſacro à Sabinis voto Ziſenna apud Nonium: *Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.* Et Strabo extremo lib. 5. Cæterum, inquit, de Sabinis hoc narratur. Sabini diuturno bello cum Umbris conflictati, voverunt, ut Græcorum quidam, ſe ejus anni fœtus Deo ſacraturos. Cum igitur hoſtes viciſſent, ut votum ſolverent, ejus anni proventa partim immolarunt, partim Deo conſecrarunt. At inſecuta ſterilitate, quidam retulit, prolem quoque fuiſſe dicandam. Cui obtemperantes Sabini eodem anno genitos ſuos Marti conſecrarunt, &c. Porro ver ſacrum, ἔτος ἱερὸν Græcis dicitur non ἔαρ quod certe notatum oportuit. *Dacerius.*

poſt *Sanates.*] Feſtus retulerat doctorum virorum opiniones de Sanatibus, quod verbum in 12. tabulis fuiſſe, refert etiam Gell. lib. 16. cap. 10. *Ant. Auguſtinus.*

*Sanates.*] Quæcumque in Epitoma habentur, ea deſiderantur in reliquiis Feſti. Itaque ſupplendum ex Epitoma initium illarum reliquiarum. Quæ ſequuntur, in hanc ſententiam concipienda ſunt: Sulpicius autem Sanates, & Opillius aiunt dici inferioris loci gentes. ut Tiburtes, & alios, qui cum populo Tiburtino habitarent in agro Tiburti. id eſt omnes peregrinos, inferioriſque loci. Itaque ſcriptum eſſe in 12. Nexo ſolutoque, forcti ſanatique idem jus eſto. id eſt bono Romano, idem & peregrino, qui & inferiore loco eſt. Sunt qui intelligunt colonias, quæ ſunt deductæ in priſcos Latinos à Tarquinio Priſco, quas inegerit ſecundum mare infra Romam in civitates Latinorum: eoſque ſanatis, propterea quod præter opinionem eos pacaviſſet, ſanaviſſetque, & cum eis paciſci potuiſſet, nominavit, ut auctores ſunt Cincius libro 11. de officio Juriſconſulti, M. Valerius Meſſala in ea in 12. explanatione. Idem tamen in eo libro, quem de dictis

Sanctum *ait dici Opilius Aure*lius quod *nec ſacrum eſt*, *nec religioſum.* at Ælius *Stilo*, *quod utrumque eſſe* videatur, *& ſacrum ſcilicet & religioſum;* plerique autem q*uod ei*, *qui id violavit*, pœna ſit multa*ve ſancita.* ſed ponitur pro *ſacro tantum. Unde* & ſanctio dict*a legum: ſancta item* & rogatio, quiq. conc*ionem rogavit TR. PL.*

Sandaracam *ait eſſe genus coloris* quod Græci ſ*andicem appellant.* Nævius. Meru*la ſandaracino ore.*

Sandaraca, genus coloris. Nævius: Merula ſandaracino ore. PAULUS.

Sanqualis avis, quæ oſſifraga dicitur.

Sanqualis avis *appellatur quæ in com*mentariis augura*libus oſſifra*ga dicitur, quia in *ſangi dei* tutela eſt. FESTUS.

Sanqualis porta *appellata eſt ab avi ſanquali*, *i*deoque eodem eſt nomine, *quo avis ipſa appellatur.*

Sanqualis porta appellatur proxima ædibus Anci. PAULUS.

## NOTÆ.

dictis involute inſcribit, forctis & ſanatis ait duas gentis finitimas mari: de quibus legem hanc inſcriptam eſſe videri. Uti duæ maritimæ gentis eodem cum P. R. haberentur jure. neque alios quam forctes & ſanates legem hanc ſignificare exiſtimat hoc intellectu. multi ſunt, quibus id, quod pluribus placuit, diſpliceat: & aliter in 12. ſanati, forcti interpretentur: hoc eſt ſanati, inſani. Propemodum ea videtur Feſti ſententia eſſe. *Joſ. Scaliger.*

*Sanates quaſi ſanati.*] Vide *Horctum.* Infra poſt legem 12. tabularum. *Nexo ſolutoque forti, ſanatique idem jus eſto, id eſt bonor.* Emenda: *id eſt, bono.* Quæ ſunt verba Feſti interpretantis verba legis: *Idem jus eſto forti*, id eſt, bono. *Quod ſanati*, id eſt peregrino. Et jam ſupra docuit *fortem* bonum ſignificare. De coloniis quas Priſcus Tarquinius in Priſcos Latinos deduxit, nihil apud alios auctores legi. Priſci Latini dictæ coloniæ quæ à Latino Sylvio deductæ. Vide *Priſca. Dacerius.*

*Sanctum.*] Sex. Pompeius docuerat, quid ſanctum eſſet ex Ælii, & aliorum ſententia. pleriſque viſum eſſe cum pœna, multave ſit impoſita id violanti. ita muros ſanctos dici, & Tribunos plebis: hinc ſanctiones legum, quod in his pœnæ contra legum violatores ſanciantur, ipſas quoque leges aut rogationes ſanctas dici, quod eas impune transgredi non licet. Hæc, & his ſimilia Feſtus, ut arbitramur. *Ant. Auguſtinus.*

*Sanctum.*] Sanctum, inquit, ponitur tantum pro eo quod ſancitum eſt, unde & legum ſanctiones, & ſanctæ rogationes, & Tribunus plebis qui concionem rogavit ſanctus dicitur. Sanctum proprie, quod nec ſacrum eſt nec religioſum, ut ait Opilius. Aliquando tamen quod ſacrum eſt & religioſum, id optime ſanctum dicitur. Vide *religioſum. Dacerius.*

*Sandaracam.*] Sandaracam ait eſſe genus coloris, quod Græci ſandycem appellarunt. Nævius: *Merula Sandaracino* ore. *Joſ. Scaliger.*

*Sandaracam.*] Sandaraca ſive ſandyx de herba & de colore ſive figmento dicitur. Heſych. Σάνδυξ δένδρον θαμνῶδες οὗ τὸ ἄνθος χροιὰν ἔχει κόκκῳ ἐμφερῆ, ὡς Σωσίβιος. ἢ φάρμακον ἰατρικόν. *Sandyx, frutex, cujus flos ſimilis cocco, vel pigmentum, &c.* Hic enim φάρμακον nihil aliud eſt quam *pigmentum, χρῶμα, color.* Unde optime Feſtus *genus coloris.* Nam de pigmento tantum loquitur. De ſandyce herba vetuſtiſſimum Gloſſarium, *ſandyx herba tinctura apta, quam vulgus Varantiam vocat.* Eamque hodie vulgo infectores *Garantiam* vocant. Eam intelligit Vopiſcus in Divo Aureliano: *Dicitur enim ſandyx Indica talem purpuram facere ſi curetur.* Ubi vide Salmaſium. Et in exercitationibus Plin.

*Merula Sandaracino ore.*] Merula roſtrum habet luteum quod poeta *ſandaracinum* dicit, quia ſandaraca etſi facie rubra eſt, colore tamen luteo tingit. *Dacerius.*

*Sanqualis avis.*] Ex iis, quæ Paulus hic, & in *Sanquali porta* dicit, crederem Sanqualem avem fuiſſe in tutela Sangi, ſeu Sancti, ut picus Martis, aquila Jovis, corvus Apollinis, pavo Junonis, noctua Minervæ. De hac Plin. lib. 10. cap. 7. *Sangualem avem atque immuſſulum augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſangualem oſſifragam. Maſſurius ſangualem oſſifragam eſſe dicit, immuſſulum autem pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda. Quidam poſt Mucium augurem viſos non eſſe Romæ confirmavere. ego, quod veriſimilius eſt, in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos.* Vide Alites. *Ant. Auguſtinus.*

*Sanqualis.*] *Sanqualis avis à quibuſdam Oſſifraga appellatur. Eadem in commentariis auguralibus Sanga dicitur. quia in Dei Sangi tutela eſt. Joſ. Scaliger.*

*Sanqualis.*] Vide *immuſculus.*

*Sanqualis porta.*] Potius ab æde Sanci ſive Sangi dicta *ſanqualis*, quomodo ab ejuſdem Dei tutela oſſifraga

Saperda, genus peſſimi piſcis.

FESTUS. *Saperda* genus peſſimi piſ*cis*, *ſapientem etiam* ſignificat *cum ait Varro Belli feſtivi* ſaperdæ, cum *ſimus omnes.*

Sarcito in duodecim Servius Sulpicius ait ſignificare damnum ſolvito præſtato.

PAULUS. Sarcito, damnum ſolvito.

Sardanapalus rex Aſſyriorum fuit unicæ luxuriæ, inter mulieres, epulaſque verſatus ſemper, atque omni tempore.

Sardare, intelligere. Nævius: Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

FESTUS. *Sardare* intelligere *ſignificat Næ*vius belli Pu*nici libro quo*d bruti nec ſatis *ſardare queunt* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Sardi venales alius alio nequi*or. ex hoc natum *proverbium vi*detur, quod ludis *Capitolinis*, *qui* fiunt à vicinis *prætextatis au*ctio Vejentium *fieri ſolet* in qua no-

## NOTÆ.

fraga avis eodem nomine dicta eſt. De Sango vide in *propterviam*.

*Saperda genus piſcis.* ] Heſych. Σαπέρδης ὄνομα ἰχθύος, οἱ δὲ ταρίχου εἶδος, ἄλλοι ὑπὸ ποντικῶν τὸν Κορακῖνον ἰχθύν. i. *Saperda nomen piſcis. Alii tarichi genus; alii coracinum piſcem apud Ponticos.* Ponticum obſonium & vile vocat Archeſtratus apud Athenæum, quem vide. Inde Perſius —— —— —— —— *ſaperdam advehe ponto*. Alii aquas dicunt ſalſas. Alii fruſtum tantum cujuſque piſcis ſalſi.

*Varro* ] Varronis locus mutilus. Pleniorem & leviter immutatum ſic Nonius. *Saperda*, inquit, *quaſi ſapientes & elegantes. Varro modio: omnes videmus nobis eſſe belli, feſtivi, ſaperda, cum ſimus σαπροί.* Saperda tamen non pro ſapiente, ut Feſtus, Noniuſque interpretantur, ſed pro faceto & ſalſo ut optime monuit doctiſſ. Meurſius. Itaque ſenſus verborum ejus: Omnes nobis videmur eſſe belli, feſtivi, ſalſi; cum tamen ſimus ſaproi, (captavit manifeſto alliterationem) id eſt inſulſi, nec in toto corpore habeamus vel micam ſalis. Nam *ſapra* ſunt quæ ſalis defectu putruerunt.

*Sarcito in duodecim.* ] Verba 12. *Si quadrupes pauperiem faxit, dominus ſarcito, noxæve dedito. Item . . . . . . rupitias . . . . . . ſarcito.* Ubi *ſarcire* eſt detrimentum præſtare, compenſare, à veſtibus ducta metaphora, quæ proprie *ſarciri* dicuntur cum laceræ reficiuntur. Inde *ſarte* in auguralibus eſt pro *integre*. Et *ſarta tecta* in locationibus ſolennia, hoc eſt *integra*. Vide *ſarte*.

*Sardanapalus.* ] Juſtin. lib. 1. cap. 3. *Poſtremus apud eos, Aſſyrios, regnavit Sardanapalus, vir muliere corruptior: ad hunc videndum, quod nemini ante eum permiſſum fuerat, præfectus ipſius, Medis prapoſitus, nomine Arbaces, cum admitti magna ambitione ægre obtinuiſſet, invenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis & oculorum laſcivia omnes feminas anteiret, penſa inter virgines partientem.* Proverbio locum dedit. Vide Eraſmi adagia: *Sardanapalus.*

*Sardare.* ] Sardare pro intelligere & Sardi intelligentes, callidi. A Sardis populis forte qui verſipelles audiebant.

† . . . . *intelligere* . . . ] Schedæ, Sardare *intelligere ſignificat. Nævius belli Punici libro . . . . quod bruti nec ſatis ſardare queunt.* Deeſt tantum numerus libri, &c. *Dacerius.*

*Sardi venales.* ] Viden. Plutar. in problem. utitur hoc proverbio Cicero in epiſt. ad Fabium Gallum: *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* quibus verbis interpretatio Capitonis Ciceronis auctoritate confirmatur. Sed quod dicitur Gracchum Faltonis collegam fuiſſe, eumque de Sardis triumphaſſe, falſum eſt. Hi enim Conſules fuerunt anno 515. Is vero, qui triumphavit, collegas habuit, in primo conſulatu C. Claudium Pulchrum, in ſecundo M. Juventium Thalnam annis, 576. & 590. è faſtis Capitolinis. Plinius, ſive quis alius, qui ſcripſit libellum de viris illuſtrib. Capitonis interpretationem ſequi videtur in proverbio explicando. Licet, neſcio quos auctores ſecutus, dicat Gracchum Prætorem Galliam obtinuiſſe, primo Conſulatu Hiſpaniam, altero Sardiniam. *Ant. Auguſtinus.*

*Sardi venales.* ] *Sardi venales, hoc eſt alius alio nequior. ex hoc natum proverbium videtur, quod ludis Capitolinis; qui fiunt à vicanis prætextatis, auctio Veientium fieri ſolet: in qua noviſſimus is, qui omnium deterrimus, producitur à præcone in medium ſenex cum toga prætexta* &c. Capitolinis ludis ſupplevimus ex Plutarcho, de quibus præter alios Livius libro 5. De prætextatis vicanis vide ſupra in Prætexta. Nam & hic ex eo loco cognoſces vicanis non vicinis legendum eſſe. & ibi ex hoc vicanos eſſe vici magiſtros. Potes etiam legere: *qui fiunt à vicanis, & magiſtris collegii. Joſ. Scaliger.*

*Sardi venales.* ] Ita fere ad verbum Plutarchus in Quæſtionibus Romanis, quæſt. 55.

*A vicinis prætextatis.* ] Lege, *à vicanis*. Hoc eſt *vicorum magiſtris*, qui, quamvis Magiſtratus non erant, ludos faciebant prætextati, ut ex Cicer. & Livio

Digitized by Google

viſſimus *quiſque deter*rimus producitur *à præcone* ſenex cum toga prætexta, bullaque aurea, quo cultu Reges ſoliti ſunt eſſe Etruſcorum, quia Sardi appellantur quia Etruſca gens orta eſt Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupavit eam partem Italiæ, quæ nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait Ti. Gracchum Conſulem collegam P Valerii Faltonis Sardiniam, Corſicamque ſubegiſſe, nec prædæ quidquam aliud, quam mancipia captum, quorum viliſſima multitudo fuerit.

Sargus piſcis genus. qui in Ægyptio mari fere naſcitur. Lucilius: quem præclarus helops, quem Ægypto ſargus movebit.

Sargus piſcis genus in mari Ægyptio. PAULUS.

Sariſſa, haſta Macedonica.

Sariſſa eſt haſtæ Macedonicæ genus. FESTUS.

Sarpta vineta putata, id eſt pura facta. unde & virgulæ abſciſſæ ſarmenta. ſarpere enim antiqui pro purgare dicebant. PAULUS.

*Sarpta vinea putata*, *id* eſt pura *facta*. *Virgulæ enim relictæ* impe*dimento vitibus ſolent* eſſe, quæ *ideo abſcinduntur:* inde etiam *ſarmenta ſcripto*res dici pu*tant*, *ſarpere enim* *a*ntiqui pro *purgare dicebant*. FESTUS.

Sarpuntur vineæ, id eſt putantur, ut in duodecim: quandoque ſarpta, donec dempta erunt.

Sarra, Tyros inſula. PAULUS.

## NOTÆ.

Livio notum eſt. Vide ſupra in *prætexta*. Nam ex eo loco cognoſces hic *vicanis* non *vicinis* legendum eſſe, & ibi ex hoc vicanos eſſe vici magiſtros. Potes etiam legere: *qui fiunt à vicanis & magiſtris collegii*. Scal.

*Quia Sardi appellantur.*] Lego: Qui Sardi appellantur.

*Tyrrhenus enim.*] Vide *Tyrrhenos*.

*At Sinnius Capito.*] Hæc Capitonis interpretatio ejus auctoritate qui libellum de viris illuſtribus edidit, confirmatur. *Tiberius inquit Sempronius Gracchus, præter Galliam domuit, conſul Hiſpaniam, altero conſulatu Sardiniam. Tantumque captivorum adduxit ut longa venditione res in proverbium veniret, Sardi venales.* Hoc proverbio uſus eſt Cicero Epiſt. 24. lib. 7. *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* Quare minime Meurſio aſſentior qui legebat Sardi vernales. i. homines nequiſſimi qui vernas & ſervos vincerent, Sardi enim vetuſtiſſima lingua Latina verſipelles & callidi, à *ſardare*, intelligere, *callere*. Abſque dubio vera eſt Capitonis ſententia.

*Collegam P. Valerii Faltonis.*] Falſum eſt Gracchum Faltonis collegam fuiſſe. Gracchus enim & Falto Conſules fuerunt anno DXV. At Gracchus is qui triumphavit, collegas habuit in primo conſulatu C. Claudium pulchrum, in ſecundo M. Juventium Thalnam annis DLXXVI. & DXC.

*Sargus.*] *Præclarus helops* in verſu Lucil. eſt ſplendidus, lucentulus, eadem mente apud Cicer. *Præclara beſtia*. Ibid. *Ægypto ſargus* idem quod apud Plaut. *hoſpes Zacyntho*. Apud Terent. *anus Corynthο*. Apud alios *vinum Lesbo*, *vinum Chio*, ad imitationem Græcorum, οἶνος λεσβόθεν, οἶνος χιόθεν, &c.

*Sariſſa.*] Σάρισσα, δόρυ μακρὸν εἶδος ἀκοντίου Ἑλληνικοῦ, ἢ ξίφος βαρβαρικὸν Μακεδόνες. Heſych. *Sariſſa haſta longa, genus jaculi græcanici, gladius barbaricus Macedones.* Vocem Macedonicam eſſe teſtatur etiam Curt. lib. 9. *Macedo juſta arma ſumpſerat; æreum clypeum, haſtam, quam ſariſſam vocant, læva tenens, dextra Lanceam, gladioque cinctus velut cum pluribus dimicaturus.*

*Sarpta vinea.*] Sarpere eſt *putare*, unde *ſarpta vinea*, & *ſarmenta* ſurculi amputati. Et ſarpiculæ falces quibus vites putabantur & arbores. *Sarpas* hodie vocamus: cujus diminutivum ſarpiculæ, ut paviculæ à paviendo. Poſtea ut ſolenne fuit Latinis *a* mutare in *e* & *i* *ſerpiculæ* & *ſirpiculæ* dictæ ſunt pro ſarpiculis. Non igitur ſunt à ſirpando.

*Sarpuntur vineæ.*] Verba legis 12. *Tignum junctum ædibus vineaque concapis ne ſolvito . . . quandoque ſarpta donec dempta erunt.* Malim: *donec dempta eſcit*, *vinea* ſcilicet. Et ita al. *eſcit*, *erit*. Alibi. ſenſus eſt vineæ concapes, hoc eſt, tignum quod caput ſuum cum capite vineæ commiſſum habet, non ſolvitur ubi primum ſarpta eſt vinea, donec dempta erit. Ut neque tignum junctum ædibus, niſi cum dirutum caſu aliquo ædificium. *Dacerius.*

*Sarra.*] Verg. lib. 11. Georg. *Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.* Servius Tyriam purpuram interpretatur, quod Tyros Sarra dicta ſit à piſce Sar appellato. Sic Sarranæ tibiæ dictæ, vel Tyriæ, vel



Afri-

FESTUS. *Sarra dicebant* quæ nunc Epiros *dicitur* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PAULUS. Sarte ponebant pro integre. ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, ut integra præſtentur, ſarta tecta vocantur. etenim ſarcire eſt integrum facere.

FESTUS. Sarte in augu*ralibus pro inte*gro ponitur *ſane ſarteque* audire vid*ereque ob quam cauſam* opera pu*blica quæ locantur ut i*ntegra præſt*entur, ſarta tecta vo*cantur, ete*nim ſarcire eſt integrum* facere.

Sas Verrius putat ſignificare eas teſte Ennio, qui dicat in libro primo: Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas, cum ſuas magis videatur ſignificare. ſicuti ejuſdem libro ſeptimo, fatendum eſt eam ſignificari, cum ait: nec quiſquam philoſophia (quam doctrinam Latina lingua non habet ſapientia, quæ peribetur) Inſomnis vidit prius, quam ſam diſcere cœpit. Idem cum ait ſapſam pro ipſa, nec alia ponit in libro ſexto decimo: Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentatque jubetque. & Pacuvius in Teucro: Nam Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet.

PAULUS. Sas, ſuas. Ennius: Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. Sam, eam. Idem Ennius: Neque quiſquam philoſophiam Inſomnis vidit prius, quam ſam diſcere cœpit. Sapſa, ipſa. Idem Ennius: Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentat*que* jubet*que*.

## NOTÆ.

Africanæ. Probus Ennium ait dixiſſe Pœnos Sarra oriundos, id eſt Tyro. *Ant. Auguſtinus.*

*Sarra.*] *Sarra prius inſula, quæ nunc Epiros eſt.* Ita plane ſcripſit Feſtus. Significat, prius inſula cum eſſet, poſtea cum ab Alexandro obſideretur, ἠπειρώθη. Nota ac celebris hiſtoria. Nomen hoc incognitum fuit Græcis. Nam, ut Syri ipſi, vocabant Tyron. At Phœnices antiquitus Sor dicebant. Eorum coloni Carthaginienſes, eadem lingua utentes Sar vocarunt. Ab illis didicerunt Romani. Unde Ennius Pœnos Sarra oriundos dixit, hoc eſt Tyro. Obſoleſcente Hebraiſmo, quod fuerat idioma Phœnicum, Syri pro Sor, Tur dixerunt, primum quia Sade, & Sin literas mutant in Tau. deinde, quia ipſi non utuntur O, ſed pro ea, U, ſolent uſurpare. Qui utrique linguæ operam dederunt, ſciunt me verum loqui. *Joſ. Scaliger.*

*Sarte.*] Chariſ. lib. 11. Porphyrio ex Verrio, & Feſto, In auguralibus, inquit, libris ita eſt: ſane, ſarteque. *Ant. Auguſtinus.*

*Sarte.*] Sarta tecta Græcis oratoribus, & aliis dictum ἐπισκευαί. at Gloſſis. ὑγιοσκεπεῖ. quia & *Sarcire*, eſt ἀκέσασθαι. In locatione operum publicorum, quæ fiebat lege Cenſoria, certum eſt additum fuiſſe: PORTICUM. SARTAM. TECTAM. PRODUIT. *Joſ. Scaliger.*

*Sane ſarteque.*] Verba ex auguralibus deſumpta. *Dacerius.*

*Sas.*] Ennii verſus lib. 7. mendoſi ſunt. quamvis à Paulo non male referantur. *Ant. Auguſtinus.*

*Sar.*] Græce σφὸς, ut *ſos*, *ſuos* à Dorico σφὸς, σφεὸς. Vide *ſos*. Sic *ſo* pro *ſuo*. *ſa*, pro *ſua*, *ſis*, pro *ſuis*, &c. *Dacerius.*

*Sas.*] Verſus Ennii elegantiſſimos, rejectis illis ſpuriis gloſſematis, quæ in medium illorum temere irrepſerant, ita legendos curabis:

*Nec quiſquam ſophiam, ſapientia quæ perhibetur,*
*In ſomnis vidit prius, quam ſam diſcere cœpit.*

Nam Romani ignotum verbum plebi *ſophiam* ſolebant ſemper Latine reddere. Afranius in Sella:

*Uſus me genuit, mater peperit memoria.*
*Sophiam vocant me Græci: vos Sapientiam.*

Ennius ſine dubio extulit hos verſus, cum viſus eſt in ſomnis ſibi adeſſe Homerus poëta. Neque, inquit, quiſquam ſomniat ſe videre ſapientiam, quin eam prius didicerit. Hoc enim naturaliter fit, ut quæ quotidiano uſu tractamus, ea ſæpe in ſomnis imaginari ſoleamus. *Joſ. Scaliger.*

*Sicuti ejuſdem libro ſeptimo.*] Ennius ſine dubio his verſibus tacite obtrectatoribus ſuis reſpondet, qui propter invidiam ejus poëmata tanquam non domi nata; ſed ab Homero, qui illi in ſomnis apparuerat, deſumpta. Nemo inquit ſomniat ſe videre ſapientiam quin eam prius didicerit. Hoc enim naturaliter fit, ut quæ quotidiano uſu tractamus, ea ſæpe in ſomnis imaginari ſoleamus. Unde eleganter apud Attium in Bruto.

*Rex, quæ in vita uſurpant homines; cogitant; coirant, vident.*
*Quæque agunt vigilantes, agitantque, ea ſi quoi in ſomno accidunt,*
*Minus mirum eſt.*

*Dacerius.*

*Sati..*]

*Saticula oppidum* in Samnio captum eſt, quo *poſtea coloniam* deduxerunt Triumviri M. Valerius Corvus, Junius Scæva, P. Fulvius Longus ex S. C. Kal. Januariis P. Papirio Curſore C. Junio II. Cos. FESTUS.

Satis verbum Verrio melius fuit præterire, ut mihi videtur, quam tam abſurdas opiniones ſuas de eo recitare, quas ſciens præterii, tam Hercules, quam de Scabro, quod proximum ſequebatur.

Satur, & vir, & caro non habent.

Satura, & cibi genus ex variis rebus conditum eſt, & lex multis aliis legibus conferta. Itaque in ſanctione legum adſcribitur: neve per ſaturam abrogato, aut derogato. T. Annius Luſcus in ea, quam dixit adverſus Ti. Gracchum: Imperium quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt & C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit; dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur.

Satura, & cibi genus dicitur ex variis rebus conditum: & lex multis aliis conferta legibus: & genus carminis, ubi de multis rebus diſputatur. PAULUS.

Saturnia Italia, & mons, qui nunc eſt Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni eſſe exiſtimatur. Saturnii quoque dicebantur, qui caſtrum in FESTUS.

## NOTÆ.

*Sati* . . . . ] Saticulam deductam eſſe coloniam Paterculus ſcribit libro priore. Livius quoque lib. 27. Saticulanos inter colonos fideles 18. coloniarum enumerat. De hac igitur Feſti verba intelligere poſſumus. Saticula opp:dum in Samnio captum eſt; quo poſtea coloniam deduxerunt, &c. L. Papirio Curſore, V. C. Junio Bruto 11. Cos. anno poſt R. C. CDXL. ex faſtis Capitolinis. *Ant. Auguſtinus.*

*Saticula.*] Patercul. lib. 1. cap. 14. *Inſequentibus conſulibus à Sp. Poſtumio, Philone Publilio Cenſoribus Acerranis data Civitas, & poſt triennium Terracinam deducta colonia. Interpoſitoque quadriennio, Luceria;* (melius *Luceriam*) *ac deinde interjecto triennio, Sueſſa Aurunca; & Saticula Interamnaque* (melius: *Sueſſam Auruncam, & Saticulam, Interamnamque*) *poſt biennium.* Vide & Liv. lib. 27. *Dacerius.*

*Satis.*] Inepte Feſtus neque Verrii opinionem recitat, neque ſuam explicat, de his duobus verbis, *ſatis*, & *ſcabrum*. Sunt quædam doctis viris condonanda, non enim omnia poſſumus omnes. *Ant. Auguſtinus.*

*Satis verbum.*] Ridicule Feſtus qui dum Verrii ſententiam reprehendit, neque nobis eam recitat, ipſe ſuam etiam tacet. Satis à Græco ἄλις λ converſo in τ. *Dacerius.*

*Satur.*] Deſunt quædam in fine, puto obliqua proportione. Dicendum enim erat Saturis, viris, caronis. non ſaturi, viri, carnis. Vide Chariſ. lib. 2. *Ant. Auguſtinus.*

*Satur & vir & caro non habent.*] Adde *obliqua* ex doctiſſimorum conjectura. Si haberent obliqua, dicendum eſſet. *Saturis, viris, caronis.* Nam *ſaturi* eſt à *ſaturus*, *viri* à *virus*, *carnis* à recto *carnis*, ut veteres dicebant pro *caro*. *Dacerius.*

*Satura.*] Gloſſarium: *Satura*, νόμος πολλὰ περιέχων. de Satura cibi genere habes apud Apicium ex Varrone. in veteri tabula ænea: EXTRA. QVAM. SEI. QVID. IN. SATVRAM. FERETVR. *Joſ. Scaliger.*

*Satura.*] Proprie lanx variis frugum generibus referta. Diomed. *Lanx referta variis multiſque primitiis ſacris Cereris inferebatur & à copia & ſaturitate rei ſatura dicebatur.* Ab hac lance farcimen variis rebus refertum ſatura dictum eſt. A cibis etiam ad alia tranſlatum: lex enim in qua conjunctim multis de rebus una rogatione populus conſulebatur, ſatura dicta eſt. Inde in Gloſſ. Satura: νόμος πολλὰ περιέχων. Lex multa continens & Carmen etiam, ex variis partibus conſtans, *ſatura*, &c.

*Neve per ſaturam abrogato.*] Quia in ſatura multa eſſe poterant quæ populum fallerent. At in ſimplici lege, ſi de abrogando tantum vel de derogando populus rogaretur, facile qua de re ageretur, intelligere poterat.

*Dein poſtero die.*] Hæc C. Lælii verba uſurpavit Salluſtius de Jugurtha.

*Saturnia Italia, & mons qui nunc eſt Cap.*] Varr. lib. 4. de L. L. *Hunc antea montem*, (Capitolinum) *Saturnium appellatum prodiderunt & ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuiſſe Saturniam ſcribitur.* De hoc oppido ſic Virgil. 8. Æneid.

*Hunc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem.*
*Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Porro Saturni nomen Tuſcum eſſe mihi concedent, inquit Scaliger apud Varronem, qui ſciunt Syriace, & pro certo habent olim Tuſcorum linguam Aramæam fuiſſe: *Saturnus* enim lingua Syriaca ſignificat *latentem*. Unde in agro Latino quaſi interpretantes vocarunt eum *Latium*, & ejus uxorem Opem *Latiam*: & in Pontificalibus indigitamentis dicebatur

imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Trojanum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Ænea velant capita; quod is, cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyſſe cognitus interrumperet ſacrificium, caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis evitavit.

Saturno dies feſtus celebratur menſe Decembri, quod eo ædis eſt dedicata. & is culturæ agrorum præſidere videtur, quod etiam falx eſt ei inſigne. verſus quoque antiquiſſimi, quibus Faunus fata ceciniſſe hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus & à Nævio bellum Punicum ſcriptum eſt, & à multis aliis plura compoſita ſunt. qui deus in Saliaribus Saturnus nominatur, videlicet à ſationibus.

*Saturno* ſacrificium fit cap*ite aperto*. *Ejus autem ſacro* Metellus Pont. *Max. cum Claudium augurem juſſiſ*ſet adeſſe, ut eum *tunc adhiberet Ser. Sul*pici Ser. F. inaug*uratio*ni: *ille autem excuſa*ret ſe ſacra ſibi fami*liaria ob ſtare quibus ſup*plicandum eſſet capite *operto: Saturno autem* eſſe futurum, ut cum ap*erto capite res ſacra* facienda eſſet, Pont*ifex illum multavit*, Claudius provocavit, *ſed cum re conciliatus Pon*tifici eſſet Claudius, *familiæ ſacris peractis* Saturno ſacra fecit re*ligione ſolutus*.

## NOTÆ.

tur. LATIA SATURNI. Gell. lib. 13. cap. 12. & ab eo *Latium*, quod Saturnia terra.

*Ubi ara dicata.*[ Forſan à comitibus Herculis.

*Quia apud eam ſupplicant.*] Vide *lucem facere.*

*Saturno dies feſtus celebratur.*] Saturnalia menſe Decembri quod eo menſe Tullus Hoſtilius cum bis de Albanis triumphaſſet, fanum conſecravit. Livius vero Saturnalia poſt Reges demum exactos conſtituit. lib. 2. ſect. 21. Hujus feſti primo dies tantum unicus fuit, ſed proceſſu temporum crevit: Nam ſub Cæſare duo dies additi, poſtea etiam plures.

*Verſus quoque.*] Ennius in Nævium poëtam qui ſecundum bellum Punicum Saturnio Carmine ſcripſerat.

*— — — — — ſcripſere alii rem*
*Verſibu' quos olim Fauni vateſque canebant,*
*Cum neque muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,*
*Nec dicti ſtudioſus erat.*

Quia Saturnii verſus lex adeo ſoluta fuit ut non metrum, ſed ſimplicem cum rythmo cantum fuiſſe quidam ſcribant. Servius in illud Georg.

*Nec non Auſonii Troja gens miſſa coloni*
*Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto.*

*Id eſt*, inquit, carminibus Saturnio metro compoſitis: quos ad rythmum ſolum vulgares componere conſueverunt. Conſtat autem Iambico dimetro acatalecto, & tribus trochæis, ut

*Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ.*

*Qui Deus in Saliaribus Saturnus.*] Lege *Satunnus.* A Satu. Ut à portu, *Portunnus.* Nam Salii ſcilicet aliter indigetabant quam volgus. *Dacerius.*

Poſt *Saturno.*] Feſti verba videntur pertinere ad Saturni ſacrificia, quæ capite aperto fierent, ut verbo Saturnia dictum eſt, & Plutarch. in Problem. Macrob. lib. 1. Saturn. Serv. lib. 3. Æn. hoc idem ſcribunt, idemque Honori fieri, propterea quod caput aperire honoris cauſa potentioribus ſoleat, ut Plin. tradit lib. 28. cap. 6. Addit Feſtus inter Metellum Pontificem Max. & Claudium contentionem fuiſſe, eumque fortaſſe multaſſe, quod Saturno capite operto feciſſet in Sulpicii Ser. F. inauguratione: Claudiumque provocaſſe, ſed non obtinuiſſe. Hæc non dum reperimus apud alios ſcriptores. *Ant. Auguſtinus.*

*Saturno.*] Infra plane erat: *Saturno ſacrificium fit capite aperto.* Reliqua qui meliore ingenio ſunt, divinabunt. Poſtea: *Saxum Tarpeium appellatur pars montis, qui ob ſepultam Tarpeiam, quæ eum montem Sabinis prodiderat, nominatus eſt. vel ab eo quod, cum L. Tarpeius Romulo quaſi ob raptas virgines adverſaretur, ad illud ſaxum eſt de noxio pœna exacta, noluerunt funeſtum locum cum parte Capitolii conjungi.* Videtur iſte L. Tarpeius Romulum apud populum accuſaſſe, quod cum ſine cauſſa veriſimili non poſſet, hoc nomine infenſum populo efficere voluiſſe, quod Sabinas rapuerit, & eam invidiæ cauſſam obtendiſſe. *Joſ. Scaliger.*

*Saturno ſacrificium fit.*] Ait Feſtus: Saturno, capite aperto, ſacrificium fiebat Saturnalibus, itaque cum Ser. Sulpitius Rufus Ser. Filius inauguratus eſſet & ejus inaugurationi Metellus Pontifex Augurem adeſſe juberet, excuſavit ſe Claudius quod ſacris familiæ ſuæ impeditus eſſet, quibus ſacrificandum foret operto capite, cum Saturno aperto res ſacra facienda eſſet, eaque de cauſſa multatum à Pontifice Claudium provocaſſe, deinde reconciliatum eſſe, & peractis familiæ ſuæ ſacris religione ſolutum Saturno ſacra feciſſe de more ſacrificandi Saturno aperto capite. Vide *Saturnia.* Et *lucem facere.*

Digitized by Google

*Sa*xum Tarpeium appel*latam aiunt partem mon*tis, qui ob ſepultam *Tarpeiam ibi virginem quæ* eum montem Sabinis *prodere pacta erat*, *ita* nominatus eſt. vel *ab eo*, *quod quidam nomine* L. Tarpeius Romulo *regi cum propter rap*tas virgines adverſ*aretur*, *in ea parte*, *qua ſa*xum eſt, de noxio pœna *ſumpta*, *Tarpeium dictum*, noluerunt funeſtum locum *cum altera parte* Capitolii conjungi.

Scævam volgus quidem & in bona, & in mala re vocat: cum aiunt bonam, *&* malam *ſcævam*. *at ſcriptores* in mala pon*ere conſueverunt*, *ut* apud Græcos *invenitur poſitum*. pro ſiniſtro ſcæ*vum uſurpavit Ho*ſtius in belli Hi*ſtrici libro* . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . ſentit ſcæ*vum* . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . obit penitus . . . . . . . . . . . .

Scæva res dicitur, mala, quaſi ſiniſtra. σκαιὸν enim Græce ſiniſtrum dicitur. PAULUS.

Scandaluca genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut hedera implicando necat.

Scandu*laca genus herbæ frugibus* inimicæ, quod eas *velut edera implicando* necat. FESTUS.

Scaptenſula locus ubi argentum effoditur in Macedonia dictus à fodiendo. namque PAULUS.

## NOTÆ.

*cere*. Serv. 3. Æneid. *Sane ſciendum*, inquit, *ſacrificantes diis omnibus caput velare conſuetos ob hoc, ne ſi inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio videretur, quia Saturno capite velato ibi cernitur.* Metelli Pontificis Maximi meminit Macrob. lib. 3. cap. 13. C. vero Claudii Auguris Livius lib. 45. *Augur C. Claudius Mortuus, Creatus T. Quinctius.* Quod autem inaugurationi ejus qui augur creatus eſſet, alius augur adeſſe ſolitus ſit, & Feſti verba, & verba Metelli hujus confirmant quæ ſunt in indice 4. apud Macrob. quibus inaugurationem Lentuli Flaminis Martialis ita deſcribit: *A. D. 9. Kal. Sept. quo die Lentulus Flamen Martialis inauguratus eſt, domus ornata fuit, triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt, duobus tricliniis Pontifices cubuerunt, Q. Catulus, M. Æmilius Lepidus. D. Silanus C. Cæſar rex Sacrorum. Pub. Scævola. Sext. Pub. Cornelius. Pub. Volumnius. Pub. Albinovanus. & L. Julius Cæſar augur qui eum inauguravit.* De hujuſmodi inauguratione ita Liv. lib. 27. *L. Aquilius Augur creatus inauguratuſque.* Et lib. 30. *Fabius Maximus Augur annos 42. &c. In ejus locum inauguratus Q. Fabius filius.* Sueton. in Caio cap. 12. *Deinde Augur in locum fratris ſui Druſi deſtinatus priuſquam inauguraretur, ad Pontificatum traductus eſt.* De Claudiæ familiæ ſacris vide, ſupra *propudianus porcus.*

*Saxum Tarpeium.*] Priorem Feſti ſententiam Varro lib. 4. *Hic mons*, inquit, *ante Tarpeius dictus à virgine Veſtali Tarpeia: quæ ibi ab Sabinis necata armis, & ſepulta. Ejus nominis monimentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes Tarpeium appellatur Saxum.* Alii à duce Tarpeio dictum putant. Propert. eleg. 4. lib. 4.

*A duce Tarpeio mons eſt cognomen adeptus.*

*Dacerius.*

Ante *Scævam.*] Saxum Tarpeium, de quo Dionyſ. & Livius ſcripſerunt, à Tarpeia L. Tarpei filia, quam multi ferunt, Sabinis Capitolii arcem prodidiſſe. quod Dionyſio non probatur. De ſaxo autem dejiciebantur inſigni aliquo crimine damnati: eaque de cauſa, ut locus funeſtus cum reliqua parte Capitolii non erat conjunctus. Vide Tarpeiæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Scæva.*] Ait videri dictum à Græcis, qui ſcævum ſiniſtrum dicunt. ad quod Hoſtium in quodam libro belli Hiſtrici teſtem producebat. Varro: nequid obſit bonæ Scævæ cauſſa. inde Scævola appellatus: ab Scæva, id eſt ſiniſtra, quod quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. à quo dicuntur comitia, aliudve, quod fit ave ſiniſtra, Scæva. id à Græco. quod hi ſiniſtram vocant σκαιάν. Gloſſarium: ἀριστερὰ χείρ. Plautus: *Caninam ſcævam ſpero meliorem fore. Joſ. Scaliger.*

*Scævam volgus.*] *Scæva* à *ſcævus*, quod à σκαιὸς, *ſiniſter*, & inde *ſcæva*, vel in bonam, vel in malam partem ducitur, quod Romanis *ſiniſtra*, Græcis vero & barbaris *dextra* fauſta ſint. Tullius 1. de divinat. *Haud ignoro quæ bona ſunt, ſiniſtra nos dicere, etiam ſi dextra ſunt, ſed noſtri ſiniſtrum nominaverunt, externique dextrum, quia plerumque melius id videbatur.* Igitur cum *ſcæva* aut *ſiniſtra*, pro inauſpicatis & infauſtis apud Scriptores Romanos reperias, ut apud Ovid.

*Di procul à nobis omen removete ſiniſtrum.*

Id ex imitatione Græcorum factum dicas neceſſe eſt.

*Scandaluca.*] Quod ſcandendo fruges necat. Vulgo *orobanche*. Turnebus legit *ſcandulata*.

*Scaptenſula.*] Lege: *Scapteſula*, σκαπτησύλη Stephano & Plutarch. qui in Thracia, non in Macedonia ponunt. Apud Lucret. *Scapteſyla* nomen generale eſt τῶν μεταλλείων, ſeu fodinarum metallariarum, nempe materia foſſilis: vocamus *terre de mine*, σκάπτειν *fodere* & ὕλη *materia.*

Græce σκάπτειν effodere dicitur. Lucretius: Quales exſpiret ſcaptenſula ſubter odores.

FESTUS. Scapten*ſula*, *locus ubi argentum effoditur* in Macedonia *ita dictus à fodiendo*, quod eſt Græce *σκάπτειν*. *Lucretius*, *qua*lis exſpiret Scap*tenſula ſubter odores*.

PAULUS. Scaptia tribus à nomine urbis Scaptiæ appellatur.

FESTUS. *Scaptia tribus à no*mine urbis Scaptiæ *appellata, quam Pedani* incolebant.

PAULUS. Scelerata porta, quæ & Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam ſex & trecenti Fabii cum clientium millibus quinque egreſſi adverſus Etruſcos, ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti.

FESTUS. Scele*rata porta eadem appellatur* à quibuſdam, *quæ & Carmentalis dicitur*, quod ei proximum Car*mentæ ſacellum fuit. Sce*lerata autem, quod per eam *ſex & trecenti Fabii cum* clientium millibus *quinque egreſſi aduerſus* Etruſcos, ad amnem *Cremeram omnes ſunt inter*fecti. qua ex cau*ſa factum eſt, ut ea porta in*trare, egredive *omen habeatur*.

Sceleratus campus app*ellatur prope portam* Collinam, in quo virgine*s veſtales, quæ inceſtum* fecerunt, defoſſæ ſunt *vivæ*.

## NOTÆ.

*Scaptia tribus.*] Meminit Liv. lib. 8. ſect. 17. *Eodem anno cenſus actus, novique cives cenſi, tribus propter eos addita Mæcia & Scaptia. Cenſores addiderunt Q. Publilius Philo. Sp. Poſthumius.* Ob Pedanos civitate receptos tribus addita Scaptia. Scaptiam urbem in Latio numerat Plin. *Dacerius.*

*Scelerata.*] Scelerata porta appellatur à quibuſdam Carmentalis, qui norunt, quod ei proximum Carmentæ ſacellum fuit. Scelerata autem, quod per eam ſex & trecenti Fabii cum clientium millibus quinque egreſſi adverſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti. qua ex cauſſa per eam portam intrare egredive nefas habetur. Ovidius:

*Ire per hanc noli, quiſquis es: omen habet.*

Et:

*Porta vacat culpa: ſed tamen omen habet.*

*Joſ. Scaliger.*

*Scelerata porta.*] Vide *Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi.* Cæterum hic *ſcelerata* eſt *infelix*, *infauſta*. *Scelus* enim eſt infelicitas. Hoc dico quia in hac voce exponenda à quibuſdam peccatum eſt. *Dacerius.*

*Sceleratus.*] Sunt hic quædam, quæ ad aliud verbum pertinent, quod adhuc quæro. *Ant. Auguſtinus.*

*Sceleratus campus.*] Liv. lib. 8. ſect. 15. *Eo anno Minutia Veſtalis, ſuſpecta primo propter mundiorem juſto cultum, inſimulata deinde apud Pontifices ab indice ſervo, quum decreto eorum juſſa eſſet ſacris abſtinere, familiamque in poteſtate habere, facto judicio viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa ſcelerato campo. Credo ab inceſto id ei loco nomen factum.* Vide Dionyſ. & Plutarch. *Dacerius.*

*Sceleratus campus.*] Infra: *Sacellum, quod puteal appellatur, antea atria, fecit Scribonius, cui negotium datum fuerat, ut conquireret ſacella, atque illud conſecravit. Quia in eo loco fulguritum ſacellum fuit, quod ignorarent fulgur conditum. quod nefas eſt integi, ſemper foramine aperto cœlum patet.* vix eſt ut non ita ſcripſerit Feſtus. Nam cur puteal Libonis diceretur, niſi quia conditum à Scribonio Libone? cum ob neglectam bidentalium & locorum fulguritorum religionem iram deorum vererentur incurrere Romani: videtur ex relatione Pontificum negotium datum Scribonio Liboni à ſenatu, ut diligentiſſime conquireret ſacella. Erant autem ſacella non ſemper alicujus Dei, ſed ſæpius fulguris. unde omnia ſacella aperto tecto fuiſſe ſupra relatum eſt. Puteal autem impoſitum fuiſſe, loco ſacro conditis ibi fulguribus ex Plinio ſupra in Navia ficu retulimus, & nunc cauſſa patet quare puteal Libonis dicatur. At in numiſmatis Libonis non ſacellum, ſed ara eſt. cui rei fidem facit etiam Dionyſius, qui ait *βωμὸν* ſuperimpoſitum ei loco fuiſſe. ſed, ut apparet, non tantum illa ara, ſed etiam ſacellum puteal dictum eſt. ob id, puto, quia incertum erat ubi condita erant fulmina. ſane non aliter poſſum animum inducere, quin Feſtus ita, ut poſuimus, ſcripſerit. Duo ſunt: quæ te admonitum velim, unum: puteal non eſſe tribunal prætoris, ut voluerunt quidam, nam tribunal gradus habebat. Propterea tribunal præſidis *βαθμοὶ* vocatur à S. Luca in Actis Apoſtolorum, & λιθόστρωτον ab eadem mente in Evangelio. Alterum eſt, non eſſe eam aram, quæ Symmachi & Chriſtianorum Ambroſii, Prudentii, aliorumque contentionib. exagitata eſt. Quod quidam ſciolus in libris ſuis Variorum notavit. Id tamen tam falſum eſt, quam illud, quod addit, in puteali jurari ſolitum fuiſſe. Imponit omnibus Acro male intellectus, qui dixit tribunal prætoris ad puteal fuiſſe: non autem puteal fuiſſe tribunal prætoris. *Joſ. Scaliger.*

*Scri-*

Digitized by Google

*Scribonianum* appellatur ante atria *puteal quod fecit* Scribonius, cui negotium da*tum à* Senatu *fuerat*, *ut* conquireret ſacella at*tacta*, *iſque illud* procuravit. quia in eo loco *attactum fulgure* ſacellum fuit. quod ignora*retur autem ubi eſſet* (ut quidam) fulgur conditum, *quod cum ſcitur*, *ne*fas eſt integi, ſemper forami*ne ibi ap*erto cœlum patet.

Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Veſtales PAULUS.
quæ inceſtum fecerunt, vivæ defoſſæ ſunt.

Sceleratus vicus Romæ appellabatur, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum

## NOTÆ.

*Scribonianum appellatur.*] De Puteali dictum eſt in *Navia ficus*. Nunc cauſſa patet cur puteal Libonis dicatur Horatio, nimirum quia illud procuravit Scribonius Libo, cum ob neglectam bidentalium & locorum fulguritorum religionem iram Deorum vererentur incurrere Romani. Videtur ex relatione Pontificum negotium datum Scribonio Liboni à Senatu ut diligentiſſime conquireret ſacella. Erant autem ſacella non ſemper alicujus Dei, ſed ſæpius fulguris; unde omnia ſacella aperto tecto fuiſſe ſupra relatum eſt. Puteal autem impoſitum fuiſſe loco ſacro conditis ibi fulguribus ex Plinio ſupra in Navia ficu retulimus. Et nunc cauſſa patet quare puteal Libonis dicatur. At in numiſmatis Libonis non ſacellum, ſed ara eſt, cui rei fidem facit etiam Dionyſius qui ait βωμὸν ſuperimpoſitum ei loco fuiſſe. Sed, ut apparet, non tantum illa ara, ſed etiam ſacellum puteal dictum eſt, ob id puto, quia incertum erat ubi condita erant fulmina. Duo ſunt quæ te monitum velim. Unum, puteal non eſſe tribunal prætoris, ut voluerunt quidam. Nam tribunal gradus habebat: propterea tribunal præſidis βαθμοὶ vocatur à S. Luca in actis Apoſtolorum, & λιθόστρωτον ab eadem mente in Evangelio: Alterum eſt, non eſſe eam aram quæ Symmachi & Chriſtianorum Ambroſii, Prudentii aliorumque contentionibus exagitata eſt. Quod quidam ſciolus in libris ſuis Variorum notavit. Id tamen tam falſum eſt quam illud quod addit, in puteali jurari ſolitum fuiſſe. Imponit omnibus Acro male intellectus, qui dixit Tribunal Prætoris ad puteal fuiſſe, non autem puteal fuiſſe tribunal prætoris. *Scalig.* Sed perperam Scaliger qui cum ſuperioris ævi doctis omnibus putat Libonis puteal idem eſſe cum puteali quod Cicero in comitio dicit impoſitum ei loco ſub quo defoſſa fuit novacula Navii. Utrumque enim plane diverſum. Puteal comitii prope curiam fuit. Puteal Libonis prope atrium Minervæ. Illud gladiatorio munere Divi Julii ſublatum. Iſtud uſque ad extrema Romani imperii tempora duraſſe ex Pub. Victore & ex Perſii ſcholiaſte colligere eſt. Vide Salmaſ. in Solin.

*Ut conquireret ſacella.*] Fulv. Urſinus legebat, *ut coinquiret ſacella*. Id eſt purgaret, procuraret. Male. Negotium, ab ſenatu datum fuerat Scribonio ut conquireret ſacella, id eſt ut loca quæ fulgure tacta fuerant, diligenter perquireret. Is igitur comperit locum ubi fulgur olim conditum fuerat quod ignorabatur, adeoque ut religionem loci inſtauraret, puteal imponendum curavit, quod *puteal Libonis* dictum eſt. Puteal autem hic nihil aliud eſt quam lapis pertuſus, qui fulguritis locis imponebatur quia ubi fulgur conditum, locum integi nefas eſſet, cumque foramine deſuper aperto eſſe oporteret.

*Quod ignoraretur.*] Hæc pendent à ſuperioribus. Ait Feſtus negotium à Senatu datum fuiſſe Scribonio ut conquireret ſacella attacta, vel quia in eo loco ubi poſtea puteal fuit, jam ſciebant ſacellum fuiſſe. Vel ut alii dicunt, quod ignoraretur ubi fulgur conditum fuerit. Et ideo fieri poſſet ut locus contra religionem tegeretur: nefas enim fulguritum locum integi, quare cum ſcitur, foramine aperto ſemper ibi cœlum patet. Hæc eſt vera hujus loci expoſitio.

*Fulgur conditum.*] Fulgur condere dicebantur Augures ſive Pontifices cum reliquias fulguris condebant, defodiebant. Vetus interpres Juvenal. ad illum verſum:

*Atque aliquis ſenior qui publica fulgura condit.*

*Condi fulgura dicuntur*, inquit, *quotieſcumque Pontifex diſperſos ignes in unum redigit quadam tacita ignorataque prece, & locum aggeſtione conſecratum it.* Citat deinde Lucani verſus notiſſimos. Sed illud ridiculum de ignibus fulminis diſperſis colligendis. Quod poetice dictum reor à Lucano. Per ignes autem diſperſos fulminis intelligo res quaſcumque tetigit & ambuſſit ignis aut ſcidit, & quocumque alio modo violavit. Sic ex quodam Pauſaniæ loco lib. 1. Eliac. colligo res fulguritas in urna impoſitas apud Græcos condi ſolitas fuiſſe & operculo tegi. At vetus interpres Perſii aliter exponit hanc fulguris condendi rationem. *In uſu*, inquit, *fuit ut Augures, vel Aruſpices adducti de Etruria certis temporibus fulmina transfigurata in lapides infra terram abſconderent, cujus in patratione rei oves immolabantur.* Lego: *cujus impetratione rei, &c.* Salmaſ. in Solin.

Vide *Sacella*. ubi lege. *ſæpius erant fulguris*, pro *fulgurita*.

*Sceleratus vicus.*] Varr. lib. 4. *Prope hunc, vicum Cyprium, vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore, quod ibi cum jaceret pater* occi-

curaſſet Servium Regem ſocerum ſuum, corpus ejus jacens filia carpento ſupervecta ſit, properans in poſſeſſionem domus paternæ.

FESTUS. Sceleratus *vicus appellabatur Romæ* quod cum Tarquinius Superbus interfici*endum cura*ſſet Ser. Tullium Regem ſoc*erum ſuum*, *corpus ejus jacens filia carpe*nto ſupervecta eſt, pro*perans in poſſeſſionem* domus paternæ.

Scena ab aliis, à quibuſdam ſacena appellatur dolabra pontificalis.

PAULUS. Scena, ſive ſacena, dolabra Pontificalis.

FESTUS. Scenam genus *fuiſſe cultri* manifeſtum eſt, ſed utrum ſecuris, an dolabra ſit, ambigitur. quam Cincius in libro, qui eſt ei de verbis priſcis, dolabram ait eſſe Pontificiam. Livius in Lydio: corruit, quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus.

Scenſas *antiqui dicebant*, *quam* nunc cenas, quæ autem *nunc prandia pro cœnis* habebant; & pro cenis *veſpernas appellabant.*

PAULUS. Scenſas Sabini cenas dicebant. quæ autem nunc prandia ſunt, cenas habebant, & pro cenis veſpernas appellabant.

Schedia genus navigii inconditum, id eſt, trabibus tantum inter ſe nexis factum. unde mala poemata ſchedia appellantur.

FESTUS. *Schedia* genus navigii *inconditi trabib. tantum inter* ſe connexis facti, *quo mercimonia circum*ferunt poſt amiſſam *navem. Unde ſchedia uſ*us quoque poemata *dicit*, *&* *verſus*, *non ſa*tis perfecti qui eſſent, *appellavit ſchedi*um *cum* dixit, qui ſchedium facit *inconditum & inelaboratum.*

Schœniculas app*ellare videtur mere*trices Plautus propter uſum un*guenti ſchœni*, quod

## NOTÆ.

*accisſus, ſupra eum ut mitteret carpentum mulio, juſſit.* Vide Liv. lib. 1. ſect. 48.

*Scenam.*] Lege infra: *qui eſt* 11. *de verbis priſcis*, *&c.* Ex notis 11. imperiti librarii fecerant *ei*: de *ſcena* nil alibi me legere memini. *Dacerius.*

*Scenſas.*] Miror huc tranſlatum, cum certum ſit non ſcænas, ſed ceſnas dixiſſe. unde ſiliceſnium: poſtea ſilicernium. *Joſ. Scaliger.*

*Scenſas.*] Scaliger legendum putat, *ceſnas*, unde *ſiliceſnium*: poſtea *ſilicernium*, ut *Valeſii*, Valerii, &c. Sed ſi quid temere mutandum ſit, malim legere, *ſceſnas*. Propius ad veterem ſcripturam *ſcenſas*, id quod & doctiſſ. Voſſio video placuiſſe.

*Quæ autem nunc prandia, pro cœnis habebant.*] Vide quæ in voce *cœna* dicta ſunt. Inde apud Terent. *ad cœnam venias.* Id eſt ad prandium.

*Schedia.*] Subintelligitur *navis*. Schedia navis ſubito compacta à Græco σχεδὸν prope, unde σχέδιον, vocatur quidquid ſubito & tumultarie factum eſt. Euſtath. p. 516. Edit. Rom. τὸ σχεδὸν ἀεὶ παρ' Ὁμήρῳ, ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς λαμβάνεται· ἀφ' οὗ καὶ σχεδία ἡ δι' ὀλίγου συμπαγεῖσα ναῦς καὶ σχέδιον τὸ αὐθωρόν. Hoc eſt, σχεδὸν, *ſemper apud Homerum ſignificat prope, unde & ſchedia dicitur navis ſubito compacta, & ſchedium ſubitaneum.*

*Unde ſchedia uſus.*] Optime ſchedæ: *Unde Lucilius quoque.* Ad illud Lucilii reſpexiſſe videtur Petron. *Sed ne me putes*, inquit, *improbaſſe ſchedium Lucilianæ improbitatis, quod ſentio & ipſe carmine effingam.* *Dacerius.*

*Schœniculas.*] Plautus in Nervolaria apud Varronem lib. 6. de Ling. Lat. *Diobolares, ſchœnicula, miracula. Schœnicula*, inquit, *ab ſchœno nucario unguento.* Ita enim arbitror illic ſcribendum eſſe. *Miraculas* autem à miris, id eſt monſtris interpretatur. Credendum eſt hæc Plauti verba Feſtum etiam retuliſſe. & poſtea ex Pœnulo ejuſdem: *Proſedas, piſtorum amicas reliquias halicarios. Miſeras, ſchœno delibutas, ſervilicolas ſordidas.* *Ant. Auguſtinus.*

*Schœniculas.*] Ex Clitellaria Plauti duos hos verſus citabat Feſtus:

*Diobolares, ſchœnicola, miracula,*
*Cum extritis talis, cum todellis cruſculis.*

Vide tertium Conjectaneum. *Joſ. Scaliger.*

*Schœniculas.*] Idem Varro lib. 6. de L. L. *Diobolares, ſchœnicula, miracula. ſchœnicula, ab ſchœno nugario unguento.* Ego vero niſi intercederet Feſti, & Varronis autoritas, crederem Plautum meretrices *ſchœnicolas*, vel ſchœniculas dixiſſe, quod in ſegetibus & χοίνοις uſque eſſent, quod χοίνας, perpetuo colerent. Et infra *ſchœno delibuta*, quod χοίνας olerent. Niſi potius ſchœnicula male ſcriptum ſit pro *ſcœnicula* à *cœno*. Cœnum enim Sabinis *ſcœnum*, ut ſcœna, pro Cœna ſupra apud Feſtum.

*Diobola-*

Digitized by Google

eſt peſſimi generis, itaque *dixit Diobolares, ſchœniculæ, miraculæ* cum extritis *talis, cum todellis cruſculis* idem proſedas, piſtorum *amicas, reliquias halicarias* miſeras ſcheno dili*butas, ſervilicolas, ſordidas.*

Schœniculæ appellantur meretrices, propter uſum unguenti ſchœni, quod eſt peſſimi generis. PAULUS.

Scholæ dictæ ſunt ex Græco χολάζω, à vacatione, quod ceteris rebus omiſſis, vacare liberalibus ſtudiis pueri debent.

Scholæ dictæ ſunt non ab otio, ac vacatione omni, ſed quod ceteris rebus omiſſis, vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. ut etiam ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fug*iant pueri ſuo fungi mu*nere. FESTUS.

Scirpus eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur leve, & procerum, unde tegetes fiunt. inde proverbium eſt in eas natum res, quæ nullius impedimenti ſunt, in ſcirpo nodum quærere, Ennius: Quærunt in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum. & Plautus in Aulularia: quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpo induetur ratis. Novius in Phœnicis: ſume arma, id eſt an occidam clava ſcirpia.

Sciſcito, ſententiam dico. PAULUS.

Scita plebei appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante.

Scitum populi *dicebatur quod ſine plebe cun*ctus patricius *ordo, rogante patricio ſuis ſuffragiis* juſſit. *quod autem aliquo interrogante* ex patribus, & *plebe ſuffragante ſcitum* FESTUS.

## NOTÆ.

*Diobolares.*] A binis obolis Pacuvius.

——— ——— ——— *Non ego ita fui*
*Uti nunc ſunt meretrices, diobolares ſuam*
*Quæ nummi cauſſa parvipendunt gratiam.*

*Miraculæ.*] Vide *miracula.*

*Cum extritis talis cum todellis cruſc.*] Vide quæ in voce *crocotilum* dicta ſunt. Vide & *ſuccrotilæ.*

*Alicarius reliquias.*] Reliquias alicariorum. Vide *Alicaria.*

*Servilicolas.*] Hoc eſt quod idem ibidem ſubjicit.

*Servolorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.*

*Dacerius.*

*Scholæ.*] Auſonius aliter:

——— *Graio ſchola nomine dicta eſt,*
*Juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis.*

In fine lego: ne triſti aliquo nomine fugiant ſuo fungi munere. *Joſ. Scaliger.*

*Scholæ dictæ ſunt non ab otio.*] Imo ab otio, χολὴ enim otium, nimirum quia otio opus iis qui ſtudiis vacant. Auſon. Idyll. 32.

——— ——— *Graio ſchola nomine dicta eſt*
*Juſta laboriferis tribuantur ut otia muſis.*

Sic *ludus* non per antiphraſin ut vult Feſt. Sed quod ſtudium literarum liberalis ingenii ludus ſit. *Dacerius.*

*Scirpus.*] In veteri libro eſt hoc loco: *Sex. Pompei Feſti de verborum ſignificat. lib.* 18. *Incipit lib.* 19. *ſcriptum eſt* &c. alias *Scirpus:* Plaut. *Scirpea inducitur ratis.* vel, ut vult Faernus, *induitur.* propter verſum. *Ant. Auguſtinus.*

*Scirpus.*] Σχοῖνος, juncus, & inde natum proverbium, *in ſcirpo nodum quærere,* quia nihil rectius eſt, & enodius junco.

*Quaſi pueri.*] Vide in voce *nare.*

*Sume arma, id eſt.*] Optime hunc Novii verſum emendavit Voſſ. *Sume arma. Quid eſt? an occidam clava ſcirpea.* Alii: *Sume arma. Tydea n' occidam clava ſcirpea?*

*Sciſcito, ſententiam dico.*] Lego: *Sciſcito, ſententiam dicito.* Ex ipſomet Feſto in *Niquis ſcivit.* Nam *ſciſcito,* inquit, *ſignificat ſententiam dicito, ſuffragium ferto.*

*Scita plebei.*] Plebeiſcita, vel plebiſcita. Ea ſunt quæ tributis tantum comitiis plebs ſcivit, tribuno plebis rogante. Liv. lib. 26. Id *apud majores noſtros in Sutrianis factum eſt, cum defeciſſent, ut M. Antiſtius Tribunus plebis, prius rogationem ferret, ſciretque plebs, uti ſenatui, de Sutrianis, ſententiæ dicendæ jus eſſet.* Vide infra & in *populi commune. Dacerius.*

*Scitum populi.*] Pro plebiſcito, vel potius pro lege dictum eſſe veriſimile eſt. nam plebis appellatione neque patricii, neque ſenatores continentur: cum ii in populo ſint. Quod igitur patricio interrogante populus ſuis ſuffragiis juſſit, ſcitum populi dicetur: quod vero Trib. pleb. rogavit plebem; id plebiſcitum eſt. Scitus etiam peritus à poetis dictus eſt: & bona

Qqq

*eſſet*, *id* jam leges ſcrip*tæ dicebantur*. *Sed illud plebeiſci*tum eſt, quod TR. PL. *ſine patriciis plebem* rogavit, id eſt, con*ſuluit*, *plebeſque ſcivit:* plebes autem eſt *omnis populus præter ſenatores & præter* patricios.

*Scita facie*, pro bona facie, alias bonis *pro ſcitis à* poëtis uſurpantur. *Terentius in Phormione* ſatis, inquit, ſcita & *Heautontimoru*meno. At ſi ſcias, quam ſcite *in mentem venerit*, ut Ennius in libro ſexto: Lumen . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ſcitus agaſo.

Scorta appel*lantur meretrices ex conſue*tudine ruſticorum *qui*, *ut eſt apud Atellanos an*ti*quos* ſolebant di*cere ſe attuliſ*ſe *pro ſcorto* pelliculam, omnia *namque ex pellibus facta*, *ſcortea* appellantur, *& Scortes id eſt pelles teſtium Arieti*norum ab iſdem *ſcorteis pellibus*, I*dem Verrius dictas* eſſe ait.

PAULUS. Scorta appellantur meretrices quia, ut pelliculæ, ſubigantur. omnia namque ex pellibus facta ſcortea appellantur. Scortes, id eſt pelles teſtium arietinorum ab eiſdem pellibus dictæ.

Scorteum pelliceum, in quo ſagittæ reconduntur, appellatum ab eadem cauſa, qua ſcortum. σκύτος enim Græce pellis dicitur. unde ſcuticæ. & ſcuta, quia non ſine pellibus ſunt.

FESTUS. *Scorteum ab eadem cauſa qua ſcort*um vocabatur *pelliceum*, *in quo ſagittæ* reconduntur, ab eo *quod ex pellib. factum eſt*, quia pellibus nomen à σκύτος *quod pellis. Unde* ſcuticæ, & ſcuta, *quia non ſine pellibus ſunt.*

Scraptæ dicebantur nugatoriæ, ac deſpiciendæ mulieres, ut ait Verrius ab iis, quæ ſcrea iidem appellabant, id eſt quæ quis excreare ſolet quatenus id faciendo ſe

## NOTÆ.

bona facie puer, & puella ſcita. Teren. in Andria: *Perecaſtor ſcitus eſt puer natus Pamphilo.* Idem in Phor. *Satis*, inquit, *ſcita eſt.* & in Heautont. *At ſi ſcias, quam ſcite in mentem venerit.* Hæc vel his ſimilia Feſtus ſcribit. *Ant. Auguſtinus.*

*Scitum populi.*] Cum ait Feſt. Scitum populi eſſe quod rogavit magiſtratus patricius vel Prætorem, vel Conſulem, vel Dictatorem, vel Interregem, vel Decemviros, vel Tribunos militum intelligendum eſt. De ſcitis populi & plebiſcitis. Vide in *populi commune*. Et ſupra in *ſcitum pleb.* Verum eſt quod addit Feſt. Quod aliquo interrogante ex patribus & plebe ſuffragante ſcitum eſſet, id tum legem ſcriptam dictum fuiſſe, lex enim proprie dicebatur quod Populus Romanus comitiis vel centuriatis, vel tributis, vel curiatis uno aliquo è magiſtratibus majoribus interrogante veluti conſule conſtituebat. Juſtin. §. 4. De jure natu.

*Scita facie.*] Quæ in fine aſteriſcis notata relicta ſunt, in iis nocturnum iter conſulis vel alius cujuſdam autoritate præditi deſcribebat Ennius, cui agaſo prælucebat, Luminibus enim & facibus in conficiundis nocturnis itineribus veteres utebantur. *Dacerius.*

*Scorta.*] Viden. Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Scorta appellantur.*] Varr. lib. 4. *Scortari eſt ſæpius meretriculam ducere, quæ dicta à pelle. Id enim non ſolum antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcortea ea quæ ex corio & pellibus ſunt facta. Inde in aliquot ſacris ac ſacellis ſcriptum habemus, ne quid ſcorteum adhibeatur, ideo ne morticinum quid adſit. In Atellanis licet animadvertere ruſticos dicere ſe adduxiſſe pro ſcorto pelliculam.*

*Scorteum.*] A Græco χόριον *ſcrutum*, *ſcrotum*; & *ſcrautum*. Feſt. *Scrautum pelliceum.* ita legendum olim judicavi ſola conjectura ductus, quam poſtea mihi ſtabilivit codex vetus V. CL. Joſiæ Merceri, qui fuit olim Danielis, *ſcrautum*, inquam, habet non *ſcroteum*, ut vulgo legitur, ſed verum *ſcrautum* eſſe ex Græco σγωρυτός. At *ſcrautum* pro *ſcrotum*, ut *aurichalcum* pro *orichalcum*, &c. Salm. in Solin. Sed *ſcorteum* plane Schedæ: neque dubito eam eſſe veram lectionem. Scorteum autem ideo pharetra vocabatur quia omnia quæ ex corio fiebant & pellibus, ſcortea dicta ſunt. Verum quidem eſt *ſcrautum*, dictum fuiſſe Gloſſ. Philoxeni *ſcrautum*, θήκη δερματίνη βελῶν. Id eſt, *theca pellicea ſagittarum.* Sed *ſcrautum* pro *ſcrotum*, quod pro *ſcortum.* Ut ſupra; contra quod viris doctiſſimis viſum eſt.

*Scrapta dicebantur.*] Apud Varronem legitur *ſcrancia*, vel ut in nonnullis *ſcracia*, & *ſcractia*, apud Nonium *ſcrapta*. Scraptæ autem, vel ſcractiæ Scalig. deducit ab antiquo *ſcracere*, hoc eſt *excreare*. Plaut. in Nervolaria.

*Scrapta*,

Digitized by Google

purgaret. Titinius in Prilla: rectius mecaſtor, Piculetæ Poſtume Lectum hodie ſtratum vidi ſcraptiæ muli. . . . . . . . . . . .

Scraptæ nugatoriæ, ac deſpiciendæ mulieres. PAULUS.

Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poëtas vocabant; at nunc dicuntur FESTUS. ſcribæ quidem librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. itaque, cum Livius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod à virginibus eſt cantatum, quia proſperius reſpublica populi Romani geri cœpta eſt, publice adtributa eſt (&) in Aventino ædis Minervæ, in qua liceret ſcribis, hiſtrionibuſque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Livii, quia is, & ſcribebat fabulas, & agebat.

Scriptum lapidem eſſe ait, & ita vocari, Antiſtius Labeo in agro Menullino, ubi divinam rem facerent.

Scripturarius ager publicus appellatur, in quo, ut pecora paſcantur, certum æs eſt. quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore.

Scrupi dicuntur aſpera ſaxa, & difficilia attrectatu. unde & ſcrupuloſam rem dicimus, quæ aliquid in ſe habet aſperi. PAULUS.

*Scrupi dicuntur aſpera* ſaxa & difficil*ia, petræ etiam attrectari* inſuetæ aut *nauffragiorum polluta ſ*celere. Ennius in *Ardromacha; Scrupeo inve*ſtita ſaxo, atque hos*treis, quam excaprent* unde. ſcrupuloſam *rem dicimus quæ aliquid habet in* ſe aſperi: Corne*lius Siſenna Hiſtoriarum lib.* IIII. Hic tum injectus *eſt levis ſcrupulus* & quædam dubitatio. FESTUS.

Scurræ vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Græco tractum ait, quod eſt σκυῤῥάζειν; aut à ſequendo: cui magis adſentitur, quod & tenuioris fortunæ homines, & ceteri alioqui, qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere,

## NOTÆ.

*Scraptæ, ſcrupedæ, ſtrictivellæ, tantulæ.*

Turnebus vero *ſcraciæ* amplectitur, ut ſint quaſi *ſcreaciæ*, hoc eſt, non minus quam ſcrea & ſputa, contemnendæ.

*Rectius mecaſtor.*] Sic diſtinguendum Titinnii diſtichon.

*Rectius mecaſtor Piculetæ poſtuma*
*Lectum hodie ſtratum vidi ſcraptæ mulieris.*

*Scribas proprio nomine.*] Scribæ dicebantur doctores quilibet & viri docti. Ut Græce γραμματεῖς. Sic in ſacris litteris ſcribæ doctores legis. Hoc nomen poſtea datum ſcribis publicis quos vulgo dicimus *notaires*.

*Scriptum lapidem.*] De eo nil alibi me legiſſe memini. Dictus forſan ſcriptus lapis, quod ad eum ſcribæ ſacra facerent, ita ut poſt vocem *ubi* vox *ſcribæ* ponenda ſit. De agro Menullino nil alii ſcriptores.

*Scripturarius ager.*] Populi Romani tria fuere vectigalia: Decima, portorium & ſcriptura. *Decima* quod ex agricultura capiebatur, quia agri publici ea tantum lege aratoribus dabantur, ut decimas populo Rom. penderent. *Portorium* quod ex importatione & exportatione mercium. *Scriptura* denique quod ex pecore. Nam cum ſylvæ eſſent populi Romani, qui in ſylvis publicis pecus paſcebant, numerum pecoris apud Publicanum, qui ſylvas illas redemerat, profitebantur; & contra publicanus in codices eundem numerum referebat, & in ſingula capita certam pecuniam pro paſtione ab aratore exigebat. Et inde ille ager ſcripturarius dicebatur.

*Scrupi.*] Scrupus à Græco σκίρος. Scrupi ſaxa aſpera, invia, naufragiis infamia. Verſum Ennii affert Nonius in ſcapres: *Scrupeo inveſtita ſaxo atque oſtreis quam exceperant.* Feſti ſcriptura propius à vera recedit. Legendum enim ——— *ſcrupeo inveſtita ſaxo atque oſtreis, ſquale ſcapre.* Queritur Andromeda ſe deſertis locis ceto expoſitam, ſaxis aſperis atque oſtreis undique circumdatam, ſquale, ſcabreque & inculta vaſtitudine ut Pacuvius in Teucro. *Dacerius.*

*Scurra.*] Non dubium, quin legendum ſit συγκορεῖν. ut Scurra dictus ſit quaſi *Secura*, aut *Sucura*. Verſus Lucillii mendoſi ſunt. qui fortaſſe ita melius legentur:

*——— ——— Corneliu' Publiu' noſter*
*Scipiades dicto, penituſque intervenit ipſi*
*Molli, & delitiis Luci, effigia, atque cinedo,*
*Et ſectatori adſiduo quo rectiu' dicas,*
*Ibat forte domum, ſequimur multi, atque frequentes.*

 Facetus

Digitized by Google

ſed ſequi ſint ſoliti. quia videlicet dicat Lucilius: Cornelius Publius noſter Scipiadas dicto, tempuſque intorquet in ipſum Oti, & deliciis, luci effictæ, atque cinædo. Et ſectatori adeo ipſi ſuo, quo rectius dicas. Ibat forte domum, ſequimur multi, atque frequentes. Cum ſecutos videri velit, ob eorum jurgia, non ob adſuetum officium.

PAULUS. Scutilum tenue, & macrum, & in quo tantum exilis pellicula cernitur.

FESTUS. Scut*ilum tenue & macrum dicitur ex* Græco. ut cum dicim*us ſcutilum hominem*, exilem aliquem dem*onſtramus in quo pellicula tantum. in* pompa aliud d*icimus Scutilum, ut videatur ſcu*tilum de ſcruti*lo derivatum detrita* r *littera*, *ſitque is*, qui virtute po*teſt ſcrutari. Sed ex Græco nomen factum*, ſcutiloſum cor*iarium ſignificamus.*

PAULUS. Sed pro ſine inveniuntur poſuiſſe antiqui.

Secepiſta cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificeſque ad ſacrificia utebantur. dicta autem eſt ſecepiſta à ſecando.

FESTUS. Secepiſtam eſſe Antiſti*us Labeo ait cultrum* ferreum, oblongum, manu*brio*, *rotundo*,

## NOTÆ.

Facetus poeta ait Scipionem interveniſſe rixæ & dictis neſcio cujus mollis & cinedi, ſectatoris cujuſdam Lucii, atque adeo deliciarum, & imaginis, ac propemodum effigiæ ipſius. Antiqua conſuetudine cum ſcriptum eſſet *efficia*, pro *effigia*, factum, *effícta*. Gloſſarium *Scurram* interpretatur, δρακιςλώ. & *Scurrari*, δρακίζειν. Invenio & *Scurras* κοπρείας dictos. Dio in Pertinace: κοπρείας τινὰς καὶ γελωτοποιὰς αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη, αἰσχίω δὲ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας. Iſidori Gloſſæ: *Scurrula*, *qui incopriat*. Suetonius Claudio: *Interdum ferula flagrove, velut per ludum excitabatur à copreis.* Hæc eſt veterum tam antiquitus excuſorum, quam manu ſcriptorum lectio. Primus Beroaldus Tropeis legit: inepto ſenſu. Turnebus *Copreis* ex veteri codice animadvertit, ignoravit tamen quid eſſent *Coprei*: & ut ſententiam ſuam adſtruat, interpunctiones turbat, ac confundit. Atqui *Coprei*, nihil aliud quam Scurræ, qui per ludum excitabant eum. Cui enim alii impune licuiſſet, niſi ſcurris? *Joſ. Scaliger.*

*Cornelius Publius.*] Verſus Lucilii, qui in mendo ſunt, ſic emendavit Scaliger.

*——— ——— ——— Corneliu' Publiu' noſter*
*Scipiades dicto penituſque intervenit ipſi*
*Molli, & deliciis Luci, effigia atque Cinædo,*
*Et ſectatori aſſiduo quo rectiu' dicas,*
*Ibat forte domum, ſequimur multi atque frequentes.*

Facetus poëta ait Scipionem interveniſſe rixæ & dictis neſcio cujus mollis & cinædi, ſectatoris cujuſdam Lucii, atque adeo deliciarum, & imaginis, ac propemodum effigiæ ipſius. Antiqua conſuetudine cum ſcriptum eſſet *efficia* pro *effigia*, factum *effícta*.

Hæc Scaliger. Verum idem Scaliger ut in ſuis ad Lucilium notis monuit doctiſſimus Douza, hanc ſuam tertii verſus emendationem verſo ſtilo confodit, in ejuſque locum ſubſtituit.

*Molli & deliciis & Lucifuga, atque cinædo.*

Scriptum enim fuiſſe autumabat, Lucifucæ pro *Lucifuga*, more antiquo.

*Scutilum.*] Senſus eſt: ſcutilus dicitur homo macer qui totus pellis eſt, nam σκύτος pellis. At in pompa triumphali ſcilicet Manducus homo ſcutilus dici videtur, quaſi ſcrutilus qui poteſt ſcrutari. Et ſi ibi etiam nomen Græcum eſt σκύτιλος à σκύτος, quia homo ille nihil aliud erat quam pellis. Vide *manducus*, *citeria*, & *petreia*.

*Sed pro ſine.*] Docti viri emendant *ſe*, quia ſcilicet videbant *ſe dolo malo* dici. Verum tamen *ſed* pro *ſine* veteres dicebant. Cujus rei fidem fecerit vetuſtiſſima lex, quæ extat in Bibliotheca regia: EI. PRIMO. QUOQUE. DIE. QUÆSTOREM. SOLVERE. JUBETO. QUÆSTORQUE. EAM. PECUNIAM. EIS. SED. FRUDE. SUA. SOLVITO. Item in columna Duillia, ſemper legitur. ALTOD. MARID. DICTATORED. Vide in *ſuadted*. Quare nil mutandum. Scal.

*Seceſpitam.*] Priorem notionem iiſdem verbis Servius lib. 4. Æneid. —— *Seceſpita autem*, inquit, *eſt culter oblongus ferreus, manubrio eburneo rotundo, ſolido, vincto ad capulum argento, auroque, fixo clavis æneis, quo Flaminicæ virgines pontificeſque ad ſacraria utuntur, eaque jam ſacra eſt Appellatur autem ſeceſpita à ſecando.* Sueton. Tib. cap. 25. *Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita, plumbeum cultrum ſubjiciendum curavit.* Altera notio eſt cum ſeceſpita ſumitur pro reticulo æneo ſive cancellis,

*eburneo*, ſolido, vincto ad *capulum auro argentoque* fixum clavis æneis *ære Cyprio*, *quo Flamines*, Flaminicæ *virgines*, *pontificeſque ad ſacrificia* utuntur, *eadem alias dicitur*, *qua* in ſacrario utuntur: *ſacraria namque in templis* reticulo æneo olim *ſepiebantur*, *in quo tubæ* relictæ ſunt, *per quas manibus ſacra* tangere licet. eſt *hoc in templo bonæ Deæ*: ſed & aliis in locis: & *ſunt velut repagula* quædam, ita ſeceſpitæ dicuntur *duobus modis*.

Seceſpitam alii ſecurim, alii dolabram æneam, alii cultellum putant. PAULUS.

Seceſſiones. narrationes.

Secium libum eſt, quod ſeceſpita ſecabatur.

*Secius* eſt, quod ſeceſpita ſecatur *libum ſeu placenta qua* ſoleat neceſſariis *ſacrificiis adhiberi*. FESTUS.

Secluſa ſacra dicebantur, quæ Græci myſteria appellant.

Secordiam quidam pro ignavia poſuerunt. Cato pro ſtultitia poſuit. compoſitum autem videtur ex ſe, quod eſt ſine, & corde. PAULUS.

*Secordi*am quidam *pro ignavia poſuerunt* M. Cato pro *ſtultitia poſuit Originum lib*. VII. cum ait . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *is* . *immenſam timiditatem*, *ac Secordiam cauſa erat* ne quid neg*otii publici*, *vel privati ge*reretur; *compoſitum autem videtur ex ſe* quod eſt ſine *& corde*. FESTUS.

Sectarius vervex, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Sectio, perſecutio juris. PAULUS.

## NOTÆ.

cellis, in quo tubæ id eſt, canales ſive foramina relicta ſunt ut & hodie in ſacris ædibus, in tribunalibus & alibi fieri videmus. *Dacerius*.

*Seceſſiones.*] Secere, dicere. *Inſeque muſa virum verſutum.* Livius Andronicus principio Odyſſeæ. *Joſ. Scaliger.*

*Sacraria namque in templis.*] Sacrarium templi locus ſecretior, ut adytum, ad quem nulli erat aditus, niſi ſacerdoti. Servius ad lib. 11. Æneid. In eo res ſacræ reponebantur. Ulpian. D. L. 1. Tit. 8. *Sacrarium*, inquit, *eſt locus*, in quo ſacræ res ponuntur, quod etiam in ædificio privato eſſe poteſt. Sepiebatur autem ſacrarium ſeceſpita, hoc eſt, reticulo quodam æneo, in quo tubæ ſeu tubi relicti erant, per quos manibus ſacra tangere licebat. Atque hujuſmodi ſeceſpita utebantur, tum in ſacrariis quæ erant in templis, tum in iis, quæ erant in aliis locis, erantque ſeceſpitæ velut repagula quædam. quod autem in templo Bonæ Deæ addidimus, intelligendum eſt non de ſacrario Bonæ Deæ quod ultra Bovillas in via Appia fuit, ſed de ſacrario eo quod fuit in æde Bonæ Deæ in Aventino. Cujus P. Victor facit mentionem. Poteſt etiam hic locus ita reſarciri: *Eſt ſeceſpita in templi ſacrariis. Sed & in aliis locis, & eſt velut clathrata feneſtra. Ita ſeceſpitæ dicuntur duobus modis. Fulv. Urſin.*

*Seceſſiones.*] Scripſerat Feſt. *Sectiones.* Vide *inſequo.*

*Secius.*] Lege ut in epitom. *Secium.*

*Secluſa ſacra dicebantur.*] Quæ à profanis clauſa ſunt & ſeparata. Ceteris autem ſacra intelligenda ſunt. Vid. ad illud Horat. *vetabo qui Cereris ſacra vulgarit*, &c.

*Secordiam.*] *Secordia*, pro quo poſtea *Socordia*, ut *ſebrius* poſt *ſobrius*. Gloſſ. *ſocors*, ἀκάρδιος, ἄφρων, hoc eſt, *ſine corde*, *ſtultus*. *Socordiam* à *ſegnitia* eo diſtinguit Donat. quod animum ſecordia, ſegnitia vero corpus ſpectet. *Segnitia* (inquit) *ad agendum*, *ſocordia ad conſiderandum*. Supplendum in verbis Catonis: *Quod oſtenderetis immenſam*, &c. vel quid ſimile.

*Sectarius vervex.*] Quaſi ſectæ princeps, quia gregem ducit. Plaut. Capt.

*Qui Petroni nomen induunt verveci ſectario.*

*Dacerius.*

*Sectio, & Sectores.*] Aſcon. lib. 3. Verrin. Sectorem dicit æſtimatorem, redemptoremque bonorum damnati, atque proſcripti, qui ſpem ſectans lucri ſui bona omnia auctione vendit, & ſemel infert pecuniam vel ærario, vel ſociis. Sectio autem eſt ea redemptio. Cicero Philip. 2. *Haſta poſita pro æde Jovis Statoris bona Cn. Pompei Magni voci acerbiſſima ſubjecta præconis. Quis ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inventus eſt nemo præter Antonium.* & poſtea: *Cum ſector ſis iſto loco natus.* deinde: *cum Cn. Pompei ſector: non te execrandum populo Ro.* &c. Ex his vides Pauli epitomen nimis conciſam eſſe in horum verborum interpretatione. *Ant. Auguſtinus.*



Digitized by Google

Sectores, & qui ſecant, dicuntur; & qui empta ſua perſequuntur.

Secundæ res non à numero dicuntur, ſed quia, ut velimus, ſequantur.

Secus, aliter: haud ſecus, non aliter.

FESTUS. Secus Valgius putat ex Græco, quod eſt ἑκὰς, dictum: abſurde ſcilicet: ſignificat enim aperte aliter exemplis omnium fere, qui eam vocem uſurpant.

PAULUS. Sediculum, ſedile.

Sed pro ſine.

FESTUS. Sedum, alii ſadum, appellant herbam, quam Opilius Aurelius ſeſunium vocari ait, eamque in tegulis ſeri, nec quamobrem id fiat, indicat.

Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conſita eſt. à ſerendo videlicet.

Segeſta quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Æneas condidiſſe, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominavit. Sed præpoſita eſt

## NOTÆ.

*Sectio.*] Ipſa actio, cum ſcilicet alicujus bona publicantur. Cicer. Philipp. 2. *expectantibus omnibus quiſnam eſſet tam impius, tam demens, tam diis hominibuſque hoſtis qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inventus eſt nemo præter Antonium, præſertim cum tot eſſent circa haſtam illam qui alia omnia auderent. Dacerius.*

*Sectores.*] Neque hæc ſatis declarant, quid ſit *Sector*, neque auctor Gloſſarii: *Sector*, βιώνης. *Joſ. Scaliger.*

*Sectores.*] *Sectores* à ſequendo ii ſunt, ut Aſconii verbis utar. *Qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque his pecunias penſitabant ſingulis, in poſterum pro compendio ſuo ſingula quæque pecunia populo vendituri. Sectores* vero à ſecando dicuntur qui aliquid ſecant. Ad utramque ſignificationem alluſit Cic. *Sectores collorum ac bonorum.* Ubi male quidam Codd. habent *ſectatores.*

*Secundæ res.*] Hoc eſt *proſperæ* nam *ſecundus* pro *proſpero* dicitur à ſequendo. *Secundus* vero de numero, à *ſecundum*, quod à *ſecus*. Hæc fuit Pauli vel Feſti ſententia. Quanquam & utraque notione *ſecundus* à ſequendo recte deducitur. *Dacerius.*

*Secus.*] Vide *Sexus*. Chariſ. lib. 1. ait ſecus pro ſexu dici, & adverbium ſignificare Aliter. Ceterum quod vulgus uſurpat Secus illum ſedi, hoc eſt ſecundum illum, & fatuum, & ſordidum eſt. Hæc ille. *Ant. Auguſtinus.*

*Secus.*] Non *aliter* tantum ſignificat, ſed etiam *juxta*, *prope*. Unde in Gloſſ. *Secus*, ἑτέρως καὶ πλησίον *ſecus, aliter, & prope.*

*Secus Valgius putat.*] Cum Valgius *ſecus* duxit à Græco ἑκὰς hoc eſt *longe*, eum eo reſpexiſſe crediderim, quod dum quis aliter quidpiam facit quam debet, is tum ab officio ſuo videtur recedere.

*Sediculum.*] A ſede ὑποκοριστικῶς ſediculum. *Dacerius.*

*Sed pro ſine.*] Docti viri emendant, Se. quia ſcilicet videbant ſe dolo malo dici. verum tamen & SED pro ſine veteres dicebant. Cujus rei fidem fecerit vetuſtiſſima lex, quæ extat in Bibliotheca Regia: EI. PRIMO. QVOQVE. DIE. QVÆSTOREM. SOLVERE. JVBETO. QVÆSTORQVE. EAM. PEQVNIAM. EIS. SED. FRVDE. SVA. SOLVITO. item in Columna Duillia ſemper legitur ALTOD. MARID. DICTATORED. Vide in Suadted. Quare nihil mutandum.

*Sedum.*] Stulte quærit, quare ſedum ſeratur in tegulis, putans ſcilicet ob religionem potius, quam naturam illius herbæ, hoc fieri. *Joſ. Scaliger.*

*Sedum.*] Alio nomine. Jovis caulis, ſempervivum, Jovis barba dicitur. Gall. *Joubarbe.* Et in tegulis naſci amat. Quare ſtulte quærit Feſtus cur in tegulis ſeratur, putans ſcilicet ob religionem potius, quam naturam illius herbæ hoc fieri. Quamquam alicubi me legiſſe videor veteres eam in tegulis ſerere ſolitos fuiſſe: quippe cui vim aliquam ſedandorum fulminum ineſſe crederent.

*Seges.*] Proprie de frumento, ſed per Metonymiam de terra ipſa arata & conſita. Sic Varr. de R. R. *ſeges dicitur quod aratum ſatum eſt, arvum quod aratum, nondum ſatum.* Verumetiam de terra ſimpliciter quæ neque arata, neque ſata ſit. Virgil. lib. 4. Georg.

*Nec pecori opportuna ſeges nec commoda Baccho.*

*Dacerius.*

*Segeſta.*] Vide Beneventum. *Ant. Auguſtinus.*

*Segeſta.*] *Segeſta eſt oppidum pervetus in Sicilia, Judices, quod ab Ænea fugiente à Troja, atque in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant.* Cic. 4. in Verr. Virgil. Aceſtam nominat ab Aceſte quem ibi Æneas reliquit.

*Urbem appellabant permiſſo nomine Aceſtam.*

Verum Strabo lib. 6 eam conditam docet ab iis qui cum Philoctetа in agrum Crotoniatum venerunt, miſſis ab eo in Siciliam cum Ægeſta Trojano. De Æceſte autem ſive Ægeſta quem Sylvia Egeſta Hippotæ Trojani filia, à Crimiſo amne in canem mutato compreſſa, edidiſſe dicitur, hic piget referre.

Digitized by Google

eis litera, ne obſceno nomine appellaretur, ut factum eſt in malevento, quod beneventum dictum eſt, & in Epidamno, quod uſurparunt Dyrrhacium.

Segnitia *dicitur quod ſine nitendo quid utile, aut* honeſtum Terentius: *enimvero nihil loci eſt* ſegnitiæ, neque ſocor*diæ*.

Segnitia dicitur, quod ſine nitendo quid utile, aut honeſtum Terentius: Enimvero Dave! nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ. PAULUS.

Seliquaſtra, genus ſedilium.

Seliquaſtra ſedilia antiqui generis, appellantur D. litera in L. converſa, ut etiam in ſella factum eſt, & ſubſellio, & ſolio, quæ non minus à ſedendo dicta ſunt. FESTUS.

Sellæ curulis locus *in circo datus eſt Valerio dict*atori poſteriſque *ejus honoris cauſa, ut pro*xime ſacellum Murc*iæ ſpectarent, unde aſpi*ciebant ſpecta*cula magiſtratus*.

Sementinæ feriæ fuerunt inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſint. PAULUS.

Semis, ſemodius, ſemuncia ex Græco trahuntur, ſicut & alia nonnulla, quæ S. litteram pro aſpiratione eorum habent, ut, ἑπλὰ ſeptem, ὕλη ſilva. ſic iſta ab eo, quod illi dicunt ἥμισυ, declinata ſunt.

## NOTÆ.

ferre. Vide ſi lubet Serv. ad. 1. Æneid. 10. 554. Et lib. 5. v. 30. & Salmaſ. in Solin. p. 3. Illud conſtat Segeſtam urbem in colle ſitam fuiſſe, ut omnes fere veterum Sicanorum urbes. Fazel. Decad. 1. lib. 7. cap. 3. *Segeſta urbs vetuſta, in colle undique prærupto jacens.* Unde eam Doctiſſimus Bochartus non ab Aceſte ſive Ægeſta; ſed à Punico *Sakkeſta* dictam putat.

*Ne obſceno nomine app.*] Propter ſimilitudinem ſcilicet vocis *Egeſta*. Et *Egeſtas* paupertas, obſcænum autem, dirum, infauſtum. *Obſcænaque volucres.* Virg.

*Ut factum eſt in Malevento.*] Vide *Beneventum*.

*Et in Epidamno.*] Mela de ſitu orbis lib. 2. cap. 3. *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* Verum de appellationibus Epidamni & Dyrrachii, vide præter alios Dionis locum ſingularem, lib. 41. *Dacerius.*

*Segnitia.*] Terent. in Andria. *Ant. Auguſtinus.*

*Segnitia...*] Omnia conſtant ex Epitom. diſtinctione tamen locus ita juvandus eſt: *Quod ſine nitendo quid utile aut honeſtum?* cum interrogationis nota. Segnitiæ à ſe hoc eſt *ſine*, & *nitor* ut *ſegnis* dicatur qui non nititur ad id quod utile eſt aut honeſtum. Locus Terent. eſt. act. 1. ſc. 3. vid. *ſocordia.* Eadem mente apud Plautum, Aſinar.

> *Quin tu ſocordiam omnem rejice, & ſegnitiam amove.*

*Seliquaſtra.*] Pro ſediquaſtra: Idem Varr. lib. 4. de L. L. *ab ſedendo appellantur ſedes, ſedile, ſedum* (bene alii *ſolium*) *ſella, ſeliquaſtrum. Dacerius.*

*Sella curulis.*] Hæc ignoramus. *Ant. Auguſtinus.*

*Sella.*] Puto: *Sella curuli locus in circo, item proximo lictori, poſterioribuſque lictoribus proxime ſacellum Murcia fuit, de quo loco deſpiciebant ſpectacula, magiſtratus.* Neque id abhorret à conſuetudine Romana, ut magiſtratus in ſella curuli qui ludos ederet, aut alius quivis, ad primas metas ſtaret. Nam ad eas Deæ Murciæ ſacellum fuiſſe ait Tertullianus. Non improbo tamen, ad ſacellum Mercurii. Nam & ad circum maximum fuit ædes ejus Dei. *Joſ. Scaliger.*

*Sella curulis.*] Idem Livius lib. 2. *Valerio*, inquit, *dictatori ſuper ſolitos honores locus in Circo ipſi poſteriſque ad ſpectaculum datus.* Ideo autem proxime ſacellum Murtiæ, quia illud erat in Circo ubi Metæ ſive oppidum. Varr. lib. 4. *In Circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur Carceres. Nævius oppidum appellat. Carceres dicti quod coercentur equi, ne inde exeant antequam magiſtratus miſit: oppidum quod à muri parte pinnis turribuſque carceres olim fuerunt. Scripſit Poeta: dictator ubi currum inſidet, pervehitur uſque ad oppidum. Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat ab urceis; quod is locus eſſet inter figulos. Alii eſſe dicunt à murteto declinatum quod ibi id fuerit. Cujus veſtigium manet quod ibi Sacellum etiam nunc Murtiæ Veneris.* Ubi notandum verſum illum quem Varro adducit ex Poeta ſive ille Nævius, ſive Ennius ſit, ex hocce Feſti loco fortaſſe lucem capere: per Dictatorem enim Valerium intelligit, per currum, ſellam Curulem.

*Sementinæ feriæ*] Conceptivæ erant, non ſtatæ. Varr. lib. 5. *Sementinæ feriæ, dies is qui à Pontificibus dictus, appellatur à ſemente, quod ſationis cauſſa ſuſcepta.* Die 24. Januarii celebrabantur. Et tunc ſacra in æde Telluris, Telluri fiebant & Cereri. Vide Ovid. lib. 5. Et Varr. de re Ruſt. lib. 1. cap. 2.

*Semis ſemodius.*] Semis ſemodius, ſemuncia à

Græco

FESTUS. Semis, ſemodius, *ſemuncia qua ratione ex Græco trahuntur alia, quod* S. litteram pro *aſpiratione eorum* habent, ut ἑπτὰ *ſeptem*, ὕλαι ſilvæ. ſic *iſta ab eo, quod illi* ἥμισυ dicunt, *declinata videntur*.

Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad cuſtodiam frumenti publici.

Senacula tria fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur de Senatu habendo: unum, ubi nunc eſt ædis concordiæ Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus D. T. cum ſenioribus deliberare: alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, ſenatus dabatur.

PAULUS. Senaculum locus Senatorum.

FESTUS. Senatores à ſenectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum, quorum conſilio Rempublicam adminiſtraret. Itaque etiam patres appellati ſunt, & nunc cum ſenatores adeſſe jubentur, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere licet. quia ii, qui poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum ceperunt & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur ſenatores ante, quam in ſenioribus ſunt cenſi.

Senatus decretum à conſulto Ælius Gallus ſic diſtinguit, ut id dicat particulam

## NOTÆ.

Græco ἥμι ducuntur & pro aſpiratione habent S. qua ratione & multa alia. *Dacerius*.

*Sempronia.*] Videtur repetendum eſſe verbum *horrea* poſt verbum *fuerunt*. Loquitur autem de lege Frumentaria C. Gracchi. de qua Cicero Tuſc. lib. 3. & Flor. epit. 60. *Ant. Auguſtinus*.

*Sempronia horrea.*] *Lege Gracchi*, legem frumentariam intellige quam tulit C. Sempronius Gracchus, Livius, Florus & alii. *Dacerius*.

*Senacula.*] Notæ D. T. ſignificant *Duntaxat*. Infra: *Simpludearia funera ſunt, quibus adhibentur D. T. ludi. hoc eſt Duntaxat. Joſ. Scaliger*.

*Senacula tria fuiſſe.*] *Senaculum vocatum ubi Senatus, aut ubi ſeniores conſiſterent, dictum ut* γερουσία *apud Græcos*. Varr. lib. 4. de L. L.

*Unum ubi nunc eſt ædis concordiæ.*] Meminit Varro loco ſupra citato: *Senaculum ſupra Græcoſtaſin, ubi ædes concordiæ, & Baſilica Opimia*. Infra notæ D. T. ſignificant *Dumtaxat*: male igitur qui earum loco ſubſtituunt D. R. hoc eſt *de Repub.* vel eas interpretantur, *Dicit Titinnius*.

*Alterum ad portam Capenam.*] Liv. lib. 23. *Conſules*, inquit, *edixerunt quoties Senatum vocaſſent, uti Senatores quibuſque in Senatu dicere ſententiam liceret, ad portam Capenam convenirent.*

*Tertium citra ædem Bellonæ.*] Quid *citra ædem Bellonæ?* Imo *intra ædem Bellonæ*. Liv. lib. 38. *Ipſe* (Pub. Scipio) inquit, *decem navibus Romam rediit: Et Senatu extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit.* Ex quibus etiam illud animadvertitur in ea æde non legatis tantum exterarum nationum Senatum dari ſolitum fuiſſe. Nam & Magiſtratibus qui ad urbem dicebantur, datus eſt.

*Senatores à ſenectute.*] Senatores, à Senatu, Senatus à ſenibus. Ovid. 5. Faſt.

*Nomen & ætatis mite Senatus habet.*

*Et nunc cum Senatores adeſſe jubentur, quibuſque.*] Legerem *nunc cum Senatores adeſſe jubentur, additur, quibuſque in Senatu*, &c. Ut apud eos factum eſt qui hunc Feſti locum laudant. Tamen & eam vocem facile poteris ſubintelligere. Edicti autem quo Senatores vocabantur in Curiam, ſolennia verba fuere: QUI SENATORES, QUIBUSQUE IN SENATU SENTENTIAM DICERE LICET. Quæ ut intelligantur ſciendum eſt: Primum eos demum Senatores fuiſſe qui à Cenſoribus lecti in Senatum eſſent, ut de ſumma Reipub. ſententiam rogati loco & modo dicerent. Deinde fuiſſe etiam alios qui quamvis à Cenſoribus lecti non fuiſſent tamen pro jure magiſtratus, quem aut tum gerebant, aut ante geſſerant, ſententiæ in ſenatu dicendæ jus habebant. Vide plura apud Gell. lib. 3. cap. 18. Eadem formula & in aliis edictis utebantur. Liv. 23. *P. Cornelius Cos.* inquit, *edixit, Qui ſenatores eſſent, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret, quique minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab urbe abiret.*

*Senatus conſultum.*] A ſenatus decreto ita differt, ut ſpecies à genere. Nam ſenatuſconſultum eſt, quodcumque ſenatus de ſingulis pluribuſve rebus aut hominibus cenſuit: Decretum autem eſt quod de ſingulis dumtaxat rebus, hominibuſque ſenatus conſtituit,

quandam eſſe ſenatus conſulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipſum ſenatuſconſulti eſt.

Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit. quidam quod eo Veſtales virgines ornentur, quarum caſtitatem viris ſuis ſponoe . . . . . à ceteris.

Senium à ſenili acerbitate, & vitiis dictum. poſuit Cæcilius in Hymnide: Sine ſuam ſenectutem ducat, utique ad ſenium ſorbitio.

Senonas, Gallos, Verrius ait, exiſtimari appellari, quia novi venerint ex tranſalpina regione *ac primum appellatos ξένους*: poſtea Seno*nas*.

Sentes, cum conſtet eſſe ſpinas, & Afranius in Abducta dixerit: quam ſenticoſa verba pertorquet turba, pro ſpinoſis accipi debet.

## Notæ.

ſtituit, ut cum alicui provincia, honos, ſupplicatio decernitur. Præterea ſenatus decretum interdum appellabatur cum autoritas tantum ſenatus erat perſcripta, id eſt, quid ſenatus de re aliqua cenſuiſſet, quoniam ſenatus minus frequens fuiſſet, aut non loco, aut die legitimo habitus, aut interceſſum eſſet, aut quid aliud cenſuiſſet, quo minus juſtum ſenatuſconſultum fieret, quod poſtea ſi id ipſum ſenatus ſine ullo impedimento ſtatuiſſet, & perſcriptum ad ærarium detuliſſet, *ſenatuſconſultum* dicebatur. Frequenter tamen decretum pro ſenatuſconſulto accipitur apud hiſtoricos & jureconſultos. *Dacerius.*

*Senis crinibus.*] *Seni crines* dicuntur in capite matronæ Romanæ ſex ſertæ crinium vitta & crinibus ipſis implexæ, quas vulgus trecias vocant. Sic apud Martialem:

*Portabat uxor rufa crinibus ſeptem.*

Nihil aliud ſignificat, quam capillos in ſeptem ſertas diſtinctos, ut videmus matronas ornatas in veteribus numiſmatis. Puto autem ſuppoſititiam comam hic intelligi. *Joſ. Saliger.*

*Senis crinibus.*] Seni crines dicuntur in capite matronæ Romanæ ſex ſertæ crinium vitta, & crinibus ipſis implexæ, quas vulgus trecias vocant. Sic apud Martial.

*Portabat uxor rufa crinibus ſeptem.*

Nihil aliud ſignificat, quam capillos in ſeptem ſertas diſtinctos, ut videmus matronas ornatas in veteribus numiſmatis. Puto autem ſuppoſititiam comam hic intelligi. Scal. Inde Plaut. in Moſtell. act. 1. ſc. 3.

*Soli gerendum cenſeo morem, & capiendos crines.*

Peſſime vero virum, alioqui doctiſſimum video hæc *ſenis crinibus* accepiſſe, quaſi matronæ crinibus hominis ſenis ornarentur. Peſſime etiam Scalig. Qui ad hunc morem retulit illud Martial.

*Portabat uxor rufula crinibus ſeptem.*

Num Martialis facete uxorem rufulam calvam deſignat, quippe cujus capiti vix ſeptem crines adhæreant. gallice diceres, *avec ſes quatre cheveux.*

*Quarum caſtitatem.*] Ex doctorum virorum conjectura: *Quarum caſtitatem viris ſuis ſpondent illibatam fore à ceteris. Dacerius.*

*Senium.*] Cæcilii verſus mendo non carent. *Ant. Auguſtinus.*

*Senium.*] Verſus Cæcilii, quem viri docti corruptum putant, non minus ſanus eſt quam qui maxime.

*Sine ſuam ſenectutem ducat, utique ad ſenium ſorbitio.*

Ait Comicus poëta *permitte ut is quiete & tranquille trahat ſuam ſenectutem, nam certe eum ad ſenium pervenerit, ſorbitio eum tollet.* Ubi per ſorbitionem ad veterum morem alluſit, qui majorem annis ſexaginta de ponte in Tiberim deturbabant, unde natum proverbium *ſexagenarios de ponte*, vel quod verius puto, ad Ceorum legem alluſit poëta, qua majores annis 59. Sorbitione Cicutæ è vita tollebantur, ut reliquis victus ſufficeret. Hujus legis meminit Menand.

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι, Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Hoc eſt.

*Bellum hoc Ceorum inſtitutum eſt, Phania,*
*Qui non poteſt vivere bene, non vivit male.*

Vide Strab. lib. 10. pag. 486. Edit. Caſaub. Vid. & Ælian. lib. 3. cap. 37. Notabis præterea in verſu Cæcilii, ſenectutem eſſe ante ſenium conſtitutam, contra quod quibuſdam viſum eſt, qui *ſenium* properatam ſenectutem interpretantur.

*Senonas*] Quaſi ξένους. Alludere videtur Liv. lib. 5. ſect. 35. *Tum Senones recentiſſimi advenarum, ab Utente flumine uſque ad Æſim habuere.* Servius etiam prius ξένους poſtea Senonas quaſi ξενώνας dictos innuit. Sed non quia novi venerunt ex Tranſalpina regione, ſed quod Bacchum hoſpitio receperunt. *Senones*, inquit, *qui Senones dicti ſunt quod Liberum patrem hoſpitio recepiſſent. Dacerius.*

*Sentes.*] Verbum *turba* mendoſum eſſe ait Faernus.



Digitized by Google

Sentinare, ſatagere, dictum à ſentina. quia multam aquam navis cum recipit, periclitatur. Cæcilius in Æthrione: cum Mercurio capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

PAULUS. Sentinare ſatagere, dictum à ſentina navis, quam quis ut aqua liberet, evacuare contendit. Itaque ſentinare, ſubtiliter periculum vitare. Cæcilius: Capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

FESTUS. Seplaſia *forum Capuæ in quo* pluri*mi* unguent*arii erant*, *in Piſonem* cujus meminit Cicero. Seplaſia *me Hercule*, *ut dici* audiebam, te ut primum aſpe*xit Campanum* Conſulem repudiavit.

*Septentriones* ſeptem ſtellæ appel*lantur à ſeptem bo*bus junctis, quos trio*nes à terra ruſtici* appellent, quod jun*ctis ſimul terram arent*, quaſi teriones. *Quidam à ſeptem ſtellis*, quod id aſtrum Græci ἅμαξαν *dicant*, *quia habet* partem quandam *temonis*

## NOTÆ.

nus. ratio enim carminis ïambum, vel pyrrichium poſtulat. *Ant. Auguſtinus.*

*Sentes.*] Gloſſarium: *Sentes*, ἄκανθαι, id eſt, *ſpinæ*.

*Quam ſenticoſa.*] Lege ut viri docti ſ.

*Quam ſenticoſa verba pertorquet lupa.*

Verſus enim trimeter eſt & in fine debet eſſe ïambus. *Lupa* autem eſt meretrix. Gloſſarium *lupa*, ἑταίρα καὶ λύκαινα, id eſt, *lupa*, *amica item lupus femina*. Jan. Gulielmus legebat: *pertorquet truo. Truones* ſcomma in enormis naſi homines. *Dacerius.*

*Sentinare.*] Gellius libro 19. cap. 1. *Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit: ſed nihil de periculo, atque ſævitia remiſſum.* Ubi manifeſto *ſentinare* eſt, quod ait hic Paulus, periculum vitare. At in vulgatis codicibus contaminatiſſimus eſt locus ille. Sed proprie *ſentinari* eſt ſatagere ad ſentinam. Unde *Sentinatores*, quibus cura Sentinæ delegata in navi. Paulinus ad Macarium, de naufragio: *Unum ex omni numero nautarum ſenem ſentinando deputant.* Item: *Quid huic, quæſo, obfuit ſeni perſona ſentinatoris & in nautis viliſſima? Joſ. Scaliger.*

*Seplaſia.*] Platea Capuæ ita appellabatur; in qua unguentarii negotiari erant ſoliti. Pedian. in Piſon. Verba autem Ciceronis à Feſto relata ſunt eadem illa, quæ Aſconius interpretatur. *Seplaſia mehercule, ut dici audiebam, te ut primum aſpexit, Campanum Conſulem repudiavit. Ant. Auguſtinus.*

*Seplaſia.*] Infra. agebatur de Trionibus, & Septemtrionibus: *Septemtriones, ſeptem ſtellæ appellantur, à bubus junctis, quos triones veteres appellant, quod juncti arent terram, quaſi teriones. quidam eas ſtellas plauſtrum vocant, quod id aſtrum Græci ἅμαξαν dicant, quia habet partem quandam temonis ſpeciе. Ennius: ſuperat temo ſtellas.* Hæc Feſtus. intelligit autem locum Ennii ex Iphigenia, quem olim in conjectaneis illuſtravimus.

*Quid noctis videtur? In altiſono*
*Cæli clipeo temo ſuperat*
*Stellas, ſublime etiam*
*Atque etiam cogens noctis iter.*

Addunt docti viri in numiſmate veteri L. Lucretii Trionis expreſſam videri ſtellarum ſeptem formam. & nos quoque ejuſdem L. Lucretii duos argenteos vidimus, quorum copiam nobis fecit humaniſſimus vir Chriſtophorus Neytterus Auguſtanus. In altero erat Luna Corniculata, & ſtellæ cum inſcriptione, TRIO. LVCRETI. In altero Delfinus, & inſcriptio L. LVCRETI. TRIO. *Joſ. Scaliger.*

*Seplaſia.*] Vide Aſcon. Sect. 11. Cicer. in Piſon. Inde ſeplaſia ſpecies omnes, & ſeplaſiarius, μυροπώλης, ſpeciarius, *eſpicier*. Vide infra poſt *ſterilam*. *Dacerius.*

poſt *Seplaſia.*] De Septentrionibus hæc intelligenda ſunt. de quibus Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Has ſeptem ſtellas Græci, ut Homerus, vocant ἅμαξαν, & propinquum ejus ſignum βοώτην: noſtri eas ſeptem ſtellas boves, & triones, & prope eas axem. Triones enim & boves appellantur à bubulcis etiam nunc, maxime cum arant terram. è queis ut dicti valentes glebarii, qui facile proſcindunt glebas, ſic omnes qui terram arabant, à terra teriones, unde Triones ut dicerentur E detrito.* & poſtea: *Poſſunt triones dici ſeptem, quod ita ſitæ ſtellæ, ut terna trigona faciant.* Hæc Varro, & Gell. lib. 2. cap. 21. eadem Feſtus hoc loco ſcripſerat. tantum addit Ennii verſus, qui non extant. Pro his ſubſtituam denarii mentionem L. Lucretii Trionis, in quo ſeptem ſtellæ videntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Septentriones.*] Hæc ita olim odoratus ſum ex Varronis lib. 6. *Has ſeptem ſtellas Græci, ut Homerus, vocant ἅμαξαν, & propinquum ejus ſignum βοώτην; noſtri eas ſeptem ſtellas, boves, & triones, & prope eas axem: Triones enim & boves appellantur à bubulcis etiam nunc maxime cum arant terram: è queis ut dicti

*ſpecie. Unde ait* Ennius ſuperat *temo ſtellas. Sed* & phyſici eum *ſitum ſeptem ſtellarum* contemplati, *ſeptentriones dici aiunt, quod ita ſunt ſitæ ſeptem ſtellæ*, ut ternæ proxim*æ ſpecie efficiant velut* trigona.

Septimontio, ut ait Antiſtius Labeo hiſce montibus feriæ. Palatio, cui ſacrificium, quod fit, Palatuar dicitur. Veliæ, cui item ſacrificium. Fagutali, Suburæ, Cermalo, Oppio, Cœlio monti, Ciſpio monti. Oppius autem appellatus eſt, ut ait Varro Rerum humanarum libro Octavo, ab Oppita Oppio Tuſculano, qui cum præſidio Tuſculanorum miſſus ad Romam tuendam, dum Tullius Hoſtilius Vejos oppugnaret, conſederat in Carinis, & ibi caſtra habuerat. ſimiliter Ciſpius à Lævo Ciſpio Anagnino, qui ejuſdem rei cauſa eam partem Eſquiliarum, quæ jacet ad vicum patricium verſus, in qua regione eſt ædis Mefitis, tuitus eſt.

Sacrificium, quod fiebat Romæ in monte Palatino, Palatuar dicebatur. PAULUS

Septimontium appellabant diem feſtum, quod in ſeptem locis faciebant ſacrificium; Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cœlio, Oppio, & Ciſpio.

## NOTÆ.

*dicti valentes glebarii, qui facile proſcindunt glebas; ſic omnes qui terram arabant, à terra, teriones; unde triones ut dicerentur e detrito. Temo dictus à tenendo: is enim continet jugum, & plauſtrum appellatum, à parte totum ut multa. Poſſunt triones dici ſeptem, quod ita ſita ſtellæ ut ternæ trigona faciant.* Hæc Varro. Triones potius dicti à *ſtria* quam proſcindendo ſulcos faciunt, *ſtriones*, & ſ litera deperdita, *triones.*

*Ennius ſuperat.*] Ex Iphigenia Ennii quæ eſt Euripidis Græca. Locus integer.

*Quid noctì videtur? in altiſono*
*Cœli clupeo temo ſuperat*
*Stellas, cogens ſublime etiam*
*Atque etiam noctis itiner.*

Addunt viri docti in numiſmate veteri L. Lucretii, Trionis expreſſam videri ſtellarum ſeptem formam. Et nos quoque ejuſdem L. Lucretii duos argenteos vidimus, quorum copiam nobis fecit humaniſſimus vir Chriſtophorus Neytterus Auguſtanus. In altero erat luna corniculata, & ſtellæ cum inſcriptione TRIO. LUCRETI. in altero Delphinus & inſcriptio L. LUCRETI. TRIO. Scal.

*Septimontio.*] Vide infra. Mirum autem pro ſeptem montibus, octo hic numerari, Palatium, Velias, Fagutal, Suburam, Cermalum, Oppium, Coelium, Ciſpium. Nimirum *Ciſpius* & *Oppius* pro uno ſumi debent: nam Eſquilinum montem & *Ciſpium & Oppium* veteres nominarunt auctore Verrio Flacco. Vide *Ciſpius.*

*Ab Oppita Oppio.*] Viri docti *ab opitre oppio.* Sed Varronis rerum humanarum libros deſideramus.

*In Carinis.*] Regio urbis *Carinæ* inter lautiſſimas, juxta Cœlium montem. *Dacerius.*

*Septimontium.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. *Dies ſeptimontium nominatus ab iis ſeptem montibus, in queis ſita urbs eſt. feria non populi, ſed montanorum modo, ut Paganalibus, qui ſunt alicujus pagi.* Mirum autem eſt hoc loco, & proximo, pro ſeptem montibus, octo loca urbis enumerari. Palatium, Velias, Fagutal, Suburam, Cermalum, Oppium, Cœlium, Ciſpium montes. Vide Plutar. in Problem. *Ant. Auguſtinus.*

*Septimontium.*] *Septimontium dies feſtus appellatur menſe Decembri, qui dicitur in Faſtis Agonalia, quod in ſeptem montibus fiunt ſacra, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cælio, Oppio, Ciſpio.* Hæc Feſtus. Nam Varro diſſerens de feſtis, quæ in menſem Decembrem incidebant, ponit & inter ea Septimontium. Agonalia vero eodem menſe erant propridie Idus Decembres, alia ab illis Agonalibus, quæ notant Faſti menſe Januario. Hoc tantum intereſt, quod Agonalia ſint ante Larentinalia. Varro vero Septimontium ponat poſt Larentinalia. De Septimontio habes & apud Tertullianum libro de Idololatria: *Etiam ſtrena captanda, & Septimontium, & bruma, & cara cognationis honoraria exigenda omina.* ex quibus apparet non ſolum menſe Decembri fuiſſe, quia is eſt brumæ menſis: ſed etiam circa finem ejus menſis fuiſſe, quia proximum ſit ſtrenæ exigendæ, quod fiebat Kalendis Januariis. Quod diſertius probatur ex Suetonio in Domitiano: *Congiarium populo numorum trecentorum ter dedit, atque inter ſpectacula muneris largiſſimum epulum: ſeptimontiali ſacrorum quidem die Senatui equitique panariis: plebei, ſportellis cum obſonio diſtributis.* Antea plane ignorabatur de hoc ſeptimontiali die. *Joſ. Scaliger.*

*Septimontium.*] De eo ſic Varr. lib. 5. de L. L. *Dies ſeptimontium nominatus ab his ſeptem montibus in queis ſita urbs eſt. Feria non populi, ſed montanorum modo, ut paganalibus, qui ſunt alicujus pagi.* Atque poſt Larentinalia ponit: erant autem Larentinalia 10. Kalend. Januar. Agonalia vero propridie

 Idus

Festus. *Septimontium dies* appellatur menſe *Decembri*, *qui dicitur in* Faſtis Agonalia, *quod ea die in ſeptem mon*tibus fiunt *ſacrificia*, *Palatio*, *Velia*, Fagutali, Subura, *Cermalo*, *Coelio*, *Opio*, Ciſpio.

*Sepul*chrum eſt, ut ait Gallus A*elius*, *in quo* mortuus ſepultus eſt, quod ant*iqui buſtum appel*labant. hiſque cippis, aut aliq*ua alia re*, *mortui* cauſa deſignatus eſt intra *quos ſe*pultura eſt facta.

Se quamque, ſeorſum quamque.

*Sequeſter* is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant*, *medius*, *ut* inter eos convenerit, *depoſitum ita tenet ali*quid, ut ei reddat, qui id *deberi jure*, *ſibi con*ſtiterit. Cato in ea ora*tione*, *quam habuit* de indigitibus. ſinunt *miſeros perire*, ut bona rapiant, aut *ſi ſuperſtites petant*, *ut ſequeſtro dent*, & Pla*utus mercatore*: *Imo* ſic ſequeſtro mihi data *eſt*.

Serilla Verrius appellari putat navigia Iſtrica, ac Liburnica, quæ lino, ac ſparto condenſantur, à conſerendo, & contexendo dicta. quia dicat Pacuvius in Niptris: nec ulla ſubcus cohibet compagem alvei, Sed ſuta lino, & ſparteis ſerillibus. cum περιφραστικῶς, & ficto vocabulo uſus ſit pro funiculis, qui ſparto conſeruntur.

Paulus. Serilla navigia iſtrica, quæ lino, ac ſparto condenſantur. à conſerendo, & contexendo dicta.

Serius Attius à ſero comparavit. ait enim: Ne, ſi forte paulo quam tu, veniam ſerius.

Festus. Serius à ſero videtur dictum. Attius in Amphytrione: Ne, ſi forte paulo, quam tu, veniam ſerius.

## Notæ.

Idus Decembres. Quo die & Septimont. Notatur in Kalend. Conſtanti. Magni. Sed circa finem Decembris, adeoque poſt Larentinalia fuiſſe probant hæc Tertulliani ex libro de Idololatria: *Etiam ſtrena captanda*, *& ſeptimontium*, *& bruma*, *& caræ cognationis honoraria exigenda omina.* Quia tunc proximum ſit ſtrenæ exigendæ, quod fiebat Kalendis Januariis. Id diſertius probatur ex Sueton. in Domitiano cap. 4. *Congiarium populo nummorum treeenorum ter dedit*: *atque inter ſpectacula muneris*, *largiſſimum epulum. Septimontiali ſacro quidem ſenatui equitique*, *panariis*, *plebei ſportellis cum obſonio diſtributis*, *initium veſcendi primus fecit.* Septimontium autem Romani ob incluſum pomœriis ſeptimum collem primum celebravere.

*Sepulchrum.*] Vide *buſtum. Dacerius.*

Ante *Sequamque.*] Sepulchrum eſt, ut ait Gallus Ælius, ubi mortuus ſepultus eſt. quod antiqui buſtum appellabant. iſque cippis, aut aliqua alia re mortui cauſa, deſignatus eſt, intra quos ſepultura eſt facta. Hæc eſt Sex. Pompeii ſententia. *Ant. Auguſtinus.*

*Se quamque.*] Ergo ſuſpicari ſaltem liceat in *ſeorſum*, vel *ſeorſus*, duas ultimas ſyllabas nil aliud eſſe quam vocis productionem. *Dacerius.*

Poſt *Sequamque.*] Sequeſter is dicitur, qui inter aliquos placuit, ut quod inter eos convenerit, teneat, idque ut ei reddat, cum id ſibi deberi conſtiterit. Cato in ea oratione, quæ inſcribitur de indigitibus: *Sinunt perire*, *ut bona rapiant*, *aut ſi petantur*, *ut Sequeſtro dent.* & Plautus in Mercatore: Immo ſic ſequeſtro mihi data eſt. Hæc vel hujuſcemodi Feſtus. Vide Gell. lib. 20. cap. ult. *Ant. Auguſtinus.*

*Sequeſter.*] Gloſſ. *Sequeſter* μεσίτης, ἴντερατος, σιωζηκοφύλαξ.

*Serilla.*] Optime Feſt. contra Verrium contendit *ſerilla* dici funiculos ſparto conſertos. Verba Pacuvii ſic ordinanda.

*Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei,*
*Sed ſuta lino & ſparteis ſerillibus.*

*Alvei*, id eſt, *navigii.* De ſubſcude vide infra in *ſubſcudes.* Ubi eadem Pacuvii verba adducta ſunt. *Dacerius.*

*Serilla.*] Paulus in epitome id poſuit, quod à Feſto reprehenditur. *Ant. Auguſtinus.*

*Serilla.*] Mira hic Pauli ſupinitas qui in ſua epitoma poſuit quod ſupra Feſtus reprehendit. *Dacerius.*

*Serius.*] Scribe *Secius*, vel *Sequius.* alioqui ineptum eſt proſcribere nobis *Serius*, tanquam ignotum verbum, quod vulgatiſſimum eſt. Adde quod in veteri ſcriptura variat lectio: cum exaratum ſit *Setius*, non *Serius.* Legendum ergo: *Secius*, *à ſecus videtur dictum. Joſ. Scaliger.*

*Serius.*] Errat Scal. Nam ex verbis Attii conſtat legendum *ſerius*.

Sero ſapiunt Phryges, proverbium eſt natum à Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Achivis.

Serpſit antiqui pro ſerpſerit uſi ſunt. unde ſerpulæ dictæ, quas nunc ſerpentes dicimus, ex Græco, quod illi ἑρπετὰ, nos pro aſpiratione eorum *S* littera poſita, ut ἓξ, ſex, ἑπτὰ, ſeptem. PAULUS.

*Serpſit uſi ſunt* antiqui pro ſerpſerit, *unde videntur ſerpulæ* dictæ, quas nunc *ſerpentes dicimus ex Græco*, quia illi ἑρπετὰ, nos *pro aſpiratione eorum* S littera poſita, ut ἓξ, *ſex*, ἑπτὰ, *ſeptem.* FESTUS.

Serpula ſerpſerit, ait (idem) Meſſala, ſerpens inrepſerit.

Serra præliari dicitur, cum aſſidue acceditur, recediturque, neque ullo conſiſtitur tempore. Cato de re militari: ſive forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, uti adoriare.

Serra præliari dicitur, cum aſſidue acceditur, recediturque, neque ullo tempore conſiſtitur. PAULUS.

Sertorem quidam putant dictum à prendendo, quia cum cuipiam afferat manum, educendi ejus gratia ex ſervitute in libertatem, vocetur adſertor, cum veriſimilius ſit dictum, qui ſereret quid, ac potius adſertorem à ſerendo cepiſſe nomen, cum aliquem ſerat petendo in libertatem eandem, qua ipſe ſit, id eſt jungat, quia fruges cum ſeruntur, terræ jungit. quod totum Verrius ἀπιθάνως introducit. FESTUS.

Servilius lacus appellabatur, eo, qui eum faciendum curaverat in principio vici

## NOTÆ.

*Sero ſapiunt Phryges.*] Cicer. Epiſt. lib. 7. Epiſt. 16. *In equo Trojano ſcis eſſe in extremo, ſero ſapiunt.* De Trojanis qui cum ultimis premerentur, velle cœperant Helenam reddere, Dictys Cretenſis lib. 4. *Ceterum Trojani, ubi hoſtis muris infeſtus, magis magiſque ſævit, neque jam reſiſtendi mœnibus ſpes ulterius eſt, aut vires valent, cuncti proceres ſeditionem adverſus Priamum extollunt, atque ejus regulos: Denique accito Ænea, filiiſque Antenoris, decernunt inter ſe uti Helena cum his quæ ablata erant, ad Menelaum duceretur.*

*Serpſit antiqui pro ſerpſerit.*] Eadem quæ ſupra in Epitom. Niſi quod quæ infra ſequuntur cum iſtis ſic continuanda ſunt hoc modo, *ſ litera poſita ut* ἓξ, *ſex*, ἑπτὰ, *ſeptem. Serpula ſerpſit, ait Meſſala, id eſt ſerpens inrepſerit.* Non dubium quin ita Feſtus ſcripſerit. Viris doctis qui illa disjunxere, illud impoſuit quod ubi Pauli, ibidem etiam Feſti verba finem capere crediderunt, immemores ſcilicet barbarum racematorem non tanti facere veterum exempla ut in iis deſcribundis operam abutatur: qui vel infra in *ſerra præliari* nobis verba Catonis inviderat. *Dacerius.*

*Serra.*] Verba Catonis manifeſto præ ſe ferunt aliud, ac viſum eſt Verrio: Cujus in hac re ſupinitatem, & negligentiam animadvertere licet. Serra enim, & globus, & forfex, ſunt σχήματα inſtruendæ aciei. *Joſ. Scaliger.*

*Serra præliari.*] Variæ acierum formæ Romanis uſurpatæ. In his *cuneus*, *globus*, *forfex*, *turris*, *ſerra*, hic à Catone memorantur. *Cuneus* cum anguſta in fronte acies, paulatim ſe retrorſum pandit, in modum literæ Δ. unde & *trigonum* vocant. *Globus*, cum figura globoſa & in rotundum inſtruitur. *forfex*, quæ & *forceps*, contraria cuneo, latioribus primis & apertis ac paulatim in anguſtum deſinentibus in modum literæ V. *turris*, cum militum ordines in quadro inſtruuntur. *Serra* cum manipuli primæ aciei modo invadebant, modo reſiliebant, & reddebatur dentata quædam forma in modum ſerræ.

*Sertor.*] Vel à prehendendo, vel, quod veriſimilius, à ſerendo, quod in libertatem ſerat, hoc eſt, jungat, inquit Verrius, quod totum, ab eo ἀπιθάνως, hoc eſt, *non probabiliter*, introductum dicit Feſtus, ſed idem nos alibi docuit *adſerere*, eſſe admovere, quod ea quæ in terram demittuntur, *ſeri* dicuntur, cur igitur is proprie *ſertor*, & adſertor dici nequeat qui manum, vel manu adſerit, hoc eſt, manum admovet, injicit, manu prehendit ut vindicet in libertatem. Certe nimis præcipitanter hic Feſtus eos reprehendit qui ſertorem à ſerendo, hoc eſt prehendendo dictum putant: in his Varro lib. 5. de L. L. *Sic conſerere manum dicimur cum hoſte, ſic ex jure manu conſertum vocare, hinc adſerere manu in libertatem, cum prehendimus.*

*Servilius lacus.*] *Servilius lacus appellabatur ab eo qui*, &c. Vicus jugarius in octava urbis regione à Victore memoratur: idem & Thurarius ubi ſunt aræ Opis & Cereris cum ſigno Vertumni. Tuſcum, opinor, vocat Varro. Diverſus erat à vico unguentario qui in eadem fuit regione, ex eodem Victore.



Digitized by Google

jugari continens baſilicæ Juliæ, in quo loco fuit effigies hydræ poſitâ à M. Agrippa.

PAULUS. Servilius lacus Romæ à conditore vocatus.

Servorum dies feſtus erat Idibus Auguſti, quia eo die Rex Tullius filius ancillæ natus eſt.

FESTUS. Servorum dies feſtus vulgo exiſtimatur Idibus Auguſti quod eo die Ser. Tullius natus ſerva ædem Dianæ dedicaverit in Aventino, cujus tutelæ ſint cervi à quorum celeritate fugitivos vocent ſervos.

*Seſopia in Augurali & Saliari* carmine appe*llantur quæ alias* eſopia pro ſedilibus d*icere habemus nunc* adhuc in conſuetu*dine*.

PAULUS. Seſtertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decuſſis valebat id eſt dupondius & ſemiſſis.

## NOTÆ.

Illum tamen Anonymus urbis Rom. deſcriptor unum & eundem credidit.

*In quo loco fuit.* ] Apuli & Siculi religionis cauſſa fontibus ſuis ſimulacrum Herculis apponebant, quia is extincta hydra aquas purgaverat. Inde & Thermæ Himeræ urbis in Sicilia, item Oetæ montis & Pylarum in Theſſalia in tutela Herculis fuerunt. Ut Pindari & Sophoclis interpretes ſcribunt. Sunt & qui omnes Thermas eidem eſſe ſacratas velint. Herculeæ thermæ Mediolani nobiles. Hunc morem reſpexit M. Agrippa cum hydram ipſam ad lacum Servilium poſuit. *Dacerius.*

*Servorum.* ] At Macrobius contra: *Nonis Conventus univerſæ multitudinis vitandus exiſtimabatur: quoniam populus Romanus exactis etiam Regibus, diem hunc nonarum maxime celebrabat, quem natalem Servii Tullii exiſtimabant. Qui cum incertum eſſet quo menſe natus eſſet, nonis tamen natum eſſe conſtaret, omnes nonas celebri notitia frequentabant.* Eſt etiam Dies ſervorum Sigillaria, quæ in continenti poſt Saturnalia celebrabantur. Lucillius:

*——— ——— Servorum feſtu' dies eſt,*
*Quem plane hexametro verſu non dicere poſſis.*

Nam Hexametri lex non admittit Sigillaria. Auſonius:

*Ædiles etiam Plebei, etiamque curules*
*Feſta Sigillorum nomine dicta colunt.*

*Joſ. Scaliger.*

*Servorum dies feſtus erat Idibus Auguſti.* ] Peſſime verba Feſti interpretatus eſt Epitomiſta. Neque enim Feſtus dicit Idibus natum Tullium, ſed Idibus eum ædem Dianæ dedicaviſſe. Quamvis etiam Plutarch. in Quæſt. Rom. Quæſt. 100. eo die natum Servium putat. *Cur*, inquit, *Idibus ſextilis, qui nunc Auguſtus dicitur, feria ſunt utriuſque ſexus ſervis; mulieres autem tum maxime lavare & purgare capita ſtudent; an hoc ſervis datum, quod ea die Servius Rex natus è captiva fuit ancilla?* Sed contra Macrob. qui Nonis natum dicit. *Nonis, inquit, conventus univerſæ multitudinis vitandus exiſtimabatur: quoniam populus Rom. exactis etiam regibus, diem hunc nonarum maxime celebrabat, quem natalem Servii Tullii exiſtimabant. Qui cum incertum eſſet quo menſe natus eſſet, nonis tamen natum eſſe conſtaret, omnes nonas celebri notitia frequentabant.* Optime igitur Feſtus ſervorum diem feſtum idibus ponit, quod eo die Ser. Tullius qui è ſerva natus eſt, ædem Dianæ dedicaverit in Aventino. Unde & eodem die ejus ſacra peragebantur, Martial. Epigr. 68. lib. 12. *Auguſtis redit Idibus Diana.* Erat & alius ſervorum Feſtus *ſigillaria* dictus, qui Saturnalibus per ſeptem dies continuabatur. Auſonius:

*Ædiles etiam plebei, etiamque curules*
*Feſta ſigillorum nomine dicta colunt.*

*A quorum celeritate fugitivos vocent ſervos.* ] Lege *vocent cervos* ut in vet. cod. Sic Græci fugitivum ἔλαφον vocant. Et facete Ariſtophanes ait nubes cum fugitivum aſpiciunt, cervorum ſpeciem aſſimulare.

Ταῦτ' ἄρα, τοῦτον Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι
Ὅτι δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

Id eſt,

*Hoc illud erat quod viſo heri Cleonymo inermi & fugitivo*
*Quod timidiſſimum eum aſpicerent, cervorum ſpeciem aſſimularunt.*

*Dacerius.*

Poſt *Servorum.* ] *Sopia*, vel *Seſopia* pro ſedilibus vox, ni fallor, inaudita. *Solia* potius ſcriberem. Plautus in Trucul. *eſopitius*, niſi mendum ſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Seſopia.* ] *Eſopia* vulgo dici ait ſedilia, quæ in Saliari & Augurali carmine *ſeſopia*. Sed utraque vox mihi æque ignota: eam redonavit Plauto Meurſius in truculento è vett. codd. *quo pacto excludis quaſi eſopiis, planius. Dacerius.*

*Seſtertius.* ] Hic ſemper fuit quarta pars denarii. Sed

Seſtertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius, & ſemiſſis.

Seſtertii nota *apud antiquos fuit* dupondii, & ſemiſſis. *unde ſeſtertius dictus quod ſemiſtertius*, ſed auctos eſſe *bello Punico ſecundo*: apud antiquos autem *denarius & quinqueſſis in uſu* erant, & valebant *denarius denos aſſes*, *quadrigati*, bigati, quinqueſſis. *quæ nos*, *ſed uterque actus* eſt numerum æris perductum *eſſe aiunt lege Flaminia*, minus ſolvendi, *cum ære alieno premere*tur P. R. FESTUS.

Sex millium, & ducentorum hominum primus C. Marius conſcripſit legionem, cum antea quattuor millium fuiſſet, unde etiam appellabatur quadrata. PAULUS.

Sex ſuffragia appellantur in equitum centuriis, quæ ſunt adjectæ ei numero centuriarum, quas Priſcus Tarquinius Rex conſtituit. FESTUS.

Sex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt, ut populus pro ſua quaque parte haberet miniſtram ſacrorum. quia civitas Romana in ſex eſt diſtributa partis, in primos, ſecundoſque, Titienſes, Ramnes, Luceres.

## NOTÆ.

Sed quo tempore denarius decuſſi, id eſt, decem aſſibus æſtimabatur, tum ſeſtertius dupondio, & ſemiſſe permutabatur. At cum ſexdecim aſſibus denarius æſtimatus eſt, ſeſtertius quattuor aſſes valuit. Videndus Plinius lib. 33. cap. 3. Vitru. lib. 3. cap. 1. Mæcian. in lib. de aſſe. *Ant. Auguſtinus.*

*Seſtertius.*] Semper quidem Seſtertius fuit quarta pars denarii. Sed quo tempore denarius decuſſim valebat, tunc ſeſtertius fuit dupondii & ſemiſſis. Idque à Servio rege uſque ad primum bellum Punicum. At cum denarius ſedecim aſſibus æſtimari cœptus eſt bello Punico primo, tunc ſeſtertius quatuor aſſibus permutatus. Denarius prior & minor fuit aſſium decem, hoc eſt Turonicorum denariorum duorum ſupra quadraginta, ſeu ſolidorum noſtrorum trium ac ſemiſſis; ſeſtertius minor denariolorum Turonicorum decem & oboli circiter. Denarius vero major & poſterior fuit aſſium ſedecim, hoc eſt, Turonicorum denariolorum ſexaginta ſeptem & quintæ unius: Seſtertius major aſſium quatuor, Francicorum denariolorum ſedecim & quintarum quatuor. *Dacerius.*

*Seſtertii.*] Vide Seſtertius, & quæ illic adſcripſimus. Cur vero Seſtertius dicatur, quaſi ſemis tertius, Varro lib. 5. de Ling. Lat. & Mæcian. de aſſe ſcripſerunt. Vide Trientem. De bigatis, & quadrigatis. Plin. lib. 33. cap. 3. *Nota argenti fuere biga, atque quadriga: & inde bigati quadrigatique dicti.* Quinqueſſis autem, quinarius, ſive victoriatus dictus eſt, quod initio quinque aſſibus æſtimaretur, poſtea octo valuit. ejuſque nota erat victoria, ut idem Plinius ſcribit. *Ant. Auguſtinus.*

*Seſtertii nota apud.*] Quæ corrupta & male etiam diſtincta ſunt lego & diſtinguo: *Et valebant denarius denos aſſes bigati & quadrigati. Quinqueſſis quinos. Sed uterque auctus eſt. Numerum æris productum eſſe aiunt lege Flaminia minus ſolvendi*, &c. Et verum eſt. Primo Denarius valebat denos aſſes, quinqueſſis vero quinos, & denarii bigati & quadrigati dicebantur ab impreſſis bigis & quadrigis. Sed poſtea uterque & denarius & quinqueſſis auctus eſt bello Punico ſecundo, ſive potius primo & denarius aſſes ſedecim, quinqueſſis octo æſtimari cœptus Lege Flaminia quæ minus ſolvendi lex dicta quia æris pretio producto minus æris ad ſolvendum impendebatur. Vide ſupra *ſeſtertius*, & infra *Sextantarii*. Hujus legis Flaminiæ nemo quod ſciam præter Feſtum, meminit. De ſeſtertio autem quod ſit quaſi ſemiſtertius; id eſt quod ad tertium aſſem efficiendum deſit ſemis, vel potius quod tunc tertius ſemis numeratur, Varro lib. 4. de L. L. *Seſtertius quod ſemis tertius. Dupondius enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt: & veteris conſuetudinis ut retro æra dicerentur, ita ut ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent. Seſtertius igitur ab ſemis tertius dictus.* Eodem modo autem ſeſtertius quo Iones & Attici dicebant ἥμισυ τρίτον, *dimidium tertium*, pro δύο ϗ ἥμισυ. *Duo cum dimidio.* Sic *trientem tertium*, libras duas & trientem, &c. Vide *trientem.*

*Sex millium.*] Romulus legionem inſtituit hominum 3000. regibus ejectis fuit 4000. eam poſtea Marius cum in provinciam Numidiam iret, ſex millium & ducentorum hominum conſcripſit. In veteribus tamen legas ante Marium auctas ſæpiſſime Legiones, ſed id tum extraordinarie factum fuiſſe putandum eſt, & neceſſitate aliqua ſuadente.

*Sex ſuffragia.*] Innuit ſex centurias adjectas priori centuriarum numero *ſex ſuffragia* dictas, ſed nihil tale unquam in antiquitate Romana me legiſſe arbitror.

*Sex Veſtæ ſacerdotes.*] Sed primis temporibus ut quatuor tantum caperentur inſtituit Numa, cepitque Geganiam, Veraniam, Canulejam, & Tarpejam. Duas poſtea addidit Priſcus Tarquinius. Et hic Numerus ſemper manſit.

*In primos ſecundoſque.*] Hic partis unius nomen deeſſe

Digitized by Google

Sexagenarios *de ponte olim dejiciebant*, cujus cauſam Manilius *hanc refert quod Romam*, qui incoluerint *primi Aborigenes*, hominem, ſexaginta *annorum qui eſſet*, *immolare* diti patri quot*annis ſoliti fuerint*, *quod* facere eos de*ſtitiſſe adventu Her*culis, ſed religio*ne poſtea veteris moris* ſcirpeas hominum *effigies de ponte in Tiberim vetere* modo mittere *inſtituiſſe*. *Alii dicunt*, morante in Italia *Hercule*, *quod quidam e*jus comitum habitav*erint ſecundum rip*am Tiberis, atque Arg*aeos ſe ab Argivis vo*caverint arvis. quorum pro*ditam memori*am redintegrari, eo ge*nte miſſum ab Græca* legatum quendam Arg*æum diu cum* iis Romæ moratum eſſe, his ut *obierit*, inſtitutum à ſacerdotibus, ut *effigies* ſcirpea ex omnibus, cum quæ publicæ *erant rei nun*tiaviſſet, per flumen, ac mare in patriam remitteretur. Sunt, qui dicant, poſt urbem à Gallis liberatam ob inopiam cibatus cœptos ſexaginta annorum homines jaci in Tiberim; ex quo numero unus filii pietate occultatus ſæpe profuerit patriæ conſilio ſub perſona filii. id ut ſit cognitum, ei juveni eſſe ignotum, & ſexagenariis vita conceſſa. latebras autem ejus, quibus arcuerit ſenem, id eſt cohibuerit, & celaverit, ſanctitate dignas eſſe viſas, ideoque Arcæa appellata. Sed exploratiſſimum illud eſt cauſæ, quo tempore primum per pontem cœperunt comitiis ſuffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte dejicerentur ſexagenarii,

## NOTÆ.

deeſſe videri poſſit, quod non deeſt tamen, nam per *Tatienſes*, *Ramnes*, *Luceres*, quatuor urbis partes intelliguntur, quæ à locis, Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina dictæ ſunt. Varr. lib. 4. de L. L. *Ager Romanus primum diviſus in partes tres, à quo tribus appellata Tatienſium, Ramnium, Lucerum, nominata ut ait Ennius, Tatienſes à Tatio, Ramnenſes à Romulo, Luceres, ut ait Junius, à Lucumone. Sed omnia hac vocabula Tuſca, ut Volumnius qui tragœdias Tuſcas ſcripſit, dicebat. Ab hoc quoque quatuor partes urbis tribus dicta: ab locis Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina. Dacerius.*

*Sexagenarios.*] Hoc à multis traditum eſt, & quæ reliqua ſunt, ſatis oſtendunt, qua de re agatur. Cicero pro Sext. Roſcio: *Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorem annis* 60. *de ponte in Tiberim dejecerit.* Varro lib. 6. de Ling. Lat. Ovid. lib. 5. Faſtor. Macrob. lib. 1. Saturn. Plutarch. in Problem. & Non. Marc. Vide Depontani. *Ant. Auguſtinus.*

*Sexagenarios.*] Vulgata quidem hiſtoria, ſeu fabula, & à veteribus diverſis opinionibus agitata. Tamen non ita puto apertum eſſe, quid velit Feſtus, ut non ex eo eruantur quædam, quæ apud nullum alium auctorem legas, ut apparebit ex ejus contextu ita: Sexagenarios de ponte mitti olim dicebatur. Cujus cauſſam Manilius hanc adfert: quod qui incoluerint primi loca urbis, hominem ſexaginta annos natum Diti patri quotannis immolare ſolebant, idque facere eos deſtitiſſe adventu Herculis. Sed religione veteris moris ſcirpeas hominum effigies eos tantummodo mittere de ponte. alii aiunt, morante in Italia Hercule quod quidam ejus comitum habitaverint ſecundum ripam Tiberis, atque Argeos ſe vocaverint ab Argis: quorum p. ro. memoriam redintegrari, eo gente Græcia legatum quendam Argæum cum iis Romæ moratum eſſe. is ut obierit, inſtitutum à ſacerdotibus, ut effigies ſcirpea ex omnibus, cum, quæ publica erant, nunciaviſſet, per flumen ac mare in patriam remitteretur. ſcriptum eſt in reliquiis Feſti *his*, pro *is*, ut ſæpe. Inſtitutum igitur ait, ut ex omnibus ſcirpeis ſimulacris, erant autem triginta, una nomine legati Argivorum de ponte in Tiberim dejecta, per mare in patriam remitteretur, poſtquam munus ſuum, cujus cauſſa publice miſſus erat, nunciaviſſet. Hoc enim eſt, *poſtquam qua publica erant, nunciaviſſet.* Ex quibus apparet ſine ulla controverſia, ſacerdotes quædam dicis cauſſa nomine legati fari ſolitos, cum illam effigiem emitterent, quod apud nullum alium auctorem ſcriptum reperias. *Joſ. Scaliger.*

*Sexagenarios.*] Priorem Manilii ſententiam tangit Ovid. 5. Faſt. Sed Saturno non Diti ait immolatos fuiſſe.

*Fama vetus, tunc cum Saturnia terra vocata eſt,*
*Talia fatidici dicta fuere ſenis:*
*Falcifero libata ſeni duo corpora, gentes,*
*Mittite, quæ Tuſcis excipiantur aquis.*
*Donec in hac venit Tirynthius arva; quotannis*
*Triſtia Leucadio ſacra peracta modo.*
*Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites.*
*Herculis exemplo corpora falſa jaci.*

De Argeis comitibus Herculis, vide in *Argei* & *Argeos.*

*Per pontem cœperunt.*] De pontibus qui ab ſeptis comitialibus ad Diribitorium & villam publicam ſuffragantes traducebant, nota res eſt.

*Cujus*

qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipſi potius ſibi, quam illi, deligerent imperatorem. Cujus ſententiæ eſt etiam Sinnius Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino, confirmavit Afranius in Repudiato.

Sextantarii aſſes in uſu eſſe cœperunt ex eo tempore, quod propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreverunt patres, ut ex aſſibus, qui tum erant librarii, fierent ſextantarii, per quos cum ſolvi cœptum eſſet, & populus ære alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publice ſolvi oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) uſus eſt, ut priore numero, ſed id non permanſit in uſu, nec amplius proceſſit in majorem.

Sexus aliter ſignificat ſexu, natura, habituque ex Græco, quam illi vocant ἕξιν; Afranius in Privigno ſic ait, orbus virili ſexu adoptavit ſibi. Pacuvius in Atalanta: Triplicem virili ſexu partum procreat.

Sexus, natura, vel habitus, ex Græco ἕξις vocatur.

## NOTÆ.

*Cujus ſententiæ.*] Et Ovid. 5. Faſt.

*Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli*
*Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.*

Et Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Honeſtam cauſſam glorioſamque patefecerit cum in quintum gradum pervenerant, atque habebant LX. annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi atque otioſi: ideo in proverbium quidam putant veniſſe ut diceretur ſexagenarios de ponte dejici oportere, id eſt quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* Vide Victorii Varr. lect. lib. 18. cap. 7. *Dacerius.*

*Sextantarii.*] Plin. lib. 33. cap. 3. *Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem devictum uſus eſt. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius, appendebatur aſſis.* Et poſtea: *Libra autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis reſp. non ſufficeret; conſtitutumque, ut aſſes ſextantario pondere ferirentur.* &c. *Poſtea Hannibale urgente Q. Fabio. Max. Dictatore, aſſes unciales facti,* &c. *Mox lege Papiria ſemunciales aſſes facti.* Ex his verbis apparet Feſtum aliud dicere, quam Plinium. nam ſextantarios alter bello Punico primo, alter bello ſecundo factos ſcribit. item hic noſter ſeptennio duraſſe, & non amplius proceſſiſſe in majorem numerum. ille duraſſe ad Dictaturam Qu. Fabii, quæ à fine belli Punici primi fuit 25. annis poſterior. & unciales, atque ſemunciales, poſtea aſſes factos eſſe. Mihi quod Plinius ſcribit veriſimilius videtur. & in verbis Feſti videntur eſſe quædam mendoſa. Vide Grave æs. *Ant. Auguſtinus.*

*Sextantarii.*] Jam ſupra in *Grave as. Sed bello Punico populus Romanus preſſus ære alieno ex ſingulis aſſibus librariis ſenos fecit qui tantumdem valerent.* Ubi *bello Punico* tantum. At hic ſecundo bello Punico ſextantarios aſſes factos ſcribit. Sed diſſentit Plinius lib. 33. cap. 3. qui id factum dicit bello Punico primo. *Libra autem*, inquit, *pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis reſp. non ſufficeret; conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur, &c. Poſtea Hannibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti, &c. Mox lege Papiria ſemunciales aſſes facti.* Ubi, vides, Plinius ait ſextantarios aſſes duraſſe uſque ad Dictaturam Q. Fabii, hoc eſt diutius annis 25. Et unciales atque ſemunciales poſtea factos. Noſter autem duraſſe tantum ſeptennio neque poſtea in majorem numerum proceſſiſſe. Sive potius ſeptennio quoque prioribus aſſibus nempe librariis uſum eſſe, &c. *Dacerius.*

*Sexus.*] In veteri libro eſt *ſecus* initio, tamen in exemplis ſexus. Chariſ. lib. 1. ſcribit. *Secus neutri generis nomen.* unde & Salluſtius *virile ſecus* dixit, hoc eſt virilis ſexus. quod per omnes caſus integra forma declinatur. Fit ſecus, & adverbium, quod ſignificat Aliter. *Ant. Auguſtinus.*

*Sexus.*] Corruptiſſimus locus. Lege: *Sexus, aliter Sexu, natura habituſque. ex Græco, &c. Afranius in Privigno*

*Sic ait:* ———
*Orbus virile ſexu adoptavit ſibi.*

Salluſtius Hiſtor. lib. 2. *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus. Magna gloria concurrentium. Undique virile, & muliebre ſexu per vias, & tecta omnium viſebatur.* Siſenna Hiſt. lib. 4. *Tum in muro virile, ac muliebre ſexu, populi multitudine omni collecta.* Quæ omnia corrupte leguntur apud Nonium. In veteri ſcriptura hic legebatur *Secus*, quod etiam uſurparant veteres. ſed non propterea hic ita legendum. Auſonius:

*Juno, Ceres, ac Veſta, ſecus muliebre ſorores.*

Item:

*Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus Strix.*

Paulus. Sabinam appellant Illyrici telum venabuli ſimile. Ennius: Illyrici reſtant ſicis ſibiniſque fodentes.

Sibus, callidus, vel acutus.

Festus. Sic verſantu . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . fune voluit eodem nom . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Suparum* appellant dolonem *quod eſt velum minus in navi*, *ut* acation, majus. *Suparum autem dictum ait Cinnius* Capito velut *ſeparatum quod ſit disjunctumque à* dolone interioris *mali*.

*Sepultum* morte meroque cum ait. . . . . . . . . . . . . . *De* L. Terentio Tuſci vici *magiſtro*, *ſignificat eum vivum* de ſaxo Tarpeio *elatum*, *cum eo* veniſſet comiſatum, quod *mero*, *id eſt vino eſſet* coactus.

## NOTÆ.

Sexu ergo neutri, ſexus maſculini. Sic genus, & genu: gelus, & gelu: cornus, & cornu. *Joſ. Scaliger.*

*Sexus.*] Lege: *Sexus aliter ſexu*, *ſignificat naturam habitumque ex Græco*, *&c.* *Afranius in privigno ſic ait: Orbus virili ſexu adoptavit ſibi.* Pacuvius in Atalanta: *Triplicem virile ſexu partum procreat.* In veteri ſcriptura legebatur *ſecus*, quod etiam uſurparunt veteres. Auſon.

*Juno, Ceres ac Veſta, ſecus muliebre, ſorores.*

Sed non propterea hic ita legendum. *Sexu* neutri, *ſexus maſculini*. Sic *genus*, & *genu*: *gelus*, & *gelu*: *cornus*, & *cornu*. Salluſt. hiſtor. lib. 2. *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria concurrentium, undique virile & muliebre ſexu per vias & tecta omnium viſebatur.* Siſenna hiſtoriar. lib. 4. *Tum in muro virile ac muliebre ſexu, populi multitudine omni collecta.* Quæ omnia corrupte legi apud Nonium notavit Scal.

*Sibina.*] Melius *Sibyna*. Heſych. Σιβύνη, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον. *Sibyna telum haſtæ ſimile.* Gloſſ. Cyril. Σιβύνη, *venabulum*. Et Gloſſ. Philox. *Venabulum*, Σιβύνη. Male edit. Συβύνη.

*Illyrici.*] Lege: *Illyrici reſtant ſicis ſibyniſque fodantes.* Vide *fodare*.

*Sibus.*] Vide *Perſibus*. *Dacerius.*

*Sic verſantu* . . .] Locus difficilis interpretem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Sic verſantur.*] Haud dubie eſt fragmentum de Sucula quod eſt lignum tranſverſarium teres utrinque capitulis cardinatis in duo arrectaria immiſſum, paxilliſque verſatum, circa quod ductarius funis volvitur, ad ſuſtollenda aut molienda onera, ut lapides, & alia. De Sucula etiam alibi loquitur. Sequitur deinde: *Suparum appellant dolonem*, *hoc eſt velum minus in navi*; *ut acation majus. Suparum autem dictum ait Capito*, *velut ſeparatum ſit à dolone interioris mali.* Hæc ἀναμφισβήτως Feſtus. Notum eſt Acatium, & dolonem eſſe genera velorum, ἀκάτιον quidem μέγα ἄρμενον, δόλωνα vero μικρόν. Notum & illud apud Livium: dolonibus ſublatis fugerunt. de ſuparo alibi ſatis diximus. Sequitur aliud caput: *Sepultum morte meroque cum ait in ea in . . . . . de L. Terentio Tuſci vici magiſtro. eum vivum de ſaxo Tarpeio elatum cum eo veniſſet comiſſatum: quod mero eſſet coactus.* Non dubium eſt ex quadam oratione Catonis deſumpta eſſe. qui mos eſt Feſto ſolennis, ut non nominato Catone verba ex eo in teſtimonium producat, ut in Sublimavit. eleganter comeſſabundum juvenem mero ſepultum & vivum elatum, quod mortuo ſimilis eſſet, dixit, quodque ſpiritus ei mero coactus & intercluſus eſſet. eſt autem non totus integer locus, niſi fallor, ante enim deſiderantur quædam. quanquam non ſolum aperta eſt, ſed etiam elegans hujus loci ſententia. *Joſ. Scaliger.*

*Sic verſantu* . . . . . .] Imo adi vocem *Sucula*. Ibi enim manifeſto hæc veſtigia deprehendes —— *Sic verſanteſque ductario fune volvunt. Eodem nomine*, *&c.* Quæ male loco ſuo avulſa, huc adhæſere. *Dacerius.*

Poſt *Sic verſantu* . . . .] De ſica fortaſſe verba Feſti intelligenda ſunt, item de Dolone. Dolonis mentio fit apud Vergilium lib. 7. Æn. Suet. in Claudio, & ſub titulo ad L. Aquil. in Digeſtis. De Sica, & Sicariis, omnibus libris agitur. Sed non facile eſt verba Feſti ſarcire. etenim exempla referuntur eorum librorum, qui non extant. *Ant. Auguſtinus.*

*Suparum.*] Pollux tria in navi memorat vela, minimum δόλωνα, majus ἀκάτειον, maximum ἐπίδρομον. Capitoni autem ſententiam de ſipari etymo confirmat. Iſidorus lib. 19. cap. 3. *Siparum*, inquit, *genus veli unum pedem habens quo iuniti navigia ſolent in navigatione*, *quoties vis venti langueſcit*, *quod ex ſeparatione exiſtimant nominatum.* Sed illud omnino ridiculum: eſt enim à Græco σίφαρος, adeoque potius ſcribitur *ſiparum*.

*Sepultum.*] Non dubium eſt ea ex quadam oratione Catonis deſumpta eſſe, qui mos eſt Feſto ſolennis, ut non nominato Catone verba ex eo in teſtimonium producat, ut in *ſublimavit*. Eleganter comeſſa-

Digitized by Google

Sicilices haſtarum ſpicula lata. Ennius: Incendit veles vulgo ſicilibus latis. PAULUS
Sicilicum dictum, quod ſemunciam ſecet.
Sicyonia genus calciamenti. Lucilius: Et pedibus læva ſicyonia demit honeſta.

Si ſus u*ſurpatum eſt*, *pro tubis* ipſis id quod Græcè *dicitur* σίφων. *In lege* rivalicia FESTUS ſic eſt, *quæ lata fuit rogante* populum Ser. Sulpic*io ſex. F. Ruſo: Montani*, paganive *ſiphonibus aquam dividunto*: donec eam inter ſe *diviſerint*, *Prætoris* judicatio eſto.

Signa, ut rerum, ita *quoque res ipſa dicuntur*, aut lapides, aut fictile, *aut ſi qua ejuſmodi* adhuc aliqua *ſigna dicuntur*, *quæ ſcul*pantur etiam, ſed pocu*la etiam in quibus ſunt* ſimulacra ad effigi*es ſigillata*.

Signare ſignificat modo ſcribere, modo anulo ſigna imprimere, modo pecora ſignis PAULUS notare.

*Signare* dicitur ſignis notare, *velut in pecorib. fit*; ſed antiqui eo pro ſcribe*re utebantur: unde & ſubſign*are, & conſignare *invenitur poſitum*, *pro ſubſcri*bere, & conſcri*bere*. FESTUS

## NOTÆ.

çomeſſabundum juvenem mero ſepultum & vivum elatum, quod mortuo ſimilis eſſet, dixit, quodque ſpiritus ei mero coactus & intercluſus eſſet. Eſt autem non totus integer locus, niſi fallor. Ante enim deſiderabantur quædam: quamquam non ſolum aperta eſt, ſed etiam elegans hujus loci ſententia. Scalig. *Dacerius.*

*Sicilices.*] Scribendum *Siciles*, ex A. Gell. lib. 10. cap. 20. *Ful. Urſinus.*

*Sicilibus.*] Gloſſarius: *Sicila*, σμίλα, ἀρβύλιον. *Sicilum*, ξυρὸν σκυτέως. *Sicila*, σμίλα χαρτοτόμος. eſt autem vox magnæ Græciæ, eo nomine intelligebant quicquid ſecandi vim habet, inde Sicilia dicta, quia ab Italia abſecta. Inde Sicilire prata, ſecare. *Joſ. Scaliger.*

*Sicilices.*] Malim *ſiciles* Gloſſ. *Sicila*, σμίλα, ἀρβύλιον. *Sicila*, *ſcalper*, *culter ſutorius*. Item: *Sicilum*, ξυρὸν σκυτέως. *Novacula ſutoris*. Idem & *ſicilis*. Magnæ Græciæ vocem eſſe ait Scalig. Puto potius eſſe diminutivum à *ſica*, *ſicela*, *ſicila*, *ſicilis*, *ſicilire*, quod eſt ſecare apud Servium. Sica autem brevis gladius & incurvus, quare *ſicila* dictus culter ſutorius quod in modum ſicæ eſſet incurvus. Inde *ſiciles* ſibynarum aut lancearum ſpicula dixit Ennius.

*Incedit veles volgo ſicilibus latis.*

Sic enim potius lego quam *ſicilicibus*, ratio eſt quod prior ſyllaba in *ſicilicibus* brevis eſt, quæ longa eſſe debet à *ſica*. Vide quæ notavit Salmaſ. hiſt. Auguſt. tom. 2. Ennii verſum quidam ſic legunt:

*Incidit miles volgam ſicilicibus latis.*

Sed contra Feſti auctoritatem. *Dacerius.*

*Sicilicum.*] Fruſtra in peregrino verbo Latinam etymologiam rimatur. eſt enim Syrum. *Joſ. Scaliger.*

*Sicilicum.*] Quarta pars unciæ. Budæus in lib. de aſſe: *Poſt hac ſequitur drachma, octava pars unciæ, quæ ipſa geminata ſicilicum efficit.* Sed fruſtra eſt Feſtus qui in peregrino verbo Latinam etymologiam rimatur. *Sicilicus* ab Hebræo *ſcekel ſiclus*.

*Sicyonia.*] Genus Calciamenti muliebris: Cicer. 1. de Orat. *Ut ſi mihi calceos ſicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem: ſed non viriles.* Heſych. Σικυώνια, ὑποδήματα γυναικεῖα. *Sicyonia, calcei muliebres.* Sicyonia à Sicyone in Peloponneſo. in verſu Lucil. *Honeſta*, id eſt, pulchra. Sic alibi dixit idem *plantas convestit honeſtas*. Et Virg. *pectus honeſtum*. *Dacerius.*

*Si ſus. . . . .*] Locus difficilis, qui lucem deſiderat. *Ant. Auguſtinus.*

*Siſus.*] *Siſunculi* in aqua ducenda uſurpatum eſt, pro tubis ipſis. id quod Græce eſt σίφων. In lege rivalitia ſic eſt, quæ lata eſt rogante populum Ser. Sulpitio: *Rivales montani paganive ſiſunculis aquam dividunto. donec inter ſe diviſerint, ejus judicatio eſto.* Aperte actio datur in eum, qui hac lege committit. *Joſ. Scaliger.*

*Siſus.*] Tuba, canalis, aquæ derivandæ. Notandum caput legis rivalitiæ. Prætorem de aqua dividunda cognoviſſe. *Dacerius.*

*Signa.*] *Signa ut rerum, ita res ipſa ſculpta, aut lapides, aut ferrum: & ſi qua ſunt aliqua ejuſmodi quæ ſculpantur etiam: ſed pocula ita dicta, & ſimulacra ad effigies hominum conformata.* Inverſum tamen, etiam. ſed pocula. pro, ſed etiam pocula. *Joſ. Scaliger.*

*Signa ut rerum.*] Ait Feſtus ſigna dici ut ea quæ materiæ inſculpuntur, ut Virg. *Pocula aſpera ſignis*, & materiam ipſam ſculptam, lapides, marmor, ferrum, &c. Virg. 3. Georgic.

*Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna.*

PAULUS. Silatum antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicimus appellabant, quia jejuni vinum ſili conditum ante meridiem abſorbebant.

FESTUS. *Silatum antiqui* pro eo, quod nunc jentaculum dicimus *appellabant*, quia jejuni vinum ſoli conditum *ante meridiem* abſorbebant.

PAULUS. Silere tacere ſignificat ficto verbo ab S littera, quæ nota ſilentii eſt.

FESTUS. Silere, tangere *ſignificat*, *ficto initium ejus vocis eſt vocabulo* à S littera, quæ init*ium*. *Silentio ſurgere ait* dici, ubi qui poſt mediam *noctem auſpi*candi cauſa ex lectulo ſuo *ſilentio ſurrexit* & liberatus à lecto in ſolido *ſe poſuit*. Sedetque ne quid eo tempore dejiciat, *rurſuſque ſe* in lectum repoſuit, hoc enim eſt *proprie* Silentium, omnis vitii in auſpiciis vacuitas, Veranius ait non utique ex lecto, ſed ex cubili, nec rurſus ſe in lectum reponere neceſſe eſſe.

PAULUS. Silicernium erat genus farciminis, quo fletu familia purgabatur. dictum autem ſilicernium, quia, cujus nomine ea res inſtituebatur, is jam ſilicem cerneret. Cæcilius: credidi ſilicernium ejus me eſſe eſurum.

## NOTÆ.

Ovid. *Factum de marmore ſignum.* Simulacra hominum, Deorum, &c. Ut *Veneris ſignum* Plaut. *Signum Admidis* Cicer.

*Silatum.*] Subintelligitur vox *vinum* ſilatum vinum, à ſili herba quam σέσελι. Græci vocant. Dioſcorid. lib. 3. cap. 51. *Seſeli Maſſilienſe folia fœniculi habet craſſiora, caulem vegetiorem: umbellam anethi, in qua ſemen oblongum, anguloſum, deguſtanti ſtatim acre, radix longa eſt, jucundi odoris* &c. Et paulo poſt: *Semen cum vino potum, concoquit & tormina diſcutit.* Silatum autem quod poſtea jentaculum, id eſt, ἄκρατον, *merum.* Gloſſ. *jentat*, ἀκρατίζεται. *Jentaculum* ἀκρατισμός. De mane enim veteres merum bibebant, vel etiam panem vino madefactum comedebant, ut ex Athenæo refert Euſtath.

*Silere tangere.*] Lege: *Silere, tacere, ſignificat ficto vocabulo à S litera qua initium eſt ejus vocis.* Hæc Feſtus. Hanc differentiam inter *ſilere* & *tacere*, ſtatuunt Grammatici, ut proprie *ſilere* dicantur qui jam loqui cœperunt, *tacere* vero qui non antea loquebantur. Sed tamen confunduntur interdum. *Dacerius.*

Ante *Silicernium.*] Cicero lib. II. de Divin. *Peritum eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit, intelligat. id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret, hoc intelligere perfecti auguris eſt. Ille autem, qui in auſpicio adhibetur, cum ita imperavit is, qui auſpicatur; Dicito, ſilentium eſſe videtur? nec ſuſpicit, nec circumſpicit, ſtatim reſpondet; Silentium eſſe videtur.* Verba Feſti ita ſcribi poſſunt. *Silentio ſurgere dici, ubi qui poſt mediam noctem ſurgit auſpicandi cauſa ex lectulo ſuo. ſive alieno, & liberatus à lecto in ſolido ſolio ſedet, ſiletque nequid eo tempore dejiciat ſputi auſpicatus recte, inde ſe in lectum repoſuit. Hoc enim eſt ſilentium* &c. Vide Siniſtrum, & Solida ſella. *Ant. Auguſtinus.*

*Silere.*] *Silere, tacere. quod dictum eſſe videtur à S, litera, qua initium ejus vocis eſt.* Deinde de Silentio auſpicandi gratia loquebatur ſequenti capite. ſed primus verſus deeſt. *Silentio ſurgere* Verrius ait dici, *ubi qui poſt mediam noctem auſpicandi cauſſa ex lectulo ſuo ſurgit, & liberatus à lecto in ſolido ſedet, ſiletque, ne quid eo tempore dejiciat. inde ſe in lectum repoſuit.* Ita omnino nullo labore hanc lectionem eruimus. Aperte ſolidam ſellam fuiſſe ait, ut ſtabilior eſſet, ne forte quid in ſedendo, aut dum vellet ſedere, motu ſellæ dejiceret, & ſtrepitu vitium auſpicio faceret. *Joſ. Scaliger.*

*Silentio ſurgere.*] Qui auſpicabatur, poſt mediam noctem ſurgebat, ſeque in ſella componebat, quam ſolidam fuiſſe ait ut ſtabilior eſſet, ne forte quid in ſedendo, aut dum ſedere vellet, motu ſellæ dejiceret: & ſtrepitu vitium auſpicio faceret. Deinde interrogabat eum qui in auſpicium adhibebatur, an ſilentium eſſe videretur &c. Audi Ciceron. lib. II. de Divinat. ſect. 34. *Hic apud majores noſtros adhibebatur peritus, nunc quilibet; peritum autem eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit intelligat, id enim ſilentium dicimus in auſpiciis quod omni vitio caret, hoc intelligere perfecti auguris eſt. Ille autem, qui in auſpicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auſpicatur,* DICITO SI SILENTIVM ESSE VIDETVR, *nec ſuſpicit, nec circunſpicit, ſtatim reſpondet,* SILENTIVM ESSE VIDERI. *Tum ille,* DICITO SI PASCVNTVR. PASCVNTVR. Deinde obſervabatur tripudium. Iſta *ait dici*, de Atejo Capitone intelligenda ſunt ut apparet infra in *ſiniſtrum.* *Dacerius.*

*Silicernium.*] Cæcilius obeloſtate. Vide de hoc verbo Donat. in Adelph. Nonium, & Placiadem. *Ant. Auguſtinus.*

*Silicernium.*] *Silicernium, cœna funebris, quam Græci* περίδειπνον *vocant. ſed & nonnulli, inter quos Verrius, exiſtimant nihil aliud eſſe, quam id, quod nos farcimen dicimus, quo fletum familia purgare ſolet. quia cujus nomine ea res inſtituebatur, jam ſilicernium cerneret. Cæcilius obeloſtate: Credidi ſilicernium ejus*

Digitized by Google

*Silicernium dicitur cæna fu*nebris, qûam *alio nomine exequium ſcriptores* vocant; ſed *&* *V*errius exiſt*imat ſilicernium dici*, quod nos farci*men dicimus*, *quo* fletu familia *purgabatur: quia cujus* nomine ea res *inſtituebatur*, *is etiam* ſilentium *cerneret Cæcilius obo*loſtate. Cre*didi ſilicernium ejus* me eſſe eſurum.

Silvii ſunt appellati Albani Reges, à Laviniæ filio, quem poſt exceſſum Æneæ gravida relicta timens periculum, & ſuæ vitæ, & ejus, quem utero gerebat, in ſilvis latens enixa eſt. qui reſtitutus in regnum eſt poſt mortem Aſcanii prælatus Iulo fratris filio: cum inter eos de regno ambigeretur.

Silus appellatur naſo ſuſum verſus repando. unde galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ dicebantur.

Simpludiarea funera ſunt, quibus adhibentur. D. T. ludi, corbitoreſque quidam

## NOTÆ.

*ejus me eſſe eſurum.* Silicernii ſupra, & alibi τὸ ἐπιτύμβιον attigimus. *Ceſnas* veteres dicebant, & *Poeſnas*, pro eo quod eſt, *Cenas*, *Pœnas*. Ab eo ſiliceſnium. poſtea ſilicernium. *Caſmina*, *carmina*. *Valeſius*, *Valerius*. & ſimilia. Tertullianus: *quo differt ab epulo Jovis ſilicernium? à ſimpuvio obba? ab aruſpice pollinctor?* Gloſſarium: *Silicernium:* περίδειπνον. λύχνος γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. videtur accepiſſe, quaſi *Selucernium*, hoc eſt ἀλυχνία. Rationem hanc eruimus. Natali die lucernæ accendebantur. Mortuali, ut loquuntur Cato, & Plautus, id non faciebant optima de cauſſa, ut τὸ ἀντίστροφον τῆς γενέσεως, καὶ τῆς τελευτῆς oſtenderent. Perſius:

—— —— —— *unctaque feneſtra*,
*Diſpoſita pinguem nebulam vomuere lucerna.*

Tertullianus libro de Idololatria: *At nunc lucent tabernæ, & januæ noſtræ. Plures jam Ethnicorum fores ſine lucernis, & laureis, quam Chriſtianorum.* At ἐν πένθει quidem, ut puto, non accendebant. Cæterum ſemper in cippis ſepulcrorum ſuſpendebant lucernas. cujuſmodi fictiles multas videmus ex veteribus monumentis erutas. Dio in Domitiano: καὶ στρῶτον μὲν στήλην ταφοειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε τό, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν, καὶ λυχνοῦχον μικρὸν οἷον ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυνται. Inde puto apud Gellium Laberius Cippum vocat *lucium*, quod ex eo *lucerna luceret*. ut ille apud Athenæum qui columnam vocat μένανδρον, quod ſuſtineret innitentem virum. Porro quemadmodum Ergaſtulus dictus, qui in ergaſtulo maneret: ita ſilicernius, qui dignus erat, ut pro eo ſilicernium pararetur. Cincius Alimetus de Gorgia Leontino: *Qui dum jam ſilicernius ſui finem temporis expectaret, & ſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit.* *Joſ. Scaliger.*

*Silicernium.*] De hac voce varia admodum veteres prodidere, alii à *ſilens* & *cerno* quod umbrarum ſilentium cerneret; unde & infra pro *ſilicem* quidam *ſilentium* habent, ut eſt in verbis Feſti: alii à *ſilex* & *cerno:* alii à *ſile* herba, de qua ſupra in *ſilatum*, & ceſna, pro *cena*. Alii aliter. Sed optime omnium Servius ad 5. Æneid. *Libavitque dapes*, *leviter guſtavit epulas qua ſilicernium vocatur quaſi ſilicernium ſuper ſilicem poſitum.* Nam ad ſilicem dabatur illud epulum. Servio favet quod *Ceſnas* veteres dicebant & *poeſnas* pro *cenas*, *pœnas*. Ab eo *ſiliceſnium*. poſtea *ſilicernium* ut *caſmina*, *carmina: Valeſi*, *Valeri*. Vide Nonium. Inde etiam ſilicernium dictum genus farciminis quod adhibebant ut fletu familiæ purgarentur. Sane ſilicernium inter farcimina ponit Arnob. lib. 7. *Quid, inquam, ſibi hæc volunt? Apexabo, iſicia, Silicernia, longabo, quæ ſunt nomina & farciminum genera hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.* Item *Silicernium* ſenex dictus quod ejus cauſſa brevi Silicernium erat futurum, vel quod dignus eſſet Silicernio. *Silicernium* Græce περίδειπνον, Latinis *circumpotatio*. In 12. Tab. *Unctura ſervilis tollatur, omniſque circumpotatio, ne reſperſio, ne longa corona, nec acerra.* Gloſſarium Silicernium, περίδειπνον, λύχνος γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. Videtur accepiſſe quaſi *Selucernium*, hoc eſt, ἀλυχνία. Rationem hanc eruit Scaliger. Notabis in verbis Feſti *exequium* ſingulariter dici pro exequiis & cœna funebri.

*Silvii.*] Vetus autor originis Gentis Romanæ: *Interim Lavinia ab Ænea gravida relicta, metu, veluti inſecuturi ſe Aſcanii, in ſylvam profugit, ad magiſtrum patrii pecoris, Tyrrhum, ibique enixa eſt puerum qui à loci qualitate Silvius eſt dictus.* Et paulo poſt: *At Aſcanius poſtquam exceſſiſſet è vita, inter Iulum filium ejus, & Silvium poſtumum, qui ex Lavinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio eſt, cum dubitaretur an Æneæ filius an nepos potior eſſet; permiſſa diſceptatione ejus rei, ab univerſis rex Silvius declaratus eſt. Ejuſdem poſteri omnes cognomento Silvii uſque ad conditam Romam Albæ regnaverunt.* *Dacerius.*

*Silus.*] Silus, & Silo, σιμός. *Joſ. Scaliger.*

*Silus.*] In libro ſcripto Colonienſi ut monuit Gulielmus veriſimil. lib. 1. cap. 9. Silus appellatur naſus ſuſum verſus & repandus. *Silus* pro *ſimus* à Græco σιμός. Gloſſæ: *Silus*, σιμός. Item: *Silo*, σιμός. *Dacerius.*

*Simpludiarea.*] Hæc verba mendoſa ſunt (*D. T. ludi*,

ea dixerunt eſſe, quibus neutrum genus inſtereſſet ludorum. nam indictiva ſunt, quibus adhibentur non ludi modo, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima.

PAULUS. Simpludiarea funera, quibus ludos adhibebant.

Simpulum vas parvum non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libatur. unde & mulieres rebus divinis deditæ ſimpulatrices dicuntur.

Simultas, id eſt, odium, dicta ex contrario, quia minime ſint ſimul. poteſt & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulate loquuntur ad invicem.

Sinciniam, cantionem ſolitariam.

## NOTÆ.

*ludi, corbitoreſque*) quod notatum eſt in veteri libro R. littera. Crederem ſcribi poſſe, ludi, deſultoreſque. Vide Senacula. *Ant. Auguſtinus.*

*Simpludearia.*] De his non nihil attigimus in Auſonianis lectionib. Dicta *quaſi ſimplildiaria.* quia ſimpli ludii adhiberentur. hoc eſt ſaltatores vel cernuatores, de quibus ſupra diximus: quos cernuatores hic Verrius vel Feſtus vocat *Corbitores*, more ſcribendi antiquitus imperitis librariis uſitato, qui b, eum v, & contra commutabant. *Corvitores* enim ſine dubio dicendum erat. qui enim geſtus Cernuantium, ut modo ſurſum, modo deorſum ſpectent, is & *corvorum* eſt, & cornicum, ac monedularum, quæ ubi pedibus aliquem locum inſiſtunt, modo *ἀναδύνουσι.* modo *ἐπινεύουσι.* Hinc elegantiſſime de mulieribus cibo ſe ingurgitantibus ad menſam Plautus Caſina dixit:

*Ego novi illas eſtrices. corvitant, ubi*
*Comiſſe poſſunt* — — —

Quanquam ſcio Turnebum mutaſſe, ſed fruſtra. Has notas D. T. *duntaxat* ſignificare ſupra in Senacula admonuimus. Cauſſæ igitur non eſt, cur doctis viris hic de mendo ſuſpectus locus eſſe debeat. Simpludeariis ergo ſimpli Ludii duntaxat adhibebantur, qui & Corvitores, ſeu cernui, ut eſt apud Servium, dicuntur. Indictivis & ludii, & deſultores, ac etiam ludorum quædam genera. Cicero de legibus II. *Funus ut indicatur ſiquid ludorum, dominuſque funeris utatur accenſo, atque lictoribus. Joſ. Scaliger.*

*Simpludiarea.*] Opponuntur indictivis, in quibus & Ludii & deſultores, ac etiam ludorum quædam genera. Cicer. II. de legibus: *Funus ut indicatur ſi quid ludorum, Dominus funeris utatur accenſo atque lictoribus.* At in ſimpludiariis, ſimpli Ludii. Unde nomen: dicta enim quaſi *ſimplildiaria.* Simpli ludii autem, id eſt, ſaltatores vel cernuatores. Sed mirum eſt ni hic fallitur vir doctiſſimus, ac ni potius *corbitores* à corbitis dicti illi proprie fuerint qui per corbitarum, hoc eſt navigiorum malos repebant ad vela legenda, vel ad aliud quid. Ita ut ea vox poſtea ad funambulos ſit tranſlata. De *corbitis* vide ſuo loco. *Dacerius.*

*Simpulum.*] Gloſſæ: *Simpulum, κύαθος.* Simpulones hinc qui ſponſum convivia diſcurrentem comitantur. Succius Piſcatoria:

*Summates viri facti ſunt ſimpulones ganei.*

Iſidorus in Gloſſis: *ſimpulator, conviva: amicus ſponſi aſſiduus cum eo in convivio. Joſ. Scaliger.*

*Simpulum.*] Gloſſæ: Simpulum, *κύαθος.* Varr. lib. 4. de L. L. à ſumendo hoc eſt bibendo ſimpulum. *Quo vinum dabant*, inquit, *ut minutatim funderent, à guttis guttum appellarunt. Et quo ſumebant minutatim, à ſumendo ſimpulum nominavere. In hujuſce locum in conviviis è Græcia ſucceſſit Epichyſis & cyathus. In ſacrificiis remanſit guttus & ſimpulum.* Scaliger à Syriaco *Sephel, ſempel, ſimpulum* factum dicit. Vel potius à Græco *σίφων* à quo *ſimpo*, unde diminutivum ſimpulum. Nam utrumque ſignificat vaſculum cum tenui fiſtula vel anguſto collo ad pitiſſandum vinum. Ita tamen ut Latini ſuo ſimpulo ad ſacra tantum uterentur, Græci vero *τῷ σίφωνι* ad guſtandum in caupona vinum. Quare & *meraria* & *guſtatorium* dicebatur. A Simpulo dicti *Simpulones* qui ſponſum convivia diſcurrentem comitantur. Succius Piſcatoria:

*Summates viri facti ſunt ſimpulones ganei.*

Iſidorus in Gloſſ. *Simpulator, conviva: amicus ſponſi aſſiduus cum eo in convivio.*

*Simultas.*] Potius à *ſimul* ſimultas, ut à *facul* facultas. *Simul* autem pro *ſimile* ut *facul* pro facile. Vel *ſimultas* pro *ſimilitas.* Quod à ſimilitudine ſtudiorum ſimultas oriatur. Voſſ. *Dacerius.*

Poſt *Sinciniam.*] Verba Feſti deſiderant hæc, aut his ſimilia: *Sine ſacris hereditas in proverbio dici ſolet: cum aliquid obvenerit ſine ulla incommoda appendice.* Plautus hoc proverbio utitur in Captivis: *Sine ſacris hereditatem ſum aptus offertiſſimam.* & in Trinum: *Cena hac annona eſt ſine ſacris hereditas. Ant. Auguſtinus.*

*Sinciniam, cantionem Solitariam.*] Lego: *Sicinium, cantionem ſolitariam.* Gloſſ. *Sicinium, dicitur, quaſi ſingularis cantilena vox. Id eſt cum unus canit, quod Græcis monodia dicitur. Quum vero duo, bicinium. Quum multi, Chorus.* Fuit olim cum legendum putarem: *Sicinnium, cantionem ſaltatoriam.* Ex Heſych. [illegible] Athenæo qui Sicinnium interpretantur ſaltationem

Digitized by Google

*Sine ſacris hereditas* in proverbio dici ſolet *cum aliquid obvenerit* ſine ulla incommoda appendice; quod olim ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant, ſed etiam privata. relictuſque heres ſic pecuniæ, etiam ſacrorum erat, ut ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium.

Siniſtræ aves, ſiniſtrumque & ſiniſtimum auſpicium, id eſt, quod ſinat fieri. Varro libro quinto Epiſtolicarum quæſtionum, ait: à deorum ſede cum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur. idem fere ſentiunt Sinnius Capito, & Cincius.

Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Atejus Capito, lætum, & proſperum auſpicium, at ſilentium dubii dumtaxat vacat vitio. igitur ſilentio ſurgere cum dicitur, ſignificat non interpellari, quo minus rem gerat, ad ſiniſtrum hortari quoque auſpicia ad agendum, quod animo quis propoſuerit.

Siparium genus veli mimicum. PAULUS.

*Siparium*, *quo in ſcenis mimi* utuntur, dictum ait *Verrius à vela*mento quod vocetur. *alias aulæum.* FESTUS.

Siremps dicitur, quaſi ſimilis res ipſa. habetur hoc in libris Catonis. PAULUS.

*Siremps* ponitur pro eadem, vel proinde *quaſi ſimilis res ipſa*, Cato in diſſuadendo legemque *poſtea* relicta eſt, & præterea rogas *ut quemquam adverſus* ea ſi populus condemnaverit *ſiremps lex* ſiet, quaſi adverſus *legem feciſſet*. FESTUS.

## NOTÆ.

tationem Satyricam. Unde Gell. lib. 20. cap. 3. *Quos ſiciniſtas vulgus dicit, qui rectius locuti ſunt Siciniſtas litera n gemina dixerunt: Sicinnium enim genus veteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant quæ nunc ſtantes canunt.* Sed nunc ſententiam demuto. Sicinium ut optime Meurſ. in exercit. Crit. part. 2. cap. 5. eſt cantio ſine cantu. Cum fides tantum canunt ſine voce. *Aſſa tibia.* Cui contrarium *aſſa vox.*

*Sine ſacris.*] Veteres Romani habebant ſacra privata quæ colebantur maxima religione, eaque, ut perpetua manerent, familiis prodebantur ex leg. 12. tab. SACRA PRIVATA PERPETUO MANENTO. Ita qui hereditatem alicujus adibat, cogebatur etiam ſacra ejus ſuſcipere. Et hoc erat inter onera hereditatis. Inde ſine ſacris hereditas de bonis iis dicitur quæ nullam incommodam habeant appendicem. Plaut. Capt. act. 4. ſc. 1.

*Sine ſacris hereditatem ſum aptus offertiſſimam.*

*Siniſtra aves.*] De ſiniſtris quæ Latinis fauſta, Græcis infauſta & inauſpicata vide quæ in *ſcæva* diximus. *Siniſter* autem non quod ſinat fieri, ut male Feſtus. Sed à Græco ἀριςερὸς, unde *ſiniſterus*, *ſiniſter.*

*A Deorum ſede.*] Peſſime Fulvius Urſinus *ab auſpiciorum ſede.* nihil mutandum. A Deorum ſede id eſt à Septentrione, ubi Deorum ſedem veteres locaverunt: quod egregio Servii loco probatur ad illud Virg. 2. Æneid. *Intonuit lævum. Siniſtras autem,* inquit, *partes Septentrionales eſſe Augurum diſciplina conſentit. Et ideo ex ipſa parte ſignificantiora eſſe fulmina, quoniam altiora & viciniora domicilio Jovis.* Sic in ſacris literis Dei Opt. Max. ſedes verſus Aquilonem.

*At ſilentium dubii dumtaxat.*] Lege: *At ſilentium ubi dumtaxat*, &c. de ſilentio in Auſpiciis, vide ſupra poſt *ſilere.*

*Ad ſiniſtrum hortari quoque auſpicia.*] Hic aliquid turbatum. Lego: *At ſiniſtrum hortari quoque auſpicio ad agendum &c.* Ait ſiniſtrum auſpicio ſuo admittere & ad agendum hortari quod animo quis propoſuerit. Nihil certius. *Dacerius.*

*Siniſtrum.*] Vide ante Silicernium. *Ant. Auguſtinus.*

*Si. . . .*] Siparium genus veli, quo in ſcæna mimi utuntur. dictum ait. hactenus poſſum. reliqua quo pertineant non video. *Joſ. Scaliger.*

*Siparium.*] *Aulæa* prius dicebantur quæ poſtea *ſiparia* dicta. Donat. in prolegom. Terent. *Aulæa quoque in ſcena ſternuntur, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam uſque perlatus: pro quibus Siparia ætas poſterior accepit. Eſt autem mimicum velum, quod populo obſiſtit dum fabularum actus commutantur.* Et dictum eſt *ſiparium* à *ſipare*, id eſt, *jacere* quod velandi cauſſa ſpectatoribus obſiparetur, objiceretur. Vel potius à σίφαρος, *velum.* Quod & intellexit Verrius cum ſcripſit *ſiparium à velamento dictum. Dacerius.*

*Siremps.*] Chariſ. lib. 1. tradit, Siremps nominativo tantum caſu dici, & ablativo ab hac Sirempſe. ſignificare autem, Similiter lex eſto. Extant aliquot

Siſpitem Junonem, quam vulgo Soſpitem appellant, antiqui uſurpabant, cum ea vox ex Græco videatur ſumpta, quod eſt σώζειν.

Siſtere fana cum in urbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, quod Antiſtius Labeo ait, in commentario quintodecimo Juris Pontificii, fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis & diis habere.

PAULUS. Siſtere fana cum dicerent, ſignificabatur lectiſternia certis in fano locis componere.

SOBRINUS eſt patris mei conſobrini filius, & matris conſobrinæ filius.

FESTUS. Sobrinus eſt, ut ait Gallus Ælius, patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. femina iiſdem de cauſis appellat fratrem, & fratrem patruelem, & conſobrinum, & propius conſobrino, & ſobrina. iidem gradus in ſobrina quoque ſunt.

Sobrium vicum *dictum putant* Cloatius & Ælius quod *in eo nullus taberna* locus, neque *caupona fuerit*. *Alii* quod in eo *Mercurio non* vino *ſed lacte*, ſolitum *ſit ſupplicari*.

## NOTÆ.

aliquot tabulæ legum; in quibus ita ſcriptum eſt: DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. & in altera: SIREMPSQVE. EIS. VIATORIBVS. DEQVE. EIS. VIATORIBVS. Q. OMNIVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. VIATORES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS. ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX. HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EIS. PRAECONIBVS. DEQVE. EIS. PRAECONIBVS. QVAESTORI. OMNLVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. &c. In his omnibus ſimilem ſignificat, aut ſimile. tria autem verba copulata ſunt ſiremps, hoc eſt ſimilis res ipſa. *Ant. Auguſtinus.*

*Siremps.*] Plauti locus in prologo Amphitruonis jamdudum à nobis ita emendatus fuit: *Sirempſe legem juſſit eſſe Jupiter.* Memini & locum in Senatuſconſulto quodam apud Frontinum eodem modo depravatum vulgo legi: *Qui adverſus ea quid fecerit, & adverſus ea repſerit ex juſſu cauſſaque omnium rerum omnibus eſto damnas utique atque uti eſſet eſſeque oporteret, ſi is adverſum hanc legem rivum, ſpecumque rupiſſet.* Manifeſto enim legendum: *Qui adverſus ea quid fecerit, ſirempſe lex, jus, cauſſaque omnium rerum omnibus eſto utique atque uti eſſet* &c. Quin apud Probum Singularum ſcriptorem eadem non mediocriter contaminata ſunt: S. R. L. E. E. C. Q. O. R. E. *Si rem lex ex ejus cauſa Que omnium rerum eſto.* Scribe: S. L. I. C. Q. O. R. E. *Sirempſe lex, jus, cauſſaque omnium rerum eſto.* Apud Senecam Epiſtola 92. *ubi vero ad finem mortalium ventum eſt, diſcede, inquit, Ambitio, omnium quæ terram premunt ſere miles eſto.* Emendat erudiſſ. Cujacius, *ſiremps lex eſto.* Partem verborum Catonis ita reconcinnabimus: *& præterea rogas advorſus ea ſi popolus condemnaverit, utei ſiremps lex ſiet, quaſi advorſus leges feciſſet. Joſ. Scaliger.*

*Siremps.*] *Siremps* compoſitum ex *ſimilis re ipſa*. Quare optime Feſtus in verbis Caton. interpretatus eſt *eandem*, vel, *proinde quaſi, &c.* Sic in iſto fragmento legis agrariæ Thoriæ: *Qui ager ex publico in privatum commutatus ſit, de eo agro Siremps lex eſto; quaſi is ager P. Mucio & L. Calpurnio Coſſ. per totam Italiam.* Id eſt. *Similis re ipſa lex eſto.* vel *Lex eſto preinde atque, &c.* Legitur & *ſirempſe* ut apud Plaut. Prol. Amphit.

*Sirempſe legem juſſit eſſe Jupiter.*

*Siſpitem Junonem.*] Nam ſoſpitem pro ſervatore dixerunt. Vide *ſoſpes*. Inde *ſiſpes* & *ſoſpes Juno* quæ Ciceroni, Ovidio, Livio *ſoſpita Juno* dicitur in numiſmatibus: JUNO SISPITA. *Siſpes*; autem pro ſoſpes Iſidor. in Gloſſ. *Siſpes, ſoſpes, ſanus.*

*Siſtere fana.*] Cum templi cujuſdam fines definiebant & conſtituebant augures, tum proprie ſiſtere fana vel templa dicebantur. Idem *effari templa* apud Varr. lib. 5. *Hinc effata dicuntur, quod augures finem auſpiciorum cœleſtium extra urbem agris ſunt effati, hinc effari templa dicuntur ab auguribus, adfatus, qui in his fines ſunt.* Vide *Minora templa.*

*Sobrinus.*] Ait ſobrinos dici conſobrinorum filios. Ut & Donat. in And. act. 5. ſc. 4. *Sobrini*, inquit, *ſunt conſobrinorum filii.* Per conſobrinos autem fratres patrueles & amitini intelligendi ſunt, quorum liberi proprie *ſobrini* dicuntur, Cajus in L. 3. D. de grad. & adfin. *Item*, inquit, *patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis: qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis, undique propagati, proprie ſobrini vocantur.* Infra in verbis Feſti legendum ut in veteri lib. *Femina iiſdem de cauſſis appellat fratrem, & fratrem patruelem & conſobrinum & propius ſobrino & ſobrina.* Vide *propius ſobrino. Dacerius.*

*Sobrium.*] *Sobrium vicum dictum eſſe teſtatur Ælius, quod in eo neque taberna locus, neque caupona fuerit. alii quod in eo Mercurio non lacte, ſed vino ſolitum erat ſupplicari. Joſ. Scaliger.*

Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino ſupplicabatur.

Sodales dicti, quod una ſederent: & eſſent, vel quod ex ſuo dapibus veſci ſoliti ſint, vel quod inter ſe invicem ſuaderent, quod utile eſſet.

Sodalis *quidam dictos putant*, quod una *ſederent eſſentque.* alii quod ex ſuo *dapibus veſci ſoliti ſint.* alii; quod inter ſe *invicem ſuaderent*, quod utile eſſet, *eoſdem*, *quod coeant* crebro congerræ vocari *à Græco* vocabulo, quod eſt γέῤῥα. FESTUS.

Sodes, ſi audes, uti *ſis*, *pro ſi vis & illico* pro in loco. Terentius *in Andria dic* ſodes, quis heri Chry*ſidem habuit.*

Sodes, ſi audes, uti ſis, pro ſi vis, & illico pro in loco. Terentius in Andria: Dic, ſodes, quis heri Chryſidem habuit. PAULUS.

Solari ſine præpoſitione dixiſſe antiquos, teſtis eſt Pacuvius, cum ait: ſolatur, auxiliatur, hortaturque me.

Solatum genus morbi, maxime à ruſticantibus dicitur, cujus meminit etiam Afranius *in* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . arquato Med*eri cui nomen ab au*rigine. FESTUS.

Solatum genus morbi. PAULUS.

Solea, vel ea dicitur, quæ ſolo pedis ſubjicitur, vel genus piſcis, vel materia robuſtea ſuper quam paries craticius extruitur.

Solea, ut ait Verrius, eſt non ſolum ea, quæ ſolo pedis ſubjicitur, ſed etiam pro materia robuſta, ſuper quam paries craticius extruitur. FESTUS.

Solicitare quidam dictum putant vel*ut citare ex ſollo*, *quod eſt* ex ſuo loco, ac ſententia *movere: ſollum autem* quin ſignificet locum, quis *dubitet cum exſules* quoque dicantur loco patri*æ ſuæ pulſi.*

## NOTÆ.

*Sodales.*] Mirum in modum placet ſodales dictos quod de ſuo ederent: nam & inde eos Græcis αὐτοδαίτας & αὐτοδείπνους dictos reperio: Heſych. αὐτόδειπνος, ὅταν τις κεκλημένος ἑαυτῷ φέρῃ τὰ ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Id eſt, *αὐτόδειπνος quando quis ad cœnam vocatus ſymbolam fert.* Inde apud Terent. Andr. *Symbolam dedit, cœnavit:* de congerris vide in *cœrra:* iidem & *concanæ* dicti Gloſſ. *concana*, συνδειπνος. *Dacerius.*

*Sodalis.*] *Sodalis quidam dictos eſſe putant, quod una ſederent, eſſentque. alii, quod ex ſuo veſci ſoliti ſunt. alii, quod inter ſe invicem ſuaderent, quod utile eſſet. Iidem quod coeant crebro congeræ vocantur à Græco vocabulo, quod eſt γέῤῥα.* Congeræ per unum R, ſcribebant, ut ſupra attigimus. Lucillius:

*Tapullam legem rident concera Opimi.*

*Concera* pro *Congerra.* vide in Tapulla. Quod Congerra à Græco *γέῤῥα* dictum ſit monet etiam Varro. vide libro 6. de Latino ſermone. *Joſ. Scaliger.*

*Sodes.*] Vide Sultis. *Ant. Auguſtinus.*

*Sodes, ſi audes uti ſis.*] Cicero in Oratore ad Brutum ſect. 45. *Libenter etiam copulando verba jungebant, ut* ſodes *pro* ſi audes, ſis *pro* ſi vis. *Jam in uno* capſis *tria verba ſunt:* ain, *pro* aiſne: *nequire pro* non quire: malle *pro* magis velle: nolle *pro* non velle: Dein *etiam ſæpe &* exin, *pro deinde & exinde dicimus. Dacerius.*

*Solatum.*] *Solatos* appellat Plin. lib. 29. cap. 6. hoc morbo laborantes. A ſole fortaſſe infeſto dictum eſt nomen. *Ant. Auguſtinus.*

*Solatum.*] Morbum puto quem quis ex nimia apricatione contraxit. Unde qui hoc morbo laborant, *ſolati* Plinio dicti ſunt lib. 29. cap. 6. Quæ infra ex Afranio laudabantur non potuimus aſſequi. Optime ait, arquato morbo qui & regius vocatur, nomen eſſe ab aurigine, *aurigo*, enim ſive potius aurago, morbus regius ab auri colore quem bilis toto corpore diffuſa repræſentat, ut *arquatus* à colore arcus cœleſtis. Inde Iſidorus in Gloſſ. *Auruginoſus, arcuatus.* vide Nonium in arquatus.

*Solea.*] A ſolo id eſt planta pedis. Neque audiendus Salmaſius qui à Græco *ὑλίας pellis* ſoleas deducit. Infra pro *materia robuſta* legendum ut in vet. cod. *materia robuſtea.* vel *roborea.*

*Solicitare quidam dictum putant.*] Integra Feſti verba adfert Calpurnius ad Terent. Heautontim. act. 3. ſc. 1. *Solicitare quidam dictum putant veluti citare ex ſolo, hoc eſt, ex ſuo loco ac ſententia movere, ſolum autem quin ſignificet locum, &c. Dacerius.*

**Paulus.** Solicitare eſt ſolo citare, id eſt, ex ſuo loco movere: ſolum autem quin ſignificet locum, quis dubitet? cum exſules quoque dicantur loco patriæ ſuæ pulſi.

**Festus.** Solida ſella ait *Verrius*, *ſedere tum quis* jubetur, cum mane ſur*gens auſpicandi gratia evig*ilavit: quod antiqui expreſſe, *nihilque ab inte*riore parte excavat*as*, *aut laxatas fa*ciebant ſedes, quas *ſedes*, *ſolidas ideo*, *quod* in his nihil erat con*cavum*, *maxime appella*bant inquit Verrius, quod *ſcilicet eſſent tota*, abſurde, ut mihi videtur, *cum omne id quod* ſit totum ait dictum ſolidum.

Solino idem ait eſſe conſulo.

**Paulus.** Solino intelligitur conſulo.

Solipunga genus beſtiolæ maleficæ, quod acrius, concitatiuſque fit fervore ſolis. unde etiam nomen traxit.

**Festus.** So*lipunga genus beſtiola* maleficæ qu*od acrius*, *concitatiuſque* fit fervore *ſolis*, *à quo nomen* traxit.

Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris, quod omnes eæ ſolidi, integrique ſunt corporis. contra Aci . . . . . . . . . . . verveces maiales, qui quia ſollum Oſce totum, & ſolidum ſignificat. unde tela quædam ſolliferrea vocantur tota ferrea, & homo bonarum

## Notæ.

*Solida ſella.*] Feſtus videtur Verrium reprehendere in hujus rei interpretatione. & oſtendit religioni fuiſſe aliquibus non ſolida ſella ſedere: quod eſſent aliquæ aliqua ex parte excavatæ. Reprehendit autem quod ſolidum dixerit totum. Cetera incerta ſunt. Vide ante *Silicernium*. *Ant. Auguſtinus.*

*Solida.*] *Solida ſella*, *ait*, *ſedere tum quis jubetur*, *cum mane ſurgendi cauſſa evigilavit. quod antiqui expreſſe ab interiore parte excavatas non faciebant ſedes: quas ſolidas ideo*, *quod his nihil erat concavum*, *appellabant*, *inquit Verrius*, *quod eſſent tota. abſurde*, *ut mihi videtur*, *illud quod ſit totum*, *ait dictum ſolidum.* Nihil omnino prætermiſſum eſt de ſententia Feſti, fortaſſe ne de verbis quidem. *Evigilare ſurgendi cauſſa*, eſt data opera poſt mediam noctem experrectum ſilentio ſurgere, auſpicandi cauſſa. ita enim auſpicantibus mos erat in ſolida ſella ſedere. ut ſupra in Silentio refertur. Recte autem Verrius *ſolidas ſellas* totas interpretatur. nam Verrii temporibus vulgo tam notum erat *ſolidum* à *ſolo* dictum, quam *ſolum* idem valere, quod *totum*. Igitur idem eſt ac ſi dixiſſet, dictæ *ſolida*, quod *ſola*, id eſt totæ. Quare vides hic præcipitem Feſti calorem in reprehendendo illo, à quo tanta bona didicerat. Saltem debebat meminiſſe quod alibi notat de *ſoliferreo*, *ſolerte*. & *ſolenne*. Verum profecto ita eſt: ad reprehendendum, quam ad diſcendum propenſiores ſumus.

*Solino.*] *Conſulo*, *Conſolino*, ut iter, itiner, fruiſcor, fruniſcor. *Joſ. Scaliger.*

*Solino*] *Conſulo*, *conſolino*, ut *nato*, *natino*: *nego*, *negino*: *pago*, *pagino*: *lurcor*, *lurcinor*, *&c.* *Idem*, id eſt *Verrius*, de quo ſuperiori capite. Quidam, *idem Meſſala*. *Dacerius.*

*Solipunga.*] Plin. lib. 29. cap. 4. *Eſt & formicarum genus venenatum*, *non fere in Italia*, *ſolipugas Cicero appellat*, *Salpugas Batica.* Lucan. lib. 9. *Quis calcare tuas metuat Solpunga latebras*, alii *Salpunga*: alii *Solpuga* legunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Solipuga.*] Gloſſarium: *Solipaga*, ἡλιοκεντεὶς, μυίας εἶδος. *Joſ. Scaliger.*

*Solipunga.*] Solipunga, ſive ſolipuga eſt ὁλοκεντεὶς, quod tota pungat, & ipſa nihil aliud ſit quam aculeus. Sic *ſoliferreum* quod eſt totum ferreum, &c. Male qui ſolipugam dictam putant quod in ſole pungat. Feſti tamen interpretationem juvat Gloſſ. ubi, *ſolipuga* ἡλιοκεντεὶς, μυίας εἶδος. In leguminibus inveniri ait Plin. Et formicarum, non muſcarum genus vocat. Solinus araneorum formam habere dicit. Pro *malefica* al. *venefica*. Et favere videntur Gloſſ. ubi *ſphalangion*, *muſca venenata*. Nam *ſphalangium* nil aliud eſt quam *ſolipunga*. Tamen in reliquiis Feſti *malefica*. *Dacerius.*

*Solitaurilia.*] *Contra Aci*.... *verveces maiales qui.* Hæc mendoſa ſunt aut delenda, aut emendanda. *contra Acilius verveces maiales. quia* &c. vel *contra accidit verveci maiali. quia.* ſed neutrum placet. Videndum etiam, an mendoſe ſcribatur *inviolati ſunt tauri.* & in fine videtur poſſe ſcribi *mutas ſemivocales*. *Ant. Auguſtinus.*

*Solitaurilia.*] Scribe: *quod omnes eæ ſolidi integrique ſunt corporis. contrarii verveces*, *maialeſque. quia*, &c. Quod ait tauros id eſt virilia cædi in caſtratione: intellige de ea caſtratione, quæ fiebat in ipſo ſacrificio. Verres enim, aries, taurus, cum admovebantur aræ mola mactati, priuſquam corio exuerentur, caſtrabantur. Vide Martialis epigr mma lib. 3. cujus initium:

*Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras*
*Hircus grata tuis victima, Bacche, ſacris.*

Gloſſa-

Digitized by Google

artium ſollers, & quæ nulla parte laxata, cavaque ſunt, ſolida nominantur. atque harum hoſtiarum omnium inviolati ſunt tauri, quæ pars ſcilicet cæditur in caſtratione. Sunt quidem qui putent, ex tribus hoſtiis præcipue nomen incluſum cum ſolido tauri, quod ampliſſima ſit earum. Quidam dixerunt omnium trium vocabula confuſa ſuis, ovis tauri adeffeciſſe id, quod uno modo appellarentur univerſæ. quod ſit à ſollo, & tauris earum hoſtiarum ductum (eſt) nomen, antiquæ conſuetudinis per unum L. enunciari non eſt mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in ſcribendo, quam conſuetudinem Ennius mutaviſſe fertur, ut pote Græcus Græco more uſus, quod illi æque ſcribentes, ac legentes duplicabant mutas *&* Sem*ivocales & liquidas*.

Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant tauri, arietis, verris. quod omnes hi ſolidi, integrique ſint corporis. Sollum enim lingua Oſcorum ſignificat totum, & ſolidum. unde tela quædam ſolliferrea vocantur, tota ferrea, & homo bonarum artium ſollers, & quæ nulla parte laxata, cavaque, ſolida nominantur. PAULUS.

Solla appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſint ſedere, ideoque ſolla ſternere dicuntur, qui ſoliſternium habent, & ſolaria vocantur, Babylonica, quibus eadem ſternuntur. quæ, ut ait Verrius, omnia ducta ſunt ſolo. Alvei quoque lavandi gratia inſtituti, quo ſinguli deſcendunt, ſolla dicuntur. quæ à ſedendo potius dicta videntur, quam à ſollo. FESTUS.

Solla ſedilia, in quibus ſinguli tantum poſſunt ſedere. ideoque ſolia ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent. & ſolaria vocantur Babylonica, quibus eadem ſternuntur. PAULUS.

Sollemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus fiunt.

## N o t æ.

Gloſſarium: *Solitaurilia*, θυσία ἐκτος κριῦ, καὶ ταύρου. ſcribe, ἐκ ὑὸς, κριῦ, &c. *Joſ. Scaliger.*

*Solitaurilia.*] Scribe: Ex judicio Scaligeri. *Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris, quod omnes ea ſolidi integrique ſunt corporis, contrarii verveces maialeſque, quia ſolum Oſce totum, &c.* Ait *ſolitaurilia* dici à *ſolo*, id eſt, *toto*, & *tauris*, id eſt, *virilibus* quod tunc illis hoſtiis inviolati tauri relinquerentur, contra quod in ſacrificiis fieri conſuerat. Nam hoſtiæ cum admovebantur aræ mola mactati priuſquam corio exuerentur, caſtrabantur. Martial. Epigram. 24. lib. 3.

*Et qua nulla parte laxata cavaque ſunt.*] Ut ſupra *ſolida ſolla.*

*Sunt quidem qui putent.*] Ait eſſe qui putent ſolitaurilia eſſe ex *ſolido* & *tauro*, id eſt, bove, ita ut ex tribus hoſtiis tauri præcipue nomen hic aſſumptum fuerit, quod earum eſſet maxima.

*Quidam dixerunt.*] *Solitaurilia* quaſi *ſuovetaurilia*. Gloſſ. ſolitaurilia, θυσία ἐκ ὑὸς, κριῦ καὶ ταύρου. *Solitaurilia. ſacrificium ex ſue, ove & tauro.* Sane & apud Liv. lib. 1. integre legitur *ſuovetaurilia*. Verum hoc ille nimis audacter forſan. Nam & ſi ex tribus illis nomen eſſet compoſitum; ex eorum particulis potius coiret. Quintilian. lib. 1. cap. 5. *Nam*, inquit, *ſolitaurilia jam perſuaſum eſt eſſe ex ſue, ove, & tauro. Et ſane ita ſe habet ſacrum quale apud Homerum quoque eſt. Sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt.*

*Quod ſit à ſollo & tauris.*] Lege: *Quod ſi à ſollo & tauris earum hoſtiarum ductum eſt nomen, antiqua conſuetudine per unum* L, *&c.* De Ennio ſupra in Regium. *Dacerius.*

*Solla.*] Lege *ſolia*: &: *ideoque ſoliar ſternere dicuntur* &c. Item: *& ſoliaria vocantur Babylonica.* Varro Coſmotorine περὶ φθορᾶς κόσμου. *Phrygio qui pulvinar poterat pingere, ſoliar levigabat.* Gloſſæ: *Soliar*, δίφρος. *Joſ. Scaliger.*

*Solla.*] Soliar autem ſternere dicebantur qui *ſelliſternium* habebant, quod alio nomine *lectiſternium* dicebatur, quod Diis epulaturis lecti & ſellæ ſternerentur. Val. Max. lib. 2. cap. 1. *Jovis epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam invitabantur.* Vide *Epolonos.* Babylonia ſoliaria à Babylone quæ diverſos colores picturæ intexere docuit Plin. lib. 8. cap. 48. *Babylonica periſtromata* dixit Plaut. in Stich.

*Alvei quoque lavandi gratia.*] Lege: *Solia dicuntur.* Gloſſ. *ſolium* ἐμβάτη. Nam ἐμβάτη, *alveus* in quem deſcendunt lavaturi. ἐμβάσεις vocat Dioſcor. *Dacerius.*

*Sollemnia.*] Vide *Sollo.* *Ant. Auguſtinus.*

FESTUS. Solemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus, anniſque fieri ſolent.

Solliſtimum Ap. Pulcher in Auguralis diſciplinæ libro primo ait eſſe tripudium, quod avi excidit ex eo quod illa fert, ſaxumve ſolidum, aut arbos viviradix ruit, quæ nec præ vitio humanive cædanturve, jacianturve, pellanturve.

Sollo Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius. ſuaſa quoque omnino dirimit non ſolla dupondi, id eſt non tota. Item Livius: Sollicuria, in omni re curiora. & ſolliferreum, genus teli totum ferreum. ſollers etiam in omni re prudens; & ſolemne, quod omnibus annis præſtari debet.

PAULUS. Sollo Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Livius: Solliferreum genus teli, id eſt totum ferreum. Sollers etiam in omni re prudens, & ſolemne, quod in omnibus annis præſtari debet.

Solox, lana craſſa. vel pecus lana contectum. Titinius: Lana ſoloci ad purpuram data. & Lucilius: Paſcali pecore & montano hirto, atque ſoloce.

FESTUS. Solox, lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinius in Barathro, ego ab lana ſoloci ad purpuram data. & Lucilius: Paſcali pecore, ac montano, hirto, atque ſoloce.

Solum terram. Ennius libro tertio: Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. & aliubi: ſed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper.

PAULUS. Solum, terram.

## NOTÆ.

*Sollemnia.*] Scribo *ſollennia.* Nam à *ſollus* totus, omnis, & annus, ita ut ſollenne dicatur qui *omni anno*, id eſt *quotannis*, fieri conſuevit. Male qui *ſolemnia*, per unicum *l* & *m*. Vide Voſſium.

*Solliſtimum.*] Scribendum per unicum l. *ſoliſtimum*; Nam à *ſolo*, id eſt, *terra*. *Cum offa jam ex ore pulli deciderat, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nutiabatur.* Cicer. Idem & *ſonivium*, dictum à ſono quem edebat cum caderet, vel offa, vel arbor, vel ſaxum, vel aliud quid. Servius Danielis in illud ——— ——— *tremere omnia viſa repente.* *Hoc augurium*, inquit, *juxta auguralem diſciplinam dictum eſt, quod appellatur tripudium ſonivium, ad quod pertinet ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat, quod hic Æneæ factum oſtendit, antequam voce divina reſponſa perciperet.* Infra pro: *Quæ nec præ vitio humanive cadanturve.* Legendum: *quæ nec præ vitio humanave vi cadanturve*, &c. Nam id eſt, quod ait Servius ſupra, *ſi arbor ſponte radicibus cadat.* Vide infra *ſonivio.*

*Sollo.*] At ſollus à Græco ὅλος, *totus.*

*Suaſa quoque.*] Hunc Lucilii verſum ſic legit Douza:

*Suaſa quoque omnino redimit non ſolla dupondi.*

Sed *dirimit* retinendum, & hunc verſum alteri, qui in *ſicyonia* legitur ſic continuandum cenſeo.

*Et pedibus læva Sicyonia demit honeſta*
*Suaſa quoque omnino dirimit non ſolla dupondi.*

Sequebatur nomen ad quod adjectivum *ſuaſa* pertinebat: de *ſuaſo colore*, vide infra *ſuaſum.*

*Sollicuria, in omni re curiora.*] Forſan: *ſollicurio in omni re curioſus.* Scriptum fuerat *curioſ.* unde facile factum *curioſa*, *curiora.*

*Solliferreum.*] Livius lib. 24. *Ut omiſſis ſolliferreis phalaricisque gladios ſtrinxerunt, tunc velut redintegrata eſt pugna.* *Dacerius.*

*Solox.*] Gloſſarium: *Solox*, ἔριον, καὶ παχύς. lege: ἔριον παχύ. Tertullianus in ſcholaſtica oratione de Pallio: *Endromidis ſolocem aliqua multitia ſyntheſi extruxit.* *Joſ. Scaliger.*

*Solox.*] Proprie pecus intonſum, quod paſcitur & non tectum, à ſolus, totus quod ſit cum tota lana. Lucil.

*Paſcali pecore ac montano, hirto atque ſoloce.*

Paſcale pecus, quod paſſim paſcitur. Ut paſcales Gallinæ. *Montanum*, *hirtum* ac *ſolox*, pro ſqualido, quale ſolet eſſe pecus quod in montibus paſcitur non tectum. Inde factum ut ſolox lana dicatur craſſa non carminata. Gloſſ. ſolox ἔριον παχύ. Inde Symmachus lib. 1. Ep. 1. *Quare elaboratam ſoloci filo accipe cantilenam.*

*Titinius in Barathro.*] Titinii Barathrum citat Fl. Soſipater. Nonius etiam non ſemel.

*Solum.*] Non terra tantum, ſed mare, aer, ſolum dicitur. Servius ad illud 5. Æneid.

*Subtrahiturque ſolum* ——— ———

*Solum*, inquit, *unicuique rei quod ſubjacet, unde eſt ſolum navis, mare, & aër avium.* In priori verſu Ennii. *Sola regni*, ſola non tam terras videtur ſignificare quam *ſolia.* *Dacerius.*

*Sonivio.*]

Sonivio, ſonanti.

Sonivio ſignificat in *carmine ſaliari & augurali* ſonanti. *Sonivium tripudium ut ait Appius* Pulcher quod *ſonet, cum pullo excidit* puls quadr*upedive ex ore.* FESTUS.

Sons nocens: Inſons, innocens. PAULUS.

*Sons*, nocens ut ex *contrario*, *Inſons*, *innocens.* FESTUS.

Sonticum morbum in duodecim ſignificare ait Ælius Stilo certum cum juſta cauſa. quem nonnulli putant eſſe, qui nocent, quod ſontes ſignificet nocentes. Nævius ait: ſonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mulierem.

Sonticum, juſtum. Nævius: Sonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mulierem. PAULUS.

*Sontica* cauſa dicitur à morbo *ſontico propter quem quod eſt* gerendum agere *deſiſtimus.* *M. Porcius* Cato de re A. Atili *quid dicam cauſæ extitiſſe*, timidus ne *ſis. an Impedimento tibi* cauſam ſonticam *fuiſſe.* FESTUS.

Soracum eſt, quo ornamenta portantur ſcenicorum. PAULUS.

*Soracum dicitur*, quo ornam*enta portantur ſceni*corum. Plau*tus in perſa: libro*rum icillum *plenum ſorracum habeo.* FESTUS.

## NOTÆ.

*Sonivio.*] Utitur hoc verbo Cicero in epiſt. ad Cæcinnam lib. 6. epiſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Sonivio.*] Cicero Cæcinnæ: *Neque ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniviis tibi auguror.* Plinius de nucibus juglandibus: *Quæ cauſſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito. quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonivium faciant.* manifeſto errore legitur in vulgatis Plinianis, *ſonumve faciunt.* Servius Danielis in illud:

*—— —— —— tremere omnia viſa repente:*

*Hoc augurium*, inquit, *juxta auguralem diſciplinam dictum eſt, quod appellatur Tripudium ſonivium: id eſt à ſono. Ad quod pertinet, ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat, quod hic Ænea factum oſtendit, antequam voce divina reſponſa perciperet.* Hæc ille vetuſtiſſimus interpres.

*Sonivio.*] Infra: *Sonivio ſignificat in Carmine Saliari, item in commentario augurali, ſonanti.* Aliud caput: *Sonivium tripudium dicitur, ut ait Pulcher, quod ſonet. ut cum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore. vide Soliſtimum. Joſ. Scaliger.*

*Sonivio.*] Vide ſupra in *ſoliſtimum. Dacerius.*

*Sons.*] Sons nocens, ut ex contrario inſons innocens. Auſonius in Technopægnio:

*Si bonus eſt inſons, contrarius & malus eſt ſons.*

*Sonticum.*] Gloſſarium: *Sonticus morbus* ἱερὰ νόσος

*Sonticum.*] Infra: *Sontica cauſſa dicitur à morbo ſontico, qui quid gerendum agere non permittit. Cato de regis Attali vectigalibus.* Reliqua non potui. *Joſ. Scaliger.*

*Sonticum morbum.*] Qui vere cauſſæ eſt cur quod agendum erat, agere deſiſtimus, quare à Feſto optime *ſonticus*, exponitur certus, cum juſta cauſa. Inde Horat. ſonticam chiragram, juſtam dixit ſat. 7. lib. 2.

*———— Poſtquam illi juſta chiragra*
*Contudit articulos.*

De morbo ſontico vide Gellium lib. 16. cap. 4. & lib. 20. cap. 1.

*Qui nocent.*] Leg. *qui nocet.* vel *qui noceat. Dacerius.*

*Soracum.*] Refertur, ut opinor, à Feſto verſus Plauti in Perſa. *Librorum enim ecce illum plenum ſorracum habeo.* Sed verbum, enim, non agnoſcit Feſtus, & pro ecce illum, ſive eccillum, icillum ſcripſit librarius; quod in margine notatum eſſe video littera R. Varie hoc nomen ſcriptum reperi. Nam Quintilian. lib. 8. cap. 3. refert Ciceronem in Piſonem ſcripſiſſe: *cum tibi tota cognatio in ſerraco advehatur.* & Vitruv. lib. 10. cap. 1. *Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum, aut ſarracorum per terram, naviculorum per aquam inventa eſſent machinationes.* Juven. Satyr. 3. *Longa coruſcat Sarraco veniente abies, atque altera pinum Plauſtra vehunt.* & Satyr. 5. *Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ.* Ulpian. ſub titulo ad L. Aquil. cap. 29. *Quia parvi refert navem immittendo, aut ſerraculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis.* Quem locum non intelligentes pro ſerraculo ſeruaculum, vel verriculum, vel gubernaculum, vel feraculum ediderunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Soracum.*] Alii *Saracum.* Gloſſarium: *Sarraca*, ἅμαξα. *Joſ. Scaliger.*

*Soracum.*] A Græco σώρακος, de quo ſic Pollux: σώρακος δὲ παρὰ τοῖς κωμῳδοποιοῖς οὕτως ὠνομάσθη τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκευὴ τῶν ὑποκριτῶν. Id eſt. *Soracum autem apud comœdos ita dicitur vas in quo portantur hiſtrio-*



Digitized by Google

Sororiare mammæ dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria *tunc ſororiabant* papillæ *primulum*, *ſed illud* volui dicere, *fraterculabant*, *quid* opus eſt verb*is multis*.

PAULUS. Sororiare mammæ dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt.

Sororium tigillum appellabatur locus ſacer in honorem Junonis, quem Horatius quidam ſtatuerat cauſa ſororis à ſe interfectæ, ob ſuam expiationem.

FESTUS. Sororium tigillum appellatur hac de cauſa. ex conventione Tulli Hoſtilii Regis, & Metii Suffetii ducis Albanorum, Trigemini Horatii, & Curiatii cum dimicaſſent, ut victores ſequeretur imperium, & Horatius noſter exſuperaſſet, victorque domum reverteretur, obvia ſoror cognita morte ſponſi, ſui fratris manu occiſi, averſata eſt ejus oſculum, quo nomine Horatius interfecit eam, quamquam à patre abſolutus ſceleris erat, accuſatus tamen parricidii apud Duumviros, damnatuſque, provocavit ad populum, cujus judicio victor duo tigilla tertio ſuperjecto, quæ pater ejus conſtituerat, velut ſub jugum miſſus ſubit, conſecratiſque ibi aris Junoni Sororiæ, & Jano Curiatio, liberatus omni noxia ſceleris eſt auguriis adprobantibus; ex quo ſororium id tigillum eſt appellatum.

PAULUS. Sors & patrimonium ſignificat, unde conſortes dicimus; & dei reſponſum; & quod cuique accidit in ſortiendo.

FESTUS. Sors & *patrimonium ſignificat*; unde con*ſortes dicimus*, & deis reſp*onſum & quod cuique* accidit in ſor*tiendo*.

PAULUS. Scrutillus venter ſuillus condito farre expletus.

FESTUS. S*crutillus appel*labatur venter ſuillus, co*ndito farre expletus*, Plautus. venter ſuillus di*cam ſuo nomine ſcr*utillum ego me hodie . . . . . . . . . . . *ſi quid eſſet co*m*e*ſa farte biberem . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius libro primo: Conſtitit inde loci propter

## NOTÆ.

*hiſtrionum ornamenta.* Idem eſt ſoracum ac *ſaracum*, quod in Gloſſ. exponitur vehiculum: quare dicendum eſt primo ſoracum dictum vehiculum in quo corbis erat, vel aliud vas ad omnes res recipiendas, poſtea vero quodvis vehiculum quo onera portantur. Juvenal. Sat. 3.

——— ——— ——— *Longa coruſcat*
*Saraco veniente abies.*

Neque audiendus Salmaſ. qui diverſum facit. Varie autem ſcriptum invenitur illud nomen, *ſoracum*, *ſaracum*, *ſarracum*, & *ſerracum*. Sed ubicumque, vel *ſarracum*, legitur vel *ſerracum*, reſcribendum puto *ſaracum*, vel *ſoracum*. Nam *o* ſæpe mutatur in *a*. *Dacerius.*

*Sororiare.*] Sunt qui Plauti verſum ita legant: *Tunc papilla primum ſororiabant: illud volui dicere fraterculabant*, alii, ut Faernus, legunt, *primulum*, propter verſum ſenarium qui in eo verbo deſinit. Vide Fratrare. *Ant. Auguſtinus.*

*Sororiare.*] Plautus Fribularia:

—— —— —— *tunc papilla primitus*
*Fraterculabant. illud volui dicere*
*Sororiabant. quid opus eſt verbis?*

*Joſ. Scaliger.*

*Sororiare.*] Vide *fratrare.*

*Sororium tigillum.*] Aurel. Victor de viris illuſtribus: *Et cum ſpoliis onuſtus rediret* (Horatius) *ſororem obviam habuit, quæ viſo paludamento ſponſi ſui, qui unus ex Curiatiis erat, flere cœpit, frater eam occidit, quare apud Duumviros condemnatus, ad populum provocavit, ubi patriis lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia ſub tigillum miſſus, quod nunc quoque via ſuppoſitum, ſororium appellatur.* Sororium tigillum in regione quarta collocat Victor.

*Metii Suffetii.*] Ita ſæpe ſcriptum invenitur hoc nomen, ſed ubique reſcribendum *Metii Fufetii.* Nam Φυφέτιον, Græci vocant.

*Sors.*] Vide *deſertiones*, & *Erctum*. Sic Græcis κλῆρος, & pro hereditate, & pro Deorum reſponſis ſumitur, & pro eo quod cuique in ſortiendo contigit. *Dacerius.*

*Sartutillus.*] Veteres editiones, *Scrutillus.* quod verum eſt. Iſidorus, *Scrutillus, ventriculus fartus.* *Joſ. Scaliger.*

*Scrutillus.*] Plauti locus deploratus. Lego tamen *ſi quid eſſem*, &c. *Scrutillus* à *ſcrutulus.* Gloſſ. Iſidori: *Scrutulus, ventriculus fartus.* Scrutulus autem à *ſcrutus* ſive *ſcrutum*. *Dacerius.*

*Sos.*] *Dia Diarum*, δῖα θεάων. Lege alterum verſum ita:

*Cir-*

Digitized by Google

ſos dea dearum. Et libro tertio; Circum ſoſque ſunt magnæ gentes opulentæ. Libro ſeptimo: Dum cenſent terrere minis, hortanturve ſos. Libro undecimo, contendunt Grajos Græcos memorare ſolent ſos. interdum pro ſuos ponebant, ut cum per dativum caſum, idem Ennius effert: Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.

Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius; Conſtitit inde loci propter ſos dea dearum. Sos interdum pro ſuos ponebant. Per dativum caſum idem Ennius effert: Poſtquam lumina ſis oculis: pro ſuis. PAULUS.

Soſpes ſalvus. Ennius tamen ſoſpitem pro ſervatore poſuit.

Soſ*pes ſignificat apud* omnes fere au*ctores ſalvum:* Afranius in Epi*ſtola. Di te ſoſpitem* ſervent tuis. *Virgilius lib.* 8. *Æneidos*, maxime Teu*crorum ductor, quo ſoſpite* numquam. En*nius in* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . parentem, & p*atriæ di ſervate* ſoſpitem. Att*ius in* . . . . . . . . . . . *ſi* rite ad patr*iam ſoſpes perveniſſ*et. Ennius vid*etur ſervatorem ſignificare.* FESTUS.

Soſpitare eſt bona ſpe afficere, aut bonam ſpem non fallere. PAULUS.

*Servatorem ſigni*ficare, cum dix*it quo ſoſpite* liber; ceterum *ſoſpitare Verrius* ait eſſe bona ſpe *afficere aut bonam* ſpem non fall*ere.* FESTUS.

SPARA minimi generis jacula à ſpargendo dicta. Lucilius: Tum ſpara, tum murices portantur tragula porro. PAULUS.

*Spara* parviſſimi *generis jacula*, *ab eo quod* ſpargantur dicta. *Lucilius ſatyrarum l* . . . . . . tum ſpara, tum mur*ices*, *portantur tragula* porro. FESTUS.

## NOTÆ.

*Circum ſos quæ ſunt magnæ gentes opulentæ.*

Et

*Dum cenſent terrere minis, hortantur ei ſos.*

Et:

*Contendunt Graios. Graces memorare ſolent ſos.*

*Joſ. Scaliger.*

*Contendunt Grajos.*] Vide poſt Regium.

*Interdum pro ſuos.*] Ennius lib. 7.

*Pœni ſunt ſoliti ſos ſacrificare puellos.*

Cornutus in Sat. 1. Perſii. *Sis pro ſuis apud antiquos ponebatur, & ſos, pro ſuos, ſas, pro ſuas, detracta u litera.* Vide *ſas.* *Dacerius.*

*Sos . . . .*] *Soſpes ſalvus . . . . . . omnes fere aufugerunt ſoſpites. Afranius in Epiſtola: Di te ſoſpitem ſervent tuis. Pacuvius in Teucro: maxime Teucre . . . . . . . . nunquam. Ennius in . . . . parentem & patriam Di ſervate ſoſpitem. Attius in . . . . ſi rite ad patriam ſalvus & ſoſpes perveniſſet. Ennius. Vid . . . . Joſ. Scaliger.*

*Soſpes.*] Quæ deſunt in fine, male poſt Epitomen Pauli de verbo *ſoſpitare*, rejecta ſunt. Quare certum eſt ea huc reduci debere, & ſic cum ſuperioribus conjungi. *Ennius videtur ſervatorem ſignificare, cum dixit quo ſoſpite liber. Ceterum ſoſpitare Verrius ait eſſe bona ſpe afficere, aut bonam ſpem non fallere.* Hæc Feſt. ſupra in verbis Ennii & Attii nihil deeſſe videtur præter nomen fabulæ. Soſpes autem pro ſervatore vide *ſiſpes.* *Dacerius.*

*Soſpitare*] Soſpitare, pro bona ſpe afficere, quod hic dicitur, ego reperi in verſiculo Luciliano ex lib. 28.

*Soſpitat, impertit ſalutem plurimam, & pleniſſimam.*

*Joſ. Scaliger.*

*Soſpitare.*] Hæc ante *ſpara*, proxime collocanda ſunt. Fallitur autem Verrius qui interpretatur *bona ſpe afficere, vel*, &c. Quaſi eſſet à σώω, & *ſpes*, quod ridiculum. ſoſpitare eſt à ſoſpes, & ſignificat ſervare, ſalvare. Catul. in Carmine Sæcul.

*Ancique, ut ſolita es, bona*
*Soſpites ope gentem.*

*Dacerius.*

*Spara.*] Gloſſæ: *Sparus*, εἶδος ἀκοντίου. Varro apud Servium qui eſt in ſchedis: *Sparum, miſſile. à piſcibus ducta ſimilitudine, qui Spari vocantur. Joſ. Scaliger.*

*Spara.*] Apud Lucil. Sed pro *murices* reſcribendum *rumices:* nam & ſupra in *rumex*, hunc Lucilii locum laudat Feſtus. Inde hic natus error poſtrema ſcilicet litera vocis *tum*, geminata pro *tum rumices*, effecit *tum murices.* De ſparo ſic Servius P. Danielis: *Sparus eſt ruſticum telum in modum pedi recurvum. Salluſtius. Sparos aut lanceas, alii præacutas ſudes portare. Varro ait ſparum telum miſſile, à piſcibus ducta ſimilitudine, qui ſpari vocantur. Alii ſparus à ſpargendo dici putant.* Iſidor. lib. 12. *Nam ſparus eſt telum ruſticum miſſile à ſpargendo dictum. Dacerius.*

*Spa-*

Digitized by Google

Spatiatorem, erratorem. Cato in M. Cœlium, ſi ſe appellaviſſet: In coloniam me hercules ſcribere nolim, ſi Triumvir ſim, ſpatiatorem, atque Feſcenninum.

PAULUS. Spatiatorem pro erratorem Cato poſuit.

FESTUS. *Speciem* quam nos dicimus, εἶδος *Græci dixerunt: Pla*ton quidem ideam, *nobis ſpecies pro eadem po*nitur.

Spectio in auguralibus ponitur, pro aſpectione, & nuntiato. quia omne jus ſacrorum habent, auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non ut poſſent impedire nuntiando, quæ cum vidiſſent ſatis, ſpectio ſine nuntiatione data eſt, ut ipſi auſpicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando.

## NOTÆ.

*Spatiatorem.*] Macrobius lib. 3. *Sic nimirum M. Cato ſenatorem non ignobilem Cæcilium ſpatiatorem, & Feſceninum vocat, eumque ſtaticulos dare his verbis ait:* Deſcendit de canterio: inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere. *Joſ. Scaliger.*

*Spatiatorem.*] Per ſpatiatorem & Feſcenninum, Cœlium intelligebat Cato. Macrob. lib. 3. cap. 14. *Sic nimirum M. Cato Senatorem non ignobilem Cœlium, Spatiatorem & Feſcenninum vocat, eumque ſtaticulos dare his verbis ait. Deſcendit de Canterio: inde ſtaticulos dare, verba fundere:* Quidam lib. habent *Cæcilium*; ſed corrupte. Staticuli ſunt ſaltationes ſtatariæ quædam non perinde motoriæ: quales erant in eo chori genere quod ςάσιμον, à Græcis vocatur, vel ſtaticuli à parte ſaltationis dicuntur, in qua ſtatur, nam etiam à ſaltationis ſpatiis, ut quidam cenſent, ſpatiatorem vocavit idem Cato Cœlium. Sed ſatius ſit eum erratorem intelligere quem eundem & Feſcenninum à verſibus Feſcenninis obſcœnæ laſciviæ appellavit Turneb. lib. 17. cap. 10.

*Speciem.*] Cicer. in Oratore ad M. Brutum ſect. 3. *Has rerum formas appellat ideas; ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & Magiſter, Plato: Eaſque gigni negat, & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: Cetera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu.* Et lib. 1. Academ. quæſt. ſect. 8. *Mentem volebant rerum eſſe judicem: ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex, & uniuſmodi, & tale, quale eſſet. Hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam: nos recte ſpeciem poſſumus dicere.* De Ideis Plato in Parmenide obſcuriſſimo illo quidem, ſed utiliſſimo Dialog. ſi quis ejus tenebras intelligentia ſua quaſi ſole fugaverit. *Dacerius.*

*Spectio.*] Locus difficilis, & fortaſſe mendoſus. Sciendum eſt augures alios habere *aſpectionem*: & *nuntiationem*; alios *aſpectionem* tantum. Magiſtratus autem habere auſpicia, *inſpectionem*, ſive *ſpectionem*, & *obnuntiationem*. Cicero Philip. 2. *Quod te ſacerdotii jure facere poſſe dixiſti; ſi Augur non eſſes, & Conſul eſſes minus facere potuiſſes? vide ne etiam facilius. nos enim nuntiationem ſolum habemus; Conſules & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem.* Idem lib. 3. de Legib. *Omnes magiſtratus auſpicia, judiciaque habento.* M. Meſſalla apud Gell. lib. 13. cap. 14. & 15. *Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diviſa. maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum, & concionem avocare poteſt. Et in edicto Conſulum, quo edicunt, quis dies comitiis centuriatis futurus eſt, ſcribitur ex veteri forma perpetua: ne quis magiſtratus minor de cælo ſervaſſe velit.* Ex his igitur dicendum eſt hoc loco Feſtum voluiſſe, non poſſe augures impedire nuntiando magiſtratus, ſed habere ſpectionem, hoc eſt, aſpectionem augurii, & nuntiationem, hoc eſt, renuntiationem ejus augurii: tunc pertinet ad magiſtratum, qui habet auſpicia ut videat, an iis auſpiciis rem gerere velit. Viden. Cic. lib. 1. & 2. de Divin. Varro lib. 5. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Spectio.*] Profligatiſſimus locus, ac multis vulneribus confectus. Non ſolum enim corruptus, ſed mancus, ac parte ſui non parva truncatus. Feſti ſententia hæc videtur fuiſſe: *Spectio* in Auguralibus ponitur pro *a ſpectione. Spectio*, & *nunciatio* data erat iis magiſtratibus, qui omne jus auſpiciorum habent. auguribus *ſpectio* duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non ut poſſent impedire *nunciando* quæcumque vidiſſent, at iis *ſpectio* ſine *nunciatione* data eſt. Hoc videndum eſt in his verbis, *nuntiationem* duplicem eſſe: *nunciationem* augurii, quam habebat ſolum, cui *ſpectio* erat, hoc eſt augur, & *nunciationem* avocandæ concionis, quam ſolus habebat, qui omne jus auſpiciorum habet, hoc eſt major magiſtratus, quæ vocabatur *obnunciatio*. Cum Philippica 2. dicitur augures *habere nuntiationem:* eſt jus tantum nunciandi magiſtratui de eo quod viderit. *Conſules habere ſpectionem, quam & Augures habeant, & obnunciationem quam Augures non habebant.* Invenies tamen *Obnuntiationem* poſitum pro *nunciatione:* ut in primo de Divinatione: *Non in eo, inquit, eſt culpa, qui obnunciavit: ſed in eo qui non paruit. Joſ. Scaliger.*

*Spectio in auguralibus.*] Verum eſt quod ait Feſtus, ſpectionem, hoc eſt aſpectionem augurii dumtaxat auguribus datam, nunciationem vero cum ſpectione



Digitized by Google

Spectu ſine præpoſitione Pacuvius in Duloreſte uſus eſt, cum ait: amplius, rubicundo colore, & ſpectu protervo ferox.

Spectu ſine præpoſitione Pacuvius poſuit. PAULUS.

Specus feminino genere pronuntiabant antiqui, ut metus, & nepos. tam Hercules, quam maſculino ſtirps, aut frons. ut Ennius: Tum caſu ſub monte altæ ſpecus intus patebant. & Pacuvius in Chryſe: Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata harena ingens ſpecus. FESTUS.

Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius lib. ſecundo: Et ſemel effugit ſperes ita funditus noſtras. & libro ſextodecimo: Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt.

Spetile vocatur infra umbelicum ſuis, quod eſt carnis, proprii cujuſdam habitus, exos, qua etiam antiqui per ſe utebantur. Plautus enumerandis vilibus obſoniis in Carbonaria ſic meminit: Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia.

Spetile caro quædam proprii cujuſdam habitus infra umbilicum ſuis. PAULUS.

## NOTÆ.

iis magiſtratibus qui omne jus haberent auſpiciorum, puta Conſulibus, Cenſoribus, per nunciationem autem hic intellige jus avocandæ concionis, quæ vocabatur *obnunciatio*. Alia quippe erat *nunciatio*, quam habebant augures, & nihil aliud erat quam jus nunciandi Magiſtratui de eo quod viderant. De hac Cicer. Philippica 2. ſect. 32. *Quid enim iſtuc, quod te ſacerdotii jure facere poſſe dixiſti, ſi augur non eſſes, & conſul eſſes, minus facere potuiſſes? vide ne etiam facilius. Nos enim nunciationem ſolum habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem.* Invenies tamen *obnunciationem*, poſitam pro *nunciatione*. Ut in primo de divinatione: *non in eo*, inquit, *eſt culpa, qui obnunciavit: ſed in eo qui non paruit.* De ſpectione Varro lib. 5. de L. L. *Spectare dictum ab ſpecio antiquo: quo etiam Ennius uſus: vos Epulo poſtquam ſpexit. Et quod in auſpiciis diſtributum eſt: qui habeant ſpectionem, qui non habeant, & quod in auguriis augures dicunt, avem ſpecere.* Vide Manut. de rebus per epiſtolam quæſitis lib. 1. Ep. 9.

*Spectu.*] Apuleius lib. 3. Met. *Obliquato tamen ſpectu rem admirationis maxima conſpicio.* Locus Pacuvii ſic integer.

*Hiccine eſt quem gratia forma ante omnes nobilitat viros,*
*Amplus, rubicundo colore, ſpectu protervo, ferox, caperata fronte.*

*Dacerius.*

*Specus.*] Ennii verſus fuit lib. 16. Annal. ut refert Priſcian. lib. 6. *Tum cava ſub monte late ſpecus intus patebat.* Sed melius refertur à Nonio: *Concava ſub montes late ſpecus intus patebat.* *Ant. Auguſtinus.*

*Specus.*] Pacuvius Chryſe:

*Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata arena ingens ſpecus,*
*Solis qua exortu capeſſit candorem, occaſu nigret.*
*Illud incipio ſaxum tentans aſcendere verticem*
*In ſummum. deinde in omnis partis proſpectum aucupo.*

*Joſ. Scaliger.*

*Specus.*] Hoc nomen trium generum fuit. Maſculi Ut Ennius in Lytris: *Inferum vaſtos ſpecus.* Fæminini, Pacuv. in niptris. *Advenio ſcrupuloſam ſpecum.* Neutri Virg. 6. Æneid. *Hic ſpecus horrendum &c.*

*Tum caſu.*] Hic Ennii verſus ſic legitur apud Priſcianum lib. 6.

*Tum cava ſub monte late ſpecus intus patebat.*

Et apud Nonium rectius.

*Concava ſub montis late ſpecus intus patebat.*

*Eſt ibi ſub eo ſaxo.*] Integrum Pacuvii locum adduxit Scalig.

*Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata arena ingens ſpecus,*
*Solis qua exortu capeſſit candorem, occaſu nigret.*
*Illud incipio ſaxum tentans aſcendere verticem*
*In ſummum. Deinde in omnis partes proſpectum aucupo.*

*Speres.*] Varr. ὄνος λύρας.

*Quibus ſuam delectet ipſe amaſiam,*
*Et aviditatem ſperibus lactet ſuis.*

Vide Nonium.

*Et ſemel effugit.*] Ennii verſum ſic commodius Merula.

*Et ſemel effugit ſperes ita funditus noſtras.*

*Dacerius.*

*Spetile.*] *Sueres* quid ſit ignoro. Scribendum fortaſſe *ſumenque Verris.* *Ant. Auguſtinus.*

*Spetile.*] Vel, ut nonnullæ editiones Spectile. eſt τὸ ἦτρον, vel τὸ ὑπογάστριον. *Joſ. Scaliger.*

*Spetile.*] Pro *ſpectile*, ut antiqui dicebant: eſt enim à *ſpecio*, quippe quod ea pars propter pinguedinem in primis ſit ſpectabilis. Verſus Plauti.

FESTUS. Spicit quoque ſine præpoſitione dixerunt antiqui. Plautus: flagitium eſt ſi nihil mittetur, quæ ſupercilio ſpicit. & ſpexit. Ennius libro ſextodecimo: quod ubi rex paulo ſpexit de contibus celſis.

Spiciunt antiquos *dixiſſe ſine præpoſitione* teſtis eſt Cato in ea, quam *habuit contra Thermum de* ſeptem hominibus, ut ſolent *evitare Sonivios*, niſi qui ſempiterni ſunt, quos *dum occurrant*, ne ſpiciunt, neque ratos *eſſe volunt*.

Spicum maſculine antiqui dicebant, ut hunc ſtirpem, & hanc amnem. verſus eſt antiquis: quaſi meſſim per miſſim unumquemque ſpicum collegit.

Spinther vocabatur *armillæ genus quod mulieres antiquæ gerere ſolebant brachio ſummo* ſiniſtro. Plautus: *jubeaſque Spinther novum* reconcinnarier.

PAULUS. Spinter armillæ genus, quo mulieres utebantur brachio ſummo ſiniſtro.

Spintyrnix, genus avis turpis figuræ. ea Græce σπινϑαρὶς dicitur.

FESTUS. Spintyrnix eſt avis genus turpis figuræ, occurſatrix artificum, perdita ſpinturnix. ea Græce dicitur, ut ait Santra, σπινϑαρίς.

## NOTÆ.

*Ego pernam, ſumen ſueris, ſpectile, callum glandia.*

*Sueris* antique pro ſuis. Quidam legunt:

*Ego pernam, ſumen ſueris ſpectile, &c.*

Ita ut *ſpectile*, ſit adjectivum quod ad ſumen referatur; ſed manifeſto contra Feſti mentem, ut ex ejus interpretamento liquet, cum dicit antiquos eam vocem per ſe poſuiſſe: ſpetile Græcis τὸ ἦτρον, vel τὸ ὑπογάστριον. *Dacerius*.

*Spicit.*] Plaut. in Milite: *Flagitium eſt, ſi nihil mittetur, quo ſupercilio ſpicit. Ant. Auguſtinus.*

*Spicit.*] Ut veteres dicebant pro *ſpecit*. Plauti verſus eſt ex mil. glor. act. 3. ſc. 1.

*Flagitium eſt, ſi nihil mittetur, quo ſupercilio ſpicit!*

male qui *ſpecit*. Ennii verſum infra legunt quidam:

*Quos ubi rex paulo ſpexit de collibus celſis.*

Vel:

*Quos ubi rex ſedulo ſpexit de contibus celſis.*

Scaliger:

*Quos ubi rex pullos ſpexit de cortibus celſis.*

Sane eundem hunc Ennii verſum Varro videtur adducere lib. 5. de L. L. *Spectare dictum ab ſpecio antiquo: quo etiam Ennius uſus: Vos Epulo poſtquam ſpexit.* Ita ut non male quivis legendum putet.

*Quos Epulo poſtquam ſpexit de cortibus celſis.*

Vel, quod magis placet:

*Quos ubi rex epulo ſpexit de cortibus celſis.*

Varro enim, ut omnes norunt, ſæpiſſime teſtimonia veterum ita ſolet adducere, ut pleraque verbis ſuis enunciet, illud tantum quo de agit verbum poſuiſſe contentus. Inepte Schegkius.

*Quos ubi rex Epulo ſpexit de cotibus celſos.*

Et interpretatur de cœna ubi modimperator, celſos, id eſt equites aſpicit, non in veſte cœnatoria, ſed in toga detrita. Nam *decotes* togæ detritæ. Homo ſagax ſcilicet. *Dacerius.*

*Spiciunt.*] Antiquos dixiſſe in ſoluta oratione teſtis eſt Cato in ea, quam habuit de ſeptem hominibus. *Joſ. Scaliger.*

*Spiciunt.*] Mendoſe *de ſeptem hominibus* legitur pro *de decem hominibus*. Nam ſæpe Cato *de decem hominibus contra Thermum* citatur à Feſto, nunquam vero *de ſeptem*. Lego infra: *Nec ſpiciunt, neque ratos eſſe volunt.*

*Spicum.*] Legitur *ſpicus*, & *ſpicum*. Servius in 1. Georg. *Dicimus & hic ſpicus, & hoc ſpicum, Cicero in Arato:*

*Spicum illuſtre tenens inſigni corpore virgo.*

*Sed ſcire debemus in uſu eſſe à maſculino utrumque numerum: à neutro vero raro, & tantum ſingularem inveniri, nam plurali nuſquam lectum eſt.* Vide Nonium. In verſu antiquo lego: *quaſi meſſor per meſſim, &c. Dacerius.*

*Spinther.*] Plaut. in Menæch. *Jubeaſque Spinther novum reconcinnarier. Ant. Auguſtinus.*

*Spinther.*] Græcis ἀγκοχέλιον. Priſcian. Plauti locus eſt ex Menæch. act. 3. ſc. 3. *Dacerius.*

*Spintyrnix.*] Deſideratur nomen Poetæ, cujus verba referuntur. Plaut. autem in milite hoc verbo utitur. *Pithecium hæc eſt præ illa, & Spinturnicium.* Plin. lib. 10. cap. 13. *Incendiariam avem alii ſpinturnicem vocant, ſed hæc ipſa, quæ eſſet inter aves, qui ſe ſcire diceret, non inveni. Ant. Auguſtinus.*

*Spintyrnix.*] Avis incendiaria, σπινϑαρὶς, à ſcintilla quæ Græce σπινϑήρ. Plin. lib. 10. cap. 13. *Incendiariam avem alii ſpintyrnicem vocant: ſed hæc ipſa quæ eſſet inter aves qui ſe ſcire diceret, non inveni.* Spintyrnicium diminutive dixit Plaut. mil. glor. act. 4. ſc. 1.

Pithe-

Digitized by Google

Spira dicitur, & baſis columnæ unius tori, aut duorum, & genus operis piſtorii, & funis nauticus in orbem convolutus; ab eadem omnes ſimilitudine. Pacuvius: Quid ceſſatis ſocii ejicere ſpiras ſparteas? Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait: Spiras legionibus nexunt.

Spirillum vocari ait Opillius Aurelius capræ barbam.

Spirillum barba capræ appellatur. PAULUS.

Spondere putatur dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur.

Spondere Verrius putat dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur. FESTUS. deinde oblitus, inferiore capite ſponſum, & ſponſam ex Græco dictam ait, quod ii σπονδὰς interpoſitis rebus divinis faciant. Spondere antea ponebatur pro dicere. unde & reſpondere adh*uc manet*, *ſed poſtea* uſurpari cœptum eſt *etiam in pro-miſſio*ne alterius.

Spondere ponebatur pro dicere, unde & reſpondere adhuc manet; ſed poſtea uſurpari cœptum eſt in promiſſo. PAULUS.

Sponſis bene, beneque volueris, in precatione augurali Meſſala augur ait ſignificare ſpoponderis, volueris. FESTUS.

Spurcum vinum dicebant, cum aqua admixta, aut igne tactum erat, muſtumve antequam deferveſcat. PAULUS.

Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antiſtius libro decimo commentarii juris pontificii, cui aqua admixta eſt, defrutumve, aut igne tactum eſt, muſtumve ante, quam deferveſcat. FESTUS.

Squalidum incultum, & ſordidum, quod proxime ſimilitudinem habeat ſquamæ piſcium, ſic appellatum. PAULUS.

## NOTÆ.

—— *Pithecium hac eſt præ illa & ſpintyrnicium.*

Ubi Salmaſius ſpintyrnicem non avem, ſed quadrupedem eſſe dicit ſphingem ſcilicet, additque quoſdam veterum de ave eſſe interpretatos, quod Græci alatas ſphinges ex fabula pingerent, quas Ægyptii ſine alis, ut erant revera. Sed Salmaſium falli puto. *Spintyrnix* & *incendiaria avis*, dicta quod de buſto ſudem tectis inferret atque ita incendium faceret. Ea Ariſtoteli dicitur σπίνδαρος, interque raras & peregrinas aves recenſetur.

*Spira dicitur.*] Spira à Græco σπεῖρα, quo nomine dicuntur circuli, vel orbes non redeuntes in ſe, ut funium, ſerpentum, &c. Inde ſpira baſis columnæ Vitruvio lib. 36. cap. 23. *In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ & capitella addita.* Et genus operis piſtorii Cato cap. 77. *Spiram ſic facito.* Item hominum multitudo, unde apud Heſych. σπεῖρα, πλῆθος, στράτευμα, τάγματα. Spira, *multitudo, cohors, ordines.*

*Spirillum.*] Forſan quod crines in modum ſpiræ intorti. Vel, idque verius, quod ſpiræ inde fierent; funes enim olim ex pilis caprinis. Sed pro ſpirillum in Catholico legitur *ſtirillum* his verbis. *Stirillum barba capræ, & dicitur à ſtria quod pendet ad modum ſtriæ.* De ſtriis Vitruv.

*Spondere.*] A ſponte, ut Varro lib. 5. *Spondere eſt dicere ſpondeo à ſponte, nam id valet.* Sed omnino ſpondeo à Græco σπένδω, *libo*, quod in fœderibus libarent. Poſtea factum ut qui & ſine libatione promitteret, *ſpondere* diceretur, & qui repromitteret, *reſpondere*. *Dacerius.*

*Sponſis.*] Lege: *Bene ſponſis, beneque voleris. Joſ. Scaliger.*

*Sponſis bene beneque volueris.*] Legit Scalig. *Sponſis bene, beneque voleris*, vel *bene ſponſis, bene voleris. voleris*, pro *volueris*, *ſponſis*, pro *ſpoponderis*, *ſponſaveris*.

*Spurcum vinum.*] De vino quod diis libare nefaſtum credebant. Plin. lib. 14. cap. 19. *Et quoniam religione vita conſtat, prolibare diis nefaſtum habetur vino, præter imputata vitis, fulmine tacta, quamque juxta hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis pedibus calcata, & quod circumciſis vinaceis profluxerit, aut ſuperne deciduo immundiore lapſu aliquo polluto, item Græca, quoniam aquam habet.* Et Iſidorus Orig. lib. 2. cap. 3. *Spurcum (vinum) quod offerri non licet, aut cui aqua admixta eſt, quaſi ſpurium.* Sed de origine falſus eſt Iſidorus: nam *ſpurcum*, à *ſpuo*. *Dacerius.*

*Squalidum.*] Squalidum incultum, & ſordidum, ſic appellatum, quod proxime ad ſquamas piſcium accedit. Itidem Ennius dici pallidum ſqualidum

FESTUS. *Squalidum in*cultum & ſord*idum ait Verrius*, *ſignificare ſic di*ctum quod proxime *ad ſimilitudinem ſquamæ pi*ſcium accedit, ut*ique eorum qui in profunditatibus ab*diti paludum ſqu*allent maxime. Unde Ennius* in Telepho. Quam ve*ſtitus ſqualida ſeptus* ſtola.

Squarroſos *ab eadem ſquamarum piſcium* ſimilitudine ait dic*tos*, *quorum cutis exurgat* ob adſiduam inlu*viem. Lucilius*, *Varro*num, ac rupicum ſquarro*ſa*, *incondita* roſtra.

PAULUS. Squarroſi ab eadem ſquamarum ſimilitudine dicti, quorum cutis exſurgit ob aſſiduam illuviem. Lucilius: Varronum, ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

FESTUS. STAGNUM quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo ſtet. alii, quod is locus à Græcis στεγνός dicitur, quia bene contineat aquam.

Stalagmium genus inaurium videtur ſignificare. Cæcilius in Karine, cum ait: jam ex aure ejus ſtalagmium domi habeo.

PAULUS. Stalagmium genus inaurium. Cæcilius: Ex aure ejus ſtalagmium domi habeo.

FESTUS. Stata ſacrificia ſunt, quæ certis debus fieri debent. Cato in ea, quam ſcribit de L. Veturio, de ſacrificio commiſſo, cum ei equum ademit quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata ſolemnia, capite ſancta deſeruiſti.

## NOTÆ.

auctor eſt in Telepho: Quam veſtitus ſqualida ſtola. Apud Nonium in Stola integrior verſus legitur:

*Cedo, ac caveo veſtitus ſqualida ſeptus ſtola.*

*Joſ. Scaliger.*

*Squalidum* ] Aliter paulo, ſed in eandem mentem A. Gellius lib. 2. cap. 6. *Squalere*, inquit, *dictum à ſquamarum crebritate aſperitateque, quæ in ſerpentium piſciumque coriis viſuntur.* Idem Servius; ita ut proprie id ſquallere dicatur quod aliqua re incultum & obſitum nova facie viſentibus horrorem incuteret. Ut apud Virg. *Tunicam ſquallentem auro.* Deinde vero de iis tantum ea vox uſurpari cœpta ſit quæ ſordium congerie inculta eſſent & ſquammoſa. Sed optime Martinius à σκελλὸς, *aridus*, *ſqualus*, *ſqualidus*, &c. *Dacerius.*

*Squarroſos.* ] *Squarra*, vel ut veteres ſcribebant, *Scara*, purum putum Græcum eſt, ἐσχάρα. Quod frequens in libris Græcorum medicinis. *Rupices*, ſunt ruſtici. Tertullian. *apud rupicem, & ſilvicolam, & monſtrorum eruditorem ſcrupea ſchola eruditus.* dicuntur & *Petrones*. *Varrones* etiam à Varris, qui ſunt ſtipites non dolati præduri, ac enodes, unde Varronum familiæ in gente Terentia, ac Viſellia. Quamquam Varro ipſe de ſuo cognomine loquens aliter ſcripſerit: cum nempe, qui primus Varro ſit appellatus, in Illyrico hoſtem Varronem nomine quod rapuerat, & ad ſuos portaverat, id cognomen ex inſigni facto meruiſſe. Auctor Servius, qui eſt penes Danielem. *Joſ. Scaliger.*

*Squarroſos.*] Falſum ſquarroſos ab ſquammis. A *ſquarra* enim, vel ut veteres ſcribebant *ſcara* quod purum putum Græcum eſt ἐσχάρα, id eſt, *cruſta ulceribus cavis accreſcens.* Rupices ſunt ruſtici. Varrones duri & agreſtes homines à *varris*, ſive *varis*, informibus & furcillatis baculis. Tertull. in lib. de anima: *Rupicum ac Varronum*, *quibus alimenta ſapientiæ deſunt.* Inde Varronum familiæ in gente Terentia ac Viſellia. Quamquam Varro ipſe de ſuo cognomine loquens aliter ſcripſerit, eum nempe, qui primus Varro ſit appellatus, in Illyrico hoſtem Varronem nomine quod rapuerat & ad ſuos portaverat, id cognomen ex inſigni facto meruiſſe. Ut auctor eſt Servius. Scal. *Dacerius.*

*Stagnum.*] Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Stagnum.*] Quod in eo aqua ſtet. Servio quoque, & Iſidoro. Unde in Gloſſ. exponitur ὑδροστάσιον. Sed melius alii à στεγνὸν, pro quo Siculi dixere σταγνόν. Eſt autem στεγνὸν, quod minime rimoſum eſt, & fideliter continet, à στέγω, *tego.* Stagno contrarium futile. Inde Varro lib. 4. de L. L. *Stagnum, Græce στεγνὸν, quod non habet rimam.*

*Stalagmium.*] Inaurium genus oblongum ex bacca pendula; quales hodieque mulieres noſtræ geſtare ſolent. Ad guttæ ſimilitudinem quæ Græcis σταλαγμὸς dicitur. Meminit Plaut. Menæch. Act. 3. ſc. 3.

*Amabo, mi Menachme, inaures da mihi*
*Faciundas pondo duum nummum, ſtalagmia,*
*Ut te libenter videam cum ad nos veneris.*

In verſu Cæcilii lego.

*Jam ex aure ejus ſtalagmium domi habeo.*

Etſi aliter in Pauli Epitoma.

*Stata ſacrificia.*] Opponuntur indictivis & mobilibus: meminit Cicer. 1. Tuſcul. *Quum enim illum*

ad

Digitized by Google

Stata dicebantur ſacrificia, quæ certis diebus fiebant. Cato: Sacra, ſtata, ſollemnia, ſancta deſeruiſti. PAULUS.

Statæ Matris ſimulacrum in foro colebatur.

Statæ Matris ſimulacrum in foro colebatur, poſtquam id colluſtravit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in ſuos quiſque vicos rettulerunt ejus deæ cultum. FESTUS.

Statua eſt ludii, ejus, qui quondam fulmine ictus in circo ſepultus eſt in Janiculo. cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis ſenatus decreto intra urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.

Statuliber eſt, qui teſtamento certa conditione propoſita, jubetur eſſe liber. & ſi per heredem eſt, quo minus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet: nihilominus liber eſſe videtur.

Status dies vocatur, qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino; ejus enim generis ab antiquis hoſtes appellabantur, quod erant pari jure cum populo Romano, atque hoſtire ponebatur pro æquare. Plautus in Curculione. Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen eſt eundum, quo imperant ingratis.

Status dies vocatur, judicii cauſa conſtitutus. PAULUS.

Stellam ſignificare ait Atejus Capito lætum, & proſperum, auctoritatem ſecutus P. Servilii auguris, quæ ex lamella ærea adſimilis ſtellæ locis inauguratis infigatur. FESTUS.

Stellatina tribus *dicta, non à Campo* eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui *parum ab-*

## NOTÆ.

*ad ſolenne, & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet,* &c. Et in Milone. Sic pro domo *Statas cerimonias* dixit. Lege infra: *De ſacrilegio commiſſo.* Vide in *prohibere comitia. Dacerius.*

*Stata.*] Pro *colluſtravit*, puto, *Cœlius ſtravit. Joſ. Scaliger.*

*Stata matris.*] Veſtam intelligit, quam priſci illi à ſiſtendo Statam dixerunt, ut ejus nomen Græcum effingerent. Græcis enim ἑςία, ab ἵςαϑαι, i. ἱδρύεϑαι, quia ubique ſtata eſſet & conſecrata. Infra pro *colluſtravit*, optime Scal. *Cœlius ſtravit.*

*Qui plurimus ibi fiebat.*] Ob excubias ſcilicet quæ in foro præcipue agebantur.

*Statua eſt Ludii ejus.*] Hinc intelligendus locus Pub. Victoris qui in 8. urbis regione, ſic ſcribit.

*Ficus Ruminalis & Lupercal Virginis.*
*Columna cum ſtatua M. Ludii*
*Græcoſtaſis.*

Hæc enim eſt columna & ſtatua de qua hic Feſtus. Quamvis de hoc Ludio nihil alibi me legiſſe memini. Illud tantum conſtat ante Ancum Martium vixiſſe qui Janiculum urbi addidit ubi primo fuerat hic Ludius ſepultus. Nam veteres Romani, niſi ex prodigiis & oraculorum reſponſis admonerentur, ut hic factum eſt, intra urbem neminem ſepelibant, præter Duces eos qui in prælio pro rep. vitam amiſerant, ut Nauti & T. Sicinii conſulatu Opiter Verginius Tricoſtus, Valerius Lævinus, Poſtumus Cominius Auruncus, aliique Tribuni militares proxime circum combuſti ſunt. Ut ſupra Feſt. poſt Novalem agrum.

*Superque ea columna.*] De hoc more Iſidor. Orig. lib. 15. cap. 11. *Apud majores potentes aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur. Inde tractum eſt ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.* Callimach. Epigr. 11. ςήλλω μητρυιῆς, μικρὸν λίϑον ἔςεφε κῦρος. Sed notandum ſupra columnam aliquando mortui effigiem ſculptam fuiſſe. *Dacerius.*

*Statu liber.*] Gloſſarium: *Statu liber*, ἐλεύϑερος χρόνῳ κατὰ διαϑήκην ἀφεϑείς. lego ὅρῳ pro χρόνῳ. *Joſ. Scaliger.*

*Statuliber.*] Qui ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt. Ulpian. Inde in Gloſſ. Statuliber ἐλεύϑερος χρόνῳ κατὰ διαϑήκην ἀφεϑείς. Scaliger legit ὅρῳ. *Statulibera*, διαϑηκῶν παρϑὲν τὴν ἐλευϑερίαν. *Dacerius.*

*Status.*] Plautus in Bœotiis. Cujus verba ad legem 12. tab. alludunt, ut arbitror; de quibus Cicero lib. 1. Officior. *Aut ſtatus dies cum hoſte. Ant. Auguſtinus.*

*Status.*] Vide *condictus*, & *hoſtis.*

*Stellam.*] Lege infra: *Quia & lamella area adſimilis ſtella, locis inauguratis infigatur. Dacerius.*

*Stellati . . .*] *Stellatina tribus non à Stellate campo eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui eſt. . . miliario*



Digitized by Google

*eſt ab Urbe* Capena, ex quo Tuſci profecti *Stellatinum eum* campum appellaverunt.

Stellionem g*enus aiunt Lacertæ*, *quod* Verrius di*ctum ait*, *quia virus* ſtillet cibo, *potius quam quod ali*i à ſtellarum *ſimilitudine quia* varium eſt.

Stercus ex æde Veſtæ XVII. Kalendas Julias defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini, qui locus clauditur porta ſtercoraria, tantæ ſanctitatis majores noſtri eſſe judicaverunt.

PAULUS. Sterilam, ſterilem.

FESTUS. Ster*ilem mulierem appella*bant, quam G*ræci* στεῖραν *dicunt*, quæ non cap*it ſemen genitale*.

S*e*plaſia, aut S*eplaſium*, *ubi unguentum* memorab*atur pretioſum*. *Pomponius* in Adelph*is*. *Di te perdant in*feri Anti*pho*, *quia unde hoc unguen*tum ſit, *quæris*; *atqui lepidum* unde ung*uentum*, *niſi ex Seplaſia* eſt.

Stipatores ait dictos à ſtipe, quam mercedis nomine accipiant cuſtodes cujuſque corporis. unde & ſtipam, qua amphoræ cum extruuntur, firmari ſolent: etiam ſtipites, qui ob eandem cauſam deſtituantur.

PAULUS. Stipatores, id eſt cuſtodes cujuſque corporis, dicti ſunt à ſtipe, quam accipiebant mercedis nomine.

Stipatores corporis cuſtodes, quos antiqui latrones vocabant, ſtipati enim ferro circundant corpora regum.

## NOTÆ.

*liario à porta Capena. ex quo Tuſci eum campum ita appellaverunt.* Hæc, vel his ſimilia Feſtus. Liv. lib. 6. *Tribus quattuor ex novis civibus additæ, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnenſis.* anno urbis 356. ex Faſtis Capitolinis. *Ant. Auguſtinus.*

*Stellatina.*] Vide Liv. lib. 6. ſect. 5. Stellates populos in Tuſcia nominat Cato in originibus. *Dacerius.*

*Stellionem.*] Exiſtimo Feſtum referre, placuiſſe Verrio Stellionem, quod ſtillet cibo dici: at ipſum magis probare ab ſtellarum ſimilitudine, quod ejus cutis varia ſit, eſſe appellatum. Plin. lib. 30. cap. 10. *Nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt. inde ſtellionum nomen aiunt in maledictum tranſlatum. Tuniculam exuit eodem modo ut anguis, ſed eam ipſe devorat.* Ab hoc crimen ſtellionatus dici certum eſt. De ſtellione Verg. Georg. lib. 4. *Ant. Auguſtinus.*

*Stellionem.*] Stellionem genus lacertæ Verrius dicit ab eo dictum, quod virus ſtillet cibo, potius, quam quod dicit alibi, à ſtellarum ſimilitudine videri dictum, quia ejus corium varium eſt. Tertullianus de cibis Judæorum: *quis ſtellionem?* (comedit) *ſed maculas execratur prædam de aliena morte quærentes. Joſ. Scaliger.*

*Stellionem.*] Stellio autem dictus, quod variis guttis ſit ſtellatus. Ovid. 4. Metamorph.

*——— ——— Aptumque colori*
*Nomen habet variis ſtellatus corpore guttis.*

Unde & illum Græci ἀστερίαν & ἀστερίωνα, dixere.

*Stercus.*] Ovid. Tiberi jactum dicit. Vide ſupra: *Quando ſtercus delatum fas.*

*Sterila.*] Pro ſterilis, ut *ſublima* apud Lucret. pro *ſublimis*. *Gracila* Lucil. pro *gracilis*, &c.

*Seplaſia.*] Vide poſt *ſentinare*. *Dacerius.*

*Stipatores,*] Deeſſe mihi videntur aliquot verba, quibus dicat (vel ab ſtipo, quod eſt firmo) unde & ſtipam &c. Juſtinian. lib. 3. Inſtitut. *Stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à ſtipe deſcendens. Hinc ſtipulatio dicta eſt. Ant. Auguſtinus.*

*Stipatores.*] Stipa, quæ hic vocatur, eſt crux, ſeu patibulum humi, ut trophæum, deſtitutum, cui argillam imponunt plaſtæ, ut ſimulacra, quæ velint, deforment. Græci vocant κάναβον. Tertullianus in Apologetico de eo intelligit, cum ait: *Crucibus, & ſtipitibus imponitis Chriſtianos. quod ſimulacrum non prius argilla deformat, cruci & ſtipiti ſuperſtructa*t & infra: *Diximus originem Deorum veſtrorum à plaſtis de cruce induci.* ſed qui ſequitur locus, ut obiter dicam, corruptus eſt apud eundem eruditiſſimum ſcriptorem: *Sipara illa vexillorum, & candelabrorum ſtolæ crucium ſunt.* Legendum enim: *Sipara illa vexillorum, & candes labarorum, ſtolæ crucium ſunt.* notum labarum inter ſigna militaria fuiſſe, ex illo ut ex antenna pendebat candys, quod eſt genus paludamenti barbarici. Itaque in veteribus monimentis ita viſitur ſemper Labarum ea forma pictum. neque multum negotii fuit Conſtantino Imp. id in ſpeciem crucis concinnare, cum jam tranſverſum antennæ ſpecie lignum haberet. *Candes* ergo, ſunt κάνδυες, à no-

*Stipatores* appel*labantur corporis* cuſtodes, quos *antiqui latrones dice*bant, id eſt mer*cenarios qui cu*m ferro ve*lut circundabant* regum cor*pora.* FESTUS.

Stipem eſſe nummum ſignatum, teſtimonio eſt (& id quod datur ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur. PAULUS.

*Stipem dicebant* pecuniam ſignat*am quod ſtiparetur:* ideo ſtipulari *dicitur is, qui inter*rogat*us ſpondet ſtipam id eſt æs.* FESTUS.

Stipes fuſtis terræ defixus. PAULUS.

*Stipes fuſtis terræ* defixus: Afr*anius in* . . . . . . Porro honeſte *quam fecerit, qui ſtipite* hoſtium *impulit, voſtram implo*ro fidem, qui *adeſtis* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . eam ſilvam, et . . . . . . . . . . . . . . *us in ho*ſtili in me la*ctu percuſſit la*tus ut revolſo *ſtipite miles* qui jactu vali*do percuſſit* parmam niſi ſi *ſtipitem ponere* voluit pro *telo, vel haſta, Accius* in Bacchis, *Ecquem ſtipitem abj*egnum aut *alienum* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . us Ennius . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *ſtip*ites abjegno . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . e ſtipitem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *intere*mit eum, qua . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

*Stipitem a*rripit.

St*irpem in maſculino gene*re antiqui *uſurparunt pro eo quod eſt f*emina me*taphorice dicentes, poetæ* quæ nunc in *fœminino proferunt gene*re Livius,

## NOTÆ.

à nominativo Candys. Non ignoro tamen in veterib. libris Tertulliani *Cantabrorum* legi: ut etiam apud Arnobium. præterea Labarum tempore Tertulliani non fuiſſe. Quare hoc modo labefactabitur conjectura noſtra. *Joſ. Scaliger.*

*Stipatores.*] Fruſtra eſt Verrius qui ſtipatores à ſtipe, nam ſtipatores & ſtipes à ſtipando, ſtipare autem à *σύπω*, condenſo. Inde etiam ſtipa pro ſtupa. Quare bene Servius in 1. Æneid. *Stipant, denſant, tranſlatio à navibus, in quibus ſtupa interponitur vaſis, quam ſtipam dicunt.* Et ſic melius quam ſi ad duo etyma recurras, ita ut *ſtipator*, & *ſtipes* nummus ſint à *ſtipare*, & iſtud à *στίβω*, *calco*: *ſtipa* vero & *ſtipes*, fuſtis terræ deſtitutus à *σύπω*, *condenſo*. Unde *σύπη*, *ſtupa*, & *σύπος*, truncus, caudex.

*Stipam.*] Pro ſtupa ut ſupra. At dormitavit vir ſummus cum ſcripſit hic ſtipam eſſe crucem ſeu patibulum cui argillam imponunt plaſtæ. Quod Græci vocant Κάνακον.

*Deſtituantur.*] Non video cur vere docti reſcripſerint *conſtituantur*, vel *deſtinantur*. Eleganter enim veteres dicebant deſtitutum, defixum. Sic C. Gracchus in oratione de legibus promulgatis, uſus eſt eo verbo in eodem ſignificatu, cum inquit: *Idcirco palus deſtitutus eſt in foro, eoque adductus ſuæ civitatis nobiliſſimus homo M. Marius: Veſtimenta detracta ſunt, virgis cæſus eſt.* Et Varro: *Si eorum colla in furcas deſtitutas incluſerit.*

*Stipem.*] Varr. lib. 4. de L. L. in fine: *Hoc ipſum ſtipendium à ſtipe dictum, quod æs quoque ſtipem dicebant. Nam quod aſſes libra pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, id eſt componebant, quo minus loci occuparet. A ſtipando ſtipem dicere cœperunt.* Et mox: *Et qui pecuniam alligat ſtipulari & reſtipulari.* Sed de *ſtipulari* multi diſſentiunt quorum alii à firmitate *ſtipulari* dictum volunt, quod veteres *firmum* dicebant *ſtipulum.* Alii rure natum verbum dicunt à ſtipula ſcilicet quia in contractibus agrariis ſtipulam tenebant quæ totum agrum repræſentaret. Quæ mihi potior ſententia. *Dacerius.*

*Stipes.*] Multa omiſit Paulus, ut ex Feſti reliquiis apparet. *Ant. Auguſtinus.*

*Stipes.*] Citabatur Afranius, qui dixerat, *ſtipite oſtium impulit.* item Attius in Menalippo, qui dixerit *revolſo ſtipite*, & in Bacchis. & Ennius, qui dixit *ſtipites abiegnos. Joſ. Scaliger.*

*Stipes.*] In verbis Afranii *hoſtium*, pro *oſtium.* Ut ſupra in *ſcrupi*, *hoſtreis* pro *oſtreis.* infra pro *lactu*, legendum *jactu.* Reliqua deplorata ſunt. *Dacerius.*

*Sti . . . .*] Citabatur Ennius qui ſtirpem dixit maſculino:

*Nomine Pyrrhus, uti memorant, à ſtirpe ſupremo.*

*Joſ. Scaliger.*

*Livius.*] Livium Andronicum intellige. Quem ex hoc loco hiſtoriarum ſive annalium libros conſcripſiſſe certum eſt. Adeoque nimis præcipitanter fecit Illuſtriſſimus Gerardus Joannes Voſſius, cum in luculentiſſimis libris ſuis de hiſtoricis Latinis lib. 3. cap. 12. non veritus eſt affirmare hiſtoricis perperam

Digitized by Google

*tradunt familias quo*rundam Rom*anorum*, *Trojano ſtirpe ante* conditam Romam *procreatas*. Idem *Livius*, Oſtrymon *quemdam memorant* Grajo ſtirpe ex*titiſſe*. *Ennius Annal.* 6. Nomine Pyrrh*us uti memorant* à ſtirpe ſupremo . . . . . . . . . eſt revoca fratrem *eodem ſtirpe prognatum* plaudire, quam Gallus *Ælius*, *ſic de*finit, ſtirps eſt gen*tis propagatio*, *ut* quis à quoque eſt prog*natus*. *Stirpes autem per tranſlationem* dicuntur *ab ſtirpibus iis quæ ſub* imis arboribus *naſcuntur*.

PAULUS. Stiricidium, quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale eſt. ſtilla diminutivum.

FESTUS. *Stiricidium qua*ſi ſtillicidium, cum ſtel*læ concretæ frigore* cadunt. Cato pro C. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . nihilominus voluit ſemper *de ſtiricidio in* re præſenti cognoſcere *atque etiam ſtatuere*.

PAULUS. Stlata, genus navigii latum magis, quam altum, & à latitudine ſic appellatum, ſed ea conſuetudine, qua ſtlocum pro locum, & ſtlitem pro lite dicebant.

FESTUS. Stlat*a genus erat navigii*, latum mag*is*, *quam altum*, *ſic* appellatum *à latitudine*, *ſed* conſuetudin*e*, *qua ſtlocum pro locum*, *& ſtli*tem antiq*ui pro litem dicebant*.

PAULUS. Stlembus, gravis, tardus, ſicut Lucilius pedibus ſtlembum dixit, equum pigrum, & tardum.

## NOTÆ.

peram annumerari Livium Andronicum falſoque apud Diomedem lib. 3. *Livium* legi pro *Ennio*. Diomedis verba ſunt: *Epos Latinum primus digne ſcripſit Livius, qui res Romanorum decem & octo complexus eſt libris: qui & annales inſcribuntur, quod ſingulorum fere annorum actus contineant.* Hunc Diomedem ſecutus Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 4. *Epica* (inquit) *digne omnium primus ſcripſit Livius qui decem & octo libris Romanorum res geſtas perſcripſit.* Secuti & Simlerus in Bibliotheca: Popelinierus lib. 5. de hiſtoricis. Glandorpius in Onomaſtico voce *Livius Andronicus.* Quos omnes Diomedis loco deceptos tradit vir doctiſſimus, ea tantum ratione ſubnixus quod de Livio Andronico nihil hujuſmodi veteres prodidere, quodque duodeviginti librorum mentio Ennio potius congruit, quem totidem libros ſcripſiſſe ex eorum fragmentis paſſim in Grammaticorum libris ſatis conſtat. Sed futile eſt utrumque illud argumentum, & vel minimo ictu perculſum ruit, ut quivis facile videbit. Diomedem alioſque aſſerit hic Feſti locus qui virum omni laude majorem latuit, vel ſaltem non ſat ei perſpectus fuit. Hiſtorias igitur & proſa & metrica oratione Livius ſcripſerit neceſſe eſt, quod priſcis illis non inſolens fuiſſe omnes norunt. Huc accedat quod Livii Annalium meminit Feſtus in voce ſurregit. Verſus etiam ex ejuſdem Annalium lib. 1. & 2. legere eſt in voce *quamde.* Nam viri docti qui eos Ennio tribuunt nullo nituntur fundamento. adi locum. Neque eſt quod quis dicat non hic Livium Andronicum nominari ſed T. Livium Patavinum, non quod T. Livium forſan & legere & exſcribere non potuerit Verrius, ſed quod abſurdum ſit putare Verrium ex T. Livio ſcriptore ſuo συγχρόνῳ, hiſtoriæ aliquid hauſiſſe, & non potius ex iiſdem fontibus unde hauſerat T. Livius. Præſertim cum nullam ejus alibi mentionem fecerit quem alioqui ſæpius laudare neceſſe habuiſſet. Sed hæc in Livii gratiam dicta ſunto cui dolebam hiſtorici laudem à viro doctiſſimo aliquamdiu immerito fuiſſe negatam.

*Tradunt familias.*] Ut familiam Nautiorum. Vide ſupra in *Nautiorum.*

*Oſtrymon quemdam.*] De hoc nihil compertum habeo.

*Nomine Pyrrhus.*] Male apud Nonium *homines*, pro *nomine*, in voce ſtirps. Integrum diſtichon,

*Navo' repertus homo Grajo patre, Grajus homo, Rex,*
*Nomine Pyrrhus, uti memorant à ſtirpe ſupremo.*

Scaligero placebat *Aimoniæ Pyrrhus.* Merulæ *Chaonica Pyrrhus.* Vetuſtiores ſequor.

*Eſt revoca fratrem.*] Forſan *ſt*, *revoca fratrem* ſed hoc forſan indictum oportuit. In iis quæ deſunt periit poëtæ cujuſdam nomen. *Dacerius.*

Ante *Stiricidium.*] De ſtirpe Feſtum ſcripſiſſe aperte intelligitur, eam maſculine quoque dici. Vide *Spicum*, & *Specus*, & *Recta*. *Ant. Auguſtinus.*

*Stiricidium.*] Servius in illud 3. Georgic.

*Stiriaque impexis induruit horrida barbis.*

*Stiria*, inquit, *eſt gutta: inde fit diminutivum ut dicamus ſtilla. Dacerius.*

*Stlata.*] Gloſſarium: *Stlata*, πειρατικοῦ σκάφους εἶδος. Idem, *Stlatarius*, ἐργόμωνος. *Joſ. Scaliger.*

*Stlata.*] Pro *lata*, antiqui enim vocibus ab *l* incipientibus *ſt* præponebant. Stlata, ſubintelligitur *navis*. Gloſſ. Stlata, πειρατικοῦ σκάφους εἶδος. *Piratica navis genus.* Item *ſtlites*, δίκαι ἀρχαϊκῶς. *Lites antique.* Item ſtlatarius ἐργόμωνος.

*Stlembus, gravis tardus.*] A Lumbagine, *ſtlembus*, pro

*Stlembus*, gravis, tar*dus*, *ſicut Lucilius*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.
. . . . . . Apulidæ pe*dibus ſtlembum*, *dixit*, cum refert *equum pigrum & tardum*.

Stolidus, ſtultus Ennius libro primo: Nam vidi pugnare ſues, ſtolidi, ſtolidi ſunt, & in Alexandro: Hominem appellat, quia laſcivi ſtolide non intellegit. & Cæcilius in Hypobolimæo: Abi hinc tu ſtolide. illi ut tibi ſit pater? & in Andronico: Sed ego ſtolidus, gratulatum me oportuit prius.

Stolidus, ſtultus. PAULUS.

Strebula lingua Umbrorum appellabant partes carnium ſacrificatarum.

Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum, quas *Græci* μηρία FESTUS. *dicunt*, *quæ* in altaria im*poni ſolebant*, *ut Plau*tus ait in Fri*volaria*, *ſtrebula* agnina tene . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . bulis. . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

pro *lumbus*, quaſi *lumboſus*, à lumborum vitio, & per metaphoram pro tardo inſtar laborantis lumbagine. Hæc Voſſ. dubito. Putabam olim, longe aliud voluiſſe Lucilium quam quod habet Feſtus, eumque dixiſſe pedibus ſtlembum, non tardum & gravem, ſed velocem ὠκύποδα, ab illius ſcilicet navigii velocitate quod *lembum* dicunt, nam lembus μικρὸν πλοιάριον. Heſych. Eumque inter velociſſimas & exploratorias naves fuiſſe ex veteribus certum eſt. Sed vereri ſe ait Scaliger ne Verrius in vitioſum exemplar Lucilii inciderit & Lucilius ſcripſerit *ſtlentum*, pro *lentum*. In verbis Lucilii τὸ *Apulidæ*, corruptiſſimum eſt. *Dacerius*.

*Stolidus.*] Ennius:

*Namque avide pugnare ſues ſtolidi ſoliti ſunt.*

Et:

*Hominem appellat: Quid laſcivis ſtolide? non intelligit.*

*Joſ. Scaliger.*

*Stolidus.*] A ſtolone, hoc eſt inutili fruticatione quæ circum arbores è radicibus enaſcitur. *Stolo*, *ſtolidus*, ſyncope *ſtoldus*, *ſtoltus*, *ſtultus*. *ſtolo* etiam pro *ſtolido*. ut *ſtipes*, pro *ſtupido*, *&c.* Auſon. ep. 1.

—— —— —— *Sed jam non potes, ô ſtolo, doceri.*

*Nam vidi pugnare.*] In Schedis hic Ennii verſus ſic legitur.

*Nam vi depugnare ſues ſtolidi ſolidi ſunt.*

Corrupte manifeſto pro *ſoliti ſunt*. Inde Janus Duza Plautinar. explicat. lib. 11. cap. 25.

*Namque avide pugnare ſuis ſtolidi ſoliti ſunt.*

Sed Scalig.

*Namque avide pugnare ſues ſtolidi ſoliti ſunt.*

*Hominem appellat.*] Scal. legebat.

*Hominem appellat: Quid laſcivis non intelligit.*

At Ego:

*Hominem appellat, quid laſcivis ſtolide? non intelligis?*

Et interpretor de Hectore Paridem increpante quod evitaret Menelaum, & dum ait *quid laſcivis*, ei mollitiem exprobrat & ad Homeri illud alludit, εἶδος ἄριστε γυναιμανές, &c. Vide Homer. Iliad. γ'. in principio.

*In Hypobolimæo.*] Aliter Hypobolimæo Æſchino.

*Abi hinc tu ſtolide.*] Forſan.

*Abi hinc tu ſtolide illuc, ut tibi ſit pater.*

*Ut*, id eſt, *ubi*. *Stulte abi hinc illuc ubi tibi patrem reperias.* Et ita ſpurium innuit. Et inde nomen fabulæ *Hypobolimæus Æſchinus*. Id eſt Æſchinus ſuppoſititius. ὑποβολιμαῖος, enim *ſuppoſititius*.

*Et in Andronico.*] Optime viri docti *Androgyno*. *Dacerius*.

*Strebula.*] Locus Plauti fuit in Frivolaria, quæ non extat. *Ant. Auguſtinus*.

*Strebula.*] Habes apud Varronem, & Arnobium. *Joſ. Scaliger.*

*Strebula.*] Arnob. *Nonne placet carnem ſtrebulam nominare quæ taurorum è coxendicibus demitur?* Sed cur Umbrico nomine? cum à Græco στρεβλὸς, *curvus*. Nempe à curvatura & verſura coxendicis. Ut optime Varro lib. 6. de L. L. *Caro ſtrebola Opilius ſcribit circum coxendices ſunt nobis. Id Græcum eſt ab hujus loci verſura.*

*Strebula agnina tene.*] Puto in lacuna deſiderari locum alium ejuſdem Plauti quem laudat Varro ibid. *In ceſtione*, inquit, (optime Scalig.) *in Gaſtrione cera ſtribola, ut de lumbo, obcanabis.* Quem verſum ſic correxit Scalig. *Caro ſtribola vitellina eſt: canabis.* Sed quomodo ex *ut de lumbo ob* fieri poſſit *vitellina eſt?* non ſat certe poſſum conjicere. Atqui is locus eſt qui nullo fere negotio poſſit ſanari. Lege modo: *Carne ſtrebola, aut de lumbo obcanabis. cera*, inverſum *care*, pro *carne*, *aut*, pro *haud*, ut ſæpe. *Obcanabis* eodem modo dictum quo *obtinebis*, & alia.



Digitized by Google

Strenam vocamus, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia à numero, quo ſignificatur alterum, tertiumque venturum ſimilis commodi, veluti trenam, præpoſita *S* littera, ut in loco, & lite ſolebant antiqui.

PAULUS. Strigæ appellabantur ordines rerum inter ſe conjuncte collocatarum, à ſtringendo dictæ.

FESTUS. Str*igæ appellabantur* ordines rerum *inter ſe continu*ate conlocata*rum*, *à ſtringe*ndo dictæ.

Stri*gas ut ait Verr*ius Græci *σύρνια* app*ellant quod* maleficis mulieribus nomen inditum eſt quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent his verbis eas veluti avertere Græci *σύῤῥιντα πόμπειν νυκτικόμαν ςρίγγα τόλαον ὄρνιν ἀνωνύμον ὠκυπόρες ὄπὶ νῆας.*

## NOTÆ.

Et interpretor, *ad ſaturitatem canabis.* Nam & nomen fabulæ *gaſtrion*, ſive *gaſtron*, id eſt, *guloſus.* Verum & notatu dignum eſt, quod ſupra dixit Feſtus ſtrebolam carnem ſive *μηρία*, in altaria imponi ſolita. Nam eæ præcipuæ hoſtiarum partes erant, ideoque in conviviis etiam viris principibus dabantur ut dorſa. adi Euſtath. in Homer. p. 1606. Ed. Rom. *Dacerius.*

*Strenam.*] In loco & lite non ſolum s littera præponitur, ſed s & τ. Dicitur enim à veteribus *ſtlocus*, & *ſtlis.* Vide *Stlata*, & *Stlembus.* Sic *Decemviri ſtlitibus judicandis* dicebantur, pro litibus, qui Centumvirorum primi fuerunt. Viden. Quintilian. lib. 1. cap. 6. potuiſſet Feſtus *ſtritavum*, pro *tritavo* dictum referre. *Ant. Auguſtinus.*

*Strena.*] Etymologiæ Feſti convenit, imo adſtipulatur verſus Pomponii Atellanarii: *Aſſide, ſiqua veniet ſtrena ſtrena. Joſ. Scaliger.*

*Strenam.*] Etymologiæ Feſti conſentit verſus Pomponii Atellanarii: *Aſſide ſi qua veniet ſtrena ſtrena.* Aliter Nonius, *ſtrena*, inquit, *dicta eſt à ſtrenuitate.* Cui favet Symmachus lib. 10. Epiſt. 28. *Ab exortu pene martia, ſtrenarum uſus adolevit, auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni novi auſpices primus accepit. Nomen indicio eſt viris ſtrenuis hæc convenire ob virtutem.*

*Strigæ.*] Striga proprie in re ruſtica dicebatur ſulcus qui uno ductu peragebatur in longitudinem, & inde quarumcumque rerum ordines ſtrigæ dicti ſunt, ut Hygino in libello de caſtrorum metatione ordo & ſeries equorum in caſtra redeuntium. *Dacerius.*

*Stri* . . . .] Striges aves nocturnas, ut ait Verrius Græci *ςρίγγας* appellant. à quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt. quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent his verbis eas veluti avertere Græci.

*Στρίγγ᾽ ἀπόπεμπειν, νυκτιβόαν, τὰν ςρίγγ᾽ ἀπὸ λαῶ*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας.*

Plin. hos verſus intellexit, cum ſcribit *Strigas in Græcorum diris, & imprecationibus haberi.* Qui hic ſomniant ſyrnia, næ ipſi multum hallucinantur. Puto ſecundum verſum ita legendum, ac ſupplendum.

*Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας ἐλαύνε.*

*Joſ. Scaliger.*

*Striges.*] Harum avium deſcriptionem pete ex Ovid. lib. 6. Faſtor. Poſt verſum 130. Et recte Verrius *ſtrix*, à Græco *ςρίγξ*, ſeu *ςρὶξ*, quod à *ςρίζω*, *ſtrideo*, unde Ovid.

*Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus*
*Cauſſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.*

Mulieres autem veneficæ *ſtriges* dictæ quia in eas aves figurantur. Unde & *volaticæ* dictæ ſunt. Iſidor. *Striges, mulieres volaticæ.* Et Gloſſ. ſtriga, *λαμπρύγων, ἢ γυνὴ φαρμακίς.* Itali etiam hodie *ſtrigam*, veneficam vocant. *Dacerius.*

Ante *Strigores.*] Duo verſus Græci ſunt in veteri libro; quorum alterum mendoſum Aldus, & Alciatus in Parergis ita emendarunt.

*Σύρνια πομπεύειν νυκτίκομον ςρίγγα δ᾽ ὀλοόν.*

Alterum verſum, qui recte hic ſcriptus eſt, male referunt. in priore autem, *ςρίγγατ᾽ ὀλαὸν*, ſcriptum eſt, in veteri libro; ſed neutrum eſſe ſine mendo Fulvio Urſino noſtro videtur. De ſtrigibus autem Latina quoque Feſti verba eſſe intelligenda nemo ignorare poteſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Σύῤῥιντα πόμπειν.*] Hæc corruptiſſima ſunt, varie varii emendant. Turnebus lib. 14. adverſ. cap. 1.

*Στρίγγ᾽ ἀποπέμπειν νυκτιβοὰν, ςρίγγ᾽ αὐτικάλαον,*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ἐνθένδ᾽ ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας.*

Scaliger in catalect.

*Στρίγγ᾽ ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, τὰν ςρίγγ᾽ ἀγελαίαν*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ἐνθένδ᾽ ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας.*

Et in notis ſuis ad Feſt.

*Στρίγγ᾽ ἀπόπεμπειν, νυκτιβόαν, τὰν ςρίγγ᾽ ἀπὸ λαῶ*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας ἐλαύνε.*

Tandem Hadrianus Junius in nomenclatore ſuo voce *lamia.*

*Σύρνια πομπεύειν νυκτίνομον ςρίγγα παλαιὸν*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ἐξελᾶ᾽ ὠκυπόρες ἐπὶ νῆας.*

Sed Junio impoſuit corruptus Feſti codex. Neque enim

Strigores in Nelei *carmine pro* ſtrigoſis poſitum *invenitur*, *id eſt denſa*rum virium *hominibus*, *alias ſtri*gore exerciti.

Strigores denſarum virium homines. PAULUS.

Stritavum antiqui dicebant pro tritavo.

Strit*avum antiqui dice*bant pro trit*avo*, *qui eſt pater at*avi, & ataviæ; *ut ſtlitem pro lite*. FESTUS.

Stroppus eſt, ut Ateius Philologus exiſtimat, quod Græce ςρόφιον vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite. quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. Itaque apud Faliſcos diem feſtum eſſe, qui vocatur Strupearia, quia coronati ambulent, & à Tuſculanis, quod in pulvinari imponatur Caſtoris ſtruptum vocari.

Stroppus quod Græce dicitur ςρόφιον, pro inſigni ponebatur in capitibus ſacerdotum. alii id coronam eſſe dixerunt. PAULUS.

Struere antiqui dicebant pro augere, unde inſtruere. FESTUS.

## NOTÆ.

enim σύριγξ Græcum eſt. Ego ad oram codicis ita tentaveram.

*Στρίγγ' ἀποπέμπειν νυκτινόμον στρίγγα τ' ἀλαόν*
*Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἐλαύνειν.*

Hoc eſt. *Strigem averte noctu paſcentem*, *fædamque ſtrigem avem feralem veloces in naves fuga.* Vel νυκτιβόαν pro νυκτινόμον, nam & ſtrix νυκτιβόας dicebatur. Heſych. in στρίγλος. Hos verſus intellexit Plinius dum ſcripſit lib. 11. cap. 39. *Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit. Dacerius.*

*Strigores.*] *Strigores in Nelei carmine videtur pro ſtrigoſis poſitum. alii pro denſarum virium hominibus. . . . Strigores exerciti.* Memini Adr. Tuneb. *Strigones* legere. Sed non advertebat morem veterum, qui ut architectores pro architectones, ita *Strigores* pro *ſtrigones* dicebant. *Joſ. Scaliger.*

*Strigores.*] Pro *ſtrigores* Turnebus legebat *ſtrigones*, ſed, ut optime Scaliger, non advertebat morem veterum, qui ut *architectores* pro *architectones*, ita *ſtrigores* pro *ſtrigones* dicebant. Strigores autem proprie ſunt *ſtrigoſi*, ſtrigore id eſt macie *exerciti*, & inde factum ut *ſtrigores* denſarum virium homines in Nelei carmine dicerentur. Hac voce uſus videtur Plautus Bacchid. act. 2. ſc. 3.
vulgo:

*Dum circumſpecto, atque eo lembum conſpicor:*
*Longum eſt rigorem maleficum exornarier:*

Legendum: ut Mureto etiam & Salmaſio viſum eſt.

*Dum circumſpecto, atque ego lembum conſpicor*
*Longum à ſtrigore malefico exornarier.*

Vel:

*Longum, ſtrigorem maleficum exornarier.*

Ut lembum, ſtrigorem, dixerit, quamquam Acidalius aliique diſſentiunt. *Dacerius.*

*Stroppus.*] Lege, *pro inſigni habent in apice.* Apud Vitruvium ſunt, quibus religatur remus ad ſcalmum, ut alibi notavimus. Gloſſarium: *Strepus*, τροπωτήρ. Lege, *Stropus.* Gloſſæ aliæ: *Strupus*, σκαλμὸς ἔνθα ἡ κώπη δεσμεῖται. Idem Iſidorus producit locum Livii: *Tuncque remos juſſit deligari ſtrupis.* Apud Suetonium alicubi perperam legitur ſtupis lecticæ pro ſtrupis. *Joſ. Scaliger.*

*Stroppus.*] Sed hæc aliena, ςρόφιον, ſtrophium, *ſtroppus* proprie faſcia, tænia, & quia ex faſciis fiebant coronæ: inde *ſtrophium* & *ſtroppus* pro corona. Et pro eo quod ſacerdotes ferunt. Heſych. ςρόφιον ὃ οἱ ἱερεῖς φέρουσι. *Strophium quod ſacerdotes ferunt.* *Strophium* autem à ςρέφω verto, quia faſciæ illæ tortiles. Strophia ſic deſcribit Plin. *Quadam corona per coronas currunt. tenuioribus utebantur antiqui, ſtroppos appellantes unde nata ſtrophiola.* Duæ aut tres tæniæ invicem tortæ coronam faciebant, quam vocabant *ſtroppum.* Antiqui enim Romani coronas è tæniis concinnabant nondum invento eas è floribus texere. Vid. Salmaſ. in Solin. Stropus de quo hic egit Scaliger, nempe quo remus ad Scalmum religatur eſt ab alia origine. Nempe à τρόπος lorum, *tropus*; S addito *ſtropus.*

*Pro inſigni habent in capite.*] *In apice*, Scaliger, ſed non neceſſe. *Dacerius.*

*Struppus.*] Tertia linea cum ſequenti alio pertinet. quod divinare non potui. *Joſ. Scaliger.*

*Et à Tuſculanis quod in pulvinari imponatur Caſtoris, &c.*] Non ſolum Caſtoris ſed & aliorum Deorum. Vide infra ſtruppi. *Dacerius.*

*Struere.*] Gloſſarium: *Pedem ſtruit*, φιλεῖ. *Joſ. Scaliger.*

*Struere antiqui dicebant pro adjicere, augere.*] Perſius.

*Rem ſtruere exoptas cæſo bove.*

*Adicere* pro *adjicere* antiqua ſcribendi conſuetudine in exemplari exaratum.

Struere antiqui dicebant pro adjicere, augere, unde induſtrios quoque. M. Cato: jure, lege, libertate, Republica communiter uti oportet: gloria: atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit. aut in duodecim. quod eſt, Si caluitur, pedemve ſtruit: manum endojacito. alii putant ſignificare retrorſus ire, alii in aliam partem, alii furere. alii gradum augere; alii minuere; ac vix pedem pedi præfert, otioſe it, remoratur.

Strues genera liborum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta panicula in tranſverſum continentur.

Paulus. Strufertarios dicebant, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere.

Festus. *Strufertarios appellabant* antiqui, *ut ait*, *homines conductos mercede*, *qui ad* arbores *fulguritas aut piacularium* commiſſarum *cauſa ſacrificia quædam* ſtrue, & *ferto ſolemnibus verbis* faciunt, *precor te Juppiter* uti mihi *volens propitius ſies*, *quod & n*ullo etiam *fiebat adhibito ſtru*fertario.

*Suberies arboris genus* ex qua cortex *natatorius detrahitur* Lucilius . . ti hibernacul

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . *t* . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Notæ.

*Unde induſtrios.*] Vide *Induſtrium.*

*Aut in duodecim quod eſt.*] Lege *at* ut viri docti. Vide *Pedem ſtruit.*

*Ac vix pedem pedi præfert.*] Hic aliquid omiſſum videtur. Forſan: *Ac vix pedem pedi præferre, pedem ſtruit, otioſe it, remoratur.* Tamen nihil affirmo.

*Strues genera liborum.*] Strues omnium rerum extructio dicebatur. Gloſſ. Strues, ξύλων σωρὸς, ἢ ϗ θυμιάτων. *Strues, lignorum cumulus, vel etiam liborum. Dacerius.*

*Strufertarios.*] Cato in libro de re ruſtica ita ſcribit: *priusquam meſſim facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. & poſtea: Priusquam porcum feminam immolabis, Jano ſtruem commoveto ſic: Jane pater te hac ſtrue commovenda bonas preces precor. &c. Ferctum Jovi moveto, & mactato ſic: Juppiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiaque mea. mactus hoc fercto* &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Strufertarios.*] *Strufertarios antiqui ſoliti ſunt appellare homines conductitios, qui ad lucos, vel arbores fulguritas, aut piacularium commiſſarum cauſſa, ſtrue & ferto ſacra faciunt, his verbis: Oro te Jupiter, uti mihi volens propitius ſis. quod & nullo etiam adhibito ſtrufertario fiebat.* Hæc Feſtus. ut appareat majora ſpatia in editione relicta eſſe, quam opus ſit ad ea, quæ deſiderantur, capienda. Ex his cognoſcimus, quantum odorari potuimus, *ſtrufertarios* fuiſſe, qui hujuſcemodi ſuperſtitioni obeundæ operas locabant: quos *Fertores* etiam dictos, ſuperius ex Iſidoro notavimus. Quod enim arbores fulguritæ piaculis procurari ſolitæ eſſent, notum eſt cum ex aliis veterum monimentis, tum ex tabula, quæ Romæ ante hos V. annos effoſſa eſt: quam mihi eruditiſſimus ac nunquam ſatis laudatus Cl. Puteanus communicavit. in ea primum ita legitur: IIII. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO. DEAE. DIAE. VIA. CAMPANA. APVD. LAP. V. CONVENER. PER. C. PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI. IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. EARVMQ. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. SACRO. ALIAE. SINT. REPOSITAE. &c. Deinde infra in eadem tabula ſtruis mentio fit: IMMOL. IPSO. MAG. PORCAM. ET. AGNAM. STRVIB. EFFERTIS. &c. quamquam miror *ſtruibus effertis*, non *ſtruibus*, *& fertis* in ea tabula ſculptum fuiſſe. Non ſolum, inquit Feſtus, ad arbores fulguritas ſtruferta fiebant, ſed & piacularium commiſſarum cauſſa. Sane hoc verum eſſe vel ex uno Catone patet, qui ſtruem commoveri jubet pro commiſſo imprudenter piaculo his verbis: ſiquid in hiſce ſuovetaurilib. erit, quod nec recte factum ſit. & cætera. unde ait Feſtus, etiam ſine ſtrufertario hoc fieri. hoc eſt ſine homine conductitio. recte. nam paterfamilias ipſe hoc pro tota familia non raro faciebat. Cujus exemplum habes apud eundem Catonem. *Joſ. Scaliger.*

*Strufertarios.*] Iſta, *Te precor Jupiter uti mihi*, &c. Solennia precationis verba ſunt ut apud Catonem: *Jupiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſque meis, domo familiaque mea,* &c. Fertum autem ſive fortum ſive forctum pro bono dictum putavit Salmaſ. quem vide ad Solin. Sed melius Feſtus in *Ferctum. Dacerius.*

*Infra.*] In reliquiis, quæ poſtea extant, nihil omnino pertinet ad ſuperiora de *ſtrufertariis*: ſed, ni fallor, ita Feſtus ſcripſerat: *Suber, arbor, ex qua cortex deripitur.* Deinde utebatur teſtimonio Lucilii. Neque tantum hoc loco incommodum acceptum



Digitized by Google

Struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus: Cerialis cenas dat. ita menſas extruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias, & Livius: quo Caſtalia, per ſtruices ſaxeas lapſu accidit.

Struices dicebant omnium rerum inſtructiones. PAULUS.

Struppi vocabantur in pulvinaribus faſciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur.

Struppi vocantur in pulvinaribus *faſciculi de verbenis facti qui pro De*orum capitibus FESTUS. ponuntur *apud Ur*bem calo Antiſtius *Labeo dici ait ma*giſtratum publicum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Strutheum in mimis præcipue vocant obſcenam partem virilem, à ſalacitate videlicet paſſeris, qui Græce στρȣθὸς dicitur.

Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, quod eo die ſacrificabant ii, qui ſolemni PAULUS. die, aut non potuerunt rem divinam facere, aut ignoraverunt.

Stul*torum feriæ appellabantur* Quirina*lia*, *qui erat dies feſtus* qui prim*i quod eo die Qui-* FESTUS. *rino* ſacrificant ii, *qui ſolemni die aut* non potuer*unt rem divinam facere*, aut igno*raverunt. ſuorum* fornacaliu*m ſacrorum diem* commiſſum *piaculum expiabant* more, at*que quod ſuis non fecerant* quibus p*ermittebatur feriis*, *ſacrum faciebant.*

Stuppam linum inpolitum appellant Græci Dorii.

Stuprum pro turpitudine antiquos dixiſſe apparet in Nelei carmine: fœde, ſtupreque caſtigor cotidie. & in Appi ſententiis: qui animi . . . . compotem

## NOTÆ.

tum eſt: ſed & reliquum membrum, quod huc pertinebat, neſcio quomodo diſtractum eſt, & tranſlatum ad vocem *Stura*. poſt quam reliquiæ hujus loci apparent, in illis: *ac ſuberieſque*. de ſubere enim manifeſto ſermo fiebat. *Joſ. Scaliger*.

*Suberies.*] Putabat Scaliger huc pertinere & huc retrahenda eſſe quæ poſt *ſtura flumen* leguntur. Ubi etiam de *ſuberie*. Sed in Schedis etiam ſic diverſa ſunt. *Dacerius*.

*Struices.*] Plaut. in Menæ. *Tantas ſtruices concinnat patinarias. Ant. Auguſtinus.*

*Struices.*] Nævius etiam, teſte Servio, qui eſt in ſchedis, dixit *Struix malorum. Joſ. Scaliger.*

*Struices.*] Struix, & ſtrues idem. Sic Nævius dixit *ſtruix malorum* teſte Servio. Verſus Plauti eſt ex Menæch. act. 1. ſc. 1.

*Livius quo Caſtalia.*] Merula in comment. ſuis ad Ennium legendum putavit. *Livius, libro quarto vel quinto*, nimirum *Erotopægnion*. Vel *Livius equo*. Nam equum Livii Trojanum citant Cicero lib. 7. Epiſt. & Nonius Marcellus in *opitula*. De Caſtalia autem Apollinem fugiente & in fontem ſui nominis converſa, notum eſt.

*Struppi.*] Verbenæ in faſciculum intortæ quæ in pulvinaribus Deorum capita repræſentabant, unde & *capita Deorum* vocabantur. Vide ſupra *Capita Deorum*.

*Apud Urbem.*] Hæc diverſa ſunt à ſuperioribus. Forſan hic de Suffete agebat Feſtus, de quo infra. Sed quid pro voce *calo* quæ certe mendoſa eſt, ſubjici debeat, aſſequi non poſſumus. Videant eruditi & hic ingenii ſui acumen intendant.

*Strutheum in mimis.*] Imo & latinum *paſſer* alibi quam in mimis pro obſcæna illa parte poſitum eſt. *Dacerius*.

*Stultorum.*] Vide *Quirinalia. Ant. Auguſtinus.*

*Stultorum.*] Lege: *Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, qui erat dies Feſtus Quirini, quod eo die Quirino ſacrificant ii, qui ſolemni die aut non potuerunt rem divinam facere, aut ignoraverunt ſuorum fornacalium ſacrorum diem, commiſſum piaculum expiabant more, atque quod ſuis non fecerant, quibus permittebatur feriis ſacrum faciebant.* Ita ex Schedis planus eſt hic locus qui peſſime in aliis editt. acceptus eſt Ut & in Etymologico Voſſii in voce *Quirinalia*. Vide *Quirinalia*.

*Stuppam.*] A Dorico ςύππα. *Dacerius.*

*Stuprum.*] Sententia Appii: Qui animi volt ſeſe compotem eſſe, nequid fraudis ſtuprique ferocia pariat. Nævii verſus Saturnii:

*Seſeque ei perire mavolunt ibidem,*
*Quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis.* Item
*Sin illos deſeritis fortiſſumos virorum,*
*Magnum inde ſtuprum poplo fieri pergetis.*

Ut à Prohibeo, *Proebrum*, & probrum: ſic à ſtupeo *ſtuprum*. *Joſ. Scaliger.*

*Stuprum.*] Pro qualibet turpitudine, unde in Gloſſis exponitur μιασμός.

*Qui animi . . . compotem eſſe.*] Supplendum videtur

eſſe, nequid fraudis, ſtuprique ferocia pariat. Nævius: Seſeque ii perire mavolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis. item: ſin illos deſerant fortiſſimos viros, magnum ſtuprum populo fieri pergetis.

PAULUS. Stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt. unde eſt in carmine: Fœde, ſtupreque caſtigor cotidie.

Stura flumen in agro Laurenti eſt.

FESTUS. Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant.

*Suber arbor*, ac ſuberies, *qua natabant in* Thermis.

SUAD TED, idem ait eſſe, ſic te.

Suaſum, colos appellatur, qui ſit ex ſtillicidio ſumoſo in veſtimento albo. Plautus: quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Quidam autem legunt inſuaſo, nec deſunt, qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire.

## NOTÆ.

detur vox *exoptat ſe*. Scaliger: *Qui animi volt ſe ſe compotem eſſe*, &c.

*Seſeque.*] Nævii verſus ſic diſtinguebat Scal. ut eſſent Saturnii.

*Se ſeque ei perire mavolunt ibidem,*
*Quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis.*

Item:

*Sin illos deſeritis fortiſſimos virorum,*
*Magnum inde ſtuprum poplo fieri pergetis.*

Voſſius vero:

—— —— —— *Se ſeque ii perire mavolunt*
*Ibidem quam redire cum ſtupro ad ſuos*
*Populares* ——— ,

Item:

—— —— *Sin illos deſerant fortiſſimos viros,*
*Magnum ſtuprum tum populo fieri pergitis.*

Et hoſce poſtremos ita Grotius.

—— —— *Sin illos deſeritis fortiſſimos viros,*
*Magnumque ſtuprum populo fieri pergitis.*

*Dacerius.*

*Stura.*] Tertia abhinc linea, ut jam ſupra notavimus, pertinet ad vocem Suber. *Joſ. Scaliger.*

*Stura.*] Sex millibus ab urbe abeſſe ſcribit Livius lib. 26.

*Suber.*] Suber hodieque natantibus inſervit. Sed nimis nota res eſt. *Dacerius.*

*Suad ted.*] Lego: *Sed ted, idem ait eſſe ſine te.* Veteres *ſe* ponebant pro ſine, item *ſed*, ut ſupra dixit. & *ted*, pro te. ut Quintilianus etiam annotat. In vetuſtiſſimo lapide Duilii, quod ante hos II. annos, Romæ cum eſſem, effoſſum fuit, ſemper legitur MARID, pro MARI, & ſimilia, cum D litera ſuperflua. A *Se Sine* factum eſt, ut ab *iter*, *itiner*; à *jecur*, *jecinor*. *Joſ. Scaliger.*

*Suad ted.*] Pro *ſic te.* Sed qui. Non ſatis conjicio. Quare unice probo Scaligeri conjecturam qui legit: *Sed ted, idem ait eſſe ſine te.* Veteres *ſe* ponebant pro *ſine*, item *ſed* ut ſupra dixit & *ted* pro te ut Quintilianus etiam annotat. Vide *ſed. Idem.* Id eſt Meſſala nam hæc ſequebantur poſt *ſerpula ſerpſit.* Ubi Meſſala laudatur. *Dacerius.*

*Suaſum.*] Verſus Plauti eſt in Truculento; in quo legitur inſuaſo. Vide Inſuaſum. *Ant. Auguſtinus.*

*Suaſum colos.*] Quæ ἐπιπεπαμμένας colorata ſunt & ſaturata Græci πεπιεσμένα dicunt.* Latini *ſuaſa* & *inſuaſa* quæ penitus καὶ εἰς βάθος imbiberunt colorem. Epigramma vetus:

—— —— —— χοῖνες βάμμασι πιθόμενος.

Et Strab. πεπεισμένως ἐπικεχρῶσθαι τὴν χρόαν. Eleganter dicit penitus aduſtum eſſe & profunde coloratum ſole. Latini, *inſuaſum* dicunt. *Colorem infumatum* vulgo appellamus qui luteo ſimilis eſt, ſed obſcuro. Eſt enim μήλινον χρῶμα τὸ βαθυνόμενον μέλανι. Gloſſæ: *Inſuaſum*, εἶδος δηναρίου κεκαπνισμένου: Græci χρῶμα κεκαπνισμένον, ſimiliter vocant qualis eſt color in tignis ac trabibus diutino fumo infectis. Genus erat Jaſpidis qui καπνίας, dicebatur à fumido colore. Dioſcorides: ὁ δὲ αἰγίζων, ὁ δὲ καπνίας, ὡσπερεὶ κεκαπνισμένος. Caveſis autem putes *ſuaſum* & *inſuaſum*, proprie dici τὸ κάπνιον, colorem. Sed *inſuaſus* vel *ſuaſus* color ὁ πεπιεσμένος κεκαπνισμένος. Quod de omnibus coloribus intenſioribus dici queat. Ut optime infra Feſtus. Quia vero tignum, quod diutino fumo infectum eſt, vel ea quæ ex ſtillicidio fumoſo infecta ſunt, colorem eum penitus imbiberunt, eoque prorſus imbuta ac veluti inſuaſa valide retinent, ideo *inſuaſum* & *ſuaſum* κατ᾽ ἐξοχὴν. de hoc fumido colore uſurpatum eſt quod de omnibus dici poteſt, ut Græci πιέσθαι & πεπιεσμένον. Salmaſ. in Solin. Infra pro *perſuadetur* Schedæ *perſuadentur*, aperte pro *perſuadeatur*. *Dacerius.*

Sub

Digitized by Google

Sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati ſolent venire, ut ait Cato in eo, qui eſt de re militari. ut populus ſuus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat. Id autem ſignum eſt nihil præſtari à populo. quod etiam Plautus ſignificat in Hortulo, præco ibi adſit cum corona, quique liceat veneat.

Sub jugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis, teliſque, cum haſtis defixis duabus in terra, tertiaque ad ſummum earum deligata, (ipſi eam jubentur ſubeuntes tranſire.

Sub jugum mitti dicuntur hoſtes, cum duabus haſtis in terra defixis, tertiaque ſuperligata. inermes ſub eas coguntur tranſire. PAULUS.

Sub vineam jacere dicuntur milites, cum aſtantibus centurionibus jacere coguntur ſudes.

*Sub vineam jacere dicun*tur milites, *cum aſtantibus centu*rionibus j*acere cogantur ſudes.* FESTUS.

Sub vitem haſtas jacere dicitur veles, cum eas ſub manu ſurſum mittit. Lucilius: ut veles bonus ſub vitem, qui ſummiſit haſtas. Veles autem velitis facit. PAULUS.

Sub vitem ha*ſtas jacere dicitur veles, cum eas ſub* manu *ſurſum mittit.* Lucilius. ut *veles bonus ſub vite*m qui ſubit ha*ſtas.* FESTUS.

Sub vitem præliari dicuntur milites, cum ſub vinea militari pugnant. Lucilius: Neque prodire in altum, præliari procul ſub vite. PAULUS.

*Sub vitem prælia*ri dicuntur *milites, cum ſub vinea* militari pug*nant. Lucilius,* neque prodire *in altum, prœliari proc*ul ſub vite. FESTUS.

Sub vos placo, in precibus fere cum dicitur, ſignificat id, quod ſupplico ut in legibus: TRANSQUEDATO. ENDOQUE PLORATO.

Sub vos placo, ſupplico.

## NOTÆ.

*Sub corona.*] Vi.!en.Ge'. lib. 7. *Ant. Auguſtinus.*

*Sub corona.*] Verſus Plauti:

*Præco ibi adſit cum corona: quique liceat, veneat.*

*Joſ. Scaliger.*

*Sub corona venire.*] Exempla paſſim apud hiſtoricos. Quod addit infra id ſignum fuiſſe nihil præſtari à populo, confirmat Gellius lib. 7. cap. 4. quod alioqui ſæpiſſime fiebat ut venditor ſervum ſanum, non furem, non fugitivum, non erronem, non veſpillonem præſtaret.

*Præco ibi adſit.*] In Plauti Edit. ſic.

*Præco ibi adſit cum corona, quique liceat veneat.*

Quique, id eſt, *quanti.*

*Sub jugum mitti.*] Vide *jugum.* Liv. lib. 3. ſect. 28. de modo mittendi vide eundem lib. 9. ſect. 5. Inde factum verbum *ſubjugare*, pro debellare, devincere.

*Sub vineam jacere.*] Militarem vineam ſive vitem ſic deſcribit Vege:ius. *E lignis levioribus machina colligatur, alta pedibus* 8. *lata* 7. *longa* 17. *hujus tectum duplici munitione, tabulatis cratibuſque contexitur. Latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum pilorumque impetu penetrentur. Extrinſecus autem ne immiſſo concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis, vel centonibus operitur. Cum plures facta fuerint junguntur in ordinem, ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamenta. Dacerius.*

*Sub vitem.*] Lucillii verſus corrigendus:

*Ut veles bonu' ſub vitem qui ſumicit haſtas.*

*Sumicit*, pro *ſubjicit.* ut *Comuro*, pro *Couro. Comitium*, pro *Coitium. J. ſ. Scaliger.*

*Sub vitem.*] Schedæ habent *ſubit*, quod mihi corruptum videtur ex *ſubicit*, ut antiquitus ſcribebant pro *ſubjicit. Dacerius.*

*Sub vitem præliari.*] Trochaicus Lucillii ita legendus:

*Neque prodire in altum, præliari ſub vitem procul.*

*Joſ. Scaliger.*

*Sub vos placo.*] Vide *Endoitium. Ant. Auguſtinus.*

*Sub vos placo.*] Pro *vos ſupplico.* ut *per ego te Deos oro*, & quæ vocabulorum trajectiones in precibus ſolennes, ut alibi diximus.

*Subacti.*]

Digitized by Google

Subactus modo ſignificat mollitus; modo victus; modo compulſus, ut cum dicimus. pecus ſub arbore ſubactum. modo coactus.

Festus. *Subacti*, molliti, alias, *compulſi*, *&* *coacti* ut cum dicimus. *pecus ſub arbore* ſubactum, *alias victi.*

Paulus. Subditus dicitur judex, qui loco mortui datur iis, qui eum habuerant judicem in aliqua re, vel lite.

Festus. Subdit*us dicitur is qui in demort*ui judic*is locum judex* datur his, qui eum hab*uerant judicem dumta*xat in eandem rem, *vel litem.*

Subices Ennius in Achille pro ſubjectis poſuit. cum dixit Nubes per ego deum ſubices humidas, Unde oritur imber ſonitus aerio ſpiritu.

Paulus. Subices Ennius pro ſubjectis poſuit.

Festus. Subici ar*ies dicitur, qui agitur, ut cædatur*, quod fit, ut ait Cincius *in libro de officio juriſ*conſulti, exemplo At*henienſium apud quos* expiandi gratia aries in*igitur ab eo qui ſce*lus admiſit pœnæ p*endendæ loco.*

Subigere arietem in eodem libro Antiſtius eſſe ait dare arietem, qui pro ſe agatur, cædatur.

Subleſta antiqui dicebant infirma & tenuia. Plautus in Perſa: Ad paupertatem ſi immigrant infamiæ, Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior. id eſt infirmior. Idem in Nervolaria, vinum ait ſubleſtiſſimum, quia infirmos faciat, vel corpore, vel animo.

## Notæ.

*Subacti.*] Gloſſ. *Subigo*, προσβάλλω, *ſubegi*, ὑποτάσσω, μαλάσσω. Lege: *ſubigit*, ὑποτάσσει, μαλάσσει. Id eſt *ſubjicit*, *mollit.*

*Subditus.*] Paulus in L. mortuo. D. de Judic. *Mortuo judice, quod eum judicare oportuerat, eum qui ſubditus eſt, ſequi oportet. Dacerius.*

*Subices.*] Gell. lib. 4. cap. 17. verſus Ennii refert. *Ergo deum ſublimes ſubices, humidus. Unde oritur imber ſonitu ſævo, & ſtrepitu.* Nonius vero: *Per ego deum ſublimes ſubices humidas. Unde oritur imber.* Faernus noſter Nonii ſcripturam probat, & verbum *nubes* Feſti eſſe arbitratur. *Ant. Auguſtinus.*

*Subices.*] *Subices* Ennius in Achille pro *ſubjectis* poſuit, cum dixit nubes.

*Per ego deum ſublimes ſubices humidas.*
*Unde oritur imber ſonitu ſævo & ſpiritu.*

*Joſ. Scaliger.*

*Subices.*] Hic locus ſic diſtinctione juvandus eſt. *Subices Ennius in Archille pro ſubjectis poſuit cum dixit nubes.* Ita Scaliger. idem ad Manilium ſic dictas ait, quod ſubeant cœleſtia, quomodo Græci vocant μετέωρα nam *ſubere* eſt *aſcendere.* Præivit forſan Nonius: *Sibicis*, inquit, *nove poſitum, non à ſubiciendo ſed altitudine, &c.* Sed de Nonio alias favente Deo. Interim Feſtum ſequor *ſubiceſque* interpretor *ſubjectas*, *nubes Deûm ſubices*, quippe quæ Diis ſubjiciantur. Nam ut ab *obicio obex*, ſic à *ſubicio*, *ſubex.* Verſus Ennii.

*—— —— —— Per ego Deum ſubices humidas*
*Unde oritur imber ſonitu ſævo & ſpiritu.*

Sed aliter Gellius. Et Nonius in *ſublicis* apud quos.

*Per ego Deum ſublimas ſublicis humidas.*
*Unde oritur imber.*

*Dacerius.*

*Subici.*] *Subici aries dicitur, quem quis agit, ut pro ſe cædatur. ut ait in eodem libro Antiſtius. quod fit, ut ait Cincius libro de officio Juriſconſulti, exemplo Athenienſium: apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui ſcelus admiſit, pœna pendenda loco.* Notum apud Athenienſes & alios Græcos, non ſolum, qui ἀκούσιον φόνον, ſed & qui ἐκ προνοίας feciſſent, pecudibus immolandis expiari ſolitos, ut de Oreſte, & aliis proditur. Hoc etiam retulerat in leges ſuas Numa, inter quas hæc fuit: SEI. QVIS. HOMINEM. LEIBERVM. DOLO. SCIENS. MORTEI. DVIT. PARICEIDA. ESTO. SEI. IM. INPRVDENS. SE. DOLO. MALO. OCCISIT. PRO. CAPITE. OCCEISEI. ET. NATEIS. EIVS. IN. CONCIONE. ARIETEM. SVBICITO. Cujus legis ultimum membrum concinnavimus ex ſchediis Servianis, in quibus hujus legis mentio fit: *ut ſiquis imprudens hominem occidiſſet, pro capite occiſi, & natis ejus in concione arietem offerret.* Quod hic ait Feſtus pœnæ pendendæ loco pene videtur innuere in lege fuiſſe expreſſum verbo ἀντίποινος. *Joſ. Scaliger.*

*Subleſta.*) Feſti verbis pauca deſunt in hanc ſententiam

tentiam

Subleſta, infirma, & tenuia. Plautus: Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior, id eſt, infirmior. Idem ait vinum ſubleſtiſſimum, quia infirmos faciat vel corpore, vel animo. PAULUS.

Sublicium pontem *quidam putant eſſe* appellatum à *ſublicibus peculiari* vocabulo Volſco*rum, quæ ſunt tigna* in latitudinem *extenſa, quæ non a*liter Formian*i vocent, quam à nomine* eorum: *& quæ ab aliis auctoribus* ſublices vocan*tur quod ſub eis* aqua liquens *laberetur, dictæ* in qua opinion*e fuit* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *qui* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . & meminit *ſublici pontis: en Nævius* qui ait in belli *Punici libro* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quam liquidum *ſublicio tranat ponte* amnem, & alii, tab*ulis qui adhuc no*men retinet . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Salluſtius libro qu*arto Hiſtoriarum* ne inrumiendi p*ontis ſublici* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ſublicibus cavata . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *eſ*ſent . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

## NOTÆ.

tentiam: *Subleſtum dicebant infirmum, & tenue. Plaut.* &c. Verba Plauti hæc ſunt: *Nam ad paupertatem ſi admigrant infamia. Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior.* Idem in Bacchid. *Lingua factioſi, inertes opera, ſubieſta fide. Ant. Auguſtinus.*

*Subleſta.* ] Gloſſæ Iſidori, *ſubleſtis*, utrumque enim dici poteſt, ut ſublimis & ſublimus, *infirmus, triſtis. Item, ſubleſtia, infirmitas, triſtitia.* Ubi melius forſan. *Subleſtia, infirmia triſtia.* Subleſtus autem ut optime Scalig. eſt à Græco ὑπόλιαστος mutato *ασ*, in ſt, ut ſi , quod Ariſtophanis Scholiaſtes interpretatur τετριμμένος *attritus.* λίαστος enim eſt ἰσχνὸς *gracilis.* Euſt h. Et idem Ariſtoph. interp. in Ran. οἱ τὰ ἴσχια λεπτοὶ, λίαστοι λέγονται. Verſus Plauti Perſa act. 5. ſc. 1. ſic in editis.

*Nam ſi ad paupertatem admigrant infamia*
*Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior.*

Idem in Bacchid. act. 3. ſc. 6.

*Lingua factioſi, inertes opere, ſubleſta fide.*

Infra *vinum ſubleſtiſſimum* potius interpretor, tenue, infirmum. ſic pictura ſubleſta, quæ tantum primis lineamentis, deformata eſt, ac nullis coloribus adumbrata. Græcis μονόχρωμος. *Dacerius.*

*Sublicium.* ] Livius ſub Anco Rege Janiculum adjectum eſſe ſcribit, & ob commoditatem itineris ponte ſublicio tum primum in Tiberi facto conjungi urbi placuiſſe. Ejuſdem pontis defenſio ab Horatio Coclite narratur ab eodem Livio lib. 2. *Sine ferreo clavo fuiſſe ita diſpoſita contignatione, ut eximerentur trabes, ſive ſublica, ac ſine fulturis reponerentur:* Plinius auctor eſt lib. 36. cap. 15. Ab hoc ponte ſæpius à pontificibus refecto, ut cis & uls Tiberim ſacra fierent, pontifices dictos eſſe Varro exiſtimat lib. 4. de Ling. Lat. Idem lib. 6. ait ab hoc ponte Argeorum ſimulacra quotannis à ſacerdotibus jaci ſolere. Pons dictus eſt à *ſublicis ſublicius. Sublicarum* mentio fit à Cæſare lib. 4. de bello Gall. Livio lib. 23. Vitruvio lib. 3. cap. 3. Feſtus tamen *ſublices* appellaſſe videtur, ut *elices* quoque dicuntur, & aquæ *licium* vocatur ab *eliciendo aqua:* vel, ut aliis videtur, *à liquenti aqua.* Utitur exemplo Salluſtii in hiſtoriis, qui *ſublicibus cavata* dixit. *Ant. Auguſtinus.*

*Sublicium.* ] Feſtus dicit *ſublices*, non *ſublicas.* quod & in Salluſtiano exemplo erat. Sic etiam veteres Gloſſæ: *Sublices*, κατασπῆγες, οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Referebat præterea Feſtus opinionem eorum qui vocabulum Volſcum eſſe aiebant, quod non aliter Formiani tigna, quibus eorum pons ſurrectus erat, appellabant. item eorum, qui dicebant Sublices ab eo dictas, quia ſub eis aqua liquens laberetur. Sed nos cenſemus *ſublicam* dictam, ut *obliquam:* & intelligi trabem. *Sublicus* ergo, & *oblicus*, vel *ſubliquus*, & *obliquus* compoſita ſunt: quorum ſimplex liquus, vel liquis. Vetus autor loquens de figuris & lineamentis. *omnem autem ſummitatem metiundi obſervationes ſunt duæ: enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris cauſſa, & ſalva rectorum ratione angulorum ſecundum ipſam extremitatem ſubtenditur. Joſ. Scaliger.*

*Sublicium.* ] Ait Feſtus. Sublicius pons quibuſdam à ſublicis: ſublicæ, autem, vel ut alii auctores vocant, *ſublices*, Volſcum vocabulum, quo & Formiani vocabant tigna quibus eorum pons nitebatur. Juvat vetus Gloſſarium: ſublices, κατασπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Id eſt, *Sublices, tigna quæ in fluvio pontem ſuſtinent.* Addit ſublices dictas quod ſub eis aqua liquens laberetur, quod non omnino improbandum, ſed magis placet quod monet Scaliger, *ſublicam*, vel *ſublicem* dictam ut *obliquam*, & intelligi trabem. *Sublicus* enim & *oblicus*,

Sublimavit dixit, id eſt, in altum extulit, Originum libro ſecundo: In maximum decus, atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit; id autem dicitur à limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt.

Sublimem eſt in altitudinem elatum. ut Ennius in Thyeſte: Aſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Jovem. Vergilius in Georgicis libro primo: Hic vertex nobis ſemper ſublimis.

PAULUS. Sublimem eſt in altitudinem elatum. id autem dicitur à limine ſuperiore; quia ſupra nos eſt.

FESTUS. Sublucare arbores eſt ramos earum ſupputare, & veluti ſuptus lucem mittere. conlucare autem, ſuccifis arboribus locum implere luce.

Suboles ab oleſcendo, id eſt, creſcendo dictæ ut adoleſcentes quoque & adultæ, & indoles dicitur. Lucretius libro quinto: ſive virum ſuboles. ſive eſt muliebris origo. Virgilius: Cara deum ſuboles, magnum Jovis incrementum.

Subrumari dicuntur hædi, cum ad mammam admoventur: quia ea (his vocatur, vel quia rumine trahunt lacte ſugentes.

PAULUS. Subrumari dicuntur hædi, cum ad mammam admoventur: quia ea rumis vocatur: vel quia rumine trahunt lac ſugentes.

Subſcudes appellantur tabellæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur, quia quo immittuntur ſucciditur. Pacuvius: Nec ulla ſubſcus cohibet compagem.

## NOTÆ.

vel *ſubliquus* & *obliquus* compoſita ſunt, quorum ſimplex *liquus* vel *liquis*. Vetus autor loquens de figuris & lineamentis: *Omnem autem ſummitatem metiundi obſervationes ſunt duæ; enormis & liquis. Enormis quæ in omnem actum rectis angulis continetur, liquis quæ minuendi laboris cauſſa, & ſalva rectorum ratione angulorum, ſecundum ipſam extremitatem ſubtenditur.* Infra in verbis Nævii Saturnium verſum agnoſco.

*Quam liquidum tranat ſublicio ponte amnem.*

E ſequentibus facile me expedire non poſſum, ejuſdem ſane videntur eſſe Nævii: Et non male ſic ea & emendabis ac ſupplebis, ut alterum verſum Saturnium efficias:

*Quam liquidum tranat ſublicio ponte amnem.*
*Et alibi.*

*E tabulis adhuc qui nomen obtinet pons Sublicius.*

*Et Salluſtius, &c.* Nihil tamen affirmo, neque enim mihi & homini, & adhuc juveni tanta fiducia. Iſta potius doctioribus relinquo qui certius de iis pronunciabunt. Ea mihi certe ſpes eſt fore ut æqui harum rerum æſtimatores conatibus noſtris faveant, præſertim ſi ſubinde ſe ſe homines recordentur, humanique nihil à ſe alienum exiſtiment. Sed redeamus. Verba Salluſtii quæ Feſtus laudabat, aliquid comminiſcendo velle edere nimis periculoſum eſt. Quare nihil tentabo, hoc unum dicam τὸ inrumiendi corruptum eſſe, forte pro *inveniendi*.

*Sublimavit.*] Aurelius Victor in Epitome cap. 11. *Pallaſque pretoriis ornamentis ſublimatus.* Et in Gloſſ. *ſublimo*, ὑψῶ. Item: *ſublimo, as*, μετεωρίζω.

*Sublimem.*] Lego *ſublime.* Ultima ſyllaba repetita vitioſam ſcripturam innuit. limen erat ſuperius & inferius. Superius, *ſublimem* vocarunt, unde ſublimis, in altitudinem elatus, & ſublime cælum dictum Ennio.

*Aſpice hoc ſublime candens quem vocant omnes Jovem.*

Vel ut apud Ciceronem lib. 2. & 3. de nat. Deorum.

*Aſpice hoc ſublime candens quem invocant omnes Jovem.*

*Sublucare*] Gloſſ. *Subluco*, al. ὑποκαθαίρω. Sed infra errat Feſtus cum ait *conlucare*, eſſe ſuccidere arborem. Nam ſuccidere arborem eſt ἐκκόπτειν. At *conlucare* eſt ramos tantum officientes lumini recidere, coinquere, coercere. Ut & ipſe, ſupra in *conlucare*. Similes Feſti inconſtantias alibi notavimus. *Dacerius.*

*Suboles.*] Verg. Ecleg. 4. *Ant. Auguſtinus.*

*Suboles.*] Gloſſarium, ſuboles, ἐπιγονή, γονή, γόνος. Vide *adoleſce.*

*Subrumari.*] Qui & *ſubrumi* dicti ſunt. Vide Varr. de R. R. cap. 1. & cap. 9. Lege infra: *quia ea rumis vocabatur.* ut viri docti. Gloſſ. *Rumis*, θηλή, ἀρχαίως. *Rumis, mamma antique.* Dicebatur & *Ruma* & *Rumen.* vide *Ruminalis.* *Dacerius.*

*Subſcudes.*] Vide Serilla. *Ant. Auguſtinus.*



Digitized by Google

*Subſcudes* appellantur cuneatæ *tabellæ*, *quibus* tabulæ inter ſe con*figuntur*, *quia* quo eæ immittantur, *ſucciditur*. *Pacu*vius in Niptris: Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei. Plautus in Aſtraba: Terebratus multum ſit, & ſubſcudes addite. FESTUS.

*Sub*ſidium dice*batur quando mi*lites ſubſide*bant in extrema acie*, *la*bentique aciei *ſuccurrebant*, *quod* genus militum *conſtabat ex iis qui* emeruerant *ſtipendia*, *locum tamen* retine*bant in exercitu*, quæ erat ter*tia acies Triariorum* ut Plautus *in Frivolaria*, agite nunc ſub*ſidite omnes*, *quaſi ſolent* triarii. *ſimili modo dicti præ*ſidiarii ante eos *collocati qui* erant, aut in alio *loco præpoſiti*.

Subſilles dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis neceſſariæ. PAULUS.

*Subſilles ſunt*, *quas aliter* ipſilles vo*cant*, *lamellæ neceſſariæ ſacris* quæ ad rem *divinam conferre dicun*tur maxime, *ſpecie virum & mulie*rum. FESTUS.

Subſolaneæ *quæ ſunt ſolo res* appellantur, *nec ad unius nomen* rei ſolum conferunt, *ſubſolanei enim dicuntur* qui infimum *ſolum colunt ut qui* in terram ſuper*ſolanei: dicitur inde ſoli*dum, imum, *ſolum. rurſus quo planta pedis* innititur.

## NOTÆ.

*Subſcudes.*] Infra: *Subſcudes appellantur cuneatæ taleolæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur. quia, quo eæ immittuntur, ſuccuditur. Pacuvius in Niptris. Joſ. Scaliger.*

*Subſcudes.*] Tabellæ ligneæ ad trabes aliave committenda: Gallicè *Queuës d'ironde*. Infra: pro *ſucciditur*. Legendum *Succuditur*, nam ita plane ſcripſerat Feſtus ut infra ex Schedis. Et abſque iis ita olim Turneb. lib. 14. cap. 1. Legendum puto, inquit, *ſuccuditur*. Nam à *ſuccudendo* mihi nomen videtu r potius habere, quam à *ſuccidendo*. Etſi enim locus, cui inſeruntur, excavatur, ſucciditurque inde aliquid, ut immittantur, cum tamen id fiat cudendo ſcalpris malleo percuſſis, & immittantur ictu mallei, non video cur non debeant potius à *ſuccudendo*, quam à *ſuccidendo* deduci. Quod ſi Feſtus à *ſuccidendo* ſcripſit, ut & fortaſſe fecit, næ ab eo libentiſſime diſſentio.

*Pacuvius in.*] Integrum Pacuvii locum ſic ſupra adduxit Feſt. in *ſerilla*.

*Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei*
*Sed ſuta lino & ſparteis ſerillibus.*

*Dacerius.*

*Subſidium.*] *Subſidium dicebatur, quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentique aciei ſuccurrebant. quod genus militum conſtabat ex iis, qui emeruerant ſtipendia, & tamen retinebant locum in exercitu, quæ erat tertia acies quæ dicebatur Triariorum. ut Plautus in Frivolaria:*

*Agite nunc ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii.*

Reliqua non potui. Verſus ille Plauti manifeſto conjungendus eſt cum illis ex eadem Frivolaria:

—— —— ——*ſequimini hac*
*Sultis legiones omnes Laverna. Ubi rorarii*
*Eſtis? En ſunt. Ubi ſunt accenſi? Ecce* *
*Agite nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii.*

A ſubſidio *ſubſidioſum* audacter formavit Seneca Epiſtola 8. *clamo, vitate quæcumque volgo placent, quæ caſus adtribuit ad omne fortuitum bonum, ſubſidioſi, pavidique ſubſiſtite.* Ita inveni in libro N. Fabri, quem cum optimis codicib. ſcriptis contulit. *Joſ. Scaliger.*

*Subſidium.*] A *ſubſidendo*, ut à *præſidendo*, *præſidium*. Idem Varro lib. 4. de L. L. *Haſtati dicti qui primi haſtis pugnabant, Pilani qui pilis. Principes qui à principio gladiis, & commutata re militari minus illuſtres ſumuntur. Pilani Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidiis deponebantur. Quod hi ſubſidebant ab eo ſubſidium dictum, à quo Plautus, Agite nunc ſubſidite omnes quaſi ſolent Triarii. Auxilium appellatur ab auctu, cum acceſſerant, qui adjumento eſſent, alienigenæ. Præſidium eſt dictum quia extra caſtra præſidebant, in loco aliquo quo tutior regio eſſet.* Sed falſum eſt quod ait Varro haſtatos dictos quod haſtis pugnarent, Pilanos quod pilis: nam ex veteribus ſatis conſtat haſtatos pilis, haſtis pilanos decertaſſe. Ita ut utrique ab eo genere telorum appellati fuerint, quibus minime uterentur; quod in eorum gratiam dico qui hiſtoriæ Romanæ aſſiduam operam navant. *Dacerius.*

Ante *Subſilles.*] Verba Feſti ad ſubſidium pertinent. id vero maxime à triariis, qui ſubſidere ſolebant, dum principes, & haſtati pugnarent, dictum eſt. Plaut. in . . . . . . *Agite nunc ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarii.* Liv. lib. 8. *Ad triarios cum ventum erat, qui ceteris eſſent ſubſidio: res in extremum periculum perducta eſſe dicebatur. Ant. Auguſtinus.*

*Subſilles.*] *Subſilles, quas alii Ipſulles vocant, lamellæ neceſſaria ſacrificiis. quæ ad rem divinam dicuntur maxime conferre* . . . . . Vide Ipſullices. *Joſ. Scaliger.*

*Subſilles.*] Vide *ipſullices*. *Dacerius.*

*Subſolaneæ.*] Quid ſit, quæramus. *Joſ. Scaliger.*

Subſtillum *antiqui appellabant* tempus ante *pluviam jam* pæne uvidum, *& poſt pluviam* non perſiccum, quod *jam ſtillaret*, aut non dum deſiiſſet.

PAULUS. Subſtillum tempus ante pluviam jam pæne uvidum, & poſt pluviam non perſiccum, quod jam ſtillaret, aut non dum deſiiſſet.

Subucula genus libi dicitur, ex halica, & oleo, & melle: & genus veſtimenti.

FESTUS. Subuculam Ælius Stilo, & Cloatius iiſdem fere verbis demonſtrant vocari, quod diis detur ex halica & oleo, & melle, Nam de tunicæ genere notum eſt omnibus.

Subverbuſtam, veribus uſtam ſignificat Plautus cum ait. Ulceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſordidam.

PAULUS. Subverbuſtam, veribus uſtam ſignificat.

Subulo Tuſce tibicen dicitur.

FESTUS. Subulo Tuſce tibicen dicitur. itaque Eunius: Subulo quondam marinas propter adſtabat plagas.

Suburam Verrius alio libro à pago Succuſano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt ita appellatam & regionem urbis, & tribum à ſtativo

## NOTÆ.

*Subſolanea.*] Lego: *ſubſolanea quæ ſub ſolo res appellantur.* Infra: *Dicitur inde ſolidum: inde*, id eſt, *à ſolo:* à *ſolo* enim *ſolidum*, ut ſupra in *ſolida ſella*. Optime autem *ſolidum*, imum, ſolum interpretatur. *Dacerius.*

*Subſtillum.*] Tertullianus: *aut imbres ruunt, & ſi qua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum. Joſ. Scaliger.*

*Subſtillum.*] Subſtillum igitur vocatur ante pluviam tempus cum guttatim ſtillæ cadunt, & poſt pluviam, dum adhuc uvidum eſt. Tertullianus: *aut imbres ruunt, & ſi qua Miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum.* Inde *ſubſtillum* & *ſubſtillatio*, ςραγγυεία, morbus cum urina ſtillatim cadit. Cato de R. R. cap. 56. *Nunc de illis quibus ægre lotium it, quibuſque ſubſtillum eſt.* Gloſſæ Cyril. ςραγγυεία, *cultitio, ſubſtillatio. Dacerius.*

*Subucula.*] In meis Gloſſis antiquis invenio *Subitillum*, aut *Subutulum* dictum cum interpretatione, *Subitillus*, ἴγχυτον. *Joſ. Scaliger.*

*Subucula.*] Pro veſtimento quod ſubtus induitur à *ſubuo* pro *ſubduo*, ut *exuo* pro *exduo*. Varr. lib. 4. de L. L. *Capitium ab eo quod capit pectus, id eſt ut antiqui dicebant indutu comprehendit, alterum, quod ſubtus, à quo ſubucula, alterum quod ſupra à quo ſupparus.* Sed quare libum ex alica, oleo & melle *ſubucula* dicatur, reperire non potui. Notavit Scaliger in antiquis Gloſſ. inveniri *ſubitillus*, ἴγχυτον. Sed hoc nihil ad rem, neque enim pro *ſubucula*, *ſubitillus* unquam reſcribere auſim. *Dacerius.*

*Subverbuſtam.*] Hic b, pro u. *Subvervuſtam.* Tertullianus in libro ſcholaſtico de Pallio: *Libertinos in equeſtribus: ſubverbuſtos in liberalibus: dedititios in ingenuis: rupices in urbanis: ſcurras in forenſibus: paganos in militaribus.* Subverbuſtos vocat τοὺς στιγματίας. quia notis inurebantur. *Joſ. Scaliger.*

*Subverbuſtam, veribus uſtam.*] Pro veribus optime Urſin. verberibus, quomodo Horatius dixit *uri virgis.* Subverbuſtus; στιγματίας, verbero. Tertullianus in lib. de pallio: *Libertinos in equeſtribus: ſubverbuſtos in liberalibus, &c.* Ubi Fr. Junius, *ut à jus eſt juſtus; ab arbor, arbuſtum; ab onus, onuſtus; ſic à verber eſt verbuſtus, & cum præverbio, ſubverbuſtus. Dacerius.*

*Subulo.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. Verſum Ennii ita refert: *Subulo finitimas propter aſtabat aquas.* verſus corruptus. *Ant. Auguſtinus.*

*Subulo.*] Gloſſarium: *Subulo*, αὐλητής. *Joſ. Scaliger.*

*Subulo.*] Gloſſ. ſubulo, αὐλητής. Turnebus non Hetruſcam ſed Latinam eſſe vocem dicit, *ſubulo*, quaſi *ſibilo*. At Voſſ. quaſi *ſurbulo*, nam συριγκτὴς αὐλητής. Heſych. Meurſius *ſubulo*, depravatum putat ex *ſubſlo*, flator. Sed radicem ejus in Hetruria quærendam cum Feſto docet Varro lib. 6. de L. L. *Apud Ennium ſubulo finitimas propter adſtabat aquas, ſubulo dictus quod ita dicunt tibicinem Tuſci, quocirca radices ejus in Etruria, non Latio quærendum eſt.* Quare cum Tuſci plurima habebant ex orientis linguis, putabat Voſſ. eſſe ab Arabico *ſumbul*, ſpica, ſyrinx, calamus. Verſus Ennii apud Feſtum, eſt Trochaïcus ſeptenarius catalecticus. Apud Varronem ſi *aquas* ponas in penultimo erit ſotadicus. Pro *adſtabat* placebat Scaligero *aſſabat*. Nam *aſſare* tibicines dicuntur cum canunt tibia, nulla aliorum voce admiſta. *Dacerius.*

*Suburam.*] Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat. & Quintilian. lib. 1. in veterum monumentis extat hic uſus C. litteræ pro B. M. Cæcilio Sp. F. Suc. Rufo. & T. Ælio T. F. Suc. Aciliano. & curatores trib.

præſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Eſquiliis infeſtantibus eam partem urbis Gabinis, indicioque eſſe, quod adhuc ea tribus per C literam, non B ſcribatur.

Subura regio Romæ à pago Succuſano vocabulum traxit, quod ei vicinum fuit. Paulus.

Suburanam *tribum antea* Succuſanam *per* c, *appellab*ant ex nomine *regionis*, *nam partem* imam illam quoq. *tradunt fuiſſe ſuc*cuſanam dictam. *Verrius autem*, *ait ſe mi*ratum eſſe, *cur non à nomine* pagi ſuccuſa*ni*, *in quo milites* exercerentur. Festus.

Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupplere, ſubjicere. Plautus in Saturione: Succenturia centum, require, qui te delectet domi. & Cæcilius in Triumpho: nunc meæ militiæ aſtutia opus eſt ſuccenturia.

Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupplere, Cæcilius: Nunc meæ malitiæ aſtutia opus eſt ſuccenturia. Paulus.

Succerda ſtercus ſuillum. Titinius: Quid habes, niſi unam arcam ſine clavi; eo condis ſuccerdas.

*Succerdæ* ſtercus ſu*illum dicebatur* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Festus.

us. ſimus *ſuccerdæ Titinius Q*uid habes, niſi *unam arcam ſine clav*i, eo condis *ſuccerdas. Alio nomin*e ſuccerda *dicitur opicerda* . . . . . . . . . . . . . .

homo opicer*da* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . *hom*inem, quem ſol *in opicerdis aſpi*cit.

Succidanea hoſtia dicebatur, quæ ſecundo loco cædebatur. ſic appellata eſt à ſuccedendo. Paulus.

## Notæ.

trib. Suc. Junior. Reperitur etiam B. littera C. Attio. T. F. Sub. Vitaliano. *Ant. Auguſtinus.*

*Suburam.*] Verrio favet Varro lib. 6. de L. L. *Eidem regioni attributa Subura, quod ſub muro terreo Carinarum, in ea eſt Argeorum ſacellum ſextum. Suburæ Junius ſcribit ab eo quod fuerit ſub antiqua urbe, cui teſtimonium poteſt eſſe, quod ſubeſt ei loco qui terreus murus vocatur. Sed ego à pago potius ſuccuſano dictum puto ſuccuſam. Nunc ſcribitur tertia littera B. non C. pagus ſuccuſanus quod ſuccurrit Carinis.* Sed & ſi Varronis tempore *Suburra* ſcriberetur, tamen cum compendioſe ſcribebant, tertiam literam ponebant C non B hoc modo: *SUC.* Quintilian. lib. 1. cap. 7. *Suburra cum tribus literis notatur, C tertiam oſtendit.* Suburæ tertium etymon affert comment. Horat. à *ſuburendo*, quod in ea regione Romæ aliquando ſubuſtionibus paludata ſiccata ſunt.

*Suburanam tribum.*] Sed ego Verrium demiror qui non attendit Suburanam, vel Succuſanam tribum à Subura, vel Succuſa regione merito nomen habuiſſe, at regionem à pago. Suburam autem imam appellat quod ſub urbe antiqua: vide ſupra.

*Succenturiare.*] Inde milites ſuccenturiati qui explendæ centuriæ ſubjiciuntur. Terent. Phorm. act. ſc. 4.

*Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero*
*Succenturiatus ſi quid deficies.*

Ubi Donatus: *Tota metaphora de re militari eſt. Succenturiati dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia ſubjiciunt ſe ad ſupplementum ordinum.* Verſus Plauti:

*Succenturia, centum require, qui te delectent domi.*

Verſum Cæcilii quidam.

*Nunc mea malitia aſtutia opus eſt ſuccenturiata.*

Sed nihil muto:

*Nunc mea militia aſtutia opus eſt, ſuccenturia.*

Militiam, dixit propter τὸ *ſuccenturia*, quod militiæ proprium.

*Sucerda.*] In principio Lucilium videor agnoſcere. Suppleo: *Succerda eſt ſtercus ſuillum ut cum dixit Lucilius fimo atque ſucerdis.* Vel, *fimoque ſucerdis. Titinius* &c. Integer verſus Lucilii eſt lib. 30. Sat.

*Hic in ſtercore humi, fabuloque fimo atque ſucerdis.*

Vide Nonium in *Sucerda.* Infra fallitur Feſtus qui putat *ſucerdam*, alio nomine dici *opicerdam.* Nam *opicerda* eſt ſtercus ovillum ut *ſucerda*, ſuillum. Gloſſ. *ſucerda*, χοίρεια κόπρος. Vide *Muſterda.* Quæ ſequuntur non aſſequor neque unde *petita ſunt.* Hunc tantum fuiſſe ſenſum puto: *homo opicerda omnium hominum quos ſol in opicerdis aſpicit.* Ita ut homo hominum opicerda dicatur eodem modo quo nos hominem dicimus eſſe κόπρον τοῦ λαοῦ, Sercus humani generis, *la balieure du peuple.*

*Succidanea.*] Vide *præcidanea.* Et Gell. lib. 4. cap. 7. *Dacerius.*

FESTUS. *Succidanea hoſtia* appellatur quæ *ſecundo loco cædeba*tur, quod quaſi *ſuccideretur*, *dicta.* Quidam à ſuc*cedendo*, *non à ſuc*cidendo dictam *putant.*

PAULUS. Succingulum, balteum.

FESTUS. *Suc*cingulum ap*pellabant antiqui bal*teum, Plautus: *ab Hyppolita ſuccingul*um Hercules *æque magno neu*tiquam abſtul*it periculo.*

PAULUS. Succrotilla, vox tenuis, & alta. Titinius: Feminea fabula ſuccrotilla vocula.

FESTUS. *Succrotilla* tenuis dicebat*ur*, *& alta vox* Titinius in . . . . . . . . . . . . *Fœmina* fabulare ſuccr*otilla vocula. Affra*nius in Epiſto*la: loquebatur ſuccro*tilla voce ſerio. *Plautus in de*ſcribendis *mulierum cruribus* gracilibus in Syr*o: cum extortis ta*lis cum todellis cr*uſculis*, *bel*le quæ non pedibus *irent.*

S*u*cula eſt machinæ *genus teretis* materiæ & foratæ, *ac craſſæ* quam ut uber ſcrofæ *porci circum*ſtant, *ſic verſanteſque ductario fune volvunt. Eodem nomine* ſtellas ruintque *dicunt*, *quas aliter appellarunt à pluvi*a hyadas Græci ὑάδας, *noſtri exi*ſtimantes à ſubus *dici*, *modo latine lo*quenti dixerunt *eas Suculas.*

PAULUS. Sudiculum genus flagelli dictum, quod vapulantes ſudantes facit.

Sudum, ſiccum, quaſi ſeudum, id eſt ſine udo. Securus, ſine cura.

FESTUS. *Sudum Verrius ait* ſignificare ſub *udum ſed auto*rum omnium fere *exempla volunt ut ſu-*

## NOTÆ.

*Succingulum.*] Plaut. in Menæch. *Ab Hippolyta ſuccingulum Haud Hercules æque magno umquam abſtulit periculo. Ant. Auguſtinus.*

*Succingulum.*] Id Editis Plauti libris.

——— ——— *Ab Hyppolita ſuccingulum*
*Hercules haud æque magno unquam abſtulit periculo.*

Locus eſt in Menæch. act. 1. ſc. 3. *Dacerius.*

Poſt *Succrotilla.*] Difficile eſt reperire, quid Feſtus voluerit. Agnoſcitur tamen verſus Plauti:

*Cum extortis talis, cum todillis cruſculis.*

Vide Todi. *Ant. Auguſtinus.*

*Succrotilla.*] *Succrotilla vox tenuis dicebatur, & alta. Titinnius in . . .*

*Feminina fabulare ſuccrotilla vocula.*

*Afranius in Epiſtula . . . . ſuccrotilla voce ſerio. Plautus in deſcribendis mulierum vitiis in Syro:*

*Cum exortis talis, cum todellis cruſculis.*

Cætera non potui. *Joſ. Scaliger.*

*Succrotilla.*] Cur Plauti verſum hic adducat Feſtus neſcio, niſi ſi ſcripſerit *cum ſuccrotilis cruſculis.* Vide quæ in *crocotilum* dicta ſunt. Verſus Titinnii:

*Fæminea fabella, ſuccrotila vocula.*

Vel:

*Fæmina fabulare ſuccrotila vocula.*

Et cum hoc Titinii verſu componendum alterum puto qui legitur in *vibriſſare.*

*Fæmina fabulare ſuccrotila vocula.*
*Si erit tibi cantandum facito uſque ex vibriſſes.*

*Dacerius.*

*Sucula.*] *Sucula, eſt machina genus, teretis materia, & forata, ac craſſa, tanquam uber ſcrofa.* Reliqua deplorata ſunt, quæ de Hyadibus tractat. Gloſſarium: *Sucula,* ὑάδες, καὶ ὑικίδες. *Joſ. Scaliger.*

*Sucula.*] Pro *ruintque* optime Urſinus *quinque. Loquenti* autem antiqua conſuetudine ut ſupra *ſet* pro *ſed* &c. De ſucula machina hæc Budæus: *Sucula*, inquit, *machina eſt tractatorii generis, conſtat autem tereti ligno duobus aut pluribus vectibus trajecto, utrinque aqua extantibus longitudine, hac dum verſatur, funis qui ductarius dicitur circa eam obvolvitur.* Innuit autem Feſtus ſuculam ob ſimilitudinem ſuculæ, id eſt ſcrofæ dictam, quia ut ſcrofæ uber porci circumſtant, ita ſuculam porculi. Nam porculus uncus dicitur in media ſucula qui funem tenet eoque convolvitur dum ſucula verſatur. De hyadibus quod imperite à Latinis ſuculæ dictæ ſint, quaſi eſſent à ſuibus Cicero lib. 2. de Nat. Deor. *Tauri caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus. Has Græci ſtellas,* ὑάδας *vocitare ſuerunt à pluendo,* ὕειν *enim eſt pluere. noſtri imperite ſuculas, quaſi à ſuibus eſſent, non ab imbribus nominata.* Idem Plin. lib. 18. cap. 26. Et apud Gellium Tullius Tiro lib. 13. cap. 9.

*Sic verſanteſque.*] Hæc male rejecta ſunt poſt vocem *ſibus.* Locum adi. *Dacerius.*

Ante *Sudiculum.*] De *Succulis* loqui Feſtum non dubito, quas Græci hyadas appellant. licet quædam mendoſa ſint in his dimidiatis verbis. Cicero lib. 2. de nat. deor. *Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſuerunt, à pluendo:* ὕειν *enim eſt pluere. noſtri imperite ſucculas, quaſi à ſuibus eſſent, non ab imbribus nominata.* Vide Gell. lib. 13. cap. 9. *Ant. Auguſtinus.*

*Sudiculum.*] Forſan diminutivum à *ſudes.* Male qui *ſeduculum.*

*Sudum.*] Verrii ſententiam ſecuti Angelus Decem-

Digitized by Google

dus ſiccum ſignificet. *Sudum enim quaſi ſeudum, id* eſt ſine udo, ut *ſecurus ſine cura dictum eſt.*

Sufes *dictus Pœnorum ma*giſtratus, ut Oſcor*um Mediaſtuticus* Calidius in Oration*e in Q. Cæc*ilium. Nonne vobis *Judices ignem* & fumus proſequi *& flamma* videtur: Senatus cenſ*uit referentib.* Sufetis.

Sufes Conſul lingua Pœnorum. Calidius: Senatus, inquit, cenſuit referentibus ſufetis. PAULUS.

Suffibulum, veſtimentum album prætextum quadrangulum oblongum, quod in capite Veſtales virgines ſacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Suffibulum eſt veſtimentum al*bum prætextum qua*drangulum oblongum, quod in capite *Virgines Ve*ſtales cum ſacrificant, ſemper *habere ſolent id*que fibula comprehenditur. FESTUS.

Suffimenta ſunt, quæ *faciebant, ex faba, milioque* molito, mulſo *ſparſo: ea diis dabantur eo tempo*re, quo uvæ calcat*æ prælo.*

Suffimenta dicebant, quæ faciebant ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo. ea diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prælo premebantur. PAULUS.

Suffiſcus folliculus teſtium arietinorum, quo utebantur pro marſupio, à fiſci ſimilitudine dictus.

## NOTÆ.

cembrius lib. 4. de Politia Literaria, cap. 48. & 50. Philargyrius 4. Georg. *ſudum* quaſi *ſemiudum.* Sed rectius Feſtus. nam *ſudum* ſemper opponitur udo. Voſſ. *ſudum*, à Græco ἴδος, quod cœlum ſiccum & calidum notat. *Dacerius.*

*Suſes.*] *Suſes dictus eſt Pœnorum lingua ſummus magiſtratus, ut Oſcorum Medix. Calidius in oratione in Cæcilium: Nonne vobis* &c. Porro qui Hebraice ſciunt, & non ignorant Pœnos Tyriorum colonos eſſe, concedent mihi, Sufes idem eſſe, quod Græcis ἔφοροι, ἐπόπτης, ἐπίσκοπος, צופה. Sic Carthaginienſium arx Βύρσα, dicta per metatheſin quaſi Βόσρα. Nam ſine dubio בוצרה, hoc eſt, munitus locus, ἄκρα. Quo nomine Idumæorum metropolis ita dicta, qui eadem lingua cum Carthaginienſib. loquebantur. Nugaces Græci, quicquid ad eorum linguam alludit, ſtatim Græcum eſſe cenſent. Nam cum pro Βόσρα, quod eorum lingua non patiebatur, Βύρσαν dixerunt, dictum factum pro Græco publicarunt, atque proſcripſerunt. Hoc quod hic notamus, ſcribimus iis, qui ſi vel primis Hebraicis literis tincti ſunt, me verum dicere non negabunt. in utroque autem tam צוּפה, quam בוצרה ſchurek pro holem effertur more Syrorum. *Joſ. Scaliger.*

*Sufes.*] Vide *Meddix.* Suffetes apud Carthaginenſes ut [illegible]ud Athenienſes archontes perpetui. F. *ſuffes* ab Hebræo *ſophetim*, nam Hebræorum & Tyriorum lingua eadem nempe Chananæa. Tyriorum autem colonos Pœnos nemo ignorat. *Voſſius.* Scaligerum vide lib. 3. Canonum Iſagogicorum Euſebio adjunctorum p. 321. & 331. & animadverſionibus Euſebianis ad annum 1242. p. 64. *Mediaſtuticum* antem vocat quam ſupra *Medix*, Oſcorum Magiſtratum. Sed potius legendum *Medixtuticus.* Nam ita aperte à *Medix.* Et ita Livius lib. 24. & 26. *Dacerius.*

*Suffibulum.*] In lege, quæ ſcripta erat in ſacrario Deæ Opeconſivæ: HOC. PRAETER. VIRGINES. VESTALEIS. AC. SACERDOTEM. POBLICOM. INTROIRE. NEFAS. ESTO. IS. CVM. INTROEAT. SVBFIBVLVM. HABETO. *Joſ. Scaliger.*

*Suffibulum.*] A ſub & fibula, quod fibula ſubnecteretur, nec Virginum tantum ſed etiam virorum Sacerdotum proprium. Ut in lege quæ ſcripta erat in ſacrario Divæ Opeconſivæ: Hoc PRÆTER. VIRGINES. VESTALES. AC. SACERDOTEM. POBLICOM. INTROIRE. NEFAS. ESTO. IS. CUM. INTROEAT. SUFFIBULUM. HABETO.

*Suffimenta ſunt quæ.*] Pro *molito*, infra Paulus *mollito.* Sed *molito* vera lectio, ſuffimentum eſt à *ſuffio*, quod à *fuo* & *fio*. *fio* autem ab Æolico φύω pro θύω ſuffio: rurſus à θύω, θυμὸς Æolice φυμὸς, unde Latinum *fumus*, & *fumigare*, ut à Græco θυμιᾶν. Unde Heſych. θυμὸς, πνοὴ, ἀήρ. *A ſuffio* igitur *ſuffimentum*, aer, odor, Gloſſar. *ſuffimentum*, θυμίαμα. *ſuffio*, ὑποθυμιάω. *Dacerius.*

*Suffiſcus.*] Pedian. lib. 2. Verrin. *Sporta, Sportula, & Sportella, nummum ſunt receptacula; & ſacci, ſacculi. & ſacelli; & crumena, & vellerea, & ſcortea, & mantica, & marſupia. Ita fiſci, fiſcina, fiſcella ſpartea ſunt utenſilia ad majoris ſummæ pecunias capiendas. Unde quia major ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam privatæ: ut pro cenſu P. R. ærarium dicitur; pro loculis, & arca, theſauri; pro ſac-*

Digitized by Google

FESTUS. Suffiſcus dicebatur folliculus teſtium arietinorum, qui celebris u*ſus erat pro marſu*pio. forſitan di*ctus ſuffiſcus à* fiſci ſimilitu*dine*.

Suffragat*ores dicebantur apud* majores hi, qui vulgo in uſu *erant candidatis*, *nam ut melius* apparerent juncta ſuffragi*a ſuffragator* quem quiſque fieri vellet, notabat *appoſito pun*cto ſcriptis candidatorum hominu*m nominibus*. Varro in libro VII. Rerum humanarum h*oc tradit*.

Suffuerat, ſub eodem tecto fuerat.

PAULUS. Sugillatum dicitur ex Græco, quod ea pars, quæ eſt ſub collo, κοῖλον ab eis dicitur.

FESTUS. S*ugillatum* dici exiſtimant *ex Græco vocabulo* quod ea pars, quæ *eſt ſub collo* κύλον ab iis dicitur.

Suillum genus inviſum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea. quidam autem, quod immundiſſimi ſint ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis. ita, ut opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſubire dicuntur.

## NOTÆ.

*ſacello fiſcus. unde fiſcus pecunia publica* (& confiſcare) *dici ſolet*. In quibus verbis *pro cenſu populi Ro.* ſcribimus, non *privato*, ut editum eſt. Iila etiam verba *& confiſcare* delenda eſſe putamus. *Ant. Auguſtinus.*

*Suffiſcus.*] Scaliger ait ut à *χάσκω* eſt *hiſco*, à *διδάσκω* *diſco*, ſic à *φάσκος* *fiſcus*. *φάσκος* autem *aluta*, unde *φάσκωλος* ſive *φάσκωλον*, *paſceolum*, ſaccus ex aluta. Huic Etymo favet quod Auguſtinus in Pſal. 146. & poſt eum Iſidor. lib. 20. orig. cap. 9. *Fiſcum* interpretantur ſaccum publicum. Sed mihi probabilius videtur *fiſci*, appellationem rure ortam dicere. Ruſtici enim ex junco utenſilia ad fructus & alia capienda faciebant, quæ *fiſcos*, *fiſcinas* & *fiſcellas*, vocabant à *fiſco*, id eſt *junco*. A Ruſticis Urbani in ejuſmodi fiſcis & fiſcellis, pecunias ſuas ſervare didicerunt. Aſcon. in Divinat. *Fiſci, fiſcina, fiſcella, ſpartea ſunt utenſilia ad majoris ſummæ pecunias capiendas. Unde quia major ſumma eſt pecunia publica quam privata, ut pro cenſu privato loculos & arcam & ſacellos dicimus, ſic pro publico Theſauro ærarii dicitur fiſcus.* Atque ita primo Fiſcus pro ſparteo, poſtea vero propter ſimilitudinem pro quolibet alio ſacco ſumi cœptus eſt. Ut hic folliculus teſtium arietinorum qui marſupii uſum præſtabat, *ſuffiſcus*, quaſi parvus fiſcus dictus eſt. *Dacerius.*

*Suffragat* . . . .] Quod dicam aſſerere non poſſum; ſed ut aliquid dicam, ita ſcribi hæc poſſe putarem. Suffragatores dicuntur natu majores hi qui vulgo in uſu erant, & ut minus apparerent juncta ſuffragia, ſuffragator, quam quiſque fieri vellet, notabat, privatim ſcriptis candidatorum hominum nominibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Suffragatores.*] Notum eſt antiquos ſuffragia non ſcripſiſſe ſed puncto notaſſe. Incertus poëta in Epigrammate.

*Ciconiarum Rufus iſte conditor,*
*Hic eſt duobus elegantior Plancis,*
*Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.*
*Ciconiarum populus ultus eſt mortem.*

*Dacerius.*

*Sugillatum.*] Inepta etymologia, ac propterea falſi. *Cin us* eſt cilium, aut palpebra. ὑπογελασκὸν *Cillus*. Inde *ſubcillum*, & *ſubcillare*. quod poſtea, *Subgillum*, & *ſubgillare*, ὑπωπιάζειν. C, in G. Subicitare, Inicere: Subigitare, Inigere. Præterea falſum eſt Sugillationes pertinere ad collum. niſi mavis legere *ſub oculo*. ſed tunc quid Græce ſubſtituam, non video. Si κυλλὸν, nihil ago. ſi γύαλον, nugas egero. γύαλα quidem Græci τὰ κοιλώματα. Sed, quantum video, Verrius *ſugillare* putat dictum à *gula*, quæ dicta ſit à Græco, qui γύαλον partem ſub collo vocant. Hæ ſunt nugæ Grammaticorum. *Joſ. Scaliger.*

*Sugillatum.*] Certum eſt legi debere *ſub oculo*, nam κοῖλον ſive κῦλον, palpebra oculi inferior unde κυλοιδιᾷν, dicuntur qui oculos habent tumentes. Sane hoc etymon probat Camerarius in appendice problematum. ſed melius Scaliger. Proprie autem *ſugillare*, eſt ita percutere ut oculi liveſcant. Metaphorice vero famam & exiſtimationem lædere. Livio & aliis. *Dacerius.*

*Suillum.*] Lege: *& ſurire dicuntur.* Apuleius. Gloſſarium: *Surit*, κνησιᾷ. *Joſ. Scaliger.*

*Suillum genus.*] Suem tamen qui Adonim interfecerat cum Venere in gratiam rediiſſe narrat Theocrit. in elegantiſſimo illo poematio quod in mortuum Adonidem ſcripſit. Illud ſis vide.

*Cum ſubare & ſubire dicuntur.*] Lege: *cum ſubare & ſurire dicuntur.* Monuit Scalig. *Subare* autem & *ſurire*, dicuntur feminæ cum libidine excitantur

*militiam.*

Digitized by Google

Sulci appellantur, qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendæ cauſa, vel urbis condendæ, vel foſſura rectis lateribus, ubi arbores ſerantur. fulmen quoque, qua ejus veſtigium, ſimiliter appellatur. quod vocabulum quidam ex Græco fictum, quia illi dicant ὀλκόν.

Sulcus dictus à Græco, qui ab illis ὀλκὸς appellatur. PAULUS.

Sultis, pro ſi vultis. Plautus: Sequimini me hac, ſultis. & Cato: Audite, ſultis, milites.

Sultis, ſi voltis. Plautus in Frivolaria: Sequimini me hac, ſultis, legiones omnes Lavernæ. & in Rudente: Curate hæc, ſultis magna diligentia. M. Cato pro L. Cæſetio: audite, ſultis, milites, ſi quis veſtrum in bello ſuperfuerit, ſi quis non invenerit pecuniam, egebit. FESTUS.

Sultis, ſi voltis ſignificat compoſito vocabulo, ita ut alia ſunt, ſodes, ſis ſivis, ulicet in loco, ſcis licet ſcias licet, equidem ego quidem. Ennius: pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum.

Sultis, ſi vultis. Ennius: Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. PAULUS.

Sum pro eum uſus eſt Ennius.

Sum pro eum uſus eſt Ennius libro primo: At tu non ut ſum ſummam ſervare decet rem. & libro ſecundo: At ſeſe ſum qui dederat in luminis oras. FESTUS.

Summanalia liba farinacea in modum rotæ ficta.

Summiſſiorem aliis ædem Honoris, & Virtutis C. Marius fecit, ne ſi forte officeret auſpiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.

## NOTÆ.

*militiamque petunt.* Subare ab Æolico συβᾶν, pro συᾶν, vel à *ſubus*, pro *ſuibus*, ut ab antiquo genitivo *ſueris*, *ſuire* quaſi *ſuerire*, ſic Græci de ſuibus fœminis dicunt Καπρᾶν, & Καπρίζειν. Κάπρος enim eſt *verres*. Arnobius tamen & Apuleius *ſurire*, de maribus uſurpant. *Subare* de fœminis ceteri auctores. Ariſtoteles θυᾶν quoque de fœminis dicit cum maris deſiderio incitari incipiunt, quia veteribus θῦς idem quod ὗς. Sed ubi marem admittere occœperunt ac ſubinde repetunt tunc Καπρίζειν & Καπρᾶν dicuntur, eidem Philiſopho. Vide Salmaſ. in Solin.

*Sulci appellantur.*] Sulcus veſtigium. aratri Græcis ὁλκός. Apollon. 3. Argon.

*Vel urbis condendæ.*] Nam apud veteres ſpacium futuræ urbis aratro deſignabatur. Virg. 1. Æneid.

*Pars aptare locum tecto & concludere ſulco.*

*Vel foſſura rectis lateribus.*] Virg. 2. Georg.

*Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum*
*Depoſuit ſulcis.*

*Fulmen quoque.*] Unde & *triſulcum* quod per tres tractus ſive ſulcos manet. Nam id proprie ſulcus dicitur Apollon. 3. Argon.

Ἀστὴρ αἷς φλεγέθοντα δι' ἠέρος ὁλκὸν ἵησι.

Quare optime Nonius: *Sulcus*, inquit, *omne quidquid in longitudine aculeatum eſt:* Dacerius.

*Sultis.*] Mendoſe ſcripta ita emendavimus, ut licet Feſtus id non ſcripſerit, quod eum feciſſe aliquibus indiciis exiſtimamus; tamen id ipſum, quod ſcripſimus lector non aſpernetur. Cicero in Oratore: *Libenter etiam copulando verba jungebant; ut ſodes, pro ſi audes; ſis, pro ſi vis. Jam in uno capſis tria verba ſunt.* Vide Sodes. *Ant. Auguſtinus.*

*Sultis.*] Lege infra ut viri docti: *Ita ut alia ſunt ſodes, ſi audes; ſis, ſi vis; Ilicet, ire licet: illico, in loco: ſcilicet, ſcias licet.* Vide *ſodes.*

*Sum.*] Verſus Ennii.

*At te, non ut ſum, ſummam ſervare decet rem.*

Item:

*Ad ſe ſe ſum qui dederat in luminis oras.*

Supple *advocat*, vel aliud ſimile & de Horatio ſermo eſt qui à lictoribus comprehenſus patrem ad ſe vocat. Imo forſan nihil mutandum.

*At ſe ſe ſum qui dederat in luminis oras.*

Ut ſenſus ſit: at qui Horatium genuerat ait jure ſibi cæſam filiam videri & ſeſe in eam animadverſurum fuiſſe ni occupaſſet Horatius. Sane nimis audacter Doctiſſ. Merula.

*Accedit, ſum qui dederat in luminis oras.*

*Summanalia.*] Quæ Summano Deo offerebantur. Male Cœlius Rhodiginus lib. 9. cap. 16. *Sumenalia* quaſi eſſent à ſumine.

*Summiſſiorem.*] Ædem Honoris & Virtutis dedicavit M. Marcellus cum eam pater ejus voviſſet bello Gal-

PAULUS. Summuſſi, murmuratores. Nævius: Odi, inquit, ſummuſſos, proinde aperte dice, quid ſit. Terentius muſſare pro tacere poſuit, cum ait: Sile, cæla, occulta, tege, tace, muſſa.

FESTUS. *Summuſſi* dicebantur *murmuratores* Nævius: Odi, inquit, *ſummuſſos*, *pro*inde aperte dice, *quid ſit*, *quod*, times. Ennius in ſexto *Annalium*, *Q*uintus in occulto muſſa*bat*. *&* *Accius* in Andromacha, dic*e* j*am mater non* eſt. nam muſſare *ſine*. *Cæcilius* in Anagnorizomene: Quod potes, ſile, cæla, occulta, tege, tace, muſſa, mane.

Suopte, (ſuo) ipſius; ut meopte, meo ipſius; tuopte, tuo ipſius.

Supat *ſignificat* j*acit*, *unde diſſipat* disjicit *&* *obſipat*, *obicit* *&* in*ſipat* inſipit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . injicit farinolam.

PAULUS. Supat jacit, unde diſſipat, disjicit: & obſipat, objicit: & inſipat, hoc eſt injicit.

FESTUS. Supellectilis recto caſu, & ſenis ratione dicebantur, quæ nunc contraria videntur eſſe finitioni proportionis, quia omnia vocabula x littera finita, per declinationes obliquorum caſuum ſyllabam accipiunt. Hæc autem duo deſciverunt ab ea, ut alia complura, quæ non ideo infirmare debent præceptum.

PAULUS. Supercilia in Junonis tutela eſſe putabant, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Junonem. unde & Lucina dicta eſt.

FESTUS. *Supercilia in* Junonis tu*tela putabant*, *in qua dicuntur* mulieres *etiam*, *quod iis protegan*tur oculi, per quo*s luce fruimur*, quam tribuat *Juno*. *Unde ipſa Dea* Lucina quoque *dicta videtur*.

Supercilium dicitur, quod ſupra cilium ſit, id eſt integimentum oculi ſuperius.

## NOTÆ.

Gallico vide Liv. lib. 27. cap. 25. Sed eam à Mario ſummiſſiorem aliis factam neſcio an alii autores tradant. Porro augures in ſuis templis deſignandis ea quorum altitudo impediret quo minus liber eſſet aſpectus, demoliri jubebant. *Dacerius*.

*Summuſſi.*] Carmen Terentii à Paulo relatum non reperio. Sed videtur eſſe alterius poetæ ex Feſti reliquiis. In Adelphis tamen ille ait: *Accipiunda, & muſſitanda injuria adoleſcentium eſt. Ant. Auguſtinus.*

*Summiſſi.*] Nævii verſus eſt Trochaicus:

*Odi ſummiſſos. proinde dice aperte quid ſiet*
*Quod times.*

*Joſ. Scaliger.*

*Summuſſi.*] Qui ſubmuſſant. Vide muſſare. Verſum Ennii è ſexto Annal. idem ſupra retulit in *muſſare*, verſus Accii ſic forſan legendus:

*Dice jam, mater non eſt, jam muſſare ſine.*

In fine aperte citatur *Cæcilius* in *Anagnorizomene*, quare non video quid agens Paulus Cæcilium in Terentium mutavit.

*Suopte.*] Gloſſ. *ſuo*, τοῦ ἰδίου, τοῦ ἑαυτοῦ. *ſuapte.* τοῦ ἰδίου. Lege: *ſuopte. Dacerius.*

*Supat.*] Vide *Inſipare*, & *Inſipere*. *Ant. Auguſtinus.*

*Supat.*] Deſunt perpauca quæ forſan non male ſic ſupplenda: *Et inſipat injicit*, *inſipit etiam dicitur*, *id eſt*, *pullis injicit farinulam*. Vide *inſipere*. Neque vero doctiſſimum Urſinum ſequor qui *farinolam*, diſtinguit *far in ollam*, *olam* pro *ollam*. *Dacerius.*

*Supellectilis.*] Senex ſenis, nullam ſyllabam accipit: ſupellex ſupellectilis, duas recipit. Vide Chariſ. lib. 1. *Ant. Auguſtinus.*

*Supellectilis.*] Ait Feſtus *Supellectilis* olim & *ſenis*, pro *ſupellex*, & *ſenex* jure dictum fuiſſe, quæ duo nunc in genitivo caſu à nominativo *ſupellex*, & *ſenex*, finitioni proportionis contraria ſunt, quia omnia vocabula per *x* deſinentia ſyllabam unam adſciſcunt, at *ſupellex* duas accipit, nullam vero *ſenex*. Hæc eſt Feſti ſententia. Sed fugit illum *ſenex* unam olim ſyllabam aſciviſſe. Nam antiqui dicebant *ſenex*, *ſenicis*. *Dacerius.*

*Supercilia.*] Varro lib. 4. de Ling. Lat. eadem ſcribit. Sed Plin. lib. 16. cap. 44. à *luco Lucinam* dictam eſſe exiſtimat. Fuiſſe autem lucum eo loci, Varro eodem libro quarto affirmat. *Ant. Auguſtinus.*

*Supercilia.*] Idem Varro lib. 4. *Facta igitur à juvando & luce Juno Lucina, à quo parientes eam invocant. Luna enim naſcentium dux, quod menſes hujus ducat. Hoc vidiſſe antiquos apparet quod mulieres potiſſimum ſupercilia ſua attribuerunt ei Dea.*

*Supercilium.*] Vide *cilium*. *Dacerius.*

Su-

Supereſcit ſignificat ſupererit. Ennius: dum quidem unus homo Romæ toga ſupereſcit. & Attius in Chryſippo: Quin hinc ſupereſcit, Spartam, atque Amyclas trado. Sed per ſe ſuper ſignificat quidem ſupra, ut cum dicimus ſuper illum ſedit, verum ponitur etiam pro de, Græca conſuetudine, ut illi dicunt, ὑπέρ. Plautus in Milite glorioſo: Mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. In Phaſmate: Ehe . . . tandem percipio, ſuper rebus noſtris loqui te. Pacuvius in Medo: Qua ſuper re interfectum eſſe Hippotem dixiſti? Cato contra Annium: Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu utique rem. Afranius in Virgine: Aliis de rebus in qua cœpiſti ſuper re.

Supereſcit, ſupererit. Ennius: Dum quidem unus homo Romæ ſupereſcit. PAULUS.

Superſtites antiquitus appellati ſunt teſtes.

Superſtites teſtes præſentes ſignificat. cujus rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus, ii, inter quos controverſia eſt, vindicias ſumere jubentur. Plautus in Artemone: Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. Volgari quidem conſuetudine ponitur *pro iis qui ſatis* ſuperque ſint. *Superſtites etiam* liberi parentibus *dicuntur* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quamobrem *progredi cuperem ulterius vivendo*, quamquam *omnes ſuperſtites mihi* velim. FESTUS.

Supervacaneum *ut videtur*, *ſecludit* Verrius ab *vacuo*, *quod vacuum quidem dicatur id* tantummodo, *ſufficiat ſatis g.* ſit *familia: quod autem ſuperſit ſuper*vacaneum *id dicitur* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Supervacaneum, ſupervacuum. PAULUS.

## NOTÆ.

*Supereſcit.*] Verba Attii mendoſa ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Supereſcit.*] Vide *eſcit.*

*Dum quidem.*] Hieronymus Columna hunc verſum alteri connectit qui legitur Annal. lib. 6.

*. . . decretum eſt foſſare corpora telis*
*Dum quidem unus homo Roma toga ſupereſcit.*

Hoc eſt, dum Romanus ſupererit. Nam togati Romani ut pueris notum. Male vero Merula.

*Dum quidem unus homo Roma tota ſupereſcit.*

*Quin hinc.*] Forſan: *Quin huic ſi ſupereſcit Spartam atque Amyclas trado.*

*Sed per ſe.*] Horat. lib. 2. Sat. 8.

*Nomentanus erat ſuper ipſum Porcius infra.*

*In Phaſmate.*] Quæ nunc Latino nomine *Moſtellaria*. Jam ſupra. Supple in verbis Plauti: *Ehem vix tandem &c.* Verba ſunt Tranionis ſervi ad Simonem ſenem.

*——— ——— Quid Ehem vix tandem*
*Percepi ſuper his rebus noſtris loqui te.*

*Dacerius.*

*Superſtites.*] Cicero lib. 2. de nat. deor. *Qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.* Hæc vulgaris interpretatio. illa prior reperitur in formulis, quas irridet Cicero in oratione pro L. Murena: *Utriſque ſuperſtitibus præſentibus iſtam viam dico.* Quo loco vereor, ne pro utriſque, viriſque ſcribendum ſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Superſtites.*] SEI. QUEI. IN. IURE. MANUM. CONSERUNT. UTREIQUE. SUPERSTITIBUS. PRAESENTIBUS. VINDICIAS. SUMUNTO. & Prætoris verba: UTREISQUE. SUPERSTITIBUS. PRAESENTIBUS. HANC. VIAM. DEICO. In quibus verbis, UTREIQUE, & UTREISQUE ſemper intellige, utrumque reum. Quare male quidam putant legendum, VIREISQUE. SUPERSTITIBUS. Idem enim, ac ſi diceret: Utrique reo præſentibus teſtibus hanc viam dico. *Joſ. Scaliger.*

*Superſtites.*] Reſpicit legem 12. Tab. SEI. QUEI. IN. JURE. MANUM. CONSERUNT. UTREIQUE. SUPERSTITIBUS. PRÆSENTIBUS. VINDICIAS. SUMUNTO. *Utrique*, id eſt, *uterque reus*. Quare male qui legunt VIRISQ. PRÆSENTIBUS. De vindiciis ſuo loco.

*Superſtites etiam.*] Deeſt tantum nomen Poetæ neſcio cujus. Gloſſ. *Superſtes*, ἔφεδρος, περιών. *Superſtites*, περιλελειμμένοι. J. E. *Superſtes, ſucceſſor, qui ſupereſt. Superſtites, qui relinquuntur.*

*Supervacaneum.*] Lego: *Id tantummodo quod ſufficiat ſatiſque ſit familia &c.* Hic autem *ſupervacaneum*, ponitur pro *ſupervacuo*. Et inter utrumque id differentiæ ſtatuunt Grammatici ut *ſupervacaneum* id dicatur quod non eſt neceſſarium. *Supervacuum* quod abundat & ſuperfluit. Quamvis illud diſcrimen non obſervarunt veteres. *Dacerius.*



Digitized by Google

Supervaganea dicebatur ab auguribus avis, quæ ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet. dicta ita, quia ſuper omnia vagatur, aut canit.

FESTUS. Super*vaganea avis* vocatur ab auguribus *quæ ex ſum*mo cacumine *vocem emiſit*, *quia* quaſi in alti*ſſimis ſuperque omnia* vagatur *appellata* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Supparus *dicebatur puellare* veſtimen*tum lineum*, *quod & ſ*ubucula ap*pellatur*. *Pomponius* in Fullonia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *velum* omne quod *ex lino eſt*, *dicitur ſup*parum. Puni*ceum veſtimentum ita* vocat Nævius de *bello Punic*o. & in Nautis, *vocat Neptuno* veſtem conſe*cratam*, *ſupparum*. *At* nunc ſupparos *appellamus vela l*inea in crucem *expanſa*. *Mulier vi*detur puella *ſupparo induta*, *vel Afra*nius ait. Puella *non ſum*, *ſupparo ſi in*duta ſum.

## NOTÆ.

*Supparus.*] Utitur hoc verbo Plautus in Epidico. Sed à Feſto alia multa poetarum exempla afferuntur. in quibus Afranius in Epiſtula ex Nonio Marcello. *Ant. Auguſtinus.*

*Supparus.*] *Supparus lineum puellarum veſtimentum, quod & ſubucula appellatur, ut ait Pomponius in Fullonia. item velum omne, quod ex lino eſt, Supparum dicitur. Punicum veſtimentum ita vocat Nævi. de bello Punico, & in Nautis. Nos autem veſtem conſecratam ſupparum vocamus. & nunc ſupparos dicimus vela linia in crucem expanſa. Mulier videtur puella eſſe, ſupparo induta, ut ait Afranius:*

*Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.*

Ita hæc divinavimus, vel potius hariolati ſumus ex his Feſti, quæ nobis ſuperſunt, reliquiis. Jam ſupparum eſſe omne linteum velum, id verum eſt, neque aliter poteſt eſſe. Ita enim, & vela in navibus vocabant. Unde Lucanus, & Seneca dixerunt *Suppara velorum.* Veſtem conſecratam, & velamentum in ſignis militaribus cruci ſuperpoſitum *Siparum* vocari tam certum eſt, quam verum illo Tertulliani loco ſupra à nobis emendato indicari: *Sipara illa vexillorum, & candes labarorum* (vel, & Cantabrorum) *ſtola crucium ſunt.* Nam & *candes* veſtes, & *ſipara*, vela illa, de quibus ait Feſtus. *Joſ. Scaliger.*

*Supparus.*] Hic quædam ſuo loco mota ſunt. Quare locum integrum ſic compono: *Pomponius in Fullonia* . . . . . *Mulier videtur puella ſupparo induta. Ut Afranius ait, Puella non ſum ſupparo ſi induta ſum. Nunc velum omne quod ex lino eſt &c.* Nihil certius hac reſtitutione. Verum eſt quod ait Feſtus ſupparum veſtem puellarem fuiſſe. Nam male viri docti virilem veſtem interpretantur in illo Varronis ex Eumenidibus: *Hic indutus ſupparum coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit.* Hic enim ut patet ex Nonio de homine loquitur Varro qui Auroræ veſtes indutus, Auroram ſimulabat, ita ut quæ tribus locis apud Nonium diſtracta leguntur in *aſſici*, *ſupparum*, & *oſtrinam*, ita conjungenda ſint.

*Aurorat oſtrinum hic indutus ſupparum:*
*Coronam ex auro fulgentem gerit,*
*Luce locum adſiciens.*

Addit Feſtus ſupparum eſſe ſubuculam. Varro tamen aperte diſtinguit lib. 4. de L. L. *Alterum quod ſubtus, à quo ſubucula, alterum quod ſupra, à quo ſupparus. niſi quod id dicunt Oſce.* Sed magis placet Feſti ſententia. & erit ſupparus ab ὑπὸ & φάρος, ut ſubucula à ſubuo pro ſubduo. Addit Feſtus velum omne quod ex lino eſt, ſupparum dici. Et verum eſt. Ita & vela in navibus vocabant. Unde Lucanus & Seneca dixerunt *ſuppara velorum.* Addit Feſtus *Puniceum veſtimentum ita vocat Nævius.* Doctiſſ. Voſſius: Legit *Punicum veſtimentum*, ut ſignet Schema Carthaginenſium quorum cum Romanis bellum deſcribebat Nævius. Idem quod ſequitur *in Nautis* non putat eſſe fabulæ nomen, ſed commune ſeu appellativum ut ſententia ſit Nævium quo loco deſcribit nautas veſtem Neptuno conſecrantes, appellare eam ſupparum. Sed vix putem ita locutum fuiſſe Feſtum. quare hic potius fabulam cui *Nauta* nomen erat deſignari crediderim, quamvis ejuſdem nulla alibi facta ſit mentio.

*Nunc ſupparos appellamus vela linea in crucem expanſa.*] Velamentum in ſignis militaribus cruci ſuperpoſitum *ſupparum*, ſive *ſiparum*, vocari certum eſt ex illo Tertulliani, *Sipara illa vexillorum & candes labarorum, (vel & Cantabrorum) ſtola crucium ſunt.* Ex his autem Feſti verbis optime collegit Voſſ. Feſtum vixiſſe ſub Imperatoribus Chriſtianis cum jam in honore ab omnibus ſacra crux haberetur.

*Puella non ſum.*] Hunc Afranii verſum ex Epiſtola ſic laudat Nonius in voce *ſupparum.*

*Tace, puella non ſum ſupparo ſi induta ſum.*

Quem verſum Feſti ſententiæ repugnare ait Voſſius cum ex eo ſupparus videatur potius veſtimentum virile. Ideoque per interrogationem legit.

*Tace, puella non ſum ſupparo ſi induta ſum?*

Additque videri verba eſſe mulieris ſe puellam ſimulantis.

Digitized by Google

Supparus veſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula (id eſt camiſia) dicitur. Afranius: Puella non ſum ſupparo ſi induta ſum. PAULUS.

Suppernati dicuntur, quibus femina ſunt ſucciſa in modum ſuillarum pernarum. Ennius: His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.

*Suppernati dicuntur quibus fem*ina ſunt ſucciſa *in modum ſuilla*rum pernar*um. Ennius in Annalibus:* Is pernas ſuc*cidit iniqua ſuperbia* Pœni. & Catu*lus ad Coloniam; in* foſſa Liguri ja*cet ſuppernata ſecuri.* FESTUS.

Supplicia veteres quædam ſacrificia à ſupplicando vocabant. PAULUS.

Supplic*ia ſunt, quæ caduceato*res portent, *ea ſumebantur ex* verbena felic*is arboris, nec enim ex* alia ſupplicia *fas erat, quam de* verbenis ſumi. Sin*nius Capito ait cum civis* necaretur, *inſtitutum fuiſſe ut* Semoniæ res *ſacra fieret vervec*e bidente, *ut eo ſacrificio pœn*a ſolutis *civibus, caput ipſum dam*nati, patrimo*niumque cui delibatum eſſet* id fieret ſa*crum Deo, Indeque fuiſſe* ſolitum, ut *quia tunc in Forum ſuppl*icandi cauſa *prodiret Rex ſacro*rum, ut id vo*caretur ſupplicium, hoc* ve*r*o ſemper rela*tum à multis, quo exem*plo docet ſup*plicia dici ſupplicamenta.* nunc fere ſuppli*cia, pro pœnis dicuntur.* FESTUS.

## NOTÆ.

mulantis. *Tace*, inquit, *an me eſſe puellam negas cum me ſupparo indutam videas?* Sed fallitur vir doctiſſimus. Apud Afranium enim homo loquitur, qui, quod ſupparum indutus eſſet, ideoque ab obvio quaſi puella compellatus, tace inquit, neque enim puella ſum, quamvis veſtem puellarem induta. Quod & recte advertiſſe video doctiſſ. Cuperum. *Dacerius.*

*Supparus.*] *Camiſiam* dixiſſe Feſtum non arbitror, ut nec minare: licet utroque verbo Paulus utatur. *Ant. Auguſtinus.*

*Supparus.*] *Camiſiam* uſurpat Paulus verbum ſuæ ætatis, ac ſuorum hominum elegantia dignum. *Cama* eſt barbarum vocabulum, id ſignificat *lectum*. Hodieque in idiotiſmo ſuo retinent Hiſpani. *Camas* enim lectos vocant. Ab eo tunicam lineam nocturnam vocarunt *Camiſiam*. Auctor Iſidorus, & ipſe homo Hiſpanus. *Joſ. Scaliger.*

*Suppernati.*] Præter Pauli epitomen referebat Feſtus Catulli verſum ad Coloniam, ut Politianus olim animadvertit. Sed in duobus verbis, ut arbitror, aliter ſcripſit Feſtus, atque hodie librarii edere ſoliti ſunt. *In foſſa Ligari jacet ſuppernata ſecuri.* Politian. *expernata* maluit: quod Marullus irriſit: alii *ſeparata* ſcripſerunt. Pro Ligari autem Liguri, & Ligeris alii immutarunt. Nos quid opinamur Feſtum ſcripſiſſe, tradere contenti ſumus: contentiones grammaticis relinquimus. Eſt etiam *adamas ſupernas* ſcriptum in Auguſti ad Mæcenatem epiſtula apud Macrob. lib. 2. Saturn. *Ant. Auguſtinus.*

*Suppernati.*] Catullus:

*— — — — — velut alnus*

*In foſſa Liguri jacet ſuppernata ſecuri.*

Cum id elegantiſſime ab elegantiſſimo poeta dictum ſit, miror, quare ſuperſtitioſe adeo rejecerunt, ut non auſi ſint vulgatam lectionem ineptiſſimam mutare — *ſeparata ſecuri*. An, obſecro vos, hoc Latine eſt loqui? Saltem ſi de barbariſmo non ſuſpicabantur, tanti debebat apud eos eſſe auctoritas Feſti, ut quod ipſe in libros ſuos retuliſſet, id melius putarent, quam quod in depravatis codicibus noſtris habetur. Verſum Ennii, *His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni*, interpretatur Livius de clade Cannenſi loquens, cum ait quoſdam jacentes vivos *ſucciſis feminibus poplitibuſque inventos fuiſſe. Joſ. Scaliger.*

*Suppernati.*] Suppernare eſt ἰνυδείζειν. Gallice *couper les jarrets*. In verſu Ennii *is*, pro *his* ut ſupra ſæpe. De Clade Cannenſi loquitur, de qua Livius lib. 22. ſect. 51. *Quoſdam & jacentes vivos ſucciſis feminibus poplitibuſque invenerunt.*

*Et Catullus.*] Verſus Catulli.

*——— ——— Et velut alnus*

*In foſſa Liguri jacet ſuppernata ſecuri.*

In antiquis Catulli editionibus *ſeparata* ſcriptum, primus Politianus *expernata* conatus eſt in Miſcellaneis cap. 73.

*Supplicia.*] Optime ſupplicia vocat Feſtus quæ gerebant caduceatores, id eſt, oratores ad pacem petendam miſſi. Salluſt. in Jugurth. *legatos cum ſuppliciis mittit.* Similiter Græcis *ἱκετηρίαι* dicta. Et ex verbenis fiebant, hoc eſt ex ramis frondibuſque omnium ſacrarum arborum, ut Lauri, Olivæ, Myrti, &c. Quapropter Græcis *ἱκετήριοι κλάδοι. Supplicum rami*, ut Sophocl. Ædip. Tyr. *ἱκετηρίοις θαλλοῖς* vocavit Herodian. lib. 7. *Supplicationis ramos.* Ea ſupplicia infulis obvolvebantur. Liv lib. 24. ſect. 30. *Quos ubi ex ſignis armorumque habitu cognovere Hippocrates atque Epicydes ramos oleæ ac velamenta alia ſupplicum porrigentes, orare ut reciperent ſeſe, receptoſque tutarentur.* Et lib. 25. ſect. 15. *Legati eo ab Iycba & Neapoli, cum infulis & velamentis venerunt, precantes ut à cædibus & ab incendiis parceretur.* Quæ

 ſequun-

Digitized by Google

*Supplicium* à *ſuppliciis differt*, *ut uſus* arguit, quod *in uſu ſit*, *ut dicimus* hæc deorum, *illud hominum*: *cum ſu*matur *ſupplicium de aliquo*, id eſt de pœna *agatur ejus*, *qui jubetur* cædi.

PAULUS. Supremum modo ſignificat ſummum, modo extremum, modo maximum.

FESTUS. Supp*remum modo ſignificat* ſummum ut *cum dicit* . . . . . . . . . . . . . . :
. . . . *pater* ſuppreme bel*li* & *armorum Mavors* potens. Plautus . . .
*Me certe ſuppre*mum habuiſti ſe*mper in rebus* tuis. alias extr*emum ſignificat*, *ut* in
legibus XII. Solis *occaſus ſuprema* tempeſtas eſto . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . *Supremo* crimine necte tuo. *Unde dicimus* ab
illo ſepeliri die *ſupremo* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
& quaſi ſupremo *lugentes* . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
tempora voltu. Cato de . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*do*lentis numquam cuiq. *reo apud Prætorem denegaſſe ſup*premam advoca*tionem*. *Alias pro* maximo cum duas *oves* & *triginta boves ſu*premam mul*tam dicerent*.

## Notæ.

ſequuntur uſque ad *quo exemplo* verba ſunt Sinnii Capitonis referentis ſupplicium inde dici quod cum civis necaretur rex ſacrorum in forum prodibat ut Semoniæ Deæ, (quæ eadem & Nænia) rem ſacram faceret, qua cives pœna ſolverentur & ex nece civis amolirentur piaculum, & caput Damnati bonaque ejus conſecrarentur. Inde Iſidor. lib. 5. cap. 27. *Supplicium proprie dicitur*, *non quo quis punitur*, *ſed qui ita damnatur*, *ut bona ejus conſecrentur*, *& in publico redigantur*. *Nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta*, *& ſupplicium dicitur*, *de cujus damnatione delibatur aliquid Deo*. Et lib. 6. cap. 18. ex Servio in lib. 1. Æneid. *Unde ſupplicia dicuntur ſupplicationes*, *quæ fiebant de bonis paſſorum ſupplicia*, *ſacra enim res de rebus execrandorum fiebant*. Nunc ſatis apertum cur poſtea *ſupplicium* de pœna capitali dictum ſit. *Dacerius*.

*Supplicia*.] Hic multa Feſtus, quæ interpretem deſiderant; vel potius librum emendatiorem. *Ant. Auguſtinus*.

*Supplic*.] Supplicia, ſunt ſceptra, quæ caduceatores portant. Sunt autem verbenæ felicis arboris. Non enim alia ſupplicia fas erat, quam ex verbenis ſumi. Sunt & ſupplicia, quæ, cum civis necaretur, fiebant. Tunc enim Semoniæ rex ſacrorum vervece bidente facit, ut civibus pœna ſolutis, caput damnati, patrimoniumque, cujus cauſſa id fieret, ſacrum Divis manibus eſſet. Inde ſolitum, cum prodit ſacrificandi cauſſa rex ſacrorum, ut id vocetur ſupplicium. quaſi vero ſemper ela . . . . quo exemplo docet ſupplicia eſſe ſacrificia. at nunc fere ſupplicia pro pœnis dicuntur. Hæc, aut non multum diverſa ſcripſiſſe Feſtum putamus. Et cum ſacrum fieret pro eo, cujus caput devotum eſſet, quo ſupplicarent Diis, & deprecarentur *τὸ νημυσιττὸν*, quia interficerent civem, propterea ſupplicium dici cœptum pro pœna capitali. Sane ariete, aut vervece ſolebant amoliri contractum ex nece alicujus piaculum. quod ſupra in lege Numæ à nobis expoſitum eſt. Semoniæ Deæ meminit ex Varrone Auguſtinus. reprehendit deinde Verrium more ſuo, qui in hoc verbo explicando hallucinetur.

*Infra*.] Supplicium à ſuppliciis differt. Id quod conſuetudo arguit. quod ſoleamus dicere hæc deorum ſupplicia. Contra dicimus, ut ſumatur ſupplicium de aliquo: id eſt deportetur: aut jubeatur flagris cædi. *Joſ. Scaliger*.

*Supplicium*.] Hæc ſuperioribus præmitti debent, & cum iis ita conjungi ut caput unum efficiant. Ita enim Schedæ. Ait Feſtus ſive Verrius *ſupplicia* dici Deorum ſupplicationes, *ſupplicium* vero quo homines plectuntur. Sed & ſupplicia quæ de hominibus ſumantur dici. *Dacerius*.

*Suppremum*.] Tria ſignificare hoc nomen Feſtus exemplis docuerat, quæ à Paulo omiſſa ſunt. Summum, ut cum Plautus ait: *Me ſupremum habuiſti ſemper*. Extremum, cum lex duodecim tabularum: *Solis*, inquit, *occaſus ſuprema tempeſtas eſto*. Viden. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Gell. lib. 17. cap. 2. & Cenſorin. de die natali, item Plin. lib. 7. cap. 60. Tertiæ ſignificationis exemplum eſt, *ſuprema multa*, id eſt maxima. de qua Sex. Pompeius ſæpius ſcribit. *Ant. Auguſtinus*.

*Supp* . . .] *Suppremum modo ſignificat ſummum*, *modo extremum*, *modo maximum*. *Summum*: *ut* . . . . *Pater ſuppreme*, *belli*, *& armorum potens*. *Plautus* . . . *Me ſuppremum habuiſti ſemper in omnibus rebus tuis*. *Alias extremum ſignificat*, *ut in legibus* 12. *Solis occaſus ſupprema tempeſtas eſto*. &c. Deinde citabat exemplum ſcriptoris cujuſdam, qui dixerat: *ab illo ſepeliri die ſuppremo*. Item heroicum verſum. *Et quaſi ſuppremo lugentes tempora voltu*. Item Catonem, qui dixit *ſuppremam advocationem*. In fine: *Alias pro maximo*: *cum duas oves*, *& triginta boves ſuppremam multam dicerent*: *hoc eſt maximam*. *Joſ. Scaliger*.



Digitized by Google

Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Græco, videlicet pro adſpiratione ponentes litteram, ut cum idem ὕλας dicunt, & nos ſilvas. item ἕξ, ſex: & ἑπτὰ, ſeptem. ejus vocabuli meminit etiam Lucilius: Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri ſuppus.

Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus. PAULUS.

Surregit, & ſortus pro ſurrexit, & quaſi poſſit fieri ſurrectus frequenter poſuit Livius.

*Surregit* & ſorctus an*tiqui ponebant pro ſurrexit*, & ejus parti*cipio*, *quaſi ſit ſurrectus*, *qui*bus L. Livi*us frequenter uſus eſt.* FESTUS.

Surremit, ſumpſit. inque manu ſurremit haſtam. PAULUS.

*Surremit ſumpſit inque* manum ſu*rremit haſtam*. FESTUS.

Surrempſit, ſuſtulerit. PAULUS.

*Idem* Surempſit, *uſurpavit pro* pue*rum* ſuſtul*erit*. FESTUS.

*Surium* . . . . . . . . cum dixit. *qui ita appellatus* eſt, quod cum *in Academia & Lycio* nobiliſſi*mos inter*, *excelleret*, atque ob eam *cauſam præſtanti*ſſimus ſemper *habitus fuiſſet*, inſtituit, cum *diſputaretur*, *ut pri*mus ſumere*tur is qui eſſet* ipſo dignior *unde σκύελον καὶ εἰκέτι Σύελον illum nominavit*, quod ſi moni*tus eſſet*, *diſputan*tem non num*quam refellebat* Socratem qua*s* . . . . . . . . . . . . *conjecer*at in librum *à ſe ſcriptum*, *quem* inſcripſerat Scy*rium*, *ob eum*, *cujus* gratia id appel*laverat opus*.

## NOTÆ.

*Suppremum.*] Supremum modo *ſummum*, *ut ſupreme Jupiter*. Terent. modo *ultimum*. In 12. Tabulis. SI. AMBO. PRÆSENTES. SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Id eſt, ὥρα ἐσχάτη. Modo *maximum*. Ut ſuprema multa. Sed hæc ſignificatio nullo modo diverſa eſt à prima illa qua ſupremum ſummum notat. Supra ab incerto poëta *armorum potens* Mavors dicitur, quomodo ab Horatio *Cypri potens* Venus. Plauti verſus videtur eſſe ex Pſeudol. act. 1. ſc. 1. Sed qui in libris editis non leviter immutatus. Sic enim legitur:

*——— ——— Nam tu me antidhac*
*Supremum habuiſti comitem conſiliis tuis.*

Sequebatur pentameter incerti poetæ:

*—— —— Suppremo crimine necte tuo.*

Item verſus Heroïcus:

*Et quaſi ſuppremo ingentes tempora voltu.*

*Dacerius.*

*Suppum.*] Græci ὕπτιον dicunt *ſupinum*. ſilvas autem veteres ſcripſiſſe, non ſylvas, omnia antiqua monumenta teſtantur. *Ant. Auguſtinus.*

*Suppus.*] Verſus Lucilii:

*Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri ſuppum.*

Significatum proverbialem habet. hoc eſt, ſi illi ex ſententia reſpondes. ſi, quod optat, facis. Suppus eſt pars tali luſorii, quæ Græce ὕπτιος dicitur. Cum talus ita caderet, ut ſupina pars, quæ vocabatur, ſuperior eſſet, erat felix jactus. Suppi meminit Iſidorus. *Joſ. Scaliger.*

*Suppum antiqui dicebant.*] Lege: *Videlicet pro adſpiratione ponentes literam S.* Suppus eſt à Græco ὕπτιος, ejecto τ ὕπιος, ὑπὺς, *ſupus*, *ſuppus*. *Dacerius.*

*Surregit.*] *Surregit*, & *ſorctus* antiqui ponebant pro ſurgit, & ejus participio, quaſi ſit ſurrectus, ut eſt in Annalibus L. Livilli. in quibus id frequenter eſt. Paulus abbreviator, pro L. Livillo, Livium poetam intelligit, neſcio an diverſa lectione à noſtra uſus.

*Surremit.*] Infra. Adhuc quæro. Eſt enim hiſtoria penitus mihi incomperta. *Joſ. Scaliger.*

*Surremit ſumpſit.*] In omnibus editionibus male acceptus eſt hic locus, cum media Feſti verba findat hæc Pauli Epitome, *Surrempſit*, *ſuſtulerit*. Quare illam removeſis, & reliqua ſic continuabis: *Surremit ſumpſit*, *inque manum ſurremit haſtam. Idem etiam ſurrempſit uſurpavit pro puerum ſuſtulerit*. *Dacerius.*

*Surrempſit.*] Verba Feſti interpretem deſiderant, & videntur ad alia verba etiam pertinere, præter ſurrempſit. *Ant. Auguſtinus.*

*Surium* . . . ] Quantum in his tenebris videre poſſumus agebat hic Feſtus de Philoſopho quodam, qui

Surum dicebant, ex quo *per deminutionem ſurculus factum* eſt. Plau*tus in* . . . . . . . . . . . *Surum n*on eſt tibi. *ſurum dicebant pal*um item: nam qui*a ſepiebatur circ*us ſurculis, *longum deligebant ſuru*m, tum poli*ebant aſcia* . . . . . . . . . . . . . . . . . . aut aſulæ . . . . . . . . *Ennius*, *unus ſurus* ſurum *ferre tamen defendere* poſſent.

PAULUS. Surum dicebant, ex quo per deminutionem fit ſurculus. Ennius: Unus ſurus ſurum ferret, & tamen defendere poſſent.

FESTUS. Sus Minervam, in proverbio eſt, ubi quis id docet alterum, cujus ipſe inſcius eſt. quam rem in medio, quod aiunt, poſitam Varro & Euhemerus ineptis mythis involvere maluerunt, quam ſimpliciter referre.

PAULUS. Suſpectus à ſuſpicor venit, & à ſuſpicio.

FESTUS. Suſ*pectus eſt diverſæ* ſignificationis *à ſuſpicor enim*, & ſuſpicio par*tim venit. Itaq*ue non mirum ſi *non una ſignificati*o dari poteſt.

PAULUS. Suſque, deque, ſignificat plus minuſve.

FESTUS. *Suſque*, *deque frequ*ens eſt pro plus, minuſve, *ſignificat autem id q*uod antiqui uſque dicer*e ſoliti erant.*

PAULUS. Sutelæ, doloſæ aſtutiæ, à ſimilitudine ſuentium dictæ.

FESTUS. *Sutelæ*, *doloſæ a*ſtutiæ, à ſimili*tudine ſuentium* dictæ ſunt.

## NOTÆ.

qui natione Syrus cum eſſet, ne eo nomine male audiret, ut Syri, Varro ſive alius Scyrium illum, dixerat. Huc enim pertinent Græca verba *σκύρειον καὶ εἰκῆ σύρειον.* De eo autem compoſitum librum ea de cauſſa *Scyrium* inſcriptum eſſe. Quærendum Philoſophi nomen vel potius hiſtoria. *Ful. Urſinus.* Forſan per *σκύρειον* ad proverbium illud antiquiſſimum alluſit quiſquis ita Philoſophum vocavit, *σκυρεία ἀρχή*, quod *ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων*, dicebatur. Euſtath. pag. 782. Edit Rom. Ita ut ab eo *Scyrii* dicti fuerint homines nullius pretii. *Dacerius.*

*Surum.*] Vide *Rigido*, & *Crebriſuro.* Verſus Ennii mendoſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Surum.*] A *ſurus* fiet diminutivum *ſurulus*, ſed veteres dicebant *ſurcus* unde *ſurculus.* Verſus Plauti non extat. quæ ſequebantur poſt *aſcia* divinare non poſſum. Ibi referebat Feſtus quomodo Circum ſuris, & aſſulis ſepiebant. Verſum Ennii idem ſupra retulit in *Rigido.*

*Sus Minervam.*] Hoc proverbium ſic extulit Theocrit. Idyl. 5.

*Ὗς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισεν.*

*Sus contra Minervam certamen certavit.*

Ubi Scholiaſtes: *παροιμία ἐστὶ ἐπὶ τῶν τοῖς κρείττοσιν ἀντιφεριζόντων.* i. e. *Proverbium eſt in eos qui melioribus certant.* Cicero Epiſt. lib. 9. Ep. 18. *Veni igitur ſi vir es; & diſce jam προλεγομένας quas quæris. Et ſi ſus Minervam.* Et Academic. quæſt. lib. 1. *Sed quid ego? inquit: aut ſumne ſanus qui hæc vos doceo? nam etſi non ſus Minervam, ut aiunt: tamen inepte quiſquis Minervam docet.* Alluſit lib. 11. de Oratore: *Sic ego nunc Craſſo audiente primum loquar de facetiis, & docebo ſus, ut aiunt, oratorem eum: quem cum Catulus nuper audiſſet fanum alios aiebat eſſe oportere.*

*Euhemerus.*] *Antiquus auctor Euhemerus qui fuit ex civitate Meſſana, res geſtas Jovis & cæterorum qui Dii putantur collegit, hiſtoriaſque contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris quæ in antiquiſſimis templis habebantur, &c.* Lactant. de falſ. Rel. lib. 1. cap. 11. *Dacerius.*

*Suſque deque.*] Plaut. in Amphit. *Atque id me ſuſque deque eſſe habituram putas.* Vide Gell. lib. 16. cap. 9. Non placet interpretatio, ut ſit idem, quod plus minuſve. neque etiam idem quod uſque. malim *pro nihilo*, aliudve ſimile. *Ant. Auguſtinus.*

*Suſque deque.*] Fallitur Feſtus, *ſuſque deque aliquid habere* eſt parvi facere an ſurſum vel deorſum feratur. Nam *ſus* dicebant pro *ſurſum* & *de* pro deorſum. Vide Gellium lib. 16. cap. 9. *Dacerius.*

*Sutela.*] Fulgentius quaſi ſubtiles telas dici exiſtimat, refertque Plautum in Caſina hoc verbo uti, ſed & in Captivis quoque reperies. *Ant. Auguſtinus.*

*Sutela.*] Gloſſæ: *Sutela, ἐνέδρα, ἐξαπάτησις, δόλος. Sutela, inſidia, fallacia, fraus.* Plaut. Caſin. act. 1. ſc. 1.

*Poſſiſne, nec ne, clam me ſutelis tuis*
*Præripere Caſinam uxorem, proinde ut poſtulas.*

Inde

Digitized by Google

Su*trium quaſi eant*, *u*tique in proverbium *abiit ex hac* cauſa: Gallico tu*multu quondam* edictum eſt legiones Sutrii, ut præſto eſſent cum cibo ſuo, quod uſurpari cœptum eſt in iis, qui ſuis rebus, opibuſque officii id præſtarent, quibus deberent. Plautus: Sed facito dum, merula per verſus, quod cantat colas, cum ſuo cuique facito veniant, quaſi eant Sutrium.

Sycophantas appellatos hac de cauſa dicunt. Atticos quoſdam juvenes ſolitos aiunt in hortos irrumpere, ficoſque deligere: quam ob cauſam lege eſt conſtitutum, ut qui id feciſſet, capite truncaretur: quam pœnam qui perſequerentur ob parvula detrimenta, ſycophantas appellatos. PAULUS.

*Sycophantas qui*dam ex hac cauſa *dictos putant*: Atticos quondam *juvenes ſolitos* aiunt FESTUS.

## NOTÆ.

Inde autem *ſutelæ* dictæ quod proprie *conſuere dolos* dicerent, ut Græci *συῤῥάπτειν δόλους*. Quo ſenſu & nos etiam utimur verbo noſtro *coudre*. *Dacerius*.

*Su* . . . ] Sutrium quaſi eant, utique in proverbium abiit hac de cauſſa: Gallico tumultu à Camillo quondam edictum eſt, legiones Sutrii ut præſto eſſent cum cibo ſuo. quod uſurpari cœptum eſt in iis, qui ſuis rebus, opibuſque confiſi, repræſentarent quibus deberent. Plautus:

*Sed facito dum, merula para verſus quos cantat, colas.*
*Cum cibo tum quiqui facito veniant, quaſi eant Sutrium.*

Quamvis non nego interpretationem proverbii, quam Feſtus proponit, non eſſe alienam ab ipſo proverbio, tamen longe abeſt à Plautino ſenſu, imo, ut melius dicam, adverſatur. Locum Plauti, qui omnes interpretes cruciat, in ipſis ad Plautum notis exponemus. *Joſ. Scaliger*.

*Sutrium.* ] Verſus Plauti ſunt ex Caſina act. 3. ſc. 1.

*Sed facito dum memineris verſus quos cantat colax: cibo*
*Cum ſuo quiqui facito uti veniant, quaſi eant Sutrium.*

Hoc eſt: *facito ut memineris verſus quos Nævius in Colace ſuo* (Colacem enim fabulam ſcripſit Nævius) *cantat:* cibo cum ſuo, &c. in libris veteribus.

*Sed facito, dum merui aper verſus quos cantat, colas.*

Et:

*Sed facito dum Meoni aper verſus quos cantat, colas.*

Vulgatam lectionem ſequor. tamen Scaliger.

*Sed facito dum, Merula para verſus quos cantat, colas.*
*Cum cibo tum quiqui facito veniant, quaſi eant Sutrium.*

Additque & ſi non neget interpretationem proverbii quam Feſtus proponit non eſſe alienam ab ipſo proverbio, abeſſe tamen à Plautino ſenſu, imo & ei etiam adverſari. Sed nobis hic locum Plauti exponere debebat Scaliger, neque nos ad ſuas in Plautum notas remittere quas tantum cogitavit. Ego vero aliud dicam quod non vidit Scaliger, & quod verum eſſe omnes dicent: nempe non ſolum alienam eſſe à proverbio hanc Feſti interpretationem, atque adeo Plautino ſenſui adverſari, ſed vel in ipſo ſtatim proverbio aliquid turbatum vel in ipſis Feſti verbis. Si enim Sutrinæ legiones cum cibo ſuo præſto adeſſe juſſæ ſunt, ut id aliquando factum eſt, non utique formari inde potuit proverbium *quaſi eant Sutrium*: ſed, *quaſi eant Sutrio*, cum à Sutrio venirent legiones rebus neceſſariis inſtructæ, atqui Gallico tumultu Sutrinis milites imperatos nuſquam legas. Quid igitur? audi modo: diſtinctione tantum apud Feſtum peccatum eſt, diſtingue ſic: *Gallico tumultu edictum eſt, Legiones Sutrii ut præſto eſſent, &c.* Hoc eſt: ut legiones, Romanæ ſcilicet, Sutrii adeſſent, nempe ut inde Hetruſcos pellerent, nam Gallico tumultu dum Gallos Camillus perſequitur, Hetruſci Sutrium impugnant, illudque deditione capiunt, eodem die Senatus decretum fert ut Sutrium iret Camillus cum legionibus, hoc eſt Sutrii præſto eſſet & Sutrinis auxilium ferret. Vide Liv. lib. 6. ſect. 111. Poſtea factum proverbium *Sutrium quaſi eant*, & de iis uſurpatum, non ut vult Feſtus, *qui rebus ſuis opibuſque officii id præſtarent quibus deberent*, ſed qui rebus neceſſariis inſtructi ſeſe ad aliquid agendum accingerent. *Dacerius*.

Ante *Sycophantas.* ] Plaut. in Caſina. *Sed facito dum memineris verſus, quos cantat colax. Cum cibo tum quiqui facito, ut veniant, quaſi eant Sutrium.* Liv. lib. 6. ſcribit Camillum Sutrium quam citiſſime recuperaſſe. Feſtum igitur opinamur, hoc proverbium hoc loco fuiſſe interpretatum Sutrium ire, ejuſque originem tradidiſſe ex Gallico tumultu, cum edictum eſt à Camillo, ut legiones cum cibo ſuo Sutrii præſto eſſent. *Ant. Auguſtinus.*

*Sycophantas.* ] Plura de hac re nugantur Græci, quæ natio nihil pene aliud egiſſe videtur, quam ut re-

in hortos *quorumdam* irrumpere, ficoſque *deligere quam* ob cauſam lege factam qui id feciſſet, capite eſſet ei. quam pœnam qui perſequerentur ob parvola detrimenta, ſycophantas appellatos.

## Notæ.

reperiret quomodo in otio negotioſa eſſe poſſet. Cæterum potes advertere quam dignum ſit Paulo mutilatore illud, *Capite truncaretur:* quod Feſtus dixerat, Capital eſſet, & in Græco decreto ſine dubio fuerat θάνατος, τιμωρία ἔσω. *Joſ. Scaliger.*

*Sycophantas.*] Aliter paulo Scholiaſtes Ariſtophanis qui ait *ſycophantas* dictos quod eos judicarent qui ficus ex Attica deportarent à σῦκον *ficus* & φαίνω, *indico*, *accuſo*. Alia multa ſuper hac re nugantur Græci quæ non eſt hic dicendi locus. Vide *bolophanta*.

*Lege factam.*] Lege: *Legem factam:* vel, *lege ſanctum ut qui id feciſſet capital eſſet ei, &c. Dacerius.*

SEX

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

### *LIBER DECIMUS OCTAVUS.*

### T.

TAbellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro, citrove, ſive privatim, ſive publice opus erat, certiores abſentes faciebant. unde adhuc tabellarii dicuntur, & tabellæ miſſæ ab Imperatoribus.

Tabem eam, quæ faceret tabeſcere apud antiquos uſurpatum. Salluſtius quoque frequenter, ut in Catilina, cum ait: uti tabes pleroſque civium animos invaſerat. & in libro quarto hiſtoriarum: qui quidem mos, ut tabes in urbem conjectus. & Corvinus pro Liburnia: propter hanc tabem, atque perniciem domus totius.

Tabernacula dicuntur à ſimilitudine tabernarum, quæ ipſæ, quod ex tabulis olim fiebant, dictæ ſunt, non, ut quidam putant, quod tabulis cludantur.

Tablinum proxime atrium locus dicitur; quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

### NOTÆ.

*Tabellis.*] Hieronym. lib. 1. Epiſt. 1. *Ante chartæ, inquit, aut membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant, unde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores à libris horum librarios vocavere.* Idem & Euſtath. ad Dionyſ. Cera autem oblinebantur iſtæ tabulæ, unde *ceram* ſimpliciter pro tabulis paſſim invenies. Vid. Gell. lib. 17. cap. 9.

*Tabes.*] Proprie, liquefactio. *tabeſcere*, liquefieri, Cicero, Lucret. Horat. Virgil. Sed & per metaphoram pro peſte & pernicie veteres uſurparunt. ſic & Græcis τήκω, τήκεσθαι, & liquefacio, & conſumo.

*Corvinus.*] Dubito. Forſan *Cornificius* cujus in his libris ſæpe mentio.

*Tabernacula.*] Vide in *adtubernalis* & *contubernalis*. *Dacerius.*

*Tablinum.*] Tranſpoſita hic ſunt quædam. quæ ita ſuo ordini reddes: *Tablinum proxime atrium locus dicitur publicarum rationum cauſſa factus. Quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habe-*

Tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magiſtratus, in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant publicarum rationum cauſa factum locum.

PAULUS. Tablinum, locus proximus atrio, à tabulis appellatus.

Taciturnus, qui facile tacet. tacitus, argutus etiam, qui poteſt aliquando tacere.

Tædulum, faſtidioſum, ſive quod eſt omnibus tædio.

FESTUS. Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo; interdum quod omnibus tædio eſſet, ponere ſoliti ſunt.

Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati, ut ſit apud Cæcilium in Androgyno: ſepulchrum plenum tæ-

## NOTÆ.

*habebant. Alii aliud etymon reddunt. quod Tabulæ picturarum ibi reponebantur. Unde & pinacothecam quoque vocabant. Varro aliter. cujus hæc verba ſunt libro primo de vita populi Romani: Ad focum hieme, ac frigoribus canitabant: æſtivo tempore in propatulo; rure in corte; in urbe, in tabulino. quod Mænianum poſſumus intelligere tabulis fabricatum.* Hæc ille. *Joſ. Scaliger.*

*Tablinum.*] Schedæ præferunt *tabulas* pro *tabulis.* ſed relicta lacuna. Quæ deſunt male hinc divulſa cum Pauli Epitome videntur cohæſiſſe, quare Scaligerum ſequor qui legit: *Tablinum proxime atrium locus publicarum rationum cauſſa factus, quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant.* Inde Plin. lib. 35. *Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Tabulinum* ergo, per ſyncop. *Tablinum*, locus privatis in ædibus ubi publicas rationes ſervabant, & eo differt à *Tabulario.* Quod tabularium publicus locus ſit ubi inſtrumenta, & acta publica diſponebantur & ſervabantur. Cicer. Virg. Gloſſ. *tabularium*, λογιστήριον. Verum à Feſto Varro diſſentit qui de vita populi Rom. lib. 1. Tablinum à tabulis unde fabricatum: *Ad focum*, inquit, *hyeme, ac frigoribus canitabant; æſtivo tempore in propatulo: rure in corte: in urbe, in tabulino, quod Mænianum poſſumus intelligere tabulis fabricatum.* Hæc Varro. alii *tablinum* à tabulis picturarum quæ ibi reponebantur, unde & *pinacothecam* quoque vocabant, ſed *pinacothecas* à *tablinis* diſerte diſtinguit Vitruvius.

*Taciturnus.*] Qui amat tacere; *tacitus* qui tacet. *Dacerius.*

*Tænias.*] Coronæ ſepulcrales hic intelliguntur in verſu Cæcilii, ſi Romano more interpreteris, & ita locum habebit ſententia Verrii. Ad ſepulcra enim lanæ cum frondibus, atque floribus afferebantur. Varro: *Inſulas dictas apparet in hoſtiis, quod, è lana quæ adduntur inſulæ intra hoſtiarum cornua, velamenta erant. Itaque cum ad ſepulcrum ferunt frondes, atque flores, addunt nunc lanas.* Sed cum Cæcilius palliatam Comœdiam, non togatam ſcripſerit, præſtat Græco potius, quam Romano more interpretari. Sunt igitur tæniæ, quibus faſciis involvebantur mortui, quas κειρίας vocabant. Quibus Romani non utebantur, quod cadavera comburerent. de illis tæniis intelligit Artemidorus, cum ſcribit: *οἱ ἀποθανόντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν, ὡς τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. Joſ. Scaliger.*

*Tænias.*] Ταινίαι, lemniſci, faſciolæ, quibus ſacerdotes, interdum etiam & victores coronabantur, Virg. unde Verrius. *Ornamentum capitis honorati.* Heſych. Ταινία, στέμματα τῶν ἱερέων, διαδήματα ἀρχιερατικά, ἢ ζῶναι, ἢ στέφανοι, κόσμοι, ἢ δεσμοὶ ἱεροί. Id eſt. *Tænia, corona ſacerdotum, diademata pontificalia, vel zona, vel corona, ornamenta, vel vincula ſacra.* Hæc vincula Virg. vocat *vittas Deûm.* Neque tamen iſtæ tæniæ vere erant coronæ, ſed è coronis dependentes. Nam infra coronas & tænias diſtinguit Ennius. *Volans de cœlo cum corona & tæniis.* Niſi coronam & tænias dixerit pro corona ex tæniis facta, antiqui enim Romani tæniis pro coronis utebantur non dum invento iis flores intexere. Vide *Stroppus.*

*Sepulchrum plenum.*] Per Tænias, coronæ ſepulcrales hic intelliguntur ſi Romano more interpreteris. Et ita locum habebit ſententia Verrii. Ad ſepulcra enim lanæ cum frondibus atque floribus afferebantur. Varro lib. 6. de L. L. *Inſulas dictas apparet in hoſtiis, quod velamenta è lana quæ adduntur inſulæ intra hoſtiarum cornua velamenta erant. Itaque cum ad ſepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas.* Sed cum Cæcilius Palliatam comœdiam, non togatam ſcripſerit, præſtat inquit Scaliger, Græco potius, quam Romano more interpretari. Sunt igitur in verſu Cæcilii tæniæ quibus faſciis involvebantur mortui quas κειρίας, vocabant quaſi κηρίας, à mortuis, vel κηρείας à κὴρ, fatum, mors. Heſych. Κηρείαις, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα: Lege: Κηρεῖαι, αἱ ἐπὶ θανάτῳ ἐντετυλιγμέναι, id eſt, Κηρεῖαι, *quæ poſt mortem mortuis involvuntur.* Iis Romani non utebantur quod cadavera comburerent. De illis tæniis intelligit Artemidorus, cum ſcribit οἱ ἀποθανόντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν, ὡς τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. Id eſt, *mortui ſciſſis involvuntur linteis, ut pueri, & humi conduntur.* Hinc Divus Joan. 11. de Lazaro. ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. *Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis.* Nam inſtitæ ſunt *faſciæ, limbi.*

Dum

niarum, ita ut ſolet, & alias: Dum tæniam, qui vulnus vinciret, petit. Ennius in Alexandro: volans de cælo cum corona, & tæniis. Attius in Neoptolemo: Decorare eſt ſatius, quam urbem tæniis.

Tæpocon appellarunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus. PAULUS.

Tæpocon ſoliti ſunt appellare Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus. FESTUS.

Tagax furunculus à tangendo dictus cujus vocabuli Lucilius meminit: Et mutonis manum perſcribere poſſe tagacem. PAULUS.

Tages nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur diſciplinam aruſpicii dediſſe duodecim populis Etruriæ. FESTUS.

Tagit Pacuvius in Teucro: Ut ego, ſi quiſquam me tagit & tagam. Idem in Hermiona: Aut non cernam, niſi tagam. ſine dubio antiqua conſuetudine uſurpavit. nam nunc ea ſine præpoſitionibus non dicuntur, ut contigit, attigit.

Tagit ſimpliciter dicitur quod attigit, contigit facit compoſitum. PAULUS.

Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificii. Talaſſionem enim vocabant quaſillum, qui alio modo appellatur calathus, vas utique lanificiis aptum.

## NOTÆ.

*Dum tæniam.*] Hic *tæniam* ſimpliciter *vittam, faſciolam* interpretor. Neque quicquam ad Verrii ſententiam facit.

*Decorare eſt ſatius.*] Suſpicor in verſu qui hunc præcedebat de ſepulcro locutum Attium. Satius eſt decorare ſepulcrum tæniis, quam urbem. Fruterius legebat *Deos ornare* lib. 2. cap. 5. veriſimilium. *Dacerius.*

*Tæpocon.*] Varietatem librorum in margine ſcribi curavimus: Sed cui adhæreamus, non habemus. Quod vero Cicer. lib. 2. de Divin. aſſerit Sibyllam quædam verba ita reliquiſſe ſcripta, quæ ex primis ſingulorum verſuum litteris conficerentur; quæ ab eodem ἀκροστιχὶς appellantur: habet aliquid cum hoc ſcribendi genere commune. *Ant. Auguſtinus.*

*Tæpocon.*] Oedipode opus eſt. *Joſ. Scaliger.*

*Tæpocon.*] Hebræam, vel Syriacam vocem puto, præſertim cum ea Syrorum ſcribendi modum notet. Syri enim non à dextra ad ſiniſtram ut Hebræi, & Chaldæi, vel à ſiniſtra ad dexteram, ut Græci & Latini, ſed deorſum verſus, à capite ad pedes verſus ſuos ducunt. Doctiſſimus Martinius derivat à voce Hebræa quæ ſignificat *invertes*, & pro *deorſum* legit *retrorſum*, quaſi ibi Hebræorum ſcriptura notetur.

[Legendum *Toëporchon*, hoc eſt, τὸ ἐπ' ὄρχον, ubi litteræ ſunt ἐπ' ὄρχον, ſeu κατὰ στίχον diſpoſitæ, inſtar arborum in viridario, à ſumma pagina ad infimam. Palmaria hæc emendatio debetur *Joan. Croio*, qui eam habet Obſervat. in N. T. Cap. IX. quod digniſſimum eſt lectu.]

*Tagax furunculus.*] Lege: *Tagax furunculus à tagendo, id eſt, tangendo.* Eſt enim à veteri *tago*, quo pro furari veteres, uſi ſunt. Plaut. Cicer. &c.

*Et Mutonis manum.*] Hunc Lucilii verſum è Sat. lib. 30. Adducit Nonius in voce tangere, ſed ibi pro *Mutonis*, ſcriptum eſt *Muſconis* mendoſe ut puto. Legendum ſuſpicor.

*Et mutone manum perſcabere poſſe tagacem.*

De Priapo hic ſermo eſt qui furibus mutone minatur, ut in illo Scazonte poetæ Ithyphallici.

*Priape, furibus minare mutino.*

Et ſic verum hujuſce verſus ſenſum eruimus. *Dacerius.*

*Tages.*] Viden. Cicero lib. 2. de Divin. *Ant. Auguſtinus.*

*Tages.*] Cicer. de Divinat. lib. 2. ſect. 23. *Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris eſt Etruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. Ejus adſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque majorem cum admiratione edidiſſet: concurſum eſſe factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam conveniſſe: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, litteriſque mandaverint: omnem autem orationem fuiſſe eam, qua haruſpicina diſciplina contineretur: eam poſtea creviſſe rebus novis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis.*

*Tagit.*] Veteres *tago* dicebant quod nos dicimus *tango*, idque à Græco θίγω. Notum eſt. Itaque abeo cum te prius monuero infra verba Feſti male cum Pacuvii verbis coaluiſſe, quæ ſic ſeparanda & diſtinguenda ſunt: *Tagit Pacuvius in Teucro: ut ego, ſi quiſquam me tagit. Et tagam, idem in Hermiona, &c. Et Tagam* verba ſunt Feſti. Et idem, inquit, Pacuvius. Tagam dixit in Hermiona. *Dacerius.*

*Talaſſionem.*] Multa hac de re Dionyſ. Liv. & Plutar.

FESTUS. *Talaſſionem* in nuptiis Varro *ait ſignum eſſe lani*ficii τάλαρον, id eſt quaſillum, *ita enim ſo*litum appellari talaſſionem. At *quidam* hiſtoriarum ſcriptor Talaſſium *ait nomine* virum rapta virgine unicæ pu*lchritu*dinis: quod ei id conjugium fuerit fe*lix*, *boni* ominis gratia nunc redintegrari.

Talentorum non unum genus. Atticum eſt ſex millium denarium. Rhodium & ciſtophorum, quattuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum, duodecim millium denarium. Neapolitanum ſex denarium. Syracuſanum trium denarium. Rheginum victoriati . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Taliam Cornificius poſuit, unde & Talaſſus. Taliam alii folliculum cepe.

PAULUS. Talia, folliculum cepe.

FESTUS. Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, hoc modo. ſi membrum rapſerit; ni cum eo pacit, talio eſto. neque id, quid ſignificet, indicat. puto quia notum eſt. permittit enim lex parem vindictam.

## NOTÆ.

Plutar. ex quibus facile intelligitur, quod Pompeius ſcribit; ſub Romulo Sabinam raptam fuiſſe virginem unicæ pulchritudinis à Talaſſione, & quod ei id conjugium fuerit felix, in nuptiis ominis gratia redintegrari, id eſt identidem dici, ac repeti id nomen. Sunt qui Thalaſionem appellent, ſunt qui Talaſſium, vel Thalaſſium. *Ant. Auguſtinus.*

*Talaſſionem.*] Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificii. τάλαρον enim, id eſt quaſillum ſolitum appellari Talaſſionem. Atilius hiſtoriarum ſcriptor Talaſſium nomine virum, rapta virgine unicæ pulchritudinis. quod ei id conjugium fuerit felix, ominis gratia nunc redintegrari. *Joſ. Scaliger.*

*Talaſſionem.*] Ut Græci *hymenæum* in nuptiis accinere ſolebant, ſic Romani *Talaſſium*, vel *Talaſſionem*, de quo vide Plutarch. in quæſt. Rom. problem. 31. Hiſtoriarum ſcriptoris, quem laudat Feſtus, ſententiam ſecutus eſt Livius lib. 1. ubi de raptu Sabinarum virginum. Et Servius lib. 1. Æneid. *Dacerius.*

*Talentorum.*] Mendoſus locus, & qui non patitur emendationem. Hoc unum recte eſt. Talentorum non unum eſſe genus, & Atticum eſſe ſex millium denarium. Cetera incerta ſunt. Plin. lib. 35. cap. 11. Talentum Atticum denariorum ſex millibus taxat M. Varro, ita enim ſcribendum eſt. Pollux lib. 9. Talentum Atticum ſex millium drachmar. Atticarum, Babylonicum ſeptem millium, Æginæum decem millium, Syrium mille & quingentarum drachmarum, item Atticarum. De talento Attico idem elicitur ex Livio lib. 34. Athen. lib. 4. cap. 6. & aliis. Sed Babylonicum eſſe ſeptuaginta duarum minarum Atticarum ſcribit Ælianus lib. 1. cap. 22. de varia hiſt. id eſt ſeptem millium & ducentarum drachmarum. Vide *Euboicum. Ant. Auguſtinus.*

*Talentorum non unum genus.*] Multiplex talentum fuiſſe verum eſt. Vide Budæum in lib. de aſſe. De Attico Talento vide *Euboicum.*

*Rhodium & Ciſtophorum quatuor millium quingentorum denarium.*] Neſcio cur hæc de mendo viris doctiſſimis ſuſpecta fuerint. Nam recte ſe habent. Rhodium talentum ut & Ciſtophorum fuit quatuor millium & quingentorum denariorum. Cælius Rhodiginus lib. 10. cap. 2. *Ciſtophorum fuiſſe legimus quatuor millium & quingentorum denarium, ſicuti & Rhodium talentum. Dici opinantur ciſtophorum ab inſigni ferentis ciſtam. Sicut coronati modo vocantur nummi à corona imagine.*

*Neapolitanum.*] Lege: *Neapolitanum ſex millium denarium: Syracuſanum trium millium denarium.* Quæ ſequebantur mihi penitus ignota ſunt. *Dacerius.*

*Taliam.*] Scribo, *Tallam, allii folliculum, vel capa. Lucillius:*

*——— ——— lacrymoſaque ordine talla.*

Gloſſarium: *Talla, χρομμύου λέπυρον. Joſ. Scaliger.*

*Taliam.*] Scaliger infra: *Tallam allii folliculum, vel capa.* Lucilius.

*Flebile cape ſimul, lacrymoſaque ordine talla.*

Et in Gloſſ. *Talla, χρομμύου λέπυρον. Folliculus capa.* Talla autem à θαλλὸς, ramus virens, ita ut primo & proprie *Talla* fuerit ſtipes cæpæ. Sed recte etiam *Talia* dici poteſt. Ut ab ἄλλος, *alius. Folium* à φύλλον &c. *Dacerius.*

*Talionis.*] Viden. Gell. lib. 20. cap. 1. ſed hic melius verba legis 12. tab. referuntur. *Ant. Auguſtinus.*

*Talionem.*] Græci, *ἀντιπέπονθεν, ταυτοπάθειαν, ἀντιποίησιν. Joſ. Scaliger.*

*Talionis.*] *Talio à Talis.* Jus Talionis quo quis tale quid patitur quale fecit. Quare optime Feſtus *parem vindictam* interpretatur. Alii *pœnam reciproci vicem &c.* Fons talionis lex divina Exod. cap. 22. *dens pro dente, oculus pro oculo.* In leg. 12. tab. legendum. *Si membrum rupſit, ni cum eo pacit, talio eſto.* Vel potius *ſi membrum rupit.* Ut apud Gellium lib. 20. cap. 1. & apud Catonem lib. 4. Orig.

Digitized by Google

Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus laſſitudine, quaſi trahat pedes, ut talis videatur inſiſtere, aut identidem tollere pedes.

Talipedare eſt vacillare pedibus, & quaſi talis inſiſtere. PAULUS.

Talus prænomen erat Sabinorum.

Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe. FESTUS.

Tam ſignificationem habet, cum ponimus præpoſitivam quandam, cui ſubjungimus quam: ut cum dicimus tam egregium opus tam parvo pretio veniſſe. id eſt, ſic. ita ut apud Græcos quoque ὕτως ἀγαθὸν. item ex contrario ei dicimus, quam bonus Homerus, tam malus Cherylus poeta eſt. At antiqui tam etiam pro tamen uſi ſunt. ut Nonius: Qui, ſi taceat, dum videat, tam etiam ſciat, quid ſcriptum ſit. Ennius: illæ meæ tam potis pacis potiri. Titinius: Bene cum facimus, tam male ſubimus, ut quidam perhibent viri. Item: Quamquam eſtis nihili, tam eſcator ſimul vobis conſului.

Tam ſignificationem habet præpoſitivam, cui ſubjungimus quam. ut tam malus Cherylus, quam bonus Homerus. tam etiam pro tamen uſi ſunt. PAULUS.

Tam modo antiqui dicebant pro modo.

Tam modo antiqui ponebant pro modo. ut Attius: Tam modo inquit Præneſtinus. FESTUS.

Tam perit, quam extrema faba, in proverbio eſt; quod ea plerumque aut proteritur, aut decerpitur à prætereuntibus.

## NOTÆ.

Orig. ex Priſciano lib. 6. *Si quis membrum rupit aut os fregit, talione proximus agnatus ulciſcitur.* Sic *rupit* pro *ruperit*, dixit Lucillius lib. Sat. 26.

*Si ſe rupit, ſic quoque à me, quod roget, non impetret.*

Vide *Rupitias*. *Dacerius.*

*Talipedare.*] Vide *Taurii*. *Ant. Auguſtinus.*

*Talipedare.*] Gloſſ. talipedo, πυγγυγόμαι. Qui talipedarent attæ dicti. Vide *Atta*.

*Talus in Sabinorum nominibus.*] Huic rei firmandæ nullum adhuc exemplum inveni.

*Tam.*] *Tam* & *quam* contracta ex *tantum*, & *quantum*.

*Ut apud Græcos.*] Gloſſ. *Tam*, ὕτως. *Tam perditus*, ὕτως πανώλης.

*Cherylus.*] Scribe *Chœrylus*. Is eſt qui ſub Alexandro rege vixit Olympiad. 113. De quo Horat. lib. 11. Epiſt.

*Gratus Alexandro regi magno fuit ille*
*Chœrylus, incultis qui verſibus, & male natis*
*Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.*

*At antiqui tam etiam pro tamen.*] Nam & *tamen* derivatum ex *tam*. Plaut. Menæch. 2. 3.

ER. *Eamus intro ut prandeamus.*
ME. *Bene vocas: tam gratia eſt.*

Item alibi.

*Ut Nonius.*] Quidam *Nevius* incertum eſt.

*Bene cum facimus.*] Hunc Titinnii verſum ſic emendat Lipſius Epiſtolic. quæſt. Ep. 20. *Bene cum facimus tam male audimus ut quidam perhibent viri.* Querela eſt mulierculæ de injuria quæ à viris factum itur ſexui ſuo, bene an male faciant, tamen male audiunt. Ego: *Bene cum facimus, tam male fuimus,* &c. Propius ad ſcripturam. Et infra: *Quamquam eſtis nihili, tam vobis ecaſtor conſului ſimul. Dacerius.*

*Tammodo.*] Locus Attii non eſt L. Attii, ſed M. Attii Plauti in Trinummo. *Ant. Auguſtinus.*

*Tammodo.*] Non Romani, ſed Præneſtini, quorum linguam irridebant Romani, ut ille apud Plautum, qui dicit *Coniam* pro *Ciconiam*, quia, inquit, Præneſtini ita loquerentur. *Joſ. Scaliger.*

*Tam modo.*] Non pro *modo*, ſed pro *tantummodo*. Et eo non utebantur Romani, ſed Præneſtini quorum linguam irridebant Romani. Attius hic eſt M. Attius Plautus: Locus eſt in Trinum. act. 3. ſc. 1.

CA. *Quamdudum iſtuc, aut ubi actum eſt?*
ST. *Ilico hic ante oſtium,*
*Tammodo inquit Praneſtinus.*

Et hanc vitioſam compoſitionem imitari videmur in voce noſtra *tantoſt*. Sic in Trucul. act. 3. ſc. 2. Præneſtinorum barbariem irridet, qui *rabonem* & *coniam*, pro arrabone & ciconia dicebant.

*Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem ſies.*
AS. *Perii! Rabonem? quam eſſe dicam hanc belluam?*
*Quin tu arrabonem dicis? St. a facio lucri:*
*Ut Praneſtinus conia eſt ciconia.*

*Tam perit, quam extrema faba.*] Extrema faba dicitur quæ poſt fabarum meſſem in agris creſcit, adeo-

PAULUS. Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius: Inguenne exiſtat, papulæ, tama, neboa voxit.

FESTUS Tame in carmine poſitum eſt pro tam.

PAULUS. Taminia uva ſilveſtris dicta, quod tam mira ſit, quam minium.

FESTUS. Taminia uva ſilveſtris generis videtur Verrio dicta; quæ tam mira ſit, quam minium.

Tamne, eouſque, ut Ælius Stilo, & Opilius Aurelius interpretantur. itaque Afranius: Tam ne arcula tua plena eſt aranearum?

PAULUS. Tamne, eouſque. Afranius: Tamne arcula tua plena eſt aranearum?

Tandem cum ſignificet aliquando, interdum tamen ex ſupervacuo ponitur. ut apud Terentium in Phormione, cum ait: Itane tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo? non enim hic tempus ullum ſignificat. At Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem, cum ait, tandem aliquando.

FESTUS. Tappete ex Græco ſumpſit tappetæ. Ennius cum ait. T*appetem etiam dixit Turpi*lius in Demetrio. Le . . . . . . . *tappetem* veterem ſic tappe*te neutro genere.*

## NOTÆ.

adeoque negligitur, vel quæ meſſoribus inter metendum excidit. Vel potius ut ipſe intelligit Feſtus, extrema faba eſt quæ in finibus agrorum poſita à prætereuntibus, vel proculcatur, vel decerpitur & ab aratoribus perſtringitur, qui *perſinare* dicuntur. Vide *perſines*. Et hanc meam interpretationem probat inſignis locus Catulli, qui *ultimum florem* dixit qui hic eſt *extrema faba*. Sic enim in Od. 11.

*——— ——— ———. Velut prati*
*Ultimus flos, prætereunte poſtquam*
*Tactus aratro eſt.*

*Tama.*] Quaſi *Tumea* Voſſ. Vide *Boa*. *Dacerius*.

*Tame.*] Repone, *in Carmine Saliari*, in quo ad id exemplum Cume pro Cum legebatur, ut ait Q. Terentius Scaurus, vetus Grammaticus, qui etiam producit carmen Saliare, ſed corruptiſſimum. *Joſ. Scaliger.*

*Tame.*] Lipſius: *Tamde*, ut *quamde* pro *quam*. Sed *Tame*, vera lectio. Addendum tantum, ut monet Scaliger *in carmine Saliari*. In eo ad id exemplum *cume*, legebatur pro *cum* ut ait Q. Terentius Scaurus, vetus Grammaticus, qui etiam producit carmen Saliare, ſed corruptiſſimum. *Dacerius.*

*Taminia uva.*] Viden. Plin. lib. 23. cap. 1. *Ant. Auguſtinus.*

*Taminia.*] Quidam in Georgicis legunt:

*Sunt & Aminea vites, firmiſſima vina.*

At Feſtus videtur legiſſe, vel potius Verrius: *Sunt & Taminia vites.* Non omittendum quod notat Heſychius in ſuis Gloſſis: ἀμιναῖον, δι' ἑνὸς, ν, τὸν οἶνον λέγει. οἱ γὰρ Πευκετίοι, Ἀμιναίαν λέγει). Quod apud nullum alium veterem auctorem reperi. *Joſ. Scaliger.*

*Taminia.*] Meminit Celſus lib. 3. & Plin. lib. 23. cap. 1. Suſpicabatur Scaliger apud Virgilium Verrium legiſſe.

*Sunt & Taminia vites firmiſſima vina.*

Ubi *ſunt & Aminea vit.* Aminææ vites ſunt Appulæ Heſych. Ἀμιναῖον, δι' ἑνὸς ν, τὸν οἶνον λέγει. οἱ γὰρ Πευκετία Ἀμιναίαν λέγει). *Aminaum per unicum* n *vinum dicit. Nam Peucetia Aminaa dicitur.* Sed ſcribendum apud Heſychium δι' ἑνὸς μ. *per unicum m.* Nunquam enim *Amineum*, per duplex *nn* ſcriptum *Aminnaum*, ſed per duplex *mm*. *Amminaum*, & id reprehendit Heſychius. Porro de Taminia uva errat manifeſto Verrius. *Taminum* ſive *tamina*, erat macula, tabes, ut optime notavit Meurſius. Inde *taminare*, & *attaminare*. Inde *taminia* uva maculis variegata, diſtincta, quæ ideo etiam *variana*, & variola nuncupata, ut ex Plinio Macrobioque cognoſcere eſt.

*Tamne, eouſque.*] Nihil impedit quin *tantumne* interpreteris.

*Arcula tua plena eſt aranearum.*] Sic Catullus ad Fabullum.

*——— ——— nam tui Catulli*
*Plenus ſacculus eſt aranearum.*

Ita loquebantur Latini ut aliquid vacuum & deſertum ſignificarent. *Dacerius.*

*Tandem.*] Cicero initio orat. 2. in Catilin. *Tandem aliquando Quirites*, &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Tandem.*] Locus Terentii eſt ex act. 2. ſc. 1. Ubi Donat. *Tandem hic impletiva conjunctio: ut Cicero: Quo uſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra.*

*At Cicero.*] Initio ſecundæ Catilinariæ: *Tandem aliquando, Quirites, &c.* Nonius ait hic *tandem*, eſſe pro *vix*, ſed mihi Feſti autoritas potior. *Dacerius.*

*Tappete.*] Tappete ſcribendum eſt, & fortaſſe Ta-

Digitized by Google

Tapulla dicta eſt lex quædam de conviviis. PAULUS.

Tapullam legem convivalem ficto nomine conſcripſit jocoſo carmine Valerius Valentinus. cujus meminit Lucilius hoc modo: Tapullam rident legem contere opimi. FESTUS.

Tarmes genus vermiculi carnem exedens. PAULUS.

Tarpeiæ etiam effigiem ita appellari putant quidam in æde Jovis Metellina ejus videlicet in memoriam virginis, quæ pacta à Sabinis hoſtibus, quæ in ſiniſtris manibus haberent, ut ſibi darent, intromiſerit eos cum Rege Tatio, qui poſtea in pace facienda caverit à Romulo, ut ea Sabinis ſemper pateret. FESTUS.

Tarquitias ſcalas, quas Rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi ejus nominis gratia ita appellatas eſſe ait vulgo exiſtimari Verrius.

## NOTÆ.

Tapete, quod & maſculini, & neutri generis eſſe apud poetas Nonius oſtendit. *Ant. Auguſtinus.*

*Tapete.*] Oſtendebat, puto, Ennium dixiſſe *Tapetos* maſculino, & Turpilium in Demetrio, qui dixit *glabrum tapete.* Nonius. Gloſſarium: *Tapidus,* τάπης ψιλή. Lege *Tapetus,* τάπης, ψιλή. etiam Latini veteres Pſilas dixerunt. Lucillius:

*Pſila, atque amphitapa molles, cum ingentibu' villis.*

*Joſ. Scaliger.*

*Tappete.*] Hæc corrupta ſunt. Lego: *Tappete ex Græco ſumpſit tappetem Ennius cum ait* . . . . . . . . . . *Tappetem etiam dixit Turpilius in Demetrio le* . . . *Tappetem veterem. Sic tappete neutro genere.* Tapes à Græco τάπης, & oſtendit Feſtus veteres *tapetem,* & *tapete* dixiſſe. *Tappetem* ex Ennio & Turpilio adducit. *ſed tappete* etiam neutro genere Turpilius cum dixit *glabrum tapete.* Apud Nonium. *Tapetos* etiam dicebant. Gloſſ. *tapetus,* τάπης, ψιλή. τὸ τάπης, eſt vox noſtra *tapis.* ψίλη, *pſila.* Nam Latini veteres tapetes pſilas dixerunt. Lucillius lib. 4. Sat.

*Pſila atque amphitapa molles, cum ingentibu' villis.*

*Dacerius.*

*Tapullam.*] Tappula cognomen Villiorum, ex qua familia P. Villius Ti. F. Ti. N. Tappula cos. fuit cum L. Cornelio Lentulo anno 554. ex faſtis Capitolinis, & Livio in extremo lib. 31. *Ant. Auguſtinus.*

*Tapullam.*] Verſum Lucillianum ſupra ita legendum monemus.

*Tapullam rident legem concera Opimi.*

*Concera,* pro *congera.* Et *congera* unico r, pro *congerra.* Veteres in quibus nunc utimur g, ponebant c. Tandem Spurius Carvilius vetuſtiſſimus Grammaticus correxit. Et primus pro *inicere* dixit, *inigere:* pro *Acetare, Agitare. Joſ. Scaliger.*

*Tapullam legem.*] Tapulla ſive *tapulia,* à *tabula,* vel *tapula,* ſive *tapulum,* hoc eſt menſa. Et ſic dicta quod eſſet convivalis. Verſum Lucilii ſic Scaliger.

*Tapullam rident legem concera opimi.*

*Concera,* pro *congera,* & *congera* unico *r,* pro *congerra.* Sed Franciſcus Duza & Voſſius. *Concœna opimi.* A *cœna* eſt *concœna,* qui una cœnat. Gloſſ. *concœna,* σύνδειπνοι. *Dacerius.*

*Tarmes.*] Vitruvius: *Et primum abies aëris habens plurimum, & ignis, minimumque humoris, & terreni, levioribus naturarum poteſtatibus comparata non eſt ponderoſa. itaque rigore naturali contenta non cito flectitur ab onere, ſed directa permanet in contignatione. Sed ea quod habet in ſe plus caloris, procreat, & alit tarmitem, ab eoque vitiatur.* Plautus Moſtellaria de poſtibus loquitur:

*Hercle quin multum improbiores ſunt, quam à primo credidi.*
*Quapropter? Quia edepol ambo ab infimo tarmes ſecat.*

In Vitruvio, ut id admoneam, pro *natura rerum,* emendavimus *naturarum:* ne quis forte ſtudioſus Vitruvii lector id miretur. Sic paulo ſuperius idem error: *eaſdem habent inter ſe natura rerum ſimilitates,* pro *naturarum.* Ita etiam emendabis lib. 3. in fine procemii: *de materia, quas habeat in operibus utilitates, & quibus virtutibus è natura rerum eſt comparata, peregi.* Legendum enim: *& quibus virtutibus naturarum eſt comparata. naturarum poteſtates vocat,* quas ſupra *naturarum virtutes. Joſ. Scaliger.*

*Tarmes.*] Teredo, Græce θρίψ. Plaut. Moſtel. act. 3. ſc. 2. de poſtibus loquitur.

Th. *Hercle, quin multum improbiores ſunt quam à primo credidi.*
Tr. *Quapropter?* Th. *Quia edepol ambo abinfimo tarmes ſecat.*

*Tarpeia etiam.*] De Tarpeia virgine Livius, Florus, &c. Vide *Saxum Tarpeium.* Illud *etiam* à ſuperioribus pendebat nam hæc in Schedis poſt *Tarquitias ſcalas,* poſita erant.

*Tarquitias.*] *Tarquinias. Dacerius.*

 *Tarta-*

Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi. à Tartaro, qui locus apud inferos.

PAULUS. Tartarino, horrendo, & terribili.

FESTUS. Tatium occiſum ait Lavinii, ab amicis eorum legatorum quos interfecerant Tatiani latrones, ſed ſepultum in Aventino laureto. quod ad ſignificationem verborum non magis pertinet, quam multa alia præterita, deinceps quæ referantur.

PAULUS. Tauras vaccas ſteriles dici exiſtimabant hac de cauſa, quod non magis, quam tauri, pariant.

FESTUS. Tauras vaccas ſteriles ap*pellabant*, *ait Verrius*, quæ non magis pariant *quam tauri*. *ſed vero* ſimilius ſit ex Græco dic*tas quia Græci vaccas* ταύρας appellant.

PAULUS. Tauri, Verbenæque in commentario ſacrorum ſignificat ficta farinacea.

Taurii appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti. Inſtituti autem videntur hac cauſa. Regnante Superbo Tarquinio cum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres gravidas, quæ fuerat facta ex carne divendita populo taurorum, ob hoc diis inferis inſtituti ludi, & Taurii vocati ſunt.

## NOTÆ.

*Tartarino.*] Ennius, ut arbitror, ſcripſit: *corpore Tartarino prognata Paluda virago.* Viden. Varro lib. 6. de Ling. Lat. & Probus ecgl. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Tartarino.*] Verſum Ennii refert Varro lib. 6. de L. L. *Corpore Tartarino prognata paluda virago. Tartarino à Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus, apud inferos quæ ſint, in his unum Tartarum appellat. Quare Tartari origo Græca. Paluda à paludamentis. Sunt hæc inſignia & ornamenta militaria.* Ubi Scaliger. Purus putus, inquit, Helleniſmus.

*Ταρτάρου ἐκγεγαυῖα μελάμπεπλος ἀντιπάρειρα.*

Plenius citatur apud Probum:

*Corpora Tartarino prognata paluda virago;*
*Cui par imber, & ignis ſpiritus, & gravi' terra.*

Ignis ſpiritus, πυρὸς ἀήρ. Et gravis terra, στυφελὴ χθών. Eſt ni fallor, illa quam alloquitur Juno apud Maronem.

*Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte, laborem.*

*Tatium occiſum ait Lavinii.*] In Schedis: *Lanuvii.* Sed omnino legendum *Lavinii.* Hiſtoriam narrat Livius lib. 1. ſect. 14. *Poſt aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant. Quumque Laurentes jure gentium agerent; apud Tatium gratia ſuorum & preces plus poterant, igitur illorum pœnam in ſe vertit. Nam Lavinii, cum ad ſolenne ſacrificium eo veniſſet, concurſu facto interficitur.* Ubi propinquos regis vocat Livius, quos Latrones Feſtus.

*Sed ſepultum in Aventino laureto.*] Varro lib. 4. de L. L. *Inde lauretum ab eo quod ibi ſepultus eſt T. Tatius rex, qui à Laurentibus interfectus eſt. Ab ſylva laurea, quod ea ibi exciſa, & ædificatus vicus, ut inter ſacram viam & macellum editum.*

*Quam multa alia.*] Optime in Schedis: *Quam multa alia & præterita jam & deinceps quæ referentur.* Deinceps, id eſt in volumine, *verborum priſcorum cum exemplis.* vide *profanum*, & præfationem. *Dacerius.*

*Tauras.*] Paulus originem ex Græco omiſit, quæ veriſimilior viſa eſt Feſto. *Ant. Auguſtinus.*

*Tauras.*] Ex Verrii ſententia Gloſſarium: Taura, βοῦς στεῖρα. Et Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. *Quæ ſterilis eſt vacca taura appellatur.*

*Tauri verbenæque.*] Liba farinacea in commentario ſacrorum, forſan ob magnitudinem ſic dicta & quod verbenis coronata. Sane veteres omnia prægrandia Tauros vocabant. Stephanus in ταῦρος. Ταύρους οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον. Id eſt, *Tauros antiqui quæcumque grandia & violenta vocabant.* Imo potius puto Feſtum dicere Tauros verbenaſque in commentario ſacrorum ſignificaſſe ficta farinacea, ex eo more ſcilicet quo ſimulata pro veris accipiebant. Igitur ficta farinacea *tauri verbenæque* dicta quod pro tauris & verbenis adhiberentur. Quomodo legimus Cyzicenos Proſerpinæ quotannis bovem nigram immolantes, cum obſidione premerentur nec bovem haberent, ex frumento hoſtiam finxiſſe. Vide *Cervaria. Dacerius.*

*Taurii.*] Maxima pars verborum Feſti ex epitome Pauli recte intelligitur. Cetera, quæ ex Varrone referuntur, mihi valde obſcura ſunt. affinia autem ſunt verbo *Talipedare*, de quo ſupra. *Ant. Auguſtinus.*

*Taurii.*] *Taurii ludi in circo Flaminio fiebant, qui inſtituti Diis inferis ex hac cauſſa ſunt. Tarquinio regnante cum gravis peſtilentia in mulieres gravidas incidiſſet, fœtus infecti ſunt ex carnis putore taurorum immolatorum. Ob id Taurii ludi & appellati ſunt, & fiunt in circo Flaminio, ne intra muros evocentur Di manes. contra, eos ludos Varro ait vocari, quod diſcipulus pendens à doctore iner . . . . ſolitus ſit impelli, atque uſque eo cogi docere, quoad conſiſteret, & virtute talorum conſtaret pedum firmitas.* Quod ludi Taurii in Circo Flaminio fierent, qui fuit extra portam

Digitized by Google

*Taurii ludi inſtituti* diis inferis ex h*ac cauſa videntur.* Tarquinio regnante cum *magna incidiſſet* peſtilentia in mulieres *gravidas earum* fetus *infecti* ſunt ex carne *divendita populo* taurorum immolatorum. ob *hoc ludi Taurii* appellati ſunt, & fiunt *in circo flaminio*, *ne* intra muros evocentur dii *inferi*. *Sed Taurios* ludos Varro ait vocari, quod *eis ludis diſcipu*lus pendens à doctore in *crudo corio Tauri* ſolitus ſit impelli, atque uſque *eo Inibi cogi* docere, quoad conſiſteret, *& ſola virtut*e talorum conſtaret pedu*m firmitas*. FESTUS.

Taurium æs dicunt, quod in ludos tauricos conſumitur.

Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus; quod ſunt atrocia, ut tauri.

Taxat verbum ponitur in iis, quæ finiuntur, quoad tangi liceat, in litibus quoque, arbitrove cum proſcribitur, quoad ei juſſit ſtatuendi. Taxatio dicitur, quæ fit certæ ſummæ. à tangendo autem dici, etiam ſcenici teſtimonio ſunt, qui taxatores dicuntur, quod alter alterum maledictis tangit.

## NOTÆ.

portam Carmentalem, teſtis eſt Varro 4. de Latino ſermone, reliqua, quæ ex opinione Varronis adferuntur, quin ita ſcripſerit Feſtus, negari non poteſt. Apud nullum autem veterem ſcriptorem id temere invenias. Apparet tamen Varronem ludos Taurios ab eo dictos, ſenſiſſe quod in corio tauri etiam id genus ludi fieret à ludimagiſtris eo die, quo ludi Circenſes, qui dicti ſunt Taurii, in circo Flaminio fierent, aut quod ſcutica tauria diſcipulus impelleretur: idque explendum fuiſſe in ea lacuna, in qua cauſſa nominis deſiderari videtur. Scriptura Feſti manifeſta eſt: ratio nobis incomperta. Fortaſſe pro *in er* . . . . ſupplendum, *in crudo corio. Joſ. Scaliger.*

*Taurii.*] Servius 2. Æneid. *Quæ ſterilis autem eſt taurea appellatur, unde ludi Taurei dicti, qui ex libris fatalibus à rege Tarquinio ſuperbo inſtituti ſunt, propterea quod omnis partus mulierum male cedebat. Alii ludos Taureos à Sabinis propter peſtilentiam inſtitutos dicunt, ut lues publica in has hoſtias verteretur.* Quod ludi Taurii in Circo Flaminio fierent qui fuit extra portam Carmentalem teſtis Varro lib. 4. de L. L. *Item ſimili de cauſſa circus Flaminius dicitur qui ædificatus eſt circum Flaminium campum; & quod ibi quoque ludis Tauricis circum metas currunt.* Viri docti aiunt hos ludos Taurios, circenſes etiam dictos quod nemo probaverit. Reliqua quæ ex opinione Varronis adferuntur, apud nullum alium autorem invenias. Et diverſi ſunt hi ludi à ſuperioribus. Taurii autem dicti quod à ludi magiſtro diſcipulus in crudo bovis corio impelleretur donec virtute talorum conſiſteret. Sed pro *docere*, *doceri* legendum exiſtimo. In eo corio uſque *eo* doceri cogebatur quoad conſiſteret, &c.

*Taurorum ſpecie.*] Vide Ælianum in varia hiſtoria lib. 2. cap. 33. cauſſam varie tradit Strabo lib. 10. οἱ δὲ εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τἀληθὲς, ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῶόν φασι καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ἀπό τε τῶν ἤχων, καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν ἃς καλοῦσι κέρατα. Id eſt, *qui autem è fabulis vera colligunt, Tauro ſimilem forma Acheloum aiunt ut & alios fluvios ob ſtrepitus & flexus alveorum qui cornua dicuntur.* Probus ad illud 4. Georg.

*Et gemina auratus taurino cornua vultu.*

Et ideo, inquit, *taurino vultu quod ejus ſonus ut tauri mugitus, & ripa flexuoſa ſunt ut cornu.* Vetus Horatii interpres ad Od. 14. lib. 4. *Omnium famoſorum fluminum vultus cum cornibus finguntur propter impetus & mugitus aquarum.* Vide Zetzem in Heſiod. ἀσπίδα. Et alios paſſim. Addi poteſt forſan quia poëtæ vocant κέρατα omnia flumina quod ſint veluti Oceani cornua. Apollonius de Iſtro:

Ἔστι δέ τις ποταμὸς ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο.

*Eſt autem quidam fluvius ultimum cornu Oceani.*

*Dacerius.*

*Taxat.*] Juſſit, jus ſit. *Joſ. Scaliger.*

*Taxat.*] Alieniſſima ſunt quæ hic Feſtus tradit, neque enim hic *taxo* à *tango*, ſed à Græco τάσσω, quod à Græcis ſcriptoribus uſurpatur eadem notione qua *taxo* ab Latinis. Ariſtoteles lib. 2. Oeconomicon, capite ſecundo *Hippias*, inquit, *Athenienſis, Nummum apud Athenienſes legitimum uſu interdixit, & cum ejus pretium taxaſſet, ad ſe referri juſſit.* In Græco τάξας δὲ τιμήν. *L'ayant taxé à un certain prix.*

*In litibus quoque.*] Lege: *In litibus quoque Arbitrove cum proſcribitur quoad ei jus ſit ſtatuendi.*

*Taxatio dicitur quæ ſit certa ſumma.*] Idem Juſtinianus qui Novell. 63. & 82. Taxationem definit ῥητὴν ποσότητα ὁριζομένην παρὰ τοῦ δικάζοντος. *Certam quantitatem à judice præfinitam, taxatam.* Inde Gloſſarium: *Taxatio*, ποσότης.

*Qui taxatores dicuntur.*] Hic etiam fruſtra eſt Feſtus



Digitized by Google

PAULUS. Taxat, & taxatio à verbo tango dicuntur. unde & taxatores à ſcenicis dicuntur, quia alterutrum maledictis tangunt.

TEGILLUM cuculliunculum ex ſcirpo factum. Plautus: Tegillum mihi aret, id ſi vis, dabo.

FESTUS. Tela proprie dici videntur ea, quæ miſſilia ſunt: ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi τηλόθεν miſſa dicunt, quæ nos eminus. ſicut arma ea, quæ ab humeris dependentia retinentur manibus, quandoquidem non minus in nobis eam partem corporis armum vocari, exiſtimandum eſt.

PAULUS. Temerare, violare ſacra, & contaminare, dictum videlicet à temeritate.

Temetum, vinum. unde temulentus, & temulentia.

FESTUS. Temetum, vinum. Plautus in Aulularia: Qui? quia temeti nihil allatum. Pomponius in decima: Non multi temeti, ſed plurimi. Nonius in duobus doſſenis: Sequimini præminate, ſequere temeti timor. Idem in Funere: agite, exite, temulentiamque tollite. & in Surdo: Filias habeo temulentas, ſed eccas video incedere. Afranius in Conſobrinis: Pol magis iſtius temulentæ futilis.

PAULUS. Tempeſta, tempeſtiva.

## NOTÆ.

ſtus qui *taxatores* ſcenicos dictos putat quaſi inter ſe maledicos. *Taxatores*, verbo poſterioris ſeculi ac parum Latino, iidem fuere qui *deſignatores* à comœdo ac tragœdo deſtinati, & adhibiti ad tribuendas perſonas actorum cuilibet, pro magiſtri arbitrio: & eo quidem delectu, ut interdum nobiliores partes agendas committerent, non eximiis actoribus, quod dignitate aut corporis, aut de re quapiam excellerent, præ principibus actoribus: quibus lubentiſſimis fierent hæc omnia. Quam enim concorditer agerent inter ſe, indicat Tullius prima in Verrem his verbis: *Ut in actoribus fieri videmus, ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſe ſummittere, ut ille princeps, quam maxime excellat.* Non igitur male dicunt Scenici Scenicis cum eos *taxant*: Sed eos ad ſcenæ munera dignius obeunda, opportune, ac ſcienter deſignant & ordinant. Paulus qui hæc non intelligebat lectionem mutavit. *Dacerius.*

*Tegillum.*] Plaut. in Ruden. *Tegillum eho illud mihi unum areſcit, id ſi vis, dabo. Eodem amictus, tectus eodem eſſe ſoleo, ſi pluit. Ant. Auguſtinus.*

*Tegillum.*] Varro apud Nonium, *jugens & volitans milius aquam è nubibus tortam indicat fore ut tegillum paſtor ſibi ſumat.* A *tectum*, *tegulum*, *tegillum.* Genus veſtis à tergo pendentis qua caput pluviæ ac tempeſtatis cauſſa tegebatur. Quæ & *cucullus*, *cucullio*, *cuculliunculus*. male in MS. *Cuculli vinculum.* Locus Plauti eſt ex Rudente act. 2. ſc. 7.

> *Tegillum eccillud mihi unum areſcit, id ſi vis dabo.*

Sed potius *tegillum* eſt à *tegetibus*, quod è ſcirpo, paluſtri herba fieret, ut tegetes. Græcis ψιάθοι φλοίναι, *tegetes ſcirpeæ.* Scirpus eſt φλοῦς. *Dacerius.*

*Tela.*] Vide *arma*. *Ant. Auguſtinus.*

*Tela.*] Servius ad illud 7. Æneid.

> *De ſuper Alcides telis premit.*

*Omne*, inquit, *quod jaci poteſt, telum vocatur, dictum* ἀπὸ τοῦ τηλόθεν. Alii *telum* ab antiquo verbo *telo*, à quo *protelo* expello, ejicio. De armis & telis, vide *arma*.

*Exiſtimandum eſt.*] Schedæ: *Exiſtimandum eſt quam* . . . . . forſan: *quam in equis.* Ait eam partem corporis unde dependent arma non minus in nobis *armum* vocari, quam in equis.

*Temerare.*] Violare ſacra, ſed & ad alia tranſlatum, nam & fœdare, inquinare, corrumpere, &c. Temerare lectum, virginem, fluvios veneno, &c. *Dacerius.*

*Temetum.*] *Sequimini præ. Mi nate ſequere, temeti timor.* Male citatur ab eo, qui duos Doſſenos, quæ eſt Atellana Novii, ineptiſſime pro Fabio Doſſeno Comico accepit, cujus meminit Horatius. *Joſ. Scaliger.*

*Temetum.*] Ex articulo & nomine τὸ μέθυ, *temetum.* Locus Plauti eſt act. 2. ſc. 6.

*Nonius in duobus doſſenis.*] Atellanam ſcripſit Nonius cui nomen *duo Doſſeni*. Sed hi Doſſeni diverſi ſunt à Fabio Doſſenno Comico cujus meminit Horatius Ep. 1. lib. 2.

> *Quantus ſit Doſſennus edacibus in paraſitis,*
> *Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco.*

Verba Nonii ſic emendat Scaliger: *Sequimini præ, mi nate ſequere, temeti timor.* Ego vero: *Sequimini, i præ mi nate, ſequere timeti timor.* Facete paraſitum & heluonem, temeti timorem vocat.

*Tempeſta.*] *Nocte intempeſta.* Vide *intempeſta.*

Tem-

Tempeſtatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.

Templum ſignificat, & ædificium Deo ſacratum, & tignum, quod in ædificio tranſverſum ponitur.

Tenitæ credebantur eſſe ſortium deæ, dictæ quod tenendi haberent poteſtatem.

Tenſa vehiculum argenteum, quo exuviæ deorum ludis Circenſibus in circum ad pulvinar vehebantur.

Tenſam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviæ deorum ludicris Circenſibus in circum ad pulvinar vehuntur. fuit & ex ebore; ut apud Titinium in Barbato; & ex argento. FESTUS.

Tentipellium, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur. PAULUS.

Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur. idem Afranium dixiſſe in Promo. Pro manibus credo habere ego illos tentipellium. Titinium ait Verrius exiſtimare, id medicamentum eſſe, quo rugæ extenduntur, cum dicat: Tentipellium Inducis, rugæ in ore extenduntur. cum ille τεομικῶς dixerit. FESTUS.

Tenus ſignificat finem: ut cum dicimus, hactenus. PAULUS.

Terentum locus in campo Martio dictus, quod eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur.

## NOTÆ.

*Tempeſtatem.*] Vide *intempeſta*. *Dacerius.*

*Templum.*] De templo multa Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Ant. Auguſtinus.*

*Templum.*] Vide contemplari. Pro tigno uſus Vitruvius lib. 7. cap. 7. *Supraque id faſtigium columen cantherii, templa ita ſunt collocanda, ut ſtillicidium tecti abſoluti tertiario reſpondeat.*

*Tenita.*] *Tenitæ*, ve *Tenitæ* à tenendo dictæ ſortium Deæ. Sed fere ignotæ ita ut perpauci eſſent apud veteres, ſi erant aliqui, qui earum aris honorem imponerent.

*Tenſam.*] Aſcon. ad 3. Verr. *Thenſa ſacra ſunt vehicula pompa ordinum & hoſtiarum. Thenſas alii à divinitate dici putabant, alii quod ante ipſas lora tendantur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducunt.* Sed *tenſa* ſcribendum, ſic dictæ autem quia ſtatuæ Deorum quæ *tenſis* ferebantur, velarentur circumquaque linteis ad cubiculi ſeu delubri ſpeciem *tenſis*. Vide Onuphrium Panvinum lib. 11. de Ludis Circenſibus cap. 21. Bullingerum lib. de Circo. cap. 38. *Dacerius.*

*Tentipellium.*] Fallitur Feſtus in quo Verrium reprehendit quod tentipellium in Afranio interpretetur id, quod Græci τεινάντηρον dicunt. cum res aliter eſſe non poſſit. Et Gloſſarium: *Tentipellium*, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. *Joſ. Scaliger.*

*Tentipellium.*] A tendenda pelle. Sed pellem bubulam hoc eſt calceum cum Artorio Feſtus intelligit, quare Calceamentum Ferratum interpretantur. Sed ſine exemplo. nam apud Afranium *Tentipellium* longe aliud eſt, ut mox dicetur. Optime igitur Verrius & Titinnius qui pro medicamento quo rugæ extenduntur, accipiunt. Favent Gloſſæ: *Tentipellium*, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. *Pharmacum adverſus rugas.* Et locus Titinii:

*— — — — Tentipellium*
*Inducis, rugæ in ore extenduntur tuæ.*

Et ita accipi debet ſupra apud Afranium qui urbane dicit quoſdam pro manibus habere tentipellium, quomodo nos hodieque dicimus mulieres quæ ſucco ſplendente ornant genas, pro vultu habere tectorium, *que leur viſage n'eſt que fard.* Subit etiam Afranium comice & novo ſignificatu *tentipellium* dixiſſe pro pelle extenſa, ut innueret eos non manus habere ſed oſſa tantum pelle amicta. Porro medicamina illa quibus facies extendebatur Græci τεταίνοντρα & τετανώματα dixerunt. Inter ea fuit panis caldus & madidus. Juvenalis.

*Interea fœda aſpectu, ridendaque multo*
*Pane tumet facies. — —*

Ubi vetus interpres: *Medicamen ad tendendam faciem vel cutem magis.*

*Tenus.*] Gloſſ. *Tenus*, πέρας, μέχρι. Tenus, *finis, uſque.* Eſtque *Tenus* à τέλος. Finis. *Dacerius.*

*Terentum.*] Vide Sæculares, & Paſcales. Auſon. in Ternario: *Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.* Quæ de equis quadrigariis hic dicuntur, aliena ſunt à ludis ſæcularibus; & fortaſſe ideo acerbe reprehenſa à Feſto. ita enim ait adverſus Verrium, ut opinor. quod quam aniliter relatum ſit, cuivis manifeſtum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Terentum.*] Infra: *Terentum in campo Martio locum ait per d, dicendum fuiſſe, quod terendus ſit ſæcularibus Ditis patris ludis: & teratur ab equis quadrigariis, quorum agilitas æquiparet motus ipſos Lunæ, quod quam aniliter relatum ſit, cuivis manifeſtum eſt.*



Digitized by Google

FESTUS. *Terentum* in campo Martio loc*um Verrius ait ab eo* dicendum fuiſſe, quod Te*rra ibi per ludos* ſæcularis Ditis patris *ita leviter tera*tur ab equis quadrigariis, ut eo*rum levis mo*bilitas æquiparet mo*tus rapidos velocis lunæ*, quod quam aniliter rela*tum ſit, cui*vis manifeſtum eſt.

PAULUS. Teres, rotundus in longitudine.

FESTUS. Teres in longitudine rotundatum. quales aſſeres natura miniſtrat.

Teretinatibus, qui à flumine Terede dicti exiſtimantur, & ſyllaba ejus tertia mutata, & pro Terede Teram ſcribi debuiſſe.

Termentum pro eo, quod nunc dicitur detrimentum, utitur Plautus in Bacchidibus.

PAULUS. Termentum apud Plautum detrimentum.

Termes ramus direptus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber.

Termino ſacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum eſſe putabant. denique Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum, & boves ſacros eſſe.

Terminus, quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, quod nefas eſſe putarent terminum intra tectum conſiſtere.

Termonem Ennius terminum dixit.

FESTUS. Termonem Ennius Græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo: Ingenti vadit curſu, qua redditus termo eſt. & idem: Hortatore bono prius, quam jam finibus termo eſt.

Terſum diem pro ſereno dictum ab antiquis; nec ſe habere rei auctorem ait.

## NOTÆ.

Et hæc fuit ſcriptura Feſti: & jure Feſtus anilem Verrii rationem explodit. *Joſ. Scaliger.*

*Terentum.*] Jure Feſtus Verrii rationem explodit. Terentum enim dictum in campo Martio à Tarento propter Japygium promontorium ſito. Zozim. *ταύτην γὰρ εἶχεν ὁ τόπος προσηγορίαν τοῦ κατὰ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν ὁμώνυμος ὢν Τάραντι. Id ei loco nomen fuit, Tarento propter Japygium promontorium ſito cognomini.*

*Teretinatibus.*] Non leviter fœdatus hic locus. Lego: *Et pro Tereti, Teredi ſcribi debuiſſe.* A Terede, inquit, Fluvio *Teredinates* non *Teretinates* dici debuere. Sed de Terede fluvio nihil mihi compertum.

*Termentum.*] A tero, terimen, termen, ut à moveo, movimen, momen, &c. Verſus Plauti eſt act. 4. ſc. 9.

*Non Pelides termento fuit, praut ego herum expugnabo meum.*

Ubi Salmaſius. Vereor, inquit, ne male olim lectum ſit *termento* pro *tormento*. Per tormentum intelligit arietem quo expugnantur urbes. Pro tormento igitur fuit Achilles Pergamo, quo mœnia ejus quatiebant.

*Termes.*] Ramus direptus, vel ut in MSS. defectus ex arbore neque foliis repletus neque iis deſtitutus. Termes olivæ Horat. Epod. 16.

*Germinat, & nunquam fallentis termes olivæ.*

Ubi vetus interpres: *Termites: dicuntur caules, thyrſi ſeu rami olearum.* Unde Gloſſarium: *Termes dicitur proprie caulis olearum arborum.* Sed Termis de cujuſlibet arboris ramo dictum eſt. Eſt autem à Græco *τέρμις* quod in diviſione agrorum, antequam metæ ponerentur, ramos arborum figerent. *Dacerius.*

*Termino.*] QVEI. TERMINOM. EXARASSIT. IPSVS. ET. BOVEIS. SACREI. SVNTO. *Joſ. Scaliger.*

*Termino.*] Terminorum Deo qui ſub figura termini, hoc eſt, rudis ac informis lapidis vel ſtipitis colebatur. Ovid. Faſt. lib. 2.

*Termine, ſive lapis ſive es defoſſus in agro*
*Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.*

De modo huic ſacrificandi deque ejus ſacris quæ Terminalia dicta. Ibidem Ovid.

*Terminus quo loco colebatur.*] Ovid. II. Faſt.

*Nunc quoque, ſe ſupra nequid niſi ſidera cernat,*
*Exiguum templi tecta foramen habent.*

Servius lib. II. Æn. *Unde in Capitolio ſuperna pars tecti patet, quæ lapidem ipſum Termini ſpectat: Nam Termino non niſi ſub divo ſacrificabatur.*

*Termonem.*] A Græco *τέρμων*, *Termo*, ut ab obliquo *τέρμονος terminus.*

*Terſum diem.*] Id eſt, ſiccum. Tergere enim eſt ſiccare ab Æolico *τέρσω* pro *τείρω*, *ξηραίνω*, ſicco.

Ter-

Terſum diem, ſerenum. Paulus.

Tertium, quartum differre ait à tertio, quarto, quintus: quod, quid factum ſit, ſignificat. Festus.

Teſca loca augurio deſignata. Cicero aſpera ait eſſe, & difficilia. Paulus.

*Teſca Verrius ait* loca augurio deſig*nata*, *quo termin*o finis in terra auguri. *Opilius Aureli*us loca conſecrata ad *augurandum ſcripſ*it, ſed ſancta loca undiq*ue ſepta do*cent Pontificis libri, in quibus *ſcriptum eſt templum*que ſedemque, teſcumque, *ſive Deo ſive Deæ* dedicaverit, ubi eos ac*cipias volentes*, propitioſque. Hoſtius belli *Hiſtrici lib. 1.* pergentis alte ætherias, atque *avia teſca per quæ* volabis templa antiqua *Deum.* *Cicero* vero aſpera, difficilia aditu *dixit*, *cum ait lo*ca aſpera ſaxa teſca tuor, *Accius in Philo*ctetâ. Quis tu es mortalis *qui in deſerta*, & teſqua te adportas loca. Festus.

## Notæ.

*Tertium quartum differre.*] Hic certe locus corruptus eſt: & ea corruptio latet in voce *quintus*, quæ hic locum habere non poteſt. Suſpicor ſcriptum fuiſſe per abbreviationem *qm tpus* pro *quom tempus*. Et verum eſt. Lege modo *Tertium quartum differre ait à tertio, quarto, quom tempus, quo quid factum ſit, ſignificat.* Ait *Tertium* differre *à tertio*, quod *tertium* ſignificet tempus. Idque egregie illuſtrant verba iſta M. Varronis ex libro diſciplinarum V. *Alind eſt quarto pratorem fieri, & quartum: quod quarto locum adſignificat, ac tres ante factos: Quartum tempus adſignificat & ter ante factum. Igitur Ennius recte conſcripſit: Quintus pater quartum fit conſul. Et Pompeius timide, quod in theatro ne adſcriberet conſul tertium aut tertio, extremas literas non conſcripſit.* Vide Gellium lib. 1. cap. 1. *Dacerius.*

*Teſca.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Loca quadam agreſtia, quod alicujus dei ſunt, dicuntur teſca. nam apud Attium in Philoctete, Lemnia. quis tu es mortalis, qui in deſerta, & teſca te apportes loca?* & poſtea. *quare heic qui teſca dixit non erravit. neque ideo quod ſancta, ſed quod ibi myſteria fiunt, ac tuentur, tueſca dicta, poſt teſca.* & poſtea. *quare à tuendo & templa, & teſca dicta.* Ex his magnam partem verborum Feſti intelliges. *Ant. Auguſtinus.*

*Teſca.*] Teſca dicunt loca augurio deſignata: quo termino finitur terra augurii. Opilius Aurelius loca conſecrata deo alicui, non ut templum ſit, ſed ſancta loca, undique ſepta, ut aiunt Pontificii libri, in quibus ſcriptum eſt: LOCVMQ. SEDEMQ. TESCVMQ. ALIQVOI. DEO. DEDICAVERIT. VTEI. DEOS. ACCIPIAT. VOLENS. PROPITIOSQ. Hoſtius belli Iſtrici lib. . .

*Per gentis alte ætherias, ac teſqua volabis*
*Templa antiqua Deum.* ———

Quidam explicavere aſpera, difficilia aditu. Attius: *loca aſpera, ſaxa teſca tuor*, Et in Philoctetâ:

*Quis tu es mortalis, qui in Lemni teſca te adportas*
Loca? Gloſſarium: *Teſqua*, ſive *Teſca*, κατάκρημνοι, ϗ ῥάχεις, ϗ ἔρυμνοι τόποι. Verba Teſquorum, ſeu templorum dedicandorum ex veteri formula traduntur à Varrone. TEMPLA. TESCAQ. INCITA. SVNTO. QVAAD. EGO. CASTE. LINGVA. NVNCVPAVERO. OLLA. VETER. ARBOR. QVISQVIS. EST. QVAM. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM. TESCVMQ. ESTO. IN. SINISTERVM. OLLA. VETER. ARBOR. QVIDQVID. EST. QVOD. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM. TESCVMQ. ESTO. IN. DEXTERVM. INTER. EA. CONRECIONE. CONSPITIONE. CORTVMIONE. VTEIQ. RECTISSVME. SENSI. *Joſ. Scaliger.*

*Teſca.*] Ait ex Verrio & Opilio Aurelio Teſca eſſe templa hoc eſt ſpacia Augurio deſignata intra terminos ubi finis ſit auguri. Deinde ex Pontificalibus libris Teſca dici loca ſancta quæ undique ſepta ſunt, hoc eſt templa ſive Dei ſive Deæ. Tandem ex Cicerone & Accio Teſca eſſe loca aſpera & difficilia aditu. De templo auguris Varro lib. 6. de L. L. *Templa Teſcaque incita ſunto; quoad ego caſte lingua nuncupavero, &c.* De templo ſive Dei ſive Deæ, idem Varro ibidem, ſed contra Pontificios libros negat teſca quod templa ſint, ideo eſſe etiam ſancta: ejus verba ſunt: *Quod addit templa ut ſunt dextra; aiunt ſancta eſſe, qui gloſſas ſcripſerunt, id eſt falſum. Nam Curia Hoſtilia templum eſt, & ſanctum non eſt; ſed hoc ut putarent adem ſacram eſſe templum & ſanctum eſſe; quod in urbe Roma pleraque ades ſacra ſunt templa, eadem ſancta, & quod loca quadam agreſtia, quod alicujus Dei ſunt dicuntur teſca. Nam apud Actium in Philocteta, Lemnia Quis tu es mortalis qui in deſerta & teſca te adportes loca? loca enim qua ſunt deſignat cum dicit Praſtolare* (optime Fulvius Urſinus *Ephaſti lares*) *& celſa Cabirum delubra tenes, Myſteriaque priſtina caſtis concepta ſacris.* Et paulo poſt: *Quare hic qui Teſca dixit, non erravit. Neque ideo quod ſancta, ſed quod ibi myſteria fiunt ac tuentur, Tueſca dicta poſt teſca.* Ubi ut vides Accii verſum aliter Varro accipit quam Feſtus, ibi enim Teſca agreſtia quidem & deſerta loca interpretatur, ſed quæ tamen Dei alicujus ſint, & revera erant *teſca* illa loca undiquaque nemoroſis collibus cincta ubi Volcani fiebant myſteria, quæ quia prærupta & aditu

PAULUS. Teſticulari eſt jumentis maribus feminas, vel mares feminis admovere. licet alii dicant teſtilari.

Tetini pro tenui.

FESTUS. Thaleæ nomen dictum, alii ab ætatis flore aiunt, alii quod carmina ſemper floreant.

Themin deam putabant eſſe, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, eamque id eſſe exiſtimabant, quod & fas eſt.

PAULUS. Thiaſitas, ſodalitas.

Thomices Græco nomine appellantur canabi impoliti, & ſparto leviter tortæ reſtes, ex quibus funes fiunt. pulvilli quoque quos in collo habent, ne à reſtibus lædantur, thomices vocantur.

FESTUS. *Thomices Græco* nomine appellantur *canabi impoliti*, & ſparto leviter tortæ *reſtes*, *& quibus funes* fiunt. Lucilius: Videmus *vinctum Thomice* cabina. Opilius Aure*lius ait mollem* pulvillum, quem in *collo habent*, *reſtis ne læ*dat tomicem vocari.

## NOTÆ.

tu difficilia, inde quævis alia loca præcipitia & aſpera Teſqua etiam dicta. Utramque ſignificationem amplectitur Gloſſarium: Teſqua, ſive Teſca, *κατάκρημνοι κὴ ῥάχεις κὴ ἔρυμοι τόποι. Teſca, præcipitia & munita & ſepta loca.* Supra in verbis Pontificalibus emendabis: *Templumque ſedemque Teſcumque, ſive Deo ſive Deæ dedicaveris, ibi eos accipias volentes propitioſque.* Verſus Hoſtii:

*Per gentes alte athereas atque avia teſca.*
*Perque volabis templa antiqua Deum.*

At Scaliger:

——— ——— *perdiu gentes*
*Aliger Æthereas atque idem teſca volabis*
*Templa antiqua Deum.*

Putabam ego vocem *templa* ad explicationem vocis *teſca* huc irrepſiſſe, adeoque legendum:

*Per gentes alte Æthereas & celſa volabis*
*Teſca antiqua Deum.*

Ubi *teſca* vocat ſpacia cœleſtia, quæ alii templa. Ennius 1. Annal.

*Unus erit quem tu tolles in cærula cœli*
*Templa.*

Superiuſque illud hemiſphærium intellige, quod templum teſcumque dicitur quia undique, ut Nævii verbis utar, æthra cærula ſeptum eſt.

*Hoc ubi æthra cærula ſeptum ſtat hemiſphærium.*

Verſus Accii ex Varrone Scaliger.

*Quis tu es mortalis qui in deſerta Lemnia*
*Et Teſca te adportas loca.*

Teſca, à Græco *δάσκια*, *umbroſa.*

*Teſticulari.*] A Teſticulis.

*Tetini.*] Ab antiquo *teno* pro *teneo* præteritum *tetini*, pro *tenui.* ſupra *puriſſime tetinero:* pro, *puriſſime tenuero.*

*Thaleæ.*] Leg. Thalia, *Θάλεια* à *θάλλω*. Vel quod ejus laus ſemper floreat, vel, quod Plantas floreſcere faciat & germinare, unde eam etiam colebant ruſtici. Ut eſt apud Plutarchum. Vel ut Fulgentius lib. 1. Mytholog. *Quarta* (muſa) *θάλεια*, *id eſt capacitas, velut ſi dicatur, τιθεὶς θάλλεισιν id eſt, ponens germina.* Emenda *τιθεῖσα θάλεισιν.*

*Themin.*] Nam Græce *θέμις*, jus & fas. Hæc templum habuit ad Cephiſum Bœotiæ fluvium.

*Thiaſitas.*] *Thiaſus*, Gr. *θίασος* proprie Bacchantium turba, hinc *θιασῶται*, *χορῶται*, qui una exercent choros. Et *Thiaſitas*, tripudiantium, Bacchantium, convivarum, &c. ſodalitas. Sed mihi in mentem venerat ſcripſiſſe Feſtum *Thiaſotas*, *ſodales*. Quod poſtea & Voſſio in mentem veniſſe didici. Etſi *Thiaſitas* libri omnes. *Dacerius.*

*Thomices.*] Verba Lucillii ita legito: *indimus eis tomices canabinas.* Reliqua ſunt in Epitoma. Græcum eſſe ait, *θώμιγγες* ſcilicet. Veteres dicebant *tumiculas*, & *tumiclas*. Apuleius libro 8. *Et ilico me tumicla ſpartea deligatum tradidit Philebo.* Ita legendum, non, ut vulgo, tumida ſpartea. Nam *tumex* potius, quam *tomex* dicebant. Plautus Mercatore:

*Quia negotioſi eramus nos noſtris negotiis,*
*Armamentis complicandis, componendis tumicibus.*

Male hodie in Plauto, componendis ſtuduimus: Sed de eo amplius in editione Plautina. Etiam tumicem pro vibice uſurpabant. Gloſſarium: *Tumex*, *σμῶδιξ. αἱματώδης τύπος.* Sed tunc Latinum eſt, à *tumendo* ſcilicet. *Joſ. Scaliger.*

*Thomices.*] Thomix à Græco *θώμιγξ* quod Heſychius interpretatur *λεπτὸν σχοινίον*, *minutum funem.* Vitruv. lib. 7. cap. 3. *Tomice ex ſparto Hiſpanico religentur.* Sed melius Thomice cum aſpiratione.

Loc

Digitized by Google

Thræces gladiatores à ſimilitudine palmularum Thraciarum. PAULUS.

Throcum genus ſellæ habetur apud Plautum.

Thymbræus Apollo à monte Thymbræo dictus, qui eſt in agro Trojano.

Thymbræum Apollinem Vergilius à monte Thymbræo appellavit, qui eſt in agro Trojano. FESTUS.

Tiberis fluvius dictus à Tiberino Rege Albanorum, quod in eo cecidiſſet. vel Tiberis à Tiberi Rege Tuſcorum. PAULUS.

Tibicines in ædificiis dici exiſtimantur à ſimilitudine tibiis canentium, qui ut canentes ſuſtineant, ita illi ædificia.

Tifata iliceta, Romæ autem Tifata Curia. Tifata etiam locus juxta Capuam.

Tigillum ſororium.

Tignum non ſolum in ædificiis, quo utuntur, appellatur, ſed etiam in vineis, ut eſt in duodecim: tignum junctum ædibus, vineæque, & concapu, ne ſolvito. FESTUS.

## NOTÆ.

Locus Lucilii ſic corrigendus eſt: *Vidimus vinctum thomice canabina.* Opilii Aurelii ſententiam ſecutus Perottus. Sed male *tomicum* vocat, *tomicus*, inquit, *reſtis è canabo ſive ſparto leviter torta, ſive pulvillus apponi ſolitus è conciſo carnarum cannabi, ne reſtis lædatur.* Illud etiam intereſt quod Perottus pulvillum intelligit funibus circumdatum ne frequenti colliſione lædantur. Aurelius vero pulvillum quem in collo ponunt animalibus, ne reſte lædatur.

*Thraces.* ] Malim *Threces.* Et ab armis dictos Threces gladiatores ait quin parmæ, Thracia arma. Gloſſ. *Parma*, θρακικὸν ὅπλον. Sed potius ſic dicti quia primi ex ea gente erant.

*Throcum.* ] Lege *Thronum* ut habent quidam codd. Thronus, θρόνος. Sella. Sive potius *Thocum* cum Meurſio, à Græco θῶκος. Suid. θῶκος, θρόνος, καθέδρα.

*Thymbreus.* ] Potius à Thymbra urbe Troadis Euſtath. in Homer. Vide Heſych. in θύμβρα. Locus Virgilii quem Feſtus intelligit eſt è 3. Æneid.

*Da propriam Thymbrae domum, da mœnia feſſis.*

*Tiberis.* ] Vide *Albula.*

*Tibicines.* ] Columellæ quibus tecta fulciuntur. Juvenal. Sat. 3.

*Nos urbem colimus tenui tibicine fultam.*

*Tifata.* ] Tifata ſunt iliceta, nemora, Curia Tifata: quæ domum Curii ornabant. Vide *Curii fana* & *Mancini fana.* De Tifata monte urbi Capuæ imminente Livius lib. 7. ſect. 29. *Tifata imminente Capua colles quum præſidio firmo occupaſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifataque interjacet.*

*Tigillum ſororium.* ] Vide *ſororium.* *Dacerius.*

*Tignum.* ] Lex. 12. TIGNOM. IVNCTOM. AEDIBVS VINEAEQVE. CONCAPES. NEI. SOLVITO. Primæ notæ Grammatici multa ſtudioſe in hujus loci interpretationem contulerunt. Sed omnes, quod libere dicam, peccarunt priſcæ Latinitatis non dicam ignorantia, ſed oblivione. *Concapes* rectum eſt, ex antiqua ſcriptura, *Concapet.* Tignum recte Theophilus πᾶν ξύλον ἐργάσιμον. Et tunc junctum ædibus, ædificiove dicitur. at *concapes* vineæ tantum dicitur, quia habeat caput ſuum cum capite vineæ commiſſum. *Caput vineæ* eſt radix ipſa, Virgilio, Columellæ. Significat ergo depactum, ac defixum terræ ad vineam ſuſtinendam. *Concapes*, ut *Procapes*, de quo ſupra, à quo capite multi deſcendunt. *Primicapes*, *præcapes*, *deincapes*, *ancapes.* Poſtea dictum, *Primicipes*: *Præcipes*, Plauto, & aliis: *Deincipes* Apuleio. *Ancipes* Plauto & aliis. Hodie, Princeps, præceps, deinceps, anceps. Sic *formucapes* ſupra, *formicipes*, *forcipes.* Quæ omnia erant ἰσοσύλλαβα, quia retinebant formam ſuam: *præcipem*, *ancipem*, *deincipem.* At περιττοσύλλαβα cum ſunt, tum non formam veterem, ſed compoſitionem ſequuntur. Sunt enim à ſimplici CAPVT: præcipitem, ancipitem. Sic *Terticapes*, *quinticapes* dicebant. In ſacrariis Argeorum; CEROLIENSIS. QVARTICAPES. CIRCA. MINERVIOM. Item: OPPIVS. MONS. PRINCAPES. LVCOM. ESQVILINOM. LVCOM. FAGVTALEM. SINISTRA. SVB. MOERVM. EST. & cætera. Igitur & hic *concapes* eleganter eadem forma. Non longe ab hoc abludit verbum fictum à Seneca, *grandiſcapia*, epiſtola 88. *omnes autem*, inquit, *iſtas arbores quæ, ut ita dicam, grandiſcapia ſunt, ait aqua adjuvandas ciſternina.* Nam hic Grandiſcapiæ arbores ſunt, quæ grandi capite, hoc eſt radice, ut jam diximus. Quæ lectio in vulgarib. Senecæ editionib. non extat, ſed in abſtruſis & reconditis: quas multas eruit doctiſſ. Nicolaus Faber ex vetuſtiſſ. exemplarib. Quod ſi quis non capit, quid ei cum 12. Tabulis, ac Romana antiquitate? Sane huic generi hominum ego hæc non ſcribo. Ne quis vero miretur in vetere codice ſcriptum *concapet*, pro *concapes*, hoc eſt T, pro S: ſciat ſæpius ad hunc modum peccatum eſſe in eo libro. ut in Topper, *viret*, pro *vires*: & in aliis locis. *Joſ. Scaliger.*

*Tignum.* ] Sed quidquid ille dicat, *grandiſcapia* arbores

PAULUS. Tinia, vaſa vinaria.

Tippula beſtiolæ genus ſex pedes habentis, ſed tantæ levitatis, ut ſuper aquam currens non deſidat. Plautus: Neque tippulæ levius pondus eſt, quam fides lenonia.

Titienſis tribus à prænomine Tatii Regis appellata videtur. Titia quoque curia ab eodem Rege eſt dicta.

Titinnire, & titinnabunt Nævius dixit pro ſonitu tintinabuli.

FESTUS. Titinnire eſt apud Nævium hoc modo: Tantum ubi molle crepitum faciebant, titinnabant compedes. & apud Afranium: Oſtiarii impedimenta tinnire audio.

Titivillitium nullius ſignificationis eſt, ut apud Græcos βλίτυρι & σκινδαψός. Plautus: non ego iſtud verbum empſitem titivillitio.

# NOTÆ.

bores apud Senecam non à grandi capite, ſed à grandi ſcapo. *Dacerius.*

*Tinia.*] Malo Tinæ. vide primum Conjectaneum. *Joſ. Scaliger.*

*Tinia.*] Tinas vocat Varro de vita pop. R. lib. 1. *Antiquiſſimi in conviviis utres vini primo, poſtea tinas ponebant.* *Dacerius.*

*Tippula.*] Plaut. in Perſa. *Neque levius tippula* &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Tippulla.*] Compilator Gloſſarum veterum uſus eſt codice depravato. *Timulus*, ἐφυδρὶς, ἑξάπουν ἐπινηχόμενον τῷ νώτῳ. Tippullam enim intelligit. *Joſ. Scaliger.*

*Tippula.*] Gloſſarium: *Tippula*, ἐφυδρὶς, ἑξάπουν ἐπινηχόμενον τῷ νώτῳ. *Beſtiola aquatica habens ſex pedes aquæ ſuperficiei innatans.* Gaza perperam ἀσκαρίδας vertit *tippullas*. Siquidem *tippullæ* non ſunt vermes, ſed potius aliud inſecti genus, quod ſemper in rivis & fontibus viſitur, ſumma celeritate ſuperficiem aquæ percurrens; quas vulgus Aquitanum & Accolæ Garumnæ *capras* vocant. Itaque dicta ſunt παρὰ τὰ τίφη, τίφη enim τὰ ἕλη, paludes, lacus: Itaque Varro:

*— — — — — — levis*
*Tippula lymphâν frigidos tranſit lacus.*

Scaliger in conjectaneis ad Varronem. Verſus Plauti eſt è Perſa act. 2. ſc. 2.

*Neque tippula levius pondus eſt, quam fides lenonia.*

Sed qui ſic emendandus:

*Neque tippula levius pondus eſt quam fide lenonia.*

Nam *fide* antiqui pro *fidei*.

*Titienſis.*] Quæ & *Tatienſis* à Tito Tatio. *Dacerius.*

*Titinnire.*] Afranii verſus refertur à Nonio, ex Vopiſco. *Titinnire janitoris impedimenta audio.* *Ant. Auguſtinus.*

*Titinnire.*] Veteres editiones *Tintinare*. & ita Catullus in manu ſcripto: *Tintinant aures: gemina teguntur Lumina nocte.* & Nævii verſus, quem citat, non aliter habet.

*Tantum ubi molle crepitum facient, tintinabunt compedes.*

Dictum apparet ab eo, qui ſervis interminabatur vincula, & compedes, ſi vel minimum ſtrepitum edidiſſent. *Molle crepitum*, ἀρχαϊκῶς mutatum genus. In Afranii verſu oſtiarii impedimenta quæ ſint, aperiet Ovidius:

*Janitor immitis dura religate catena.*

*Joſ. Scaliger.*

*Titinnire.*] Schedæ *Tintinnare*, vel *Tintinare*, ut apud Catullum *Tintinant aures*.

*Tantum ubi.*] Hunc verſum Nævii ſic Scaliger.

*Tantum ubi mollè crepitum facient, tintinabunt compedes.*

Dictum apparet ab eo, qui ſervis interminabatur vincula, & compedes ſi vel minimum ſtrepitum edidiſſent. *Molle crepitum*, pro *mollem* mutato genere, ut ſolebant antiqui. Sed mihi commodum aliud in mentem venit, nempe: *Tantum ubi mola crepitum faciebant, tintinabant compedes.* Et ſane *mola* in Schedis exaratum. Ait cum tantillum ſtrepitum edebant molæ, Servorum qui illas verſabant, compedes tintinabant. Et *crepitum* vocat Nævius quem *ſtrepitum* Ennius. *Quo nunc me ducis: Ubi molarum ſtrepitum audibis maximum.*

*Oſtiarii impedimenta.*] Nonius in *Titinire* hunc Afranii locum ſic laudat: *Afranius Vopiſco: Titinnire janitoris impedimenta audio.* Sed Feſtum ſequi malo: per oſtiarii impedimenta Catenas intellige: Ovidius.

*Janitor immitis dura religate catena.*

*Dacerius.*

*Titivillitium.*] Græca verba ex Ammonio reſtituit Fulvius noſter. Plaut. in Caſina. Vide Fulgen. Placiad. *Ant. Auguſtinus.*

Titi-

Tituli milites appellantur, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. unde & Titi prænomen ortum eſt.

Todi genus avium parvarum. Plautus: Cum extortis talis, cum todillis cruſculis. Paulus.

Todi ſunt *aves parvæ, & todilli*, quarum meminit Plautus in Syro *cum ait*, *cum extritis* talis, cum todillis cruſ*culis.* Festus.

Togatarum *duplex eſt genus*, *prætextarum h*ominum faſtigi, quæ *ſic appellantur*, quod togis prætextis rem*p. adminiſtrarent*, tabernariarum, quia *hominibus* excellentibus etiam humile*s permixti*, *ut ſunt p*lagiarii, ſervi denique, & *cauponæ ex taber*nis honeſte prodeant *perſæpe.*

Tolerare, patienter ferre. Attius in Neoptolemo: Aut quiſquam potis eſt tolera-

## NOTÆ.

*Titivillitium.*] Inter ea cenſendum quæ Græci Critici vocant ἐπιφθεγματικὰ, Latini veteres *effutilia. Joſ. Scaliger.*

*Titivillitum.*] Vox nullius ſignificationis, quales Græci vocant ἐπιφθεγματικὰ Latini veteres *effutilia.* At Fulgentius Placiades *Titivillitium*, inquit, *dici voluerunt fila putrida quæ de telis cadunt.* Quare ſuſpicor ſcripſiſſe Fulgentium *telivillitium* à *tela* & *villus.* At Turnebus lib. 16. adverſ. cap. 3. *Textivillitium* ut ſit compoſitum ex *textu* & *vilitate.* Verſus Plauti quem Feſtus refert eſt è Caſin. act. 2. ſc. 5. Sed pro *empſitem* legitur *emiſſim.*

*Ut apud Græcos βλίτυρι & σκινδαψός.*] Βλίτυρι eſt χορδῆς μίμημα, *chordæ imitatio*, adeoque pro nugis & rebus nihili ſumitur. Sed τοῦ σκινδαψὸς non eadem eſt ratio, eſt enim vel inſtrumentum muſicum, vel plantæ genus ſimilis hederæ apud Nyſam in India, quare inter effutilia reponi non poteſt. Sed legendum σκινδαλμὸς, id eſt aſſula, ſegmentum ex calamo fiſſo. Schol. Ariſtophanis: σκινδαλμοὺς, τὰ τῶν καλάμων ξύσματα καὶ τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων. Id eſt, *Calamorum ſegmenta & lignorum minutiſſima.* Et pro nugis apud Ariſtophanem ſumitur in Ranis.

*Tituli.*] Quaſi *tutuli*, à *tutando.* Sed potius ut Jul. Scalig. lib. 1. de re Poet. cap. 9. à τίω. Vel ut Voſſ. à πτίω quod per reduplicationem à τίω. Heſych. πτιῇ, τιμᾷ. *Dacerius.*

*Todi.*] Mirum eſt & hic & ſuperius Plautum in Sy..... citari, cum alibi citet conjunctim cum illo verſu: *Diobolares ſchænicolæ, miraculæ.* quem verſum manifeſto alii citant ex Ciſtellaria. quod perperam eſt pro Clitellaria. *Joſ. Scaliger.*

*Todi ſunt.*] Vide *Crocotilum* & *Succrotila. Dacerius.*

*Togatarum.*] Videtur oſtendere Feſtus differentiam inter prætextatas, togatas, & tabernarias comœdias. niſi forte velimus dicere, togatas eſſe dictas, ut differant à palliatis, quæ ſint ex argumentis urbanis; nam palliatæ ſunt Græcarum fabularum. Togatarum autem alias eſſe prætextatas ingenuarum perſonarum; alias vero tabernarias vilium perſonarum. togis enim prætextis utebantur ingenui pueri, ac puellæ: in tabernis vero verſabantur ſervi plagiarii, ut Feſtus ait, & alii humilis conditionis viri, ac mulieres. Vide *Prætexta. Ant. Auguſtinus.*

*Togatarum.*] Togatarum privatum argumentum eſt, quia hominum faſtigia quædam ſunt. Prætextatarum publicum, quod togis prætextis remp. adminiſtrent. Tabernariarum, quia perſonis excellentibus etiam humiles miſtæ, caupones, plagiarii, ſervi denique & lenones in tabernis honeſte prodeant, miſtum argumentum eſt. Eleganter hæc Feſtus, & dolendum erat nos eis diutius carere. *Joſ. Scaliger.*

*Togatarum.*] Quanti momenti ſit hic locus hinc exiſtimandum eſt quod abſque eo in magna fabularum ignorantia verſaremur. Nam Grammatici ita perplexe, intricate earum genera tradidere ut eorum ope nemo adhuc ex hoc argumento, ſeſe extricare potuerit. Immo etiam & per eos viri doctiſſimi ſæpiſſime in errorem præcipites dati dum *togatas* à *prætextatis*, & *Tabernariis* diverſas ſomniarunt. *Prætextata* & *Tabernaria*, nihil aliud ſunt quam *togata*, ut nos docet hic Feſti locus. Neque *prætextata*, vere tragœdiæ ſunt, ut volunt viri docti. Prætextatæ, *togatæ* dictæ quod magiſtratus, & patricios, qui togis prætextis utebantur, producerent in ſcenam. *Tabernariæ* vero *togatæ*, quod cum tabernis ſcenæ diſponebantur, ita ut inter viros excellentes, patricios interdum & plebeios, quorum erat toga, plagiarii, ſervi & cauponæ è tabernis ſæpiſſime prodirent. Ab his diverſa aliquatenus *atellana*, quamvis etiam & *togata.* Quæ Græcorum Satiram imitata, ut & *planipes*, quæ Græcorum mimos. Sed quia notulas ſcribimus de ſingulis olim pluribus agemus, modo Deum illum Opt. Max. propitium & faventem experiamur. Supra in verbis Feſti: *prætextatarum hominum faſtigi: faſtigi* pro *faſtigii.* Interpretor: *Prætextatarum quæ ſunt hominum faſtigii.* Id eſt: *hominum qui ſunt faſtigium*, τὸ ἄκρον. *Prima virorum. Dacerius.*

*Tolerare.*] Verſus Ennii:

*Ferro cadere ſe, quam dictis his toleraret.*

*Joſ. Scaliger.*



Digitized by Google

re acritudinem. Ennius libro ſecundo: Ferro ſecedere, quam dictis his toleraret.

Toles, tumor in faucibus, quæ per deminutionem tonſillæ dicuntur.

Tolleno eſt genus machinæ, quo trahitur aqua alteram partem prægravante pondere, dictus à tollendo.

PAULUS. Tongere noſſe eſt: nam Præneſtini tongitionem dicunt notionem. Ennius: Alii rhetorica tongent.

FESTUS. *Tongere Ælius Sti*lo ait noſcere eſſe, *quod Præneſtini tongi*tionem dicant pro no*tione. ſignificat & la*tius dominari. Ennius: *alii Rhetorica* tongent. & vincere *etiam quandoque* videtur ſignificare.

Tonſam Ennius ſignificat remum, quod quaſi tondeatur ferro, cum ait libro ſeptimo: Poſte recumbite, veſtraque pectora pellite tonſis. item: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas. & in Aſota: Alius in mari vult magno tenere tonſam.

PAULUS. Tonſa, remus, quod quaſi tondeatur ferro. Ennius: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas.

Tonſilla palus delatus in acumen. & cuſpide præferratus, qui navis religandæ cauſa in littore figitur. Attius: Tacete, & tonſillas littore in læda edite.

FESTUS. *Tonſillam* eſſe Verrius palum dolatum *in acumen &* cuſpide præferratum ut exiſt*imat*,

## NOTÆ.

*Tolerare.*] Tolero ab antiquo *tolo*, quod à τελῶ, *Suſtineo*. In verſu Acci. *Aut* eſt pro *haud*. Ennii verſum varie varii emendant: Duza ſcripturam Feſti ſequitur, additque eodem modo dictum: *Aquila roſtro pectus ſeciderat. Dacerius.*

*Toles.*] Gloſſæ: *Tola, tolia, tonſilla*, παρίσθμια. Ab eo *Tolarius*, πλοιονοτρόφος. *Joſ. Scaliger.*

*Toles.*] Quæ & Tolæ: Gloſſarium, Tolæ, παρίσθμια. Item: Tonſillæ, παρίσθμια. παρίσθμια autem glandulæ faucium, nam ἰσθμὸς, dicuntur *fauces*, quia in modum iſthmi inter os & gulam interjectæ ſunt. *Dacerius.*

*Tolleno.*] Vide *Reciprocare. Ant. Auguſtinus.*

*Tolleno.*] Trabs quæ ſuper alteram humi defixam tranſverſa deligatur, ita ut ab altera parte prægravante pondere modo ſuſtollatur, modo deorſum agatur. Græce κηλώνιον. Unde & Celonia dixit Plautus Pœnul. act. 5. ſc. 3.

*Sunt Græca Celonia, ſuſtolli ſolent.*

Eſtque *tolleno*, non à tollendo, ſed ab obliquo κήλωνος, quaſi *coleno*. Et *c* in *t* toleno. *Dacerius.*

*Tongere.*] *Tongere Ælius Stilo ait noſcere eſſe; cum & Præneſtini tongitionem dicant pro notione. ſignificat etiam latius dominari. Ennius: Alii rhetorica tongent. & vincere quandoque videtur ſignificare.* Hæc fortaſſe Feſtus. *Ant. Auguſtinus.*

*Tongere.*] *Tongere Stilo ait noſcere eſſe: quia Præneſtini tongitionem dicant pro notione: ut. Tongitione potius dominari. Ennius: Alii rhetoricam tongent, & vincere volunt. norunt videtur ſignificare. Joſ. Scaliger.*

*Tongere.*] Gloſſarium Fornerii: *Tongere*, εἴδειν *Ennius in* 18. *Lucilius in* 23. Illud non legerat Scaliger qui putavit hoc fragmentum eſſe ex Sotadico Ennii. *Tongeo* Voſſius ait eſſe à *teneo* quod *noſco*, *vinco* & *dominor* aliquando ſignificat. *Dacerius.*

*Tonſam.*] Vide in appendice Conjectaneorum. *Joſ. Scaliger.*

*Tonſam.*] Gloſſarium: *Tonſa*, κῶπαι. Id eſt, *remi*. Sed à *tundendo*, non à *tondendo*, ut vult Feſtus, quia illis aqua tunditur.

*Poſte recumbite.*] Lego:

*Pone recumbite veſtraque pectora pellite tonſis.*

Ita ut mos & geſtus remigum exprimatur. Sic intra *pone petunt*, &c.

*Et in Aſota.*] *Aſotam* ſive *Aſotum* Ennii laudat etiam Varro lib. 4. de L. L. Sed monuit Scaliger legendum non *in Aſota*, ſed *in Sotadico*. Nam *Sotadicum* ſcripſit Ennius. *Aſotam* vero ſive *Aſotum* Cæcilius. *Dacerius.*

*Tonſilla.*] Attii carmen mendoſum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Tonſilla.*] *Tonſillam ait eſſe Verrius palum dolatum in acumen, & cuſpide præferratum, ut exiſtimant quidam, cum figitur in littore navis religandæ cauſſa. Pacuvius in Medo. Acceſſi ad eam, & tonſillam pegi lævo in littore. Idem in Phinidis: Tacete, & tonſillas littore in lævo edite. Joſ. Scaliger.*

*Tonſillam.*] Aliter Iſidorus lib. 19. cap. 11. *Tonſilla*, inquit, *uncini ferrei, vel lignei ad quos in litore defixos navium funes religantur.* Sed melius Feſtus ſive Verrius.

Ac-

*que*m configi in litore navis re*ligandæ* cauſa. Pacuvius in Medio: Acceſ*ſi ad* eam, & tonſillam pegi læto in littore. *Accius* in Phinidis: Tacete, & tonſillas littore læda edite.

Topper ſignificare ait Artorius cito, fortaſſe, celeriter, temere, cito, ſic in Nelei carmine: Topper fortunæ commutantur hominibus. citius. Sic C. Nævius: Capeſſet flammam Volcani topper. ſic in eodem: Namque nullum pejus macerat humanum, quamde mare ſævum viret cui ſunt magnæ topper confringent importunæ unde. fortaſſe. ſic Cœlius libro ſeptimo: ita uti ſeſe quiſque vobis ſtudeat æmulari in ſtatu fortunæ reipublicæ, eadem re geſta, topper nihilo minore negotio acto: gratia minor eſſet. fortaſſe. Sic Attius in Io: Topper, ut ſit, patris tunc eicit iras. (Ennius vero ſic.) topper fortaſſe valet in Ennii & Pacuvii ſcriptis. apud Ennium eſt, Topper, quam nemo melius ſcit. Pacuvius: Topper tecum ſit poteſtas faxit ſi mecum velit. At in antiquiſſimis ſcriptis celeriter,

## NOTÆ.

*Accius in Phinidis.*] Vera lectio. Non *Phœniſſis* ut viri docti. Accii Phinidas ſæpe Nonius. Lege:

*Tacete & tonſillas littore in lævo edite.*

Vel *in læto*, ut ſupra apud Pacuvium. In MSS. erat *inleda*, vel *illeda*. *Dacerius.*

*Topper.*] Illa videntur mendoſa. *Ennius vero ſic*, *& in veteri libro habent notam R. litteræ.* In Attii carmine mutat Faernus noſter: patris te ejecit foras. Ex Odyſſia vetere verſus relati ſenarii ſunt magis, quam heroici. ideo ſuſpecti ſunt. *Ant. Auguſtinus.*

*Topper.*] Sic in eodem, hoc eſt, in Nelei carmine, non apud Nævium. Eſt autem egregia Gnome:

*Namque neillum pejus macerat humanum,*
*Quamde mare ſævum. Vires quoi ſunt magnæ,*
*Topper confringent importunæ undæ.*

Sed vereor ne ſit Livii Andronici ex veteri Odyſſea, non Nelei, aut Nævii. Ad verbum enim ex Homero ὀδυσ. θʹ.

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης
Ἄνδρά τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.

& non dubium eſt eſſe ex Odyſſea veteri, ſunt autem verſus Saturnii. *Neillum* autem pro *nihilum*. verba ejuſdem veteris Odyſſeæ: *Topper facit homines veris ſueris*, hoc eſt, verres ſues. ex illo:

——— ——— ——— ἤ κεν ἅπαντας
Ἢ σῦς, ἠὲ λύκους ποιήσεται. ὀδυσ. κʹ.

*verres ſues* dictum conjunctim, ut *rete jaculum*, *lapidem ſilicem*, & ſimilia. Veris non geminato r, qui erat mos illorum temporum, & *facit*, pro *faxit*. ita apud Plautum. & in 12. & PACIT in iiſdem, pro *paxit*. *Topper facit*, vel faxit: ποιήσειεν ἄν. Illa vero: *Topper citi ad ædis venimus Circæ, ſimul duonorum portant ad naves milia.* alia in iiſdem inſeriuntur: potius ſententiam, quam verba Homeri exprimunt:

——— ——— ——— οὐ δ' ἄρα Κίρκην
Ἐξ ἀΐδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν. ἀλλὰ μάλ' ὦκα
Ἦλθ' ἐντυναμένη. ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ
Σῖτον καὶ κρέα πολλὰ, καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.

*Duonorum milia* dixit etiam ex imitatione Homeri, ſed aliis locis, ὀνείατα μυρία. Quare apparet ita, uti poſuimus, legenda eſſe verba Livii. quæ neque ſenarii ſunt, neque Livius aliis verſibus Odyſſ am vertit, quam Saturnio. tantum abeſt, ut deb ant eſſe Hexametri, quod tamen videntur ſentire doctiſſimi viri. Nam ante Nævium nemo adhuc Hexametros Latine ſcripſerat, ne ipſe Nævius quidem. *Joſ. Scaliger.*

*Topper.*] Jul. Cæſar Scaliger lib. 7. de re poet. cap. 1. *Semper, primam producit natura, fuit enim ſemiopere, ſicut toper, toto opere: nuper, novo opere. Significat enim toper cito & expedite. Ita ut opera abſoluta ſit, itaque ſemper ei contrarium eſt, propterea quod ſi quid dimidio tantum opere ſit, id non abſolvitur, ſed continuatur.* Hujus vocis meminit Quintilian. lib. 1. cap. 6. Quod Græci τάχα Latini *topper* dicebant. Τάχα enim & *cito*, & *fortaſſe* ſignificat. Doctiſſimo Guyeto. ut à *nuncper*, *nuper*. Sic à *tuncper*, *tuper*, *toper*.

*Temere.*] Optime Fulvius Urſinus *Mature*. Ex ſequentibus.

*Topper fortunæ.*] *Fortunæ hominibus*, pro *fortunæ hominum*. Hominibus in dandi caſu.

*Sic in eodem.*] Nævio adſcribit Feſtus quæ ſunt Livii Andronici ut optime monuit Scaliger. In verbis autem Livii *topper*, non ſignificat *fortaſſe*, ut notavit Feſtus, ſed *cito*.

*Topper, ut ſit.*] Hunc Accii verſum ex Ione ſic emendabat Fulvius Urſinus.



Digitized by Google

ac mature. in Odyſſia vetere: Topper facit homines utrius fuerint. Topper citi ad ædis venimus Circæ, ſimul duona eorum portant ad navis milia. Alia in iiſdem inveniuntur.

PAULUS. Topper, cito. ut illud Nelei: Topper fortunæ commutantur hominibus.

Torrens & participium, & nomen eſt.

FESTUS. Torrens participialiter pro exurens ponitur, ut eſt apud Pacuvium in Antiopa: flammeo vapore torrens terræ fetum exuſſerit, ſignificat etiam fluvium ſubitis imbribus concitatum, qui alioqui ſiccitatibus exareſcit. quamvis aquam ipſam, quæ fluit, flumen recte dici ait Ælius Gallus libro ſecundo, quæ ad jus pertinent. Ceterum volgi conſuetudine utrumque jam dici flumen, & perennem fluvium, & torrentem.

Torrere à torreo deductum. proprie ſignificat ſiccare, atque arefacere, ſed uſurpatum eſt jam pro eo, quod ſit igne urere. Plautus: (in) una eadem opera in furnum calidum condito, atque ibi torreto.

PAULUS. Torrere à torreo deductum proprie ſignificat ſiccare, atque arefacere. ſed uſurpatum eſt etiam pro eo quod ſit igneſcere.

Torvitas à ferocia taurorum: quaſi tauri acerbitas, eſt vocata.

FESTUS. Torvitas à ferocia taurorum dicta eſt. Pacuvius in Armorum judicio: feroci ingenio torvus, prægrandi gradu. &: cum recordor ejus ferocem, & torvam confidentiam.

Torum, ut ſignificet torridum, aridum, per unum quidem R. antiqua conſuetudine ſcribitur. Sed quaſi per duo R. ſcribatur, pronuntiari oportet, nam anti-

## NOTÆ.

*Topper ut ſit, patris te.' eicit ira.*

Vel:

*Topper, ut fit, pater iſtanc ejecit foras.*

*Topper citi ad navis.*] Hæc ſunt etiam Livii ex Odyſſea. Sed infra pro *inveniuntur*, Schedæ habent *inſerinuntur*, hoc eſt, *inſeruntur*. Unde Scaliger:

*Topper citi ad ædis venimus Circæ*
*Simul duonorum portavit ad naves milia.*
*Alia in iiſdem inſerinuntur.*

Additque hæc potius ſententiam quam verba Homeri exprimere. Quæ ſunt Odyſ. μ'.

——— ——— ——— Οὐδ' ἄρα Κίρκην
Ἐξ Ἀΐδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν. ἀλλὰ μάλ' ὦκα
Ἦλθ' ἐντυναμένη. ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ
Σῖτον καὶ κρέα πολλὰ, καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.

Id eſt. *Neque vero Circem ex inferis redeuntes latuimus, ſed valde celeriter venit feſtinabunda, ſimul autem famulæ ferebant cum ipſa panes & carnes multas & vinum nigrum.* Duonorum millia dixit etiam ex imitatione Homeri, ſed aliis locis, ὀνείατα μυρία. *Duonorum* autem, id eſt, *bonorum*. Et apparet verba Livii ita legenda eſſe, quæ neque Senarii ſunt, neque Livius aliis verſibus Odyſſeam vertit quam Saturnio, tantum abeſt ut debeant eſſe Hexametri, quod tamen videntur ſentire doctiſſimi viri. Nam ante Nævium nemo adhuc Hexametros Latine ſcripſerat, ne ipſe Nævius quidem. *Scal.*

*Torrens.*] Hæc Pacuvii verba intelligit Varro lib. I. de R. R. cap. 2. *Verum enim eſt illud Pacuvii, ſol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo vapore, aut frigore terræ fructus omnes interire.* Nam Varro ſæpiſſime non tam verba ipſa, quam eorum ſenſum repræſentat. Torrens etiam dicitur Fluvius ſubitis imbribus concitatus, & à montibus in valles decurrens, amnis hibernus, χειμάῤῥους, non quod ſiccitatibus exareſcat ut ait Feſtus, ſed non propter rapiditatem exæſtuet. Unde & quilibet alii Fluvii torrentes etiam dicti. *Dacerius.*

*Torrere.*] Plaut. in Caſina. *Una adepol opera in furnum*, &c. *Ant. Auguſtinus.*

*Torrere à torreo.*] Lege: *Torrere à torro.* Et ita in MSS. *Torrus* autem ſive *Torus*, unico *r* ut infra, veteres dicebant pro torrido, aridoque. Eſtque torus à τείρω, *arefacio*, *ſicco*. Locum Plauti infra vide in *Rubidus*.

*Torvitas.*] Nam torve Græci ταυρηδόν. Ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν, ὁρᾶν, *torvè intueri.*

*Torum.*] Pro *torrum*. Ut *toris* dicebant pro *torris*. Vide *torreo*. De Ennio qui primus conſonantes geminavit jam ſupra. *Dacerius.*

*Toxicum.*]

qui nec mutas, nec ſemivocales litteras geminabant, ut ſit in Ennio, Arrio, Annio.

Torum, torridum, aridum. PAULUS.

Toxicum dicitur cervar*ium venenum*, *quo* quidem perunguere ſagitta*s ſoliti ſunt* Cæcilius in Gamo. Ut homin*em* mi*ſerum* toxico tranſegerit. Afran*ius in* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . uxorium iſtud toxicum mitt*ite* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Trabica navis, quod ſit trabibus confixa. Pacuvius: labitur trabica in alveos. PAULUS.

Trabs proprie dicitur duo ligna compacta.

Trachali appellantur muricum ac purpuræ ſuperiores partes. unde Ariminenſes maritimi homines cognomen traxerunt Trachali.

Tragula genus teli, dicta, quod ſcuto infixa trahatur.

Tragus, genus conchæ mali ſaporis.

Tranſtra, & tabulæ navium dicuntur. & tigha, quæ pro pariete in parietem porriguntur.

Trepit, vertit. unde trepido, trepidatio, quia turbatione mens vertitur.

Tributorum conlationem cum ſit alia in capite, alia ex cenſu, dicitur etiam quod-

## NOTÆ.

*Toxicum.*] Toxicum dicitur cervarum venenum, quo quidam perungere ſagittas ſolent. Hoc exemplis Cæcilii, & Afranii confirmat Feſtus. *Ant. Auguſtinus.*

*Toxicum.*] *Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perunguere ſagittas ſolent. Cæcilius in Gamo: ut hominem miſerum toxico tranſegerit. Afranius: uxori vin' iſtud toxicum mittere?* Cæcilius hellenismo utitur, transfigere hominem toxico: τὸ ἄνθρωπον φαρμάκῳ ἐξακοντίσαι. Fortaſſe etiam legendum: *Afranius Uxore. Joſ. Scaliger.*

*Toxicum.*] Quaſi *taxicum* à taxo arbore dici putavit Plin. lib. 16. cap. 10. Sed omnino vera Feſti Etymologia à ſagittis, quæ Græce τόξα, quia eo ſagittas perungerent. De quo more Virgil. 9.

*——— ——— quo non ſelicior alter*
*Ungere tela manus, ferrumque armare veneno.*

Idem Etymon Dioſcorid. lib. 6. cap. 20. τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. Id eſt, *toxicum autem videtur quidem dictum quod Barbarorum ſagitta ex eo illinerentur.* Quæ & apud Paulum Æginetam fere ad verbum lib. 5. c. 53. *Cervarium* autem venenum vocat, quia de ſanguine Cervorum fieret, vel etiam quod olim de ſanguine hydræ, quam Hercules confodit, primum factum eſt.

*Ut hominem*] *Toxico* cum dixit Cæcilius, ſagittam toxico armatam intelligit. *Tranſegerit* autem ut apud Virg. *Tranſadigit coſtas.* Non intellexit Scaliger qui hic hellenismum cogitavit, quaſi *transfigere hominem toxico*, Græce ſit τὸ ἄνθρωπον φαρμάκῳ ἐξακοντίσαι.

*Afranius.*] Ejus verba ſic Scaliger.

*Uxori vin' iſtud toxicum mittere.*

*Trabica.*] Apud Pacuvium legerem *in alveo. Labitur* proprie de navi. *labitur uncta carina.* & *prolabi.* Accius, *ruit prolapſa*, &c. *Trabica* autem aliud quam *trabs.* trabex, τρόφηξ, *trabica.* ut ſenex, ſenica, trix, *trica*, &c.

*Trabs.*] Duo ligna compacta, nam ſimplicia proprie tigna dicuntur.

*Trochali.*] Purum putum Græcum eſt. τράχηλος, & Dorice τράχαλος, *collum.* Nempe conchæ pars anterior τράχηλος. Media μήκων, vel μηκώνιον. Mediæ ſunt fauces, in quibus purpuræ eſt flos ſucci tinctorii. Unde Ariſtoteles de purpura. τὸ δὲ ἄνθος ὃ ἔχουσιν ἀνὰ μέσον τοῦ μήκωνος καὶ τοῦ τραχήλου. Hoc eſt ut Plin. ait. *Sed purpura florem illum, tingendis expetitum veſtibus in mediis habent faucibus.* Voſſ. Huc referenda verba Heſychii τραχήλους, τὰς πορφύρας, ἔνιοι. τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων. *Dacerius.*

*Tragula.*] Κερκίς, βολίς. Græci. *Joſ. Scaliger.*

*Tragula.*] A trajiciendo, Varro quaſi *traicula.* Nam *tragula*, ſive *trahula*, quod à trahendo aliud eſt, nempe inſtrumentum ruſticum. Et male confundunt viri docti.

*Tragus.*] A fœtore hirci qui τράγος dicitur. Tragi piſciculi meminit Athenæus lib. 8. Et Plin. lib. 9. cap. 45. Spongiarum genus Tragos vocavit.

*Tranſtra.*] Tranſtra in navibus ſunt ſcamna remigum. Virg. *conſidere tranſtris* At in ædificiis, tranſverſæ trabes quæ ex pariete (ſic enim legendum ut in MSS.) in parietem porriguntur. Uſus Vitruvius lib. 4. cap. 2. *tranſtra* autem quaſi *tranſitra.*

*Trepit.*] Quod a Græco τρέπω, *verto. Dacerius.*

*Tributorum.*] Lævino 2. Marcello 4. Coſ. ex Livio & ceteris, anno 553. in Capitolinis faſtis. *Ant. Auguſtinus.*

*Tributorum.*] Lege: *alia in capita.* vel, *ex capite.* Duplex

FESTUS. dam temerarium, ut poſt urbem à Gallis captam conlatum eſt, quia proximis quindecim annis cenſus alius nonerat. Item bello Punico ſecundo M. Valerio Lævino, M. Claudio Marcello coſſ. cum & ſenatus, & populus in ærarium, quod habuit, detulit.

PAULUS. Tributum dictum, quia ex privato in publicum tribuitur.

FESTUS. Trientem tertium pondo coronam auream dediſſe Jovi donum ſcripſit Quinctius Dictator, cum per novem dies totidem urbes, & decimam Præneſte cepiſſet. Id ſignificare ait Cincius Myſtagogicon libro ſecundo, duas libras pondo & trientem, qua conſuetudine hodieque utimur cum lignum bes alterum dicimus, id eſt pedem & beſſem latitudinis habens. & ſeſtertium, id eſt duos aſſes & ſemiſſem tertium. item ſi tres aſſes, ſunt, & quartus quadrans.

PAULUS. Trifax telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius: aut permaceret paries percuſſus trifaci.

FESTUS. *Tri*ſulcum fulgur fu*it ab antiquis dictum qui*a, id aut incendit, a*ut afflat*, *aut te*rebrat.

PAULUS. Tritonia Minerva à ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus ſit viſa.

## NOTÆ.

Duplex fuit tributum, unum capitis ſive perſonæ. alterum rei ſive ſoli lib. 3. & lib. ult. D. Cenſibus. Fuit & alterum fortuitum & temerarium quod rebus urgentibus conferebatur. quale fuit aurum illud quod poſt urbem à Gallis captam conlatum eſt. Livius lib. 5. ſect. 48. Item illud quod anno nono belli Punici ſecundi M. Claudio Marcello, & M. Valerio Lævino Coſſ. An. Urb. Cond. 543. de quo Liv. lib. 26. ſect. 36.

*Quia proximis quindecim cenſus alius non erat.*] Hic deeſſe videtur aliquid. Lego: *Quia proximis quinque cenſus alius non erat factus.* Vel potius ut Urſinus, *cenſus populus non erat.* Nam quolibet quinquennio cenſus fiebat. *Dacerius.*

*Trientem.*] Liv. lib. 6. *T. Quinctius ſemel acie victor binis caſtris hoſtium novem oppidis vi captis, Præneſte in deditionem accepto, Romam revertit. triumphanſque ſignum Præneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum eſt inter callam Jovis, ac Minervæ; tabulaque ſub eo fixa. monumentum rerum geſtarum his ferme inciſa litteris fuit. Juppiter, atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius Dictator oppida novem caperet. die 20. quam creatus erat, Dictatura ſe abdicavit.* Omiſit Livius, quæ de corona Feſtus ſcripſit. Vide *Seſtertii.* Poſtrema verba ita ſcriberem: *ſi tres aſſes ſunt, & quadrans, quartus quadrans dicitur.* Vide Mæcian. de aſſe. Aruntium, & Didymum apud Priſcianum, ſive quem alium de ponderibus. *Ant. Auguſtinus.*

*Trientem tertium pondo coronam.*] Vide Livium lib. 6. ſect. 29. qui de corona prætermiſit, aitque ſignum Præneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium à Tito Quintio allatum.

*Id ſignificare ait.*] *Triens tertius.* Id eſt libræ duæ cum triente, quod tunc tertius triens numeratur. vide ſupra *ſeſtertius.* Sic lignum *bes alterum* dicitur quod pedem & beſſem latum eſt, quod tunc ſecundus bes. In fine ſupplendum. *Si tres aſſes ſunt & quartus quadrans adjicitur, quartus quadrans tantum numeratur.* Hoc eſt, ſi tres aſſes cum quadrante velis dicere, quartum quadrantem tantum numerabis, hæc aperta ſunt. *Dacerius.*

*Trifax.*] Eodem modo *Bifax.* Gloſſarium: *Bifax,* δίχρωμος, διπρόσωπος, διπλός. ergo compoſitum à facie. *Joſ. Scaliger.*

*Trifax.*] Triſulcum, trifidum, à trina facie. Nam eodem modo *bifax.* Gloſſarium. *Bifax,* δίχρωμος, διπρόσωπος, διπλός. *Dacerius.*

*Triſulcum.*] Triſulcum fulmen fuit dictum, quia id aut incendit, aut findit, aut terebrat. Hæc eſt Feſti, ut arbitror, ſententia. Vide *Manubia.* Servius lib. 2. Æn. Fulminum tria genera eſſe dicit; quod afflat, quod incendit, quod findit. *Ant. Auguſtinus.*

*Triſulcum.*] Meræ nugæ: Vide *ſulcum.*

*Tritonia.*] Virg. 2. Æneid.

*Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris.*

Eadem & *Tritogenia*, à Tritone amne Lybiæ, unde & Herodotus Tritonis Accolas ei ſacrificare dicit. ſed cur non potius à Tritone fonte, vel fluvio Cretæ ſive Arcadiæ, ſive etiam Bœotiæ. Sive potius ab Æolico, vel Cretenſi vocabulo, τρίτω: Id eſt caput, quod è Jovis capite nata ſit. Id firmat Schol. Ariſtoph. in Nebul. τρίτω γὰρ ἡ κεφαλὴ παρ' Αἰολεῦσιν. Ἐγεννήθη δὲ ἡ Ἀθηνᾶ ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός. Et in Lyſiſtrat. τριτογένεια δὲ ἡ Ἀθηνᾶ, εἴτε διὰ τὸ παρὰ τῷ Τρίτωνι Λιβύης ποταμῷ γεννηθῆναι, ἢ παρὰ τὸ τριτώ. ὃ παρὰ Κρησὶ τὴν κεφαλὴν σημαίνει. οἱ γὰρ ποιηταὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς γεννηθῆναι μυθεύουσιν. Sed hæc ſunt veterum ſomnia. Et vere docuit Urbaniſſimus Chevræus. *Tritoniam* & *Tritogeniam* dictam à *Tritta*, ita enim dicebatur Gnoſſus. *Dacerius.*

*Trium-*

Digitized by Google

Triumphales coronæ ſunt, quæ Imperatori victori aureæ præferuntur, quæ temporibus antiquis propter paupertatem laureæ fuerunt.

Troia, & regio Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur, & locus in agro Laurente, quo primum in Italia Æneas cum ſuis conſtitit.

Tromentina tribus à campo Tromento dicta.

Troſſuli equites dicti, quod oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint.

Truo avis onocrotalus. Cæcilius irridens magnitudinem naſi: Pro di immortales, unde prorepſit truo.

## Notæ.

*Triumphales.*] Vocabantur Etruſcæ. Tertullianus: *Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſſæ. Magiſtratus vero inſuper aureis, ut Athenis, & Romæ. Præferuntur etiam illis Etruſcæ. hoc vocabulum eſt coronarum quas gemmis, & foliis ex auro quercinis ob Jovem inſignes ad deducendas tenſas cum palmatis togis ſumunt.* Hæc ille, quæ indicant illum ritum ex antiqua triumphantium conſuetudine propagatum. Nam palmata eſt triumphantium. Sed quia Tertullianus ait *quercinis foliis fingi:* Feſtus vero lauream antiquitus fuiſſe, præſtat potius intelligere de ea, quæ ab eodem Tertulliano deſcribitur: *Triumphi laurea foliis ſtruitur. hanc adumbratis lemniſcis. inauratur lemnulis. Unguentis delibuitur,* &c. Non eſt dubium eam eſſe, de qua Feſtus agit. *Joſ. Scaliger.*

*Triumphales coronæ.*] Gellius lib. 5. cap. 6. *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. id vulgo dicitur aurum coronarium. Hæ antiquitus è lauro erant. poſt fieri ex auro cœptæ.* Et non ſemper ex auro, ſed ad imitationem veterum ex foliis quibus interponebantur aurei lemniſci. Et ſic triumphi lauream concinnatam ſcribit eruditiſſimus & vetuſtiſſimus autor Tertullianus. *Triumphi*, inquit, *laurea foliis ſtruitur, hinc aureis Lemniſcis inauratur, ac muſtis unguentis delibuitur, an lacrymis conjugum ac matrum? fortaſſe quorundam & Chriſtianorum.* Sic hunc locum, qui in editis inſigniter depravatus, emendavit Salmaſius. Porro non tantum ob triumphum coronæ illæ offerebantur, ſed ob quamvis aliam pompam. Ut ex veterum lectione conſtabit. *Dacerius.*

*Troia.*] L. m. habet *ludus*, pro *luſus*. *Ful. Urſinus.*

*Troia*] Ludus puerorum. Virgil. lib. 5. Æneid.

*Trojaque nunc pueri Trojanum ducitur agmen.*

Ubi Servius: *Ludus ipſe quem vulgo Pyrrhicham appellant, Troja vocatur:* Hanc omnium optime deſcribit Apuleius Mileſ. 10.

*Tromentina.*] Meminit Livius lib. 6. ſect. 5.

*Et locus in agro Laurente.*] Sic Antenor locum illum in quem cum multitudine Venetum primum egreſſus eſt, Trojam dixit. Vide Livium lib. 1. Initio. *Dacerius.*

*Troſſuli.*] Vide Junium Gracchanum apud Plinium lib. 33. cap. 2. *Ant. Auguſtinus.*

*Troſſuli.*] Auctor Gloſſarii: *Truſulus, ὁ ἐν μικρῷ παχύς.* videtur velle quaſi *Toroſulos* dictos. quod ego valde amplector. Varro Seſquiulyſſe: *Nunc emunt troſſuli nardo nitido volgo Attico talento equum.* Inde *Troſſula trabea* dicta apud veteres. Tria enim genera Trabearum fuerunt. *Regia, Quirinalis, Troſſula.* Regia tota de ſola purpura, quam Græci ὁλοπόρφυρον dicunt. Ea uti ſolis regibus licebat, vel adoleſcentibus de ſtirpe regia. Quirinalis concinnior, præliis apta, hac, cum bellum ſuſciperetur, duces amicti Jani fores aperiebant. Troſſula cocco purpuraque pertexta erat, quam etiam Auguralem vocabant, Græci ἰφιςείδη. Cui iccirco coccum adhibebatur: quod ruſſati antea præliabantur propter vulnera & aſperſiones ſanguinis, unde ruſſati vocabantur, ea non alia eſt à ſago Punico. Inveni etiam in veteribus monumentis, conſulem trabeatum Janum Quirini aperire. *Joſ. Scaliger.*

*Troſſuli.*] Gloſſæ Iſidori: *Troſuli, equites, Troſulus, equeſter adoleſcens.* Gloſſæ veteres in Perſium: *Troſſulum oppidum fuit Hetruriæ, non longe à Volſcis. Hoc equites Romani ſine peditibus expugnaverunt, Numio quodam duce, unde equites Troſſuli dicti ſunt.* Idem Plin. lib. 33. cap. 2. qui etiam illud nomen Troſſulorum pro equitibus non diu poſt Gracchum manſiſſe auctor eſt. Jam enim multos pudebat eo nomine appellari propter ambiguitatem vocis *Troſſulus*, quæ tunc delicatum & mollem ſignificabat. A Græco vocabulo τρυφερὸς, *delicatus, mollis.* Ut optime Salmaſius. Et hanc vocem uſurpavit Seneca Epiſt. 87. *Idem faciam quod troſſuli iſti & juvenes.* Ubi Troſſuli, non *Equites*, ſed delicati, luxu diſfluentes. Item alibi: unde Nonius *troſſulos* dictos ait quaſi *toroſulos*, quo reſpexit Gloſſographus: Truſulus ὁ ἐν μικρῷ παχύς. *Homo pinguis, habitior. Dacerius.*

*Truo.*] De onocrotalo, Viden. Plin. lib. 10. cap. 47. *Ant. Auguſtinus.*

*Truo.*] Compilator Gloſſarii legit *Truvo. Truvo, Truvero*, ὀνοκρόταλον. Quanquam in manuſcripto, & in editione eſt, *Tribuo, Tinuero. Joſ. Scaliger.*

*Truo.*] Gloſſ. *Truo*, ſive *Truvo*, ὀνοκρόταλον. Male

 in

Digitized by Google

Tryga antiqui vinum appellabant, unde trygetus adhuc dicitur.

FESTUS. TUBICINES etiam ii appellantur, qui ſacerdotes, viri ſpecioſi, publice ſacra faciunt tubarum luſtrandarum gratia.

PAULUS. Tubiluſtria dies appellabant, in quibus agna tubas luſtrabant.

FESTUS. *Tubiluſtria* quibus diebus adſcriptum in *faſtis eſt*, *cum in at*rio ſutorio agna tubæ *luſtrantur*, *ab e*is tubos appellant; quod genus *luſtrationis ex* Arcadia Pallanteo tranſ*vectum eſſe dicunt*.

Tuditantes, tudentes *negotium*, *tond*entes ſignificare ait Cincius, *id eſt agentis*. *En*nius libro ſecundo. Hæc inter ſe totum *vi tudita*ntes. & Lucretius item lib. 2. Nec *tuditantia* rem ceſſant extrinſecus ullam.

PAULUS. Tuditantes ſignificat negotium tundentes, id eſt agentes. Lucretius: Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam.

## NOTÆ.

in edit. *Tribuo*, *tinuero*. Hieronymus ad Pſalmum 101. Onocrotalum, Pellecanum vocat. Sed vide Plin. lib. 10. cap. 47. *Truo* fortaſſe à τρύω, *tundo*, *tero*. Quod roſtro arbores tundat.

*Tryga.*] Τρύγα à recto τρύξ. Quod Heſych. exponit ὁ νέος οἶνος. Item γλεῦκος ἀδιήθητον. Vinum recens & vinum nondum percolatum. Sed & quodlibet aliud vinum Græci τρύγα dixere. Ut eſt apud Scholiaſten Theocriti & Pollucem.

*Unde trygetus.*] Τρυγητός. Quod proprie vindemia, neque unquam vinum τρυγητὸν, dictum me legiſſe memini.

*Tubicines.*] Qui tubas luſtrant. Vide infra. *Viri ſpecioſi* abeſt à Schedis, recte. *Dacerius.*

*Tubiluſtria.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. *Tubiluſtrium appellatur, quod eo die in atrio ſutorio ſacrorum tuba luſtrantur.* Bis autem id fieri docent faſti, 10. Kal. Apr. & 10. Kal. Jun. in quibus TUB. vel TUBIL. adſcriptum eſt. & Ovid. lib. 3. Faſtor. *Summa dies è quinque tubas luſtrare canoras Admonet, & forti ſacrificare dea.* Loquitur autem de quinto die poſt quinquatrus, quæ dies Minervæ ſacræ dicebantur, & lib. 5.

*Proxima Vulcani lux eſt, quam luſtria dicunt:*
*Luſtrantur pura, quas facit ille, tuba.*

Ex his verba Feſti intelliguntur, excepto, quod de Arcadia dicit. Tubi vero qui ſint omnibus notum eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Tubiluſtria.*] Tubiluſtria dies, quibus diebus adſcriptum, in atrio ſutorio agna tubæ ut luſtrentur, ab eis tubis appellant, quod genus luſtrationis ex Arcadia, Pallante eo transferente, veniſſe dicunt. Apud Ovidium:

*Proxima Volcani lux eſt. Tubiluſtria dicunt.*
*Luſtrantur pura, quas facit ille, tuba.*

Male hodie legitur: *Proxima Volcani lux eſt, quam luſtria dicunt. Joſ. Scaliger.*

*Tubiluſtria quibus diebus.*] Varro lib. 5. de L. L. *Tubiluſtrium appellatur quod eo die in Atrio Sutorio ſacrorum tuba luſtrantur.* Et bis in anno Romæ Tubiluſtrium fiebat, ſemel 10. Kal. April. & Minervæ ſacrum. Ovid. 3. Faſt.

*Summa dies è quinque tubas luſtrare canoras*
*Admonet, & forti ſacrificare Dea.*

Iterum 10. Kal. Junias, Vulcano. Ovid. lib. 5.

*Proxima Vulcani lux eſt: Tubiluſtria dicunt.*
*Luſtrantur pura, quas facit ille, tuba.*

*Dacerius.*

*Tuditantes.*] Gloſſæ: *Tuditatores*, χαλκοτύποι. Aliud eſt *Tudicula*, τορύνη. Inde *Tudiculare*. Varro Marcip. *Hacine nobis tibique tudiculaſſe?* hoc eſt, movere. nam τορύνη, κινητήριον τῆς χύτρας. Porro verba Ennii ita lege:

——— ——— *hec inter ſe tota vi tuditantes.*

Sæpe in hoc exemplari Feſti a, pro u, & contra u, pro a, ſcriptum erat. Reliqua integra ſunt in Epitoma. *Joſ. Scaliger.*

*Tuditantes.*] A *tudes*, tuditis, malleus, eſt *tudito*, id eſt, proprie malleo tundo, impello. Et per metaphoram negotium tundo, ago, ut in illo Ennii:

——— ——— *Hæc inter ſe tota vi tuditantes.*

(Sic enim legendum docuit Scaliger.) *Tuditantes*, id eſt, *agentes*, quo ſenſu etiam nos dicimus *battre*, *rebattre*. Sed aliter in illo Lucretii.

*Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam*
*Corpora conficere.*

Gloſſ. Tuditatores, χαλκοτύποι. Aliud eſt *Tudicula*, τορύνη. Inde Tudiculare. Varro Marcip. *Haccine nobis, tibique tudiculaſſe?* hoc eſt movere. Nam τορύνη eſt κινητήριον τῆς χύτρας, *trua*. *Dacerius.*

*Tudi-*

Digitized by Google

Tudites mallei à tundendo dicti, inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo ſimile habuerit.

*Tudites m*alleos appellant antiqui à tunden*do*. *Quamvis* alii cruribus tudites. inde Atejus *Philologus* exiſtimat Tuditano cognomen *inditum*, *quod* caput malleoli ſimile habuerit. Festus.

Tuor, video, tueor, defendo. Paulus.

*Tuor* video; tueor, defendo *in uſu olim fuit*, ſed jam promiſcue utuntur *& ponitur tue*or pro video, & contueor, *pro defendo*. Festus.

*Tugu*ria à tecto appellantur *domicilia ruſticorum* ſordida. Afranius in *Virgine*: *Sordidum* tugurium eſt turpe. *Cæcilius in Hyp*obolimæo. Habitab*at in tugurio*, *ſine o*perculo. Quo nomine *Valerius explana*tione 12. ait etia*m* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *ſignifi*cari.

Tullianum quod dicitur, pars quædam carceris, Ser. Tullium Regem ædificaſſe aiunt.

*Tullios* alii dixerunt eſſe ſilanos, alii rivos, alii vehementes projectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Ajace: Ajax, miſſo ſanguine tepido tullii efflantes volant.

## Notæ.

*Tudites.*] Tuditani Sempronii dicti, quorum primus, ut arbitror, M Sempronius Tuditanus Cos. fuit cum C. Claudio Centhone anno P. R. C. D. 13. ex faſtis Capitolinis. *Ant. Auguſtinus.*

*Tudites.*] Infra: *Tudites malleos appellant antiqui à tundendo, quamvis alii è tudibus tudites, inde Ateius Capito ab eis exiſtimat Tuditano cognomen datum, quod caput malleoli ſimile habuerit. Joſ. Scaliger.*

*Tudites.*] Vide tuditantes. Hæc: *Quamvis alii cruribus.* Sic emendabat Fulvius Urſinus: *Quamvis alii à tudibus.* Quaſi primo *tudes*, *tudis.* Ut *ſudes*, *ſudis*, poſtea *tudes*, *tuditis*, dictum ſit. *Dacerius.*

*Tuor.*] Infra: *Tuguria à tecto appellantur ædificia ruſticorum ſordida. Afranius in Virgine: tugurium eſt turpe. Cæcilius in Hypobolimæo: Habitabat in tugurio ſine operculo. quo nomine Valerius in expoſitione* 12. *ait etiam* . . . *ita vocari. Joſ. Scaliger.*

*Tuor.*] Lego in fine tranſpoſitione voculæ: *tueor pro video*, *contueor & pro defendo.* Neque enim ait contueor eſſe defendo. Quod falſum eſt, ſed tueor eſſe video, contueor, & defendo. Tuor pro video *Teſca tuor*, ſupra in *Teſca*, & *tuorem* dicebant *viſum.*

*Tuguria.*] Tugurium *à tecto*, niſi potius legendum à *tego* nam *tugurium*, quaſi *tegurium.* Iſidor. lib. 15. cap. 12. *Tugurium caſula eſt quam faciunt ſibi cuſtodes vinearum, ad tegimen ſui quaſi tegurium.* Verba Afranii. *Sordidum tugurium & turpe.* Infra defectum ſic ſupplebat Marcilius. *Quo nomine Valerius in explanatione* 12. *ait etiam tectum in lege* 12. *tabularum ſignificari.* Et putabat ibi de tugurio legem egiſſe ubi de *pariete communi.* *Dacerius.*

Ante *Tullianum.*] Tuguria à tecto appellantur vilia & ſordida. Hæc exemplis Afranii, & Cæcilii in Hypobolimæo, Feſtus confirmabat. Quod Verg. in eclog. ait: *Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.* Servius tugurium à tegendo dictum interpretatur. *Ant. Auguſtinus.*

*Tullianum.*] Infra: *Silani*. Gloſſario, *ſilvani. Silvanus*, *κρουνός.* *Joſ. Scaliger.*

*Tullianum.*] Varro lib. 4. de L. L. *Carcer à coercendo, quod exire prohibentur. In hoc pars quæ ſub terra Tullianum, ideo quod additum à Tullio rege.* De eo vide Salluſt. & Marlianum.

*Tullios.*] Tullii à tullo, pro tollo, quod aquam ſurſum tollant. Voſſ. *Silani* ſunt aquarum tubi ſive fiſtulæ.

*Ajax miſſo.*] Ennii verba ſic ſuis numeris reſtituit Voſſ.

*——— ——— ——— Sanguine*
*Emiſſo tepido Tullii efflantes volant.*

Illud *Ajax* natum ex præcedenti voce *Ajace.* Et verba ſunt nuntii de Ajace poſtquam ſibi manus intulit & ex illo Sophoclis, cujus fabulam convertit Ennius, ut optime Scaliger:

——— ——— Ἔτι γὰρ θερμαὶ
Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
Μένος.

*Adhuc enim callidi Tullii ſurſum efflant atrum ſanguinem.*

Gloſſæ Papiæ, *Tullii, aquarum projectus.* *Dacerius.*



Digitized by Google

*Tumul*tarii milites dicuntur lecti ob ſubitum *timorem. unde* etiam tumultum dici ait Verrius, quia *non aliunde* is oriatur, quam ab Italicis, & Gallicis *hominib. qui imminent* Italiæ. itaque nullum *tumultum præter*quam Gallicum, aut domeſti*cum nominabant.*

*Tumulum Stilo* Ælius ſic definit: tumulus eſt *cumulus are*naæ editus ſecundum mare fluctibus in *altum ele*vatas. unde ſimiliter & manu fac*tus*, *& na*turalis proprie dici poteſt.

Turbellas dixiſſe antiquos, quas nunc turbas appellamus, teſtis eſt Plautus in Pſeudolo: quales, & quantas ſoleam turbellas dare.

PAULUS. Turbellas apud Plautum turbas ſignificat.

FESTUS. Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi terimam; quod terdeni equites ex tribus tribubus Titienſium, Ramnium, Lucerum, fiebant. itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni.

Turrhenos Etruſcos appellari ſolitos ait Verrius, à Turrheno duce Lydorum, à cujus gentis præcipua crudelitate etiam tyrannos dictos.

## NOTÆ.

*Tumu*....] Tumultus cauſa milites dicuntur lecti ob ſubitum timorem. unde etiam tumultum dici ait Verrius, qui ab aliis oriatur, quam ab Italicis, & Gallicis hoſtibus. Alii tantum bellum Galliæ, & Italiæ. Itaque nullum alium præter, quam Gallicum, aut domeſticum ita appellant. Hæc vel his ſimilia Feſtus. Cicero Philip. 8. *Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur; unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum; quod erat domeſticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Ant. Auguſtinus.*

*Tumu*.....] *Tumultus dicitur timor multus. Tumultu milites dicuntur lecti ob ſubitum timorem. Unde etiam tumultum dici ait Verrius, quia is non aliter, quam ab Italicis, & Gallicis hoſtibus immineat Italiæ. itaque nullum alium, quam Gallicum, aut domeſticum timebant.* Quis negaverit hanc eſſe ipſam Feſti lectionem? quod dico, quia docti viri contra Feſti ſententiam atque adeo contra veritatem ipſam aliter legunt. ut, ſi vera eſt eorum lectio, tumultum alium eſſe, quam qui timebatur ex Gallis & Italicis, fatendum ſit. quod falſum eſſe, & mediocriter docto palam eſt. Nullum enim alium tumultum dixere, quam Gallicum, & domeſticum, hoc eſt Italicum: ut aperte Verrius ipſe docet. *Joſ. Scaliger.*

*Tumultuarii.*] Iiſdem fere verbis Cicero Philip. 8. *Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur, unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum quod erat domeſticus, tumultum Gallicum quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.* Ubi tumultus etymon à timore deducunt. Cum potius à *tumore* duci debuerit, tumor enim pro tumultu apud Ciceronem alicubi. Sed præterea falſum eſt veteres nullum alium tumultum nominaſſe, quam Italicum & Gallicum, nam de quovis alio bello tumultum dixiſſe certum eſt. *Dacerius.*

Poſt *Tumu*...] *Tumulum Ælius ſic definit: Tumulus eſt mons arenæ editus ſecundum mare fluctibus ſublevatus. Unde ſimiliter & manufactus, & naturalis proprie dici poteſt. Joſ. Scaliger.*

*Tumulum.*] Lege infra, *in altum elevata*, vel, *elevatus*, nempe *cumulus*. Gloſſ. *Tumuli*, βουνοὶ, λόφοι, τύμβοι, σωροὶ γῆς. *Colles, aggeres, tumbi, aggeſtus terræ. Dacerius.*

Ante *Turbellas.*] Tumulum Ælius ſic definit: Tumulus eſt cumulus harenæ editus ſecundum mare, fluctibus, ventiſque cumulatus. unde ſimiliter, & manufactus, & naturalis proprie dici poteſt. Sic fortaſſe Feſtus.

*Turbellas.*] Plaut. in Pſeud. *Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare. Ant. Auguſtinus.*

*Turbellas.*] Male V. C. *Turbela.* A *turba*, *turbella.* Ut à *populus*, *popellus. Umbra*, *umbella*, &c.

*Turmam equitum.*] Varro lib. 4. de L. L. *Turma terma eſt. E in U abiit. Quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnium & Lucerum, fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum, Decuriones dicti. Qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni.*

*Turrhenos, Etruſcos.*] Vide *Sardi.* Vellejus Paterculus lib. 1. *Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus fratres cum regnarunt in Lydia, ſterilitate frugum compulſi ſortiti ſunt uter cum parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenum contigit, pervectus in Italiam & loco & incolis & mari nobile ac perpetuum nomen à ſe dedit.* Aliter paulo Tacit. Annal. 5. Vide Strab. Herod. Servium. Verum totum hoc fictum

Digitized by Google

Tuſci à Tuſco rege filio Herculis ſunt dicti, vel à ſacrificando ſtudioſe, ex Græco θυοσκόοι; velut Tuſculum dictum, quod aditum difficilem habet, id eſt δύσκολον. PAULUS.

*Tuſcos* quidam dictos aiunt à Tuſco *rege Hercu*lis filio. alii quod unice ſtudioſi ita *ſacrificiorum*, ex Græco velut θυοσκόοι. *Unde Tuſculum* ab eadem cauſa ſacrificiorum, *vel quod aditum di*fficilem habeat, id eſt δύσκολον. FESTUS.

Tuſcum vicum *cæteri quidam omnes ſcrip*tores dictum aiunt ab *eo*, *quod Porſena rege* deſcendente ab obſi*dione remanſerint* Romæ, locoque his dato, *ibi habitaverint Ve*ientes fratres Cœles, & Vibenn*a*, *unde poſt ejecti quod* Tarquinium Romam ſecum max*ime reducere cupie*rint. M. Varro quod ex C*œlio in eum locum deducti* ſint.

Tuſcus vicus Romæ eſt dictus, quod ibi habitaverunt Tuſci, qui recedente ab obſidione Porſena remanſerunt. PAULUS.

Tutulum dicebant Flaminicarum capitis ornamentum vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem extructum. Ennius: Fictores, Argeos, & tutulatos.

Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem, quidam pileum lanatum forma etali figuratum, quo Flamines, ac Pontifices utuntur, eodem nomine vocari. Ennius, Libaque, fictores, Argaeos *&* tutulatos. FESTUS.

## NOTÆ.

ctum eſſe nimis veriſimile eſt, præſertim cum apud omnes fere ſcriptores pro *Tyrrheni* & *Tirrhenia* Τυρσηνοὶ & Τυρσηνία ſit exaratum. Ita dicti ſcilicet à τύρσεις, *turres*, *muri*. Quod *Tyrrheni* primi muros extruendi artem invenerint. Eos Pelaſgici generis fuiſſe Lemnumque & Imbrum Ægei maris inſulas inhabitaſſe teſtantur multi veteres. Ab his igitur Pelaſgis dicta eſt Tyrrhenia ea pars Italiæ quam occuparunt relictis ſuis ſedibus. Vide Hellanicum Leſbium apud Dionyſ. Halicarn. Vide Dionyſ. Perieg. Marcianum Heracleot. Et alios. Poſtea autem Etruſci cum Pelaſgis admiſti *Tyrrheni* etiam dicti ſunt.

*A cujus gente præcipua crud.*] Falſum. Tyrannus enim à Græco τύραννος qui primo regem & principem notavit, & poſtea in malam partem ſumptus eſt. Vide quæ apud Horatium noſtrum Gallicum notavimus Od. 35. lib. 1. *Dacerius.*

*Tuſcus.*] L. m. habet *obſeſſione* pro *obſidione*. & ita videtur fuiſſe apud Feſtum in fragmento. *Ful. Urſinus.*

*Tuſcos.*] Lege: *Alii quod unice ſtudioſi ſint ſacrificiorum.* Priorem ſententiam quod *Tuſci* à *Tuſco* ſive *Tuſculo* Herculis filio, ſecutus Strabo & alii. Poſteriorem, nempe quod à ſacrificandi ritu, inter alios Plinius lib. 3. cap. 5. *Umbros inde exegere antiquitus Pelaſgi, hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrificio, ritu lingua Græcorum ſunt cognominati.* Et Servius: *Tuſci à ſacrificandi frequentia dicti ſunt*, ἀπὸ τοῦ θύειν. Nam θύω eſt ſacrifico. Et Euſtathium nihil moror qui ad Dionyſium Perieget. notavit Tuſcos *Truſcos* etiam dictos.

*Vel quod aditum.*] Ineptum & Stoico dignum quod ait Tuſculum dictum quod habeat aditum difficilem id eſt, δύσκολον, neque enim δύσκολος unquam hoc ſenſu potuit uſurpari. *Dacerius.*

*Tuſcum vicum.*] Varro lib. 4. de Ling. Lat. ait Cœlium montem à Cœle Vibenno Tuſco dictum, qui Romulo auxilio fuit contra Sabinum Regem. Hi qui cum eo venerunt, poſt ejus obitum, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deducti eſſe dicuntur in planum, & ab eis eſſe dictum vicum Tuſcum idem ſcribit. Livius, & Dionyſius videntur id ſequi, quod à Paulo in epitome ſcriptum eſt. Feſtus autem id ipſum initio dicit; duoſque fratres nominat Cœlem, & Vibennum. poſtea opinionem Varronis paucis attingit. *Ant. Auguſtinus.*

*Tuſcum.*] *Tuſcum vicum coluerunt Tuſci. à quibus eum ſcriptores dictum aiunt: ab eo quod hi Porſena diſcedente ab obſidione remanſerint Romæ, locoque his dato novis rebus ſtudentes fratres Cœles, & Vibenna reducere Tarquinium Romam ſecum maturaverint. M. Varro quod ex Cœle Tuſco orti ſint.* Habes omnino quod Feſtus de Tuſco vico ſcripſit. *Joſ. Scaliger.*

*Tuſcum.*] Vide Livium lib. 2. ſect. 14. Locus M. Varronis quem Feſtus intelligit eſt lib. 4. de L. L. *In Suburanæ regionis parte princeps eſt Cœlius mons à Cœlio Vibenno Tuſco, duce nobili, qui cum ſua manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Sabinum regem. Hi poſt Cœlii obitum, quod nimis munita loca tenerent* (Cœlium montem ſcilicet) *neque ſine ſuſpicione eſſent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuſcus. Dacerius.*

*Tutulum.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. Ennii verſus refert, qui ad Numam referuntur. *Menſes conſtituit, idemque ancilia...... Libaque fictores, Argios, & Tutulatos. Ant. Auguſtinus.*

*Tutulus.*] Proprie tutulus locus urbis altiſſimus unde

Tutum frequenter dicitur maxime: Varro in Europa: Tutum ſub ſede fuiſſent.

Tyria maria in proverbium deductum eſt; quod Tyro oriundi Pœni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio eſſet periculoſa. Afranius in Epiſtula: Hunc ſerrium autem maria Tyria conciet.

ſ. *Tribunitia rogatione l*ex curiata fertur, quo Hanni*bal anno in conſpectu* Romæ cum eſſet, nec ex præſid*iis diſcedere liceret*, Q. Fabius Maximus Verruc*oſus id eſt TR. PL. &* Marcellus Cos. facere in*ſtituerunt, ut not*avit Ælius in XII. ſig*nificationum verborum.*

## Notæ.

unde in muliere notat capillorum in conum congeſtum, *ſuggeſtum coma* vocat Papinius, *Turritam frontem* Juvenalis. In flaminibus autem ſummum faſtigium pilei lanati, hoc eſt, flamei. Varro lib. 6. de L. L. dum exponit illud Ennii è Saturnio carmine: *Libaque fictores Argeos & tutulatos. Tutulati*, inquit, *dicti qui in ſacris capitibus*, (*leg. apicibus* Scal.) *habere ſolent*, *ut Metam. Id Tutulus appellatur ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos, ſive ab eo quod tuendi cauſſa capilli fiebant: ſive ab eo quod altiſſimum in urbe quod eſt, ea res tutiſſima, tutulus vocatur.* Quem locum Varronis, quia turpi mendo deformatus eſt, tentavit olim Scaliger pro *uti velatos* reſcribens, *elatos*. Infeliciter ſane, nam certum eſt ſcripſiſſe Varronem: *quos habent rete velatos*. Rete enim inter mundum muliebrem, proprie vitta crinium. Idem Varr. lib. 4. Et *quod capillum contineret, dictum à rete reticulum*, reſtitutionem hanc firmant verba ipſa Feſti cum verbis Varronis collata. Ait Feſtus tutulum eſſe crines innexos vitta purpurea & in altitudinem extructos, ubi ſane nullum alium quam Varronem ipſum interpretatur qui ſcripſerat crines convolutos ad verticem capitis, rete velatos, tutulos dictos. Rurſus quod dixerat Varro *habere ſolent ut Metam*, Dixit Feſtus *forma metali*. Sic enim legendum pro *forma è tali* monuit Fulvius Urſinus. Hoc eſt, *in formam metæ*, Nam in Schedis erat *formam è tali*. Inde in veteri inſcriptione quæ penes Fulv. Urſin. fuit: APONIÆ. A. TUTUL. ORNATRICI.

*Tutum.*] Opinor pro *tuto*. Varronis Europæ ſolus Feſtus meminit. *Dacerius.*

Poſt *Tyria.*] Locus dignus interprete, ſed mihi adhuc obſcurus. *Ant. Auguſtinus.*

*Tyria maria.*] De Pœnis quod maris potentes eſſent, notum eſt. Inde *Tyria maria* proverbio de re valde *periculoſa dictum*. Vide Eraſm. Verſus Afranii non vacat mendo. Lipſus Epiſtolicar. Quæſt. Ep. 20. Legebat: *hunc ſerreum Tyria maria conciet*. Id eſt hunc hominem aſperum & tangi periculoſum ut Maria Tyria. Sed hæc manifeſto contra mentem Feſti. Lego:

*Hic ſervus maria Tyria conciet.*

Id eſt hic ſervus ſibi excitat maria Tyria, rem valde periculoſam aggreditur, ſuo ſibi jumento malum quærit. Forſan & ſic melius: *Hic Syrius maria Tyria conciet*. Ut proverbium ſit de eo qui congreditur cum potentiori. Nam Syri olim imbelles audiebant.

*Tribunitia.*] Lex Curiata erat potiſſimum de imperio militari iis magiſtratibus mandando, qui ſuperioribus, centuriatis ſcilicet, comitiis creati fuerant. Neque enim conſuli, ſi curiatam legem non haberet, attingere rem militarem licebat. Ut ait Cicer. 2. Rull. eam legem ferebant conſules. Cicer. ibid. *conſulibus curiatam legem ferentibus*, &c. At bello ſecundo Punico cum Hannibal portæ Capenæ appropinquaſſet, ideoque non liceret magiſtratibus ex præſidiis diſcedere, Conſules, quia ipſi metu Hannibalis imminentis, urbem venire & populum rogare non poterant, id egerunt per Tribunos plebis, atque ita Tribunicia rogatione curiata lex lata. Nunc omnia plana. Verum Q. Fabium Maximum Verrucoſum Cunctatorem dictum & M. Marcellum conſules fuiſſe invenio an. V. C. 539. At Annibal ad urbem acceſſit an. 541. Coſſ. Q. Fulvio Flacco, Appio Claudio Pulcro. Vel ut quidam, anno 542. Coſſ. Cn. Fulvio Centumalo, P. Sulpicio Galba. Igitur vel in tempora peccavit Feſtus, vel alios annales ſecutus eſt. *Dacerius.*

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

## LIBRI XX.

## *LIBER XIX. ET XX.*

### V.

VACERRAM dicunt ſtipitem, ad quem equos ſoleant religare. alii dicunt maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, ut ſit vecors, & veſanus. PAULUS.

Vacerram Verrius, & alii complures vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare. Ateius vero Philologus maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, ut ſit vecors, & veſanus, teſte Livio, qui dicat: vecorde, & malefica vecordia. FESTUS.

Vadem, ſponſorem ſignificat datum in re capitali. PAULUS.

Vagorem pro vagitu Ennius poſuit.

Vagorem pro vagitu Ennius libro ſextodecimo: Qui clamor oppugnantis vagore volanti. Lucretius libro ſecundo: Et ſuperantur, item miſcetur funere vagor. FESTUS.

### NOTÆ.

*Vacerra.* ] A diſtortione ſæpe vocantur ligna: *Vacerra*, *Varus*. Nam utrumque à diſtortione crurum hominis. Notum quid ſint *Vacia*. notum item, quid *Vari*. Livii verba egent caſtigatione: *Vecors*, *& malefice Vacerra*. Eſt ex Odyſſea veteri, ex illo, *Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεέ*. Nam vecors, *φρένας ἠλεέ*. *malefice*, *ἀταρτηρέ*. *Joſ. Scaliger.*

*Vacerram.* ] *Varus* proprie dicitur baculus diſtortus & informis, & inde propter diſtortionem *vacerra*, ſtipes. ſed per metaphoram *vacerra* homo ſtupidus & inſanus dicitur eadem ratione qua & idem *ſtipes* vocatur. Inde Auguſtus pro cerito *vacerroſum* aſſidue poſuit. Sueton. cap. 87. Et in Gloſſ. *vacerris παρέμπληξ*. Nam *παρέμπληξ* proprie vecors, veſanus, mente captus, attonitus.

*Livio.* ] Livio Andronico. Hujus verba optime correxit Scaliger.

*Vadem.* ] *Vas*, ſponſor erat ſiſtendi aliquem judicio ſive publico, ſive privato. Et proprie erat in re capitali, ut in re nummaria *præs*. Auſon.

*Quis ſubit in pœnam capitali judicio? vas.*
*Quid ſi lis fuerit nummaria, quis dabitur? præs.*

*Vagorem.* ] Nonius: *Vagor dictum pro vagitus. Lucretius lib.* II.



Digitized by Google

Vagulatio in lege duodecim tabularum ſignificat quæſtionem cum convicio. Cui teſtimonium defuerit is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

Valgos Opilius Aurelius, aliique complures aiunt dici, qui diverſas ſuras habeant. Plautus in milite glorioſo, qui talos vitioſos habeat: Majorem partem videas valgis talis. & (in Sitelitergo.) Sit ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut brocchum (filium.) è contrario vari dicuntur incurva crura habentes.

PAULUS. Valgos Aurelius intelligi voluit, qui diverſas ſuras habent. ſicut è contrario vari dicuntur incurva crura habentes.

FESTUS. Valleſcit, perierit, à vallo militari, quod fit circa caſtra, quod qui eo ejiciuntur, pro perditis habentur.

## NOTÆ.

*Et ſuperantur item: miſcetur funere vagor.*

Locus Ennii lib. 16. annal.

*Qui clamos oppugnantis vagore volanti.*

Ubi Ligurum vagor deſcribitur qui Æmilium oppugnantes, & ab eo nec opinantes impetiti, ſublato clamore in caſtra compulſi ſunt. *Dacerius.*

*Vagulatio.*] Ex verbo *Portum* verba 12. tab. emendata ſunt. interpretatio Feſti mihi non placet. Crederem ſignificare ad quærendum teſtimonium licere tertio die ante domum paulisper vagari. ſed non facile antiquorum interpretationes ſunt rejiciendæ. *Ant. Auguſtinus.*

*Vagulatio.*] Pipio, Pipilo: Vagio, Vagilo. *Joſ. Scaliger.*

*Vagulatio.*] Ut à *pipio, pipilo*, ſic à *vagio, vagilo*, ſeu *vagulo*, vel *vagulor*, *obvagulor*. *Obvagulari* autem in 12. eſt vagitu & clamore, cum teſtes deſint, ſua repoſcere. *Cui teſtimonium defuerit* hoc eſt qui certo teſtimonio confirmare non poterit aliquem ſua involaſſe, is poſtquam uno & altero die ſua ſibi reſtitui fruſtra petierit, tertio die ob portum, id eſt ad domum adverſarii ſui veniat, ibique obvaguletur. i. e. cum clamore & convicio ſua repetat. Plautus dicit *pipulo differre ante ædes*. Aulul. act. 3. ſc. 2.

*Ita me bene amet Laverna, te jam, niſi reddi*
*Mihi vaſa jubes, pipilo hic differam te ante ædes.*

*Dacerius.*

*Valgos.*] Plaut. in Mil. utrumque horum exemplum ponit. initium ſecundi eſt. *Ea mihi* &c. Ideo titulus ille in Sitelitergo falſus eſt. *Ant. Auguſtinus.*

*Valgos.*] Μνημονικὸν ἁμάρτημα Feſti, qui citat ex *Scythe liturgo*, quod debebat ex *Milite*. *Scythe liturgo* legendum eſſe in Conjectaneis olim docuimus. *Joſ. Scaliger.*

*Valgos.*] Quæ hic de loco ſuo trajecta, ſic ex virorum doctorum emendatione conjungenda. *Valgos Opilius Aurelius aliique complures aiunt dici qui diverſas ſuras habeant ac talos vitioſos. Plaut. in milite glor. &c.* Valgus, Græce Βλαισὸς, cui crura ita extrorſum incurvantur ut Lunæ cornua referant, quo fit ut genua plus juſto conjunctiora habeant, unde & iidem *compernes* dicuntur. Opponitur *varus* ῥαιβὸς, cui crura introrſum flexa. De his Pollux ῥαιβοὺς οἷς κεκαμπύλωται εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη. Βλαισοὺς οἷς ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέστραπται. Id eſt, *varos vocant quibus inflexa introrſum crura. Valgos, quibus à genibus extrorſum intorta ſunt.*

*Majorem partem.*] Hic locus ex mil. glor. act. 2. ſc. 1.

*Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum*
*Majorem partem videas valgis ſaviis.*

*Valgis ſaviis* id eſt, labris extrorſum inflexis, ut fit cum aliquem deridemus. Nam *ſavia*, pro labris dixit Plaut. quomodo & Virgil. *Oſcula: dulces circum oſcula nati.*

*In Site litergo.*] Legendum *in Scythe Liturgo*. *Scytha Liturgus* Plauti Comœdiæ nomen eſt. Id eſt *Scytha ſtipator*. Scythæ enim apud Græcos eundem ordinem tenuere, quem apud nos Germani in ſtipandis regum & principum corporibus. Ideoque Λειτουργοὶ dicti. Verſus Plauti —— *ſin ea mihi, &c.* mirum non monuiſſe interpretes eosdem eſſe qui leguntur in mil. glor. act. 3. ſc. 1.

*Tum ne uxor mihi inſignitos pueros pariat poſtea.*
*Aut varum, aut valgum, aut compernem,*
*Aut paetum aut broncum filium.*

*Dacerius.*

*Valleſcit.*] Hinc *Evallefacere*, eſt ejicere. Varro Prometheo lib. 2. *Retrimenta cibi, qua exierant per poſticum, evallefecerunt. Joſ. Scaliger.*

*Valleſcit.*] Optime Doctiſſ. Salmaſius legendum docuit *valleſit*, & errare Feſtum qui à vallo caſtrorum deducit: A *vannus* factum *vallus*, ut à *cinnus*, *cillus*: *vinnus*, *villus*, &c. A *vallus* factum *vallare*, hinc evallefacere, ejicere. Varro Prometheo lib. 2. *Retrimenta cibi qua exierant per poſticum, evallefecerunt.* Et evallare Titinius in Prilla: *Qua ego*

Valvoli, folliculi fabæ. PAULUS.

Valvoli folliculi fabæ appellati ſunt, quaſi vallivoli, quia vallo facti excutiantur. FESTUS.

Vapula Papiria, in proverbio antiquis fuit. de quo Sinnius Capito ſic refert, tum dici ſolitum eſſe, cum vellent minantibus ſignificare ſe eos neglegere, & non curare, fretos jure libertatis. Plautus in Feneratrice: Heus tu, in barbaria quod dixiſſe dicitur liberta ſuæ patronæ, ideo dico, liberta ſalve, vapula Papiria. In barbaria eſt, in Italia. Ælius hoc loco vapula poſitum eſſe ait pro dole. Varro pro peri, teſte Terentio in Phormione: Non tu . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . & Plauto in Curculione: Reddin, an non mulierem prius, quam te huic meæ machæræ objicio, maſtigia? vapula ergo te vehementer jubeo ne me territes.

Vaſtum pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Attius: Jam hanc urbem ferro vaſtam faciet Peleus. Pacuvius: Quales, ſcabres, quod inculta vaſtitudine? unde vaſtitas, & vaſtitudo.

## NOTÆ.

*ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem pallia evallavit, o putere.* Quem locum, quia corruptiſſimus eſt, ſic legere non dubito. *Quando ego hodie extorrem hanc domo faciam, pilatricem pallu, evallaro pulcre.*

*Valvoli.*] Lege: *appellati ſunt quaſi vallivoli, quia vallo fracti excutiantur.* Valvoli leguminum, præcipue fabarum folliculi ſic dicti quod vallo, id eſt, fuſte fracti volitent. margini adſcriptum fuit *fuſtibus* ad intepretationem ſcilicet vocis *vallo* quæ fuſtem notat à *varo* detorta. Sed optime Salmaſ. *Quia vallefacti excutiantur*, id eſt, *evannati*, vel *evallati*. *Dacerius.*

*Vapula.*] Plauti verſus hac animadverſione opus habent:

*Heus tu: in Barbaria quod dixiſſe dicitur*
*Liberta ſua patrona, id ego dico tibi.*
*Liberta ſalve. Vapula Papiria.*

Verſus ex Phormione ſunt hi:

*——— ——— ——— non manes?*
*Vapula. Id tibi quidem jam fiet, niſi reſiſtis verbero.*

Latini hoc verbo utuntur, pro quo Græci: *οἴμωζε κλαίειν μακρὰν σε κελεύω.* & ſimilia. *Joſ. Scaliger.*

*Vapula Papiria.*] Ancilla olim ab hera ſua Papiria manumiſſa. continuo eam cœpit contemnere, jureque libertatis freta ſe libertam ſalutavit, heramque juſſit abire Morboniam. *Vapula Papiria.* Sic Horat. dixit. *Jubeo plorare. Jubeas miſerum eſſe.* Et Græci dicunt *οἴμωζε κλαίειν μακρὰν σε κελεύω.* Callimac. Epig. *οἰμώζειν εἴπας πολλά*, &c. Vapulo autem eſt ab *ἀπυλέω*, *contundo*, *flagris cædo*, potius quam ab *ἀπολλύω pereo*, ut quibuſdam viſum eſt. Et ſi recte quidem Varro *vapula* interpretatur *peri*. Nam & Plautus dixit Curcul. ſc. ult. *Ego te vehementer perire cupio, ne me neſcias.* Sed *vapula*, *peri*, *dole*, *plora*, *miſer ſis*, unum & idem.

*Plautus in feneratrice.*] Plauti verſus ex judicio Scaligeri ſic legendi.

*Heus tu: in Barbaria quod dixiſſe dicitur*
*Liberta ſua patrona, id ego dico tibi.*
*Liberta ſalve. Vapula Papiria.*

*Non tu . . .*] Terent. verſus ſunt hi.

*Vapula. id tibi quidem jam fiet, niſi reſiſtis verbero.*

Phorm. act. 5. ſc. 6. in Schedis ſcriptum: *Non tu. . . . reſipis verbero.*

*Plauto in Curcul.*] Act. 4. ſc.

*——— ——— reddin an non virginem,*
*Priuſquam te huic meæ machæræ objicio, maſtigia?*
*Vapulare ego te vehementer jubeo ne me territes.*

*Dacerius.*

*Vaſtum.*] Pacuvius in Teucro apud Nonium: *Quæ deſideria alumnum? pœnitudines Quales, Scabreſque inculta vaſtitudine? Ant. Auguſtinus.*

*Vaſtum.*] Verſus Pacuvii in Teucro ita legi debent:

*Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine,*
*Squales, ſcabreſque, inculta vaſtitudine.*

Ait illam deſiderio, alumnum, pœnitudine, & vaſtitudine ſqualere, ac ſcabrere. *Joſ. Scaliger.*

*Vaſtum.*] Virg. 3. Æneid.

*Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis.*

*Vaſtis*, id eſt, *magnis*. Et lib. 9.

*Hæc ego vaſta dabo.*

*Vaſta*, id eſt, *inania*, *ſola*. Et Servius 1. Æneid. *Vaſte pro deſolato veteres ponebant, & etiam pro magno.* Sic Salluſt. Livius, &c.

*Pacuvius.*] Hujus verſus ita legi jubet Scalig.



Digitized by Google

PAULUS. Vaſtum pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Attius: Hanc urbem ferro vaſtam faciet. unde vaſtitas, & vaſtitudo.

Vaticanus collis appellatus eſt, quod eo potitus ſit populus Romanus vatum reſponſo expulſis Etruſcis.

FESTUS. Ve victis, in proverbium veniſſe exiſtimatur, cum Roma capta à Senonibus Gallis aurum ex conventione, & pacto adpenderetur, ut recederent, quod iniquis ponderibus exigi à barbaris querente Ap. Claudio Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, & dixit, Ve victis quem poſtea perſecutus Furius Camillus cum inſidiis circumventum conſideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur.

PAULUS. Ve vobis dicebatur ab antiquis, & ve nobis.

Vecors eſt turbati ac mali cordis.

FESTUS. Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato: vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

Vectigal, æs dicitur, quod ob tributum, & ſtipendium, & equeſtre, & ordinarium populo debetur.

Vegrande ſignificari alii aiunt male grande; ut vecors, veſanus, mali cordis, maleque ſanus. alii parvum, ſive minutum, ut cum dicimus, vegrande frumentum. & Plautus in Ciſtellaria: qui niſi iteres nimium is vegrandi gradu.

PAULUS. Vegrande ſignificat male grande. ut vecors, veſanus, mali cordis, male ſanus. alii parvum, ſive minutum intelligunt, ut vegrande frumentum.

## NOTÆ.

*Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine*
*Squales, ſcabreſque, inculta vaſtitudine.*

Ait illam deſiderio alumnûm pœnitudine & vaſtitudine ſqualere ac ſcabrere, hoc eſt, ſqualidam & ſcabram eſſe. Apud Nonium, qui ter hunc locum adducit, legebatur

*Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine,*
*Squale, ſcabreque, inculta vaſtitudine.*

Quæ vera lectio eſſe poteſt. Sic ſquales & ſcabres nomina conjunxit Varro Manio. *Ager derelinqueretur ac periret ſquale ſcabreque, illuvie & vaſtitudine.*

*Vaticanus collis.*] Vel à Vaticano Deo qui & *Vatiganus*, quod vagitibus infantium præſideret. *Dacerius.*

*Ve victis.*] Utitur hoc proverbio Plaut. in Pſeud. & Liv. lib. 5. pro Ap. Claudio P. Sulpicium tunc Tr. Mil. quod veriſimilius eſt, cum Brenno de fœdere egiſſe ſcribit. *Ant. Auguſtinus.*

*Ve victis.*] Livius lib. 5. ſect. 48. *Rei fœdiſſima per ſe, adjecta indignitas eſt. Pondera ab Gallis allata iniqua, & tribuno recuſante, additus ab inſolente Gallo ponderi Gladius: auditaque intoleranda Romanis vox, va victis eſſe.*

*Vecors.*] Sine corde, particula ve minuit: Vide infra *vegrande.* Sed hæc ſunt ex Epitome Pauli & Feſti verba omiſſa quia ſic in Schedis. *Vecors eſt turbati & mali cordis. Pacuvius in... Iliona qui veloci ſuperſtiti ne cum vecordi conjuge & Novius in.... coactus triſtimoniam ex animo deturbat & vecordiam. Dacerius.*

*Vecticulariam.*] Vecticularius eſt convicium Græcorum τοιχωρύχος. *Joſ. Scaliger.*

*Vecticularia vita.*] *Vecticularii* qui vecte Muros furandi gratia perfodiunt. Perfoſſores parietum vocat Plaut. Græce τοιχωρύχοι. Iidemque *vecticulariam facere* dicuntur, & eorum vita *vecticularia.*

*Vectigal æs, &c.*] Vectigal proprie quod pro invectione vel evectione mercium debetur: ſed generaliter ſignificat omne ex quo Reſp. reditum habet, veluti vectigal portus, decumarum, viceſimæ, ſcripturæ, ſalinarum, metallorum, &c. Interdum etiam latius patet ac pro tributo ac ſtipendio ſumitur, ideoque vectigal ſtipendiarium dicitur, & vectigales provinciæ agrive pro ſtipendiariis. Cicer. 3. in Ver. ſect. 6. *Inter Siciliam cæteraſque provincias, judices, in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt, quod cæteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, ut Hiſpanis, pleriſque Pœnorum, quaſi victoriæ præmium, ac pœna belli,* &c. *Dacerius.*

*Vegrande.*] Ex Plauti Clitellaria, non Ciſtellaria citari hunc verſum in Conjectaneis docuimus. *Joſ. Scaliger.*

*Vegrande.*] *Male grande, alii, parvum.* ridiculum quaſi *male grande* aliud *ſit* quam *parvum.* In vegrande autem particula ve, nunc minuit ut in *vecors,*

Digitized by Google

Vehere, portare, vel trahere. FESTUS.

Veia apud Oſcos dicebatur plauſtrum, unde veiarii ſtipites in plauſtro, & vectura veitura. PAULUS.

Vel, conligatio quidem eſt disjunctiva, ſcilicet earum rerum, quæ natura disjunctæ ſunt, in quibus aut conjunctione rectius utimur, ut, Aut dies, aut nox. ſed earum, quæ non ſunt contrariæ, quæ eligatur, nihil intereſt, ut Ennius: vel tu Dictator, vel equorum, equitumque Magiſter Eſto, vel Conſul.

Velati appellabantur veſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum loco ſubſtituebantur. ipſi ſunt & ferentarii qui fundis, ac lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur. Cato eos ferentarios dixit, qui tela, ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.

Velitatio dicta eſt ultro, citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnæ. Plautus: Neſcio quid velitati eſtis inter vos.

Venditiones olim dicebantur Cenſorum locationes, quod velut fructus publicorum locorum venibant. FESTUS.

Venerari verbum compoſitum ex venia, & orando.

Ventabant dicebant antiqui. unde præpoſitione adjecta fit adventabant. PAULUS.

Ventabant antiqui dicebant ſine præpoſitione, pro adventabant. FESTUS.

Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti vovebant, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. PAULUS.

## NOTÆ.

*cors*, *veſanus*, *vegrandis gradus*, *vegrande frumentum*. *Vejovis*. Ovid. 3. Faſt.

*Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni*
*Quæ male creverunt, veſcaque parva vocant.*
*Vis ea ſi verbi eſt, cur non ego Vejovis ædem*
*Ædem non magni ſuſpicer eſſe Jovis.*

Nunc auget ut *vegrandis ſtilus*, *vegrandi ſubere*. Vide infra in *veſculi* & *veſcus*.

*Plaut. in Ciſtellaria.*] Imo in Clitellaria. Et: *qui niſi ſic biteris, nimium is vegrandi gradu.* biteris, eas. A *beto* vel *bito*, unde *combito*, *perbito*, *rebito*, *imbito*. Janus Gulielmus legebat: *Quin is ſi itura es*, &c. *Dacerius.*

*Veia.*] Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Velia brevis vehiculum eſt.* & alio loco: *velabrum dicitur à vehendo. velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. hinc vectura.* *Ant. Auguſtinus.*

*Veia.*] Lege: *Vela apud Oſcos dicebatur plauſtrum, unde velarii ſtipites in plauſtro, & vectura velatura.* *vela* à *veho*, ut *tela* à *texo*. A vela, *velatura*. Apud Varronem *velaturam facere*, id eſt, facere vecturam.

*Vel conligatio.*] Lege: *Vel conligatio quidem eſt disjunctiva, non ſcilicet earum rerum*, &c.

*Velati.*] Ergo à *velare*, *velites* dicti hoc eſt *velati*, quod veſtiti tantum & ſine armis exercitum ſequerentur. Supra tamen in *advelitatio* legitur: *Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, id eſt, volantes.* Sed hæc nobis ſuſpecta ſunt, & videntur Paulo potius tribuenda. Locum adi.

*Ipſi ſunt & ferentarii.*] Et adſcriptivi & accenſi. Vide *aſcriptivi*, & *ferentarii*.

*Qui tela ac potiones militibus miniſtrabant.*] Ferentarii, miniſtratores. Nam accenſi iidem qui ferentarii, &c. *Dacerius.*

*Velitatio.*] Plaut. in Menæ. *Neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos.* *Ant. Auguſtinus.*

*Venditiones olim dicebantur.*] *Vendere* pro *locare*, ſicut *emere* & *redimere* pro *conducere* veteres dicebant. Cicero 3. in Verr. *Ubi illa conſuetudo, in bonis, (prædibus prædiiſque) vendundis, omnium conſulum, cenſorum, quæſtorum ut optima conditione ſit is cuja res ſit, cujum periculum.* Ubi *in bonis vendundis*, hoc eſt *in bonis locandis*.

*Venerari*] Imo potius à *Venere*, ut proprie *venerari* ſit Veneri ſacrificare, Venerem adorare. Et inde ad alios traductum.

*Ventabant.*] Hæc ſunt Pauli. Feſti verba ſic in Schedis: *Ventabant dixiſſe antiquos veriſimile eſt cum & præpoſitione adjecta...... ..adventabant.* Deeſt *dicatur*, vel *adhuc dicamus*, vel quid ſimile. *Dacerius.*

*Ver ſacrum.*] Vide ſupra in *Mamertini*. & Nonium in Ver Sacrum. & Euſeb. lib. 3. de præparatione Evangel. *Ful. Urſinus.*

*Ver ſacrum.*] Ἔτος ἱερὸν Strab. Sic dicebatur quidquid intra Calendas Martias & pridie Calendas Maias na-



Digitized by Google

Verberitare idem Cato frequentative ab eo, quod eſt verbero, dixit.

FESTUS. Veredis antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, id eſt ducerent.

Vergiliæ dictæ, quia earum ortu ver finitur, & æſtas incipit.

PAULUS. Vergiliæ dictæ, quod earum ortu ver finem facit.

Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quaſi à vermibus ſcindatur. hic dolor Græce ϛροφὸς dicitur.

Vernæ appellantur ex ancillis civium Romanorum vere nati, quod tempus anni maxime naturale feturæ eſt.

FESTUS. Vernæ, qui in villis vere nati, quod tempus, duce natura, feturæ eſt: & tunc rem divinam inſtituerit Marti Numa Pompilius, pacis, concordiæve obtinendæ gratia inter Sabinos, Romanoſque, ut vernæ vincerent. Romanos enim vernas appellabant, id eſt, ibidem natos. quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, qui conjuncti erant cum populo Romano.

PAULUS. Verniſera menſalia auguria.

Verſuram facere, mutuam pecuniam ſumere, ex eo dictum eſt, quod initio, qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, ſed ut aliis ſolverent, velut verterent creditorem.

## NOTÆ.

natum, Deo vovebatur. Neque vero primi hunc morem Itali tenuere. Nam tale quid in literis ſacris à veteribus factitatum fuiſſe legimus. Vide ſupra in *Mamertini* Liv. lib. 22. & 34. & Dionyſ. lib. 1.

*Veredis.*] Quaſi *veheredis* quod veherent rhedas. Et hoc Etymon confirmat quod olim curſus publicus erat vehicularis. Sueton. Auguſt. 49. Salmaſio vero aliud placet, nempe à Græco βέῤῥης aut βέρης, βέρητος, quod fugitivum, fugacem ſignificat, fieri *veredus*. Sed nimis ambitioſe. *Veredus* primo dictus equus cum curriculo, deinde, cum ſcilicet equis ſingulis ad curſum publicum uti cœperint, equi, *veredi* dicti. Martial. lib. 12. Ep. 14.

*Parcius utaris moneo rapiente veredo.*

*Vergiliæ.*] Quod extremo vere oriantur. Alii *virgiliæ* quod in modum virgulæ porrigantur. Nam & eodem modo à figura βότρυς à Græcis appellantur. Quod racematim poſitæ ſint. *Dacerius.*

*Vermina.*] Vermina recte ϛρόφυς vertit. Nam quæ poſtea tormina, prius vermina vocabant. inde verminare, tormina pati. Pomponius hernia Pappi:

*Decumus menſis eſt, cum factum eſt. ita fit. ita ſemper ſolet.*

*Decumo menſe demum turgens verminatur, parturit.*

Sane pulſus, qui medicis σφυγμὸς μυρμηκιῶν dicitur, nulla controverſia, pulſus verminans dici poteſt. Martialis:

*Si tibi moroſa prurigine verminat auris.*

*Joſ. Scaliger.*

*Vermina.*] Lucret. lib. 5. *Vermina ſæva* eadem & tormina. Vermina autem & vermen à vertendo, ut Græcis ϛροφὸς à ϛρέφω *verto*. Inde *verminare* & *verminari* pro tormina pati. Pomponius hernia Pappi:

*Decumus menſis eſt, cum factum eſt. ita fit. ita ſemper ſolet.*

*Decumo menſe demum turgens verminatur, parturit.*

*Vernæ.*] Primis temporibus, ut optime notat Feſtus vernæ dicebantur ipſi Romani quaſi eodem loco nati. Quare in Sacris Tiburtibus quorum carmen affert Servius, Curio Junonem ſic precabatur: *Juno Curitis tuo curru clypeoque tuere meos curiæ vernulas.* Nempe pro Romanis curialibus ſuis preces concipiebat. Sed poſtea de ſervis domi natis verna dici cœptum eſt. Quæ ſequuntur mihi ſuſpecta ſunt, neque enim umquam legas Numam Marti rem ſacram inſtituiſſe ut Romani Sabinos vincerent. Hoc ſentient qui hiſtoriam Romanam norunt. Ultima etiam illa. *Quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, &c.* non eſſe Feſti fortunas meas omnes paratus ſum ponere & paciſci. Mera balbuties. Lege modo. *Dacerius.*

*Verniſera.*] Menſalia auguria multi generis habes apud Plinium lib. 28. cap. 2. *Joſ. Scaliger.*

*Verniſera menſalia auguria.*] Male qui *Meſſalæ auguria.* Menſalia auguria multi generis habes apud Plinium lib. 28. cap. 2.

*Verſuram facere.*] Cum quis ut alii ſolvat, ab alio mutuatur. Cicero etiam dixit *verſuram facere*, pro æs alienum contrahere. Et Donat. in Phormionem. *Verſuram*, inquit, *facere dicitur qui æs alienum ex ære alieno ſolvit. Dicitur etiam verſuram facere, cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat.*

Ver-

Verſuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

Veruncent, vertant. Pacuvius: Dii monuerint meliora: atque amentiam averuncaſſent tuam, id eſt avertiſſent.

Veruta pila dicuntur, quod veluti verua habent præfixa.

Veſcor, paſcor.

Veſculi, male curati, & graciles homines. ve enim ſyllabam rei parvæ præponebant, unde Vejovem, parvum Jovem. & vegrandem fabam, minutam dicebant.

Veſcus, faſtidioſus; ve enim pro puſillo utebantur. Lucretius veſcum dixit edacem, cum ait: Nec mare quæ impendent veſco ſale ſaxa pereſa.

Veſpæ, & veſpiliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. hi etiam veſpilones vocantur. (Martialis: Qui fuerat medicus, nunc eſt Veſpilo Diaulus.)

## NOTÆ.

*Verſuti.*] Cicero 3. de Nat. Deor. *Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Callidos autem, quorum, tanquam manus opere, ſic animus uſu concaluit.*

*Verticulas.*] Schedæ aliter: *Verticulas cum ait Lucilius ita appellavit vertebras.* Luciiii verſum intelligit è 4. Annal.

*Hæret verticulis adfixum in poſteriore*
*Parte, atque articulis ut nobis talu' genuſque.*

Turneb. lib. 28. cap. 9. ſcribit Lucilium *verticulas* vocare ſpondylos ſpinæ. Etſi & articuli etiam recte *verticulæ*, dici poſſint. *Verticula* à vertendo quod in iis ſe vertant membra. *Dacerius.*

*Veruncent.*] Pacuvius in Chryſe ex Nonio: *Di monerint meliora: atque amentiam averruncaſſint tuam.* Vide Varr. lib. 6. *Ant. Auguſtinus.*

*Veruncent.*] Lege: Verruncent ut in MSS. Verrunco quidam ab ἐρύκω, *prohibeo.* Varro cum Feſto à vertendo. Apud Accium.

*Te, ſancte, venerans precibus, invicte invoco*
*Portenta ut populo patria verruncent bene.*

Id eſt, *vertant bene.* A *verrunco* eſt *averrunco* quod & *aurunco*, *averto: averruncus* qui & *auruncus* Deus, ἀποτρόπαιος, qui mala avertit.

*Di monuerint meliora.*] Pacuvii verſus ſic ex Varrone lib. 6. de L. L. & Nonio.

*Dii monerint meliora atque amentiam averruncaſſint tuam.*

*Monerint* pro *monuerint.* Nonius etiam priorem partem ſic adducit in moneris: *Di monerint meliora,* aitque eſſe ex Chryſe Pacuvii. Idem in *averruncare* eundem Lucilio tribuit è libro Annal. 26.

*Dii monerint meliora atque amentiam averruncaſſint tuam.*

Quare è Pacuvio ſumpſerit Lucilius. Nam Pacuvio eum adſcribit etiam Varro.

*Veruta pila.*] Hæc ſunt Pauli. Verba Feſti ſic Schedæ: *Veruta pila dicuntur, quod veluti verua habent præfixa: Ennius lib.* 10. . . . . . *curſus quingentos ſæpe veruti.* Veru Sabellum vocat Virg. 7. Æneid.

*Et tenui pugnant mucrone veruque Sabello.*

*Dacerius.*

*Veſculi.*] Gloſſarium: *Veſces, veſcus,* ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής. *Joſ. Scaliger.*

*Veſculi.*] Diminutivum à *veſcus.* Gracilis, exſuccus, macilentus. Vide in *vegrande*, lib. 5. cap. 12.

*Veſcus.*] Gloſſ. Veſcus, ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής. Gellius lib. 16. cap. 5. *Ve particula ſicuti quædam alia, tum intentionem ſignificat, tum minutionem. & veſcum autem quod ex ve particula, & eſca copulatum eſt, utriuſque diverſæ ſignificationis vim capit. Aliter enim Lucretius veſcum ſalem dixit, ex edendi intentione: aliter Lucilius appellat cum edendi faſtidio.* Feſtus & Gellius hunc Lucilii verſum reſpiciunt quem ex Annal. 26. laudat Non.

*Quam faſtidioſum ac veſcum cum claſtidio vivere.*

*Dacerius.*

*Veſpa.*] Suſpectus locus, quo refertur Martialis, quem non alio loco nominaverat, & Feſto fuit, ut arbitror, poſterior. *Ant. Auguſtinus.*

*Veſpa.*] Finalia illa *Hi etiam Veſpilones*, &c. omnia ab inepto mutilatore huc aſſuta ſunt. *Joſ. Scaliger.*

*Veſpæ & veſpiliones.*] Gloſſæ Iſidori: *veſpillones, foſſarii qui mortuos ſepeliunt, bajuli.* Veſpa, veſpilio, à *veſpere.* Mnaſeas ſcripſit in Cecrope libro, *Apollinem poſteaquam à Jove vinctus atque interfectus eſt à Veſpillonibus ad ſepulturam elatum eſſe.*

*Hi.*] Hæc finalia unde ſunt in fronte promptum



Digitized by Google

Veſperna apud Plautum cena intelligitur.

Veſperugo, veſper ſtella. Plautus: Nec veſperugo, nec vergiliæ occidunt.

Veſpices fruteta denſa dicta à ſimilitudine veſtis.

Veſticeps puer, qui jam veſtitus eſt pubertate: è contra inveſtis, qui necdum pubertate veſtitus eſt.

Veſtis generaliter dicitur, ut ſtragula, forenſis, muliebris. veſtimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, penula.

Veteratores callidi dicti à multa rerum gerendarum vetuſtate. Cannius: mulieri non aſtutæ facile veterator perſuaſit.

Veterinam beſtiam jumentum Cato appellavit à vehendo. Opilius veterinam dici putat, quaſi venterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.

Veternoſus dicitur qui gravi premitur ſomno. Cato Veternoſum hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxime ſitit.

Vexillum deminutivum eſt à velo.

## NOTÆ.

gerunt. A barbaro mutilatore ſcilicet, vel ab alio quovis huc aſſuta, ut volunt viri docti. Sed fruſtra. Nam delenda tantum *hi etiam veſpilones vocantur*. Nam cætera ſunt Feſti qui Martialem laudare potuit, ut & infra Canium laudat qui Martiali contemporaneus fuit. Illa, *hi etiam veſpilones vocantur*, ab ſtudioſo aliquo ad vocem *Medicus*, quæ in verſu Martialis, adſcripta fuerant, ut innueret medicos veſpilones etiam dictos. Nihil certius. viris eruditis illud impoſuit quod Feſtum Martiale antiquiorem putarunt. Quod contra eſt. Martialis enim Feſtum multis annis anteceſſit. *Dacerius.*

*Veſperna.*] Vide *Scenſas*. *Ant. Auguſtinus.*

*Veſperna.*] Vide Donatum in Eunuchum. *Joſ. Scaliger.*

*Veſperna.*] Deſideratur Plauti locus unde hoc Feſtus. vide *Cœna*, & *ſcenſas*. *Dacerius.*

*Veſperugo.*] Plaut. in Amph. *Nec jugula, nec veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.* *Ant. Auguſtinus.*

*Veſperugo.*] Locus Plauti Amphit. act. 1. ſc. 1.

*Nec jugula, neque veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.*

*Veſperugo*, aliis *veſper*, & *veſperus*, ἕσπερος.

*Veſpices.*] Mihi ignota vox. conjiciebam *veprices fruteta denſa à ſimilitudine vepris.* Tamen nihil temere mutandum.

*Veſticeps puer.*] *Veſtis* dicitur pubes & barba. Pro *pube* uſus Lucret. lib. 5.

—— —— —— *Et impubem molli pubeſcere veſte.*

Pro *barba* Virgil. 8.

*Aurea Cæſaries ollis atque aurea veſtis.*

Inde *veſticeps* puber, *inveſtis* impuber. Nonius: *inveſtes dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat.* Vide *pubes*.

*Veſtis.*] Ait veſtem dici omne id quo quis veſtitur, veſtimentum partem aliquam veſtis, ut tunicam, pallium, &c. Sed diſcrimen illud non obſervatur.

*Veteratores.*] Donat. *Veterator eſt vetus in aſtutia, & qui in omni re callidus eſt.* Proprie de ſervis dicitur qui longo uſu, & longa ſervitute aſtuti & vafri facti ſunt.

*Cannius.*] Melius *Canius* qui poeta fuit Gaditanus ætate Domitiani.

*Veterina.*] Gloſſæ: *Veterina beſtia*, ὑποζύγιον. *Joſ. Scaliger.*

*Veterina.*] Gloſſ. *Veterina*, κτήνη. *Veterinum*, *jumentum*, κτῆνος. Lucret. lib. 5.

*Ne forte ex homine & veterino ſanguine equorum.*

*Veterinum* quaſi *vehiterinum*, ſed prius dictum *veturium*, quaſi vehiterium. *Dacerius.*

*Veternoſus.*] Varro Eumenidibus: *Nam ut arquatis, & veternoſis quæ lutea non ſunt, æque ut lutea videntur: ſic inſanis ſani & furioſis videntur eſſe inſani.* Gloſſæ: *Veternoſus*, φθισικὸς, ὑδρωπικός. pro Phthiſi Apuleius lib. 9. *Totumque corium veterno, atque ſcabioſa macie exaſperati.* At Virgilius pro lethargo. *Joſ. Scaliger.*

*Veternoſus.*] A Veterno, id eſt, lethargia, ſtupore, ſomno. Virgil. 1. Georg.

*Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.*

*Veternus* etiam morbus intercus, Hydrops. Gloſſ. *Veternoſus*, φθισικὸς, ὑδρωπικός.

*Vexillum.*] Idem Priſcianus & Servius: ſed omnino *velum* eſt à *vexillum*. Ut *ala* ab *axilla*, dempta litera x. Cicero in Oratore ad Brutum: *Quinetiam verba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſſa, ſed aurium. Quomodo enim veſter axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam è maxillis, & taxil-*

Digitized by Google

Viatores appellabantur, qui magiſtratibus parebant. eo quod plerumque ex agris homines evocabantur à magiſtratibus, & frequens erat eorum ab agris ad urbem via.

Viatores appellantur, qui magiſtratibus apparent, eo quia initio omnium tribuum FESTUS. cum agri in propinquo erant urbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam urbe; quod ex agris plerumque homines vocabantur à magiſtratibus, & frequens eorum erat ab agris ad urbem via.

Vibices plagæ verberum in corpore humano dictæ, quod vi fiunt. PAULUS.

Vibriſſæ pili in naribus hominum, dicti, quod his evulſis caput vibratur.

Vibriſſe eſt vocem in cantando criſpare. Titinius: Si erit tibi cantandum, facito, uſque exvibriſſes.

Vici appellari incipiunt ex agris, qui ibi villas non habent, ut Marſi, aut Pelìgni. FESTUS. Sed ex vicis partim habent rempublicam, & jus dicitur; partim nihil eorum, & tamen ibi nundinæ aguntur negotii gerendi cauſa, & magiſtri vici, item magiſtri, *pauci quo*tannis fuerit. Altero cum id genus ædificii, quæ continentia ſunt, iis; oppidiſque, itineribus, regionibuſque diſtributa inter ſe diſtant, nominibuſque diſſimilibus diſcriminis cauſa ſunt diſpartita. Tertio cum id genus ædificiorum

## NOTÆ.

*taxillis, & vexillis, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit. Dacerius.*

*Viator.*] Gloſſæ. *Viator*, ὁδοιπόρος, ἀμφοδάρχης, ἀρχιυπηρέτης. Videtur Viatorem pro vici magiſtro accepiſſe, cum vocat ἀμφοδάρχην. Eundem poſtea *Viaculum* vocat. *Viaculus*, ὁδῶν ἐπιμελητής. *Joſ. Scaliger.*

*Viatores.*] Qui è villis in Curiam magiſtratus arceſſebant. Cicero in Catone Mai. *A villa in ſenatum arceſſebantur Curius & cæteri ſenes, ex quo qui eos arceſſebant viatores nominati ſunt.* Columella præfat. lib. I. *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur in ſenatum, ex quo qui eos evocabant, viatores nominati ſunt.*

*Vibices.*] *Excitatum verberibus corpus.* Varr. lib. 6. de L. L. Inde *prægnantes plagas*, vocat Plautus. Vibices à Græco ἴβυκες, id eſt, στιγμοί. Heſych.

*Vibriſſa.*] Gloſſarium: *Vibruca*, τρίχες ῥινός. *Joſ. Scaliger.*

*Vibriſſa.*] Gloſſarium: *vibruſſa*, τρίχες ῥινός. A verbo *vibriſſare* dictæ *vibriſſa*, quod ſpiritu, qui per nares meat, *vibrentur*, id eſt *criſpentur*. *Dacerius.*

*Vibriſſe.*] Lege: *Vibriſſare.* *Joſ. Scaliger.*

*Vibriſſe.*] Lege *vibriſſare*. in MSS. eſt *vibriſſere*. A *vibro vibriſſo*. Ut à *peto petiſſo*. *Vibro* autem eſt *concutio*, *projicio*, & quia quæ projiciuntur motu tremulo criſpantur, inde *vibro* eſt *criſpo*. De Titinii verſu vide in *ſuccrotila*. Ubi quæ duobus locis diſtractata ſunt non male, ut puto, conjunximus. ubi etiam *ex vibriſſes*, lege uno vocabulo *exvibriſſes*, ut hic. *Dacerius.*

*Vici.*] Abundat negatio, *Villas non habent*. Deinde legendum infra: *item magiſtri pagi, qui creati quotannis fuerint.* ſcriptum erat primum archaicos *paci*, pro *pagi*. ex quo factum, pauci. Poſtea lege: *Altero, cum id genus ædificia, quæ continentia ſunt, viis oppidi, itineribus* &c. *Tertio:* diverſa ſunt à ſuperioribus. nam ſuperius ædificia continentia, hic ſeparata intelligit. In fine lege: *ſicut hi, qui aut in oppidi viis* &c. *Joſ. Scaliger.*

*Vici appellari incipiunt.*] Lego: *Vici appellari incipiunt ex agris qui ibi villas habent, &c.* Nam vici ſunt plures villæ conjunctæ. Tria genera vicorum Feſtus ſtatuit, *villaticum*, *urbanum*, & *domeſticum*, aitque agrorum vicos alios habere remp. & jus dici, alios non item & habere tamen nundinas, ibique vici pagique magiſtros quotannis fieri. Deinde docet vicanos dici qui in oppidorum & agrorum vicis degunt, non vero eos qui in domeſticis, qui proprie vicini dicuntur. Hæc eſt Feſti ſententia, ſed quia ejus verba corrupta & mutila ſunt, integrum locum ponam ut eum ſchedæ repræſentant: *Et tamen ibi nundinæ aguntur negotii gerendi cauſſa & magiſtri vici, item magiſtri paci quotannis fiunt. Altero cum id genus ædificiorum definitur quæ continentia ſunt his oppidis quæ itineribus, regionibuſque diſtributa inter ſe diſtant nominibuſque diſſimilibus diſcriminis cauſſa ſunt diſpartita. Tertio cum id genus ædificiorum definitur quæ in oppido privo, id eſt in ſuo quiſque loco proprie ita ædificat, ut in eo ædificio pervium ſit quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum, qui non dicuntur vicani ſicut ii qui aut in oppidi vicis, aut hi qui in agris ſunt, vicani appellantur.* In his *paci* antiqua ſcribendi conſuetudine pro *pagi*, ut in columna Duillii MACISTRATOS, & LEÇIONES.

*Vici-*

Digitized by Google

definitur, quæ in oppido prive in ſuo quiſque loco proprie ita ædificat, ut in eo ædificio pervium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum, qui non dicuntur vicarii, ſicut ii, qui aut in oppido vias, aut hi, qui in agris ſunt, vicarii appellantur.

PAULUS. Vicinia, vicinorum converſatio.

FESTUS. Victimam Ælius Stilo ait eſſe vitulum ob ejus vigorem. alii autem quæ vincta adducatur ad altare: aut quæ ad hoſtis victos immoletur.

Viæ ſunt & publicæ per . . . . . . . . . . . . . . . . e omnibus licet. privatæ quibus vetitum uti . . . . . . . . . . . . . . præteреorum quorum ſunt privatæ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . vias muniunto. Dioniſam lapides ſunt, qua volet jumenta agito.

Viduertas calamitas dicta, quod viduet bonis.

PAULUS. Viere, alligare, unde vimina, & vaſa viminea.

Vietus languidus, ſine vi, & naturalibus privatus viribus.

## NOTÆ.

*Vicinia.*] Aliter Cornelius Fronto: *Vicinia vicorum conjunctio. Vicinitas hominum converſatio eſt. Et* apud Terent. *Commigravit huc vicinia.* Vicinia eſt locus ubi plures vicini habitant. Et *vicinitas* vicinorum propinquitas. idem: *Virtus tua me vel vicinitas*, &c.

*Victimam Ælius Stilo ait eſſe vitulum.*] Inde Gloſſarium *victimarius*, μοσχοθύτης, μοσχοτόμος. *Qui vitulum immolat, cædit.* Sed tertium etymon verum eſt, victima quæ ob hoſtes victos. (ſic enim legendum ut in Schedis.) Ovid.

*Victima quæ cecidit dextra victrice, vocatur.*

Vide *hoſtia*, & *maxima hoſtia.* Pro vincta in Schedis eſt *victa.* Fortaſſe pro *vitta*, inquit Urſinus. Nam boves auratis cornibus, vittis ornati & ſertis ad aram ducebantur. Præterea Serv. 1. Æn. ſcribit. *Soluta ſunt hoſtia nam piaculum eſt, in ſacrificio aliquid eſſe religatum.* Nihil tamen mutandum.

*Via.*] Deſideratur hoc caput in aliis editionibus. in eo vero Feſtus agebat, ut ex reliquiis ejus apparet, de viis publicis & privatis, & antiquam legem referebat de viis muniendis, iiſdemque lapide ſternendis, ut quæ ſtratæ lapidibus eſſent, per eas jumenta agere liceret. Extat inſcriptio in quodam denario Auguſti. QUOD VIÆ MUNITÆ SUNT. Fulv. Urſin. Suppleo. *Viæ ſunt & publicæ per quas ire omnibus licet & privatæ quibus vetitum uti omnibus præter eorum quorum ſunt privatæ . . . . . vias muniunto, donicum lapides eſunt, qua volet jumenta agito.* Publicæ viæ ſunt quas *regias* Græci dicunt, Romani Prætorias & conſulares. Privatæ ſunt agrariæ quæ dupliciter intelligi poſſunt. Sunt enim quædam agrariæ quibus uti omnibus licet, & quædam quæ ad dominorum utilitatem ducuntur, quibuſque aliis interdictum eſt, niſi id à Dominis concedatur. De his loquitur Feſtus. verba legis ab illo relatæ fortaſſe ad 12. tabulas pertinent, & fortaſſe ad idem caput ubi ſcriptum: *Amſegetes viam muniunto, ſi via immunita eſcit, qua volet jumentum agito.* Illa enim *donicum lapides eſunt*, idem ſignificant quod iſta, *ſi via immunita eſcit.*

*Viduertas.*] A viduare, viduertas, ut ab uberare ubertas.

*Viere.*] Amplius in Schedis: *Viere alligare ſignificat ut hic verſus demonſtrat. Ibant Malaci viere veneriam corollam. Unde vimina & vaſa viminea quod vinciuntur ligata.* Hunc verſum adfert etiam Varro lib. 4. *Viere vincire à quo eſt in Aſoto* (Sotadico ut Scal.) *Ennii ibant malaci viere veneriam corollam.* Ubi Scaliger: *ibant malacam viere veneriam corollam.* Aitque eſſe ex Sotadico Græco qui citatur ab Hephæſtione:

Ποίης τέρεν ἄνθος μαλακὸν μαιῶσαι.

*Herba* (ibant) *tenerum Florem & malacum quærere.* A viere autem eſt vimen quod ante Cannabi uſum viticibus & virgultis pro funibus uterentur. *Tzetzes.* πρότερον ἀπὸ λύγων σχοίνους ἐποίουν πρὸ εὑρέσεως τῆς κανναβέως. *Primum è viticibus funes faciebant ante inventionem cannabi.* Inde Græcis λυγίζειν, quod Latinis *viere. Dacerius.*

*Vietus.*] Teren. in Eun. Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex. Plaut. in Mercat. Acheronticus, ſenex, vietus, decrepitus. *Ant. Auguſtinus.*

*Vietus.*] Proprie Marcidus à *vieo*, ut dicebant pro *vio*, ita ut de virgultis dicatur quæ marcida fiunt & flaccida poſtquam vientur ut funium uſum præſtent. Quare optime in Gloſſis. *Vietum* μεμαραμμένον, *marcidum.* Inde homines molles flaccidique *vieti* dicti. Terent. Eunuch. 4. ſc. 4.

*Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex.*

Ubi Donatus: *Vietus mollis flaccidusque, & flexibilis corpore, unde & vimina & vimenta, & vites & vietores*

tores

Digitized by Google

Viget dictum à vi agendo, ſed non in agendis hoſtilibus rebus; verum iis, quæ concitato animo ad bonum tendunt.

Viget dictum videtur à vi agendo, ſed non in agendis hoſtilibus rebus, verum his quæ celerrimo, concitatoque animo ad bonam tendunt frugem. FESTUS.

Viginti quinque pœnæ ſignificat viginti quinque aſſes.

Viminalis porta, & collis appellabantur, quod ibi viminum ſilva fuiſſe videtur, ubi eſt & ara Jovi Viminio conſecrata.

Viminalis porta, & collis appellabantur, quod ibi viminum fuiſſe ſilva videtur. PAULUS.

Vinalia diem feſtum habebant, quo die vinum novum Jovi libabant.

Vinciam dicebant continentem.

Vindex ab eo quod vindicat, quominus is, qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur. FESTUS.

Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controverſia eſt, quod potius dicitur jus, quia fit inter eos, qui contendunt M. Cato. in ea, quam ſcripſit L. Furio: De aqua . . . . . . . . . . . Prætores ſecundum populum vindicias di-

## NOTÆ.

*tores dicuntur, & viere religare dicitur. Quia vietis virgis magis religare poſſumus quidlibet. Lucretius Aranea dixit vietam veſtem, hoc eſt putri mollitia præditam.* Sed in originatione fallitur Donatus. Nam à *vio* eſt vimen, vimentum, vitis, & à *vieo*, vietus, vietores.

*Viget.*] Gloſſ. *Vigeo, θάλλω, ἀκμάζω.* Ut de iis dicatur qui vi & robore præditi ſunt. Quare Feſtus à vi & ago deducit quod *vi agunt*, & quoniam *vi agere* poterat depravari & in malam partem accipi, adjecit *agere* ſeu *vi agere* non dici de iis qui per vim omnia perpetrant & hoſtiliter agunt, ſed de iis qui celerrimo & concitato animo ad egregia feruntur.

*Viginti quinque.*] Schedæ: *Viginti quinque pœna in 12. ſignificat viginti quinque aſſes.* Hanc legem 12. tabularum refert Gellius lib. 20. cap. 1. *Si injuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœna ſunto.* Ubi delendum *τὸ æris* ex autoritate Feſti. Et viginti quinque eſſe viginti quinque aſſes idem Gell. ibid. *Sed enim ipſum vide, quod in injurias factas quinque & viginti aſſibus ſanxerunt.*

*Viminalis porta.*] Aliter paulo Varro lib. 4. de L. L. *Collis viminalis à Jove Vimineo quod ibi aræ ſunt ejus, aut quod ibi vimineta fuerunt.* Sed à vimineto potius. Juvenal. Sat. 3.

*Eſquilias dictumque petunt à vimine collem.*

Et inde nomen Jovi Viminëo, quod ibi ejus aræ. *Dacerius.*

*Vinalia.*] Mirum quam inter ſe diſcrepent ſcriptores de Utriſque Vinalibus, tum iis, quæ 9. Kal. Maii, tum alteris, quæ 14. Kal. Septembris celebrabantur. Quæ non afferam, ne moleſtus ſim. Sed hoc tantum dicam, Vinalia menſe Aprili eſſe Veneris, eique hortos dicatos. quæ Veneralia Plutarchus vocat. Vinalia menſe Sextili eſſe Jovi. Tamen utrumque contra apud ſcriptores reperies. *Joſ. Scaliger.*

*Vinalia.*] Vide poſt *Roſcii.* Et *Ruſtica vinalia.*

*Vinciam.*] Lege ut in MSS. *viciam* & infra *continentiam*, pro *continentem*. Nam *vicia* eſt *continentia*. Niſi velit Feſtus inde viciam etiam virginem, vel mulierem continentem dictam. Sed ſic etiam non incommode *vinciam* retineas à *vincire* nempe quæ ſit vincto pectore, ut fere olim virgines. Nam flocci eſt quod ait Turnebus alicubi *vinciam* dictam continentem, quia quæ vinctæ ſunt, tenuioris & gracilioris ſunt abdominis, quam incontinentes quibus propendet aqualiculus.

*Vindex dictus.*] Qui vindicat, aſſerit, unde & aſſertor dictus. *Dacerius.*

*Vindiciæ.*] Lucillii verſus inverſus:

*Nemo hic vindicias, numen, neque ſacra veretur.*

Auctor Gloſſarii accedit ad primam Feſti interpretationem. *Vindiciæ, τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα.* Lege poſtea: *At Ser. Sulpitius nomine etiam ſingulariter formato, vindiciam eſſe ait rem, qua de re controverſia eſt.* Jam docti viri legem 12. emendarunt: *tulit rei, ſive litis. Joſ. Scaliger.*

*Vindiciæ.*] Lege ex Turnebo & Fulvio Urſino, *vindiciæ appellantur res eæ de quibus controverſia eſt. Aut potius dicuntur vindiciæ inter eos qui contendunt.* Vindicare eſt manum aſſerere, injicere ad aliquid è poteſtate alterius extrahendum, vel ſimulata vi adhibita & conſertis cum adverſario manibus, in jure quidpiam ſuum eſſe dicere. Unde *vindiciæ* res omnes quæ cui pertineant & vindicentur in jure agitur. Vindiciæ etiam dictæ res quælibet de quibus aliter contendunt inter ſe. Unde Gloſſarium: *Vindiciæ, τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα.* res quæ in controverſia ſunt. Vindiciæ etiam dicitur poſſeſſio rei controverſæ uſque ad dijudicatam litem. In illo Catonis: *Prætores ſecundum populum vindicias dicunt.* Id eſt, *populo vindicias dant.* Rei controverſæ poſſeſſionem populo decernunt.



Digitized by Google

cunt . . . . . . . . . & Lucilius: Nemo hic vindicias neque ſacra, neque numen vereretur. De quo verbo Cincius ſic ait: Vindiciæ olim dicebantur illæ, quæ ex fundo ſumptæ in jus adlatæ erant. At Ser. Sulpicius . . . jam ſingulariter formato vindiciam eſſe ait . . . . . . . . . . . . . qua de re controverſia eſt, ab eo quod vindicatur . . . . . . . . . . . . & in duodecim: Si vindiciam falſam tulit . . . . . . . . . . . . ſi velit is . . . . . . arbitros tres dato. eorum arbitrio . . . . . . . . . fructus duplione damnum decidito.

Vineæ, ut Verrius præcipit, quod vini feraces ſint. etiam militares quædam machinationes à ſimilitudine appellantur.

PAULUS. Vinulus dicitur molliter ſe gerens, & minime quid viriliter faciens (Plautus: Oratione vincula, ac venuſtula.)

Viritanus ager dicitur, qui viritim populo diſtribuitur.

Viritim dicitur dari, quod datur per ſingulos viros. Cato: præda, quæ capta eſt, viritim diviſa.

Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci ἀλφὸν vocant, à quo nos album. ſive à vitio dicta, etiam ſi non lædit: ſive à vitulo, propter ejus membranæ candorem, qua naſcitur involutus. Lucilius: Hæc odioſa mihi vitiligo eſt. non dolet inquit.

Vitulans, lætans gaudio, ut prato vitulus. Ennius: Habet is coronam vitulans victoria.

## NOTÆ.

*Nemo hinc vindicias.*] Scaliger.

*Nemo hinc vindicias, numen, neque ſacra veretur.* Turneb.

*Nemo hic vindicias neque ſacra aut numina retur.* Duza:

*Nemo hic nec numen nec vindicias neque ſacra veretur.*

*Vindiciæ olim dicebantur.*] Urſin. & Turneb. *Vindiciæ olim dicebantur glebæ quæ ex fundo, &c.* Nam olim qui fundum aliquem ſuum eſſe dicebat, ex eo glebas aliquas in jus ferebat, ut de fundo litem moveret & vindicias peteret.

*At Ser. Sulpi . . . . . . jam.*] Lege: *At Servius Sulpitius nomine etiam ſingulariter formato vindiciam ait eſſe eam, qua de re, &c. Vindicia* pro *vindiciæ* in 12. *Si vindiciam falſam tulit, rei ſive litis prætor arbitros tres dato, eorum arbitrio fructus duplione damnum decidito.* Sic enim legendum. Nam in Schedis erat: *Si vindiciam falſam tulit . . . . . ſi velit is . . . . tor, arbitros, &c.* Vindiciam ferre eſt decreto rem obtinere, vindiciam dicebat judex, ferebat is qui rem obtinebat. Sed ſi vindiciam ille tulerat qui non debuerat, prætor tres arbitros dabat quorum arbitrio duplione damnum luebat.

*Vineæ.*] A vinum eſt *vineus*, unde *vinea*, ſubauditur *terra*. Nam vinea eſt ſolum vitibus conſitum. De vineis militaribus machinis. Vide *ſub vitem. Dacerius.*

*Vinulus.*] Plaut. in Aſin. *Oratione vinula, venuſtula. Ant. Auguſtinus.*

*Vinulus.*] Gloſſarium: *Vinnicus*, νωχελής. lege: *Vinulus. Joſ. Scaliger.*

*Vinulus.*] Mollis, à vini diminutione, nam vinum quod generoſum non eſſet, *vinulum* & *villum*, appellabant. Apud Plaut. Aſinar. act. 1. ſc. 3.

*Oſculando, oratione vinula, venuſtula.*

Ubi Nonius *vinnulum* exponit *illecebrum*. Verum Janus Duza vocem vinnulam interpretatur flexuoſum inſtar vinni, hoc eſt cincinni. Ex Iſidoro lib. 2. Origin. cap. 19. *Vinnolata vox eſt levis & mollis atque flexibilis, & vinnolata dicta à vinno, hoc eſt, cincinno molliter flexo.*

*Viritim.*] Gloſſ. viritim, κατ᾽ ἄνδρα, καθ᾽ ἕνα ἕκαστον.

*Vitiligo.*] In MS. *vituligo.* Ita & Gloſſ. Quod favere videtur etymo à *vitulo.* Sed melius *vitiligo* à *vitio.* de ea ſic Celſus extremo lib. 5. *Vitiligo quamvis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt, & malo corporis habitu fit.* Deinde tres ejus ſpecies eſſe ducit, *alphos*, *melas*, & *Leuce.* Sed locum adi.

*Vitulans.*] Varro lib. 6. *vitulantes à vitula.* Similiter Græci à μόσχος, *vitulus*, dixere μοσχιᾶν, *vitulare.* Sed ſi à vitulus ſecunda ſyllaba corripi debet quæ manifeſto apud Ennium producitur, dicendum igitur à *vita*, quæ interdum lætitiam & lubentiam ſignat, eſſe diminutivum *vitula.* Unde *vitulari*

Digitized by Google

Vivatus, & vividus à vi magna dicuntur.

Vivatus, & vividus à poëtis dicuntur, à vi magna. FESTUS.

Viviſſimus, ſuperlativus à vivido. PAULUS.

Uls Cato pro ultra poſuit.

Umbræ vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis.

Unciaria lex dici cœpta eſt, quam L. Sulla, & Q. Pompeius Rufus tulerunt, qua ſanctum eſt, ut debitores decimam partem . . . . . . . . . . . . . . FESTUS.

Ungulatos ungues magnos, atque aſperos Cato appellavit. PAULUS.

Ungulum Oſcorum lingua ſignificat anulum.

Ungulus Oſcorum lingua annulus ut . . . . . . . . . . . . . . . . FESTUS. ſiquidem monumenti nacta eſt, qui eorum requireret, eſt ungulus, quem ei detraxit e Lirio. Pacuvius in Iliona: Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum. & in Atalanta: Suſpenſum in lævo brachio oſtendo ungulum.

## NOTÆ.

*lari* & *vitulare*, pro lubentiis diffluere. Nonius *vitulantes veteres gaudentes dixerunt, dictum à bona vita commodo, ſicuti qui nunc eſt in ſumma lætitia, vivere eum dicimus.* Nævius Lycurgo:

*Ut in venatu vitulantes ex ſuis*
*Locis nos mittant pœnis decoratos feris.*

Inde etiam hilaritatis dea *vitula* dicta cujus meminit Macrob. lib. 3. Sat. cap. 2. *Dacerius.*

*Vivatum.*] Vividum quidem agnoſcimus. ſed vereor ne Feſtus pro Viriatus vivatus legerit. Lucillius libro 26.

*Ut populus Romanus victus vi, & ſuperatus præliis*
*Sæpe eſt multis: bello vero nunquam, in quo ſunt omnia:*
*Contra flagitium, neſcire vinci bello, à barbaro*
*Viriato Annibale.*

Idem libro 2.

*In viriatum hunc in fauces invaſſe: animamque*
*Eliſiſſe illi.*

At quod Nonius ait Viratium ſignificare magnarum virium hominem in verbis Varronis, fallitur. Verba Varronis in Meleagris: *Si non malit viraciam uxorem habere Atalantam. Viracia*, eſt ἀνδρείας. Sed & verſus Lucillianos conjunximus. & ſecundum ejuſdem poëtæ teſtimonium depravatiſſimum in Nonio legitur. *Injuriatum*, pro, *In viriatum*. Nolo tamen contra veteres Grammaticos quicquam temere à me pronunciari. Nam quidni *vivatus*, ut & *Senſatus* poſſit dici? *Joſ. Scaliger.*

*Vivatus.*] Non dubium quin *vivatus* ſit vera lectio. Lucret. lib. 3.

*Ut lacerato oculo circum ſi pupula manſit*
*Incolumis ſtat cernendi vivata poteſtas.*

Sed *vivatus* & *vividus* à *vivo*, non à *vi*, ut Feſtus putat.

*Uls.*] Uls, ultis Pomponius in origine juris: *Ultis Tiberim.* Ab *uls*, ſive *ultis ultra*, ut à *cis*, ſive *citis citra*. Vide *cis*. *Dacerius.*

*Umbra.*] Non ſolum in Neptunalibus, ſed etiam aliis ſolemnibus celebritatibus, ut in ſolemni Annæ Perannæ. Ovidius:

*Plebs venit, ac virides paſſim disjecta per herbas*
*Potat: & accumbit cum pare quiſque ſua.*
*Sub Jove pars durat. pauci tentoria ponunt.*
*Sunt, quibus è ramis frondea facta caſa eſt.*
*Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis.*
*Deſuper extentas impoſuere togas.*

Quæ factæ ſunt è frondibus, Trichilæ vocabantur à veteribus, ut alibi notavimus. Et amplius ad Cæſarem dicemus, apud quem in omnibus manu ſcriptis, quotquot extant (extant autem infiniti) codicibus, tum etiam in veteribus editionibus Trichilæ non triclinia legitur. Quam inepta lectio ſit vulgata, oſtendemus in iis, quæ ad ipſum Cæſarem, quem diligentiſſime cum veteri codice contulimus, annotamus, quia video quibuſdam doctis viris commentitiam lectionem placuiſſe. Primus enim Beroaldus cenſuit *Thericlea*, pro *Trichila*, legendum eſſe. Poſtea extiterunt ineptiores illo hac quidem in re, qui *Triclinia*, ſubſtituerunt. Sed de his ſuo loco. *Joſ. Scaliger.*

*Umbra.*] Tabernacula ſive tentoria ad excipiendos peregrinos qui ad ſpectandos ludos convenirent. Quæ ſimiliter Græcis σκιάδες, dictæ. Athenæus lib. 4. *Dacerius.*

*Unciaria.*] Lex mihi omnino incomperta. *Joſ. Scaliger.*

*Unciaria lex.*] Putabam infra: *ut debitores, duoceſimam partem creditoribus ſolverent*, vel quid ſimile. Sed nihil audeo, cum hujus legis nemo præter Feſtum meminerit.

*Ungulatos.*] Lego cum Voſſio: *Ungulatos, qui haberent ungues magnos*, &c.

*Ungulus.*] Plin. lib. 33. cap. 1. *Miror Tarquinii ejus ſtatuam ſine annulo eſſe. Quamquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci à digitis appellavere,* apud

PAULUS. Unguſtus fuſtis uncus.

FESTUS. Volſgram avem quæ ſe vellit, augures hanc eandem fecilitram appellant.

Vola, veſtigium medii pedis concavum. ſed & palma manus vola dicitur.

Volones dicti ſunt milites qui poſt Cannenſem cladem uſque ad octo millia, cum eſſent ſervi, voluntarie ſe ad militiam obtulerunt.

PAULUS. Volturnalia Volturno deo ſua ſacra faciebant, cujus ſacerdotem Volturnalem vocabant.

Vopte pro vos ipſi Cato poſuit.

Urbanas tribus appellabant, in qua urbs erat diſpartita à Ser. Tullio rege, id eſt Suburrana, Palatina, Eſquilina, Collina.

FESTUS. Uruat, Ennius in Andromeda ſignificat circundat, ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ ſit forma ſimillima vincini curvatione buris, & dentis, cui præfigitur vomer. ait autem: circum ſeſe uruat ad pedeſterra occ . . . . caput.

PAULUS. Uxorium pependiſſe dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, aes populo dedit.

# NOTÆ.

*apud nos priſci ungulum vocabant, poſtea & Græci & noſtri ſymbolum.* Putat Voſſ. non Oſcum ſed Latinum, ab *uncus*, *unculus*, poſtea *ungulus*. Sic infra *unguſtus*, pro *uncuſtus*, fuſtis uncus. Quæ ſequuntur uſque ad *Pacuvius*, cujus autoris ſint incertum eſt. Schedæ pro *e lirio*, habent *ebrio*. Lego: . . . . . . *Si quid monumenti nacta eſt qui verum requireret, eſt ungulus quem ei detraxit ebrio.*

*Unguſtus.*] *Uncuſtus*, poſtea *unguſtus*.

*Volſgram avem.*] Quæ ſe vellendo malum auſpicium faciebat. Eas intellexit Statius:

*——— ——— ——— ſimul ora recurvo*
*Ungue ſecant rabida planctumque imitantibus alis*
*Exagitant Zephiros & plumea pectora cadunt.*

*Eandem fecilitram.*] Forte: *Fulicitram* à *fulica*.

*Vola.*] Gloſſ. vola, θέναρ. θέναρ autem Heſychio & τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς καὶ τοῦ ποδός, concavitas manus & pedis.

*Volones.*] Macrob. lib. 1. Sat. cap. 2. *Bello Punico cum deeſſent qui ſcriberentur, ſervi pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt, & volones, quia ſponte hoc voluerunt, appellati.* Vide Livium lib. 24. *Dacerius.*

*Volturnalia.*] Videtur ſcribendum, *Volturnalib. Volturno deo ſuo ſacra faciebant.* *Fulv. Urſinus.*

*Volturnalia.*] 6. Kalendas Septembres.

*Vopte.*] Vide *ſuopte*.

*Urbanas.*] Varr. lib. 4. *Ab hoc quoque quatuor partes urbis tribus dicta: ab locis Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina.*

*Uruat.*] *Uruum* vocabatur quidquid ita flexum erat ut rediret ſurſum verſus, & inde Romani aratri curvaturam *uruum* dixere. Feſtus curvationem buris & dentis cui vomer præfixus erat, totum id *uruum* appellatum dicit, & figuram habuiſſe ſimillimam uncini. Quo nomine etiam vomerem comprehendit, ideo dixit *ſulcum in urbe condenda fieri uruo aratri*. Ab *uruum* eſt *uruare*, quod eſt in urbe condenda uruo aratri circumdare. Nam qui urbem erant condituri aratro locum circumſcribebant. Ut notum eſt. Deinde *uruare* ſimpliciter pro *circumdare*. Infra locus Ennii ita in Schedis; *Circum ſe ſe uruat, ad pedes à terra quadringentos caput.* Scriptum fuerat *aterra c c c c caput.* de ceto, cui expoſita Andromeda, loquitur Ennius, quod quadringentis pedibus à litore remotum circum ſe ſe caput uruat. Doctiſſ. Salmaſius legebat, *circum ſe ſe uruat, ad pedes fert occultans caput.* Quod ego ita interpretor, videt Andromeda cetum circum ſe ſe uruare, at ipſa præ timore caput ad pedes demittit ut occultet, &c. *Dacerius.*

*Uxorium.*] Ἀγαμίου δίκη, Athenienſibus. alibi etiam, hoc eſt, Lacedæmone, ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου, æs pœnæ nomine à cælibibus primi exegerunt, ut puto, M. Furius Camillus, & M. Poſtumius cenſores anno ab V. C. 350. *Joſ. Scaliger.*

*Uxorium.*] Ut *viduvium* æs quod à viduis pendebatur. Gloſſ. *viduvium* πρόστιμον χηρείας, id eſt, *multa viduitatis*. Sic apud Athenienſes multa indicta in eos qui uxorem non duxerant, quæ ἀγαμίου δίκη. Apud Lacedæmonios, in eos qui vel ſero, vel male nupſerant, quæ ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου δίκη, dicebatur. Vide Pollucem. Apud Romanos autem illud æs primi exegerunt M. Furius Camillus & M. Poſtumius Cenſores ann. V. 350. *Dacerius.*



Digitized by Google

# SEXTI POMPEI FESTI
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE
### FRAGMENTUM

*Ex vetuſtiſſimo exemplari Bibliothecæ Farneſianæ deſcriptum.*

# SCHEDÆ QUÆ FESTI
## FRAGMENTO DETRACTÆ
### APUD POMPONIUM LÆTUM EXTABANT.

*Ex Bibliotheca Fulvii Urſini, cum ejuſdem Notis*

# IN SEXTI POMPEI FESTI
### FRAGMENTUM, ET SCHEDAS.

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE FESTI FRAGMENTO.

VIGESIMUS agitur annus, ex quo Ant. Auguſtinus Archiep. Tarraconenſis, Feſti fragmentum, quod majorum memoria ex Illyrico advectum in bibliotheca Farneſiana ſervatur, multò quàm alii diligentiùs cum vulgatis contulit, & primus partem alteram ejus libri mutilam exſcripſit, commentariiſque à ſe illuſtratam edidit Venetiis, operâ Caroli Sigonii. Sed ut tunc erat Romæ ſtlitibus judicandis XIIVIR, aliiſque gravioribus curis impeditus, nonnulla clariſſimo viro deque literis optime merito, in eis ſchedis deſcribendis, exciderunt. Quam quidem editionem doctiſſimi viri poſtea ſecuti, tam multa in ea reſtituerunt: ut ex iis, quæ Lutetiæ vulgarunt, intelligi facilè poſſit, quid facturi fuiſſent, ſi emendatiorem codicem nacti eſſent. Nos igitur, quibus has antiquitatis reliquias non ſolùm inſpiciendi, ſed etiam arbitratu noſtro tractandi commoditas ſæpe fuit, cum ex locorum aliquot collatione animadvertiſſemus, ſi fragmenti hujus ſchedæ ad fidem archetypi exemplaris repræſentarentur, fore ut quæ mutila, mancaque in iis ſunt, omnes antiquitatis ſtudioſi faciliùs ea, certiuſque eſſent divinaturi, curavimus paginas ipſas, eo quo Feſtus ſcripſit ordine, numero verſuum in ſingulis pagellis, & litterarum in unoquoque verſu, nec aucto, nec diminuto, ita ut ſunt in exemplari, quâ potuimus diligentiâ, deſcribendas. Hoc amplius, partem paginarum mutilam, habitâ ſpatii, quod ſupplendum fuit, ratione, infinitis locis reſarcivimus: multa ex eorum ſcriptis, quos ſupra nominavimus, mutuati, multis etiam de noſtro additis; non quòd ea vera eſſe, aut ita Feſtum ſcripſiſſe arbitremur, ſed ut doctorum ingenia excitaremus ad bene de hoc fragmento merendum. atque ea quidem ſupplementa, litterarum varietate, & notis etiam quibuſdam ab antiquo diſtinximus. Ab eo autem ſeparavimus ſchedas illas, quas à Marullo habuiſſe dicitur Pomponius Lætus, quod earum archetypum exemplar non exſtet, & pars altera paginarum, quæ margini proximior ab igne mutilata fuit, neglecta ab iis, qui tunc fragmentum deſcripſerunt, in præſentia deſideretur. Quas autem nos edidimus, ſunt illæ quidem è doctiſſimi viri exſcriptæ chirographo, aliis editionibus non modo emendatiores, verum etiam aliquot locis auctiores: ut ſi qua præter hæc in vulgatis ſint, ea planè non eſſe Feſti credendum ſit, ſed è Pauli epitoma, aut aliunde petita. His omnibus ultimo loco addidimus perbreves quaſdam notas earum tantùm rerum, quæ viſæ ſunt ab aliis prætermiſſæ. nam quæ ex epitoma Pauli aut aliorum commentariis ſuppleta ſunt, quia in promptu omnibus, hîc notare, niſi ſi qua imprudentibus nobis irrepſerunt, ſupervacaneum duximus.

SEX.

Digitized by Google

# NOTÆ
# IN SEX. POMPEI FESTI
## FRAGMENTUM, ET SCHEDAS.

FRagmenti principium fuit vox *Manubiæ* uſque ad *Malo cruce.* hæc habentur in ſchedis pagina CLX. poſt *Malo cruce* ſequebatur *Mutum* &c. quod in prima pagina fragmenti poſitum eſt uſque ad *Ordinarium hominem* pagina XXXII. *Ordinarium* ſequuntur ea quæ in ſchedis habentur uſque ad *Peremere* à pagina CLXXII. uſque ad CLXXXII. Reliqua integra ſunt in fragmento uſque ad *Tablinum* pagina CLXIV. Poſt *Tablinum* ſequuntur quæ habentur à verbo *Tabem*, uſque ad vocem *vindiciæ*. quæ finis fragmenti fuit.

Notæ, quibus uſi ſumus in margine ad indicanda ea, quæ viſa ſunt, vel aliter legenda, vel addenda, vel tollenda.

*f.* Fortaſſe.
*A.* Addendum.
( ) Tollendum.



Digitized by Google

# SEXTI POMPEI FESTI

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

## FRAGMENTUM.

MUtum dicimus: aut quod nullius fiant vocis, cum in eas litteras incidant. Metaphoram, quam Græci vocant, nos tralationem, id eſt, domo mutuatum verbum: quo utimur inquit Verrius, *in oratio*ne, ſæpius quidem honeſti ac *ſignificantis verbi defectu*, ut ſpecioſiora, *atque *eodem etiam* ſignifican*tiore*, quàm proprio vo*cabulo*, rem indicemus . . redit ad ſua . . . . . . tralatum manebit quo pervenit . . . . . . as alieno perinde ac ſuo ab . . . . . . . Metaplaſticos dicitur apud *poetas uſurpari id*, quod propter neceſſitatem metri *mutare conſueverunt*, quod item barbariſ*mus dicitur in ſolu*ta oratione conſcrib*enda* . . . . . . . . . . . . Meta . . . . . . . ca a cariore . . . . . . . . . perventura . . . . quod . . . . . dicare ait Ennius . . . id eſt . . . . . . . . . . Meta . . . abus ut . . accip . . . . . . . gratia . . . . . . . . . . . . . neceſſitate. Metonymia eſt tropos, cum ab eo, quod continet, ſignificatur id, quod continetur, aut ſuperior inferiore, & inferior ſuperiore. * f. ſpecioſiore.

Quæ continet, quod continetur; ut Ennius, cum ait. Africa terribili tremis * horrida terra tumultu. ab eo quod continetur id quod continet; ut cum dicitur; epota amphora vini. à ſuperiore inferior, ut Ennius: Cum magno ſtrepitu Volcanum ventus vegerat. ab inferiore ſuperior, ut perſuaſit animo vinum deus, qui multo eſt maximus. Maſculina & feminina vocabula dici melius eſt ſecundum Graecorum quoque conſuetudinem, qui non ἀνδρεικὰ & γυναικεῖα ea, ſed ἀρσενικὰ dicunt & θηλυκά. * f. tremit

[1] Matronis *aurum fuiſſe redditum Sinnius Ca*pito ait: quod *videtur hoc ſignificare*: *matronis* fuiſſe *reſtitutum aurum*, *ex quo P. R. crateram fecerat*, & eam A*pollini Delphos miſerat*: *ut eſt teſt*imonio in*dex tabella*: *quod quidem aurum dederant m*atronae orna*tui demptum ſuo*, *ut votum ſolveretur* Apolloni. qui*dam dicunt de eo potius eſſe intelligendum*, quod contuler*unt olim matronae ad Capitolium* à Gallis Senoni*b. liberandum. id eis poſtea reddi*tum eſt à pop*ulo Ro. Magiſterare pro regere*, *&* temperare dic*ebant antiqui. Sed alias magiſ*terare quidam *ponunt pro* . . . . . . . . Muta . . . . . . . . . . . . . . . iſi voce . . . . . . . . . . . . . . multo . . . . . . . . . . . . . . . . intelle . . . . . . . . . . . . . . . . rem . . . . as dici.

---

1. *Matronis.*] Vide Feſtum in *Pilentis.* & Livi. | Græco fonte ducta, qualis in æreo numiſmate;
b. 5. *Apolloni* autem antiqua ſcribendi ratio è | APOLLONI SANCTO.



2. *Mille.*]

Digitized by Google

dici . . . . . . . . . . . ut cui potius con . . . . . . . . . . [2] *Mille*
ſingulariter di*cebant antiqui*, *quod nunc* non aliter dicimus cum *mille nummum proferimus*.
* f. id [3] *Municas* item *, communicas, dicit. *Verrius à muniis id eſt operibus* ē . . . aut potius co .
* f. patris . . [4] *Mancipatus*, *ita adoptantis* ut patri * ſui heres *erat. adoptivus. n. ejus qui adop*tet, tam
heres eſt, quam *ſi ex eo natus eſſet. ſui patris*, *quaſi* in poteſtate ali*ena non eſſet*, *ita eſt legitimus* &
ſuus heres, ut p*atet manifeſte ex eo*, *quod ait Ser.* Sulpicius in ea oratio*ne*, *quam ſcripſit & ha-*
*buit* pro Aufidia. *Multifacere antiqui dicebant ſicut* magnifacere, *item & parvifacere. teſtis eſt*
*M. Cato* in ea, quam *ſcripſit contra Q. Minucium Thermum de* x hominibus. *Neque fi-*
*dem*, *neque jusjurandum* neque pud*icitiam multifacit* . . *quod quidem merito ab uſu*
* f. qualitas *receſſit*, *quia non aſtimatur novo qu*antitas, * *nec deſiderat multitudinem*, *nec continetur*
nu*mero*. [5] *Magiſtri dicunt in omnibus* rebus, qui ma*gis ceteris poſſunt*, *ut Magiſtri* equi-
tum, & *Magiſtri populi*, *item ludorum Ap*ollinis, dixer*unt antiqui: quae nunc aliter di-*
* f. velut cuntur, velit * *oſtendit Cato in oratione quam dixit* contra orat*ionem* . . . . . . .
. . . . [6] Maledi*ctores dicebant antiqui*, *quos* nos appellamus *maledicos. Cato cum*
* f. Hiſpaniam *proficiſceretur*, *in* Hiſpania * re*movendi maledictores*. Mihipte pro mihi *ipſe*, *Cato poſuit*,
*cum dixit*, decuit talenta . . . . . . . . . . . verſia, atque . . . . .
. . . . . . entia item a . . *Manſues*, *pro*, *manſuetus dixit* Cato in epiſtola *ad*
. . . . . . . . . . manſues ad . . . . . . . Meritavere, ſæpe merue-
*re dixit Cato in* . . . *Po*enorum, IIII Suf*fetes evocaverunt ſtatim om*nis cohortes,
omnis *etiam*, *qui ſtipendia merit*averunt. [7] Magni*ficius*, *pro magnificentius uſur*pavit Cato
in ea, quam *ſcripſit* . . . . . . . . . . gna, quis homo . . . . . . . . .
*aut* pulchrius purgat *aut magnificius: nunc magnificen*tius dicimus, cum mag*nifice ejus po-*
*ſitivus ſit*. at nepos ejus, in ea *quam ſcripſit* . . . *T*amen ait, cum Aedilis *Curulis*
* f. Munificior *eſſet*, *Magnae M*atris ludos magni*ficentius*, *quam alii*, *fecit*. Magnificior * quoque *idem*
*deduxiſſe videtur* à munifice, cùm dicamus *nunc munificentior*, *quam*vis munificens non
ſit *apud nos in uſu*. *Cato* in ea, quam ſcripſit, id . . . . . . . *nemo* munificior
. . . . . . . . . . . . . . Mediocriculo uſus eſt in ea quam dixit Cato in
* f. genere conſulatu: Ridibundum magiſtratum genere * pauculos homines, mediocriculum
* f. Veliis exercitum obvium duci Mutini Titini ſacellum fuit in Velis, * adverſum mutum Mu-
ſtellinum in angi*portu* de quo aris ſublatis balnearia ſunt *fa*cta domus. CN. D*omiti*.
Calvini, cum manſiſſet ab urbe condita *ad pr*incipatum Auguſti *Caeſaris inviolatum: reli-*
*gioſeque*, & ſancte cultum *fuiſſet*, *ut ex Pontificum libris* manifeſtum eſt, *nunc habet aedi-*
*culam ad miliarium ab urbe* ſextum & vicenſimum, dextra v*ia juxta diver*ticulum *viae*,
* f. velatae ubi & colitur, & *mulieres ſacrificant* in *ea togis praetextis* vlatae * *Matronae à magiſtra*tibus
non

---

2. *Mille.*] Agellius lib. 1. cap. 16. Quis inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum. in his, atque multis aliis, mille numero ſingulari dictum eſt.

3. *Municas.*] Placidus in gloſſis. Municare, communicare: dictum à moeniis. i. operibus. puto autem moenicare dixiſſe antiquos; qui oe, pro, u, ponebant, ut oeſus pro uſus; moerus pro murus.

4. *Mancipatus.*] Agellius lib. 5. cap. 19. Filium adoptivum tam procedere, quam ſi ſe natum habeat.

5. *Magiſtri.*] Videndus Feſtus in *Vici*. Paulus in *Magiſterare*. & inſcriptio ludorum ſæcularium. MAG. XVIR. & MAG. XVVIR. *Magiſtri* autem, vel contra omnia Pauli exemplaria ſcribendum puto.

6. *Maledictores.*] Cato in oratione cum proficiſceretur in Hiſpaniam citatur infra in *Navitas*.

7. *Magnificius.*] Agellius lib. 13. cap. 18. citat Catonem de falſis pugnis contra Thermum: quæ forte oratio indicatur dimidiato verbo . . . . *gna*. De Catonis autem nepote, quem *magnificentius* pro *magnificius* dixiſſe ait Feſtus, meminit 13. cap. 18. cum inquit. M. Cato. M. F. M. N. vehemens orator fuit, multaſque orationes ad exemplum avi ſcriptas reliquit.

8. Minu-

Digitized by Google

non ſummove*bantur*, *ne pulſari*, *ne contre*ctarive viderentur, neve gra*vidae concuterentur.* *ob* quam *etiam ca*uſam ait Verrius, *neque earum viros* ſedentes cum uxoribus de eſſequo * eſcen*dere coactos* à magiſtratibus, quod communi vehiculo vehitur vir & uxor. [8] Minuitur * f. eſſedo populo luctus aedis dedicatione: cum Cenſores luſtrum condiderunt: cum votum publice ſuſceptum ſolvitur: privatis autem, cum liberi nati ſunt: cum honos in familia venit, cum parens aut liberi, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum redit, cum deſponſa eſt: cum propriore quis cognatione quam his, * qui lugetur, natus eſt: cum in caſto Cereris ē, * f. is omnique gratulationi. * Maximae dignationis Flamen Dialis eſt inter quindecim Flamines, * f. tione & cum cetera * diſcrimina majeſtatis ſuae habeant, minimae habetur Pomonalis, quod Po- * f. certa mona leviſſimo fructui agrorum praeſidet pomis. [9] Mundus, ut ait Capito Ateius in L. VII. Pontificali, ter in anno patere ſolet, diebus his: poſtridie Volcanali, & ante diem VI. Id. Nov. qui, quid ita dicatur ſic refert Cato in commentariis juris civilis: Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt: forma enim ejus eſt, ut ex his qui intravere cognoſcere potuit, * adſimilis illae * ejus inferiorem partem veluti conſecra- * f. potui tam Dis Manibus clauſam omni tempore, niſi his diebus qui ſupra ſcripti ſunt, majores * f. illi c*enſuerunt:* quos dies etiam religioſos judicaverunt ea de cauſa, quod quo tempore ea quae occulte, & abdita ea * religionis Deorum Manium eſſent, veluti in lucem quandam ad- * f. occultæ & abditæ ducerentur, & patefierent, nihil eo tempore in rep. geri voluerunt. itaque per eos dies non cum hoſte manus conſerebant; non exercitus ſcribebatur: non comitia habeba*nt: non* aliud quicquam in rep. niſi quod ultima neceſſitas admonebat, adminiſtrabatur. Mos eſt *inſtitutum pa*trium; id eſt, memoria veterum pertinens maxime ad religiones, *cere-monia*ſque antiquorum. Milium quidam putant cepiſſe nomen à maxima nummorum ſumma, quae eſt mille, quod ali * Graecae ſtirpis judicant eſſe, cum id illi κέγχρον vo- * f. alii cent; tam hercules, quam panicum, μελίνην. Municipalia ſacra vocantur, quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam, quae obſervare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo adſuiſſent * antiquitus. Minora templa fiunt ab Augu- * f. adſueſſent ribus cum loca aliqua tabulis aut linteis ſaepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant, certis verbis definita. itaque templum eſt locus ita effatus, aut ita ſeptus, ut ea una parte pateat, anguluſque adfixus * habeat ad terram. Manalis fons appellatur ab Auguribus * f. anguloſque adfixos puteus perennis, neque tamen ſpiciendius * videtur, quia flumen id ſpiciatur, quod ſua ſponte in amnem influat. Manes Di ab Auguribus invocantur, quod i per omnia aetheri * f. ſpiciendus terrenaeque * *manare credantur. Idem, dii ſu*peri atque inferi *dicebantur*: *quos ideo invo-* * f. terrenaque *cabant* Augures, quod hi *exiſtimabantur favere vitae* hominum. *Munus, ait Verrius, dicitur adminiſtratio* reip. (publicae,) *item magiſtratus, aut praefect*urae, inperi, *provinciae: cum multitudinis univerſae* conſenſu, *atque legitimis in unum convenientis* populi comitiis *alicui mandatur per ſuffragia*, ut capere eam *poſſit juſſu populi demandatam:* certove ex *tempore ex fide ſua; & certum uſque* at * tempus admin*iſtrare. Monſtra dicuntur na-* * f. ad turae modum e*gredentia: ut ſerpens cum pedib.* avis cum quat*tuor alis: homo cum duobus capitib.* jecur cum diſt*abuit in coquendo. Muta exta* dicuntur, quibus ni*hil divinationis, aut*

---

8. *Minuitur.*] Plinius lib. 11. cap. 18. de apib. mortuo rege. Subtrahitur, inquit. deducta multitudine alias ſpectantes examimem, luctum non minuunt. Arnobius lib. 5. Quid temperatus fabæ alimonio panis, cui rei nomen dediſtis caſtus: non ne illius temporis imitatio eſt, quo ſe numen à Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit.

9. *Mundus.*] Poſt verbum *Volcanalia*, addendum ex Pauli epitoma, *a. d. tertium Non. Oct.* Macrobius lib. 1. cap. 16. Plutarch. in Romulo. Apuleius apolog. 1. Quoniam ut res eſt, majus piaculum decernis ſpeculum philoſopho, quam profano Cereris mundum videre.



Digitized by Google

*aut* reſponſi *elicitur. ut contra*, *dicuntur ad*jutoria, quae *certum aliquid eventurum indi*cant, aut ab in*cendio ut caveamus*, *aut* à veneno, taliq. *re certum aliquid*, *manifeſtumq.* inſtare periculum *portendunt*, *aut indicant* finium diminution*em*. *Minora*, *itemq. ma*jora auſpicia, quae d*icantur*, *docet Meſſala*; *nam* majora Conſulum, Pr*aetorum*, *Cenſorumq. dici ait*; *re*liquorum minora: cum illi *majores*; *hi autem minor*es magiſtratus dici *conſueverint*. [10] *Menſae* in aedibus ſacris arar*um vicem obtinent*, *quia* legibus earum omnium *ſacrae quoque menſae ſunt:* ut velut in ararum, vel in *pulvinaris loco ſint*. *pri*vati quoq.
* f. privis in primis * *ipſis locis habere ſolent*, ubi ſacras * habituri *ſint*, *cujus modi eſt* parentatio,
* f. ſacra non ſacrific*ium* . . . . . . . . . . magno cr . . . . . . . . . . . . . . . . . . tenebat aram . . . . . . . . . . . . . . *Mille urbium populus* ſtetit pro regno *dixiſſe ait* . . . . . . Veranius in libro *quem inſcripſit priſcarum* vocum, quod ei ſummae *videatur originem dediſſe*, *ac* cauſam Graec*us ſermo*, χιλιάς *&* χιλιάδες. eo autem non *omnes uti*. [11] *Mutas litteras & ſemi*vocales *ſolebant antiqui duplicare ſ*cribendo, aut *legendo*, *& ita ait Ennium ſcrip*ſiſſe, in eo *quem de* . . . . . . *à quo muta* duplicata ſit *primum*. [12] *Manumitti dicebatur* ſer. ſacrorum *cauſa*, *cum do*-
* f. edicit Ego *minus ejus tenens* modo caput, *modo membrum aliud ejuſdem ſervi*, *ita* ediaite * hunc *hominem liberum eſſe volo:* *ac* pro eo auri xx *puri*, *probi*, *profani mei ſolvo*, *ut* priuſquam di-
* f. tum grediar, *efficiatur juris* ſui. dum * his ſer*vum verbis è manu hom*inem liberum mit*tebat*.
* f. emi- tebat * *Maſculis Cato* pro parvis (qui) moribus dixit *in ea quam ſcripſit* . . . . . . . [13] Migrare menſa *quod legib. ejus ſacra eſſet*, *di*iſque templi poſita, *inauſpicatum apud antiquos habe*tur, cum ſequitur ſua *migrantem poena*. *Menſas aiunt q*uidam fuiſſe in tri*viis poni ſolitas*, *quae ſint tri*viales appellatae. *Mente captus dicitur*, *cum mens* ex hominis poteſtate *abiit:* *& idem appellatur de*mens, qui (quod) de ſua *mente deceſſerit*, *&* à mente (mente) abierit.

*Manare ſolem tunc ſ*olitos eſſe antiquos *dicere ait Verrius*, cum ſolis orientis radii *ſplendorem jacere coep*iſſent, atque ideo primum *diei tempus*, *mane dictum*, *quam*vis magis ad-
* f. id di- citur dicitur * *quod manum*, *bonum dicebant à ma*ne, idem à mature: quod id *bonum eſt*, *quod maturum eſt*, unde & Matuta di*cta quoque videtur Mater*. [14] Mamertini appel*lati ſunt hac* de cauſa, cum de toto Samnio gravis incidiſſet peſtilentia, Sthennius Mettius ejus gentis princeps, convocata civium ſuorum contione, expoſuit ſe vidiſſe in quiete praecipientem Apollinem, ut ſi vellent eo malo liberari, Ver ſacrum voverent, id eſt, quaecunque ve-
re

---

10. *Menſa.*] Varro lib. 5. rerum divinarum apud Macrobium lib. 3. cap. 2. dicit aras primum anſas dictas: quod eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. inde Virgilius. Talib. orabat dictis, araſque tenebat. hæc ad fragmentum . . . . tenebat aram . . . . .

11. *Mutas litteras.*] Feſtus in Solitaurilia. Quam conſuetudinem, inquit, Ennius mutaviſſe fertur, utpote Græcus Græco more uſus, quod illi æque ſcribentes ac legentes duplicabant mutas & ſemivocales.

12. *Manumitti.*] Hanc manumiſſionis formulam, verbis quibus erat concepta, in editione Auguſtiniana omiſſis aliis, aliis luxatis male acceptam, ſuæ nos integritati, niſi fallimur, reſtituimus. Feſtus in *Puri*. Puri, inquit, probi, profani, ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa. ex quibus Puri ſignificat, quod in uſu ſpurco non fuerit. Probi quod recte excoctum, purgatumque ſit. Profani quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. Sui, quod alienum non ſit. Legis Manliæ de vigeſima eorum, qui manumitterentur Livius facit mentionem lib. 7. reliqua Paulus in epitoma ſuppeditavit.

13. *Migrare menſa.*] Menſas deæ quæ in triviis coleretur, ſive Dianæ, ſive Hecatæ poni ſolitas, quæ triviales inde appellatæ ſint, Feſti reliquiæ indicant. Idem ait, curiales dici menſas, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis eſt appellata. ſive potius, ut ait in *Quirites*, quod in curiis ei Sabini ſacrificabant, curiales ſunt menſæ appellatæ.

14. *Mamertini.*] Vide infra in *Ver ſacrum.* & Plin. lib. 3. cap. 13.

15. Mu-

re proximo nata eſſent, immolaturos ſibi, quo facto levatis, poſt annum vicenſimum deinde ejuſdem generis inceſſit peſtilentia. ruſum itaque conſultus Apollo reſpondit, non eſſe perſolutum ab his votum, quod homines immolati non eſſent: quos ſi expuliſſent, certe fore, ut ea clade liberarentur. itaque i juſſi patria decedere, cum in parte ea *Siciliae* conſediſſent, quae, *nunc* Tauricana * dicitur, forte *labo*rantibus bello novo Meſſanenſibus auxilio venerunt ultro, eoſque *ab eo* libera*runt*. provinciales quod ob *me*ritum eorum, ut gratiam referrent; & in ſuum corpus, communionemq. agrorum invitarunt eos, & nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod conjectis in ſortem duodecim deorum nominibus, Mamers forte exierat: qui lingua Oſcorum Mars ſignificatur. cujus hiſtoriae auctor eſt Alſius libro primo belli Carthaginienſis. Murrata potione uſos antiquos indicio eſt, quod etiam nunc Aediles per ſupplicationes diis addunt ad pulvinaria, & quod XII. tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum L. I. Muger dici ſolet à Caſtrenſium * hominibus quaſi mucoſus his, * qui talis male ludit. [15] Muri * eſt quemadmodum Veranius docet, ea quae fit ex ſali ſordido, in pila piſato, & in ollam fictilem conjecto, ibique operto, gypſatoque & in furno percocto, cui Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto, quae eſt intus in aede Veſtae in penu exteriore, aquam jugem, vel quamlibet praeterquam quae per fiſtulas venit, addent, * atque ea demum in ſacrificiis utuntur. Mortuae pecudis corio calceos, aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur . . . ſed aut occiſae alioqui, aut immolatae, quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt. Me, pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius, cum ait L. II. ſi quid me fuerit humanitus, ut teneatis. & Lucilius. Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, agatur. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit: item minimus, qui noviſſimus. Malevoli Mercurii ſignum erat proxime Janum; qui item erat in Turdellis M . . os, *malevoli etiam cognomine* appellabatur: Malevoli autem, quod in nullius tabernam ſpectabat. Malluvium latum * in commentarium * ſacrorum, ſignificat manus qui * lavet, à quo malluviae dicuntur, quibus manus ſunt lautae perinde, ut quibus pedes, pelluviae. [16] Maximum Praetorem dici putant alii eum, qui maximi imperi ſit; alii, quia * aetatis maximae. pro collegio quidem Augurum decretum eſt, quod in Salutis augurio Praetores majores & minores appellantur; non ad aetatem, ſed ad vim imperii pertinere. Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, ut ait Antiſtius Labeo, quae ita fit; ut morte promiſſoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cujus ſtipulationis mors fuit cauſa. Marſpedis, ſive ſine r. littera maſpedis imprecaticie ſolita vallium * quid ſignificet, ne Meſſala quidem Augur in explanatione auguriorum reperire ſe potuiſſe ait. Majorem conſulem L. Caeſar putat dici, vel eum, penes quem faſces ſint, vel eum, qui prior factus ſit. Praetorem autem majorem, Urbanum: minores ceteros. Mend*icum dici Verrius putat à mente* ejus, quam fef*ellit fortuna, vel quod precetur quemque* ut vitae ſu*ae medeatur cibo. Mater Matuta*, manis, *mane, matrimonium, mater familiae*, matertera, *matrices, materiae dictae videntur*, ut ait Ver*rius, quia ſint bona: qualia ſcilicet* ſint, quae *ſunt matura. vel potius à matre*, quae eſt ori*ginis Graecae*, μήτηρ. [17] *Modo* quodam id *eſt ratione, dicuntur iſta omnia, à modo* fit commodi-

* f. Tauromintana
* f. Caſtrenſibus
* f. is
* f. Muries
* f. addunt
* f. datum v. c.
* f. Commentario
* f. quia
* f. qui
* f. in precatione ſolitaurilium

---

15. *Muries.*] Ex hoc loco Varro apud Nonium in *Salis*, emendandus. Muries fit ex ſale, quod ſal ſordidum pinſum, & in ollam rudem fictilem conjectum &c.

16. *Maximum Pretorem.*] Livius lib. 7. Lex vetuſta eſt, priſciſque litteris, verbiſque ſcripta, ut qui Prætor maximus ſit, Idib. Septemb. clavum pangat. Vide ſupra in *Major cos.* & Sueton. in Auguſto, de Salutis augurio.

17. *Modo.*] *A modo quodam, id eſt, ratione dicuntur omnia iſta, commoditas*, &c. ita puto fuiſſe ſcriptum in exemplari.



Digitized by Google

moditas, *commodus*, *commodat*, *accommo*dat, modice, *modeſtia*, *moderatio*; *modifica*tio.

[18] Naenia eſt *carmen*, *quod in funere laudandi* gratia can*tatur ad tibiam. quod vocabulum Afra*nius in Ma*terteris poſuit. Naeniam autem inter exſe*quias canti*tabant. ſunt qui eo verbo finem ſi*gnificari credi*derunt. Plantus in* . . . . . abi ergo . . . . . . . . . . . . . Idem Trucul. Huic nomi*ni* * *amanti mea hera* dixit domi, & ap*ud nos de bonis nae*niam eſto. * Quoſdam *dicunt velle ideo dici naeniam* quod & * voci ſim*ilior querimonia flentium* ſit. quidam aiunt nae*nia ductum nomen ab extre*mi inteſtini voca*bulo*, *ad quod probandum teſtimo*nio utitur * Plautus * *in Bacchidib. ſi tibi eſt ma*chaeoem, ad * nob*is veruina eſt domi*, *qua quidem ego* te reddam, u*bi me irritaveris*, *con*f*oſſio*rem ſoricina *naenia. ſive quod extremam flendo* efferim*us eam vocem*, *querendoque nam* Graeci *νέατον extremum dicunt: ſive quod chor*darum ultima *νήτη dicitur*, *appellarunt* *extre*mam cantionis *vocem*, *naeniam*. [19] *Naeniae deae* ſacellum ultra portam. *Viminalem fuerat dedicatum*, *nunc habet tantum* aediculam.

* f. homini — * f. meſto — * f. ei — * f. utuntur Plauti — * f. chæra at

[20] *Navali corona donatur*, *qui pri*mus in hoſtium *navem armatus tranſilierit*: *cujuſve* opera, ma*nuve navis hoſtium capta fuerit. adeptus* eſt eam M. *Terentius Varro*, *bello Pira*tico, *donante* CN. Pom*peio Magno*. *Item alii*, *inter quos A. A*tillus * bello *quod geſtum eſt contra Nabin*, *ut ſcrip*tum eſt in car*mine Saturnio*, *quod quidem duces ipſi ſunt* conſueti *in tabellis publice ponere*, *in quo no*minabantur *qui navali corona donati erant*. [21] *Neunquam ponitur* pro nulla*tenus*, *pro non ita: & non*, *etiam ſignificat*, ut nec. [22] *Nefrendes dictos aſſerit Q. Muc*ius Scaevola *arietes*, *quod dentibus frendere non po*ſſint. Ateius *Capito*, *infantes eſſe nondum fre*ndentes, id eſt, *frangentes*, *Livius in Odyſſea veteri*. Quem ego ne*frendem alui lacteam immulgen*s opem . . & . . . . . . . . . . . . Pro nefrendibus *autem*, *ut antiqui dicebant*, *rienes nunc dicit* uſus recens. *ſunt qui nefrendes dici putent teſticulos*, quos Lanu*vini apellant nebrundines*: Graeci *νεφρούς*, *Praeneſtini*, *nefrones*. Necerim, nec eum. *Nemora*, *ſignificat ſilvas* amoenas: val*et enim idem*. *ejus autem voca*buli auctor Ho*merus*, *qui dixit in Iliade*, *ἐν νέμεϊ σκιερῷ ἐπί τι λῖν ἔμβαλε δαίμων*, dubium non *eſt*, *quin eum deſignet locum*, qui campos & paſcua *habeat*: *νέμος à Graecis διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ*, *appellatum*. N*emut*, niſi etiam vel *nempe*: *uſus eſt Cato de poteſtate T*ribunici, * cum ait . . . . . . . . aerumnas. Neminis *genitivo caſu uſus eſt Cato*, *cum dixit*. & quis diceret cum ſit *neminis*. *Idem de magiſtratib.* vitio creatis, neminiſq. . . . . *Ennius in* Erechtheo lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret neminis. Nemo conpoſitum videtur ex ne, & homo: quod confirmatur magis, quia in perſona ſemper ponitur, nec pluraliter formari ſolet, quia intelligitur pro nullo. Neci datus proprie dicitur, qui ſine volnere interfectus eſt ut veneno, aut fame. Neceſſarium ait eſſe Opillus * Aurelius, in quo non ſit ceſſandum, aut ſine quo vivi non poſſit:

* f. Atilius — * f. Tribunicia — * f. Opilius

18. *Nænia.*] Gloſſarium. Nænia ἐπιτάφιος ᾠδή. Quæ in fine Græca verba *νέατον* & *νήτη*, addita ſunt, ea in exemplari ita plane leguntur, notum autem *νήτη* quid ſit.

19. *Nænia dea.*] Videndus Auguſtinus de civitate Dei lib. 6. cap. 9

20. *Navali.*] Attilius Fortunatianus de Saturnio metro. Apud noſtros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæque ſuæ titulum ſaturniis verſibus proſequebantur, talia reperi exempla. ex Regilli tabula. Duello magno dirimendo, regibus ſubigendis &c.

21. *Neunquam.*] Placidus in Gloſſis. Neunquam, & non ſignificat, & non ita, & non adeo.

22. *Nefrendes.*] Terent. Scaurus de Ortographia. Ne pro non, antiqui poſuere, ut nefrendes porcos, qui ſunt ſine dentibus, i. qui fabam frendere non poſſunt. Placidus in Gloſſis. Nefrendem infantem nondum dentatum, qui frendere cibum non queat. i. frangere.

23. *Nec.*]

Digitized by Google

poſſit: aut ſine quo non bene vivatur: aut quod non poſſit prohiberi, quin fiat. Neceſſari ſunt, ut Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut adfines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter ceteros. Neclegens dictus eſt, non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat, omiſſa ratione officii ſui. Nec conjunctionem Grammatici fere dicunt eſſe diſiunctivam, ut nec legit, nec ſcribit, cum ſi diligentius inſpiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi poſſit, eam poſitam eſſe ab antiquis pro non, ut & in XII. eſt. aſt ei cuſtos [23] nec eſcit. item, ſi adorat furto, quod nec manifeſtum erit. & apud Plautum in Faſmate. nec recte ſi illi dixeris. & Turpilium in Demetrio. nec recte dici mihi, quod jam dudum audio. Nec unquam, necunquam, quemquam. Nequalia, detrimenta. Nequinont, pro nequeunt, ut ſolinunt, & ferinunt: pro ſolent, & feriunt dicebant antiqui. Livius in Odiſſia. partim errant, neque nunc * Graeciam redire. Nequitum & nequitur. pro non poſſe dicebant, ut Pacuvius, cum ait. Sed cum contendi nequitum, ut * clam tendenda eſt plaga. Plautus in Satyrione. retrahi nequitum, quoquo progreſſa eſt ſemel. & Cato Originum L. I. Fana in eo loco complura fuere: ea exauguravit, præterquam quod Termino ſanum fuit; id nequitum exaugurari. Nequiquam ſignificare idem pro fruſtra, plurimis auctorum exemplis manifeſtum eſt. Nectere, ligare ſignificat, & eſt apud plurimos auctores frequens, quin etiam in commentario ſacrorum uſurpatur hoc modo. Pontifex minor ex ſtramentis naturas * nectito, id eſt, funiculos facito, quibus ſues adnectantur. Nectar Graece ſignificat deorum potionem. Unde Vergilius ait. Stipant & dulci diſtendunt nectare cellas; item Lucretius L. II. Et nardi florem, nectar qui floribus * halet. non pridem, aeque, & recte, & frequenter dicitur, ac jampridem, quampridem. Nequam aurum eſt, auris quod vis vehementius ambit, hoc verſu Lucili ſignificari ait Sinnius Capito, nequam eſſe aurum quod auris laedat; vel pondere inaurium, cum molliſſima pars auris inciditur; vel ex auro intelligi pecuniam, cujus reſpectu, & nimia cupiditate homines ad peccandum adduci. Nec mulieri, nec gremio credi oportere: proverbium eſt, quod & illa incerti & levis animi eſt, & plerumque in gremio poſita, cum in oblivionem venerunt pro * exſurgentium, procidunt. Nexum eſt, ut ait Gallus Aelius, quodcunque per aes & libram geritur idque necti dicitur. quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi dando, * nexi liberanto. * Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait perfidioſe captus eo epol * nemo cervices probat. Nexum aes, apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur. Negumate in carmine Cn. Marci vatis, ſignificat, negate: cum ait. quamvis moventium duonum negumate. Negritu in auguriis ſignificat ægritudo. Nebulo dictus eſt, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris eſt, quam nebula, aut quam non facile perſpici poſſit, qualis ſit. nequam, nugator. Negibundum *antiqui pro negantem dixerunt. Cato in* ea, quam ſcripſit . . . . . . . . . . negibundus . . . . . . . . . . . [24] Neutiquam *pro nullo modo dici, teſtis eſt* . . . cum ait. Sed *mihi neutiquam cor conſentit, cum ocul*or. aſpectu. *Cice. Indiſſolubiles quidem eſſe non poteſtis*, neutiquam *tamen diſſolvemini.* [25] *Nepos, luxurioſus à* Tuſcis dicitur: *nam nepotes ſunt luxurioſae vitae* homines *appellati; quod non magis his res* ſua famili*aris curae eſt, quam iis, quibus pater*

* f. nequinont

* f. tum

* f. napuras

* f. naribus

* f. propere

* f. datio

* f. liberatio

* f. aedepol

23. *Nec.*] *Nec eſcit*, ſcribendum pro *nec eſit.* nam *eſcit*, pro *erit*, antiqui dicebant, & ſupereſcit, pro *ſupererit.*

24. *Neutiquam.*] Hic idem verſus citatur à Cicerone ſine poëtæ tamen nomine in Academicis. Ciceronis autem locus qui adducitur à Feſto, extat in lib. de Univerſitate.

25. *Nepos.*] Placidus in Gloſſis. *Nepos, luxurioſus.*

26. Ne-

Digitized by Google

*pater avuſque* vivunt. quod *nomen ductum ab eo, quod natus poſt patri* ſit, quam *filius. Quidam, inter quos Ariſt*archus interpres *Homeri, Graecum eſſe volunt, ad quod* ποῖον νεπόδεσσιν ἐποίμη, *afferunt ex Apollonio.* [26] *Nephaſt*i dies not*abantur. N. littera quod iis ne-*

*f. apud

*phas eſt Praetori* aput * quem *lege agitur, fari tria verba, do, dico* addico. Nep. *nota deſignari ſolent qui nephaſti* priores ſunt, *quorum pars anterior fas: his ſervi* liberati ſunt, *delectus habentur, exercitus ſcrib*untur, & in provinci*as ire licet, ſacra quoque* inſtituta fiunt, *& vota nuncupata ſolvi*, & aedes ſacrari, ſo*lent. Nepa Afrorum lingua* ſidus, quod dicitur à noſtris c*ancer, vel ut quidam volunt* ſcorpios. Plautus in *Caſina, Receſſim dabo me* ad parietem, imita*bor nepam. Nepus, non purus.* [27] Neſi pro ſine poſitum *eſt in lege dedicationis* arae Dianae Aventinen*ſis. Nauteam ait Op*ilius Aurelius, herb*ae genus eſſe granis nigris*, qua coriarii utuntur, *cujus videri à nauſea duc*tum nomen, quia nauſeam fa*cit, permutatione. T. & S.* litterarum interme*dia antiquis conſueta.*

Plautus in Artemone. *Unguentum quod naribus mu*lionum nauteam feciſſet . . .
. . . . . . . . . . . . . . . lem atque aro*matum. Idem Curculione. Nam odor u*nguentum o*mnium prae tuo nautea eſt. In Caſina. ei* pro ſcort*o* ſup*ponetur hircus unctus* [28] *nautea. Labeo* in commen*tario juris pontificii ait, nauteam rubi*dum quiddam *eſſe, quo Pontificum veſtimenta quaedam* colorant. *Nationem, item apud antiquos*, natum. Cin*cius, genus hominum, qui non aliunde vener*unt, ſed ibi *nati ſunt, ſignificare ait. qui &*

* f. ſed

nationem ait *non tantum univerſim de om*nibus, ſet * *et de ſingularibus quoque homini*bus ſejunctim *dici ſolere. Sinnius autem Cap*ito, omnia fere *genera hominum per nationes dividi, ut Cu*res Sabinos *Hernicos, Aequos, item Volſcos. In pecorib.* quoque bonus *proventus futurae, bona natio dicitur.* Nautiorum fa*milia à Trojanis oriunda eſt: nam fuit* eorum princeps *Nautes, qui Romam detulit ſimulacrum* aeneum Mi*nervae, cui poſtea Nautii ſacri*ficare ſoliti *ſunt. Unde ipſa quoque dea Nautia vo*cabatur * de cau*ſa. Alii quod duce Naute acciti* conductiq. à B*rutiis milites fuerint ad Meſſ*anam oppugn*andam, contra quos à Senatu ſit* miſſus L. Caecilius *Metellus: qui cum ab illis interf*ectus eſſet, miſſi *ad eos fuerunt expoſtulat*um de fœdere violat*o legati* . . . . . . us, P. Veturius, qui *cum aliquantiſper, ob* refectionem corpor*is in opido quodam* inſediſſent, Brutii, *quibus fœdus tunc cum* Romanis erat, bello *ſtatim eo deſtiter*unt. inde à principe *Naute, familia Nautia* appellata eſt. Nat*inatio, dicebatur negoti*atio: & Natinatores *ex eo, ſeditioſi, negotia* gerentes. M. Cato in . . . . . . *tu*multu Macedoniae, Etruriam, Samnites, Lucanos, inter ſe natinari, atque factiones eſſe. Naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non ſint, id quod eſt nullius preti. Idem ſentit & Cincius

* f. A hac trium enim litterarum ſpatium in exemplari relictum eſt.

* f. Nauci

quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana, nacae dicantur à Graecis. Naucum * ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius, quod in oleae nucis, quid intus ſit. Aelius Stilo omnium rerum putamen. Gloſſematorum autem ſcriptores, fabae grani quod

* f. fabæ hilo

haereat in fabulo *. Quidam ex Græco *ναὶ ϗ οὐχὶ*, levem hominem ſignificari. Quidam nucis juglandis, quam Verrius jugulandam * vocat, medium velut diſſepimentum.

* f. juglandam

Plautus in paraſito pigro. ambo magna laude lauti, poſtremo ambo ſumus non nauci. item in Moſtellaria. Quod id eſſe dicam verbum nauci, neſcio. & in Truculento: Amas ho-

---

26. *Neſaſti.*] Neſaſti in vetere Kalendario N littera indicantur, ut FER. VOLK. N. XV. KAL. JUN. Neſaſti autem priores hac nota ſignificantur. N. P.

27. *Neſi.*] Lex dedicationis aræ Dianæ Aventinenſis, de qua hic Feſtus, extat in ſchedis veterum inſcriptionum, in quibus eſt. CETERVM. LEGES. HVIC. ARAE. EAEDEM. SVNTO. QVAE. ARAE. DIANAE. SVNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTAE.

28. *Nautea.*] Antiſtius Labeo in Commentario juris Pontificii citatur infra in *Spurcum.*

29. *Na-*

Digitized by Google

hominem non nauci. & Naevius (&) in Tunicularia. Ejus noctem nauco ducere. Sed
Ennius, illuc * eſt nugator nihili non nauci homo. Nares appellari putant, quod per * f. illic
ea naſi foramina odoris cujuſque nari flamus. * Narica eſt genus piſcis minuti. Plautus. * f. fia-
Muriaticam autem video in vaſis ſtagneis naricam bonam & canutam & taguma quinas mus
factas conchas piſcinarias. Nancitor in XII. nactus erit, praeno * erit. Item in foedere * f. præ-
Latino: pecuniam quis * nancitor, habeto: & ſi quid pignoris naſciſcitur, * datus
ſibi habeto. Nare à nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut avis. * * f. qui
Ennius L. VII. alter nare cupit, alter pugnare paratuſt. Plautus in Aulularia. Quaſi * f. nancitor
pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis. natare igitur eſt, ſæpius nare, ut dictita * f. navis
re, factitare. Navus, celer, ac ſtrenuus, à navium velocitate videtur dictus. Ennius
L. VI. Navus repertus homo Graio patre Graius homo rex. & L. XVI. Navorum impe-
rium ſervare eſt inſuperantum. Plautus in Frivolaria. Nave agere oportet, quod agas,
non ductarier. [29] Navalis ſcriba, qui in nave apparebat, inter aliud genus ſcribarum
minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſe * objectum. * f. eſſet
Plautus. non ego te novi navalis ſcriba columbari impudens. ſive quod columbaria in na-
ve appellantur ea, quibus rem geminent * ſive quod columbariorum quaeſtus temerarius * f. remi
incertuſque. Naſſiterna eſt genus vaſis aquari anſati, & patentis, quale eſt quo equi per- emicant.
fundi ſolent. Plautus in Bacchidib. haec quis * evocat cum naſſiterna, & cum aqua iſtum * f. Ecquis
impuriſſimum? & in Nervolaria. Ecquis huc effert naſſiternam cum aqua ſine ſuffragio?
& Cato in ea oratione, quam compoſuit in Q. Sulpicium. Quoties vidi truilos naſſiter-
nas perfuſos * aqualis matellas ſine anſis. Naſſa eſt piſcatoria * vaſi * genus, quo cum * f. per-
intravit piſcis, exire non poteſt. Plautus. Numquam hercule ex iſta naſſa hodie ego fuſos
eſcam petam. * f. piſcatorii

Napuras nectito, cum dixit Pontifex, funiculi ex ſtramentis fiunt. Nauſtibulum vo- * f. vaſis
cabant antiqui vas alvei ſimile vide * à navis ſimilitudine. Navia eſt uno ligno exculpto, * f. videlicet
ut navis, quo utuntur alveo in vindemia. ficus quoque in comitio appellatur Navia ab
Attio Navio augure. Nam cum Tarquinius Priſcus inſtitutas trib. à Romulo mutare
vellet, deterrereturque ab Attio per augurium, ut eluderet ejus prudentiam, interroga-
vit eum, an fieri poſſit id, quod animo propoſuiſſet ſuo; cui illo * permittente augurio * f. ille
cum reſpondiſſet effi i poſſe; juſſit Rex cotem, ac novaculam proferri *qua prolata, interro-
gatus augur* an cos illa *poſſet praecidi, reſpondiſſetque poſſe: nova*culam ſubito *praecidit. quo
facto ſtatim Navium* ex eo, Tarqui*nio nihil auſo contra amplius* facere, nova*culam illam
ac cotem ſub locum con*ſecratum, defo*di juſſiſſe: & ficum ab eo ſatam ibi* eſſe intra id *ſpa-
tium loci, qui contentus ſine* ſacro ſit: *eamque ſi quando areſcere contigiſſet*, ſubſeri, ſumi-
*que ex ea ſurculos juſſiſſe. quo fa*cto, tantos i*ntra temporis tractus, cum aliae in eo* loco
complur*es ficus enatae eſſent, atque eae* evulſae de*inde de ſacro illo loco radicitus re*moveren-
*tur: omnes quae imbi tunc temporis* erant, ficum *praeter unam illam, ejectas fu*iſſe, admo-
*nitu fatali, ac juſſu in primis aruſpi*cum, & di*vinis etiam reſponſis promittentibus quandiu ea*
viveret, lib*ertatem populi R. incolumem man*ſuram, ideoque *coli & ſubſeri ex illo tempore
coeptam*. Nauſcit cum gran*um fabae ſe aperit naſcendi* gratia, quod non ſit diſſ*imile navis
formae. Navi*tas ſecundum incorr*uptam conſuetudinem di*ctos, quos nunc n*os nautas di-
cimus, teſtis eſt* Cato in ea, quam ſcri*pſit, cum in Hiſpaniam proficiſc*eretur, cum ait:
navitae *quod ſecum portaverant* vinum atque oleum, *uſus tantum eo ſum. Naeviam ſilvam*
vocita-

29. *Navalis.*] Quid ſi, *remi eminent* ſcribamus, pro *remi emicant?* certe ad veterem ſcripturam propius accedemus, quæ eſt, *rem geminent.*

vocitatam extra urbem ad miliarium quartum, quod Naevii cujuſdam ibi domus fuerit, à quo nemora [30] Naevia appellata etiam fuiſſe, Verrius ait: quam obprobrii loco objici ab antiquis ſolere, quod in ea morari adſueſſent perditi ac nequam homines, teſtis eſt M. Cato in ea, quam ſcripſit in M. Caelium ſi ſe appellaviſſet. Orſus iter eram à porta Naevia atque exinde in nemora Naevia à domo procul Naevia. Unde dicunt proverbium natum eſſe, à domo Naevia, quod refertur à Verrio. Nudius tertius videtur compoſitum ex nunc & die tertio . N . . . dicuntur in agro quos . . . alio nomine appellant à parte totum ſignificante, quaſi inde appellati ſint . . . . . . . . dicantur pa . . . . . . . . dicitur caelum cavum . . . . . . . . . dicatur dam . . . Nuptam novam, ſponſam (ut etiam mulieres quibus in nuptiis utuntur, pronubae ab eadem cauſa hoc eſt à nubendo dicuntur) aliqui appellatam eſſe volunt: nec defuerunt tamen qui dicerent, ſic appellatam, ab eo quod νέαν νύμφην Graeci novam nuptam vocent. alii quod appellat uxorem νυὸν Homerus, loquendi quadam conſuetudine, quae eſt antiqua Graecorum, cum ait: ἐξ ἀπίης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων. [31] Numere, & numero dicitur, ſed numere ſunt, videtur eſſe praeſentis temporis, & prorſus alienum numero fuerunt, quod de praeterito uſurpatur, ſive eo ordine uſurparunt antiqui quadam conſuetudine loquendi, qua ſolebant proferre verba ejuſmodi: ſive certa fine extremarum vocalium, quemadmodum videtur in ſuis ſcriptis uſus Pompeius Sextus, apud quem reperitur extrema ſyllaba vocativi caſus producta, & ejuſdem caſus eadem correpta, terminataque in e, temporis praeſentis, Numero autem dixiſſe antiquos, nimium quod ſignificare, ait Sinnius Capito; eſſe enim ita locutum . . . ū: vos eſtis minime . . . . niſi numero perbiterint, niſi cito . . . . id eſt nimium ſi iſſo, * qui exeam numero eſtis mortui, hoc exemplo, ut pingeretis, id eſt, cur cito mortui eſtis? Item in Nelei. Nunquam numero matri faciemus volui. Idem * eſt, nunquam nimium faciemus. Apud Naevium. Neminem vidi, qui numero ſciret, quique ſcit, id eſt opus, id eſt, nimium ſciret. An Panurgus Antonius haec ait numero nimium cito? celeriter nimium: ut Plautus in Caſina. Ere mi? quid vis mea ancilla? nimium ſaepius numero dicis, nimium cito. Attius in Oenomao. Ego ut eſſem adfinis tibi, non ut te extinguerem, tuam peti gnatam, numero te expurgat timor. Afranius in Suſpecta. per falſum & abſte creditum numero nimis. celeriter. Caecilius in Aethinne. * Ei peri, quid ita? numero. venit fuce * domum. Afranius in Simulante. e * miſera numero, ac ne quicquam egi gratias. Numera Senatum ait quivis Senator conſuli, cum impedimento vult eſſe quo minus faciat. S. C. poſtulatque ut autres, quae adferuntur, * dividantur; aut ſinguli conſulantur. aut ſi tot non ſint Senatores, quo numero liceat praeſcribi * S. C. Nupta verba dicebantur ab antiquis, quae virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyſcolo. Virgo ſum; nondum didici nupta verba dicere. [32] Nuptias dictas eſſe ait Santra ab eo, quod nymphaea dixerunt Graeci antiqui γάμον, inde novam nuptam νέαν νύμφην. Cornificius, quod nova petantur conjugia. Curiatius, quod nova ratio * fiat. Aelius & Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarint * ob quam cauſam legem quoque Parenſtam * jubere caput ejus obnubere, qui parentem necaviſſet, quod eſt obvolvere. Nu-

me-

* f. cito
* f. volup.
* f. id
* f. Aethrione.
* f. fuge
* f. Ei
* f. referantur
* f. perſcribi
* f. pactio
* f. vocarunt
* f. funeſtam

30. *Navia.*] Quod poſt *Naviam* ſequitur fragmentum . . *tur caelum ca* . . . quo pertineat, ignoro. Varro lib. 1. de Ling. Lat. ait cavum à chao, unde omnia orta, & à cavo cælum dictum.

31. *Numero.*] Turpilius in Demetrio apud Nonium. Numquam nimis numero quemquam vidi facere, quam facto opus eſt.

32. *Nuptias.*] Videtur legendum, *legem quoq. funeſtam*, pro corrupto verbo, *parenſtam*. Livius lib. 1. caput obnubito. Vide in Parici Quæſtores.

33. Nu-

Digitized by Google

merius pronomen numquam ante fuiſſe in patricia familia dicitur, quamvis * Fabius, qui unus poſt ſex & trecentos ab Etruſcis interfectos ſuperfuit, inductis * magnitudine divitiarum, uxorem duxit Otacili Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea condicione, ut qui primus natus eſſet, pronomine avi materni, Numerius appellaretur. Non omnibus dormio: proverbium natum à Cipio quodam, qui Pararhencon dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius uxor ejus moecharetur, ejus meminit Lucilius. [33] Nucupata * pecunia eſt, ut ait Cincius in L. II. de officio juriſconſulti, nomina, * certa, nominibus propriis pronunciata. cum nexum faciet, mancipiumque uti lingua nuncupaſſet, * ita jus eſto: ita, * uti nominarit, locutuſve erit, ita jus eſto. vota nuncupata dicuntur, quae Conſules, Praetores, cum in provinciam proficiſcuntur, faciunt, ea in tabulas praeſentibus multis referuntur. At Santra L. II. de verborum antiquitate, ſatis multis nuncupata conligit non de recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circunſcripta, receptaque * etiam in votis nuncupandis eſſe convenientius. Nuſciosum Ateius Philologus ait appellari ſolitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At Popilius * Aurelius nuſciciones eſſe caecitudines nocturnas. Aelius Stilo quod plus videret veſperi, quam meridie, nec cognoſceret, niſi quod uſque ad oculos admoviſſet. Nonas quidam à nova Luna, quod in eas concurreret principium Lunae: alii, quod ſemper ante diem Iduum nonum eſſent, ſcribique ideo debere primam appellationis ejus ſyllabam adjecta u. littera. [34] Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui, ut ruſtici convenirent mercandi, vendendique cauſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Nundinalem cocum Plau*tus dixit in Aulularia. Cocus nun*din ille eſt, * *in nonum diem ſolet ire coctum. cocum, qui* novendiali*s alias appellatur, manifeſto ſig*nificat, quem *dixit nundinalem, quod in nonum diem coque*ret. Nucu*las, Praeneſtinos antiqui appellabant*, quod incluſi *à Poenis Caſilini, famem nucibus ſuſtenta*verunt: vel quod *in eorum regione plurima nux minuta* paſcitur. * [35] *Nummum ex Graeco vocabulo νῦμμος exiſtimant dictum, & tantundem apud nos, & apud illos* valere: quia *pleraq. nomina à Graecis accepimus, quorum* hoc proprium eſt. *Nuntius & perſona dicitur, & res ipſa.* in perſona dicitur, *ut nuntius advenit. in re, ut nuntius* allatus eſt: qua*m differentiam C. Caeſar in Com*mentariis fec*iſſe videtur. Nuper, quaſi novi*per, tamquam dic*amus noviſſime. eſtque praeteriti tempo*ris, id autem . . . . . . . . . . . . . . ſa erant, qui ni . . . . . . . *Numen quaſi* nutus dei ac poteſ*tas dicitur.* [36] *Numella genus vinculi* quo quadrupe*des alligantur. ſolent autem ea fi*eri nervo, aut co*rio crudo bovis ut plurimum. Num*idas dicimus quos Gr*aeci* Νομάδας. *ſive quod id genus* hominum pecorib. n*egotiatur. ſive quod herbis, ut p*ecora aluntur. Nuces *flagitantur nuptis, & jaci*untur pueris, ut novae *nuptae intranti domum* novi mariti auſpi*cium fiat ſecundum & ſ*oliſtimum.

Numam Pompilium Janicul*um montem habitaviſſe* ferunt, in quo arcam ejus in*ventam, cum libris Numae* nominis, à Terentio *quodam ſcriba repaſtinan*te agrum. Nonuncium *quod vulgo Magiſtri* ludi appellant; ſignif*icat novem uncias: at te*runcium, quod ſingula ſex-

* f. quamis
* f. inductus
* f. Nuncupata
* f. nominata
* f. nuncupaſit,
* f. id eſt
* f. quod
* f. Opilius
* f. cocus ille nundinalis eſt
* f. naſcitur.

33. *Nucupata.*] Ita in exemplari, pro *Nuncupata*, antiqua ſcribendi conſuetudine: cui contraria, *formonſus*, & *gnefonſus*, reliqua ita legenda, ut in ora paginae notavimus. *nominata certa &c. cum nexum faciet, mancipiumq. uti lingua nuncupaſit, ita jus eſto id eſt, uti nominarit.*

34. *Nundinas.*] Lege deinde Hortenſia factum eſt, ut is dies faſtus eſſet. Macrobius lib. 1. cap. 16.

35. *Nummum.*] Julius Pollux. lib 9. ὁ δὲ νῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος. ἔστι δὲ ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ δέλων.

36. *Numella.*] Placidus in Gloſſis: Numellatus, numella ligatus, i. vinculo, quo quadrupedes alligantur.

ſexuncia dimidium unciarum trium ſit. Nomen ſive ex Graeco ὄνομα dictum eſt, quaſi novimen, quod notitiam faciat: ſive familiae eſt. ut Terentius. ponitur etiam pro debito: ut exactum dicimus fuiſſe nomen, cum à debitore exacta pecunia ſit. Noctua videtur dicta à noctis tempore eo, quo canere ſolet, aut volare. ab ea γλαυκῶπις appellatur Minerva à Graecis, quia noctua oculis eſt caeſis * . . . Noneolae, vocantur papillae, quae ex faucib. caprarum ſuppendent. Noctilucam cum dixit Lucilius L. II. obſcenum ſignificat . . . noctiluca . . . . . . . medica. [37] Noverca dicitur, quam quis liberis ſublatis, novam uxorem ducit, arcendae familiae gratia, id eſt, coercendae, prima autem memoratur apud veterannia, * quae nupſit . . . [38] Navib. regnante Ser. Tullio. quod in Aventinum montem paludib. diſcluſum aſcenderetur, ab advectu ſic dictum aiunt, vel quod Aventinus in Aventino rex Albanus ſit ſepultus. Novalem agrum Aelius Gallus, & Opilius item Aurelius eum aiunt eſſe, quem νέον dicunt. ad quod Homero quoque teſte utuntur, qui dixit: νειοῖο βαθείης πέλσον * ἱκέσθαι. Sed Cincius eum eſſe, ubi glaeba proſciſſa ad novam ſementem ſit relicta. Nauti conſulatu, & T. Sicini, Volſci populi, cum atrox proelium iniſſent adverſus Romanos: Trib. Mil. in Circo conbuſti feruntur & ſepulti in crepidine, quae eſt proxime Circum, qui locus poſtea fuit lapide albo conſtratus, qui pro rep. in eo proelio occubuere, Opiter Verginius Tricoſtus . . . Valerius Laevinus. Poſtumus Cominius Auruncus. Mallius Tolerinus. P. Veturius Geminus. A. Sempronius Atratinus. Verginius Tricoſtus. Mutius Scaevola. Sex. Fuſius Medullinus. Noxa ut Ser. Sulpicius Rufus ait, damnum ſignificat apud poetas autem, & oratores ponitur pro culpa. ad * noxa peccatum, aut pro peccato poenam, * ut Accius in Melanippa. * Tete eſſe huic noxae obnoxium. Item, cum lex jubet noxae dedere, pro peccato dedi jubet. Caecilius in Hypobolimaeo chereſtato. * Nam iſta quidem noxa muliebrem, & * magis quam viri. [39] Novae curiae proximae * compitum Fabricium aedificatae ſunt, quod parum amplae erant veteres à Romulo factae, ube * is populum, & ſacra in partis triginta diſtribuerat, ut in iis ea ſacra curarent, quae cum ex veterib. in novas evocarentur, ſeptem * curiarum per religiones evocari non potuerunt. itaque Forienſis, Raptae, Vellenſis. * Velitiae res divinae fiunt in veteribus curis. * Nothum Graeci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos ſpurio patre natus dicitur quod Ser. Tullius qui Romae regnavit, natus eſt ex concubina Spurius Tulli * tributis * niſi forte malumus cedere * Ocliſiam corniculam captiva * eum ſuſceptum matre ſervientem. * Nota, alias ſignificat ſignum; ut in pecoribus, tabulis, libris litterae ſingulae, aut binae. alias ignominiam. Nobilem antiqui pro noto ponebant, & quidem per c. litteram, * ut Plautus in Pſeudolo. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis * &, oculis meis obviam ignobilis * objicitur. Accius in Diomede. Ergo me Argos referam, nam hic ſum nobilis * Livius in Virgo. * ornamentum incendunt nobili * ignobiles. Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura: quidam candidum ac perlucidum, quaſi à navo, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum non ſine candore, ut Livius ait in Odyſſia.

Simul

*f. cæſiis
* f. veteres Annia
* f. πέλσον
* f. at
* f. pœna
* f. Menalippo
* f. Chæreſtrato
* f. muliebris eſt
* f. proxime
* f. ubi
* f. IIII.
* f. Velienſis
* f. Curiis.
* f. ſp. Tulli
* f. Tr.
* f. credere
* f. Ocliſia carniculana captiva
* f. ſerviente.
* f. per G. literam
* f. gnobilis
* f. gnobilis
* f. ſuam gnobilis
* f. Virgine.
* f. ornatu incedunt gnobili

37. *Noverca.*] Cum in fragmento ſit, *veterannia*, non ut alii deſcripſerunt, *ecterannia*, ex ea ſcriptura fecimus, veteres Annia. cui autem nupſerit hæc Annia, quærendum.

38. *Navibus.*] Varro lib. 4. de Ling. Lat. Aventinum alii ab rege Aventino Albano, quod ibi ſepultus ſit. Ego maxime puto ab advectu; nam olim paludib. mons erat ab reliquis diſcluſus. itaq. eo ex urbe advehebantur ratibus.

39. *Nova curia.*] Ulpianus Dig. Lib. 1. tit. 8. Sacrarium etiam in ædificio privato eſſe poteſt. & ſolent qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde evocare.

40. Nixi

Digitized by Google

Simul ac lacrimas de ore noegeo deterſit, id eſt candido. [40] Nixi di appellantur tria ſigna in Capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, velut praeſidentes parientium nixib. quae ſua * ſunt qui memoriae prodiderint, Antiocho rege Syriae ſuperato, M. Accillum * ſubtracta à Populo R. adportaſſe, atque ubi ſunt, poſuiſſe. etiam qui * capta Corintho advecta huc, quae ibi ſubjecta fuerint menſae. Nictare & oculorum, & aliorum membrorum niſu ſaepe aliquid conari, dictum eſt ab antiquis, ut Lucretius in L. IIII. Hic ubi nexari * nequeunt inſiſtereque alis. Caecilius in Hymnide. garrulis medentes jactent ſine nictentur perticis. Novius in Macchoco pone. * actutum ſcribere. * cum in nervo nectabere * unde quidam nictationem: quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: * tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutere nictum: hic gaudere, & mirarier. Nictit canis in odorandis ferarum veſtigiis leviter ganniens, ut Ennius in L. X. veluti ſi quando vinclis venatica venenox * apta ſolet, ſi forte ex nare ſagaci ſenſit, voce ſua nictu, * ululatque ibi acuta &. * unde * & ipſa gannitio. Niquis ſcivit centuria eſt, quae dicitur à Servio Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua, nequis civis ſuffragii jure privaretur, nam ſciſcito * ſignificat ſententiam dicito, * ac ſuffragium ferto, * unde ſcita plebis. ſed in ea centuria, neque cenſetur quicquam, * neque centurio praeficitur, neque centurialis poteſt eſſe, quia nemo certus eſt ejus centuriæ. eſt autem nequis * ſcivit, niſi quis ſcivit. [41] Ningulus, nullus, ut Ennius L. II. qui ferro minitere, atque inte * ninculus * mederi queat. Niger lapis in Comitio locum funeſtum ſignificat, ut ali *, Romuli morti deſtinatum. Sed non uſu obv*enit, ut ibi ſepeliretur, ſed Fau*ſtulum nutri*cium ejus ibi ſepultum fuiſſe, & Quin*tilium avum ti . . . *qui Romuli partes ſequebatur* cujus familia *dicta Quintilia, juxta appell*ationem ejus. *Nanum Graeci vas aquarium dicunt* humilem * & *concavum, quod vulgo vocant ſitulum* barbatum, u*nde nani, pumiliones appellantur.*

Necem ſuſpica*tur Verrius à Graeco duci: nam illi* necyn, mor*tuum dicunt. Inde nos dicimus, nec*ida. Nivem *Verrius interpretatur novum ex* Graeco, qui id neo*n dicunt. N* . . . *ſi*gnificat da . . . . . . *Nequinates dicti ſunt* Narnenſis, * *qui è Nequino oppido ejectis colo*nis veteri*b. ibi habitarunt. Cato in ea adv*erſus * x *hominib.* . . . . . . . . . . Negotium, quod n*on ſit otium. Navos à navis celeri*tate, quae velo*ciſſima eſt, dicimus. Numidae d*icuntur Nomad*es, qui diutius vivere dicuntur*, unde Cato in . . . . *Numidas vivaces quod* multam vivunt *aetatem, dixit.* [43] *Nuces mitti* Cerialib. Capito S*innius ſolitum eſſe dici* ait, cum vellimus * ſig*nificare, miſſilia Ce*rialib. in Circo mitti, *quod cum mitti nuces mos es*ſet, plane volumus *à parte totum deſignare*, quia adeo deligantur *ſupra omnia alia miſſilia* prae flamma cum ſint u*ſtae, quae ſparguntur nuces.* Novendiales feriae *dicuntur inſtitutae à Tullo* Hoſtillo * rege, ex mo*nitu procurandis prodigi*is nono die in feri*is Latinis: ſive quod in* more * Albano lapi*dib. pluiſſet: ſive quod vox eſſet* exaudita, ut Albani *ſuo ritu facerent, quae omiſ*erant ſacra, nam

* f. ſigna
* f. M. Acilium
* f. etiamque
* f. nictari
* f. Maccho Copone
* f. ſcribes.
* f. nictabere
* f. pugile:
* f. venox
* f. nictit,
* f. eſt.
* f. inde
* f. ſciſco
* f. dico,
* f. fero,
* f. quiſquam,
* f. niquis,
* f. nite
* f. ningulus
* f. alii,
* f. humile
* f. Narnienſes,
* f. A Thermunde
* f. velimus
* f. Hoſtilio
* f. monte

40. *Nixi di.*] Poſt verbum *menſa*, in exemplari. additum eſt, *tripedi*, ſed alia manu. quod puto adjectum eſſe χωλιαμβικῶς.

41. *Ningulus.*] Verſus Ennii poteſt ita etiam legi Atque ut te &c.

42. *Niger lapis.*] Opinor hic à Feſto indicari Quintilium eum, à quo Luperci Quintiliani dicti ſunt. Vide in *Quinctiliani.*

43. *Nuces mitti.*] Mos hic ſpargendarum nucum habetur in veteri inſcriptione, reperta prope Ferentinum via Latina. in ea ſic eſt. A. QVINCTILIO A. F. PAL. PRISCO. & poſt. HIC. EX. S. C. FVNDOS. CEPONIAN. ET. ROIANVM. ET. MAMIAN. ET. PRATVM. EX. OSCO. AB. R. P. REDEM. EX. QVOR. REDITV. QVOD. ANNIS. VI. ID. MAI. DIE. NATAL. SVO. PERPET. DARETVR. PRAESENTIB. MVNICIP. ET. INCOLIS. ET. MVLIERIB. NVPTIS. CRVSTVL. P. I. MVLSI. HEMIN. & poſt NVCVM. SPARSION. MOD. XXX.

* f. amiſſa civitate ac

nam ab his *illa ſunt tunc revocata*, quae miſſa crate * a *pœne funditus deleta negligere temporib. ſequen*tibus coepiſſent: *N . . dicuntur inventae à Marcel*lo cos. operae *quib. admotis Syracuſae facilius* expugnari *poſſent. Navalis porta, item navalis* regio, vide*tur utraq. ab navalium vicinia, ita* appella*ta fuiſſe.* [44] *Nonarum poſtridie*, Iduum, Kalen*darum dies alieni habentur. item no*vae nuptae *a. d. IIII. Kalend. nonas, Idus diem a*trum inluceſcere, *quoniam decreto Pontificum atri hi d*ies eſſe judica*ti ſunt, quod quotieſcunq. Romani du*ces belli ge*rendi gratia his dieb. ſupplicavere*, male remp. ge*ſſere. SEX. POMPEI. FESTI.* DE VER*BOR. SIGNI. LIB.* 16. *INCIPI*T. FELICITER *OB PRAEPOSITIO ALIAS* PONITUR *pro circum, ut cum dicimus urbem* obſideri ob*ſignari, obvallari. alias ponitur* in vicem praepo*ſitionis, quae eſt propter, ut ob merita*, ob ſuperatos *hoſtes. Unde obſides, pro obſides, quod ob fidem pa*triae praeſtandam *dantur. alias pro ad ponitur, ut Ennius.* Ob Romam noct*u legiones ducere coepit. & alibi.* ob Troiam duxit. [45] *Oculiſſimum, cariſſimum. Plau. oculiſſ*imum oſtium amicae. *Idem in Curculione, oculiſſi*me dixit, ſignifi*catq. qui clare aſpicit. Idem: in Pſeu*dolo. oſculatum * pro prae*ſenti poſuit, cum dixit. Emito* die caeca hercule *olivum, id vendito oculata die.* Idem alibi oculatum Ar*gum dixit.* quod per *totum corpus oculos habet.* Idem pluris eſt ocu*latus teſtis unus*, quam *auriti decem*, id eſt, qui ſe vidiſſe di*cat. ductam autem ait Verrius hanc* formam ab oculi *appellatione. Oculitus dicitur, ut fun*ditus, penitus ſignifi*catq. tam carum eſſe, quam ocu*lum, vel inſtar *oculi eſſe. Odefacit dicebant* antiqui ab odore, *pro olefacit, vetere quadam* conſuetudine in*mutandi litteras, quae ſunt*, ut ſaepe alias, tum in hoc quoque libro contentae. quae vox ut quibuſdam videtur, ex Graeca ὀσμή, tracta eſt. Octaviae porticus duae appellantur, quarum alteram, theatro Marcelli propiorem, Octavia ſoror Auguſti fecit; alteram theatro Pomp. proximam CN. Octavius. CN.

* f. x vir

filius, qui fuit Aed. cur. PR. coſ. decemvirum * ſacris faciendis, triumphavitq. de rege Perſe navali triumpho: quam combuſtam reficiendam curavit Caeſar Auguſtus. Ogygia moenia Accius in Diomede appellans ſignificat Thebas, qui eam urbem Ogygus * condidiſſe traditur. Occaſio, opportunitas temporis caſu quodam provenientis eſt, Occaſus, interitus vel Solis, cum decidit à ſuperis infra terras, quo vocabulo Ennius pro occaſione eſt uſus in lib. 2. hic occaſus datus eſt, at Oratius inclutus ſaltu. item in L. V. inicit inritatus, tenet, occaſus juvat res. Item in L. VIII. aut occaſus ubi, tempuſve audere repreſſit. Occiſum à necato diſtingui quidam, quod alterum à caedendo, atq. ictu fieri dicunt, alterum ſine ictu. itaq. in Numae Pompili regis legibus ſcriptum eſt; ſi hominem fulminib. * occiſit, ne ſupra genua tollito. Et alibi. homo ſi fulmine occiſus eſt, ei juſta nulla fieri oportet. [46] October equus appellatur, in qui campo Martio menſe Oct. immolatur quod annis * Marti, bigarum victricum dexterior. de cujus capite non levis contentio ſolebat eſſe inter Suburanenſes, & Sacravienſes, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; ejuſdemq. coda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea ſanguis deſtillet in focum, participandae rei divinae gratia. quem hoſtiae loco quidam Marti bellico deo ſacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut ſupplicium de eo ſumatur, quod Romani Ilio ſunt oriundi, & Trojani ita effigie in equi ſint capti. Multis

* f. oculatum
* f. Ogyges
* f. fulminis
* f. quotannis

---

44. *Nonarum.*] Vide locum Verrii apud Agell. lib. 5. cap. 17. in quo legendum, *rempublicam male geſtam eſſe.*

45. *Oculiſſimum*] In editione Auguſtiniana locus hic mendoſus adeo, luxatuſq. habetur, ut Feſti ſententia vix in eo appareat. *Argum oculatum* Plautus dixit, Græcos imitatus, qui πανόπτην illum appellant.

46. *October equus.*] Videndus Plutarch. in probl. & Aſconius pro Milone. In Sacra, inquit, via eſt regia &c.

47. Oc-

tis autem gentibus equum hoſtiarum numero haberi teſtimonio ſunt Lacedaemonii, qui in monte Taygeto equum ventis immolant, ibidemq. adolent, ut eorum flatu cinis ejus per finis quam latiſſime differatur. & Sallentini, apud quos Menzanae Jovi dicatus vivos * conicitur in ignem: & Rhodi, qui quod annis * quadrigas ſoli conſecratas in mare jaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum. Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus. cum plurimae aliae praepoſitiones familiariores huic verbo ſint. Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint, dicimus, quod id clare, & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri poſſit. quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur. inde cantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto. Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Gloſſematorum refert, montem confragoſum vocabant, ut aput Livium. Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum ocrim? & celſoſq. ocris, arvaq. putria, * & mare magnum. Namq. Taenari celſos ocris. &, haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri, unde fortaſſe etiam ocriae * ſint dictae inaequaliter tuberatae. Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occaedendo, quod caedat grandis globos terrae: cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occaecando fruges ſatas. Ocius ſecundae collationis & deinde tertiae occiſſime frequentata ſunt. Alii dictas noſtras tracta * ex Græco, id eſt ὠκέως, cujus prima ſignificatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non eſt tertiae vero conſolationis, * cujus majora exempla ſunt, auctor eſt Plautus in Nervolaria. ociſſime nos liberi poſſimus fieri . . . . . . . . .
quicquam occiſſi . . . . . . . *Coelius* hiſtoriarum *libro* . . . . . . .
*concitantur* occiſſime . . . . . . . . . . *Aelius* Lamia apud . . . . . . . .
. . . . . . Lamiam oport . . . . . . . . . . . . Ocimum, Graecum, *& à celeritate naſcendi eſt dictum.* [47] Occupaticius *ager dicebatur ab antiquis, qui deſitus* à cultorib. *frequentari propriis, ab aliis eſt occupari* coeptus. quod in *agro Campano factum eſt.* Nam cum Hanni*bal, Capuanos, qui de Punica rep.* bene meriti *fuerant, remunerare vellet,* atq. eorum agros; *qui eſſent occupati, devaſtatique* tamquam ex ho*ſte receptos, reſtituere: nominandos* pub*lice edixit. ſed cum querelam au*diret commu*nem eorum, quorum ager occupatus* eſt à privatis, *juſſit dari agros, non quos illi* accepiſſent, *ſed occupaticios.* *Orchitin Accius* * Philologus in *collectaneis ait eſſe genus oleae* ductum ex Græco ὄρχεις, *quod teſticulorum ſit magni*tudinis, itaq. v*ocari ex eo orchitin* . . . . . to grandiore: *Orcheſtra, locus in ſcaena, quo* antea, qui nunc pla*nipedes appellantur*, non admittebantur *hiſtriones, niſi tantum inte*rim dum fabulae ex*plicarentur, quae ſine ipſis* explicari non poterant. *Ricinia autem por*tabant, quo aequiore *habitu prodirent, atque ut inde* nomen ducerent. *Orca genus marinae beluae* maximum dicitur, a*d cujus ſimilitudinem* vaſa quoque ficaria, *orcae dicuntur. ſunt enim te*retia, atq. infor*mi ſpecie* . . . . . . . .
malae & ante . . . . . . . . . . . . quantae ne . . . . . . . . . . . .
*Oriri, naſci, vel ſurgere.* Orba apud poe*tas ſignificat privatam, aliqua* perſona cara. apud *oratores, quae patrem amiſit,* aut matr. * ut Ser. *Sulpitius ait, quae liberos quaſi* oculos. orba eſt . . . . . . . . . . . tris eſt ante . . . . . . . . . . G*a*llus Aelius . . . . . . . . . . . . . . O . . . . . . . . . . . . . .
ſtantior . . . . . . . . . . . in eo libro . . . . . . . . . . pon-
tificatu . . . . . . . . . . . *p*uella ſine . . . . . . . . . ſacrae
. . . . . . . . . . . . . nupta . . . . . . . . . . . *al*icui fuiſſet
. . . . . . . . . . . . . Cornificius in . . . . . . . . . . . . . .
on.

* f. vivus
* f. quotannis
* f. patria,
* f. ocreae
* f. Alii non dictas, noſtro, ſed tracta
* f. collationis
* f. Ateius
* f. matrem

---

47. *Occupaticius ager.*] De agris occupaticiis, vide ſcriptores de limitib. agrorum.



Digitized by Google

on Uginus : : : : : : : : : . . . . interſerunt : : : : : : : : : :
nactos . . . . . . . . . . . . . ſſe. [48] Ortygia dicta eſt inſula, quae vocitatur nunc Delos. [49] Orbius clivus videtur appellatus eſſe ab orbib. per cujus flexuoſos orbes Tullia filia Ser. Tullii regis, & L. Tarquinius Superbus gener, interfecto rege properaverat * tendentes una in regiae domus poſſeſſionem. coeptus eſt autem is clivus appellari Orbius. quod pronus cum eſſet per orbes in exquiliarum collem ducere, * unde Orbius ab ipſis orbib. ſic appellatus eſt. [50] Oratores ex Graeco ἀρητῆρες dictos exiſtimant, quod ad reges & gentes, qui miſſi erant pro republica noſtra à populo R. ii conceptis verbis ſolerent aeos ἀρᾶσθαι id eſt teſtari . . . . . . . . . qui . cit eos noſtri alii * pro legatis appellant, ut Cato in ea quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum. M. Fulvio conſuli legatus ſum in Aetoliam propterea quod ex Aetolia complures venerant Aetolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos, & in originum L. I. propter * id bellum coepit Coelius PR. Albanus, oratores miſit Romam cum . . . . alias pro decretoribus, * ut Terentius. orator venio, facite exorator ſim. Item & Afranius in Emancipato . . ſi . . . . tum ſi quod oritur . . . . . alias pro diſertis & eloquentib. ab eo quod antiqui orare, dicebant pro agere. ob quam cauſam, orationes quoque eorum vocantur. Orata genus piſcis appellatur à colore auri, quod ruſtici orum dicebant, ut auriculas, oriculas. itaq. Sergium quoq. quendam praedivitem, quod & duob. anulis aureis, & grandib. uteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum. [51] Orae extremae partes terrarum, id eſt, maritimae dicuntur, unde & veſtimentorum extremae partes, quae quidem & primae dici poſſunt. Caecilius in Aethrione uſus eſt pro initio rei, cum ait: oram reperire nullam quam * expediam, queo. Oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius in Setina, & ſi tacebit, tamen gaudebit ſibi promiti oreae * & Naevius in Hariolo. Deprandi autem Leonis * obdas oreas. Cato originum L. III. equos reſpondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Coelius pro ſe apud populum. equuſq. * mihi ſub feminibus occiſus erat, oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio. Oreos liber pater, & oreades.

* f. properaverant
* f. duceret,
* f. alias
* f. propterea
* f. deprecatoribus,
* f. qua me
* f. permitti oreas
* f. Leoni ſi
* f. equo qui

48. *Ortygia.*] Cum in exemplari adverbium, nunc, à librario duab. litteris ſuperimpoſita linea ſic ſcriptum fuiſſet, error inde fluxit, ut pro *nunc*, in libro Auguſtiniano, *non*, editum ſit; atque unius litteræ lapſu tota ſententia immutata ſit.

49. *Orbius clivus.*] Livius lib. 1. habet *Urbicus*, & ita etiam Solinus cap. 1. in editionib. vulgatis. manuſcripti *Urbius*; præter unum apud me vetuſtiſſimum, in quo eſt *Orbius*. quæ quidem ſcriptura vera eſt, nam ut Feſtus infra in Orcus, inquit, antiqui, u, litteræ ſonum, per, o, efferebant, ut contra, o, per, u. Teſtimonio ſunt ea, quæ in hoc fragmento habentur: *Putitius*, pro *Potitius*: *ſumnus*, pro *ſomnus*: *rutundus*, pro *rotundus*: & in columna roſtrata Duilii *maciſtratos*, pro *magiſtratus*: *navebos*, pro *navibus*. Varro lib. 5. de Ling. Lat. omnes Quirites, equites, peditesq. magiſtratos, privatoſq. &c. ita enim legenda ſunt verba Varronis, non ut vulgo leguntur. Omnes Quirites, pedites, armatos, privatoſq. &c. *magiſtratos* enim librarius mutavit in *armatos*, omiſſa voce, *equites*, quam habet Livius lib. 1. in quo ita ſcribit. Edixit, ut omnes cives Romani, equites, peditesq. &c. Ad has autem intermortuas antiquitatis reliquias in lucem revocandas, præter ea, quæ ſupra indicavimus Livii, & Solini loca, unde de Urbio clivo, vel Orbio, ut antiquiores dicebant, accepimus; adjumento nobis fuerunt, quæ in *Sceleratus vicus*, infra habentur. Sceleratus vicus, Feſtus inquit, Romæ appellabatur, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Servium Tullium regem ſocerum ſuum, corpus ejus jacens filia carpento ſupervecta ſit, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Livii verba ſunt hæc. Tullia cum ſe domum reciperet, perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit, flectente carpentum dextra in clivum Urbium, ut in collem Exquiliarum veheretur. Solini autem hæc Servius Tullius, Exquiliis ſupra clivum Urbium.

50. *Oratores.*] Multa hic reſtituimus exemplari diligentius inſpecto, quæ deſiderantur in editione Auguſtiniana. præterea, corruptam vocem *prpte*, mutavimus in *propterea*, & *decretorib.* in *deprecatorib.*

51. Orae.] Pro, *quam expediam*, in ora paginæ, emendavimus, *qua me expediam*, & verum eam emendationem exiſtimamus.

52. Or-

Digitized by Google

oreades Nymphae appellantur, quod in montibus frequenter apparent. [52] Ordinarium
hominem Oppius ait dici ſolitum ſcurram † eſt, cum ait, cum magiſtratus nihil audent † *Quod hic deſideratur habes in Schedis.*
imperare, ne quid conſul auſpici peremat.

Perihodos dicitur & in carmine lyrico pars quaedam, & in ſoluta oratione verbis cir
cumſcribta ſententia, & in gymnicis certaminibus perihodon viciſſe dicitur, qui Pythia,
Iſthmia, Nemea, Olympia vicit à circumitu eorum ſpectaculorum. Perempta & interempta
pro imperfectis * poni ſolet à poetis. Lucretius, cum corpus ſimul, atq. animi natura perempta. * f. interfectis
Perpetem, pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuvius Iliona. fac, ut coepiſti, hanc operam mihi
des perpetem. oculis traxerim. Perſillum vocant ſacerdotes rudiculum picatum, quo un-
guine Flamen Portunalis * arma Quirini unguet. Perſicum portum, Plautus cum ait, mare * f. Quirinalis
Euboicum videtur ſignificare, quod in eo claſſis Perſarum dicitur ſtetiſſe, non procul à
Thebis. Perſonata fabula quaedam Naevii inſcribitur, quam putant quidam primum
A * à perſonatis hiſtrionibus. ſed cum poſt multos annos comoedi, & tragoedi perſonis * f. actam
uti coeperunt, veriſimilius eſt eam fabulam propter inopiam comoedorum actam novam
per Atellanos, qui proprie vocantur perſonati, quia jus eſt is * non cogi in ſcaena pone- * f. iis
re perſonam, quod ceteris hiſtrionibus pati neceſſe eſt. [53] Perſicus peracutum ſignificare
videtur, ut Plautus. nihil de conciliare ſibus, * niſi qui perſib. * ſapis. Naevius. & * f. ſibi
qui fuerit perſicus carpenti ad ſtratio. * [54] Perpetrat peragit, perficit. Pacuvius in Teu- * f. perſicus
cro. neq. perpetrare precibus, imperia qui detinui patris * Spartam reponare * inſtat, id * f. adeſt ratio.
ſi perpetrat. quo etiam ſine praepoſitione uſi ſunt, quod converſum jam *in conſuetudi-*
*nem eſt. perpulit, perſuaſit*, impulit . . . . . . . . . . . *dicen*do me per*pulit* * f. nec pretio quit. & in Niptris
. . . . . . . . *ſcilicet* com*pulit* . . . . . *Pertiſum, pro, perte*ſum d*ixerunt*
*antiqui* . . . . . . . qui paul . . . . . . . *Perſuaſit, impulit.* [55] Puteum
*antiqui dixerunt unde ſumi poteſt*: inde *Puticulos, antiquiſſimum genus ſepulturae* appella- * f. repedare
tos, *quod ibi in puteis ſepelirentur homines: qua*lis fuerit *locus, quo nunc cadavera projici*
*ſolent* extra *portam Exquilinam: qua quod ibi puteſcerent* inde *potius appellatos exiſtimat*
*putic*ulos Aeli*us Gallus: quia antiqui moris fuiſſe, ut patres* familias *in locum publicum extra*
*opidum mancipia* vilia proicer*ent, atque ita projecta, quod ibi* ea puteſcer*ent, nomen eſſe*
*factum Puticulis. Putum* antiquos *pro puro dixiſſe ait. inde putatas vites, quib.* deciſum
* eſt id, *quod impedimento erat, dici* Cornifici * ait, neq. *aliter accepit. Ennius, cum* * f. deciſum
*dixit* in Alexandro . . . . . . . . . . . . . amidio * purus put*us. & Plautus.*
*purus putus hic* ſycophanta eſt . . . . . . . . . . . . quo certior ſe . . . . , * f. Cornificius
. . . . . . . *aurum quoq.* putatum dici ſol*et, quod eſt, expurgatum: & ratio pu-* * f. dimidio
*tata*, id eſt pura facta, *ut* . . . . . . . . *here*dib. rettulit. [56] *Putitium Plautus*
*dixit ſtultum Putitio ſtul*tior eſt barbaro. *Id autem ex hac cauſa. Potitius cum* ad * Her- * f. ab
cule

52. *Ordinarium.*] Poſt verbum *ſcurram* quæ ſequuntur, in ſchedis habentur, item principium ſequentis fragmenti, *eſt, cum ait*, quod eſt verbi *Peremere.*

53. *Perſicus.*] Plauti verſus in exemplari habet *perſibus. pro, perſicus.* & ita Varro lib. 6. de Ling. Lat. Perſibus. inquit, à perite. gloſſemata ſubſcribunt, callide. vide in *Sibus.*

54. *Perpetrat.*] Verſus Pacuvii legendi, ut in margine. *Neque perpetrare precibus, nec precio quit. & in Niptris. Spartam repedare inſtat; id ſi perpetrat.*

55. *Puteum.*] Hujus loci reſtitutionem debemus M. Varroni, qui lib. 4. de Ling. Lat. ſic ſcribit. Extra opida à puteis puticulæ, quod ibi in puteis obruebantur homines. niſi potius, ut Ælius ſcribit, puticulæ, quod ibi puteſcerent cadavera projecta: qui locus publicus ultra Exquilias.

56. *Putitium.*] Antiqua ſcribendi conſuetudo, pro *Potitium*, ut *ſumnus* pro *ſomnus*; cui contraria, *Orbius*, pro *Urbius*. vide ſupra in *Orbius clivus.* & infra in *Orcus.*

cule ritum ſacrificandi accepiſſet, eum millib. aeris gravis quinquaginta edocuiſſe dicitur ſervos publicus * P. R. quo facto Potitii intra diem 30. cum ejus familiae 12. fuiſſent, omnes interierunt. Pubes, adoleſcens, qui jam generare poteſt, vocatur, cui contrarium eſt impubes. Pubes etiam & plurium numerus ejuſdem aetatis dici ſolet. Puteolos quidem dictos aiunt ab aquae caldae putore. quidam à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum . . . . . . . ver . . . . . . . . . . . . . . cum autem . . . . . . . . . . . . . . . is vio . . . . . . . . . . . . . . . illius tra . . . . . . . Pugnus à punctione, id eſt, percuſſione dictus. [57] Pegaſum equum alatum fuiſſe tradunt poetae: cujus quidem ungulam ſuſcitaſſe fontem, qui Hippocrene dictus eſt, traditur. ſed . . . . . . . . . . . . erſus alia . . . . . . . .

Lucina Juno ſa . . . . . . . . . . . . formon- . . . . . . . . . .

Proſpera quaedam nomina uſurpabant antiqui in, e, declinata ut praefiſcine, extrema producta ſyllaba, videlicet ut occurrerent faſcino, ut ait L. Cincius: quod etiam fieri conſuevit in familiae purgandae ſacro. [58] Porca praecidanea dicitur, quae ante immolari ſolet. quod genus hoſtiae quod ante novam frugem praecideretur, praecidarium appellabant. [59] Placenta libi quoddam genus vocatur ex trib. pultibus factum: alii dicunt genus pultis, cum trib. libamentis. [60] Porriciam, pro porro jaciam, maxime de extis dicebant antiqui. Plaut. in Pſeudolo. atq. in manib. exta teneam, ut porriciam intebea * loci. porricitur autem foculo, ariſq. quod conſecrandum eſt deo, dicandumque contra it * conſumitur in ſacro, quod eſt profanatum ut Verrius eodem libro de ſignificatione verborum. ſint dicta libere, ſi qua contra dixero: nam arbitratur ob eam cauſam porrici exta aris & foculo, quia profana * ea quoq. id eſt deo dicta conſume * eſt neceſſe, cujus opinionem, neq. in hoc, neq. in aliis complurib. refutare minime neceſſe eſt, cum propoſitum habeam ex tanto librorum ejus numero intermortua jam, & ſepulta verba, atq. ipſo ſaepe confitente nullius uſus, aut auctoritatis praeterire, & reliqua quam breviſſime redigere in libros admodum paucos. ea autem, de quib. diſſentio, & aperte & breviter, ut ſciero, ſcribta in his libris meis invenientur. inſcribuntur priſcorum verborum cum exemplis. Porigam dixiſſe antiqui videntur, pro porrigam, propter morem non ingeminandarum litterarum. ducto verbo à porro regam, aut ſi id frivolum videtur, cum aperte è civo regit * tractum ſit. ſed antiqui etiam porgam dixerunt pro porrigam. [61] Porcae appellantur rari ſulci, qui dicuntur * aquae derivandae gratia: dicti quod porcant, * id eſt prohibent * aquam frumentis nocere: nam crebriores ſulci, limi * vocantur. [62] Poſtliminium * receptum, Gallus Aelius in libro primo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ait eſſe

* f. publi-[illegible]
* f. interea
* f. id
* f. profanata
* f. conſumere
* f. rivo regam
* f. ducuntur
* f. porcent,
* f. prohibeant
* f. liræ
* f. poſtliminio

---

57. *Pegaſum.*] Vide infra in *Pegaſides*. ibi enim habes, Pegaſum ungulæ ictu Hippocrenem fontem aperuiſſe. quod à Græcis poëtis tractum eſt.

58. *Porca pracidanea.*] Verum eſt quod Feſtus ait hoc genus hoſtiæ *pracidarium* appellatum eſſe. nam & Marius Victorinus *pracidariam* legit, & à præſentanea differre dicit, de qua forte agitur in fragmento *praſen* . . . . nam, inquit, præſentanea porca, quæ præſente mortuo, quem condituri erant, immolabatur.

59. *Placenta.*] Placenta, ſive libum, ex farre. oleo, & melle fiebat. Servius in VII. Æn. Liba ſunt placentæ de farre, & melle, & oleo ſacris ap-[illegible]

60. *Porriciam.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. Profanatum, inquit, quod in ſacrario polluctum. itaque olim in fano conſumebatur omne, quod profanatum erat. Hæc ad verbum *profanata*, quod fecimus ex duobus *profana ea* reliqua in editione Auguſtiniana cum ſint ſuo loco mota, nos ad fidem exemplaris repoſuimus, & mutila multa reſtituimus.

61. *Porca.*] *Prohibeant* videtur legendum ex epitoma Pauli, pro, *prohibent*, & *liræ*, pro *limi*.

62. *Poſtliminium.*] Verbum *opinione* mihi ſuſpectum eſt, & pro eo, *dicione* ſcribi debere opinor. in fragmento Serviliæ legis ſic eſt. *QVIVE. IN. ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIA.* &c.

63. Pro

Digitized by Google

eſſe eum, qui liber ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo jure, quod conſtitutum eſt de poſtliminis, itemque ſervos * à nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos, redit in ejus poteſtatem, cujus antea fuit jure poſt limini. equi, & muli, & navis eadem ratio eſt poſt liminium receptum is * quae ſervi. quae genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminium * redeunt, eadem genera rerum à nobis ad hoſtis redire poſſunt. cum populis liberis, & confœderatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt ita, uti cum hoſtib. quae nationes in opinione * noſtra ſunt, cum his procul ſint. Provorſum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu ſit factum. itaq. Jovi fulgurit *, & Summano fit, quod diurna Jovis, nocturna Summani fulgura habentur. Propatulum late patens, atq. apertum, & patuli boves, quorum cornua in diverſum ſuper * modum patent. Propriaſſit, proprium fecerit. Properus antiquos dixiſſe, pro celer, teſtimonio eſt qualitatis adverbium, quod eſt propere. Prophetas in Adraſto Julius nominat antiſtites fanorum, oraculorumq. interpretes. cum capita viridi lauro velare imperant prophetae, ſancta ita caſte qui purant * ſacra. [63] Propter viam fit ſacrificium: quod eſt proficiſcendi gratia Herculi, aut Sanco, * qui ſcilicet idem eſt deus. Prodigia quod prædicunt futura: permutatione. g. litterae: nam quae nunc c. appellatur, ab antiquis. g. vocabatur. Produit, porro dederit, ut eſt in lege Cenſoria. porticum ſartam, tectamq. habeto, prodito. alias prodiderit. Prodegeris, conſumpſeris, prodideris, ut Caecilius in hymni * prodigere eſt, cum nihil habeas, te inridier, & Plautus in Nervolaria: productae prodigium * eſſe in * amatorem addecet. Prodinunt, prodeunt, ut Ennius Annali. L. III. prodinunt famuli tum candida lumina lucent. Probrum, ſtuprum, flagitium, ut Accius in Hellenib. qui niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant. Caecilius in Davo. ea tum compreſſa parit huic puerum, ſibi probr. Probrium *, velut, prohibi, qui ſe A * deliquendo prohibent. Prodigiatores haruſpices, prodigiorum interpretes. Prodita, * memoriae porro dat, & fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit, ut Ennius L. XVI. non in ſperando cupide * rem prodere ſummam. [64] Punicum quod appellatur, genus *libi tranſlatum à Poenis. idem appellatum fuit probum, ceteris libis ſuaviſſimum* quia *videbatur. Punicum dicitur etiam veſtis* nomen . . . . *Pro, ſignificat, in, ut pro roſtois,* * *pro aede, pro tribunali. Progenerum appellat avus neptis ſuae virum. Profanum* quod *non eſt fanum appellatur. Plautus, ſacrum, an profanum habeas, parvi penditur. Livius in* . . . . . . . . . . . publici . . . . . . . . *Pacuvius in Periboea* . . . . . . . . . . *inde profanationem dici ait Verrius. Pro, ponitur, pro amplificando, ac palam faciendo: ut prodi, provoca,* propelle, *ponitur alias pro privandi facultate, ut in propudio, prohibendo, quia utrunq.* abnuit *in his eſſe pudorem, poteſtatemq. alias aliud* alio *, *ut pro pecunia, pro praedio *, pro conſule,* * alias pro *admiratione, ut pro Juppiter. Accius* in Melanippa * *pro Juppiter* . . . . . . . manu omium * . . . . . . . . . . . . Plautus in Condalio . . . *alias pro ante, ut* pro hoſtio. alias pro *in, ut dicimus promittere barbam,* & capillum. *Profundum dicitur id, quod eſt* altum, ac fundum *longe habet. Pacuvius* in Medo. neq. *profundum* . . . . . . . Profeſti dies *dicti, quod ſint procul à religione nominis* divini. Caecilius in . . . *quod facimus profeſto, feciſti* tantundem *feſtivo die. item Afranius* in Privigno. *aeque profeſto, contra cum celebras.* Pro-

* f. qui ſervus
* f. iis
* f. poſtliminio
* f. dicione
* f. Fulguratori.
* f. ſupra
* f. parant
* f. Sango.
* f. Hymnide
* f. producte prodigum
* f. me
* f. Probi,
* f. a
* f. prodit,
* f. cupidi
* f. roſtris.
* f. apud ob ab,
* f. prædio.
* f. conſilio,
* f. Melanippo
* f. omnium

63. *Propterviam.*] Plautus in Rudente. Ut mea eſt opinio, propterviam illi vocati ſunt ad prandium. qui? quia poſt cœnam credo laverunt.

64. *Punicum.*] Horatius epodon ode IX. Punico lugubre mutavit ſagum. eſt enim apud Horatium veſtis nomen.

 65. Pro-

Digitized by Google

Proſuſus ſuper modum *ſumptuoſus dicebatur.* Terentius in Adelphis; *profundat, perdat, pereat*, nihil ad me. *alias objectus, jacens.* & Pacuvius in Teucro, " *profuſus gemitu murmuro*, occiſtians * ru*at* . . . . . . . . . . . . . . . . . .

* f. oſcitans

. . cant . . . . . . . . . . . . . . . rta. *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae ſunt, ac flaccidae, ut latius videantur patere* . . . . . . . . .

. . quae . . . . . . . . . . . . . . . . e . . . . . . . . . . . . .

. . . . uni . . . . . . . . . . . . . . . . vi . . . . . . . . . . .

. . . . . . . cis. *Plantae appellantur ſemina olerum, quod planae* ſunt, *ut appellantur plantae noſtrorum pedum ex* cauſa *ſimili. Plancae dicebantur tabulae planae, ob* quam *cauſam & Planci appellantur, qui ſupra modum* pedib. *planis ſunt. Plauſtrum perculi antiqui* dicebant *ab eo, qui pede onuſta plauſtra perculit: id eſt* evertit: *quod poſtea abiit in proverbium* id, quod *à Plauto in Epidico Comoedia relatum eſt.* Epidicus *mihi magiſter fuit; perii: pene plauſtrum* perculi. *Plebeium magiſtratum neminem* licet *capere, niſi qui ex plebe eſt: cujus* generis eſt *omnis magiſtratus, qui appellaturi* iſto nomine. *Plutei dicuntur crates corio crudo* intentae, * *quae ſolebant opponi militibus* opus facientib. *& appellabantur militares.* nunc etiam tab*ulae, quib. quid praeſepitur, eodem* nomine dicun*tur.* " *Plebei Aediles non minus populi*que plebeiſcito, *quae de eo magiſtratu creando* ſuffragium tu*lit, ut ſacris aedibus praeeſſent*, ſunt conſtitu*ti: quos Tribu. pl. miniſtros fuiſſe* dicunt: qui una cum *Plebeis Aedilib. ſunt creati, diſſi*dente plebe à *Patrib. ii tabernas fecerunt*, quas novas vocant. nos *autem quinque dicimus* eas eſſe & ſeptem ferun*tur, & plebeios quidem appella*mus à genere magiſtratus. eas enim faciendas curaverunt M. Junius Brutus. Q. Oppius Aediles pl. Plexa colligata ſignificat ex Graeco, cui nos etiam praepoſitionem adicimus, cum dicimus perplexa. Plentur antiqui etiam ſine praepoſitionibus dicebant. Plera dixiſſe antiquos teſtis eſt Pacuvius, cum ait, plera pars peſſumdatur. Ploximum appellari ait Catullus, capſam in ciſio, capſave * cum dixit, gingivas vero ploximi habet veteris. [67] Plorare, flere, inclamare nunc ſignificat, & cum praepoſitione implorare, id eſt invocare: & apud antiquos plane inclamare. in regis Romuli, & Tatii legibus. ſi nurus ſacra divis parentum eſtod. in Ser. Tulli, haec eſt, ſi parentum puer verberit, aſtolle ploraſſit, (pareri.) puer divis parentum ſacer eſto *. id eſt, clamarit, dix . . . .
Pedulla quae dicimus nea * . . Graecos appellare manifeſtum eſt. Pacem à pactione condicionum putat dictam Sinnius Capito, quae utriq. inter ſe populo ſit obſervanda. " Penem, antiqui codam vocabant, à qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur. & peniculi, quis calciamenta terguntur, quod è codis extremis faciebant antiqui, qui, tergent * ea. dictum eſt forſitan à pendendo. Naevius in Tunicularia. * Theodotum compellas, qui aras compitalibus ſedens in cella, circumtectuas tegetibus Lares ludentis peni pinxit bubulo, ſignificat peniculo grandi, id eſt coda.

* f. intectae

* f. capſamve

* f. eſtod.

* f. nos, ea πέδιλα

* f. terget

* f. Cunicularia

. . . . . . . . . . . . . . . . . . Pro-

65. *Profuſus.*] Vide in *Occiſitantur.*

66. *Plebei Ædiles.*] Dionyſius lib. 6. *Ædiles plebeios, ut Tribunorum plebis eſſent miniſtri, & ut ſacris ædibus præeſſent, dicit creatos fuiſſe.* Digeſt. lib. 1. tit. 2. Itemque ut eſſent, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita plebs deferebat, duos è plebe conſtituerunt, qui Ædiles appellati ſunt.

67. *Plorare.*] *Eſtod* in lege Numæ habet exemplar: & ita antiquos ſcripſiſſe tradit Quinctilianus adducto teſtimonio ex baſi columnæ roſtratæ Duilii, in qua eſt. ALTOD. MARID, &, PUGNANDOD. totus autem hic locus ita legendus. *In regis Romuli, & Tatii legibus. Sei parentem puer verberit, aſt ole ploraſit, puer divis parentum ſacer eſtod.* reliqua videntur adjecta.

68. *Penem.*] Gloſſar. cæna pura παρασκευὴ, προσάββατον. Auguſtin. in Joan. Acceleratam, inquit, vult intelligi ſepulturam, ne adveſperaſceret, quando jam propter paraſceven, quam cænam puram Judæi latine uſitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

69. Poſt

Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinae meae filia *, & patris mei * f. filius
conſobrinus, & matris meae conſobrinus. [69] Poſſeſſio eſt ut definit Gallus Aelius, uſus
quidam agri, aut aedifici, non ipſe fundus, aut ager. non enim poſſeſſio eſt A * reb. quae * f. de
tangi poſſunt . . qui dicit, ſe poſſidere, his * vere poteſt dicere. itaque in legitimis * f. is
actionibus nemo ex his qui poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit,
ut Praetor his verbis utatur. Uti nunc poſſidetis, eum fundum Q. D. A. quod nec vi,
nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis ita poſſideatis, adverſus ea vim fieri, veto.
Praefecturae eae appellabantur in Italia, in quib. & jus dicebatur, & nundinae agebantur,
& erat quaedam earum R. P. neq. tamen magiſtratus ſuos habebant. in qua * his legibus * f. quas
praefecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. quarum genera fuerunt duo: alterum,
in quas ſolebant ire praefecti quattuor viginti ſex virum nu * pro populi ſuffragio creati * f. numero qui
erant, in haec oppida: Capuam, Cumas, Caſilinum, Volturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatium: * alterum, in quas ibant, quos Praetor * f. Calatiam
urbanus quod annis * in quaeq. loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venareum, * Allieas * Privernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, * f. quotannis
Arpinum, aliaq. complura. Parret, quod eſt in formulis, debuit & producta priore * f. Venafrum,
ſyllaba pronuntiari, & non gemino. r. ſcribi, ut fieret paret, quod eſt inveniatur, ut
comparet, apparet. Portum in 12. pro domo poſitum omnes fere conſentiunt. cui teſtimonium defuerit, his * tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. Patrocinia appel- * f. Allifas
lari coepta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter patres, ut eorum opib. tuta eſſet. Poſti- * f. is
cam lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius appellavit ab exori*ente ſole ad occidentem*,
*quae ſpectabat* qua . . . . . . . . . . . . . . . . tur . . . . . .
. . . . . . . . . riq. . . . . . . . . . . . . . . abd . . . .
. . . . . . . . . . . . tab . . . . . . . . . . . . . . . . . .
frum . . . . . . . . . . . . . . . . . danto . . . . . . *Pontina
tribus à Pon*tia ur*be dicta, à qua & palus quoque* Pontina *appellata eſt juxta Terracenam.*
[70] *Pa*piria *tribus à* Papirio *appellata eſt, vel à* nomi * agri, *qui circa Tuſculum eſt. Huic* * f. ne
Pupinia *trib. ita* conju*ncta fuit, ut de finib. aliquando ſuſceperit bellum*, quod indi*ctum per
fetiales cum eſſet, duce* . . *infer*tur: bellum *itaq. initurae, cum utraque tribus inſtruc*tos exerci*tus haberent ad dimicandum, quia alterius dux* diſceſſerat *jam ab armis, caduceatorib. ante quam* ſignum conf*errent, utrinque ad exercitus miſſis*, rem *in* ipſorum ar*bitrio
futuram denuntiarunt, ac* poteſtate, (ac pote*ſtate) ita ſine ulla dimicatione utriuſq.* exercitus ſuffragi*o pax facta.* Pu*pinia Tribus* ab agri nomine *dicta, qui Pupinus appellatur circa*
Tuſculum urbem . . . . . . . . . . *me*minit invictum . . . . . . . .
ε. Popillia tri*bus una quinque & triginta tr*ibuum, tot enim fue*runt: à* P*opilliae feminae
f*elici nomine ap*pellata, quomodo tribus, quoque* Pinaria à ſororis P*inarii dicta, ſive ab ejus
n*omine. Populi com*mune eſt in legibus ferendis* cum plebe ſuffragium. *nam comitia centuriata* ex patribus, & plebe *conſtant in centurias diviſis. at* cum plebes ſine patr*ib. tributis
comitiis convenit*, quod plebes ſcivit, plebi*ſcitum id ea de cauſa* appellatur. Patrum com*mune cum populo ſuffragium, quibus ſuffragantibus fit populi ſcitum. Pror*ſi *limites appellantur in agrorum menſuris, qui directi ſunt ad orientem. Pugio dictus* v*idetur eo quod punctim
pugnat.*

69. *Poſſeſſio.*] Patronius Arbiter. Ut ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret. i. ad jus, ad Prætorem.

70. *Papiria.*] Papiria tribus in agro Tuſculano. Livi. lib. 9. Neminem ex tribu Pollia candidatum Papiriam ferre ſolitum, quod Tuſculani à tribu Pollia, una condemnati eſſent.



Digitized by Google

* f. pungat. *pugnat* *. *Propilia* * *tribus à* nomine *progenetricis traxit vocabulum. nam conſueverunt non ſolum à viris, ſed à feminis* quoq. *tribus nominare. Praebia dicuntur curandi* mali *remedia,*
* f. Popillia *videlicet, quae curationis* cau*ſa praebeantur.* [71] *Parare inter ſe* munus *dicebatur, cum ſor-*
* f. agere *titio fiebat à magiſtrat*ib. P. R. *uter magiſtratus, veram rem* acere * *deberet: aut inter ſe comparabant de* reb. le*ge mandatis. Itaque in ſenatu, & in comitio* quoq. *ſortiri, aut inter ſe parare ſolebant, u*trum ex*ire, utrum domi manere oporteret. nam* Conſulib. ae*que ac Praetoribus novis in provinciam ire,* atq. ex ea *rem gerere: contra abire, anni prioris* magiſtratib. *opus erat. lege etiam cavebatur, ut certos* intra dies *deſignati magiſtratus provin*cias inter ſe par*arent.* [72] *Peregrinos inter Pr. dr.* quod *aliter* Inter civis, aliter inter *peregri-*
* f. fuſcus *nos jus dicebatur à Praetore*: *ideoq.* lege primum fuſ*cum* * *unus tantum fuiſſe, poſtea duo id*circo ſunt creati *Praetores. Praemetium dicitur, quod* ante metitur, qua*ſi praemeſſum, praelibationis cauſa. Prote*lare dicitur longe prop*ellere, ex Graeco videlicet, quod* eſt The,
* f. τῆλε * & ſigni*ficat longe. Privato ſumptu* ſe alebant mili*tes Romani antequam ſtipendia* mererentur, quod in *conſuetudine fuit paene ad* id tempus, quod fuit pau*lo antequam Romana civitas* capta eſt à Gallis, *à quo tempore ſine publico ſtipendio m*ilites non fiebant. *Porci effigies inter militari*a ſigna quintum locum *obtinebat, quia confecto be*llo, inter quos populos *pax fiebat, ea caeſa porca foed*ere firmari ſolet. [73] *Polimenta, ait Verrius, antiqui* dicebant teſticulos porcorum, cum eos caſtrabant, à politione ſegetum, aut veſtimentorum, quod ſimiliter atq. illa, curentur. Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem. Portiſculus eſt, ut ſcribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat claſſi. id autem eſt malleus. cujus meminit Cato in diſſuaſione de rege Attalo, & vectigalibus Aſiae. C. Licinio Pr. remiges ſcribti cives Romani ſub portiſculum ſub flagrum conſcribti veniere paſſim. Pro ſcapulis cum dicit Cato, ſignificat pro injuria verberum. nam complures leges erant in cives rogatæ, quibus ſanciebatur pœna verberum. his ſignificat
* f. prohibuiſſe prohib. ſe * multos ſuos civis in ea oratione, quae eſt contra M. Caelium. ſi em percuſſi, ſaepe incolumis abii. praeterea pro rep. pro ſcapulis, atque aerario multum R. P. profuit. [74] Primanus Tribunus apud Catonem in ea, quae eſt contra Thermum de ſuis virtutib. Aliud eſt properare, aliud feſtinare. qui unum quodq. mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neq. perficit, is feſtinat. Prorſus porro verſus, niſi forte ex Graeco

---

71. *Parare.*] *Parare munus*, quid ſit, notum ex Livio, & aliis. Salluſtius in Jugurth. Poſt Auli fœdus, & exercitus noſtri fœdam fugam, Metellus & Silanus cos. des. provincias inter ſe paraverunt. Cicero lib. 1. ad Atticum. Se paraturum cum collega. licet Servius in lib. 1. Æn. partiturum legat. Livius. Decreverunt patres, ut Conſules inter ſe compararent, ſortirenturve provincias. Item. Decreverunt patres, ut provincias Macedoniam, atque Italiam Conſules compararent inter ſe, ſortirenturve. Provincias autem inter ſe parabant, ſive ſortiebantur non modo Conſules, ſed etiam Prætores. Livius. Idibus Martiis, quo die Conſules magiſtratum inierunt, Italia ambobus provincia decreta. Prætores ſortiti provincias ſunt. Item Conſules, Prætoreſque cum Idibus Martiis magiſtratus iniiſſent, provincias ſortiti ſunt. *acere*, pro *agere* in exemplari ſcriptum eſt, antiqua illa conſuetudine, qua c. pro, g. ponebant. Vide in Orcus.

72. *Perergino*s.] Digeſt. 1. tit. 2. Cum Conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet in civitate, qui jus reddere poſſet: factum eſt, ut Prætor quoque crearetur, qui Urbanus appellatus eſt, quod in urbe jus dicebat. poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo Prætore, quod multa turbi etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus alius Prætor, qui Peregrinus appellatus eſt, quod plerumque inter peregrinos jus reddebat. Ex his verbis locum Feſti reſarcivimus, qui in editione Auguſtiniana cum verbo *Parare*, male conjunctus eſt.

73. *Polimenta.*] Arnobius lib. 7. Polimina ſunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus teſtes. Plautus Menech. Polimenta porcina.

74. *Primanus.*] Ita plane eſt in exemplari. reliqua fortaſſe vel Paulus addit, vel alius, qui locum exemplo, & explicatione illuſtrare voluit.

75. Pe-

Digitized by Google

Graeco Πρὸ *. Cato de feneratione legis Juniae. Camerni * cives noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum, atque pulcherrimum, rem fortunatiſſimam. cum Romam veniebant, prorſus devertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. Prohibere comitia, dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem major, ceterum ob id ipſum comitialis appellatur. Cato in ea oratione, quam ſcribſit de ſacrilegio commiſſo. domi cum auſpicamus, honorem me dium * immortalium velim habuiſſe. ſervi, ancillae, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. ſi cui ibidem ſervo, aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit. [75] Penatores qui penus geſtant. Cato adverſus M. Acilium quarta. poſtquam nativitas * ex navib. eduxi, non ex militib. atq. nautis piſcatores penatores fici ſedarum * dedi. Pilates lapidis genus, cujus M. Cato originum L. v. lapis candidior quam pelaſtes. * Peregrina ſacra appellantur, quae aut evocatis dis in oppugnandis urbibus Romam ſunt conara *, aut quae ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnae: ex Graecia Cereris: Epidauro Aeſculapi: quia coluntur eorum more, à quibus ſunt accepta. Peculatus furtum publicum dici coeptus eſt à pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe coepit. ſiquidem ante aes, aut argentum, ſignatum ob delicta poena graviſſima erat duarum ovium, & xxx. bovum. ea lege * ſanxerunt T. Menenius Lanatus, & P. Seſtius Capitolinus conſ. quae pecudes, poſtquam aere ſignato uti coepit. P. R. Tarpeia lege cautum eſt, ut bos centuſib. ovis decuſib. aeſtimaretur. [76] Potitium, & Pinarium Hercules, cum ad aram, quae hodieque maxima appellatur, decima bovum; quos à Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrifici edocuit. quae familia, & poſteri ejus non defuerunt decumantib. uſq. ad Ap. Claudium Cenſorem, qui quinquaginta millia aeris gravis his dedit, ut ſervos publicos edocerent ritum ſacrificandi: quo facto Potiti, cum eſſent ex familia * numero duodecim, omnes intererant * intra diem xxx. Pinarius, quod non adfuit ſacrificio, poſtea cautum eſt, ne quis Pinariorum ex eo ſacrificio veſceretur. Plebeiae Pudicitiae ſacellum in vico Longo eſt, quod cum Verginia patrici generis fœmina, convivio * facto inter patres & plebem, *nam patricia plebeio homini L. Volumnio conſuli nupſerat* . . . . . . . . .
qui . . . . . . . . . . . . . . . . . . . bit . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . ſere . . . . . . . . . . . . . . . . . . eo *jure* .
. . . . . . . . . . . . . Portor*ium dictum eſt vectigal id, quod ſolvitur* portit*oribus, qui conduxerint* . . . *dimi*diato . . . . . . . . . . . . . . . .
in ve*ctigalibus autem portoria fruenda loca*ntur dua*bus* . . . . . . . . . .
lius q. . . . . . . . . . & *Ti.* Corun*canius Ti. F. cenſores* . . . . . . . .
intra *temporis ſpatium certum* . . . . . . . . . quid ae. . . . . . . . . . . *cenſoria ma*jeſtate ſpre*ta* . . . . . . . . . . . . . dam propib. * & . . . . . . . . . .
ſint. Primi*genius ſulcus dicitur, qui in nova urbe* condenda t*auro & vacca imprimitur, quod genus* jumenti velut ex*ercitum adhibebatur* . . . . . utrinq. media p. . .
. . . . . . . lari judicio qui & i*pſe* . . . . . . *Parilib. ur*bem condidit Ro*mulus*,

* f. ἀπό
* f. Camerini
* f. Deûm
* f. navitas
* f. feci, ſed cibum
* f. pilates.
* f. coacta.
* f. eam legem
* f. eae familiae
* f. interierunt
* f. convicio
* f. prodib.

75. *Penatores.*] Horatius. Portes frumenta, penuſque. Infra legendum eſt. *Non ex militibus atque nautis piſcatores, & penatores feci, ſeu cibum dedi.*

76. *Potitium.*] In exemplari eſt, *decimam bovum*, antiqua ſcriptura, ut *foro Bovario.* infra. Tertullian. in apolog. cap. 14. Cum de decima Herculis nec tertiam partem in aram ejus imponitis. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Hinc profanum, quod in ſacrario polluctum, atque ideo Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur. id eſt ut fani lege fit, dicitur. Plutarch. probl. In fine, *ea familia*, ſcribendum.

77. *Pra-*

*mulus, quem diem feſtum praecipue* habebant juniores. [77] *Praetexta pulla nulli* alii licebat uti, *quam ei, qui funus faciebat. Idem* jus magiſtratus h*abebat, qui in aliquo* loco publicos lud*os faciebat. nam is praetexta* utitur, & ſcribam ha*bere ſolet, propter eos*, quos facit, ludos. *praetextae jus datum eſt item Conſ*ulib. & Praetorib. vota *nuncupantibus ob ignor*antiam

* f. ſacrorum novorum ſacra novorum * *aſcitorum. Iſdem da*tum eſt uti emit * votum *aliquod ſolventibus.* quod item Valerius vic*anus cum uteretur pu*ra ex ſenatu, improbar*i coeptus eſt.* P*ilae & viriles & muliebres effigies in* compitis *ſuſpendebantur Compitalib. ex lana, quod eſſe* deorum *inferorum hunc diem feſtum, quos vocant* Lares, *putarent, quib. eo die tot pilae*, quot *capita ſervorum: tot effigies, quot eſſ*ent liberi, *ponebantur: ut vivis, ſic enim invo*cantur, *parcerent; & eſſent his pilis, & ſimulacris con*tenti. *Punicae fortunae aedem voviſſe dicitur Cornelius* Scipio *cum Carthaginem obſideret: ne adverſa ea* Fortun*a uteretur. Idem quoq. vovit aedem Ven*eris, *quae cognomentum habuiſſe dicitur* Genitr*icis, quam dedicavit, ubi primum* aemu*lam Romanae civitatis Carthaginenſem* urbem *expugnavit: quamvis alii dicant, aliquot poſt* annis *dedicaviſſe . . . . . . . . . . cos*, quum Pu*nicae Fortunae aedem, quam ex vo*to debebat *primam dedicare, locandam non curaſſet.* Pueri, in*puberes dicuntur, in quo ſignificatu* utitur Atta *in . . . . . . . . plurib.* verſib. docet . . . *Pueri inpuberis aeneum* ſignum ad ſalinas *olim a . . . poſitum fuit, quod* ſignum allatum *e . . . . . . fuiſſe ferunt*, quod ſunt cona*ti quidam auferre, ſed avell*ere nemo umquam *potuit. Alii dicunt avulſam baſim* praeter ipſum ſignum *à quibuſdam fuiſſe, quiq.*

* f. ſine *abſtulerint*, ſub * ſigno abierunt, *baſi ſola potiti. Alii tamen trad*unt, ſimul ut *ſignum ipſum abſtulerint, in agro Tibur*ti erexere ad qui*ntum ab urbe miliarium.* Plena ſue Tel-

* f. cenſeretur *luri Matri ſacrificabatur, quod pecudis* id genus cum ſeretur * *ſatis inimicum, quia roſtro ſem*en fodiendo corrum*peret. Ploti appellati ſunt* Umbri, pedib. planis quod *eſſent: unde ſoleas dimidiatas qui*b. utuntur in venando, *quo planius pedem ponerent*, vocant ſemiplotia, & *ab eadem cauſa M. Acc*ius poeta, quia Umber Sarſinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus coeptus eſt dici. Poſtumus cognominatur poſt patris mortem natus. Plautus in Aulularia. Poſt mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum ſi eam ſenex anum praegnantem fortuito fecerit; quid dubitas, quin ſit paratum

* f. duos his nomen pueris Poſtumi? [78] Porcas, quae inter duci * ſulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum . . Parmulis pugnare milites ſoliti ſunt. quarum uſum ſuſtulit C. Marius datis in vicem earum Bruttianis. Porcam auream & argenteam dici ait Capito Ateius, quae & ſi numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Ceriali. Pulcher bos appellatur ad eximiam pin-

* f. Propudianus guitudinem perductus. Propudi ait * porcus dictus eſt, ut ait Capito Ateius, qui in ſacrificio gentis Claudiae velut piamentum, & exſolutio omnis contractae religionis eſt . . .

* f. patraviſſe Parum caviſſe * videri pronuntiat magiſtratus, cum de conſilii ſententia capitis quem condemnaturus eſt. Piſcatorii ludi vocantur qui quod annis * menſe Junio trans Tiberim

* f. quotannis fieri ſolent à PR. Urbano pro piſcatorib. Tiberinis, quorum quaeſtus non in Macellum pervenit, ſed fere in aream Volcani, quod id genus piſciculorum vivorum datur ei Deo pro

77. *Pratexta.* ] Vide Verrium apud Macr. lib. 1. cap. 7. Atque ita peſte ſedata puerum, qui antiquitatem fortis abſolverat, togæ prætextæ uſum munus impetraviſſe. ſcio hic agi de prætexta pulla, ſed apud Verrium *ambiguitatem*, pro *antiquitatem* legendum eſſe, volui admonuiſſe.

78. *Porcas.* ] Varro lib. 1. de re ruſtica cap. 29. Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Sic quoque exta deis cum dabant porricere dicebant.

79. *Poſ-*

pro animis humanis. Publicius clivus appellatur quem duo fratres L. M. Publici Malteoli * Aediles Cur. pecuariis condemnatis ex pecunia, quam coeperat, * munierunt, ut in Quentinum vehiculi, * Vel * venire poſſit. * Praedia * rurſus Verrius vocari ait ea remedia, quae data * Caecilia uxor Tarquini Priſci inveniſſe exiſtimatur, & immiſcuiſſe on * ſuae, qua praecincta ſtatua ejus eſt in aede ſanctus * qui deus, dius fidius vocatur. ex qua zona periclitantes ramenta ſumunt. ea vocari ait praedia, * quod mala prohibeant. Priſcae latinae coloniae appellatae ſunt, ut diſtinguerent à novis quae poſtea à populo dabantur. Praetor ad portam nunc ſalutatur his *, qui in provincia Propraetore, aut Proconſule exit: cujus rei morem ait fuiſſe Cincius in libro de Conſulum poteſtate talem. Albanus * rerum potitos uſque ad Tullum regem: Alba deinde diruta uſque at poectum * Murem eos populos latinos ad capud oetentinae, * quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. itaque quo anno Romanos imprimis ad exercitum mittere oporteret juſſu nominis Latini, complures noſtros in Capitolio à ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. ubi aves addixiſſent, militem illum qui à communi Latio * miſſus eſſet (illum quem aves addixerant,) Praetorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam optineret Praetoris nomine. Patricios, Cincius ait in libro de comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur. [79] Poſſeſſiones appellantur agri late patentes, publici privatique. quia non mancipatione, ſed uſu tenebantur, & ut quiſquam occupaverat, collidebat. * [80] Poteſtur, Scipio Africanus in ea, quae eſt de imperio D. Bruti. &, poteratur, C. Gracchus in ea qua vocis * eſt cum circum conciliabula iret. Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur: vir qui eam inceſtaviſſet, verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione, quae de Auguribus inſcribitur. adicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exaugurat*as*, *quae inceſti damnatae*, *vivae defoſſae ſunt*, *quod ſacra Veſtae matris polluiſſent: nec tamen*, *licet nocentes extra urbem obruebantur*, *ſed in campo proximè portam Collinam*, *qui Sceleratus appellatur*. *Privilegium* ſunt *qui dicant eſſe privatam legem. Cicero in oratione quam* ſcrip*ſit pro domo ſua ad Pontifices* . . . .

. . . viri . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . conſ. . . . . . . .

. . . . . . . . . . in eo . . . . . . . . . . . . . . . . . . lícto-

*res* . . . . . . . . . . . . . . *exiſtimate* . . . . . . . . . . . . .

. . . . conſ . . . . . . . . . . . . . . . . . *nos autem* . . . . . . .

. . . . . . . . nemo . . . . . . . . . . . . . . . . . *j*udicant *Senatores*, *Equites*, *Trib. Aerarii*, *condemnant* trib. xxxv. *quo jure*, *quo more*, *quo exemplo nominatim legem* de capite civis *indemnati tuliſti? vetant leges ſacratae*, vetant XII. *tabularum leges privatis hominib. irrogari*. *V*eneficos quinq. *& triginta trib. omnino non condem*nant, quia ipſi in*dicta cauſa occiduntur*. [81] *Punici dic*untur non Poeni, quamvis, *ut ait Verrius*, *à Phoenicib. or*iantur; & Punicum bel*lum*, *non Poenicum*, *quamquam Poeni appellantur*: nam quae ſole*bant antiqui efferre per Pu ſyllabam* logam * Ennius in Poe, *extulit*, *Panos dicens*, *ſed eſt culpa li*brariorum, qui ea quae *feminina genere dicuntur*, *ſcribunt maſcu*lino. etiam ipſi Grae*ci ita loquuntur*, *qui ſolent* philolo*g*os, philargyros, *feminas dicere*.

Marginal notes: * f. Malleoli · * f. ceperant · * f. vehiculis, · * f. velia · * f. poſſint. · * f. praebia *vel* prœbia · * f. Caia · * f. zonas · * f. Sancti · * f. praebia *vel* prœbia. · * f. is · * f. Albanos · * f. ad P. Decium · * f. caput Ferentinae, · * f. Latii · * f. colebat. · * f. uſu · * f. longam.

---

79. *Poſſeſſiones.*] Ant. Auguſtinus pro *collidebat* corrupto verbo, repoſuit *colebat*. placeret, *poſſidebat*. Iſidorus lib. 15. cap. 13.

80. *Poteſtur.*] In exemplari plane eſt, *in ea qua vocis cum*, ut fortaſſe emendandum ſit, *in ea qua eſt*, *cum*. Nam verbum *eſt*, alia manu videtur adjectum.

81. *Punici* ] At in columna roſtrata Duilii inciſum eſt, CLASEIS POENICAS. & in fragmentis legum, BELLUM POENICIUM.



Digitized by Google

re. *Poenos*, *putans viros libra*rius appellari, mut*avit quae per adjectionem ab Ennio ea* vox explanata non *fuerit*, *cum tamen ejuſmodi fere* nomina etiam in vir*ili*, *non tantum in femi-*
* f. lupus *neo ſexu proferantur.* dicimus tam hic lapis, * q*uam haec lupus*, *quin etiam ea quae par*ticipia appellantur, quae *ut plurimum aliquem or*dinem rerum ſignificant, *et quae caſus*, *nume-ros*, *ſpecies*, tempora, perſonas recipi*unt*, *utroq. genere enuntiantur* . . . . . . . . . . . . . . . Por*tumnus qui & Palaemon alio nomine dicitur*, *inter* de*os*, *qui prae-ſunt mari à Romanis colebatur.* Poe*nas pendere in eo proprie dicebant*, *qui pecuniam* ob *de-lictum ſolvit*; *quia penſo aere olim utebant*ur. *Pullariam*, *manum dexteram dixiſſe videtur* Pla*utus in* . . . . . . . . . . . . . . Proced*ere*, *interdum ſuccedere*, *inter-dum pone cedere*, Pertu*ſum dolium cum dicimus*, *venenum ſignificamus.* Pes dicitur . . . . . . . . . . . . pede ruit . . . . . . . . . . . . . *Ennius lib.* 1. An-*nalium* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Polit*, *pro pila ludit* . . . . . dixit . . . . . . . . . . . . . . . . Petre*ia vocabatur*, *quae pompam praecedens in colon*is, aut *municipiis*, *imitabatur anum ebriam*, ab agri vitio, *ſci-licet petreia appellata.* *Procilli ſi*ve praecilli. Ca*to dixit in* . . . . . . con*vertar* ad illam . . . . . . . . . . . . impudentior . . . . . . . . . . . ntur legationes . . . . . . . . . . . teſt. [82] Pelliculatio*nem*, *pro inductionem à pellicien*do, quod eſt inducend*o*, *dixit Cato in ea oratio*ne, quam ſcribſit de . . . . . . . r, *loco* s, Cato ſæpe dicit, ut *Contra*, *s*, *roboſem*, *& arbo*ſes, loco, r, dice-bant *antiqui* . . . . . . properie mari opus eſt. *Praemioſam pro pecunioſam dixit Cato* in oratione, quam ſcrib*ſit* . . . . . . . impudentiam praemio*ſam.* [83] *Pa-ſcales oves pro paſcuales*, *inſci*enter dixit in ea *quam ſcripſit* . . . . . paſcalis ovis vetuit. *Idem. pellitam ovem Tarentin*am appellat in ea ora*tione*, *quam ſcripſit* . . . .
* f. in agro pretio Tarenti plus. C. *ſeſtertiis pellitam ovem*, *quam* ignaro * Tarentino quod *paſceretur*, *Tarentinam dicunt.* Periculatus ſum, Cato ait in ea oratione, quam ſcripſit ad litis
* f. notas * Cenſorias . Parſi non peperci, ait Cato in eadem oratione. Scio fortunas ſecundas neglegentiam prendere ſolere: quod uti prohibitum irem, quod in me eſſet, meo labo-ri non parſi. Praedonulos Cato hypocoriſticos dixit in epiſtularum: quia ſaepe utiles
* f. precem videntur praedonuli. Praecem * ſingulariter idem in ea, quae eſt de conjuratione. Pul-
* f. cupidiis chralibus atque cupidus * idem in ea, quae eſt de fundo oleario. Punctatoriolas, levis pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Hiſtriae militari. Proaedificatum dicitur, quod ex privato loco proceſſit in publicum ſolum. Percunctatum patris familiae no-men, nequis ſervum mitteret, lege ſanctum fuiſſe ait Cato in ea, qua legem Orchiam diſſuadet. Prodidiſſe non ſolum in illis dicitur, qui patriam hoſtibus prodiderunt, ſed
* f. prodidiſſe etiam tempus longius feciſſe. ut Cato. Te C. Caecili diem prodiſſe * militibus legionis III. cum proditionem non haberent. Pavimenta Poenica marmore Numidico conſtratà ſignificat Cato, cum ait in ea, quam habuit nequis coſ. bis fieret. dicere poſſum, quib. villae atq. aedes aedificatae, atque expolitae maximo opere, citro, atq. ebore, atq.
* f. in Achille Ariſtarchi pavimentis Poenicis ſtent. Prolato aere aſtitit, Ennius Achillae in Ariſtarchi * cum ait, . . . . . . . . . . . ſigni-

82. *Pelliculationem.*] Velius Longus in libro de Orthographia. Nec aliter apud Lucilium legitur in præpoſitione perliciendo, quod eſt, inducendo, geminata l, pellicere malunt, quam perlicere. & apud Vergilium non aliter legimus, Pellacis Ulyſſis. Quæ ſequuntur alio pertinent. deſiderantur autem verba Catonis, in quibus uſus erat r, loco s, ut *Valerios* & *Furios* dixerunt juniores, quos antiqui, *Valeſios*, & *Fuſios*. Vide ſupra in *Arboſem*.

83. *Paſtales.*] In exemplari erat prius *Tarentino.* deinde in litura ſcriptum fuit *Terentino.* nec dubium quin Feſti verba ad Tarentinum pecus pertineant, quod paſcali opponitur, & tectum etiam vocatur. Columella lib. 7. cap. 4. vide in *Solox lana.*

84. *Pro-*

Digitized by Google

ſignificat clypeo ante ſe protento. Poenitam * offam Naevius appellat abſegmen carnis cum coda. antiqui autem offam vocabant abſciſum globi forma ut manu glomeratam pultem. Privatae feriae vocantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales. [84] Pronubae adhibentur nuptiis quae ſemel nupſerunt, ut matrimonia paupertatem * auſpicantes. Pudicitiae ſignum in foro Bovario eſt, ubi familiana aediſſet * Herculis. eam quidam Fortunae eſſe exiſtimant. Item via Latina ad miliarium illi * Fortunae Muliebris, nefas eſt attigi, niſi ab ea, quae ſemel nupſit. Patrimi & matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt; unus, qui facem praefert ex ſpina alba, quia noctu nubebant; duo, qui tenent nubentem. Pilentis & carpentis per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. Prima aut ſecunda hora ducant * ſponſalib. ominis cauſa, ut optima ac ſecundiſſima eveniant. Praetextum * ſermonem quidam putant dici, quod praetextatis nefas ſit obſceno verbo uti. ali * quod nubentib. depoſitis praetextis à multitudine puerorum obſcena clamentur. Palatualis Flamen conſtitutus eſt, quod in tutela ejus deae Palatium eſt. Portenta exiſtimarunt quidam gravia eſſe, oſtenta bona. alii portenta quaedam bona, oſtenta quaedam triſtia appellari. portenta, quae quid porro tendeatur, indicent; oſtenta, quae tantummodo oſtendant monſtra: praecipiant quoque remedia. Poſtularia fulgura, quae votorum ut * ſacrificiorum ſpretam religionem deſiderant. * Peſtifera, quae mortem, aut exilium oſtendunt. Peremptalia, quae ſuperiora fulgura, ut * portenta peremunt, id eſt olunt. * [85] Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant. Peregrinus ager eſt, qui neque Romanus, neque hoſtilis habetur. Publica ſacra, quae publico ſumptu, pro populo fiunt, quaeq. pro montibus, pagis, curiis, ſacellis. ad * privata, quae pro ſingulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. Perenne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quae ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. [86] Puls potiſſimum datur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe *decidere in terram aliquid, quod tripudium faceret*, id eſt *terripavium (pavire enim ferire eſt) ex quo notio*nem *caperent futuri. nam ſi pulli, per quos auſpicabantur*, non *ediſſent, periculum imminere arbitrabantur. at* qui *paviſſent, bonum augurium eſſe putabant, ſi* tum *ex ore eis edentib. aliquid decidiſſet. Portenta rerum fieri dicuntur, cum ſolida corpora raro* ſe oſten*dunt; ut cometae, turbines, barathra,* tonitru*a ſereno coelo facta. Pedeſtria auſpicia arbitrabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo,* ceteriſque *animalibus quadrupedibus. Propter*via app*ellabantur auſpicia, quae ſe ſe propter viam* oſtentabant . . . . . . . . .
infirm . . . . . . . . . *Piacularia* appell*abant auſpicia, id eſt ſacrificia, antiqua lo*quendi co*nſuetudine, cum aut hoſtia ab ara effugit*, aut *percuſſa mugitum dedit, aut in aliam quam* oportuit *partem corporis decidit. Peſtifera auſpicia* ſunt, cum cor *in extis, aut caput non fuiſſet* in jocinore. [87] Pul*larium à pullis appellatum* quidam putant, quia non *aliud*

* f penitum
* f. matrimonii perpetuitatem
* f. ædis eſt
* f. IIII.
* f dicata
* f. prætextatum
* f. alii
* f. aut
* f. deſignant
* f. aut
* f. tollunt
* f. at

---

84. *Pronuba.*] Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem. Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicii initium ſit.

85. *Pullus.*] Placidus in Gloſſis. Pullum, puerum in amoribus. unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, pullus Jovis dictus eſt. Sic enim legi debet, pro figuratus. Arnobius lib. 4. Catamitus rapitur, deliciarum futurus & poculorum cuſtos, & ut Jovis dicatur pullus in partibus Fabius aduritur mollibus obſignaturque poſticis.

86. *Puls.*] Vide intra in *Tripudium*.

87. *Pullarium.*] Livi. lib. 9 Auſpicia ſervanda eſſe pullarius nunciat. & lib. 10. Pullarium in auſpicium mittit &c. Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius mentiri auſus, &c. Valer. Max. lib. 1. cap. 4. Et pullarius non exire pullos cavea nunciaſſet. pro verbo, auſpicando, quod ſupplevimus, placeret magis, auſpicandi gratia.



Digitized by Google

*aliud*, *ſed hoc ei peculiar*e eſt, avem auſpican*do obſervare. Praepetes* aves dicuntur, quae ſe *ante auſpicantem ferunt.* nam antiqui praepetere *dicebant pro anteire.* Pecunia ſacrificium *fieri dicebant*, *cum frugum*, *fruc*tumque * cauſa mola pur*a efferebatur in ſacrifi*cio, quia omnis res fam*iliaris*, *quam nunc pecuniam* dicimus, ex his rebus con*ſtabat. Projecta ſacra* appellantur, quae fulgur*ante caelo fiunt*; *tunc. n. proje*cta depellendorum mal*orum fulgurum*, *vel procurandorum* bonorum cauſa fiunt. P*arilia feſta ſibi obſer*vanda judicant pri*vatim ipſae quoque puer*perae adminiſtratis *, u*ti pariendo*, *ab eis quaſi* ſtabillantur * Parilia feſta . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *parilia* . . . . . . . . . . . . . um in . . . . . . . . . . . . . . . . . [88] Pub*lici Augures eodem jure cum ceteris A*uguribus *non erant: nam cum eſſent Augures numero* plure*s*, *publici majeſtate ceteros anteibant.* origo vet*uſta*, *ideoque obſcura: illud manifeſtum*, *ductu ſ*ortis *deligi ſolitos*, *qui Augures publici* P. *R. Quir*itium *in Auguralibus dicerentur. Captabant auſpic*ia, te*mplo caeli regionib. deſignato*, *quod lituo*, *qui* Quirinal *appellatur*, *deſignabant*, *in pomoerio* extra ur*bem* . . . . . . . . . . . . es faci . . . . . . . . . . . . . . feciſti [89] P*icus rex pico ave utebatur*, *ut Ve*rr*ius* ait, ob *augurium*, *à quo ſic dictus. is regem Fa*tuum, Faunum *alii quem vocant*, *& Fatuam procrea*vit: & ex *eis Latinus ortus*, *Trojanos ſummo honore* adfecit: ut *etiam eorum regem fugientem A*rgivos Aenean *hoſpitio ſuſcepit*, *dedit* civitatem, junxit *natam connubio.* [90] Po*lubrum eſſe ex*iſtimant quam *nos pelvim vocamus*, *cujus eadem* formula, quae eſt *polubri*, *teneturque manu ſi*niſtra, ut ejus ſignifica*tio docet.* P*atres appe*llantur, ex quibus Senatus *conſtat*, *quos initio urbis* conditae Romulus C. *delegit*, *& ſic appellavit*, quorum conſilio, atque *prudentia reſpublica ad*miniſtraretur, atque *gubernaretur*; *quique* agrorum partes ad*tribuerent tenuioribus* perinde ac liberis, *ac pecunias dividerent*, *etenim* ſolebant jam inde à Ro*mulo nummis auri atq.* argenti ſignati ul*tramarinis uti: id quod* publicae, & privatae *rationes commentariorum docent.* [91] Publica pondera *quibus populus Rom. uti ſolet*, ex ea cauſa Junius in . . . . *dicta ſic*

* ſ. fructuumque

* ſ. domi in ſtratis

* ſ. ſtabiliantur

88. *Publici augures.*] Vide in *Publicus ager*, & in *Quinque genera ſignorum.* videndus Cicero lib. 2. de legibus & vetus inſcriptio, in qua eſt. *EGNATIVS FAVENTINVS. V. C. AVGVR. PVB. P. R. Q. PATER. ET. HIEROCERYX. D. S. I. M. ARCHIBVLOCVS DEI. LIBERI. HIEROPHANTA. HECATAE. SACERDOS. ISIDIS.* Servius in lib. 1. Æn. Templum dicitur locus manu deſignatus in aere, poſt quem factum illico captatur augurium. Idem in lib. 6. Æn. Ager poſt pomœrium, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. Varro. Hinc effari templa dicuntur ab auguribus. Idem in Eclog. 9. Augures deſignant ſpatia lituo, & eis dant nomina, ut prima pars dicitur antica, poſterior, poſtica. item à dextra, & ſiniſtra. Ex his Servii locis, & iis, quæ ſupra citavimus, de Publicis Auguribus Feſti fragmentum reſarcivimus.

89. *Picus rex.*] Vide Paulum in Picus. Lactantius lib. 1. Faunus, inquit, in Latio, qui & Saturno avo nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter deos honoravit, & ſororem ſuam Faunam, eandemque conjugem ſacravit: quam C. Baſſus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſuevisset, ut Faunus viris. Reliqua non indigent interpretatione.

90. *Polubrum.*] Fabius Pictor lib. 16. apud Nonium. Aquam manibus, pedibuſque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua. Ex his verbis locum Feſti reſtituimus.

91. *Publica pondera.*] *Oetier*, an *oitier* in exemplari ſcriptum ſit, difficile eſt affirmare, propterea quod litteræ fugientes ſunt. Sed utroque modo ſcripſiſſe antiquos, teſtimonio nobis ſunt vetuſta monumenta, in quibus COERATOR, pro CURATOR. & *œſus*, pro *uſus*, reperitur: *oiſum* etiam, non *œſum*, & *Omonem*, non *Oenonem* antiquos dixiſſe, teſtis eſt Martianus, & vetuſtiſſima tabella apud me, in qua OITILE, pro *utile*, inciſum eſt. Quod autem in ora paginæ, *parte familias*, pro *patri familias* emendavimus, fecimus adducti loco ſimili ex oratione Catonis pro Rhodienſibus in qua ita ſcriptum eſt, apud Agellium lib 7. cap. 3. Siquis illud facere voluerit, dimidium familiæ multa eſto. nam verbo, *mille nummis*, ſunt adjecta. Infra etiam in *Sacratæ leges*, ſic habetur. Sacer alicui deorum ſit cum familia. ita enim legendum, pro ſicut. Error autem ut *patri* pro *parte* ſcriptum fuerit, inde fluxit, quod antiqui *parte* dicebant pro *parti*, unde facta litterarum tranſpoſitio, & *patri* ſcriptum fuit. DE MAJORE. PARTI. CONSILI, eſt in fragmentis legum apud me.



Digitized by Google

*ſic ait*, quod duo Silli * P. & M. Trib. pleb. rogarint his verbis. Ex ponderibus publicis, quib. hac tempeſtate populus oetier (qui) ſolet, uti coaequetur ſedulum, uthi * quadrantal vini octoginta pondo ſiet. congius vini decemp. is * ſex ſextari congius ſiet in * duo de quinquaginta ſextari quadrantal ſiet vini. Sextarius aequus aequo * cum librario * ſiet. ſex de quiq. * librae in medio ſient. ſi quis magiſtratus adverſus hac. * d. m. pondera, medioſq., vaſaq. publica, modica, minora, majorave faxit, juſſit vere fieri, dolumve adduit, quod ea fiant, eum quis volet magiſtratus multaretur *, dum minore, patri * familias taxat, liceto; ſive quis in * ſacrum judicare voluerit, liceto. [92] Pecuum, cum dixit M. Cato per caſum genitivum, à ſingulari caſus recti formavit, quo utebantur antiqui, id eſt pecu, ac teſtu, tonitru, genu, veru, quorum omnium genitivus pluraliter geminat u litteram, non quia dicimus pecus, ut pectus, eam quae in uſu eſt, formam in declinationib. ſequimur. Præteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod ut reges ſibi legebant, ſublegebantque, quos in conſilio publico haberent: ita poſt exactos eos, Conſules quoq. & Tribunos * Militum conſulari poteſtate conjunctiſſimos ſibi quoq. * patriciorum, & deinde plebeiorum legebant; donec Ovinia Tribunicia intervenit, qua ſanctum eſt, ut Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiati * in ſenatu legerent. quo factum eſt, ut qui praeteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi. Pro cenſu claſſis juniorum Ser. Tullius cum dixit in deſcriptione centuriarum, accipi debet in cenſu, ut ait M. Varro in L. VI. rerum humanarum. ſicuti pro aede Caſtoris, pro tribunali, pro teſtimonio. [93] Procum (patricium) in deſcriptione ceaſſium quam * fecit Ser. Tullius, ſignificat procerum. ii enim ſunt principes. nam proci dicuntur, qui poſcunt aliquam in matrimonium, Graece μνηςῆρες. eſt enim procare, poſcere. ut cum dicitur in judice conlocando, ſi alium procas, nive eum procas, hoc eſt poſcis; unde etiam meretrices procaces. [94] Praerogativae centuriae dicuntur. ut docet Varro rerum humanarum l. VI. quae rus . . * Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere poſſent. Verrius probabilius judicat eſſe, ut cum eſſent deſignati à praerogativis, in ſermonem res veniret populi de dignis, indigniſve, & fierent ceteri diligentiores ad ſuffragia de his ferenda. Peculium ſervorum à pecore item dictum eſt, ut ex * pecunia patrum familiae. Puelli per diminutionem à pueris dicti ſunt. itaque & Ennius ait. Poeni ſoliti ſuos ſacrificare puellos. & Lucilius. cumque hic tam formoſus homo, ac te dignus puellus. Et Plautus. olim huic puello ſe ſe venum ducier. [95] Praeclamitatores * dicuntur qui Flaminib. Diali, Quirinali, Martiali antecedent * exclamant feriis publicis, ut homines abſtineant ſe opere, quia his opus facientem videre religioſum eſt. Pedum eſt quidem baculum incurvum, quo paſtores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras, à pedibus. cujus. m. * etiam Vergilius in Bucolicis, cum ait: At tu ſume pedum. ſed in eo verſu, qui eſt in Iphigenia Enni. procede gradum, proferre pedum, nitere, ceſſas? id ipſum jaculum * ſignificari, cum ait Verrius, mirari ſatis non poſſum. cum ſit ordo talis, & per eum ſignificatio aperta, gradum proferre pedum ceſſas? nitere. Pone

* f. Sillii
* f. uti
* f. fiet
* f. vini
* f. atque
* f. vinario
* f. ſexdecimque
* f. hæc
* f. multare, uti
* f. parteq
* f. im
* f. Tribuni
* f. quoſque
* f. curiatim.
* f. claſſium quam
* f. quæ ruſtici
* f. &
* f. præclamitatores
* f. antecedentes
* f. meminit
* f. baculum

92. *Pecuum.*] Locus Catonis ex oratione pro Rhodienſibus extat apud Agellium lib 7. cap. 3. Siquis majorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas eſto. Sic enim legitur in vetuſtiſſimo libro, pro eo, quod eſt in vulgatis, pecudum, & damni.

93. *Procum patricium*] Opinor vocem *patricium*, adjectam eſſe. Ad illa autem verba, *in judice collocando*, faciunt quæ S. Gregorius ſcribit. Poſſumus inquit, & rei inexpertæ arbitrium collocare. eſt autem inter arbitros, aut judices prodire.

94. *Prærogativæ.*] Auſonius in Gratiarum actione. Valete claſſes populi, & urbanarum tribuum prærogativæ, & centuriæ jure vocatæ.

95. *Præclamitatores.*] In exemplari plane eſt, *ut homines ab opere ſe abſtineant.*

 96. *Pro-*

Digitized by Google

* f. loci — Pone gravi ſono antiqui utebantur prologi * ſignificatione. Sed præicientes vocabuli ;
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . *Perimit, adimit, tollit. Unde & peremptus, interfectus. Pure lautum antiqui dicebant, aqua pura* lavatum . . . . . . . . .
. . . . iti . . . . . . . . . . *Pura veſtimenta ſacerdotes populi Romani, cum ſacrificabant, habere ſoliti erant, id eſt, non obſita, non fulgurata, non funeſta, non maculata*, ex hac *cauſa* . . . . . . . . . . . . . voca . . . . . .
. . . . . . . . tiata . . . . . . . *Proculato, provocato, &* pro citato *etiam uſurpari ſolet. Praefericulum vas* aeneum *ſine anſa appellatur, patens ſummum*, velut pelvis: *quo ad ſacrificia utebantur in ſacrario* Opis *Conſiva. Patellae, vaſula parva picata*, item ſacris *faciendis apta: quae erant forma* velut *capidula quaedam. Pantices dicebant* frus ventris . . . . . . . . . appellat à quo . . . . . . . . . . .
lus. [96] Procincta *claſſis dicebatur exercitus ad* proelium inſtructus, & *paratus: quem Diali Flamini vi*dere non licet: *antiqui enim procinctum militem* dixerunt, ut nunc quoq. *cum exercitus inſtruc*tus eſt. procincta autem *ideo, quod togis incincti* ad pugnam ire *ſoliti fuerint. Unde & teſtamen*ta in procinctu fieri *dicta*, quod *faciunt ad pugnam ituri.* [97] *Proſimurium* eſſe ait Antiſtius *in commentario juris pontificalis*, pomoerium, id eſt *locum proximum muro.* Cato. olim quidem *omnes auſpicabantur extra Aventinum*, nunc etiam intra *aedificia. dictum autem pomoerium* quaſi promoerium. ſolet *autem iis potiſſimum dari*

* f. jus — rus * pomoerii proferendi, *qui Populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerunt. Antiquiſſimum Romuli pomoerium Palatini montis radicibus terminabatur. protulit id Ser. Tullius rex. item L. Cornelius Sulla Dictator imitatus, ut* videtur, *Tullium regem, proferre temptavit:* ſed *pomoerium cum locus ſit, qui finem urbani auſpicii* faciat *intra agrum effatum certis regionib. terminatus*, ad *captanda auſpicia, quem liceat proferre*, nemo *tamen Aventinum, cum pomoerium protulit, intra* moe*nia incluſit. cujus rei cauſa illa probatur*, quod Remus *in eo auſpicaverit, aveſq. irritas habuerit:* in ſequenti *autem aetate incluſum aiunt. Pomoerium* ſi *tactum à privatis fuiſſet, poena ſtatuta erat. Pontificale pomoerium appellabant locum illum*, agrumq. *pone murum, in quo Pontifices ſua* conſti*tuerent auſpicia. cum autem pomoerium proferre*tur, tum *Augures publicos P. R. haec verba praeire* ſolitos: *Di tutelares urbis pomoerium hoc ne* minus majuſve *faxitis: ſed iis quib. terminatum eſt regio*nibus, effereatis. *dictum autem videtur pomoerium*, veluti poſt *moeros id eſt, quod eſſet retro &* intro muros urbis. *Promptum pro eo quod quis aere paravit* ſuo, videri ait *poſitum* . . . . . .
de cujus aere tute . . . . . . *promptum* triticum in *commentario tuo retuliſti. at*

* f. proprie — quidam prolatum *ſignificare aiunt idem quod pro*mptum. ſed proprium * ait *id dici promptum, quod in fu*turum factum ſit; cui *ſignificationi penus contrarium* eſt, cum præſertim

* f. panis olei. vini — aliud *penus, alud promptuarium* pantoleium * appelletur, *ut eſt apud Plautum in Trinu*mo. Potitus ſervitute *ab antiquis dicebatur*, qui ut ait Labeo, *ſervitutem ſervit. tales conſuetu*

* f. moris — dines proxime Graeci *noris * ſunt. eodem modo* dicebatur ab antiquis *potitus hoſtium.*

* f. tegetibus ſæptus. — [98] *Penus* vocatur locus intimus in aede Veſtae ſegetib. ſaepius *, quod certis dieb. circa Veſta-

96. *Procincta.*] Vide ſupra in *Endoprocinctu*: ex eo enim loco hunc reſarcivimus.

97. *Proſimurium.*] De Aventino monte, primum extra pomœrium, deinde à D. Claudio intra pomœrium recepto, vide Tacitum lib. 2. de Servio rege, & aliis qui pomœrium auxerunt, videndus Livius lib. 1. & Aurelianus in Vopiſco. Varro lib. 4. de Lingua Lat. Quod erat poſt murum, pomœrium dictum, ejuſque ambitu auſpicia urbana finiuntur.

98. *Penus.*] In ora paginæ emendavimus, *tegetibus ſæptus.* & ita legendum, Ovidii verſu lectionem confirmante in lib. 4. Faſtorum. Et paries lento vimine textus erat, de æde veſtæ.

99. Pu-

Veſtalia aperitur, ii dies religioſi habentur. Planta oliaginea eſt virga foliata ex olea deplantata. Pomonal eſt in agro Solonio, via Oſtienſi ad duodecimum lapidem deverticulum * à miliario octavo. Pubes & * qui pubem generare poteſt his * incipit eſſe à quatuordecim annis: femina à duodecim viri potens, ſive patiens, ut quidam putant. Prandicula antiqui dicebant, quae nunc jentacula. Prodiguae hoſtiae vocantur, ut ait Veranius, quae conſumuntur, unde homines quoq. luxurioſi, prodigi. Petronia amnis eſt in Tiberim perfluens, quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt, quod genus auſpici peremne vocatur. amnem autem feminine antiqui enuntiabant. Penetrale ſacrificium dicitur, quod interiore parte ſacrari conficitur. unde & penetralia cujuſque dicuntur; & penes nos, quod in poteſtate noſtra eſt. Puri, probi, profani, ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa. ex quib. puri ſignificat, quod in uſu porco * non fuerit. probique recte excoctum pugnatumq. ſit. profani, quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. ſui, quod alienum non ſit. Pacionem antiqui dicebant. quam nunc pactionem dicimus. unde & paciſci adhuc, & paceo in uſu remanet. Preſan. * . . . porca dicitur, ut ait Veranius, quae familiae purgandae cauſa Cereri immolatur, quod pars quaedam ejus ſacrifici fit in conſpectu mortui ejus, cujus funus inſtituitur. Pateram perplovere * in ſacris cum dicitur, ſignificat pertuſam eſſe. Paſtillum eſt in ſacris libi genus rutundi. Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim, ait Fabius Pictor, quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficana, via Oſtienſi ad lapidem undecimum. Paveri frumenta dicebant antiqui, quae de vagina non bene exibant. Paludati in libris auguralibus ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dici. [99] Purimenſtrio eſſe dicuntur, qui ſacrorum cauſa toto menſe in cærimoniis ſunt, id eſt puri ſint certis diebus carendo. Prox bona vox, velut quidam præſignificare * videtur, ut ait Labeo de jure pontificio L. xi. Penatis ſingulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias. Proculiunt, promittunt ait ſignificare Antiſtius de jure pontificali L. viiii. Popularia ſacra ſunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis adtributa ſunt. Fornacalia, Parilia, Laralia, porca praecidania. [1] Pollucere merces . . . . liceat ſunt far, polenta, vinum, panis fermentalis *, ficus paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ovilla, alica, ſeſama, & oleum, piſces, quib. eſt ſquama, praeter ſquarum * Herculi autem omnia eſculenta, poculenta. Profeſtum eſt facere, tamquam, profanum facere, id eſt quod eo die, qui dies feriarum non eſt, facere. vel, ut quidam dixerunt; pro eo facere velut feriae non ſint; aut id facere, quod feriis fieri non liceat. Itaque diem profeſtum, diem ſine feriis eſſe. Profanum eſt, quod fani religione non tenetur. Procubitores dicuntur fieri vetites *, qui noctu cuſtodiae cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt, ut M. Cato in eo, quem de re militari ſcripſit. Properam, pro celeri, ac ſtrenua dixiſſe antiquos teſtimonio eſt Cato, cum ait in libro de re militari. tertia è ſaſtris * eductio celeris proſperaq. * eſt. Pro . . . . ſta dolia ait

* f. diverticulo * f. etiam * f. is * f. ſpurco * f. præſentanea * f. perpluere * f. putant, ſignificare * f. fermentatus * f. ſcarum. * f. fere velites * f. caſtris. * f. properaque.

---

99. *Purimenſtruo.*] Suidas Μυστηριακαὶ, inquit, ἡμέραι τοῖς ἱεροῖς. τὰς δὲ μυστηριακὰς παρὰ Ῥωμαίοις. ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας κυρίως ἱερὰς μῆνας ἔγνων.

1. *Pollucere merces.*] Caſſius Hemina apud Plinium lib. 31. cap. 2. Numa conſtituit, ut piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent patrimonia, commentus ut convivia publica, & privata, cænæque ad pulvinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent; eaque præmercarentur. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum polluctum eſt. Tertullian. in apolog. cap. 39.

2. Po-

Digitized by Google

ait dici Labeo quod . . . . . . . . . . . . . . . . . r . . . . . . . .
. . . . . . . tur . . . . . . . . . . . . . . . do . . . . . . .
_Priveras mulieres_ privatas _dicebant_ . . . . . . . . . . tur pro . . . . .
. . . . . _Pube prae_ſente_, eſt populo praeſente_, συνεκδοχικῶς ab _iis, qui puberes ſunt,_
_omnem populum ſignificant_ . . . . . . . . . . . . . . qua . . . . . .
. . . . . . . ſuſc . . . . . . . . . . . . . . dem . . . .
. . . . . . . . . . deci_dit_ . . . . . . . . . . . . conc . . . .
. . . . . . . . . . . agor . . . . . . . . . . . . . . . . eadem
. . . . . . . . . . . . . . cetera loc_a_ . . . . . . . . . . . . . . .
fulgura _ſacra_ . . . . . . . . . . [2] _Pecunia_ quae erogatur _in ludos, & ſpecta-_
*f. lucar. _cula, appellatur lu_carie, * dicta quod _è lucis captetur_ . . . . . . in eodem libro
inde . . . . . . . . . . dixi * exiſtimat, _cujus opinionis eſt & Valerius Meſ_ſala in
*f. dici explana_tione XII. Pipulum dicebatur_ ploratus. Promel_lere, Verrius ait ſignifica_ri lituum
*f. ſigni- provere *. _Purime tetinero, poſitum eſt pro pu_riſſime tenue_ro. Publicus ager dictus, quia_
ficare li- _Augurum_ publicos * eſt. _ut Oſcus in Veienti: is enim uſu_, & jure Augurum _eſt. Prodicere_
tem pro- _diem eſt, prodere:_ prodictio namq. prod_itio eſt, quae ut ait Verrius, in prae_ſens valet.
movere. Patr_onus ab antiquis cur dictus_ ſit, manifeſtum: quia _ut patres filiorum, ſic hi_ numerari
*f. publi-cor inter do_minos clientum conſueverunt._ Priſtina, velut priſt_ina *: ſic prior, & alia_ ejus
*f. priu-ſtina: modi dicita_bant, ab eo quod eſt prius_ . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . e . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . s . . . . . . . . . . . . . . . . . nte . . . . . . . . .
. . . . . . . rum . . . . . . . . . . . . . . . . . qui . . . . . . .
_Praeſagitio dicta eſt_, quod _praeſagire eſt acute ſentire, unde & ſagae anus_ dictae, _quae multa ſciant, & ſagaces canes, quod ferarum cubili_a prae_ſentiant._

_LIBER. XVI. SEX. POMPEI FES_TI _INCIPIT LIBER XVII. FELICI_TER.

_Quirinus ex hac cauſa Romulus eſt appellatus, quod curi, id eſt haſta uteretur, à qua Roma_ni eo _nomine Romulum appellaverunt._ Quirin_alis_ porta, _eadem quae & Collina dicebatur_, ut le_gimus apud antiquos ſcriptores. po_ſitum autem _unius nomen pro alterius nomine reperitur, quod in_itio ita conj_unctae fuerunt, ut unam tantum fuiſſe_, quaſi id ſuffra_getur. quam ideo nominari ait Collina_m Santra pro_xime eam quod collis Quirinalis_ eſt. porta_m rurſum Quirinalem ideo appel_lant, ſive quod _ea in collem Quirinalem itur: ſive_ quod proxime eam ſacel_lum eſt Quirini. unde, ut videtur_, uſurpatio facta, _& duplex nomen uni eidemq. rei im_poſitum eſt. Quiri_tes, dicti Sabini à Curi dea, cui_ aqua & vino _ſacra facere ſoliti erant._
*f. quidam a _quos_ tamen quidm * curis, _dictos volunt, in quib. ab_ his ei ſacra fiant; _cui opinioni Verrius adver_ſatur. ab ejuſdem autem _deae nomine videntur item_ Curres * Sabinae _haſtae ap-_
*f. Cures _pellatae quib. ea gen_s armis erat potens. _nunc & Sabini & Romani popu_li ſingulare uſur_patur_
*f. funerib. _nomen, ut indicio eſt_ preco, qui in funeris * _indictivis ita pronuntiare ſolet_, illius * Quiris leto datus. [3] Quirites autem dicti poſt foedus à Romulo, & Tatio percuſſum, com-
*ollus munionem, & ſocietatem populi factam indicant. Quirinalia menſe Februario dies, quo Quiri-

2. _Pecunia._] Vide in _Lucaris._ In ſenatuſconſulto apud me de ludis ſæcularibus in tabella marmorea ita inciſum eſt. Cos. V. F. DE. LVCARI. LVDORVM. SAECVLARIVM.

3. _Quirites._] In exemplari ita plane eſt, . . . _o eſt preco, qui in funeris_ . . . ut videatur ſine dubio legendum, _indicio eſt preco, qui in funeribus indictivis_ &c. Supra in _Indictivuum._ Funus indictivum, ad quod per preconem evocabantur. Varro lib. 6. de Ling. Lat. In funeribus indictivis quando dicitur, ollus letho datus eſt. in quibus verbis deeſſe vocem _Quiris_, ex Feſti fragmento apparet manifeſto: itaque legendum apud Varronem, _Ollus Quiris letho datus eſt._ vide infra in Simpludiarea.

4. Quin-

Digitized by Google

Quirini fiunt ſacra. idem ſtultorum feriae appellantur (antequam in eum commigrarent fere Sabini Curib. venientes poſt foedus inter Romulum & Tatium) quod quidem * ſuorum fornacalium ſacrorum cognominant ; * eo potiſſimum A rem divinam faciunt. Quirinalis collis, qui nunc dicitur, olim egonus * appellabatur ante quam in eum commigrarent (fere) Sabinis * Curib. venientes poſt foedus inter Romulum & Tatium ictum. à quo hanc appellationem ſortitus eſt: quamvis exiſtiment quidam, quod in eo factum ſit templum Quirino, ita dictum. Quirina Tribus à Curenſibus Sabinis appellationem videtur traxiſſe. Quiritium foſſae dicuntur, quibus Ancus Marcius circumdedit urbem, quam ſecundum oſtium Tiberis poſuit, ex quo etiam Oſtiam. & quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium. Quincentum & producta prima ſyllaba, & per. c. litteram uſurpant * antiqui, quod poſtea levius viſum eſt, ita ut nunc dicimus pronuntiari. Qui patres, qui conſcripti vocati ſunt in Curiam. quo tempore regibus urbe expulſis, P. Valerius Conſ. propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum. c. & lx. & IIII. ut expleret numerum ſenatorum trecentorum, & duo genera appellaret eſſe. * Quiſpiam quin ſignificet aliquis; & quaepiam aliquae * ſimiliter qui * alia ejuſdem generis, ut dubium non eſt, ita (ut) unde ſequens pars ejus coeperit, inveniri non poteſt. Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierum, qui ferehis * celebrantur. qui ſcilicet errant tam hercule, quam quatriduo Saturnalia, & totidem dieb. Compitalia. nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra. forma autem vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata eſt, quod poſt diem quintum iduum eſt his * dies feſtus, ut apud Tuſculanos Triatrus, & Sexatrus, & Septematrus, & Faliſcos Decimatrus. Minervae autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die aedis ejus in Aventino conſecrata eſt. Quinquertium vocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat verſus hic. omnis aequalis vincebat quinquertio. Livius quoque ipſos athletas ſic nominat. quinquertiones preco in medium vocat. Quiſquiliae dici putantur, quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumve cadit. velut quidquid cadiae *. Caecilius. quiſquilias volantis venti ſpolia memoranti modo. & Novius in Togularia. abi deturba te ſaxo, homo non, quiſquiliae. quid eſt? [4] Quintipor ſervile nomen frequens apud antiquos erat, à praenomine domini ductum, ut Marcipor, gripor * quamvis ſint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Quippe ſignificare quid ni, teſtimonio eſt Ennius L. xl *. quippe ſolent reges omnes in rebus ſecundis. idem L. XVI. quippe vetuſta virum non eſt ſatis bella moveri. item alii complures. Quianam pro quare, & cur poſitum & * apud antiquos, ut Naevium in carmine Punici belli. ſumme deum regnator quianam genus iſti. & in ſatyra, (quia nam genus iſti. & in ſatyra) quia nam Saturnium popu'um pepuliſti. & Ennium in L. VII. quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt. Quid niſi uſurpariſe * antiquos teſtis eſt Afranius in epiſtula. Me auctore mater abſtinebis quid niſi? Quietalis * ab antiquis dicebatur orcus. *Quintia prata dicta ſunt à Quintio Cincinnato, qui ſibi damnato filio, venditis omnibus, quattuor jugerum agrum trans Tiberim paraverat. quem agrum colentem* Senatus *Dictatorem, per viatorem, ſalutavit* Cincinnatum; *qui de re bene geſta acto triumpho, ad privata negotia confeſtim rediit, depoſita Dictatura.* pecuniariamq. *rem & agrariam exercens Romanis ipſis aemulationi fuit* . . .

. . . . . . uos . . . . . . . . . . . . . . . quod eo . . . . .

*Quinctiliani Luperci* appellati *videntur a Quinctilio. qui praepoſitus* eſt Lupercis; *ut a Fabio Fabiani*

[Marginal notes: * f. quidam — * f. cum ignorant; — * f. a die — * f. Agonus — * f. Sabini — * f. uſurpabant — * f. appellata ſunt. — * f. aliqua — * f. que — * f. feriis. — * f. in — * f. cadit; — * f. Caipor — * f. xi. — * f. et — * f. uſurpaviſſe — * f. Quietalus]

4. *Quintipor.*] Plinius lib. 33. cap. 1 Aliter apud antiquos ſinguli Marcipores, Lucipedes dominorum gentiles.

Fabiani dicti ſunt. item Luperci, quib. is praepoſitus fuerit. fuiſſe autem Romuli temporibus inſtitutos utroſque. & Fabianos & Quinctilianos, multi ſunt qui exiſtiment. quorum numerum poſtea ſaepo auctum fuiſſe, quia honoris gratia multi in lupercis adſcribebantur. Quintanam claſſem ait Verrius dictam, quod in ea Ser. Tullius rex diſtributa capite cenſorum multitudine, quinque. fecit, cum eas ordinavit, hanc autem afferri cauſam de capite cenſorum nomine, quod ii quo cenſerentur, nihil praeter ſe haberent, ſuumque caput. Lu ilius ſic meminit, quod . . . . . . . . . . adeptus. Querqueram febrem, gravem & magnam. nam quidam quercum dictam volunt, quod id genus arboris, cum grave ſit, ac durum; tum etiam in ingentem evadat altitudinem. Aurelius autem Opilius frigidam ait dici, & cum horrore trementem. Santra eam ex Graeco deducit; qui tremorem ejuſmodi κάρκαρον dicunt. Unde dici etiam carcerem. Plautus in Frivolaria. Is mihi erat bilis querquera tuſſis. Lucilius libro . . jactans me ut febris querquera terret. alibi. querquera conſequi:ur febris, capitiſque dolores . . . . . . . . . . . . . . ius . . .
. . . . . . . . . . . quæ . . . quarum ex legib. quadrupli erat actio . .
. . . . . . . . . . . . . ibus . . . . . . . . . . . . . . . . . ata
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . oé . . . . . . . . . . . . . . .
. abant . . . . . . . . . . . . . . . . ab eo . . . .
. . . . . in . . . . . . . . . . . . . . . . tis . . . . . . . .
. . . . . q. licto . . . . . . . . . . . . . . populo . . . . . . . .
. . . . . . curia Calabra . . . . . . . . . . . men legum . . . . . . .
in populi dominatu. [5] Quando Rex comitia ſic * fas: ſic notatum eſſe diem in faſtis in honorem Regis ſacrorum, aiunt qui de feriis menſtruis ſcripſerunt, quae nonis februarii in Curia à Rege dicuntur *: eae vero à multis ſcriptoribus traditae ſunt nam quo die Rex in Comitium venit, ejus pars anterior nefas habetur. contra autem poſterior fas: quia ſacris perfectis inde abit. quod ſi quis alius pro Rege eo die in Comitio fecerit, puta Pontifex, tum his * dies totus eſt faſtus. [6] Quando ſtercus delatum, fas. eodem modo in faſtis notatur dies, qui talis eſt, ut aedis veſtis * eo die purgetur, ſtercuſq. in alvum * Capitolinum ex aede Veſtae deferatur. cum id factum ſit, tunc praetori liceat fari tria verba. Quaeſtores dicebantur, quod quaererent de reb. capitalib. unde qui talia quaerunt, Quaeſtores paricidi appellantur. Quando cum gravi voce pronunciatur, ſignificat quod, quoniam, & eſt conjunctio, ut Plautus in Menaechmis. Ideo quia menſam, quando edo, detergeo. & in Pſeudolo. Dabo, quando erit. ducito, quando habebis. & Ennius lib 16. Nox quando mediis ſignis praecincta volabit. in 12. quidem cum c * littera ultima ſcribitur, idemque ſignificat. Quadrata Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi repoſita ſunt, quae ſolent boni ominis gratia in urbe condenda adh·b·ri, quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. ejus loci Ennius. m. * cum ait. & quis eſt erat * Romae regnare quadratae. Quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod ſcilicet ex 4. urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Pireaeo, Sunio. Quaeſo, ut

* f. comitia ſit
* f. edicuntur:
* f. is
* f. ædes Veſtæ
* f. clivum
* f. E.
* f. meminit
* f. extiterat

---

5. Quando Rex.] Edicuntur, pro dicuntur videtur ſcribendum, ut in margine notavimus. nam Varro lib. 5. de Ling. Lat. ſic habet. Rex cum ferias menſtruas nonis Februariis edicit, tunc diem februatum appellat, & paulo poſt. Harum rerum veſtigia apparent in ſacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menſtruas, quæ futuræ ſint eo menſe, Rex edicit populo. puto autem Q. R. C. F. id eſt Quando Rex comitiaſit, Fas, à Feſto ſcriptum fuiſſe, quia ſic in Faſtis hic dies notatur.

6. Quando ſtercus.] Hic quoq. opinor. deſiderari quatuor illas notas, quæ in Faſtis habentur. Q. ST. D. F. & Feſtum ita ſcripſiſſe. Q. ST. D. F. id eſt, Quando ſtercus delatum fas. clivum autem pro alvum repoſuimus ex Varronis lib. 5. de Ling. Lat. vide in Stercus.

7. Quo

ut ſignificat idem, quod rogo, ita quaeſere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut eſt apud Ennium. lib. 2. Oſtia munita eſt idem loca navibus pulchris mundo * facit, nautiſque mari quaeſentibus vitam. & in Chreſponte *. ducit me uxorem liberorum ſibi quaeſendum gratia. & in Andromeda liberum quaeſendum cauſa familiae matrem tuæ. Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Graeco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo & 40. capit ſextarios. Plautus in Curculione. Anus haec ſitit, quantillum ſitit? modica eſt, capit quadrantal. & Cato contra Oppium. Vinum redemiſti, praedia pro vini quadrantalib. ſexaginta in pulli * dediſti, vinum non dediſti. Quaxare * ranae dicuntur, cum vocem mittunt. Quartarios appellabant antiqui muliones mercennarios, quod quartam partem quaeſtuus capiebant. Lucilius. Porro homines nequam malus ut quartarius cippos colligere omnes. Quatenus ſignificat, qua fine, ut hactenus, hac fine. At quatinus, quoniam. ſed antiqui quatenoc * dicebant, ut Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit poſt quam ex Africa rediit uti negotium natum erat, quatenoc * caſtra noſtra ita munita erant, ut poſſes partem exercitus abducere. Quan de pro quam uſos eſſe antiquos, cum multi veteres teſtimonio ſunt, tamen hujus * in primo. Juppiter, ut muro fretus magis quam de manus impe * . . . ſecundo. quande tuas omnes legiones, ac populatis. & Lucretius. clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes. quande gravis tergaios, * qui vera requirunt. Quam mox, ſignificat quam cito. ſed ſi per ſe ponas mox, ſignificabit paullo poſt, vel poſtea.

* f. Munda
* f. Creſphonte.
* f. publicum
* f. Quoaxare
* f. quatenos
* f. quatenos
* f. tum Ennius. vel tum & Livius
* f. manu ſui Idem in

Quatere, ſuſpenſum, & vicinum rei alicujus motum ſignificat, non ut Verrius, putat, ferire, cum id ipſum verbum concutere ex praepoſitione, quae eſt con, & quatere ſit compoſitum. quaſſare autem eſt ſaepe quatere. Querquetulanae ut re * putantur ſignificari nymphae praeſidentes querqueto vireſcenti, quod genus ſilvae indicant fuiſſe intra portam, quae ab eo dicta ſit Querquetularia, ſed feminas antiqui quas ſciens * dicimus, viras appellabant. unde adhuc permanent virgines & viragines. Ques antiqui dixerunt, inde declinatum remanet dativo caſu, quib. nam qui adhuc item qui * facit, ut iſti iſtis, illi illis. Qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia omnia, in hanc partem. his verbis perit ominis videlicet cauſa, ne dicat, qui non cenſetis. 7 Quot ſervi, tot hoſtes, in proverbio eſt, de quo Sinnius Capito exiſtimat errorem hominib. interveniſſe praepoſtere plurimis enuntiantib. vero enim ſimilius eſſe dictum initio, quot hoſtis, tot ſervi, tot * captivi fere ad ſervitutem adducebantur. unde etiam mancipia, nec ſan . . . . . . . . . . . . . . . . . ſer . . . .
. . . . . . . . . . . . epti . . . . . . . . . . . . . . . . . ruti . .
. . . . . . . . . . . . . gia . . . . . . . . . . . . . . . . . turbat
. . . . . . . . . . . . . . rent . . . . . . . . . . . . . . . uncia
Sinnius *Capito* . . . . . . . . . . . ut perhibent . . . . . . . . .
*Benificae virtutis* . . . . . . . . . . . omnibus . . . . . . . . . . .
*ancillae* . . . . . . . . . . . . . . omnis ut . . . . . . . . . . .
me part . . . . . . . . . . . . . . *regula*; ſed v . . . . . . . .
. . . . . . ſ altius fixa . . . . . . . . . . . . . . . . ferrendum qui.
. . . . . . . . . . . . . Quoniam ſignificat *non ſolum id quod quia, ut ait Verrius* apud antiquos, *ſed etiam id quod poſtquam, hac ſcilicet de cauſa*, quod *Graecum* ἐπεὶ, * *utrinſq.* ſignificationem *optinet. Quod ſignificat* etiam aliquid praeter *quam quod in uſu fere eſt, & Graeci* dicunt ὅτι. Quin*quennales Cenſores appella*bantur, qui luſtrum con-

* f. inter Graios.
* f. viras
* f. ſagas nos
* f. quis
* f. quod
* f. ἐπεὶ

7. *Quot ſervi.*] Ad vocem quæ in fragmento eſt . . . *benefica* . . . . . facitunt quæ ſcribit Macrob. lib. 1. Saturn.

con*derent quinto quoq. anno à quo nomin*ari coeptos. Quin*que genera ſignorum obſervabant* Augures publici, *ex caelo, ex avibus, ex tripudiis,* ex quadrupedib. ex *diris, ut eſt in Auguralibus.* Ruſuli Tribuni mil*itum appellabantur, quos* Conſul faciebat, n*on populus: de quorum jure, quod* Rutilius Rufus leg*em tulerat, qua eis cavebatur multis* modis (ſic enim eleva*verant eorum jus, ac tunc eleva*bant, qui populi ſuff*ragio creabantur,)* [8] *Ruſuli à* cognomine Rutili, a*c poſt Rutili appellati ſunt,* . . . . . . . . . . . .

. . . nas . . . . . . . . . . . . . . . . ae . . . . . . . . . . .

a . . . Nævi*us* . . . . . . . . . . . . . uit . . . . . . . . . .

r . . . ad . . . . . . . . . . . . . . . . eſen . . . . . . . .

. . . *Ru*ctare *non ructari. dicendum ait Verrius,* ut pro . . . . . . .

. . . . . . . . . . os igi*tur* . . . . . . . . . . . . ſcrib . . . .

. . . . . . *Valerius F*laccus . . . . . . *Videres alios ructa*re, ac *reſpuere pulcherrima ſuperbia.* M. Cice*ro tamen in libro* II. *Philippicarum,* ru*ctaretur d*i*xit. Reſperſum, vinum* ſignificat *apud antiquos: quia in ſacris no*vendia*lib. vino mortui ſepulchrum ſ*pargebatur. . . . . . . . . . . . . . . [9] Romani *videntur ab initio nulla niſi eſſe* artificum *opera, ſed ubi primum ludos facere* coeperunt *tunc aſciti artifices ab Etruſcis* c*ivitatibus fuerunt: ſero autem ludi* omnes, qui nunc *a Romanis celebrari ſolent,* ſunt inſtitu*ti. Quidam primos ponunt Ro*manos. Alii aiunt *Megalenſes, id eſt, Matris* Magnae ac po*pulares Cereris. Alii aiunt* in conferendis *equis Troiam luſitaſſe pueros* Romanos. Alii *inſtitutum, ut luderent e*quitando, jactu, *ſaltu, curſu feſtis Pa*rilibus: paribuſq. etiam *ut ludicrae certationes a* ludentibus fierent. [10] *Rubidus panis appella*tur parum coctus, cum *rubro colore, rubefactus.* Plautus in Caſina. *In furnum condito,* atque ibi torreto *pro pane rubido. I*tem. Scortae ampullae vetuſtate rugoſae, & coloris ejuſdem, rubidae dici ſolent. [11] Romanam portam vulgus appellat, ubi ex epiſtylio defluit aqua. qui locus ab antiquis appellari ſolitus eſt ſtatuae Cinciae, quod in eo fuit ſepulcrum ejus familiae. ſed porta Romana inſtituta eſt à Romulo infimo * clivo Victoriae, qui locus gradibus in quadram formatus eſt. appellata autem Romana à Sabinis praecipue quod ea proximus aditus erat Romam. Rutabulum eſt, quo ruſtici in proruendo igne, panis conquendi gratia. Novius in Pico. quid ego facerem, otioſi *, rodebam rutabulum. Navius * obſcenam viri partem deſcribens. vel quae ſperat ſe nupturam viri * adoleſcentulos, * ea licet ſenile tractet retritum rutabulum. Ruta caeſa dicuntur, quae venditor poſſeſſionis, ſui uſus gratia concidit, ruendoq. contraxit. * [12] Rutilium * rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina rutilias, * ut indicat frequenter Afranius. Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio ephebi, more Graecorum harenam ruentis, exercitationis gratia. quod ſignum Pompeius Bithynicus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ex

* f. in imo
* f. utuntur
* f. otioſus,
* f. Nævius
* f. viro
* f. adoleſcentulo,
* f. extraxit
* f. Rutilius vel, Rutilus
* f. Rutilæ

---

8. *Ruſuli.*] Videndus Aſconius in verrina 2.

9. *Romani.*] *Artificum* eſt in exemplari, pro eo quod alii ediderunt, *artificium.* notum autem eſt qui τεχνῖται dicantur à Græcis. Parilib. feſtis Romanos equorum curſu luſitaſſe tradit Dio lib. 43. videndum etiam an vox, *parib.* accipienda ſit, ut apud Vergilium lib. 5. Prima pares ineunt &c.

10. *Rubidus panis.*] Iſidorus lib. 20. cap. 2. Rubidus panis recoctus, & rubefactus. & certe rubidus color pani parum cocto non convenit. itaq. videndum, an *percoctus* legi debeat, licet in exemplari ſit *parum coctus.*

11. *Romanam.*] Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Romanula porta dicta eſt ab Roma, quæ habet gradus in Navalia ad Volupiæ ſacellum. *In infimo* autem ſcriptum eſt pro eo, quod in manuſcriptis erat *infimo,* hoc eſt, in imo. quæ ſcriptura ſæpius invenitur in veteribus monumentis.

12. *Rutilus.*] Varro lib. 4. Aurei. n. rutili, & inde etiam mulieres valde ruſæ, rutiliæ dicuntur. Ex hoc Varronis loco poſſunt Feſti verba emendari.

13. Ro

ex Bithynia ſupellectilis regiae Romam deportavit. Rutundam aedem Veſtae Numa Pompilius rex Romanorum conſecraſſe videtur, quod eandem eſſe terram, qua vita hominum ſuſtentaretur, crediderit: eamq. pilae forma eſſe, ut ſui ſimili templo dea coleretur. Ruſcum eſt, ut ait Verrius, amplius paullo herba, & exiruis * virgultis, fructibuſq. * non diſſimile junco, cujus coloris reb. uti mulieres ſolitae, * commemorat Cato originum lib. VII. Mulieres opertae auro, purpuraq. ars * inhaeret diadema, coronas aureas ruſcea facile, * galbeos * lineas, pelles, redimicula. Rupitias in XII. ſignificat damnum dederit. * Rodus, vel raudus ſignificat rem rudem, & imperfectam. nam ſaxum quoque raudus appellant poetae ut Accius in Melanippa. * Conſtituit * cognovit, ſenſit * conlocat ſe ſe in locum celſum. hinc manib. repete roudus ſaxeum grandem & gravem. & in Chryſippo. Neq. quiſquam à telis vacuus, ſed uti cuiq. obviam * fuerat, ferrum ſaxio rudem. * Vulgus quidem in uſu habuit, non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius, cum ait. plumbi paxillum * rodus liniq. matexam: * ſed etiam pro ſignato, quia in mancipando, cum dicitur, ruduſculo libram ferito, aſſe tangitur libra. Cincius de verbis priſcis ſic ait. Quemadmodum omnis fere materia non deformata, rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude, non perpolitum: ſic aes infectum ruduſculum apud aedem Apollinis aes conflatum jacuit, id adrudus appellabant . . . in aeſtimatione Cenſoria aes infectum rudus appellatur. Rudiarii ab eodem dicuntur, qui ſaga nova poliunt. Hominem imperitum rudem dicimus. Rudentes reſtes nauticae, & aſini, cum voces mittunt. Ruſpari eſt quaerere cribro, * ut hoc verſu indicatur. & ego ibo, ut latebras ruſpans rimarem optimas. Ruſtica vinalia appellantur menſe Auguſto XIII. Kal. Sept. Jovis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes adverſus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt. eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in luci libitia denſi, * quia impius * Deae tutela ſunt horti. Ruſtum ex rubus

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

* f. exilius
* f. fruticibuſque
* f. ſolitas.
* f. auri
* f. facie.
* f. galbeas
* f. dederis.
* f. Menalippo
* f. conſtitit,
* f. ſenſim
* f. obvium
* f. ſaxum rodum
* f. pauxillum
* f. metaxam
* f. cribro,
* f. Luco Libitinenſi,
* f. in ipſius

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ubi incubare poſſet auſpicii repetendi cauſa. Rogatio eſt, cum populus conſulitur de uno plurib. ve hominibus, quod non ad omnis pertineat, & de una, plurib. ve reb. de quib. non omnib. ſanciatur. nam, quod in omnes homines, reſve populus ſcivit, lex appellatur. Itaq. Gallus Aelius ait, inter legem & rogationem hoc intereſt. rogatio eſt genus legis, quae lex non continuo ea rogatio eſt. ʌ * non poteſt non eſſe lex, ſi modo juſtis comitiis rogata eſt. Romulum quidam à ficu ruminali, alii quod lupae rumâ nutritus eſt, appellatum eſſe ineptiſſime dixerunt. quem credibile eſt à virium magnitudine, item fratrem ejus, apellatos. Romam appellatam eſſe Cephalon Gergithius (qui de adventu Aenae in Italiam videtur conſcribſiſſe) ait ab homine quodam comite Aeneae. eum enim ocupato monte, qui nunc Palatius * dicitur, urbem condidiſſe, atq. eam Rhomen nominaſſe. Apollodorus in Euxenide ait, Aenea, & Lavinia natos Mayllem, Mulum, Rhomumque atque ab Rhomo urbi tractum nomen. Alcimus ait Tyrrhenia Aeneae natum filium Romulum fuiſſe, atq. eo ortam Albam Aeneae neptem, cujus filius nomine Rhodius * condiderit urbem Romam. Antigonus Italicae hiſtoriae ſcribtor ait, Rhomum quendam nomine, Jove conceptum, urbem condidiſſe in Palatio Romae, eique dediſſe nomen. Hiſtoriae Cumanae compoſitor Athenis quoſdam profectos Sicyonem Theſpiadaſq. * ex quib. porro civitatib. ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eoſq. multo errore nominatos Aborigines, quorum ſubjecti qui fuerint. Caeximparum viri, unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentiſſimi conſederint, appellaviſſe à viribus regentis Valentiam: quod nomen adventu Evandri, Aeneaeque in Italiam cum magna

Grae-

* f. ʌ rogatio

* f. Palatinus, vel palatium

* f. Rhomus

* f. Theſpiaſque

Digitized by Google

Graece loquentium copia interpretatum, dici coeptum Rhomen. Agathocles Cyzicenarum rerum conſcribtor, ait, vaticinio Heleni inpulſum Aeneam, Italiam petiviſſe portantem ſuam ſecum neptem Aſcani filiam nomine Rhomen, eamq. ut Italia ſint Phryges potiti, & his * regionibus maxime, quae nunc ſunt vicinae urbi, prima * omnium conſecraſſe in Palatio Fidei templum, in quo monte poſtea cum conderetur urbs, viſam eſſe juſtam vocabuli Romae nominis cauſam, eam, quae priore, unde ea locum dedicaviſſet Fidei. Ait quidem Agathocles complures eſſe auctores, qui dicant Aenean ſepultum in urbe Berecynthia proxime flumen Nolon, atq. ex ejus progenie quendam nomine Rhomum veniſſe in Italiam, & urbem [13] Romam nominatam, condidiſſe; Caltinus * Agathoclis Siculi qui res geſtas conſcribſit, arbitratur è manu Trojanorum fugentium Ilio capto, cuidam fuiſſe nomen Latino, eumq. habuiſſe conjugem Rhomam, à quo ut Italia ſit potitus, urbem condiderit, quam Rhomam appellaviſſe. Lembus, qui appellatur Heraclides, exiſtimat, revertentibus ab Ilio Achivis, quendam * tempeſtate dejectos in Italiae regiones ſecutos Tiberis decurſum perveniſſe, ubi nunc ſit Roma, ibiq. propter taedium navigationis, impulſas captivas auctoritate virginis cujuſdam tempeſtivae nomine Rhomes, incendiſſe claſſem, atque ab ea neceſſitate ibi manendi urbem conditam ab his, & potiſſimum ejus nomine eam appellatam, à cujus conſilio eas ſedes ſibi firmaviſſent. Galitas ſcribit, cum poſt, obitum Aeneae imperium Italiae perveniſſet ad Latinum Telemachi Circeſq. filium, hiſq. * ex Rome ſuſcepiſſet filios, Romum, Romulumq. urbi conditae in Palatio cauſam fuiſſe appellandae potiſſimum Rhomae. *Diocles Peparethius ait Iliam Numitoris Albani regis filiam, gemellos ediſſe, quos in ima Tiberis ripa à Fauſtulo, regio miniſtro, expoſitos, juxta ficum appellatam poſtea à Romulo Ruminalem, ſic jacentes lupam lactaſſe, & picum Martium nutriſſe. poſt repertos Accam Larentiam, Fauſtuli uxorem, educaſſe. pleriqne tamen, conſcio, & alimenta praebente Numitore, nutritos aiunt, quod Ilia ex Marte ſe peperiſſe eos aſſeverabat, ac ſecreto litteris, omni deniq. liberali diſciplina Gabiis inſtitutos atq. excultos fuiſſe. atque ita in muſicis primam pueritiam traduxiſſe, cum inter aequales omnes praeſtarent corporis proceritate, & forma, nominatos, alterum Romulum, Remum alterum. Eos ubi ex compreſſu Iliae natos ſe cognoverint, & quod expoſitos in ripa Tiberis lupa lactaverit, praebens rumam, monte vicino deſcendens, & quod reperti à Fauſtulo ſunt educati, Romuluſq. & Remus à ruma nominati potiſſimum: praeterea quo patre eſſent pocreati intellexerint, Numitori avo primum reſtituiſſe regnum, deinde de urbe condenda per auguria decreviſſe, uter eam conderet, nominaretq. ac Deorum manifeſta approbatione, Romulum urbem condidiſſe; eamq. nominaſſe [14] Romam potius, quam Romulam de ſuo nomine, ut ampliore vocabuli ſignificatione proſperiora patriae ſuae omninaretur. Romam antea Romulam appellatam Terentius quidem Varro fuiſſe ait ab Romulo deinde detortam vocalem, detritaſq. literas fuiſſe credibile. ceterum cauſam ejus appellationis inveniſſe ait Verrius vetitam eſſe publicari. [15] Romanam portam antea Romulam vocitatam ferunt, quae fuerit ab Roma appellata. Romuliam Tribum appellatam ait Dionyſius ab Romulo, quod in agro ab eo capto de Veientibus*

* f. iis
* f. primam
* f. Callias
* f. quosdam
* f. iisq.

---

13. *Romam.*] Videndus Plutarchus in Romulo, in cujus vita citat Dioclem Peparethium, & totam hanc de Romæ vocabulo, Romuliq. incunabulis hiſtoriam, ex iiſdem prope ſcriptorib. quib. Feſtus uſus eſt, narrat.

14. *Romam antea Romulam.*] Solinus cap. 1. Traditur etiam proprium Romæ nomen, verumtamen vetitum publicari, quandoquidem quominus enunciaretur, cæremoniarum arcana ſanxerunt, ut hoc pacto notitiam ejus aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium deniq. Soranum, quod contra interdictum eloqui id auſus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum.

15. *Romanam portam.*] Varro lib. 4. de Ling. Lat. Romanula porta dicta eſt ab Roma &c.

16. Ru-

*bus populis*; *ea Tribus cenſebatur. Terentius Varro dictam ait*; *quod proxima Romae eſſet*
. . . . . . . . . . . quae . . . . . . . . . . . cuidam . . . .
. . . . . . . . . . . ep . . . . . . . . . . . *ruma id eſt*, mam-
ma . . . . . . . . . . . . . . Capi*tolio* . . . . . . . . . . . . .
nium . . . . . . . . . . . . . . . de . . . . . . . . . . . . .
. . . que . . . . . . . . . . . . requiſi . . . . . . . . . . . .
appellatam . . . . . . . . . . . . . eſt quae . . . . . . . . . . .

. . . Rumex *genus teli ſimile ſpari Gallici*, *cujus* mem. Lucil*ius*. *Tum ſpara*, *tum rumices portantur* tragula *porro*. [16] *Rumitant*, *ſignificat rumigerant*, ut Nae*vius*. *Simul alius aliunde rum*itant inter *ſe* *. [17] *Ruminalem ficum appel*latam ait Varro *prope Curiam ſub Veter*ibus, quod ſub ea ar*bore lupa rumam dederit* Remo & Romulo *id eſt*, *mammam*. *Mamm*a autem rumis *dicitur*. *unde ruſtici hados lactent*es ſubrumios vo*cant*, *qui adhuc ſub mammis habentur*. alibi * autem ſunt *qui putent*; *quod ſub ea pecus* ruminari ſolitum *eſſet*. *Rumen eſt pars colli*, qua eſca devoratur, *unde rumare dicebant*, quod nunc ruminare. [18] *Rumentum in Augur*alib. ſignificare vi*detur interruptio*, *abrupti*ove dum verba anci*lib. movendis praeit*, *ſi int*erim vis * canerit, *tum aeque atq. auſpici*o, augurio rumentum *eſtod*. *Rhegium ſignific*are oportere ait Verrius id municipium, quod in freto è regno * Siciliae eſt: quoniam id dictum eſt à rumpendo, quod eſt Graece ῥαγῆναι, * eo quidem magis, quia in Gallia Ciſalpina ubi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur. Rhondeſicadionq. * cum dixit Lucilius, quo nomina riparum * poſuit, tam infeſtum ſibi corpus, & valitudinem referens, quam levis ſed * ſaluti navigantium. Rhinocerotem quidam eſſe aiunt bovem Aegyptium. Redemptores proprie, atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum quid publice faciendum, ut * praebendum condixerant, * effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. at hi nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerunt praebendum, utendumq. Redibitur tum * id proprie dicitur, quod redditum eſt, improbatumq. & * qui dedit, idemq. rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit. Rediviam quidam, alii reluvium appellant, cum circa unguis cutis ſe reſolvit, quia ruere * eſt, ſolvere. Titinius in ſetina, laſſitudo conſervum rediviae, & flagri. & Livi. Scabra in legendo, reduvioſave offendens. Redhoſtire, referre gratiam. Navius * in Lupo. Vel Veiens regem ſalutant jubae * Albanum mulium * comitem ſenem ſapientem contra redhoſtis Menalus. & Accius in Amphitryone. cedo ecquid te redhoſtitium * cum eas ſem objectet * facilius. nam & hoſtire, pro aequare poſuerunt. Ennius in Creſphonte. Audis, atque auditis hoſtimentum adjungito. & in Hectoris lytris. quæ mea cominus machaera, atq. haſta hoſpius * manu & Pacuvius in Teucro. Niſi coerceo protervitates, atq. hoſtio ferociam. Redantruare * dicitur in Saliorum exultationibus, cum praeſul ampiruavit, * quod eſt, motus edidit, ei * referuntur invicem iidem motus. Lucilius. praeſul ut ampiruet, inde vulgus redamplavit * at Pacuvius. Proæ trenda * gratia. Simul cum videam Graios nihil mediocriter redantruare, * opibuſq. ſummis perſequi. Redivi-

* f. ſeſe. * f. alii * f. avis * f. regione * f. ῥαγῆναι, * f. Rhondon, Icadionq. * f. cognomina piratarum * f. illa eſſent * f. aut * f. conduxerant, * f. Redibitum * f. ei * f. luere * f. Novius * f. ſalvere jubet * f. Amulium * f. redhoſtitum * f. cum in ea ſe oblectet * f. hoſtiris * f. Redamptruare * f. amptruavit. * f. & * f. redamtruavit * f. Promerenda * f. redamptruare,

---

16. *Rumitant.*] Nævii verſus in epitoma relatus à Paulo habet, *interſe*, ut fortaſſe apud Feſtum legendum ſit, *inter ſeſe*.

17. *Ruminalem.*] Videndus Varr. lib. 2. de re ruſtica, cap. ultimo. & Nonius in Ruma, qui affert exemplum Varronis, ex Catone de liberis educandis. Propter rumam. i. priſco vocabulo mammam, à quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.

18. *Rumentum.*] In exemplari eſt . . . . *erim vis canerit*, non ut habet editio Auguſtiniana . . . . . *erimen vis canerit* unde nos ſuppl evimus, *ſi interim avis canerit*. Hic ſane apſu locum antiquitatis ſubobſcurum, reddidit obſcuriorem.

20. *Redan-*

Digitized by Google

dirivum eſt ex vetuſto renovatum. Cicero lib. 1. * in Verrem. Utrum exiſtimatis minus operis eſſe vanam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo. [19] Redarguiſſe * per e. litteram Scipio Aphricanus Pauli filius dicitur enuntiaſſe, ut idem etiam pertiſum. cujus mem. Lucilius, cum ait. Quo facetior videare, & ſcire pluſquam ceteri, pertiſum hominem, non pertaeſum dicere ferunt, * nam genus. Redimiculum vocant mulieres catellam, qua maxime utuntur ornatus cauſa. Reus nunc dicitur, qui cauſam dicit: & item qui, quid promiſit ſponditve, ac debet. at Gallus Aelius lib. II. ſignificationum verborum, quae ad jus pertinet, ait. Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſive his * egit, ſive cum eo actum eſt. Reus ſtipulando eſt idem qui ſtipulator dicitur. quippe ſuo nomine ab altero quibus populatus * eſt, non his * qui alteri adſtipulatus eſt. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, qui * pro altero quid promiſit. at Capito Actus * in eadem quidem opinione eſt: ſed exemplo adjuvat interpretationem. Numa * in ſecunda tabula, ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt. quod horum fuit unum * judici arbitrove, reove, eo die diffenſus * eſto. nunc uterq. actorum reiquae * in judicio me * vocatur, itemq. accuſator de vi accitur * more vetere, & conſuetudine antiqua. Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquae, non ſpe conſiliove * factus, verum naturali ſuo impetu. ſed hi * rivi dicuntur, qui manu facti ſunt, ſive ſuper terram foſſa, ſive ſuper * ſpecu, cujus vocabuli origo ex Graeco pendet. Repanda * locantur Pompina * flumina, *id eſt, purganda: retae enim vocantur arbores, quae aut ex ripis fluminum eminent, aut in alveis extant.* Rit*us eſt mos, vel conſuetudo. Rite autem bene* ac *recte ſignificat* . . . . . . . . . . . iſtic. *Plautus Menaechmis. Certe haec mulier* canterino *ritu aſtans ſomniat* . . . . . . homi . . . . . . . . . . . . . . . ina . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . telo . . . . . . . . . . . . . . . . . . alio . . . . . . . . . . . . *facit* mentionem . . . . . . . . . . . . telorum . . . . . . . . . . . . . ſolitum eſt . . . . . . . . . . . . . . . . . remo . . . . . . *Retractare eſt rurſus tractare.* R*abidus à rabie dictus, qui morbus caninus eſt.* Catullus *de Berecynthia, & Atti. Abit in quiete molli* rabidus *furor animi. Ravi coloris, rauſtelli* appellantur *à Plauto, qui ſunt inter flavos & caeſios.* ravo ſub con * . . . . . . . . . . . quod genus hominum *peſſimum eſt. Idem in Epidico:* Sed quis haec eſt *muliercula, & ille raviſtellus, qui* venit. Rates *vocantur tigna inter ſe colligata*, quae per aquam agan*tur: quo quidem vocabulo* interdum etiam naves *ipſae ſignificantur.* Afranius in epiſtula . . . . . . *Vento* perculſam ratem. it*em eodem nomine ſigni*ficarint * etiam remos. *Attius in Neopto*lemo. Atq. ego *reperoutio ratibus mare.* & alio loco. Sed jam *propellunt caeruleum ra*tes ſalum. [20] Radere ge*nas vetitum eſt in* lege XII. id eſt, unguib. *ſcindere. Rabula* dicitur in multis intus * nego*tiis, paratuſq. ad ra*dendum, quid, auferendumq. *vel eſt ita dictus*, quia acrior ſit in nego*tiis agendis, & quaſi* rabioſus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Roduſculana porta videtur appellata, quod* rudis *& impolita ſit relicta; vel quia aere vincta fuit. nam aes, ut Varro ait in lib. anti*quitatum, *raudus dicebatur: atque ex eo dici in man*cipando, *Rauduſculo libram ferito. Runa genus* teli. *Ennius: runata recedit, id eſt, pilata. eſt* genus *etiam* . . . . . . . . . . . . . . enim

* f. III
* f. Redargueſſe
* f. ferunt
* f. is
* f. qui ſtipulatus
* f. is
* f. quive
* f. Ateius
* f. Nam
* f. vitium
* f. dies diffinſus
* f. actoreuſq.
* f. rei
* f. de via citur
* f. ſpecu
* inciliove
* f. ii
* f. ſubter
* f. Retanda
* f. Pomptina
* f. colore
* f. ſignificarunt
* f. intertus

19. *Redarguiſſe.*] Videtur ſcribendum, *Redargueſſe.*

20. *Radere.*] Servius in 12. Æn. Tamen, inquit, ſciendum, cautum lege 12. tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis. Mulier faciem ne carpito. Sed puto Servii verba non carere mendo.



Digitized by Google

enim . . . . . . . . . . . . m, atque. . . . . . . . *quod veneno tingebant* . . . . . . us. M. . . . . . . . . *Valerio* . . . *Raſores antiqui fidicines appel*labant, *qui ut ait Verrius, ita appellati vide*ntur, quia *radere ictu chordas videantur* artifi io *quodam*. *Ratitum quadrantem* Tarqui*tius in libro quem inſcribſit de* . . . . & Oppius * *Aurelius, dictum putant, quod* in eo, & *triente, ratis fuerit effigies,* ut navis in aſſe, *à qua quidem re appellatum* quoq. ratitum *dicunt. Meminit trientis* ratiti Antonius, *qui ratites ex hac cauſa dici* trientes putat, *quod ratis appellatio tertiae partis* aſſis ſit, quinae *autem, aut alius partis* in illa ſic, * ſed ſe*cundum numerum, ut ſex*tans. nec hac re ra*tam dici ſolere, niſi de terna:* ac legionum unam * *unam ratem triente ſig*nificat. quod hi pe*nderentur trientes, cum ra*tio cum his putaretur, *quib. ſolvendae res eſſ*ent. Ravim anti*qui pro raucitate dicebant*. Plautus. Ubi ſi quid po*ſcamus, ad ravim poſcamus*. Item. experjuravi * her*cle omnia ad raucam ravim*. & in Artemone. & . . . . . *Caecilius* in Hypobolimaeo. Prius *ad ravim poſcaris, quam placen*tam feceris. Ratus ſum, ſignificat putavi, ſed alioqui, pro firmo, certo ponitur ratus, & ratum. Ennius. Occiduntur, ubi potitur ratus Romulus praedam. & Accius in Menalippo. Neque ratum eſt, quod dicas, neq. quae agitas, dicendi eſt locus. R. duobus inconplurib. orationib. cum de actis differti cujus etiam * perſcribi ſolet, id eſt rationum relatarum quod his * tabulis docentur judices, quae publice data, atq. accepta ſint. Ravillae * à ravis oculis, quemadmodum à caeſiis caeſullae. [21] Ratumena porta à nomine ejus appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor, claruſci * generis juvenis vehis * conſternatis equis excuſſus Romae periit, qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam pervenirent in Capitolium, conſpectumq. fictilium quadrigarum quae erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani vegenti * cuidam artis figulinae prudenti. quae bello ſunt reciperatae: quia in fornace adeo creverant, ut eximi nequirent. idq. prodigium portendere videbatur, in qua civitate eae fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam. Reciperatio eſt (ut ait Gallus Aelius) cum inter populum, & reges, nationeſq. & civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, reſq. privatas inter ſe perſequantur. Reciprocare pro ultro, citroq. poſcere uſi ſunt antiqui, quia procare eſt poſcere. . . . . . .

Pacuvius in Teucro. Rapido, reciproco, percito, auguſto, citare, rectem, reciprocare. unde eq. gremiis ſubjectare, adfigere. Plautus in Aſtraba Quaſi tollenono, * aut pilum Graecum reciproceis plana uta. Recellere, reclinare, & excellere, in altum extollere. Recinium omne veſtimentum quadratum. hi * qui. XII. interpraetati ſunt, eſſe dixerunt vir toga * mulieres utebantur, praetextum * clavo purpureo. unde reciniati mimi planipedes. quam rem diligenter exſequitur Santra lib. II. de antiquitate verborum. [22] Reconductae * fecerit * & condere urbem, facere, aedificare, ut Cincius teſtatur in libro de verbis priſcis. Ricae, & ricutae vocantur parva ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta. grane * quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur. Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quae patres liberis ſuis conficienda curant ominis cauſa. ita uſurpata. quae à ſtantibus & in altitudinem texuntur. Remancipatam Gallus Aelius eſſe ait, quae mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit. Rienes (quos nunc vocamus) antiqui nefrundines appellabant. quia Graeci νεφροὺς eos vocant. Plautus in Satyrione. Male tibi eveniſſe video, glaber erat tamquam rien. [23] Re-

* f. Opilius
* f. nulla ſit.
* f. legib. Numæ.
* f. expurgabo
* f. differitur cujuſpiam
* f. iis
* f. Ravillæ
* f. Etruſci
* f. Veiis
* f. Veienti
* f. tollenonem
* f. ii
* f. virilem togam, quam
* f. praetextam
* f. Reconderit
* f. refecerit:
* f. Granius

21. *Ratumena.*] Vide Plinium lib. 8. cap. 43. & lib. 18. cap. 2.

22. *Reconducta.*] Amicus meus homo doctiſſimus legebat Reconducie.

23. Re-

Digitized by Google

Reſriva fabra * dicitur, via * ait Cincius quoq. quae ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete auſpicii cauſa, quaſi revocant * fruges, ut domum datantes tevirtico * ad rem divinam faciendam. Aelius dubitat, an ea ſit, quae prolata in ſegetem domum referatur, an quae refrigatur, quod eſt torreatur. ſed opinionem Cinci adjuvat, quod in ſacrificiis publicis, cum puls fabata dis datur, nominatur refriva. Remeare, redire: ut commeare, ultro, citro * ire. unde commeatus dari dicitur, id eſt tempus, quo ire, redire cum * poſſit. Afranius (ut in ea mancipato. * Vetuit me ſine mercede proſum paucius * remeare in ludum. Remeligens, * & remoræ memorando * dictae ſunt in * Plauto in Patina. Nam quid illae nunc tam divinitus * remorantur remeligines. ab Afranio in Prodito. remeligo à Laribus miſſa ſum hanc, * quae curſum cohibeam navis. [24] *Remora alias tarditas nominatur, * ab eo quod moram facit. Plautus Trininno *. Quae in rebus multis obſtant, odioſaeq. ſunt, remoramque faciunt rei privatae, & publicae. Lucilius. Quaenam vox ex te reſonans* meo grad*u remoram facit.* [25] *Remurinus ager* dictus, *quia poſſeſſus eſt à Remo. & habitatio Remi,* Remur*ia item in Aventino dicta. namque Aventinum, in quo habitaret, elegiſſe Remum dicunt. Unde vocitatam aiunt Remuriam, locum in ſummo Aventino, ubi* de urbe *condenda fuerat auſpicatus. alias Rem*orum * qu*ondam eum locum appellatum fuiſſe* . . . teſtis eſt . . . . . . . . . . . *Remores* item in uſpi*cio * aves dicuntur, quae acturum aliquid* remora*ri compellunt* . . . . . . *Rimari*, quaerere *valde, ut in rimis quoq.* . . . . . . qui te rim*atur* . . . . . . . . . Ennius lib. XI. . . . . . . . . . . viriq. Re*millum dicitur, quaſi repandum* . . . Lucilius Suda . . . . . . . . . remilium & Afran*ius in* . . . . . . . coxendice pergam . . . . . . . . . . . Remorbeſcat Enn*ius poſuiſſe videtur, pro in mor*bum recidat. Ref*utare ſignificat redarguere,* Pacuvius in Hem*iona* * . . . . . . . quas gloria & . . . . . . . . . . . . . rictas humanum . . . *compoſitum à fando verſa. a.* littera in u. *ut item in cludo factum eſt, à quo* recludere. Ren*anciſcitur, Verrius quidem ſig*nificare ait repr*ehendit Unde adhuc nos* dicimus, nanciſcitur; *& nactus, id eſt adeptus. Reor*, exiſtimo, & quaecunq. *ab eo declinantur*, quorum paſſiva *auctoritas eſt. Remulco eſt; cum ſcaphae remis navis magna trahitur. Rigidum & praeter modum frigidum ſig*nificat, *& durum* . . . . . . . . . . . ugido * . . . . . . . . . . . . . . rigido . . . . . . . . . rigido ferro . . . [26] *Regifugium dies notatur in Faſtis* VI. Kal. *Martias, ut ait Verrius, ita dictus,* quia *eo die rex Tarquinius Roma fugerit*; quod fal*ſum eſſe arguit Cincius in libro Faſtorum,* & Tulius * *de feriis, qui Salliares virgines, & Salios adeſſe dicunt Regi ſacrorum, cum facit ſacrificium* in *Comitio, quo facto, ſtatim fugit. quod verum* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . co-

* f. faba
* f. ut
* f. revocent
* f. è tritico
* f. citroq.
* f. redireq.
* f. in Emancipato.
* f. Paccius, vel Paucius.
* f. Remeligenes
* f. à morando
* f. à
* f. tamdiu intus
* f. huc
* f. nominatur
* f. Trinummo.
* f. Remorium vel Remonium
* f. auſpicio
* f. Hermiona
* f. rigido
* f. Julius

23. *Refriva.*] Vox *tevirtico* mendoſa eſt, pro qua alii repoſuerunt, *è tritico.* forte ſcribendum, *revertantur.*

24. *Remora.*] Lucilii verſum accepimus ex epitoma. Plautinum, cujus vix apparebant veſtigia in fragmento, reſtituimus ex Trinummo.

25. *Remurinus.*] Videndus Dionyſius lib. I. & Plutarchus in Romulo.

26. *Regifugium.*] Julius de feriis citatur à Macrobio in Saturnalib. vide in Salias virgines; ex eo enim loco partem fragmenti ſupplevimus, reliqua ex Varronis lib. 5. de Ling. Lat. in quo eſt. Dies, qui notatur ſic Q. REX. C. F. ſic dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus itat ad Comitium, ad quod tempus eſt nefas, ab eo fas. itaq. poſt id tempus lege actum ſæpe &c. Sic enim legendus Varro, non ut amicus meus, quod eo die Rex ſacrificat ad Comitium. nam Plutarchus ſic habet in probl. ἐπὶ γῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσίαν περὶ τὸ λεγόμενον Κομιτίῳ πάτριον, ἐπὶ θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Ovid. in Faſtis. *Quattuor inde notis locus eſt, quib. ordine lectis, Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.* fuga Regis è Comitio, id eſt, ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ut ait Plutarchus, quia Comitium erat in Foro. ex Feſti autem fragmento . . *tat*, ſatis patet apud Varronem *itat* legendum eſſe pro, *dicat.*

 27. Re-

Digitized by Google

cognoverit *eſſe, qui legerit in Faſtis dies tales*, *qua*les no*tantur ſic. Q. REX. C. F. id eſt* quando Rex *comitiavit, Fas; id eſt ad comitium itat*: his *enim tantum feriis Regi ſacrorum in Comitium*, nec in *aliis ire licet. qui mos videtur aſcitus ex E*truria. *Regifugium item dies notatur in Faſtis*, Kal. Juniis. *qui dies, quia totus nefaſtus non eſt*, legi debet cum *nota N'. non. N. quod ille dies ſit* è nefaſto faſtus. *Regia dicta, vel quod ſacrorum cauſa tam*quam in fanum à Pon*tifice convocati, in eam convenirent:* aut quod in ea, *ſacra à Rege ſacrificulo erant ſo*lita uſurpari.

*Regiae feriae dictae videntur*, quae fiunt fori, co*nventus, & nundinarum cauſa in* civitate aliquem *per ſacerdotem, qui ſit regia ma*jeſtate. ſed non *ſemper ob hanc unam cau*ſam *tan*tum, qui * homini talis *majeſtatis cura datur etiam, cum expiatio i*ctus fulguris ſit, *aut in procurando portento ſim*ili, quo regiae feri*ae fieri etiam ſolitae ſunt.* [27] Reglescit, cum dixit *Plautus*, *ſignificat creſcit*, *ho*c verſu: vix ſuper*ſum dolori, qui in dies va*e miſero mihi ac *perdito*, *reglesſcit magis*, *magiſque* inde etiam glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcreſcit. Reapſe eſt reipſa. Pacuvius in Armorum judicio. Si non eſt ingratum reapſe quod feci bene. Regimen pro regimento uſurpant poetae. Ennius lib. XVI. Primus ſenex bradyn (in) regimen belliq. peritus. [28] Relegati dicuntur proprie, quib. ignominiae, aut poenae cauſa neceſſe eſt ab urbe Roma, aliove quo loco abeſſe lege, Senatuiq. conſulto, aut edicto magiſtratus, ut etiam Aelius Gallus indicat. [29] Religioſus eſt non modo deorum ſanctitatem magni aeſtimans, ſed etiam officioſus adverſus homines. dies autem religioſi, quib. niſi quod neceſſe eſt, nefas habetur facere: quales ſunt ſex & triginta atri, qui appellantur, & alii ſenes *; atq. hi *, quib. mundus patet. A eſſe Gallus Aelius, quòd homini ita facere non liceat, ut ſi id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere. quo in genere ſunt haec; in aedem Bonae deae virum introire; adverſus myſticae * legem ad populum ferre: die nefaſto apud Praetorem lege agere. Inter ſacrum autem, & ſanctum, & religioſum differentias belliſſime refert. ſacrum aedificium, conſecratum deo. Sanctum murum, quod ſit circum oppidum. religioſum ſepulcrum, ubi mortuus ſepultus, aut humatus ſit, ſatis conſtare ait. ſed ita portione quadam, & temporib. eadem videri poſſe. ſiquidem quod ſacrum eſt, idem lege, aut inſtituto majorum ſanctum eſſe putant *, violari id ſine poena non poſſit. idem religioſum quoque eſſe, qui non jam * ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat; quod ſi faciat, adverſus deorum voluntatem videatur facere. ſimiliter de muro, & ſepulcro debere obſervari, ut eadem & ſacra, & ſancta, & religioſa fiant, ſed quo * modo, quod * ſupra expoſitum eſt, cum de ſacro diximus. Repotia poſtridie nuptias apud novum maritum cenatur, quia quaſi reficitur potatio. Pacuvius in Iliona. Ab eo depulſum mamma paedagogandum accipit appot . . talis * libet. Repagula ſunt, ut Verrius ait, quae patefaciundi gratia (qua) ita figuntur, ut ex contrario quae oppanguntur. Cicero in Verrem lib. IIII. Poſtea convolſis repagulis, effractiſq. valvis demoliri ſignum, ac vectib. labefactare conantur. quae poetae interdum repages appellant. Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Accius. Repudio ejecta ab Argis jam dudum exſulo. Repedare, recedere. Pacuvius. Paulum recede * gnate à veſtibulo gra-

[Margin notes: * f. quia — * f. & Allienſis; — * f. ii — * f. a Religioſum — * f. auſpicia — * f. putat, ut — * f. quoniam — * f. eo — * f. quo — * f. repoſtialis — * f. repeda]

27. *Regleſcit.*] In epitoma manuſcripta eſt, *Regleſcit*, & id quod infra de glirib. dicitur, indicat ſcribendum eſſe *Regleſcit*.

28. *Relegati.*] Cum in exemplari ſit, *Senatuiq. conſulto*, pro *Senatus*; placet ut pro *magiſtratus*, legatur *magiſtratuus*.

29. *Religioſus.*] Livius lib. 6. Allienſem diem 15. Kal. Sept. eſſe ait.

30. Re-

gradum. [30] Repaſtinari ager is dicitur, ut Verrius exiſtimat, cujus natum * mutatur fodiendo, cum aut ſilveſter ex quo dicatur *, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat paſcui, * vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. Cato in ea, quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum. Ego jam à principio in parſimonia, atq. in duritia, atq. induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui *, agro colendo, ſaxis Sabinis, ſilicib. repaſtinandis, atq. conſerendis. Afranius in Repudiato. Repaſtina ſerati ſenex * fugis. Reluere, reſolvere, repignerare. Caecilius in Carine. Ut aurum, & veſtem, quòd matris fuit, reluat, quòd viva ipſi * oppoſuit pignori.

* f. natura
* f. excodicatur.
* f. paſcuus
* f. obſtinui
* f. Repaſtinare ſero tu ſenex
* f. ipſa

Reſignare, antiqui pro reſcribere ponebant, ut adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere. Cato de ſpoliis, ne figerentur, niſi quae de *hoſtib. capta eſſent. ſed tum ubi indiviſi ſunt*, revertantur *reſignatis vectigalibus* . . . . nar . . . . . . . . . .
. . . . requi . . . . . . . . . . . . . . . . . alia a . . . . . . . .
. . . . . . . quod n . . . . . . . . . . . . . . . reb . . . . . . .
. . . . . . . . indi . . . . . . . . . . . . . . . tertium . . . .
. . . . . . . . . ranorum . . . . . . . . . . . . . . . poſiti . .
. . . . . . . . . . . . . . niſi a . . . . . . . . . . . . . . . .
vocabu . . . . . . . . . . . . cretum . . . . . . . . . . . . . .

*Reſultare, ſaepe reſilire. Reſtibilis ager* dicitur, qui bi*ennio continuo ſeritur farreo ſpi*co, id eſt, ariſt*ato. quod ne fiat, ſolent qui praedia lo*cant. excipere. [31] *Reſes, & reſiduus dicitur ignavus, quia* reſidet Accius *in* . . . . . . . . . *Odi* reſiduos, ſumno *deditos, atq. inertes. Afranius in* Roſa praetere*a reſides multi* . . . . . . . .
Pacuvius in arm*orum judicio* . . . . . . . . Tuq. te deſidere *mavis reſidem, at contra* nos hic eſſe in *labore* . . . . . . . . . Reſecrare, reſ*olvere religione. utiq. eum* reus populum co*mitiis oraverat per deos*, ut eo periculo li*beraretur, jubebat mag*iſtratus eum reſec*rare. Rurſus autem, idem* uti ſe liberarent, in*ſiſtebat, & quod inſons* innocenſq. eſſet, cau*ſabatur: & quod caput* eſt, ne eidem iter*um dies diceretur, neve iterum* animadverti ſta*tuerent in eum, deprecabatur.* cumq. comitia eſſe*nt dimittenda* . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . aut . . . . . . . . . . . . . .
jure . . . . . . . . . . . . . . . ut . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . ica . *Plautus. Reſecroq. mater quod du*dum ob*ſecraveram* . . . . . . . . . . *reſec*ror . . . . . . . . . . .

*Res* con*perendinata dicitur, ut Verrius ait, ju*dicium *in diem tertium conſtitutum. Ravam* vocem *ſignificare ait Verrius raucam, &* parum *liquidam, proximè canum latratum ſon*antem: *Unde etiam cauſidicus pugnacite*r loquens, *rabula appellabatur, ut eſt apud Lu*cilium
. . . . . . . . . . . . . . . t ravi*lla* . . . . . . . . . ravi*ſt*elli, niſi *à ravi potius dictos velimus, ut eſt apud Pla*utum, qui *ait in Aulularia. Ubi ſi quid* poſcamus, (quod) *ad ravim poſcamus prius. Et alibi.* Expurg*abo hercle omnia ad raucam* ravim. *Roſea in agro Reatino campus* appellatur, *quod in eo arva rore humi*da ſemper ſerent. *Rediculi fanum extra portam* Capenam Cornifi*cius ait fuiſſe: qui Rediculus pro*pterea appel*latus eſt, quia accedens ad ur*bem Hannibal, *ex eo loco redierit, quibuſ*dam viſis perterritus. *Reſerari Verrius ait* dici ab eo, quae * de*mota ſera à ja*nuae cardine pateſiant *fores: inde,*

* f. quod

---

30. *Repaſtinari.*] *Obſtinui* videtur legendum pro *abſtinui*, ut in margine notavimus. vide ſupra in *Obſtinato.*

31. *Reſes.*] Placidus in Gloſſis. Reſiduus quaſi tardus unde in Accii verſu magis placet, ut *reſiduos* legamus, ita enim eſt in exemplari. *Summo* autem eſt antiqua ſcriptura, ut *fruns*, pro *frons.* Item *Pacuius*, pro *Pacuvius*; ut *fluius*, pro *fluvius.*

* f. namq. dicuntur
* f. Revitant,
* f. repetant
* f. deſerunt
* f. revitant.
* f. de iis.

*inde, quae patefacta*, & decluſa ſint, *reſerata dici. ſeras* neq. dicantur * fuſtes; *qui opponuntur clauſis* foribus. Pacuvius in *Armorum judicio. Nunc* pandite valvas, *removete ſeras, ut* complectar. " Remanant *, repetent *. Ennius lib. I. deſunt * rivos campoſque remant *. Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. eſſe enim rectum rei fert, dativo ſcilicet, non ablativo caſu. ſed eſſe jam uſu poſſeſſum. Ridiculus proprie dicitur, qui in reb. turpib. ridetur. LIBER XVII. SEXTI POMPEI FESTI LIBER XVIII.

RIDEO, INQUIT GALBA CANTERIO, PROVERBIUM EST; quod Sinnius Capito ita interpretatur, niſi *, qui principio rei alicujus inchoatae deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in provinciam exiens, ad portam ipſam canterium ſuum animadvertiſſet cecidiſſe, rideo (inquit) canteri te jam laſſum eſſe, cum tam longum iter iturus, vix id ſis ingreſſus. Retricibus cum ait Cato in ea, quam ſcribſit, cum ediſſertavit Fulvi Nobilioris Cenſuram, ſignificat aquam eo nomine, quae eſt ſupra viam Ardeatinam inter lapidem ſecundum, & tertium. qua inrigantur horti infra viam Ardeatinam, & Aſinariam uſque ad Latinam. Recepticium ſervum, Cato in ſuaſione legis Voconiae eum ait, ſignificat, qui ob vitium redhibitus ſit. ubi irata facta eſt, ſervum recepticium ſectari, atq. flagitare virum jubet. Rogat, id eſt conſulit populum, vel petit ab eo, ut id ſciſcat, quod ferat. unde nos quoque in conſuetudine habemus pro petere, & orare. Cato in diſſuaſione, ne lex Baebia derogaretur, ait. hoc potius agam, quod hic rogat. Reſtat pro diſtat ait Ennius * ponere, cum his * dicat. Impetus aut * longe mediis regionibus reſtat. Ruri eſſe, non rure dicendum, teſtis eſt Terentius in Phormione, cum ait. ruri ſe continebat, ibi agrum de noſtro patre. Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi; & in aede Jani, quae extra eam, Senatum haberi *; quod ea egreſſi ſex & trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti ſunt, cum in aede Jani S. C. factum eſſet, uti proficiſcerentur.

* f. Ennium
* f. is
* f. haud
* f. habere.

Retiario pugnanti adverſus murmillonem, cantatur. Non te peto, piſcem peto. quid me fugis Galle? quia murmillonicum genus armaturae Gallicum eſt, ipſique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hoc autem genus pugnae inſtitutum videtur à Pittaco, uno ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſias finium, quae erant inter Atticos, & Mytilenaeos, rete occultè lato impedivit Phrynonem. Reſignatum aes dicitur militi, cum ob delictum aliquod juſſu. TR. Militum, A in tabulas refertur. reſignare enim antiqui pro ſcribere interdum ponebant. Rituales nominantur Etruſcorum libri, in quibus praeſcribtum eſt, quo ritu condantur urbes, arae, aedes ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo jure portae, quomodo tribus, curiae, centuriae diſtribuentur, exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteraq. ejuſmodi ad bellum, ac pacem pertinentia. Rutilae canes, id eſt, non procul à rubro colore immolantur, ut ait Ateius Capito canario ſacrificio pro frugib. deprecandae ſaevitiae cauſa ſideris caniculae. " Religionis praecipuae habetur Cenſoria *majeſtas, cujus in libris de vita P. R.* Varro ex*empla haec profert. M. Fulvius Nobilior*, cum

* f. A ne ſtipendium ei detur

32. *Remanant.*] Legendum, *Revitant.* Plautus Captivis. Si huc revitet. Ennii verſus ita emendandus. *Deſerunt clivos, campoſq. revitant.*

33. *Religionis.*] Opinor hic à Feſto referri Varronis verba ex libro rerum humanarum, vel de vita populi Romani, in quo de Cenſoria majeſtate agebat. Cenſores autem in iis nominantur continuatis quinquenniis ab anno DLXXIV ad annum DCXXII. nam prima cenſura refertur M. Æmilii Lepidi, & M. Fulvi Nobilioris, qui luſtrum fecerunt. L. anno DLXXIV. Secunda Q. Fulvi Flacci, & A. Poſtumi Albini, qui L. F. LI. A. DLXXIX. Tertia C. Claudi Pulchri, & Ti. Semproni Gracchi, qui L. F. LII. A. DXXCIV. Quarta L. Æmili Paulli & Q. Marci Phi-

Digitized by Google

cum M. *Aemilio Lepido Cenſor factus*, *cum ei* admodum *inimicus antea extitiſſet*, *ſaepeque* judicia cum eo *ſibi fuiſſent*, *publicae rei cauſa*, quae in pri*mis ſpectatur*, *ſtatim eo delato munere* homini *inimicus remiſit. quod ejus animi* judicium fu*it omnib. gratum & probatum. A. Poſtu*mius Q. F*ulvius Cenſores facti*, *quia Fulvius duos filios* amiſerat *in Illyrico militantes*, *& propter gravem mo*rbum oculo*rum*, *cenſuram gerere non poterat*, *ut* libri Sibyl*lini adirentur*, *auctor fuit*: *& ut pu*blice ſupp*licaretur pro valetudine collegae*. Ti. Sempron*ius*, *cum à Rutilio Tr. pl. Cenſoria* fides labe*factaretur*, *qui ob parietem dirutum iratus* cum eſſet aed*is privatae*, *die dicta collegam Claudium* condemna*verat fecit ut eaedem illae*, *eodem quae in lo*co erant, con*demnatum abſolverent centuriae*. L. Amili Paulus * *& Q. Philippi* *religioſa cenſura* fuit. Laboravit *Paulus morbo gravi*, *& paene* amiſſione capitis *in eo honore*. *Religioſa item* & P. Corneli *Scipionis Naſicae*, *cui collega M. P.* opilius, poſt con*ſulem qui fratrem vidit*, *cenſura* fuit vadatus *enim cum eſſet* . . . . . *ſ. à P. R. liberatum* conſtat. M. Val*erius Meſſala*. *C. Caſſius Lo*nginus Cenſores, *quorum in magiſtratu ſubverſa pudic*itia fuerat, famoſi *extiterunt*: *nam palmam*, *quae* in Capitolio in ara *ipſa Jovis optimi maximi*, *bello Per*ſico nata fuerat, *tunc proſtratam ferunt*, *& ibi* enatam ficum, infames quae *rurſus fecit*, *qui ſine* ullo pudicitiae reſp*ectu fuerant Cenſores*. L. Corneli Lentuli *C. Cenſorini ſequitur cenſura*: Lentulus judicio pu*blico repetundarum damnatus* fuerat.

* f. Pauli

---

Philippi; qui L. F. LIII. A. DXXCIX. Quinta P. Corneli Scipionis Naſicæ, & M. Popilli Lænatis, qui L. F. LIV. A. DXCIV. Sexta M. Valeri Meſſalæ, & C. Caſſi Longini, qui L. F. LV. A. DXCIX. Septima L. Corneli Lentuli Lupi, & C. Marci Cenſorini, qui L. F. LVI. A. DCVI. Octava P. Corneli Scipionis Africani Æmiliani, & L. Mummi Achaici, qui L. F. LVII. A. DCXI. Nona Q. Fulvi Nobilioris, & T. Anni Luſci, qui L. F. LIIX. A. DCXVII. Decima Q. Cæcili Metelli Macedonici, & Q Pompei, qui L. F. LIX. A. DCXXII. De M. Æmili, & M. Fulvi cenſura Valerius Maximus lib. 4. c. 2. ſic ſcribit. M. Æmilius Lepidus bis conſul diutinas, ac vehementes inimicitias cum M. Fulvio Nobiliore geſſit: quas, ut ſimul cenſores renuntiati ſunt in campo, depoſuit: exiſtimans non oportere eos privato odio diſſidere, qui publice ſumma vincti eſſent poteſtate. id judicium animi ejus, & præſens ætas comprobavit, & nobis veteres Annalium ſcriptores laudandum tradiderunt. De Q. Flacco, & A. Albino cenſ. Liv. lib. 43. ſic. Cenſor Fulvius ex Junonia Laciniæ templo marmoreas tegulas cum abſtuliſſet, quibus ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ fecerat, tegeret, & mente captus eſt, & amiſſis duobus filiis in Illurico militantibus ſummo animi mœrore conſumptus eſt. De Ti. Graccho & C. Claudio ita ſcribit Val. Maximus lib. 6. cap. 5. Diem his P. Rutilius Trib. pl. perduellionis ad populum dixit. poſt. quo in judicio primæ claſſis permultæ centuriæ aperte Claudium damnabant. Cicero lib. 6. de Rep. Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur. Videndus Agellius lib. 6. De L. Paulo & Q. Philippo. Livius in epitoma lib. 46. & Plutarchus in Paulo meminerunt, tradunt q. hos cenſores in recenſendis equitibus Romanis tres è Senatu moviſſe; Paulumque cenſura magna ex parte geſta, in morbum incidiſſe. De M. Popillio, & P. Scipione meminit Plin. lib. 34. Idemq. lib. 17. cap. 26. inquit. Romæ in Capitolio in ara Jovis bello Perſei enata palma victoriam, triumphoſq. portendit. hac tempeſtate proſtrata, eodem loco ficus enata eſt M. Meſſalæ, C. Caſſi cenſorum luſtro. à quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis auctor prodidit &c. cum autem in vulgatis editionibus ſcriptum ſit, *in capitebis*, nos emendavimus, in ara Jovis, quod in libro apud me collato cum vetuſtiſſimis exemplaribus ſit *in ara Jobis*, & Feſti fragmentum habet plane *in ara* . . . . quo ſane teſtimonio mirifice comprobatur emendatio noſtra. De L. Lentulo, & L. Marcio cenſorib. ita Val. Maximus ſcribit lib. 5. L. Lentulus conſularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppreſſus Cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. De L. Africano, & L. Mummio meminit Cicero lib. 2. de oratore, in quo ſcribit, Claudio Aſello equum à P. Scipione fuiſſe ademptum, eumq. in ærarios relatum, ſed à L. Mummio ſtatim ex ærariis exemptum. cujus quidem Mummi in agendo ſegnitiem notat Plutarchus in Apophth. Q. Nobilioris, & T. Luſci cenſuræ nulla extat memoria in veterib. monumentis. ex fragmento tamen Capitolino, & hoc Feſti, conſtat cenſorem fuiſſe Q. Nobiliorem; cui collega quærendus cum ſit, extrema illa cognominis ſyllaba . . . . . . . . *ci*, indicat T. Annium Luſcum, qui coſ. creatur anno DCXXV. cum Q. Nobiliore cenſuram geſſiſſe. De Q. Metelli Macedonici, & Q. Pompei cenſura videndus Plinius libro 7. cap. 43.

34. Rò

fuerat. plurimi itaq. *cenſuram adepto damnationis poenam remiſerunt. P. Africani*, L. Mummi *Cenſura inſignis: ſed in qua ſegnitiae* in agen*do notetur Mummius. Is Aſellum nulla* ſoluta poe*na ex aerariis exemit, Africani irriſa* ſeveritate, *qui illum fecerat aerarium. Sed &* Q. Fulvi No*bilioris, & ejus collegae T. Anni Luſ*ci fuit no*biliſſima Cenſura: nobilitati* tribus notis *inuſtis ſeveriſſimis. Q. Pompei & Q. Caecili* Metelli *Macedonici Cenſura lectus ſe*natus; ad ſum*mum ſenatores amoti ſunt* tres, & eo lu*mine, qui aliorum offunderent* claritatem. *Redinunt, ſignificat, redeunt*, Ennius . . . . . . . . . . . . redinunt in *patriam* . . . . . . . . . . . eunt feri . . . . . . . . . . . . Regium eſt, *quod eſt, aut fuit Regis*, ut ſervus *regius, & domus regia, qualis eſt* Numae Pompili. *at regale facinus, quod eſt di*gnum rege.

*Romanos in lib. xi. Graeco*s appellat Enni*us, cum ait. Contendunt Grae*cos, Graios *memorare ſolent ſos, quod Graeca lin*gua longos per *temporis tractus gentibus Hi*ſpani *. Non [34] R*omanos ait Graece locutos*, cum Romulus ur*bis conditor verbis Linguae Lati*nae locutus ſit; *ſed quod olim Lingua Graeciae* gentis fuerit *eadem cum Latina, parum prola*tione mutata. *hoc autem verum eſſe in*dicat origo ejus, *quae videtur quaſi Graecae u*ſurpatio. [35] Rigido *tum caerula ſuro, cum ait* Ennius, locatus * videtur *ſuper etymo verbi caeruli.* eſt enim à matris * no*mine. eodem verbo de eadem* re uſus eſt. & L. II. *Fert ſe ſe per laeta campi* caerula prata caer*ula, mare ipſum dixit* & alibi. Inde Parum *per caerula navib. ambula*bant *. Parum inſulam refert. Item. Unum ſurum ſurus ferre, tamen defendere poſſunt. * ſuri autem ſunt ruſtes *, & hypocoriſticos ſurculi. Reque eapſe Scipio Africanus, Paulli filius, cum pro aede Caſtoris dixit, hac compoſitione uſus eſt. quib. de hominib. ego ſaepe, atq. in multis locis opera, factis, conſiliis, reque eapſe (ſaepe) benemeritus ſpem, * id eſt re ipſa. [36] Reſp. multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea, quam conſcripſit de lege. p. Enni * & peregrinis, cum ait. eae nationes, cum aliis reb. per avaritiam, atq. ſtultitiam, res publicas ſuas amiſerunt. Recto fronte ceteros ſequi ſi norit.

Cato in diſſertatione conſulatus. antiquae id conſuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoq. à ſtirpe ſupremo, & Ilia dia nepos. & lupus foeta. * & nulla metus. etiam in commentariis ſacrorum pontificalium frequenter eſt hic ovis, & haec agnus, ac * porcus. quae non ut vitia, ſed ut antiquam conſuetudinem teſtantia, debemus accipere. [37] Recipie apud Catonem, pro recipiam, ut alia ejuſmodi complura. Redemptitavere item, ut clamitavere Cato (idem) in ea. qua egit de ſignis & tabulis. honorem temptavere * ait, l. efecta * benefactis non redemptitavere. Repulſior ſecunda conlatione dixit Cato in ea, quae eſt contra Cornelium apud populum. haec *.quis incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. Ratiſſima quoq. ab his, * quae rata dicimus. unde etiam rationes dictae. Cato in quam * Thermum. Erga remp. multa beneficia ratiſſima atq. gratiſſima. Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis utriſque . . . ctis, * textis ſuſum verſum à ſtantib. pridie nuptiarum diem virginis * indutae cubitum ibant ominis cauſa, ut etiam in totis virilib. dandis obſervari ſolet.

* f. Heſperiae.
* f. jocatus
* f. maris
* f. ambullabant.
* f. poſſent.
* f. fuſtes.
* f. ſiem.
* f. Penni.
* f. femina
* f. haec
* f. emptitavere
* f. malefacta
* f. ec
* f. iis.
* f. Q. M. i. Minucium.
* f. rectis
* f. virgines

Rapi

34. *Romanos.*] Videndus Dionyſius lib. 1. Antiquitatum Romanarum.

35. *Rigido.*] Cato de re ruſtica cap. 1. Bonum aquarium, oppidumq. validum fiet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulant. Cicero etiam maria ambulaviſſe, dixit Xenophontem imitatus. In Ennii autem verſu metri cauſa *ambullabant* ſcribendum putamus. nam Ennium primum geminaſſe ſemivocales, conſonantes, & mutas habemus ſupra in Solitaurilia.

36. *Reſpublicas.*] Cicero in Bruto. C. Gracchum tuus gentilis Brute M. Pennus agitavit in Tribunatu paulum ætate antecedens.

37. *Recipie.*] In exemplari eſt, *Recipiem.*

28. *Re-*

Digitized by Google

Rapi ſimulatur virgo ex gremio matris: aut, ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cum ad virum traditur *, quod videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit. Rapi ſolet fax, * f. traducitur. vel trahitur, qua praelucente nova nupta deducta eſt ab utriſq. * amicis, ne aut uxor eam ſub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in ſepulcro comburendam curet, quo utroq. mors propinqua alterius utrius * captari putatur. * f. utriuſq. Ritus eſt mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. * f. alterutrum Receptus mos eſt, quem ſua ſponte civitas alienum adſcivit. Religioſi dicuntur, qui faciendarum, praetermittendarumq. rerum divinarum ſecundum morem civitatis delectum habent, nec ſe ſuperſtitionibus implicant. Renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, ſi factum eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet. Referri diem prodictam, id eſt anteferri, religioſum eſt, ut ait Veranius in eo, qui eſt auſpiciorum de comitiis, idq. exemplo comprobat L. Juli & P. Licini Cenſorum, qui id fecerunt ſine ullo decreto Augurum, & ob id, luſtrum parum felix fuerit. Regalia exta appellantur, quae potentibus, inſperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus, hereditates; filio familiae, dominationem. Reſpicere autem & * in auſpicando, unde quis avem proſpexit, cum eodem revertitur. * f. avem eſt Religioſum ac ſacrum eſt, ut templa omnia, atq. aedes, quae etiam ſacratae dicuntur. ad * quod per ſe religioſum eſt, * f. atq non utiq. *ſacrum eſt*, *ut ſepulcra*, quod ea non *ſacra*, *ſed religioſa ſunt*.

Reus, cum pro *utroque ponatur*, *ut ait Sinnius* in eo, *quem de reo inſcribit*, *& cum dicit* pro ſe, *aut cum contra te agit*, *juramento* tuo uti *poteſt*. *Roſcii vulgo appellari* ſolent, in *omni arte ita perfecti*, *ut Roſcius* comoedus in *arte ſua perfectus fuerit*, *cui* nihil deeſſet *ad perfectionem*, *ut libro* 1. de oratore *ait Cicero*. [38] *Ruſtica Vinalia* menſe *Auguſto*, *ut eſt in Faſtis*, *Veneri fiebant*, quod eodem illo *die aedis ei deae conſecrata* eſt, jumentaq. *& olitores ab opere ceſſant*, *quia* omnes horti *in tutela Veneris eſſe dicuntur*.

Raucos *appellatos eſſe ait Verrius videri* ab ariditate, *ſive à ſimilitudine quadam ſpicarum* ariſtae. in *ſpicis namq. flava frumenta* rava *appellari idem Verrius* docet. Rica eſt *veſtimentum quadratum*, fimbriatum, *purpureum*, *quo Flaminicae pro* palliolo, mitrave *utebantur*, *ut Verrius* exiſtimat. *Titinius*. *Rica ex lana* ſucida, alba *veſtitus*. *Alii dicunt*, *pallium eſſe* triplex, quod *conficiant virgines ingenuae*; patrimae, *matrimae*, *quod caeruleo colore infectum* lavetur aqua *pura*. *Alii*, *quo Flaminica cingat* pileum. Reſpici avis *tunc dicebatur*, *cum peracto ſacrificio*, quaſi finis *impetratus eſſet*, *& quaſi forent* comitia perfecta, *ſumi tunc reum jubebant ſacerdotes* ſuo more, *aliiſq. peractis juxta conſuetudinem* luci, in quo ſacra *faciebant*, *reo à calatorib.* ingeniculato, *atque ita inclinato* vinum in caput *infundebant ſolemni cum precatione*. Remiſſo *exercitu*, *ſimul etiam Augur*, *quo conſul in bello uſus* eſt in *auſpicando*, *diſcedere una* jubetur, quod *tunc illo diſcedente certum* eſt, *exercitum etiam eſſe remiſſum*, ut cum opus ſit, *tunc ſi velit*, *diſcedere* poſſit. nam *Conſules*, *& Cenſores non* in perpetuum *Auguribus praeſentibus utuntur*, ut ait *Ap. Pulcher*, *ſed tantum in auſpicio*, quas * *poſtea dimittat is*, *à quo lege ſecures* habitae *ſunt prius*; * f. quos *quem & priorem* eſſe ait *Antiſtius Labeo quiq. eadem quoq.* lege *ſignificari*, *ut prior ſit in auſpicando* dicitur, ut *ait idem Labeo in libro de* officio *Auguris*. *Poteſt autem Augur id & in* conſilio *facere*; *vel in alio*, *quo ſedet* loco; *pullisque pultem edentibus ſoliſtimum* facit *auſpicium*. *poteſt etiam ſi velit*, intra *pomoerium*. *ſin autem*, *in templo* conſiſtit. *Repertum dicitur idem quod* amiſſum *recipere*, *quaſi repartum & reparatum*. Rictus, *rixae*, *rixoſae*,

38. *Ruſtica*.] Varro lib. 5. de Ling. Lat. Vinalia Ruſtica dicuntur a. d. 12. Kal. Sept. quod tum Veneri dedicata aedes, & horti ejus tutelae aſſignantur, ac tum ſunt feriati olitores. Plinius lib. 9. cap. 4. Plutarch. Problem.



Digitized by Google

*rixoſae*, *ringitur* dici videntur, quia *in diverſum rumpantur*, contrariaq. ſint *recto*, *quod vocabulum a* regendo, ut commo*dius deductum videatur*, dictum videri po*teſt*.

*Seſopia in Augurali & Saliari* carmine ap*pellantur*, *quae alias eſo*pia pro ſedilib. di*cere habemus nunc ad*huc in conſuetudi*ne*. *Suſq. deq. fre*quens eſt, pro plus minuſve. *ſignificat autem id* quod antiqui uſq. dice*re ſoliti erant*. *Soni*vio ſignificat in car*mine Saliari & Au*gurali, ſonanti.

*Sine ſacris hereditas* in proverbio dici ſolet, *cum aliquid obvenerit* ſine ulla incommodi appendice: quod olim ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant, ſed etiam privata. relictuſq. heres ſic * pecuniae, etiam ſacrorum erat; ut ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium. [39] Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Graeco, videlicet pro adſpiratione ponentes litteram, ut cum idem hylas dicunt, & nos ſilvas. item ἓξ ſex. & ἑπτὰ, ſeptem. ejus vocabuli meminit etiam Lucilius. Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri * ſuppus. Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad cuſtodiam frumenti publici.

*f. ſicut

*f. ſuggeris

Statua eſt ludi * ejus, qui quondam fulmine ictus in Circo, ſepultus eſt in Janiculo: cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumq. reſponſis Senatus decreto intra urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium, obruta ſunt. ſuperq. ea columna, cum ipſius effigie, poſita eſt. Servilius lacus appellabatur A eo, qui eum faciendum curaverat in principio vici Jugari continens baſilicae Juliae, in quo loco fuit effigies hydrae poſita à M. Agrippa. Sonticum morbum in XII. ſignificare ait Aelius Stilo certum cum juſta cauſa, quem non nulli putant eſſe, qui noceat, quod ſontes ſignificat nocentes. Naevius ait. Sonticam eſſe oportet cauſam, quam ob rem perdas mulierem.

*f. ludionis

*f. A ab

Sacram viam, quidam appellatam eſſe exiſtimant, quod in ea foedus ictum ſit inter Romulum, ac Tatium. quidam, quod eo itinere utantur ſacerdotes idulium ſacrorum conficiendorum cauſa. itaq. ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, ſacra appellanda eſt à regia ad domum Regis ſacrificuli, ſed etiam à Regis domo ad ſacellum Streniae, & rurſus à regia uſq. in arcem. nec * appellari debere ait Verrius, ſed disjuncte, ut ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam.

*f. nec ita

Ut ne Novamviam quidem, ſed Novam viam Scita plebei appellantur ea, quae pleps ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante. Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris, quod omnes eae ſolidi, integriq. ſint corporis; contra aci * . . verbices * maiales qui * quia ſollum Oſce totum, & ſolidum ſignificat. unde tela quaedam ſoluferrea * vocantur tota ferrea, & homo bonarum artium ſollers, & quae nulla parte laxata, cavaq. ſunt, ſolida nominantur. atq. harum hoſtiarum omnium inviolati ſunt tauri, quae pars ſcilicet creditur * in caſtratione, ſunt quidem qui portent *, ex trib. hoſtiis praecipue nomen incluſum cum ſolido tauri, quod ampliſſima ſit earum. quidam dixerunt omnium trium vocabula confixa * ſuis, ovis, tauri adeffeciſſe id, quod uno modo appellarentur univerſae. quod ſi * à ſollo, & tauris earum hoſtiarum ductum eſt nomen, antiquae conſuetudinis * per unum L. enuntiari non eſt mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in ſcribendo. quam conſuetudinem Ennius mutaviſſe fertur, ut pote Graecus Graeco more uſus, quod illi aeque ſcribentes, ac legentes duplicabant mutas ſemi*vocales*, *& liquidas*. *Secordi*am quidam *pro ignavia poſuerunt*.

*f. contrari

*f. verveces

*f. maialeſq.

*f. ſolliferrea

*f. cæditur

*f. putent.

*f. confuſa

*f. ſc. i. ſcilicet

*f. antiqua conſuetudine

M. Cato

39. *Suppum.*] *Suppum*, jactum quendam in teſſeris vocari tradit Iſidorus lib. 18. cap. 65.

40. Sta

M. Cato pro *ſtultitia poſuit*, *Originum lib.* VII. cum ait . . . . . . . . . . *ob immenſam timiditatem*, *ac ſecordiam cauſa erat*, ne quid neg*otii publici*, *vel privati ger*eretur. compoſ*itum autem videtur ex ſe*, quod eſt ſine, *& corde.*

Semis ſemod*ius*, *ſemuncia: qua ra*tione ex Graeco *trahuntur alia*; *quae*, 'ς, litteram pro *aſpiratione eorum* habent, ut ἑπτὰ *ſeptem*, ὕλαι ſilvae, ſic *iſta ab eo*, *quod illi* ἥμισυ dicunt, *declinata videntur.*

[40] Sublicium pon*tem quidam putant* appellatum eſſe *à ſublicibus*, *peculiari v*ocabulo Volſ*corum*, *quae ſunt tigna* in latitudinem *extenſa*, *quae non ali*ter Formiani *vocent*, *quam à nomine* librorum: *& quae ab aliis auctoribus* ſublices voc*antur*, *quod ſub eis* aqua liquens *labe*r*etur*, *dictae.* in qua opinio*ne fuit* . . . . . . . *qui* & meminit Sub*lici pontis*: *& Naevius*, qui ait in belli *Punici libro* . . . . . . . . quam liquidum *Sublicio tranat ponte* amnem, & ali * tab*ulis qui adhuc no*men retinet . . . . . . . . . . * f. alii Salluſtius libro quar*to hiſtoriarum*, ne inrumiendi p*ontis Sublici* . . . . . . . . ſublicibus cavata . . . . . . . . . . . . . eſſent.

Supervacaneum: ut *videtur*, *ſc*ludit Verrius ab va*no*, *quod vacuum quidem dicatur id t*antummodo, *quod ſufficiat*, *ſatiſq.* ſit famil*iae*: *quod autem ſuperſit*, *ſuper*vacaneum *id dicitur.*

*Struferta*r*ios appellabant* antiqui *ut ait h*omines con*ductos mercede*, *qui ad* arbores ful*guritas piacularium com*miſſarum *cauſa*, *ſacrificia quaedam* ſtruae *. & *ferto ſollemnibus verbis* faciant. * f. ſtrui

*PRECOR TE JUPPI*TER UTI MIHI *VOLENS PROPITIUS SIES*, *quod* & nullo, etiam *fiebat adhibito ſtru*fertario.

[41] *Suberies*, *arboris genus*, ex qua cortex. *natatorius detrahitur.* Lucilius . . . . . . . . ti hibernaculi. [42] *Silicernium dicitur caena f*unebris, quam *alio nomine exſequium ſcriptores* vocant. ſed . . . . . . . . . *& V*errius exiſti*mant ſilicernium dici*, quod nos farci*men dicimus*, *quo* fletum * familia *purgabatur*: *quia cujus* nomine ea res *inſtituebatur*, *is* jam ſilentium *cerneret. Caecilius* Oboloſtate. Cre*didi ſilicernium ejus* meſſe eſurum. * f. fleta

*Sudum Verrius ait* ſignificare ſub*udum. ſed auct*orum omnium fere *exempla volunt*, *ut ſudus* ſiccum ſignificet. *ſudum enim quaſi ſeudum*, *id* eſt, ſine udo, ut ſe*curus*, *ſine cura dictum eſt.*

*Subleſta*, *antiqui* dicebant infir*ma*, *& tenuia.* Plautus in Perſa. Ad paupertatem ſi immigrant infamiae, gravior paupertas fit, fides ſubleſtior. id eſt, infirmior. Idem in Nervolaria vinum ait ſubleſtiſſimum, quia infirmos faciat vel corpore, vel animo.

Satur, & vir, & caro non habent. Supellectilis recto caſu, & ſenis ratione dicebantur, quae nunc contraria videntur eſſe finitioni portionis *: quia omnia vocabula, X littera finita, per declinationes obliquorum caſuum ſyllabam accipiunt. haec autem duo deſciverunt ab ea, ut alta compium *, quae non ideo infirmare debent praeceptum. * f. pro portionis * f. alia complura

Scurrae vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Graeco tractum ait, quod eſt ſchypoazain, . . . . . . . .

---

40. *Sublicium.*] *Sublices* dicuntur à Feſto Volſcorum lingua, quae Sublicae ab aliis appellantur. Vitruvius lib. 3. cap. 3. Sublicaeq. machinis adigantur. Gloſſar. ſublicae, πασσαλίσκοι οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Sed *ſublicibus cavatis* dixiſſe videtur Salluſtius in lib. 4. hiſto.

41. *Suberies.*] Iſidorus lib. 17. cap. 7. Suberies arbor, ex qua validiſſimus cortex natatorius extrahitur. Vide in *Suber.*

42. *Silicernium.*] Placidus in Gloſſis. Silicernium, Exſequium. Varro Meleagris apud Nonium Funus exſequiati laute ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus.



Digitized by Google

zain, aut à ſequendo, cui magis adſentitur, quod & tenuiores fortunae homines, & ceteri alioqui. qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti. quia videlicet dicat Lucilius. Cornelius P. noſter Scipiadas dicto, tempuſq. intorquet in ipſum oti, & deliciis, luci effictae, atq. cinaedo. & ſectatori adeo ipſi ſuo, quo rectius dicas. Ibat forte domum, ſequimur multi, atq. frequentes. cum ſecutos videri velit, ob eorum jurgia, non ob adſuetum officium.

Secus, Valgius putat ex Graeco, quod eſt, *ἑκὰς* dictum. abſurde ſcilicet. ſignificat enim aperte aliter, exemplis omnium fere, qui eam vocem uſurpant. Stipem eſſe num-
* f. id, quod — mum ſignatum, teſtimonio eſt & de eo quae * datur ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur. Sobrinus eſt, ut ait Gallius Aelius patris mei conſobrini filius, & matris meae conſobrinae filius. femina iiſdem de cauſis appellat fratrem,
*f. ſobrino — & fratrem patruelem, & conſobrinum, & propius conſobrino *, & ſobrina. iidem gradus in ſobrina quoq. ſunt. Sororium tigillum appellatur hac de cauſa. ex conventione
*f. Metii Suffetii — Tulli Hoſtili regis, & Metti Fufitii * ducis Albanorum, Trigemini Horatii, & Curatii *
*f. Curiatii — cum dimicaſſent, ut victores ſequeretur imperium, & Horatius noſter exſuperaſſet, victorq. domum reverteretur, obvia ſoror, cognita morte ſponſi, ſui fratris manu occiſi, averſata eſt ejus oſculum, quo nomine Horatius interfecit eam. & quamquam à patre
*f. ſceleris — abſolutus ſceleri * erat, accuſatus tamen parricidi apud Duumviros, damnatuſq. provocavit ad populum cujus judicio victor, duo tigilla tertio ſuperjecto, quae pater ejus conſtituerat, velut ſub jugum miſſus ſubit, conſecratiſq. ibi aris Junoni Sororiae, & Jano Curiatio, liberatus omni noxia ſceleris eſt auguriis adprobantibus. ex quo ſororium id
*f. Sororiare — tigillum eſt appellatum. Sororiae * mammae dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria. *tunc ſororiabant* papillae *primulum, ſed illud* volui dicere, *fraterculabant. quid* opus eſt verb*is multis. Surregit* & ſortus *antiqui ponebant pro ſurrexit*, & ejus parti*cipio, quaſi ſit ſurrectus, qu*ibus L. Livill*us frequenter uſus* eſt. Sors & *patrimonium ſignifi*cat, unde con*ſortes dicimus; & Deis* * reſpon-
*f. Dei — *ſum; & quod cuiq.* accidit in ſo*rtiendo. Soracum dicitur*, quo ornamen*ta portantur ſcenicorum*. Plau*tus in Perſa. libro*rum iccillum *plenum ſoracum habeo.*

Sobrium vicum *dictum putant Cloatius* & Aelius, quod *in eo nullus tabernae* locus, neq. caup*onae fuerit*. alii, quod in eo Me*rcurio non lacte, ſed* vino ſolitum *ſit ſupplicari.*
*f. puls, — *Soni*vium tripu*dium, ut ait Appius* Pulcher, quod *ſonet, cum pullo exci*dit plus *, quadr*upedive ex ore. Sons*, nocens, ut ex *contrario inſons*, i*n*nocens. Sodalis *quidam dictos pu*tant, quod una *ſederent, eſſentq.* alii quod ex ſuo *dapib. veſci ſoliti ſint*. alii, quod inter
*f. congeras — *ſe invicem ſuade*rent, quod utile e*ſſet. eoſdem, quod coeant* crebro, congre * voc*ari à Graeco* vocabulo, quod eſt *γέῤῥα*.

Sodes, ſi audes, uti ſis, *pro ſi vis, & illico* pro in loco. Terentius *in Andria. Dic* ſodes, quis heri Chry*ſidem habuit.*

[43] Surum dicebant, ex quo *per deminutionem ſurculus fa*ctum eſt. Pla*utus in* . . . *ſurum* non eſt tibi. *ſurum dicebant pa*lum item: nam qui*a ſepiebatur Circ*us ſurculis, *longum deligebant ſu*rum, tum poli*ebant aſcia* . . . . . . . . aut aſulae . . . . *Ennius. unus ſu*rus ſurum *ferre, tamen defend*ere poſſent.

*Suremit, ſumpſit, inq.* manum ſu*remit haſtam. Idem.* ſurempſit, *uſurpavit, pro pue*rum ſuſtuler*it. Surium* . . . . . . cum dixit: *qui ita appellatus* eſt, quod cum *in Aca-*

43. *Surum.*] Vide ſupra in *Crebriſuro.*

44. Scy.

*Academia & Lycio* nobiliſſ*imos inter excelleret*, atq. ob eam *cauſam*, *praeſtant*iſſimus ſemper *habitus fuiſſet*: inſtituit, cum *diſputaretur*, *ut primus* ſumere*tur is*, *qui eſſet* ipſo dignior. *unde* . . . . . . σκύϱλον ϗ, ὐκέτι σύϱλον, *illum nominavit*. quod ſi mo*nitus eſſet*, *diſputan*tem non num*quam refellebat* Socratem. quas . . . . . . . *conjece*rat in librum *à ſe ſcriptum*, *quem* inſcripſerat [44] Scy*rium*, *ob eum*, *cujus* gratia id appel*laverat opus*. [45] *Summu*ſſi dicebantur *murmuratores*. Naevius, odi, inquit *Summuſſos*, *pro*inde aperte dice *quid ſit*, *quod times*. Ennius in ſexto *Annalium*. *Qu*intus in occulto muſſa*bat*: *& Acci*us in Andromacha. di*ce jam mater no*n eſt: nam * muſſare *ſine*. *Caecili*us in Agnorizomene *. quod potes, ſile, cela, occulta, tege, tace, muſſa, mane. Sum, pro eum uſus eſt Ennius lib. I. At tu non ut ſum ſumma * ſervare decet rem. & lib. II. At ſe ſe ſum quae dederat in luminis oras. Sollo Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius. ſuaſa * quoq. omnino dirimit, non ſollo * dupundi, id eſt non tota. idem Livius. Sollicuria, in omni re curiora. * & ſolliferreum genus teli, totum ferreum. Sollers etiam in omni re prudens; & ſolemne, quod omnibus annis praeſtari debet. Solla * appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſint ſedere, ideoq. ſolia ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent, & ſolaria vocantur Babylonica, quibus eadem ſternuntur. quae, ut ait Verrius, omnia ducta ſunt ſolo *. alvei quoq. cavandi * gratia inſtituti, quo ſinguli deſcendunt, ſolla dicuntur. quae aſcendendo * potius dicta videntur, quam à ſolo *. Solliſtimum. Ap. Pulcher in Auguralis diſciplinae. lib. I. ait eſſe tripudium, quod aut * excidit ex eo, quod illa fert. ſaxumve ſolidum, aut arbos viviradix ruit, quae nec prae vitio, humani * caedanturve, jacianturve, pellanturve. Solum, terram. Ennius lib. III. Tarquinio dedit imperium ſimul & ſola regni. & aliubi. * Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper. Solea, ut ait Verrius, eſt non ſolum ea, quae ſolo pedis ſubicitur, ſed etiam pro materia robuſtea, * ſuper quam paries craticius extruitur. Solox, lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinius in Barrato. * Ego ab lana ſoloci ad purpuram data. & Lucilius. Paſtali * pecore, ac montano, hirto, atq. ſoloce. Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius. lib. I. Conſtitit inde loci propter ſos dea diarum. lib. III. Circum ſoſque ſunt magnae gentes opulentae. lib. VII. Dum cenſent terrere minis, hortanturve ſos. lib. XI. Contendunt Graios Graecos memorare ſolent ſos. interdum pro ſuos ponebant, ut cum per dativum caſum idem Ennius effert. Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit. Sultis, ſi voltis. Plautus in Frivolaria. Sequimini me hac ſultis legiones omnes lavernae. & in Rudente. Curate haec ſultis magna diligentia. M. Cato pro L. Caeſetio. Audite ſultis milites, ſi quis veſtrum in bello ſuperſuerit, ſi quis non invenerit pecuniam, egebit.

* f. jam
* f. Anagnorizomene
* f. ſummam
* f. vaſa
* f. ſolla
* f. curioſa.
* f. Solia
* f. à ſollo.
* f. lavandi
* f. à ſedendo
* f. ſollo.
* f. avi
* f. humanave vi
* f. alibi.
* f. robuſta.
* f. Barbato.
* f. Paſcali.

Solari ſine praepoſitione dixiſſe antiquos teſtis eſt Pacuvius, cum ait. Solatur, auxiliatur, hortaturq. me.

[46] Sola-

44. *Scyrium.*] Quantum in his tenebris videre poſſumus, agebat hic Feſtus de philoſopho quodam, qui natione Syrus cum eſſet, ne eo nomine male audiret, ut Syri, Varro, ſive alius Syrium illum dixerat. huc enim pertinent Græca verba σκύϱλον, ϗ̀ οὐκ ἔτι σύϱλον. De eo autem compoſitum librum, ea de cauſa σκύϱλον inſcriptum eſſe. Quærendum philoſophi nomen, vel potius hiſtoria.

45. *Summuſſi.*] Servius in fragmentis apud me addit Ennii exemplum ex lib. 17. in quo muſſare, pro tacere poſitum ſit. Non poſſunt muſſare boni, qui facta laborare, nixi militiam peperere. item pro dubitare. Muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos vocet. item pro murmurare in lib. 10. Spectabat virtutem legionis, ſive ſpectans ſi muſſaret, quæ deniq. cauſa pugnandi fieret, aut duri laboris. Sed Ennii verſus non vacant mendo.



46. *Se-*

46 Solatum genus morbi maxime à ruſticantibus dicitur, cujus meminit etiam Afranius *in* . . . . . . . . . . . arquato med*eri*, *cujus nomen ab au*tigine. * Soli-*punga genus beſtiolae* maleficae, q*uod acrius*, *concitatiuſq.* fit fervore ſo*lis*, *à quo nomen* traxit. 47 So*ſpes ſignificat apud* omnes ferre * auc*tores ſalvum*; Afranius in ep*iſtola*. *Di te ſoſpitem* ſervent tuis. *Vergil. lib.* VIII. *Aeneid.* Maxime Teu*crorum ductor*, *quo ſoſpite* numquam. En*nius in* . . . . . . . parentem & pa*triae di ſervate* ſoſpitem. Ac*cius in* . . . . . . . *ſi* rite ad patri*am ſoſpes pervenis*ſet. Ennius vi*detur ſervatorem ſigni*ficare, cum dix*it*. *Quo ſoſpite* liber. caeterum ſ*oſpitare*, *Verrius* ait eſſe bonae ſpe *afficere*, *aut bonam* ſpem non fall*ere*. 48 *Succrotilla* tenuis dice*batur*, *& alta vox*.

Titinius in . . . . . . . *Feminea* fabulare ſuccro*tilla vocula*. *Afr*anius in epiſtol*a*. *loquebatur ſuccro*tilla voce ſerio. *Plautus in de*ſcribendis mulier*um cruribus* gracilibus in Syr*o*. *Cum extortis* talis, cum ſodellis * cr*uſculis*. *bel*le, quae non pedibu*s irent*. *Su*cula eſt machinae *genus teretis* materiae, & foratae, *ac craſſae*, quam ut uber ſcrofae *porci circum*ſtant ſic, verſant*eſque ductario* fune volunt. * eodem no*mine* ſtellas ruinteque * *dicunt*, *quas aliter appellarunt à pluvi*a hyadas. Graec*i* ὑάδας. *noſtri*, *exiſtimantes à ſu*bus *dici*, *modo latine lo*quenti, dixerint * *eas* 49 *Suculas*. *Suc*cingulum ap*pellabant antiqui bal*teum. Plautus. *Ab Hippolyta ſuccingul*um Herculis * *aeque magno neu*tiquam abſtul*it periculo*. *Succerd*ae ſtercus ſu*illum dicebatur* . . . . . . . us. fimus *ſuccerdae*. *Titinius*. Quid habes, niſi *unam arcam ſine cla*vi, eo condis *ſuccerdas*. *alio nomine* ſuccerda *dicitur opicerda* . . . . . homo opicer*da* . . . . . . . *hom*inem, quem Sol *in opicerdis aſpicit*. 50 Suburanam *tribum antea* ſucciſanam * *per c. appellab*ant ex nomine *regionis*; *nam partem* imam illam quoq *tradunt fuiſſe ſuc*cuſanam dictam.

*Verrius autem ait ſe mi*ratum eſſe, *cur non à nomine* pagi Succuſan*i*, *in quo milites* exercerentur.

51 *Succidanea hoſtia*. appellatur, quae *ſecundo loco caedeba*tur, quod quaſi *ſuccideretur*, *dicta*. quidam à ſuc*cedendo*, *non à ſucci*dendo dictam *putant*. *Sugillatum* dici exiſtimant *ex Graeco vocabulo*, quod ea pars quae *eſt ſub collo*, κύλον ab iis dicitur. *Sycophantas qui*dam ex hac cauſa *dictos putant*. Atticos quondam * *juvenes ſolito*s aiunt in hortos *quorundam* irrumpere, ficoſq. *deligere*, *qu*am ob cauſam lege factum * qui id feciſſet, capite * eſſet ei. quam poenam qui perſequerentur ob parvola detrimenta, ſycophantas appellatos.

* f. aurigine
* f. fere
* f. todellis
* f. volvunt
* f. quinque
* f. loquendi, dixerunt.
* f. Hercules.
* f. Succuſanam
* f. quoſdam
* f. cautum.
* f. capital

---

46. *Solatum.*] In exemplari eſt, *arquato*. ut videatur ictericos dixiſſe arquatos à colore auri, qui à ruſticis dicuntur ſolati à colore Solis. nam illud . . . . *rigine*, aurigine plane eſt.

47. *Soſpes.*] In editione Auguſtiniana hoc fragmentum adeo luxatum eſt, ut ſuus ex eo ſenſus elici non poſſit. Ennii exemplum quod eſt primo loco poſitum, reſpicere videtur ad titulum, quo Cæſar uſus eſt, qui in argenteis denariis PARENS PATRIAE dicitur. quod autem ſecundo loco hemiſtichium ponitur, id Paulus pæne ſuppeditavit, cum inquit. Videtur tamen Ennius &c. Accii verſus videtur ex illo Homeri tranſlatus. εὖδ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.

48. *Succrotilla.*] Vide in *Todi*, & in *Crocotilum*. Varro lib. 6. de Ling. Lat. *cum crocotilis* legit, ut hic quoq. pro *todillis* videatur fortaſſe ſcribendum *crocotilis cruſculis.*

49. *Suculas.*] Hic quoque locus in editione Auguſtiniana male nimis eſt acceptus. nos ad fidem exemplaris edidimus, & ex corrupta voce *ruintque*, fecimus *quinque*. & pro *loquenti*, emendavimus *loquendi*. quæ ſcribendi conſuetudo invenitur cum in veteribus monumentis, tum in hoc ipſo fragmento perſæpe; in quo ſet, pro *ſed: adque* pro *atque*, *quodannis*, pro *quotannis*, & alia hujuſmodi reperiuntur infinita.

50. *Suburanam.*] Vide in *Suburam*.

51. *Succidanea.*] Agellius lib. 4. cap. 7. Succidaneae hoſtiæ, quaſi ſuccedaneæ appellatæ, quoniam ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliae poſt eaſdem ductæ hoſtiæ caedebantur, quæ prioribus jam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccidebantur. ob id ſuccidaneæ nominatæ, littera i ſcilicet tractim pronuntiata. Feſtus priore loco Agellii opinionem ponit. poſteriore aliorum refert ſententiam.

52. Su-

Digitized by Google

tos. " Sulci appellantur, qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendae cauſa, vel urbis condendae. vel foſſura r. ctis lateribus, ubi arbores ſerantur. fulmen quoq., qua ejus veſtigium, ſimiliter appellatur, quod vocabulum quidam ex Graeco fictum, quia illi dicant ὁλκόν.

" Suaſum, colos appellatur, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo.

Plautus. Quia tibi ſuaſo infeciſti pro pudioſa pallulam. quidam autem legunt in ſuaſo. nec deſunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur * in alium ex albo tranſire. * f. perſuadeatur

Saltum Gallus Aelius lib. II. ſignificationum, quae ad jus pertinent, ita definit. Saltus eſt, ubi ſilvae & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſae quoq. ſi qua particula in eo ſaltu paſtorum, aut coſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui, non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & ejus cauſa habet aedificium, ſi qua particula in eo habet ſilvam. Supereſcit, ſignificat ſupererit. Ennius. Dum quidem unus homo Romanus * toga ſupereſcit. & Acer * in Chryſippo. * f. Romae

Quin hinc * ſupereſcit, Spartam atq. Amyclas trado. ſed per ſe ſuper ſignificat quidem ſupra, ut cum dicimus, ſuper illum cedit. * verum ponitur etiam pro de, Graeca conſuetudine, ut illi dicunt, ὑπέρ. Plautus in Milite glorioſo. Mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. In Phaſmate. Ehe . . . . . tandem percipio, ſuper rebus noſtris loqui te. Pacuvius in Medo. qua ſuper re interfectum eſſe Hippotem dixiſti? Cato contra Annium. Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu utiq. rem. Afranius in Virgine. Alis * de rebus in qua cœpiſti ſuper ∧ Supercilium dicitur, quod ſupra cilium ſit, id eſt integimentum oculi ſuperius. Sub jugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis, teliſq., cum haſtis defixis duabus in terra, tertiaq. ad ſummum earum deligata; ſpeciei am * jubentur ſubeuntes tranſire. Subices Ennius in Achille pro ſubjectis poſuit, cum dixit. Nubes per ego deum ſubices humidas, inde * oritur imber ſonitu ſaevo ſpiritu. " Superſtites ∧, teſtes praeſentes ſignificat. cujus rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus praeſentibus, ii, inter quos controverſia eſt, vindicias ſumere jubentur. * f. Aceius * f. ſi * f. ſedit * f. Aliis * f. ∧ are * f. ipſi eam * f. unde * f. ∧ praeſentes

Plautus in Artemone. Nunc mihi licet quid vis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. volgari quidem conſuetudinem * ponitur pro iis, qui ſatis ſuperq. ſint. ſuperſtites etiam liberi parentibus dicuntur . . . quamobrem progredi cuperem ulterius vivendo, quamquam omnes ſuperſtites mihi velim. Supervaganea avis vocatur ab Auguribus, quae ex ſummo cacumine vocem emiſit, quia quaſi in altiſſimis, ſuperq. omnia vagatur, appellata. Supercilia in Junonis tutela putabant, in qua dicuntur mulieres etiam, quod ns protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuat Juno. Unde ipſa dea lucina quoq. dicta videtur. " Suppernati dicuntur, quibus femina ſunt ſuccisa in modum ſuillarum pernarum. Ennius in Annalib. is * pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Poeni. & Catullus ad Coloniam; in foſſa Ligari jacet ſuppernata ſecuri. " Suppremum modo ſignificat ſummum, ut cum dicit . . . . . pater * f. conſuetudine * f. His

52. *Sulci*.] Vide num melius ſit *dictum*, pro eo quod eſt in exemplari, *fictum*.

53. *Suaſum*.] Scribendum fortaſſe *perſuadeatur*, pro *perſuadetur*. nam in epitoma manuſcripta eſt, *perſuadentur*, ut ibi quoque *perſuadeatur* fuiſſe ſcriptum appareat.

54. *Superſtites* ] Servius in lib. 3. Æn. Suis utriſque ſuperſtitibus i. præſentibus. vide ſupra in Pube præſente.

55. *Suppernata* ] Politianus in Miſcellaneis cap. 73. Feſti ſcripturam agnoſcit, & *ſuppernata* excripſit. ut mirer Antonium Auguſtinum ſcripſiſſe, Politianum à Marullo irriſum, quod *expernata*, pro *ſuppernata* apud Catullum repoſuerit.

56. *Supremum*.] *Belli potens* ab incerto poëta dictus Mars, ut Cypri potens Venus ab Horatio.

57. Sub-

Digitized by Google

pater ſuppreme belli, & armorum Mavors potens. Plautus. Me certe ſuppremum habuiſti ſemper in rebus tuis. alias extremum ſignificat, ut in legib. XII. Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto . . . . . ſuppremo crimine necte tuo. Unde dicimus ab illo ſepeliri die ſuppremo . . . . . . & quaſi ſuppremo lugentes tempora voltu. Cato de . . . . dolentis numquam cuiquam. reo apud Pratorem denegaſſe ſuppremam advocationem. alias pro maximo, cum duas oves, & triginta boves ſuppremam multam dicerent.

[57] Subſidium dicebatur quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentiq. aciei ſuccurrebant. quod genus militum conſtabat ex iis, qui emeruerant ſtipendia; locum tamen retinebant in exercitu. quae erat tertia acies Triariorum, ut Plautus in Frivolaria. agite nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent triario *. ſimili modo dicti praeſidiarii, ante eos collocati qui erant, aut in alio loco praepoſiti. Subſolaneae quae ſunt ſolo res appellantur; nec ad unius nomen rei ſolum conferunt ſubſolanei enim dicuntur qui infimum ſolum colunt: ut qui in terram, ſuperſolanei. dicitur inde ſolidum, imum ſolum; rurſus quo planta pedis innititur.

[58] Subſilles ſunt, quas aliter ipſilles * vocant lamellae neceſſariae ſacris, quae ad rem divinam conferre dicuntur maxime, ſpecie virum & mulierum. Subſtillum antiqui appellabant tempus ante pluviam, .jam paene uvidum, (dum) & poſt pluviam, non perſiccum, quod jam ſtillaret, aut nondum deſiſet *. Subſcudes. appellantur cuneratae * tabellae. quib. tabulae inter ſe configuntur, quia quo eae immittuntur, ſuccuditur. Pacuvius in Niptris. Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei. Plautus in Aſtraba. Terebratus multum ſit, & ſubſcudes addite. Sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati ſolent venire, ut ait Cato in eo, qui eſt de re militari. ut populus ſuus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veniat *. id autem ſignum eſt nihil praeſtari à populo *. quod etiam Plautus ſignificat in Hortulo. Praeco ibi adſit cum corona, cuiq. liceat veniat *. Sublimen eſt in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeſte. Aſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Jovem. Vergilius in Georgicis lib. I. Hic vertex nobis ſemper ſub *. Sublimavit dixit A id eſt in altum extulit Originum lib. II. In maximum decus atq. in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. id autem dicitur à limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt. Succenturiare eſt explendae centuriae grati[a] ſupplere, ſubicere. Plautus in Saturione. Subcenturia centum, require, qui te delectet d[o]mi. & Caecilius in Triumpho. nunc meae militiae * aſtutia opus eſt ſubcenturia *. Subrumari dicuntur haedi, cùm ad mammam admoventur, quia ea his vocabantur *, vel quia rumina trahunt lacte ſugentes. Subulo Tuſce tibicen dicitur. itaq. Ennius. Subulo quondam marinas propter adſtrabat * plagas. Suburam Verrius alio libro à pago Succuſano dictam ait: Hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt, ita appellatam & regionem urbis, & tributum à ſtativo praeſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Exquiliis, infeſtantibus eam partem urbis Gavinis. indicioq. eſſe, quod adhuc ea tribus per. c. litteram non b. ſcribatur. [59] Subverbuſtam, veribus * uſtam ſignificat Plautus cum ait. ulceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſordidam. Suboles ab oleſcendo, id eſt creſcendo, ut adoleſcentes quoq. & adultae, * & indoles dicitur. Lucretius. lib. V. Sive virum ſuboles, ſive eſt muliebris origo. Vergilius. Cara deum ſuboles, magnum Jovis incrementum. Subuculam Aelius Stilo, & Cloatius iiſdem fere verbis de-

*f. triarii.
*f. ipſulices
*f. deſiſſet.
*f. cuneatæ
*f. veneat
*f. ab ullo.
*f. veneat
*f. ſublimis
*f. A Cato
*f. malitiae
*f. ſubcenturiata.
*f. rumis vocabatur,
*f. adſtabit
*f. verberibus
*f. adulti,

57. Subſidium.] Vide in Præſidium ex eo enim loco partem hujus fragmenti reſtituimus, quæ agit de præſidiariis.

58. Subſilles.] vide in Ipſulices.

59. Subverbuſtam.] In margine ſcripſimus verberibus pro veribus nam Horatius dixit. Uri virgis.

60. Sup

demonſtrant vocari, quod diis detur ex ablica * & oleo, & melle. nam de tunicae genere notum eſt omnibus. Sub vos placo, in precibus fere cum dicitur, ſignificat id, quod ſupplicio *, ut in legibus. tranſq. dato, edendoque * plorato. Suffiſcus dicebatur ſolliculus teſticulorum arietinorum, qui celebris *uſus erat pro marſupio*, forſitan *dictus ſuffiſcus* à fiſci ſimilitu*dine*. *Subacti*: molliti. alia*s compulſi, & coacti*. ut cum dicim*us pecus ſub arbore* ſubactum. *alias victi*. *Suppli*cium à ſuppl*iciis differt*, *ut uſus* arguit, quod *in uſu ſit*, *ut dicimus* haec deorum, *illud hominum*: *cum ſu*matur ſupp*licium de aliquo*, *cu*m eſt de poe*na agatur ejus*, *qui jubetur* caedi. [60] Suppli*cia ſunt*, *quae caduceato*res portent *ea ſumebantur ex* verbena ſalic*i* * *arbore*, *nec enim ex* alia ſupplicia *fas erat*, *quam de* verbonis * ſumi. Sin*nius Capito ait*, *cum ci*vis necaretur, *inſtitutum fuiſſe*, *ut* Semoniae res *ſacra fieret verve*ce bidente, *ut eo ſacrificio poe*na ſalutis * c*ivibus*, *caput ipſum dam*nati, patrim*oniumq. cui delibatum eſſet* id fieret *ſacrum deo: indeq. fuiſſe* ſolitum, ut *quia tunc in Forum ſuppli*candi cauſa *prodiret Rex ſacro*rum, ut id vo*caretur ſupplicium. hoc vero* ſemper ela*tum* * *a multis. quo exem*plo docet ſuppli*cia dici ſupplicamenta.* nunc fere ſupp*licia*, *pro poenis dicun*tur. [61] Suſes dic*tus Poenorum ma*giſtratus, ut Oſc*orum Mediaſtuticus*.

[Margin: * f. halica; * f. ſupplicio; * f. endoque; * f. felici; * f. verbenis; * f. ſolutis; * f. ſæpe relatum]

Calidius in oration*e in Q. Caeci*lium. Non ne vobis J*udices ignem* & fumus proſequi *& flamma* videtur. Sinatus * cen*ſuit referent*ib. ſufetis. [62] Sub vitem h*aſtas jacere dicitur veles*, *cum eas ſub* manu *ſurſum mittit*. Lucilius. Ut *veles bonus ſub vite*m qui ſubſit * haſ*tas*. *Sub vitem proeliati* dicuntur *milites*, *cum ſub vinea* militari pug*nant*, *Lucilius*. *Ae*q. prodire *in altum*, *proeliari pro*cul ſub vite.

[Margin: * f. Senatus; * f. ſubmiſit]

*Sub vineam jacere dicun*tur milites, *cum adſtantibus centurio*nibus, *jacere coguntur ſudes*. Supparus. *dicebatur puellare* veſtimen*tum lineum*, *quod & ſ*ubucula ap*pellabatur*. *Pomponius* in Fullonia . . . . . . . . . . *Velum* omne quod *ex lino eſt*, *dicitur ſupparum*: punic*eum veſtimentum ita vo*cat Nevi * de *bello Puni*co. Et in Nautis, *vocat Neptuno* veſtem conſec*ratam*, *ſupparum. at* nunc ſupparos *appellamus vela li*na jam * crucem *expanſa*. *Mulier vi*detur puella *ſupparo induta*, *ut Afra*nius ait. Puella *non ſum*, *ſupparo ſi in*duta ſum. [63] Supa *, *ſignificat*, *jacit. unde diſſi*pat, disjicit. & *obſipat*, *obicit*. *& inſipat*, inſipit . . . . . . . inicit far in olam *. *Sutelae*, *doloſae* aſtutiae, à ſimili*tudine ſuentium dic*tae ſunt. Suſ*pectus*, *eſt diverſae* ſignificationis: *à ſuſpicor enim*, & ſuſpicio parti*m venit. ita*q. non mirum, ſi *non una ſignificati*o dari poteſt. Su*trium quaſi eant*, *uti*q. in proverbium *abiit ex hac cauſa*. Gallico tu*multu quon*dam edictum eſt legiones Sutrii ut praeſto eſſent cum cibo ſuo. quod uſurpari coeptum eſt in iis, qui ſuis rebus, opibuſq. officii id praeſtarent, quib. deberent. Plautus. Sed facito dum merula per * verſus, quod * cantat colas cum ſuo cuiq. * facito veniant, quaſi eant Sutrium. Suopte, *a* ipſius, ut meopte, meo ipſius, tuopte, tuo ipſius. Suillum genus invi-

[Margin: * f. Nævius; * f. linea in; * f. Sipat; * f. ollam; * f. memineris; * f. quos; * f. colax, cum cibo tum quoque eos; * f. a ſuo]

60. *Supplicia.*] Salluſt. in Jugurth. Legatos cum ſuppliciis mittit. Soph. in Oedip. Tyr. *ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι*. Iſidorus lib. 5. cap. 27. Supplicium proprie dicitur, non quo quis punitur, ſed qui ita damnatur, ut bona ejus conſecrentur, & in publico redigantur. nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta, & ſupplicium dicitur, de cujus damnatione delibatur aliquid Deo. Et lib. 6. cap. 18. ex Serv. in lib. 1. Æn. Unde ſupplicia dicuntur ſupplicationes, quæ fiebant de bonis paſſorum ſupplicia. ſacræ enim res de rebus execrandorum fiebant. Sinnii Capitonis teſtimonium in fragmento apparet. reliqua ipſæ nobis antiquitatis reliquiæ ſuggeſſerunt, à quibus de Rege ſacrorum in Forum ſupplicandi cauſa prodeunte accepimus.

61. *Suſes.*] Vide ſupra in *Maritavere*.

62. *Sub vitem.*] Lucius in exemplari habet, *ſubſit*, ut nos edidimus, non autem *ſubit*: pro quo Paulus *ſubmiſit*, in epitoma.

63. *Supat.*] *Olam* pro *ollam* dicebant antiqui, ut *ole*, pro *olle*. nam ſemivocales, conſonantes, & mutas non geminabant. Vide in *Solitaurilia*.

Oooo 64. Situs

Digitized by Google

inviſum Veneri prodiderunt poetae ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea:
quidam autem, quod immundiſſimi ſint ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimae
libidinis. ita, ut opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſubire dicun-
tur. Sus Minervam in proverbio eſt, ubi quis id docet alterum, cujus ipſe inſcius eſt.
quam rem in medio, quod aiunt poſitam Varro & Euhemerus ineptis mythis in-
volvere maluerunt, quam ſimpliciter referre. Strues genera liborum ſunt, digitorum
conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta panicula in tranſverſum continentur. Strui-
ces antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus. Cerialis caenas dat. ita men-
ſas extruit, tantas ſtruices concinnat patinarias. Et Livius. quo Caſtalia, per ſtruices
ſaxeas lapſu accidit. " Struere, antiqui dicebant pro adicere, augere, unde induſtrios
quoque M. Cato jure, lege, libertate, Rep. communiter uti oportet: gloria atq. hono-
* f. at re, quomodo ſibi quiſq. ſtruxit. aut * in XII. quod eſt. ſi calvitur, pedemve ſtruit:
manum endo jacito. Alii putant ſignificare retrorſus ire: alii in aliam partem: alii fure:
* f. fugere * alii gradum augere; alii minuere: ac vix pedem pedi praefert, otioſe it, remoratur.
Scoppus eſt, ut Adeius * Philologus exiſtimat, quod Graece συρόφιον * vocatur. & quod
* f. Ateius * f. στρόφιον ſacerdotes pro inſigni habent in capite. quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro coro-
* f. diem na inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. itaq. apud Faliſcos idem * feſtum
eſſe, qui vocetur Struppearia, quia coronati ambulent. & à Tuſculanis, quod in pulvi-
nari imponatur Caſtoris, ſtruppum vocari. Strutheum in mimis praecipue vocant ob-
ſcenam partem virilem. s. à ſalacitate videlicet paſſeris, qui Graece ſtruthos dicitur.
Strenam vocamus, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia à numero, quo ſignifi-
* f. tertiumq. catur alterum, initiumq. * venturum ſimilis commodi veluti trenam, praepoſita ſ. litte-
ra, ut in loco, & lite ſolebant antiqui. Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxen-
dices hoſtiarum, quas *Graeci μηρία dicunt, quae* in altaria im*poni ſolebant, ut Plau*tus ait
in Fri*volaria Strebula* agnina tene . . . . . . . . . . . bulis. Stlat*a genus
erat navigii*, latum magi*s*, *quam altum*, *ſic* appellatum *à latitudine*, *ſed ea* conſuetudine,
*qua ſtlocum pro locum*, *& ſtli*tem antiqui *pro litem dicebant*. *Stlembus*, gravis, tard*us*,
*ſicut Lucilius* . . . . Apulidæ pe*dibus ſtlembum dixit*, cum reſer*t equum pigrum &
* f. Stelionem *tardum*. Stelionem * *genus aiunt lacertae*, *quod* Verrius dic*tum ait*, *quia virus* ſtillet ci-
bo, po*tius*, *quam quod al*ibi * à ſtellarum *ſimilitudine*, *quia* varium eſt. " *Stipem dice-
* f. alii *bant pe*cuniam ſigna*tam*, *quod ſtiparetur*: ideo ſtipulari *dicitur is*, *qui in*terrogatus, *ſpon-
det ſtipem*, *id eſt* aes. " Stir*pem in maſculino gene*re antiqui *uſurparunt pro eo quod eſt*,
*ſemina*, met*aphorice dicentes*, *poetae* quæ nunc in *femineo proferunt gene*re. Livius. t*radunt
familias quo*rundam Rom*anorum*, *Troiano ſtirpe ante* conditam Rom*am procreatas*. *Idem
Livius*. Oſtrymon *quendam memorant* Graio ſtirpe ex*titiſſe*. *Ennius Annal*. nomine Pyr-
rh*us uti memorant* à ſtirpe ſupremo . . . . . . . . . . . eſt, revoca fratrem
* f. ſtirps eſt *eodem ſtirpe prognatum*, plaudite. quam Gall*us Aelius ſic de*finit. Stirpeſt * gent*is propa-
* f. quis *gatio*, *ut* qui * à quoq. eſt progna*tus*. *ſtirpes autem per tranſlationem* dicuntur *ab ſtirpibus
iis: quae ſu*b imis arbori*bus naſcuntur*. *Sti*patores appel*labantur corporis cu*ſtodes, quos
*antiqui latrones dice*bant, i. mer*cenarios*; *qui cum* ferro, vel*ut circundaban*t Regum cor-
*pora*.

---

64. *Struere*.] *Adicere* pro *adjicere*, antiqua ſcribendi conſuetudine in exemplari exaratum eſt.

65. *Stipem*.] Antiqua inſcriptio in ſchedis apud me ſic habet. *IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONMIFEX. MAXIMVS. EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS. ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT. VOLKANO*. *Stipem* ſcilicet, quam Gloſſarium interpretatur, ἐλεημοσύνη.

66. *Stirpem*.] Vide in *Nautiorum*. Chariſius lib. I. addit exemplum Pacuvii. Qui ſtirpem occidit meum.



Digitized by Google

pira. [67] *Stipes fuſtis terrae* defixus: *Afranius in* . . . . . Porrò honeſte *quam fecerit, qui ſtipite* hoſtium * *impulit, voſtram imploro* fidem, qui *adeſtis* . . . . . eam ſilvam, & . . . . . *us in* . . hoſtili in me lactu * *percuſſit latus*, ut revolſo *ſtipite miles*, qui jactu valido *percuſſit* parmam. niſi ſi *ſtipitem ponere* voluit pro *telo*, *vel haſta*. *Accius* in Bacchis: Ec*quem ſtipitem abie*gum *, aut al*neum* . . . . . . us. Ennius . . . . . . . . *ſtipi*tes abiegno* . . . . . . . . . . e ſtipitem . . . . . . . . . *interemit* eum, qua . . . . *ſtipitem* arripit. Strittavum *antiqui dicebant* pro tri*tavo*, *qui eſt pater atavi*, & ataviae; *ut ſtlitem*, *pro lite*. Strigores in Ne*lei carmine pro Stri*goſis poſitum *invenitur*, *id eſt*, *denſa*rum virium ha*min.bus* *. *alias*, *ſtrigores*, exerciti. Stri*gae appellabantur* ordines rerum *inter ſe continuatæ* * coloca*tarum*, à *ſtrigen*do dictae. Stri*gas* (*ut ait Verri*us) Græci ſyrnia ap*pellant*, quod maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant. Itaq. ſolent his verbis eas veluti avertere Graeci.

ΣΤΡΡΙΝΤΑ ΡΟΜΡΕΙΕΝ ΝΤΚΤΙΚΟΜΑΝ ΣΤΡΙΝΤΑΤΟΛΛΟΝ ΟΡΝΙΝ ΑΝΩΝΤΜΙΟΝ ΩΚΤΡΟΡΟΤΣ ΕΡΙ ΝΗΑΣ. Statuliber eſt, qui teſtamento certa conditione propoſita jubetur eſſe liber. & ſi per heredem eſt *, quo minus ſtatuliber praeſtare poſſit, quod praeſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Status dies vocatur qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino * ejus enim generis ab antiquis hoſtes * appellabantur, quod erant pari jure cum populo R. atq. hoſtire ponebatur pro aequare. Plautus in Curculione. Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen eſt eundum, quo imperant ingratis. Stagnum quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo ſtet. alii, quod is locus à Graecis *στενὸς* * dicitur, quia bene contineat aquam. [68] Satura, & cibi genus ex variis rebus conditum eſt, & lextis alis * legibus conferta. itaque in ſanctione legum adſcribitur. neve per Saturam abrogato, aut derogato. T. Annius Luſcus in ea, (quam) quam dixit adverſus. Ti. Gracchum. Imperium quod plebes per Saturam dederat, id abrogatum eſt. & C. Laelius in ea, quam pro ſe dixit. Dein poſtero die, quaſi per Saturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Statae Matris ſimulacrum in Foro colebatur, poſtquam id collaſtravit *, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in ſuos quiq. vicos rettulerunt ejus deæ cultum. Stalagmium genus inaurium videtur ſignificare Caecilius in Carine, cum ait. Tum ex aure ejus ſtalagmium domi habeo. Stolidus, ſtultus. Ennius l. 1. Nam vi depugnare ſues ſtolidi ſolidi * ſunt. & in Alexandro. Hominem appellat, quia laſcivi ſtolide non intellegit. & Cæcilius in Hypobolimaeo. Abi hinc tu ſtolide, illi * ut tibi ſit pater? & in Andronico * ſed ego ſtolidus, gratulatum me oporteat * prius.

Stuprum pro turpitudine antiquos dixiſſe apparet in Nelei carmine. foede, ſtupreque caſtigor cotidie. & in Appi ſententiis. qui animi . . . compotem eſſe, nequid fraudis, ſtupriq. ferocia pariat. Naevius. Se ſeq. ii perire mavolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis. item. Sin illos deſerant fortiſſimos viros, magnum ſtuprum populo fieri pergentis *. Stuppam linum impolitum appellant Graeci Dorii. Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vo*cant*. [69] *Suber arbor*, ac ſuberies, *qua*

* f. oſtium
* f. j ſtu
* f. abiegnum
* f. abiegnos
* f. hominibus.
* f. continuate
* f. ſtet.
* f. peregrini.
* f. hoſte
* f. στεγνὸς
* f. multis aliis
* f. colluſtravit
* f. ſolidi
* f. illic
* f. Androgyno.
* f. oportuit
* f. pergentis.

67. *Stipes.*] *Oſtium* ſine nota aſpirationis ſcribendum, licet in exemplari ſit *hoſtium*, ut *hoſtreis* ſupra in *Scrupi*, pro *oſtreis*.

68. *Satura.*] In fragmento legis Serviliæ ſic eſt. *EXTRA. QVAM. SEI QVID. IN. SATVRAM FERETVR.*

69. *Suber.*] Vide in *Suberies*.



Digitized by Google

* f. thermis — qua natabant in thermi *. [70] Sterilem mulierem appellabant, quam Graeci στεῖραν dicunt; quae non cipit * ſemen genitale. Seplaſia, aut Seplaſium, ubi unguentum memorabatur
*f. concipit — pretioſum. Pomponius in Adelphis. Di te perdant inferi Antipho, quia unde hoc unguentum ſit, quaeris; atqui lepidum unde unguentum, niſi ex Seplaſia eſt; Stultorum feriae
* f. Quirini. — appellabantur Quirinalia, qui erat dies feſtus Qui primi *, quod eo die Quirino ſacrificant ii, qui ſolemni die aut non potuerunt rem divinam facere, aut ignoraverunt ſuorum fornacalium ſacrorum diem, commiſſumq. piaculum expiabant morae. atq. quod ſuis non fecerant, quib. permittebatur feriis, ſacrum faciebant. [71] Sanctum ait dici Opilius Aurelius, quod nec ſacrum eſt, nec religioſum. At Aelius Stilo, quod utrumq. eſſe videatur, & ſacrum ſcilicet, & religioſum. pleriq. autem, quod ei, qui id violavit, poena ſit, multa-
* f. ſed ponitur — ve ſancita; ſe ponetur * pro ſacro tantum. Unde & ſanctio dicta legum: ſancta item & rogatio: qui * contionem rogavit; Tr. pl. Sanqualis avis appellatur, quae in commentariis
*f. quique — auguralibus oſſifraga dicitur, quia in Sangi dei tutela eſt. [72] Saccomorum genus eſt arboris,
* f. moro, — quam dictam Pomponius ait ex fico, & mor *, quod ficus ea ſit & morus: unde nomen
*f. Solem — per moron & ſycon deductum eſt. Lolem * dici ait, quod ſolus ſit. Eundem modo Solem, modo Apollinem vocari. tu es Apollo, ut eſt in carmine Saeculari. [73] Sacrem porcum dici ait Verrius, ubi nam à partu habetur purus, à qua re appellatum eſſe ſacrem dicit. ita id adjicit, quod parum opus eſt; omiſit vocabuli etymon. Plautus. Adoleſcens quibus hic pre-
* f. piari. — tiis porci veniunt ſacres, ſinceri? nummum unum en à me accipe, jube te plari * de mea pecunia. & in Rudente. Sunt domi agni & porci ſacres. Cato adverſus Q. Minucium Thermum, poſt . . . . . . . . ſacrem in ſinu mactavit, ponitur aliquando pro hoſtia. Ennius. fuſo ſanguine ſacrem Sacrificium quod pro uvis primis fiat, appellabatur ab antiquis ſacrima: eſt autem, ut Aelius Stilo & Cloatius dicunt, muſtum inditum in amphoram Liberalibus ſacrificii cauſa, pro uvis & vino, quae quaſi ſacra ſunt, cum libero ſit, ut praemetium, cum Cereri. [74] Sacrificulus Rex appellatur, qui ea ſacra, quæ facere Reges ſueverant, facit. primus memoratur poſt reges exactos Sicinius Bellutus. Sacella dicuntur loca Diis ſacrata ſine tecto. Sacroſanctum dicitur, quod jure jurando interpoſito eſt inſtitutum. ſi quis id violaſſet, ut morte poenas penderet. cujus generis ſunt TR. PL. Aedileſq. ejuſdem ordinis. quod adfirmat M. Cato in ea, quam ſcripſit, Aedilis plebis ſacro ſanctos eſſe.

[75] Sacratae leges ſunt, quibus ſanctum eſt, qui quid adverſus eas fecerit, ſacer alicui
* f. ſit cum — deorum ſicut * familia, pecuniaque. ſunt qui eſſe dicant ſacratas, quas plebes jurata in monte Sacro ſciverit.

Seclusa ſacra dicebantur, quæ Graeci myſteria appellant. Scaena ab aliis; à quibuſdam ſacena appellatur, dolabra pontificalis. Sariſſa eſt haſtae Macedonicæ genus. Sacer mons appel-

---

70. *Sterilem.*] Verbum *cipit*, quod eſt in exemplari poteſt ferri, ſi id majus, quam *concipit*.

71. *Sanctum.*] Videndus Macrobius in Saturnalibus, unde hæc ſuppleta ſunt.

72. *Saccomorus.*] Iſidorus lib. 17. cap. 7. Sycomorus, ficus & morus ſunt Græca nomina. in vulgatis tamen *ſicut*, pro *ficus* corrupte ſcriptum eſt.

73. *Sacrem.*] Cato adverſus Q. Minucium Thermum citatur in hoc fragmento, ut ex ejus reliquiis apparet. Plautus manuſcriptus in Menech. habet *ſynuri*, ut fortaſſe ad Ariſtophanis verſum reſpexerit in Acharn. Ἀλλὰ νῦν θύσιμος ἐστιν αὐτή. Με. συμφώ. πῶς οὐχὶ θύσιμός ἐστιν. Δι. χοῖρον σὺκ ἔχει. In exemplari plane eſt . . . . *ine.* ex quo fecimus *ſanguine.*

74. *Sacrificulus.*] Opinor extremis illis litteris, quæ ſunt in exemplari . . . *utus*, indicari nomen Sicini, qui dictus eſt Bellutus. fieri enim poteſt, ut Verrius non eos, quos Livius & Dionyſius, qui Manium Papirium primum ſacrificulum produnt. ſed alios hiſtoricos fuerit ſecutus.

75. *Sacrata.*] Pro *ſicut* ſcribendum, *ſit cum*. Vide in *Publica pondera*.

76. Sag.

appellatur trans Anienem, paulo ultra tertium miliarium; quod eum plebes, cum ſeceſſiſſet à patribus, creatis TR. plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes Jovi conſecraverunt.

At homo ſacer is eſt, quem populus judicavit ob maleficium, neq. fas eſt eum immolari; ſed, qui occidit, parricidii non damnatur. nam lege tribunicia prima cavetur, ſi quis eum, qui eo plebei ſcito ſacer ſit, occiderit; parricida ne ſit. ex quo quivis homo malus, atq. improbus ſacer appellari ſolet. Gallus Aelius ait ſacrum eſſe quocunque modo atq. inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive aedis, ſive ara, ſive ſignum, ſive locum *, ſive pecunia, ſive quid aliud quod dis dedicatum, atq. conſecratum ſit: quod autem privati, ſuae religionis cauſa, aliquid earum rerum Deo dedicent, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum. at ſi qua ſacra privata ſuccepta * ſunt, quae ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint; ea ſacra appellari, tamquam ſacrificium. ille locus, ubi ea ſacra privata facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe. Sacrani appellati ſunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculoſq. exegerunt, nam vere ſacro nati erant.

*f. locus

*f. ſuſcepta

[76] Sagmina vocantur verbenae, id eſt herbae purae, quia ex loco ſancto arcebantur à Conſule, Prætoreve, legatis proficiſcentibus ad foedus faciendum, bellumq. indicendum vel à ſanciendo, id eſt confirmando. Naevius. A Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine. Sagaces appellantur multi ac ſollertis acuminis. Afranius in Brundiſina. Quis tam ſagaci corde, atq. ingenio unico. Lucretius l. II. Nec minus haec animum cognoſcere *poſſe ſagacem. Sagacem* etiam canem *dixit* . . . . . . invictus ca*nis*, *ſagax*, *validis vi*ribus fretus. *Saga quoque dicitur* mulier peri*ta ſacrorum*, *& vir* ſapiens pro*ducta prima ſyllaba*, forſitan prop*ter ambiguitatem* evitandam. [77] *Sanates quaſi ſana*ti appella*ti*, *id eſt*, *ſanatae mentis.* Sulpicius *autem Rufus*, *Sanates*, & Opillus * *Aurelius exiſtimant* dici inferior*is loci gentes*, ut Tiburtes, *& alios*, *qui cum* populo Tibur*te habitarunt in agro* Tiburti, id e*ſt peregrinos*, *inf*erioriſq. loci *gentes. itaq. ſcriptum eſt* in XII. Nexo, *ſolutoque*, forti, ſanati*q. idem jus eſto:* id eſt bonor*um*, *quod & peregrino*, qui & inferi*orum coloniarum*, quae ſunt *deductae in Priſ*cos Latinos, *quas Priſcus rex in*egerit ſecundum *mare*, *ſupra & in*fra Romam, in c*ivitates Latinorum*, eoſq. ſanat*is*, *propterea quod* praeter opinio*nem eos paravis*ſet, ſanaviſſe*tq.*, *& cum eis pa*ciſci potuiſſet, no*minavit*; *ut ait* Cincius l. II. de *officio juriſcon*ſulti. ne Valerius *quidem Meſſala* in XII. explanatio*ne id omiſit. qui ta*men in eo libro que*m de dictis in*volute inſcribi, * for*tis & ſanatis* duas gentes finitimas *eſſe ait*, *de quibus l*egem hanc ſcrip*tam eſſe*, *qua cautu*m, ut id jus mani*feſto*, *quod populu*s R. haberent. *neq. alios*, *quam for*ctos, & ſana*tes eam legem ſi*gnificare exi*ſtimat*, *hoc intellec*tu. multi ſunt, *quib. quod alias pl*acuit, diſpli*ceat poſtea: ide*oq. *a*it. ſant forcti, * *ſignificare ſ*anati inſani.

*f. A Scapos, atq. verbenas ſagmina ſumpſerunt.

*f. Opilius

*f. inſcribit.

*f. ſanati facti,

[78] *Sarpta vinea putata: i*d eſt pura *facta. virgula enim reli*ctæ inpe*dimento vitibus ſo*lent eſſe, quæ *ideo abſcinduntur.* inde etiam *ſarmenta ſcrip*tores dici pu*tant. ſarpere enim* antiqui pro pur*gare dicebant. Sar*te in Augu*ralibus pro inte*gro ponitur; *ſane*, *ſarteque* audire, videreq.. *ob quam cauſ*am opera pu*blica*, *quae locantur*, *ut* integra praeſ*tentur*, *ſarta tecta vo*cantur. et*enim ſarcire eſt integrum* facere.

*Sarra*

---

76. *Sagmina.*] Verſum Nævii, qui deeſt in exemplari, in margine addidimus ex Pauli epitoma. Cicero. ô fides alma, apta pinnis, & jusjurandum Jovis.

77. *Sanates.*] Videndus Feſtus in *Forctis*, & in *Sanates.* In *Marſpedis* autem ſimili modo dixit, *ne Meſſala quidem Augur in explanatione augurioru*m *reperire ſe potuiſſe ait*, quo hic, *ne Valerius quidem Meſſala in* 12. *explanatione id omiſit.* Extrema verba hujus fragmenti, quibus opinio Meſſalæ refertur de Forctibus & Sanatibus male in aliis editionibus accepta ſunt.

78. *Sarpta.*] Vide in *Sarpiuntur.*

*Sarra dicebatur*, quæ nunc Epiros *dicitur*. *Sardare*, intelligere *ſignificat*. *Naevius* belli Pu*nici libro* . . . *Quo*d bruti nec ſatis *ſardare queunt*. Sardi venales *alius alio nequior*: ex hoc natum *proverbium vi*detur, quod ludis *Capitolinis*, *qui* fiunt à vicinis * [*f. vicanis] *praetextatis au*ctio Velentium * [*f. Vejentium] *fieri ſolet* in qua noviſſimus *quiſq. dete*rrimus producitur *à praecone* ſenex cum toga paretexta, * [* f. prætexta,] bullaque aurea, quo cultu reges ſoliti ſunt eſſe E . . . corum, * [*f. Etruſcorum,] qui Sardi appellantur. quia Etruſca gens orta eſt Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum, occupavit eam partem Italiæ, quae nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait, Ti. Gracchum Conſulem collegam P. Valeri Faltonis Sardiniam, Corſicamq. ſubegiſſe, nec praedae quicquam aliud, quam mancipia captum, quorum viliſſima multitudo fuerit. Sarcito in XII. Ser. Sulpicius ait ſignificare damnum ſolvito, præſtato.

Sardanapalus rex Aſſyriorum fuit unicæ luxuriæ, inter mulieres, epulaſq. verſatus ſemper, atq. omni tempore. Sargus, piſcis genus, qui in Aegyptio mari ferè naſcitur. Lucilius. Quem praeclarus helops, quem Aegypto ſargus movebit Saturnia Italia, & mons, qui nunc eſt Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni eſſe exiſtimantur. Saturnii quoq. dicebantur, qui caſtrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Trojanum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus. nam Italici auctore Aenea velant capita, quod is, cum rem divinam faceret in littore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlyxe cognitus interrumperet ſacrificium, caput adoperuit, atq. ita conſpectum hoſtis evitavit. Saturno dies feſtus celebratur menſe Decembri, quod eo aedis eſt dedicata: & is culturae agrorum præſidere videtur, quo etiam * [* f. quoniam] falx eſt ei inſigne. verſus quoq. antiquiſſimi, quibus Faunus fata ceciniſſe hominibus videtur, Saturnii appellantur. quibus, & à Naevio bellum Punicum ſcriptum eſt & à multis aliis plura compoſita ſunt qui deus in ſaliaribus Saturnus * [* f. Satirnus] nominatur, videlicet à ſationibus. Sas Verrius putat ſignificare eas, teſte Ennio, qui dicat in l. I. Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. cum ſuas magis videatur ſignificare, ſicuti ejuſdem lib. IIII. fatendum eſt eam ſignificari, cum ait. Nec * [* f. Neq.] quiſquam philoſophiam * [* f. philoſophia (quam) doctrinam] quæ doctrina latina lingua non habet, ſapientia quæ perhibetur (in ſomnis vidit prius, quam ſam diſcere coepit. idem cum ait ſapſam pro ipſa, nec alia ponit in lib. XIII. Quo res ſapſa loco ſe ſe oſtentatque, jubetque. & Pacuvius in Teucro. Nam Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet *. [* f. Teucro regnum ſapſa res ſtabiliet.]

[79] Scaevam, volgus quidem & in bona, & in mala re vocat: cum aiunt bonam, & malam *ſcaevam*. *at ſcriptores* in mala ponere *conſueverunt*, *ut* apud Graecos *invenitur poſitum* pro ſiniſtro ſcae*vum uſurpavit Hoſ*tius in belli Hi*ſtrici libro* . . . . . . . ſentit ſcaev*um* . . . . . . . . . . abit penitus . . . . . . . [80] *Saperda* genus peſſimi pi*ſcis*. *ſapientem etiam* ſignificat, *cum ait Varro*. *Belli*, *feſtivi* ſaperdae, cu*m ſimus omnes*.

Sanderacam *ait eſſe genus coloris*, quod Graeci *ſandicem appellant*. Naevius, meru*la ſanderacino colore*. Sabini quod *volunt ſomniant*, *vetus* proverbium *eſſe*, *& inde manaſſe ait* Sinnius Capit*o*, *quod quotieſcunq. ſacri*ficium proter*viam fieret*, *hominem* Sabinum at * [* f. ad] *illud adhibere ſolebant*: nam his * [* f. is] pro*mittebat ſe pro eis ſomniaturum*. idem q. *poſtquam evigilaſſet*, *ſacra* facientibus *narrabat omne quidquid* in quiete vid*iſſet*, *quod quidem eſſet ex ſacri-*

---

79. *Scævam.*] Plautus in Pſeudolo. Bene prædatus ibo. bona ſcæva eſt mihi. vide Varronem 6.

80. *Saperda.*] Varro Modio apud Nonium in Saperdæ. Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtivi, ſaperdæ cum ſimus σαπροί.

81. Sa-

*acri*ſici religione. *Unde veniſſe videtur* in proverbium. *Sabinos ſolitos quod* vellent ſomniare. *ſed quia propter avidi*tatem bibendi q*uaedam anus mulieres* id ſomnium cap*tabant*, *vulgatum eſt* illud quoq. . anus *quod volt ſom*niat. ferè enim quo*d vigilantes a*nimo volvimus, *id dormientib. a*pparere ſolet. Samb*uca organi dicitur* genus, à quo Samby*ciſtriae quoq.* dicuntur. per ſimilitu*dinem etiam* eam machinam appella*runt*, *qua urbes expugnant*; nam ut in *organo chordae*, *ſic in m*achina funes *intenduntur*. S*amnitibus* nomen *factum ab haſtis*, propter genus *haſtae*, *quod σαυνία* appellent *Graeci*. *alii aiunt* ſabinis vere *ſacro voto*, *hoc genus* hominum *extra fines ejectum* Comio Caſtronio *duce occupaſſe* collem, cui nomen *Samnio*, *à quo Samnites*. *Sala*riam viam *incipere ait à porta*, quae nunc Col*lina à colle Quirina*li dicitur.

*Salaria autem propterea a*ppellabatur, *quod impetratum fu*erit, ut ea liceret *à mari in Sabinos ſ*alem portari.

*Salacia dicta eſt quod* ſalum ciet; an*tiquos autem ait eo* vocabulo poe*tas pro aqua ipſa uſos eſſe*. Pacuvius *in* . . . . . . *Hinc ſaviti*am Salaciae *fugimus*, *laetiq. munere* veſtimur *Cereris*: *poſt condor thalamo*, nemo ut me *tunc inde queat abducere mortali*um ſaeptem *circum moero*. *Salutar*is porta ap*pellata eſt ab aede S*alutis, quod ei *proxima fuit*. *alii ob ſ*alutationes. Vo*cantur Megaleſia qui n*unc ludi, ſcænicos *olim dicebant*, *quos* primum feciſſe C. . . . . . lium M. Popillium. M. *F. Curules A*ediles, memoriae *prodiderunt* hiſtorici. ſolebant *bis prodire mimi* in orcheſtra, dum *intus actus fab*ulae componerentur *cum verſib. ob*ſcenis. [81] Salva res *eſt*, *dum cantat* ſenex, quare paraſiti Apollinis in ſcæna dictitent, cauſam Verrius in l. v. quorum prima eſt P. littera, reddidit. quod C. * Sulpicio. C. * Fulvio Coſ. M. Calpurnio Piſone Pr. Urb. faciente ludos. ſubito ad arma exierint, nuntiatio adventus * hoſtium, victoreſq. in theatrum redierint ſolliciti, ne intermiſſi religionem adferrent, inſtaurati qui * eſſent, inventum eſſe ibi C. Pompinium * libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. itaq. gaudio non interruptæ religionis editam vocem nunc quoq. celebrari. at in hoc libro refert Sinnii Capitonis verba quibus eos ludos Apollinares Claudio, & Fulvio coſ. factos dicit ex libris Sibyllinis, & vaticinio M. * vatis inſtitutos, nec nominatur ullus Pomponius, ridiculeq. de ip. *. appellatione paraſitorum Apollinis hic cauſam reddit, cum in eo præteriſſet. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis paraſitus inducatur. quam inconſtantiam Verrii noſtri non ſine rubore retulit. Salios à ſallendo * ſaltando dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuiſſe, nomine Salium, quem Aeneas à Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace cum Aenea deos Penates qui Lavinium tranſtulerit, ſaliare genus ſaltandi inſtituiſſe. à quo appellatos Salios, quib. per omnis dies, ubicumq. manent, quia amplæ ponuntur cænæ, ſiquæ aliæ magnæ dum, * ſaliares appellantur. Salmacis nomine nympha Cæli, & Terræ filia fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet, vitio impudicitiæ molleſceret. ob eam rem, quod ejus aditus anguſtatus parietib., occaſionem largitur juvenib. petulantib. antecedentium * puerorum, puellarumq. violandarum, quia non patet refugium. Ennius. Salmacida ſpolia ſine ſanguine, & ſudore. [82] Salias virgines Cincius ait eſſe conducticias, quæ ad Salios adhibeantur cum apicib. paludatas, quas Aelius Stilo ſcripſit ſacrificium facere in Re-

* f. P. * f. C. N. * f. nuntiato adventu * f. inſtaurandiq. * f. Pomponium * f. Marcii * f. ipſo * f. ſaliendo * f. ſunt * f. accedentium

81. *Salva res.*] De paraſitis Apollinis videndus Athenæus lib. 6.
82. *Salias.*] Vide in *Regifugium*.

83. *Sa-*

Regia cum Pontifice paludatas cum apicib. in modum Saliorum. Spondere Verrius putat dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur. deinde oblitus inferiore capite ſponſum & ſponſam ex Graeco dictam ait, quod ii σπονδὰς interpoſitis reb. divinis faciant. Salicem idem virgulti genus, non arboris dicit, & ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate creſcat, ut ſalire videatur. Salinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni ait cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. [83] Salentinos à ſalo dictos, Cretas, & Illyrios, qui cum Locrenſib. navigantes ſocietatem fecerint, ejus regionis Italiae, quam *dicunt ab eis.* [84] *Saeculares ludi* Tarquini ſuperbi regis *in agro: ſunt primum facti, quem* Marti conſecravit *P. Valerius Poplicola* Coſ. quod populus R. in l*oco illo antea repertam* aram quoq. Diti, ac *Proſerpinae conſecraverat*, *in* extremo Mart*io Campo, quod Terentum ap*pellatur demiſſam *infra terram pedes fere* viginti, in qua *pro malis avertendis populus* R. facere ſacr*a ſolitus erat. Ludos poſtea ſaeculares* & nonagenſi*mo quoq. anno facere ibi coepit* Popillio Lænate *Duumviro ſacrorum: in quib.* hoſtiis furulis eſt *operatus tribus diebus, totidem*q. noctibus, ac de*inde inſtitutum eſſe*, *cen*tum poſt annos, ut *fierent. Unde videntur ſae*culares appella*ti, quod centum annorum ſpatium* ſaeculi habetur. [85] Scuti*lum tenue & macrum dicitur, ex* Graeco, ut cum dici*mus ſcutilum hominem, exi*lem aliquem demo*nſtramus in quo pellicula tantum. In* pompa aliud di*cimus ſcutilum, ut videatur ſcu*tilum de ſcrutil*o derivatum detrita. r. littera, ſitq. is*, qui virtute po*teſt ſcrutari. ſed ex Graeco nomen factum* ſcutilo. cum co*riarium ſignificamus.* [86] *Squalidum in*cultum & ſord*idum ait Verrius ſignificare, ſic di*ctum, quod proxime *ad ſimilitudinem ſquamae p*iſcium accedit, *utiq. eorum, qui in p*rofunditatibus *ab*diti paludum, ſqu*allent maximè. Unde Ennius* in Telepho. Quam v*eſtitus ſqualida ſaeptus* ſtola. Squarroſos *ab eadem ſquamarum piſcium* ſimilitudine ait dict*os, quorum cutis exſur*gat ob adſiduam in*luviem. Lucilius. Var*onum ac rupicum ſquarr*oſa, incondita* roſtra. [87] Schoeniculas ap*pellare videtur mere*triculas Plautus propter uſum un*guenti ſchoeni:* quod eſt peſſimi generis. itaq. *dixit, Diabolares ſchoenicula, mi*raculae, cum extritis *talis, cum todellis cruſculis.* Idem. Proſedas piſtorum *amicas, reliquias balicarias* miſeras ſchoeno dil*ibutas: ſervilicolas;* ſordid*a*s. [88] Scorta appel*lantur meretrices ex con*ſuetudine ruſticorum *qui, ut eſt apud Atellanos anti*quos, ſolebant di*cere, ſe attuliſſe pro ſcorto* delicularum. * omnia *namq. ex pellibus facta, ſcortea* appellantur.

* ſ. pelliculam.

*Scortes id eſt pelles teſtium ari*etinorum ab iiſdem *ſcorteis pellib. idem Verrius dictas eſſe ait.* Scandu*laca genus herbae frugibus* inimicæ, quod eas *velut hedera implicando ne*cat. Scapten*ſula, locus ubi argentum effoditur* in Macedonia, *ita dictus à fodiendo*, quod eſt Graecè

83. *Salentinis.*] In exemplari eſt, *quam d* . . . quod operarum vitio non ita plane expreſſum eſt. ex eo fragmento nos fecimus, *quam dicunt.*

84. *Saeculares.*] Acron in Horat. Carm. Sæc. Ludi ſæculares ternis dieb. ac noctib. agebantur pro cultu Solis die, & nocte Lunæ.

85. *Scutilum.*] Ex Græco σκῦτος videtur Feſtus ſcutilum deduxiſſe, cum exilem aliquem ſignificat. reliqua non egent interprete. vide in Manducus.

86. *Squalidum.*] Agellius lib. 2. cap. 6. Squalere, inquit, dictum à ſquamarum crebritate, aſperitateq. quæ in ſerpentium, piſciumq. coriis viſuntur. Quæ nos hic ſupplevimus, ſi minus verba, Feſti certe ſententiam repræſentant.

87. *Schœnicula.*] Vide ſupra in *Proſedas.*

88. *Scorta.*] Hujus loci reſtitutio debetur M. Varroni, qui lib. 7. de Ling. Lat. Scortari, inquit eſt ſæpius meretriculam ducere, quæ ſcortum dicta à pelle. Id enim non ſolum antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcortea ea, quæ ex corio, & pellib. ſunt facta. Inde in aliquot ſacris, & ſacellis ſcriptum habemus: ne quid ſcorteum adhibeatur ideo, ne morticinum quid adſit. in Atellanis licet animadvertere ruſticos dicere ſe adduxiſſe pro ſcorto pelliculam. ex his verbis manifeſtum eſt, pro *delicularum*, corrupto verbo, ſcribendum eſſe *pelliculam.*

89. Scapten-

Digitized by Google

cè σκάπτειν. *Lucretius. Quales* expiret. [89] Scap*tenſula ſubter odores. Spara* parviſſimi
*generis jacula, ab eo quod* ſpargantur, dicta. *Lucilius Satyrarum L* . . . Tum Spa-
ra, tum mu*rices*, * *portantur tragula por*ro. Scitum populi *dicebatur, quod ſine plebe* * f. rumi-
*cunc*tus patricius *ordo, rogante patricio, ſuis ſuf*fragiis juſſit. *quod autem aliquo interrogan-* ces
*te* ex patrib. & *plebe ſuffragante ſcitum eſſet, id* jam leges ſcrib*ta dicebantur. Sed illud ple-*
*bei ſc*itum eſt quod TR. *PL. ſine patriciis plebem ro*gavit, id eſt, conſu*luit. plebeſq. ſcivit.*
Plebes autem eſt *omnis populus præter ſenatores, &* præter patricios. *Scita facie, pro* bo-
ne facie, alias, bonis *pro ſcitis, à po*etis uſurpantur. Te*rentius in Phormione*. ſatis, in-
quit, ſcita & *in Heautontimorum*meno, at ſi ſcias, quam ſcite *in mentem venerit*. L. Ennius
in libro VI. lumen . . . . . . . ſcitus agaſo. Scenam genus *fuiſſe cultri* manife-
ſtum eſt, ſed futurum * ſecuris, an dolabra ſit, ambigitur. quam Cincius in libro, * f. utrum
qui eſt ei * de verbis priſcis, dolabram ait eſſe pontificiam. Livius in Lydio. Corruit * II. i. ſe-
quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus. SEX. POMPEI FESTI DE VERBORVM cuudus
SIGNFICAT. LIB. XVIII. INCIPIT. LIB. XVIIII.

Scriptum * eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur leve, & procerum, unde teges * f. ſcir-
fiunt. pus

Inde proverbium eſt in eas natum res, quae nullius impedimenti ſunt, in ſcirpo nodum
quærere. Ennius. Quærunt in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum. & Plautus in Aulula-
ria. Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpo induetur ratis. Novius in Phoeniſſis. Sume
arma. i. ante * occidam clava ſcirpia. Spira dicitur, & baſis columnæ unius tori, aut * f. jam te
duorum, & genus operis piſtorii. & funis nauticus in orbem convolutus, ab eadem
omnes ſimilitudine. Pacuvius. Quid ceſſatis ſocii eicere ſpiras ſparteas? Ennius quidem
hominum multitudinem ita appellat, cum ait. Spiras legionibus nexunt. Spectu, ſine
praepoſitione Pacuvius in Duloreſte uſus eſt, cum ait. Amplus, rubicundo colore, &
ſpectu proptervo * ferox. [90] Spetile * vocatur infra umbilicum ſuis, quod eſt carnis, * f. pro-
proprii cujuſdam habitus, exos, qua etiam antiqui per ſe utebantur. Plautus enumeran- tervo
dis villis * obſoniis in Carbonaria ſic .m. Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpectile, galium, * * f. Spe-
glandia. [91] Spicit quoq. ſine praepoſitione dixerunt antiqui. Plautus. Flagitium eſt, ctile
ſi nihil mittetur, quae ſupercilio * ſpicit, & ſpexit. Ennius. l. VI. Quos ubi rex . . . * f. ſuillis
ulo ſpexit de contib. * celſis. Spirillum vocari ait Opilius Aurelius capræ barbam. Spin- * f. calulum
tyrnix eſt avis genus turpis figuræ. occurſatrix artificum, perdita ſpinturnix ea Græce di- * f. ſuper-
citur (ut ait Santra) ΣΠΙΝΘΑΡΙΣ. Spicum maſculine antiqui dicebant, ut hunc ſtir- cilio
pem & hanc amnem. verius eſt antiquus. Quaſi meſſor per meſſim ununquemq. ſpicum * f. mon-
collegit. Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius l. II. Et ſimul effugit ſperes ita tib.
funditus noſtras. & l. XVI. Spero: ſi ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt. Spectio in
auguralib. ponitur pro aſpectione, & nuntiatio quia * omne jus ſacrorum habent Augu- * f. iis, qui
rib. ſpectio dumtaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non ut poſſent im-
pedire nuntiando, quæ cum vidiſſent ſatis. ſpectio ſine nuntiatione data eſt, ut ipſi au-
ſpicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando. Scripturarius ager publicus ap-
pellatur, in quo ut pecora paſcantur, certum æs eſt. quia publicanus ſcribendo conficit
rationem cum paſtore, Scribas proprio nomine antiqui, & librarios, & poëtas vocabant.
at

---

89. *Scaptenſula.*] Σκαπτὴ ὕλη. Græcis, in qua Thucydides hiſtoriam ſcripſit, cum ibi exularet.

90. *Spetile.*] Varro. Sueris à nomine ejus.

91. *Spicit.*] Ennii verſum Pomponius Lætus ita legebat. Quos ubi rex ultro ſpexit de montibus celſis. in exemplari certe eſt. *Quos ubi rex* . . . . *ulo ſpexit de contibus celſis*: ut *ſedulo*, vel *paulo*, legendum ſit.



Digitized by Google

at nunc dicuntur ſcribæ quidem librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. itaq. cum Livius Andronicus bello Punico ſecundo ſcribſiſſet carmen, quod à virginib. eſt cantatum, quia proſperius reſp. populi R. geri coepta eſt, publice adtributa eſt & * in Aventino ædis Minervæ, in qua liceret ſcribis, hiſtrionibuſq. conſiſtere, ac dona ponere in honorem Livii quia his, * & ſcribebat fabulas, & agebat. [92] Scraptæ dicebantur nugatoriæ, ac deſpiciendæ mulieres, ut ait unus, * ab his * quæ ſcrea iidem appellabant, id eſt quæ quis excreare ſolet, quatenus id faciendo ſe purgaret. Titinius in Prilla. Rectius mecaſtor Piculetæ Poſtumæ lectum hodie ſtratum vidi ſcrattiæ mulieris. [93] *Scrutillus appel*labatur venter ſuillus, co*ndito farre expletus.* Plautus. venter ſullus, * *dicam ſuo nomine ſc*rinillum. * ego me hodie . . . *ſiquid eſſet, quod come*ſa farte biberem . . . . . . . . . . . Spinther vocabatur *armillae genus, quad mulie*res antiquae gere*re ſolebant brachio ſummo* ſiniſtro. Plautus. Ju*beaſq. ſpinther novam* reconcinnarier. [94] *Scrupi dicuntur aſpera* ſaxa, & difficilia. *petra etiam attrect*ari inſuetae, aut *naufragiorum polluta ſce*lere Ennius in An*dromacha.* *Scrupeo inveſ*tita ſaxa atq. hoſ*treis*, * *quam excaprent.*

* f. ei
* f. is
* f. Verrius,
* f. iis
* f. ſuillus.
* f. ſcrutillum.
* f. ſaxo, atq. oſtreis.

Unde ſcrupoloſam *rem dicimus qua aliquid habet* in ſe aſperi. Corne*lius Siſenna. hiſt. libro* IIII. his tum inje*ctus eſt levis ſcrupulus*, & quaedam dubitatio. *Scorteum ab eadem cauſa, qua ſc*ortum vocabatur *pelliceum, in quo ſagittae* reconduntur, ab eo *quod ex pellib. factum eſt* quia pellib. nomen à σκύτος qu*od Grace pellis.* *Unda* ſcyticæ, & ſcuta, *quia non ſine pellib. ſunt.*

Sceleratus campus ap*pellatur prope portam* Collinam, in quo virgin*es Veſtales, qua inceſtum* fecerunt, defoſſæ ſunt v*ivae.* [95] *Scribonianum* appellatur antea * atria *puteal, quod fecit Scri*bonius, cui negotium da*tum à Senatu fuerat, ut* conquirerer * ſacella att*acta. iſq. illud pro*curavit, quia in eo loco *attactum fulgure* ſacellum fuit. quod ign*oraretur autem, ubi eſſet* (ut quidam) fulgur conditum, *quod cum ſcitur, ne*fas eſt integi, ſemper forami*ne ibi aper*to caelum patet. [96] Sceleratus vi*cus appellatur*, quod cum Tarquinius Superbus interfici*endum cura*ſſet Ser. Tullium regem ſocer*um ſuum, corpus ejus jacens filia car*pento ſupervecta ſt, pro*perans in poſſeſſionem* domus paternae. [97] Scele*rata porta eadem ap*pellatur à quibuſdam, *quae & Carmentalis* dicitur, quod ei proximum Car*mentae ſacellum fuit.* Scelerata autem, quod per eam *ſex & trecenti Fabii* cum clientium millib. *quinq. egreſſi adverſus E*truſcos, ad amnem *Cremeram omnes ſunt inter*fecti. qua ex

* f. ante
* f. coinqueret,

92. *Scrapta.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. habet *ſcrantia.*

93. *Scrutillus.*] De *ſullus*, fecimus *ſuillus*. & pro corrupto verbo, *iuillum*, emendavimus *Scrutillum*. De veibo *ſuillus* non eſt dubitandum, quia in hoc exemplari, l littera, loco i poſita ſæpe reperitur. de *ſcrutillo* memini me legiſſe, ſed apud quem, non vacat quærere.

94. *Scrupi.*] Ennii verſus, quem hic citat Feſtus ex Andromacha, extat apud Nonium in *Scapres*. in exemplari eſt, *Ennius in An* . . . . . . *non Ar* . . . . . unde error fluxit, ut alii ſcripſerint, in *Armorum judicio*, cum tamen verſus ſit ex Andromacha. *aſperi* item non *aſpera* eſt in eodem exemplari. Quod ſequitur exemplum de verbis *ſcrupulus*, & *ſcrupuloſus*, videtur eſſe Cornelii Siſennæ.

95. *Scribonianum.*] Hoc ipſum Scribonianum puteal expreſſum eſt in argenteo quodam denario familiæ Scriboniæ, cum inſcriptione PVTEAL. SCRIBONIAN. *ante Atria* emendavimus ex loco ſimili in Tablinum, in quo eſt. Qui locus ante Atrium eſt. Verbum vero *coinquere*, quod in margine notavimus, & *attacta*, hauſimus ex ipſo antiquitatis fonte. nam in veterib. apud me inſcriptionibus Fratrum Arvalium ſic habetur. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D.D. ATTACTAE. ARDVERINT. EARVMQVE. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. &c.

96. *Sceleratus.*] Vide ſupra in *Orbius clivus.*

97. *Scelerata*] In exemplari plane eſt . . . s. i. Carmentalis dicitur.



Digitized by Google

ex cauſa factum eſt, ut ea porta intrare, egredive omen habeatur. [98] Schedia genus navigii inconditi, trabib. tantum inter ſe connexis factu, quo mercimonia circum ferunt poſt amiſſam navem. Unde ſchedia uſus quoq. poemata dicit & verſus, non ſatis perfectis * qui eſſent. appellavit ſchedium . . . s cum dixit. Qui ſchedium facit inconditum, & inelaboratum. [99] Sexagenarios de ponte olim dejiciebant, cujus cauſam Manilius hanc refert. quod Romam, qui incoluerint primi Aborigines, hominem ſexaginta annorum qui eſſet, immolare Diti Patri quotannis ſoliti fuerint. quod facere eos deſtitiſſe adventu Herculis. ſed religione poſtea veteris moris ſcirpeas hominum effigies de ponte in Tiberim vetere modo mittere inſtituiſſe. Alii dicunt, morante in Italia Hercule, quod quidam ejus comitum habitaverint ſecundum ripam haberi, * atq. Argaeos ſe ab Argivis vocaverint arvi, * quorum proditam memoriam redintegrari eo gente miſſum ab Graeca legatum quendam Argaeum, diu cum iis Romae moratum eſſe. is ut obierit inſtitutum eſſe à ſacerdotibus effigies ſcirpea ex omnibus, cum quae publicae erant rei nuntiaviſſet, per flumen, ac mare in patriam remitteretur. ſunt, qui dicant, poſt urbem à Gallis liberatam, ob inopiam cibatus, coeptos ſexaginta annorum homines jaci in Tiberim, ex quo numero unus, filii pietate occultatus, ſæpe profuerit patriæ conſilio, ſub perſona filii. id ut ſit cognitum, ei juveni eſſe ignotum, & ſexagenariis vita conceſſa. latebras autem ejus * quibus arguerit * ſenem, id eſt cohibuerit, & celaverit, ſanctitate dignas eſſe viſas, ideoq. arcaea * appellata. ſed exploratiſſimum illud eſt cauſæ, quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis ſuffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte deicerentur ſexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipſi potius ſibi, quam illi deligerent imperatorem: cujus ſententiæ eſt etiam Sinnius Capito. vanam autem opinionem de ponte Tiberino, confirmavit Afranius in Repudiato. Secus * aliter ſignificat ſexu, natura, habituq, ex Græco, quam illi vocant ἕξιν. Afranius in Privigno. Sic agit * orbus virili ſexu adoptavit ſibi.

Pacuvius in Atalanta. Triplicem virili ſexu partum procreat. [1] Simpludiarea funera ſunt, quib. adhibentur D. T. * ludi, corbitoreſq. quidem ea dixerunt eſſe, quib. neutrum genus intereſſet ludorum. nam indictiva ſunt, quib. adhibentur non ludi modo, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima. Sex ſuffragia appellantur in equitum centuriis, quæ ſunt adſectæ * ei numero centuriarum, quas Priſcus Tarquinius rex conſtituit.

Seſtertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore his * decuſſis valebat, id eſt dupundius, S. [2] Siniſtræ aves, ſiniſtrumq. eſt ſiniſtimum, auſpicium, i. quod ſinat fieri. Varro l. v. epiſtolicarum quæſtionum ait. A deorum * ſede cum in meridiem, ſpectes, ad ſiniſtra ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextera eſſe exiſtimentur. idem fere ſentiunt Sinnius Capito, & Cincius. Sentinare, ſatagere, dictum à ſentina, quam multæ aquæ * navis cum recipit, periclitatur. Cæcilius in Aethrione. Cum Mercurio capit conſilium, poſt quam

* f. perfecti
* f. Tiberis,
* f. arvis.
* f. eas
* f. arcuerit
* f. Arcaea
* f. Sexu
* f. ait
* f. duntaxat
* f. adjectae
* f. is
* f. auſpiciorum
* f. quia multum aquae

98. *Schedia.*] Notum omnibus quid ſit apud Græcos σχεδιάζειν.

99 *Sexagenarios.*] Dionyſius lib. 1. Antiq Rom. Εἴδωλα εἰς μορφὰς ἀνθρώπων ἐσκευασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Θύβριος, ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες.

1. *Simpludiarea.*] Vide ſupra in *Indictivum funus.* notas D. T. *dumtaxat* ſignificare opinor.

2. *Siniſtra.*] Videndus Plutarchus in Problem. Pro *à deorum ſede*, in margine emendavimus, *auſpiciorum ſede*, ex loco ſimili apud Varronem in lib. 5. de Ling. Lat. in quo ſic eſt. *Auſpiciorum endo ſede.* ſic enim eſt in manuſcripto libro, pro *auſpicio orando ſede.* nam quæ ſequuntur, *in templo auſpiciis*, gloſſemata ſunt. Videndus Livius lib. 5. & Dionyſius lib. 2.



Digitized by Google

quam ſentinat ſatis. [3] Senatores à ſenectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum, quorum conſilio remp. adminiſtraret. itaq. etiam Patres appellati ſunt & nunc cum ſenatores adeſſe jubentur, quibuſq. in ſenatu ſententiam dicere licet. quia hi, * f. ii * qui poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum ceperunt, & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur Senatores ante, quam in ſeniorib. ſunt cenſi. Senatus decretum à conſulto Ælius Gallus ſic diſtinguit, ut id dicat particulam quandam eſſe ſenatus conſulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipſum ſenatus conſulti eſt. * f. is Senis crinib. nubentes ornantur, quod his * ornatus vetuſtiſſimus fuit. quidam quod eo * f. ſpondeant Veſtales virgines ornentur, quarum caſtitatem viris ſuis ſponoe * . . . . à ceteris. Sentes, cum conſtet eſſe ſpinas, & Afranius in Abducta dixerit. Quam ſenticoſa verba * f. lupa. pertorquet turba. * pro ſpinoſis accipi debet. Senium à ſenili acerbitate, & vitiis dictum, poſuit Caecilius in Hymnide. Sine ſuam ſenectutem ducat utiq. ad ſenium ſorbitio. Senonas, Gallos (Verrius ait) exiſtimari appellari, quia novi venerint ex tranſalpina regione, *ac primum appellatos* ξένυς poſtea Senonas. [4] *Septentriones* ſeptem ſtellæ appellantur *à ſeptem bo*bus junctis, quos triones *à terra ruſtici* appellent, quod juncti *ſimul terram arent*, quaſi terriones. *quidam à ſeptem ſtellis*, quod id aſtrum Græci *ἅμαξαν dicant*, *quia habet* partem quandam *temonis ſpecie*. *Unde ait* Ennius. Superat *temo ſtellas*. *Sed &* * f. contemplati. phyſici eum ſitum *ſeptem ſtellarum* conten . . . templati, * ſep*tentriones dici* aiunt, quod ita ſunt *ſitae ſeptem ſtellae*, ut ternæ proximæ *ſpecie efficiant velut* trigona. Scenſas *antiqui dicebant*, *quam* nunc caenas. quæ autem *nunc prandia*, *pro canis* habebant, & pro caenis *veſpernas appellabant*. Signa, ut rerum, ita *quoque res ipſæ dicuntur*, aut lapides, aut *fictile*, *aut ſi qua ejuſmodi* adhuc aliqua. & *ſigna dicuntur*, *qua ſcul*pantur etiam. Sed pocu*la etiam in quibus ſunt* ſimulacra ad effigies, *ſigillata*. *Sequeſter* is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant*, *medius*, *ut* inter eos convenerit, *depoſitum ita tenet ali*quid, ut ei * f. quoi reddat, qui * id *deberi jure*, *ſibi conſ*titerit. Cato in ea oratione, *quam habuit* de Indigitibus. Sinunt mi*ſeros perire*, ut bona rapiant; aut *ſi ſuperſtites petant*, vi ſeques pro- * f. ſequeſtro dent. dent * & Pla*utus Mercatore*. *Immò* ſic ſequeſtro mihi data *eſt* . . . . . . . *Se*pulchrum eſt, ut ait Gallus *Aelius*, *in quo* mortuus ſepultus eſt, quod anti*qui buſtum ap*pellabant. * f. iſq. hiſq. * cippis, aut ali*qua alia re*, *mor*tui cauſa deſignatus eſt, intra *quos ſe*pultura eſt facta. Segnitia *dicitur*, *quod ſine nitendo quid utile*, *aut* honeſtum, Terentius. *Enimvero Dave*, *nihil loci eſt* ſegnitiæ, neq. ſocor*diae*. *Sign*are dicitur ſignis notare, *velut in pecorib. fit*. ſed antiqui eo pro ſcribere *utebantur*, *unde & ſubſignare*, & conſignare *invenitur poſitum*, *pro ſubſcribe*re, & conſcri*bere*. [5] *Septimontium dies a*ppellatur menſe *Decembri*, *qui dicitur in* Faſtis Agonalia, *quod eo die in ſeptem* montibus fiunt ſa*crificia Palatio*, *Velia*, Fagutali, Subura, *Cermalo*, *Coelio*, *Opio*, Ciſpio. [6] Siſus *uſurpatum eſt pro tub*is ipſis, id quod Grae*ce dicitur* σίφον *in le*ge rivalicia ſic eſt, *quae lata fuit rogant*e populum Ser. Sulp*icio Ser. F. Ruſo*. *Mon*tani, paganive, *ſiphonibus aquam di-*

3. *Senatores.*] Agellius lib. 3. cap. 8. Livius lib. 23. & 26.

4. *Septentriones.*] Ennii verſus dimidiatus habetur apud Varronem in lib. 6. de Ling. Lat.

5. *Septimontium.*] Vide ſupra in *Sacrani.*

6. *Siſus.*] Verbum, cujus extrema tantum littera in exemplari reliqua eſt, putamus fuiſſe, *Praetoris*; tantum enim ſpatii relictum eſt. vel ſi magis placet, *curatoris*. utrumq. in veterib. legum fragmentis reperitur. In lege Mamilia apud ſcriptores de limitibus agrorum ſic eſt. Deque ea re curatoris, qui hac lege erit, juris dictio, reciperatorumque datio, addictio eſto. cum curator hac lege non erit, tunc quicumque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo jure dicundo præerit, ejus magiſtratus de ea re juriſdictio. judiciſq. datio, addictio eſto.



Digitized by Google

*dividunto:* donec eam inter ſe *diviſerint*; *Praetoris* judicatio eſto. [7] Si*parium*, *quo in ſcaenis mimi* utuntur, dictum ait *Verrius à vela*mento, quod vocetur *alias aulaeum. Supparum a*ppellant dolonem, *quod eſt velum minus in navi*, *ut* acation, majus. *ſupparum autem dictum ait Sinnius* Capito velut *ſeparatum quod ſit*, *disjunctumq. à dolo*ne interioris *mali*. *Sepultum* morte, moroq. * cum ait . . . . . . . *de* L. Terentio. Tuſci [* f. meroque] vici *magiſtro ſignificat* vivum de ſaxo Tarpeio *elatum*, *cum eo ve*niſſet commiſſatum, quod *mero: id eſt vino e*ſſet coactus. [8] Seplaſia *forum Capuae*, *in* quo plurimi unguenta*rii erant. in Piſon*em. Cicero. [9] Seplaſia m*ehercule*, *ut dici* audiebam, te ut primum aſpe*xit Campanum* conſulem repudiavit. [10] Sati*cula oppidum* in Samnio captum eſt: quo *poſtea coloni*am deduxerunt Triumviri. M. Valerius Corvus, Junius Scæva, P. Fluvius * Longus ex S. C. Kal. Januariis P. Papirio Curſore, C. Junio. II. Coſ. [11] Segeſta, [* f. Fulvius] quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Aeneas condidiſſe præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominavit. ſed præpoſita eſt ei S. littera, ne obſceno nomine appellaretur, ut factum eſt in Malvento. quod Beneventum dictum eſt. & in Epidamno, quod uſurpatur Dyrrachium.

Seliquaſtra ſedilia antiqui generis appellantur D. littera in L. converſa, ut etiam in ſella factum eſt, & ſubſellio, & ſolio, quæ non minus à ſedendo dicta ſunt. Silus appellatur naſo ſ. ruſus * verſus repando. unde galeæ quoq. à ſimilitudine, ſilæ dicebantur. Silvii [* f. ſuſum] ſunt appellati Albani reges, à Laviniæ filio, quem poſt exſceſſum Aeneæ gravida relicta, timens periculum, & ſuæ vitæ, & ejus, quem utero gerebat, in ſilvis latens, enixa eſt. qui reſtitutus in regnum eſt poſt mortem Aſcanii, prælatus Julio * fratris filio, cum in- [* f. Julo] ter eos de regno ambigeretur. Sertorem quidam putant dictum à prendendo, quia cum cuipiam adſerat * manum educendi ejus gratia ex ſervitute in libertatem, vocetur adſer- [* f. afferat] tor. cum veriſimilius ſit dictum, qui ſereret quid, ac potius adſertorem à ſerendo cepiſſe nomen, cum aliquem ſerat petendo in libertatem eandem, qua ipſe ſit, id eſt jungat, quia fruges cum ſeruntur, terræ jungit, quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit. Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conſita eſt. à ſerendo videlicet. Serilla Verrius appellari putat navigia Hiſtricia *, ac Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, à conſe- [* f. Hiſtrica] rendo & contexendo dicta. quia dicat Pacuvius in Niptris. Nec ulla ſubcus * cohibet compagem alvei: ſed ſuta lino, & ſparteis ſerillib. cum περιφραστικῶς, & ficto vocabulo [* f. ſubſcus] uſus ſit pro funiculis, qui ſparto conſeruntur. [12] Servorum dies feſtus vulgo exiſtimatur Idus * Aug. quod eo die Ser. Tullius, natus ſervus * ædem Dianæ dedicaverit in Aven- [* f. Idib.] tino, cujus tutelæ ſint cervi, à quo * celeritate fugitivos vocent cervos. Sero ſapiunt [* f. ſerva] [* f. quorum] Phryges, proverbium eſt natum à Trojanis, qui decimo deniq. anno velle coeperant Helenam,

---

7. *Siparium.*] Iſidorus lib. 19. cap. 3. Capitonis ſententiam de ſiparii etymo confirmare videtur, cum inquit. Siparium genus veli unum pedem habens, quo inniti navigia ſolent in navigatione, quoties vis venti langueſcit, quod ex ſeparatione exiſtimant nominatum.

8. *Seplaſia.*] In exemplari eſt . . . . . . *on. m. Cicero.* quod puto fuiſſe, *in Piſon. meminit Cicero.*

9. *Seplaſia.*] Nonius in Seplaſium, adductis ex Varrone exemplis, oſtendit antiquos dixiſſe *Seplaſium* neutro genere, & *Seplaſiam* feminino. *Pomponius Adelphis* citatur ab eodem Nonio in Datatim. Vide in *Seplaſia.*

10. *Saticula.*] In exemplari plane eſt . . . . . . *iam.* ex quo facimus, *coloniam.*

11. *Segeſta.*] Hermolaus in Plinium lib. 3. cap. 8. legit obſceno *omine*, pro eo quod eſt in exemplari, *nomine.*

12. *Servorum.*] Exemplar habet *cervos*, pro eo quod alii *ſervos* ediderunt. nos antiquam ſcripturam retinemus, tum quod cervi dicuntur fugitivi, tum quod ita eſt apud Martialem in libro vetuſtiſſimo apud me. At nunc pro cervo &c. vide Petrum Crinitum lib. 19. cap. 8. cujus loci admonuit me Petrus Victorius.



Digitized by Google

lenam; quæq. cum ea erant rapta, reddere Achivis. [13] Siſpitem Junonem, quam vulgo ſoſpitem appellant, antiqui uſurpabant, cum ea vox ex Græco videatur ſumpta, quod eſt σώζειν. Sultis, ſi voltis ſignificat, compoſito vocabulo. ita, ut alia ſunt, ᴀ ſi audes; ſis, ſi vis; plicet * ᴀ in loco; ſcis licet *, ſcias licet; equidem (equo) ego quidem. Ennius. Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. Setius * à ſero videtur dictum. Accius in Amphitryone. Si forte paulo, quam tu veniam ſetius *.

Sedum, alii ſadum, appellant herbam, quam Opillius Aurelius ſeſuvium vocari ait; eamq. in teguli ſeri, nec quamobrem id fiat, indicat. Specus feminino genere pronuntiabant antiqui. ut metus & nepos; tam hercules, quam maſculino ſtirpis, ut * frons, ut Ennius. Tum cauſa * ſub monte alte * ſpecus inius * patebat *. & Pacuvius in Chryſe: Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata harena ingens ſpecus.

Spondere antea ponebatur pro dicere, unde & reſpondere adh*uc manet*, *ſed poſtea* uſurpari coeptum eſt *etiam in promiſſi*one alterius. Subdit*us dicitur is, qui in demor*tui, (in demortuis) ju*dicis locum judex* datur his *, qui eum h*abuerant judicem dumta*xat in eandem rem, *vel litem.* [14] *Saturno* ſacrificium fit capi*te aperto. Ejus autem ſacro* Metellus Pont. *Max. cum Claudium Augurem juſſiſ*ſet adeſſet, ut eum *tunc adhiberet Ser. Su*lpici Ser. F. inaug*urationi: ille autem excuſar*et ſe, ſacra ſibi fam*iliaria obſtare, quib. ſu*pplicandum eſſet capite *operto: Saturno autem* eſſet futurum, ut cum ap*erto capite res ſacra* facienda eſſet: Pont*ifex illum multavit:* Claudius provocavit. *ſed cum reconciliatus Po*ntifici eſſet Claudius fa*milia ſacris peractis*, Saturno ſacra fecit rel*igione ſolutus. Sa*xum Tarpeium appel*latam aiunt partem mon*tis, qui ob ſepultam Tar*peiam ibi virginem*, *qua* eum montem Sabinis *prodere pacta erat*, *ita* nominatus eſt. vel *ab eo*, *quod quidam nomine* L. Tarpeius Romulo *regi cum propter rap*tas virgines adverſ*aretur*, *in ea parte*, *qua ſa*xum eſt, de noxio poena *ſumpta*, *Tarpeium dictum*, noluere funeſtum locum *cum altera parte* Capitoli conjungi. [15] *Scaptia tribus à no*mine Urbis Scaptiæ *appellata*, *quam Pedani* incolebant. [16] Stellati*na tribus dicta*, *non à campo* eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui *parum abeſt*

* f. ᴀ ſodes
* f. ilicet, ire licet;
* f. ᴀ ilicoo,
* f. ſcilicet,
* f. ſerius
* f. ſerius.
* f. ſtirps aut
* f. caſu
* f. altæ
* f. intus
* f. patebant.
* f. iis,

13. *Siſpitem.*] Verum eſt quod ait Feſtus Junonem ab antiquis dictam Siſpitem. niſi quod in numiſmatibus eſt, JVNO SISPITA. ut hic quoque videatur legendum *Siſpitam*, & *Soſpitam*.

14. *Saturno.*] Supra in *Saturnia* ſic ſcriptum eſt. Ara dicata Saturno ante bellum Trojanum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus. *Metelli Pont. Max.* de quo hic Feſtus, meminit Macrobius lib. 3. cap. 13. *C. vero Claudii Auguris*, Livius lib. 45. cum inquit. Augur C. Claudius mortuus, in ejus locum Augur creatus T. Quinctius. Quod autem inaugurationi ejus, qui Augur creatus eſſet, alius Augur adeſſe ſolitus ſit, & Feſti reliquiæ indicant, & verba Metelli hujus confirmant, quæ ſunt in indice 4. apud Macrobium; quibus inaugurationem Lentuli Flaminis Martialis ita deſcribit. A. d. 9. Kal. Sept. quo die Lentulus Flamen Martial. inauguratus eſt, domus ornata fuit, triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt. duob. tricliniis Pontifices cubuerunt Q. Catulus. M. Aemilius Lepidus. D. Silanus. C. Cæſar Rex ſacrorum. P. Scævola Sextus. P. Cornelius. P. Volumnius. P. Albinovanus. & L. Julius Cæſar Augur qui eum inauguravit. De hujuſmodi inauguratione ita Livius lib. 27. L. Aquilius Augur creatus, inauguratuſq. & lib. xxx. Fabius Maximus Augur annos 42. &c. in locum ejus inauguratus Q. Fabius filius. Suetonius in Caio cap. 12. Deinde Augur in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, priuſquam inauguraretur, ad Pontificatum traductus eſt. Saturnalibus itaque cum Ser. Sulpicius Rufus inaugurandus eſſet, ejus autem inaugurationi Metellus Pont. Max. C. Claudium Augurem adeſſe juberet, excuſavit ſe Claudius, quod ſacris familiæ ſuæ impeditus eſſet, quibus ſacrificandum foret operto capite, cum Saturno, aperto res ſacra facienda eſſet. eaq. de cauſa multatum à Pontifice Claudium provocaſſe, deinde reconciliatum eſſe. De ſacris *familia Claudia*, Feſtus ſupra in *Propudianus*. Porcus, inquit, Propudianus, qui in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, exſolutio omnis contractæ religionis eſt. Macrob. lib. 1. cap. 16. Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, ut *Claudia familia*, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervat.

15. *Scaptia.*] Scaptiam oppidum in Latio cum aliis numerat Plinius. addidimus autem in fragmento ſupplendo, *Pedanos* ex Livio qui ait ob Pedanos civitate receptos, tribum additam Scaptiam.

16. *Stel-*

Digitized by Google

*abeſt ab urbe* Capena, ex quo Tuſci profecti. *Stellatinum eum* campum appellaverunt.
Sabatina *à lacu Sabate*. [17] Sabini dicti, ut ait Varro *Terentius*, quod ea gens PP. * *f. Penates
præcipue colat deos: *ſive* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. Sanqualis porta *appellata eſt ab avi ſanquali. ideoq.*
eodem eſt nomine, *quo avis ipſa appellatur*. Silere, tangere * *ſignificat*, *ficto verbo* à ſ, *f. tacere
littera, quae *initium ejus vocis eſt*. [18] Sellae Curulis locus *in Circo datus eſt Valerio Dicta*-
tori, poſteriuſq. * *ejus honoris cauſa, ut proxime* ſacellum Murciae *ſpectarent*, *unde aſpi*- *f. poſteriſq.
ciebant ſpectacula *magiſtratus*. [19] *Sontica* cauſa dicitur à morbo *ſontico*, *propter quem*,
*quod eſt* gerendum agere *deſiſtimus*. *M. Porcius* lato de re *, A. Atili *quid dicam cauſæ* * f. Cato de re Floria.
*extitiſſe*, timidus ne *ſis*, *an impedimento tibi* cauſam ſonticam *fuiſſe? Stiricidium* quaſi ſtil-
licidium, cum ſtellæ, * *concretae frigore*, *cadunt*. Cato pro C. . . . *nihilominus* *f. ſtillas
voluit ſemper *de ſtiricidio in* re praeſenti cognoſcere. *atq. etiam ſtatuere*. [20] Sacramento
dicitur quod *juris jurandi ſacratione* interpoſita actum *eſt*. *Unde quis ſacramento* dicitur
interrogari, quia *jusjurandum interponitur*. *Cato* in Q. Thermum de x. *hominib. Tunc
vero ibi aderunt*, ne mala *facinora*, *bona fide*, *aut* ſcelera nefaria *fierent*, *qui dicerent ſa*-
*cramento*, traderentur, lege æſt*imarentur*. *Siremps* ponitur pro eadem, vel, pro inde
*quaſi ſimilis res ipſa*. Cato in diſſuadendo le*gem*, *quae poſtea* relicta eſt. Et præterea rogas
*ut quemquam adverſus* ea, ſi populus condemna*verit*, *ſiremps lex* fiet, quaſi adverſus le-
*gem feciſſet*. [21] Spiciunt, antiquos di*xiſſe ſine praepoſi*tione teſtis eſt Cato in ea, quam
*habuit in Q. Thermum de* ſeptem hominib. Ut ſolent *evitare ſo*nivios, niſi qui ſempiter-
ni ſunt, quos *dum accurr*ant, ne ſpiciunt, neq. ratos, *eſſe volunt*. [22] *Spa*tiatorem, erra-
torem Cato in An. * Cælium ſi ſe appellaviſſet. In coloniam me hercules ſcribere nolim, * f. M.
ſi trium virum * ſim. ſpatiatorem atq. feſcennium. [23] Stata ſacrificia ſunt, quæ certis * f. Triumvir
dieb. fieri debent, Cato in ea, quam ſcribſit de L. Veturio, de ſacrificio * commiſſo,
cum ei equum ademit. Quod tu, quod in te fuit, ſacra, ſtata ſolemnia, capite ſancta * f. ſacrilegio
deſeruiſti. Solemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporib. anniſq. fieri ſolent. Serra
proeliari dicitur, cum aſſidue acceditur, recediturq. neq. ullo conſiſtitur tempore. Cato
de re militari. Sine * forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turrib. aut ſerra, *f. Sive
uti adoriare. Stercus ex æde Veſtæ XVII. kal. Jul. defertur in angiportum medium fere
clivi Capitolini, qui locus clauditur porta ſtercoraria. tantæ ſanctitatis majores noſtri
eſſe judicavere. Summiſſiorem aliis ædem Honoris, & Virtutis C. Marius fecit, ne ſi
forte officeret auſpiciis publicis, Augures eam demoliri cogerent. Sex Veſtæ ſacerdotes
con-

---

16. *Stellatina.*] De Capena urbe, & Capenatibus populis in Tuſcia ad lucum Feroniæ, videndus Plinius lib. 3. à quo Stellates quoque inter Tuſciæ populos numerantur, pro *urbe Capena*, fortaſſe melius adderetur, *regione Capena*.

17. *Sabini.*] In argenteis denariis Sulpiciæ gentis D. P P. deos Penates ſignificat. De Sabinis tamen, quod Penates deos præcipue colerent, non memini me legiſſe.

18. *Sella curulis.*] Livius lib. 2. Valerio Dictatori ſuper ſolitos honores locus in Circo ipſi, poſteriſque ad ſpectaculum datus. ex his verbis Feſti locum concinnavimus.

19. *Sontica.*] Catonem de Re Floria citat Agellius lib. 10. cap. 13. cum autem in exemplari . . . . *ibi cauſam ſonticam* . . . . . ſatis apparet, A. Atili vocandi caſum eſſe.

20. *Sacramento.*] In exemplari ſic eſt . . . . . *t ſcelera nefaria fie* . . . . ab operis autem impetrare nequivimus, ut hæ litterarum reliquiæ ad fidem exemplaris ederentur.

21. *Spiciunt.*] Cato de decem hominibus contra Thermum citatur à Feſto ſæpe, & ab Agellio lib. 13. cap. 24. de ſeptem hominibus non inveni. ut fortaſſe pro *ſeptem* hic quoque *decem*, ſcribendum ſit.

22. *Spatiatorem.*] Macrobius lib. 3. cap. 14. Sic nimirum M. Cato ſenatorem non ignobilem Cœlium, ſpatiatorem, & feſcenninum vocat. hic locus apud Macrobium aliter legitur, ſed corrupte.

23. *Stata.*] Agellius lib. 7. cap. 22. habet ut hic Feſtus, *ſacrificio*. ſupra tamen in *Prohibere Comitia*, ſcriptum eſt, *ſacrilegio*. & ita in epitoma Pauli.

24. *Sa-*

Digitized by Google

conſtitutæ ſunt; ut populus pro ſua quaq. parte haberet miniſtram ſacrorum; quia civitas Romana in ſex eſt diſtributa partis. in primos ſecundoſq. Titienſes, Ramnes, Luceres. Salinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulo, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atq. ille proxime eam convivatus, ſuper modum potus, ſomno eſſet oppreſſus cum convivis ſuis, præteriens quidam petulans, oſtio patente ex menſa ſalinum conjecit in fornacem: atq. ita, incendio excitato, figulus cum ſuis concrematus eſt. [24] Sacramentum, æs ſignificat, quod poenæ nomine penditur, ſive eo quis interrogatur, ſive contenditur. id in aliis reb. quinquaginta aſſium eſt, in aliis reb. quingentorum inter eos, qui judicio inter ſe contenderent. qua de re lege. L. Papirii Tr. pl. * ſanctum eſt his verbis. Quicumq. Prætor poſt hoc * factus erit, qui inter cives jus dicet, tres viros Capitales populum rogato, hique * tres viri ∆ . . . quicumq. ∆ . . . cti erunt. ſacramenta ex ∆ . . . judicantoq. eodemq. jure ſunto, uti ex legib., plebeiq. ſcitis exigere, judicareq. (eſſe), eſſeq. oportet. ſacramenti autem nomine id aes dici coeptum eſt quod & propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem, conſumebatur id in reb. divinis. [25] Sextantarii aſſes in uſu eſſe coeperunt ex eo tempore, quod * propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreverunt patres, ut ex aſſib. qui tum erant librarii, fierent ſextantarii (per quos cum ſolvi coeptum eſſet) & * populus aere alieno liberaretur, & privati quib. debitum publice ſolvi oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septuennio quoq. (anno) ∆ uſus eſt, ut priore numero * ſed id non permanſit in uſu, nec amplius proceſſit in majorem. Senacula tria fuiſſe Romæ, in quib. ſenatus haberi ſolitus ſit, memoriæ redidit * Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur de Senatu habendo. unum, ubi nunc eſt ædis Concordiæ inter Capitolium & Forum; in quo ſolebant magiſtratus D. T. * cum ſeniorib. deliberare. alterum, ad portam Capenam. tertium, citra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, ſenatus dabatur. Scholæ dictæ ſunt, non ab otio ac vocatione omni, ſed quod, ceteris reb. omiſſis, vacare liberalib. ſtudiis pueri debent, ut etiam ludi appellantur. in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fug*iant pueri ſuo fungi mu*nere. Subici ar*ies dicitur, qui agitur, ut cadatur.* quod fit (ut ait Cincius *in libro de officio juri*ſconſulti) exemplo Ath*enienſium*, *apud quos* expiandi gratia aries *inigitur ab eo*, *qui ſce*lus admiſit, poenæ p*endendæ loco*. *Speciem* quam nos dicimus, εἶδος *Græci dixerunt*. *Pl*aton quidem idean. *nobis ſpecies pro eadem p*onitur. [26] Seſterti no*ta apud antiquos fuit* dupondi, & ſemiſſis. *unde ſeſtertius dictus quod ſemiſ*tertius. Sed auctos * eſt *bello Punico ſecundo*. apud antiquos autem *denarius*, *& quinqueſis in uſu* erant, & valebant de*narius denos aſſes*, *quadrig*ati, bigati. quinqueſi*s quinos*. *ſed uterq. auctus* eſt, numerum aeris perdu*ctum* * *eſſe aiunt*

* f. Militum
* f. H.L.R.
* f. iique
* f. ∆ Capitales
* f. ∆ ex h.l. fa.
* f. ∆ igunto
* f. quo
* f. ut
* f. ∆ quod eo
* f. nummo.
* f. prodidit
* f. dumtaxat
* f. auctus
* f. productum

24. *Sacramentum.*] *Poſt hoc* alii mutarunt in *poſt hac*. quæ ſane lectio confirmatur teſtimonio antiquitatis. eſt enim in legum fragmentis ita. CENSORIBVS. QVEICVNQ. POSTHAC. FACTI. ERVNT. poteſt etiam emendari, *poſt h. l. r.* id eſt, poſthac legem rogatam. quæ ſane formula frequens eſt in eiſdem legum fragmentis. Quod autem paulo poſt in exemplari deerat, ſupplevimus ex earumdem legum reliquiis, in quibus eſt. II. VIR. QVI. EX. H. L. FACTVS. CREATVS. VE. ERIT. Unde nos fecimus, *treviri capitales quicumq. ex hace lege facti erunt.* nam HACE LEGE plane in legib. alibi inciſum eſt. Quod in fine addit Feſtus. *ſacramenti nomine id as dici* &c. confirmatur à Varrone, qui ait. ab eo ſacro dictum. id enim æs ſacris cædebat.

25. *Sextantarii.*] Hermolaus legit, *quo per bellum Punicum ſecundum.* paulo poſt legendum. *ut ex aſſibus, qui tum erant librarii, fierent ſextantarii, ut populus are liberaretur &c.* & poſt *ſeptuennio quoque, quod eo uſus eſt ut priore nummo.* Sed hæc in margine notavimus.

26. *Seſterti.*] Vide in *Sextantarii.*

27. Sc-

Digitized by Google

*aiunt lege* Flaminia minus ſolvendi, *cum aere alieno premere*tur P. R. [27] Solida ſella, ait *Verrius*, *ſedere tum quis* jubetur, cum mane ſurgens, *auſpicandi gratia evigi*lavit, quod antiqui expreſe, *nihilq. ab int*eriore parte excavatas, *aut laxatas fa*ciebant ſedes. quas *ſedes*, *ſolidas ideo*, *quod* in his nihil erat concavum, *maxime appella*bant, inquit Verrius, quod *ſcilicet eſſent tota.* abſurde, ut mihi videtur, *cum omne id quod* ſit totum, ait dictum ſolidum. [28] *Silatum antiqui* pro eo quod nunc jantaculum dicimus, *appellabant*, quia jajuni vinum ſoli * conditum *ante meridiem* obſorbebant. [29] Suffragatores *dicebantur apud* * f. ſili majores, hi qui vulgo in uſu *erant candidatis. nam ut meli*us apparerent juncta ſuffragia, *ſuffragator* quem quiſq. fieri vellet, notabat *appoſito puncto*, ſcribtis candidatorum hominum *nominib.* Varro in L. VII. rerum humanarum *hoc tradit.* [30] Struppi vocantur in pulvinarib. *faſciculi de verbenis facti*, *qui pro deorum* capitib. ponuntur. S . . . . *apud ur*bem Calo Antiſtius *Labeo dici ait ma*giſtratum publicum . . . . . . . . .

[31] Seceſpitam eſſe Antiſtius *Labeo ait*, *cultrum fe*rreum, oblongum, mani*brio eburneo*, *rotundo*, ſolido, vincto ad ca*pulum auro argentoq.*, fixum clavis æneis, aere *Cyprio*, *quo Flam*ines, Flaminicæ Virgines, *Pontificeſq. ad ſa*crificia utuntur. Eadem *alias dicitur*, *qua* in ſacrario utuntur. *ſacraria namq. in templis* rediculo * æneo olim *ſaepiebantur*, *in quo* * f. reticulo tubae relictae ſunt, *per quas manib. ſacra* tangere licet. eſt *hoc in templo*, *Bona dea:* ſed & in aliis locis: & *ſunt velut repagula* quaedam. ita ſeceſpitæ di*cuntur duob. modis Secius* eſt, quod ſeceſpita ſecatur *libum*, *ſeu placenta*, *qu*ae ſoleat neceſſariis ſa*crificiis adhiberi.* Suffimenta ſunt, quae *faciebant ex faba*, *milio*q. molito, mulſo ſpar*ſo. ea diis dabantur eo tempo*re, quo uvae calcatæ *proelo*. *Serpſit*, *uſi ſun*t antiqui pro ſerpſerit, *unde videntur ſerp*ulae dictae, quas nunc ſer*pentes dicimus ex Graeco*, quia illi ἑρπετὰ, nos *pro aſpiratione eorum*, S, littera poſita, ut ἓξ, *ſex*, ἑπτὰ, *ſeptem*. Suffibulum eſt veſtimentum al*bum*, *praetextum*, *qua*drangulum, oblongum, quod in ca*pite Virgines Veſt*ales cum ſacri-

---

27. *Solida ſella.*] Vide in *Silentio ſurgere.* & in *Silere.* videndus etiam Livius lib. 10. *expreſe* unicos, antiqua ſcriptura.

28. *Silatum.*] *Jantaculum*, & *jajuni* eſt in exemplari. Gloſſarium item habet Jantat ἀκρατίζει. Jantaculum ἄκρατον. quam quidem ſcripturam in aliis etiam manuſcriptis libris vidimus.

29. *Suffragatores.*] Porphyrio in Horatii verſum in poetica. Omne tulit punctum. Antiqui, inquit, ſuffragia non ſcribebant, ſed puncto notabant. Idem refert epigramma incerti poetæ de punctis ſuffragiorum. Ciconiarum Rufus iſte conditor, Hic eſt duob. elegantior Plancis, ſuffragiorum puncta non tulit ſeptem. Cicero pro CN. Plancio. Nam quod queſtus eſt plures te teſtes habere de Voltinia, quam in ea tribu puncta tuleris. Ex his locis Feſti ſententiam, ſive potius Varronis, cujus verba referebat Feſtus, intelligere poteris.

30. *Struppi.*] Vide ſupra in *Stroppus.*

31. *Seceſpitam.*] Sacrarium, ut apparet ex Feſti reliquiis, templi locus dicebatur ſecretior, ut adytum, ad quem nulli erat aditus, niſi ſacerdoti. Serv. lib. 2. Æn. in eo res ſacræ reponebantur. Ulpianus Dig. L. 1. tit. 8. Sacrarium, inquit, eſt locus, in quo ſacræ res ponuntur, quod etiam in ædificio privato eſſe poteſt. ſæpiebatur autem ſacrarium ſeceſpita, hoc eſt reticulo quodam æneo, in quo tubæ, ſeu tubi relicti erant, per quos manib. ſacra tangere licebat. atq. hujuſmodi ſeceſpita utebantur tum in ſacrariis, quæ erant in templis, tum in iis, quæ erant in aliis locis. erantq. ſeceſpitæ velut repagula quædam. Quod autem in templo. Bonæ deæ addidimus, intelligendum eſt, non de ſacrario Bonæ deæ, quod ultra Bovillas in via Appia fuit, cujus pro Milone Cicero meminit, ſed de ſacrario eo, quod fuit in æde Bonæ deæ in Aventino, cujus P. Victor facit mentionem. poteſt etiam hic locus ita reſarciri. eſt ſeceſpita in templi ſacrariis. ſed & in aliis locis: & eſt velut clathrata feneſtra quædam ita ſeceſpitæ dicuntur duob. modis. nam de ſeceſpita, quæ cultrum ſignificat, ſic Suetonius in Tiberio. Nam inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita, plumbeum cultrum ſubiciendum curavit. *rediculo* pro *reticulo* in exemplari exaratum eſt antiqua illa conſuetudine ponendi d pro, t, de qua ſupra. *tuba* etiam, non ut in aliis editionibus *nuba*, in eodem exemplari ſcriptum eſt. tubæ autem pro tubis poſitum eſt. *cancella* in ſupplementum hujus fragmenti neſcio quomodo amanuenſis culpa irrepſit. nos certe locum reconditæ antiquitatis pæne tenebris obrutum, quantum potuimus, in lucem revocavimus.



Digitized by Google

crificant ſemper *habere ſolent*, idq. fibula comprehenditur. *Silentio ſurgere ait* dici, ubi qui poſt mediam *noctem auſpi*candi cauſa ex lectulo ſuo *ſilentio ſurrexit*, & liberatus à lecto, in ſolido *ſe poſuit*, *ſ*edetq., ne quid eo tempore deiciat, *rurſuſq.* ſe in lectum repoſuit: hoc enim eſt *proprie ſilentium*, omnis vitii in auſpiciis vacuitas. Veranius ait,
. nec non utiq. ex lecto, ſed ex cubili, ne * rurſus ſe in lectum reponere neceſſe eſſe. Sarpiuntur vineæ, id eſt putantur: ut in XII. Quandoq. ſarpta, donec dempta erunt. Sum-
* f. ficta. *vel*, facta. manalia, liba farinacea in modum rotæ fincta *. Suffuerat, ſub eodem tecto fuerat. Scribtum lapidem eſſe ait, & ita vocari Antiſtius Labeo in agro Menullino * A divinam rem
* f. A ubi ſcribæ faceret *. Se quamq. ſeorſum quamq. Sanates dicti ſunt, qui ſupra, infraq. Romam ha-
* f. facerent. bitaverunt. quod nomen his fuit, quia cum defeciſſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. itaq. in XII. cautum eſt, ut idem juris eſſet Sanatib. quod Forctib. id eſt bonis, & qui nunquam defecerant à P. R. Sublucare arbores eſt ramos earum ſupputare, & veluti ſuptus lucem mittere; conlucare autem, ſuccisis arborib. locum implere luce. Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antiſtius. l. X. commentarii juris pontificii, cui aqua admixta eſt, defructum-
* f. defrutum ve ve, * aut igne tactum eſt, muſtumve ante, quam deferveſcat. Septimontio, ut ait Antiſtius Labeo hiſce montib. feriæ. Palatio, cui ſacrificium, quod fit, Palatuar dici-
* f. Veliæ. tur. vilæ * cui item ſacrificium. Faguali, * Suburae, Cermalo, * Oppio, Coelio mon-
* f. Fagutali, ti, Ciſpio monti. Oppius autem appellatus eſt, ut ait Varro rerum humanarum l. VIII.
* f. Germalo, ab Opita * Oppio Tuſculano, qui cum præſidio Tuſculanorum miſſus ad Romam tuendam, dum Tullus Hoſtilius Veios oppugnaret, conſederat in Carinis, & ibi caſtra ha-
* f. Opiter buerat. ſimiliter Ciſitum * à Lævo Ciſpio Anagnino, qui ejuſdem rei cauſa eam par-
* f. Ciſpius tem Eſquiliarum, quæ jacet ad vicum Patricium verſus, in qua regione eſt ædis Meſitis, tuitus eſt. Siſtere fana cum in urbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido fu-
* f. Q. turorum fanorum conſtituere. quam * Antiſtius Labeo ait in commentario XV. juris pon-
* f. Subicere tificii, fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis & diis habere. Subigere * arietem in eodem libro Antiſtius eſſe ait dare arietem, qui pro ſe agatur, cædatur. Bene ſponſis, beneq. volueris in precatione augurali Meſſala augur ait ſignificare ſpoponderis, volueris. Serpula ſerpſerit, ait idem Meſſala, ſerpens irrepſerit. Solino idem ait eſſe conſulo. Suad ted idem ait eſſe, ſic te. Stellam ſignificare ait Ateius Capito lætum, & proſperum,
* f. lamella auctoritatem ſecutus P. Servilii auguris, (ſtellam) quæ ex tamella * ærea adſimilis ſtellæ locis inauguratis infigatur. " Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Ateius Capito lætum
* f. at & proſperum auſpicium, aut * ſilentium dubi * duntaxat vacat vitio. igitur ſilentio ſur-
* f. ubi gere cum dicitur, ſignificat non interpellari, quo minus rem gerat. ad * ſiniſtrum horta-
* f. at ri quoq. auſpicia ad agendum, quod animo quis propoſuerit. Satis verbum Verrio me-
* f. abſurdas lius fuit præterire, ut mihi videtur; quam tam abſuri qui * opinio ſuas de eo reſtare; *
* f. recitare quas ſciens præterii, tam hercules, quam de ſcabro, quod proximum ſequebatur. " Sti-
* f. qua patores ait dictos à ſtipa, quam mercedis nomine accipiant cuſtodes cujuſq. corporis. unde & ſtipam, quam * amphoræ cum extruuntur, firmari ſolent; etiam ſtipites, qui ob eandem cauſam deſtituatur. Sollicitare quidam dictum putant, vel *ut citare ex ſollo, quod eſt*

32. *Siniſtrum.*] Vide in *Silere*.

33. *Stipatores.*] Non video cur *deſtituantur*, mutandum ſit in *conſtituantur*, vel *deſtinantur*. nam C. Gracchus in oratione de legibus promulgatis apud Agellium lib. 10. cap. 3. uſus eſt eo verbo in eodem ſignificatu, cum inquit. Idcirco palus deſtitutus eſt in Foro, eoque adductus ſuæ civitatis nobiliſſimus homo M. Marius, veſtimenta detracta ſunt, virgis cæſus eſt. & Varro. Si eorum colla in furcas deſtitutas incluſerit.

34. Taj

Digitized by Google

*eſt* ex ſuo loco ac ſententia *movere. ſollum autem* quin ſignificet locum, quis *dubitet? cum exſules* quoq. dicantur loco p*atriae ſuae pulſi.* [34] Tappete * ex Graeco ſum*pſit*, *tappet*ae Ennius cum ait. t*appetem etiam dixit Turpi*lius in Demetrio. Le . . . . . *tappetem* veterem. ſic tappet*e neutro genere. Tetentum* in campo Martio locum *Verrius ait ab eo* dicendum fuiſſe, quod t*erra ibi per ludos* Secularis Ditis patris *ita leviter ter*atur ab equis quadrigari*is*, *ut eorum levis mo*tilitas * aequiparet mot*us rapidos velocis Lu*nae. quod quam aniliter re*latum ſit*, *cu*ivis manifeſtum eſt. [35] *Tauris ludi in*ſtituti dis Inferis ex *hac cauſa videntur.* Tarquinio regnante, cum *magna incidiſſet* peſtilentia in mulieres *gravidas*, *earum* fetu ſi facti * ſunt ex car*ne divendita populo* taurorum immolatorum. ob *hoc ludi Taurii* appellati ſunt, & fiunt *in circo Flaminio*, *ne* intra muros evocentur dii *Inferi. Sed Taurios* ludos Varro ait vocari, quod *eis ludis diſcipu*lus pendens à doctore in c*rudo corio tauri* ſolitus ſit impelli, atq. uſ*q. eo inibi cogi* docere, quoad conſiſteret, *& ſola virtut*e talorum conſtaret pedu*m firmitas. Tala*ſſionem in nuptiis Varro ait *ſignum eſſe lani*fici τάλαρον, id eſt quaſillum, *ita enim ſ*olitum appellari Talaſſionem. *at quidam* hiſtoriarum ſcribtor, Talaſſium ait *nomine* virum, rapta virgine unicae p*ulchritu*dinis, quod ei id conjugium fuerit fe*lix*, *boni* hominis * gratia nunc redintegrari. [36] *Tribunicia rogatione l*ex Curiata fertur, quo Hanni*bal anno in conſpectu* Romæ cum eſſet, nec ex præſidi*is diſcedere liceret*, Q. Fabius Maximus Verru*coſus*, *id per TR. PL. & Ma*rcellus coſ. facere *inſtituerunt*, *ut nota*vit Aelius in XII. ſigni*ficationum verborum T.* . . .ucum fulgur fuit *ab antiquis dictum*, *q*uia id, aut incendit, a*ut afflat*, *aut t*erebrat. Togatarum *duplex genus: praetextarum*, *h*ominum faſtigio; quæ *ſic appellantur*, quod togis praetextis remp. *adminiſtrent*. tabernariarum, quia *hominib. ex*cellentibus etiam humiles *permixti*, *ut ſunt* plagiarii, ſervi deniq. & *canponae ex tab*ernis honeſte prodeant *perſaepe.* [37] *Tauras*, vaccas ſteriles ap*pellabant*, *ait Verrius*, quæ non magis pariant, *quam tauri ſed vero*ſimilius ſit ex Græco dic*tas*, *quia Graeci vaccas*, ταύρας appellant. Todi ſunt *aves parvae*, *& to*dilli, quarum. m. Plautus in Syr*o*; *cum ait. Cum extritis* talis, cum todillis cru*ſculis. Tubiluſtria* quib. dieb. adſcribtum in *Faſtis eſt*, *cum in a*trio Sutorio agna tubae *luſtrantur*. *ab eis* tubos appellant, quod genus *luſtrationis ex* Arcadia Pallanteo * tranſlatum *eſſe dicunt. Tu*ditantes, tundentes, *negotium tund*entes ſignificare ait Cincius, *id eſt agentes.* Ennius l. II. Hæc inter ſe totum * *vi tudita*ntes. & Lucretius item libro II. Nec *tuditantia* rem ceſſant extrinſecus ullam. *Tudites malle*os appellant antiqui à tundendo, *quamv*is ali * crurib. * tudites. Inde Ateius *Philolog*us exſtimat Tuditano cognomen *inditum*, *quod* caput malleoli ſimile habuerit.

. . . . [38] *Tullios*

* f. tappetæ
* f. mobilitas
* f. fetus infecti
* f. omnis
* f. Arcadiæ Pallanteo, vel Arcadia à Pallante
* f. tota
* f. alii à tudib.

---

34. *Tapete.*] Turpilius apud Nonium neutro genere protulit, cum dixit, Glabrum tapete. Feſtus tamen ait maſculino genere uſum fuiſſe.

35. *Taurii ludi.*] Vide in *Talipedare.*

36. *Tribunicia.*] Lex Curiata de imperio militari magiſtratib. deſignatis mandando, ferebatur ab eo, qui eos magiſtratus deſignaſſet. Quantum autem ex his reliquiis divinare licet, videtur Feſti ſententia talis fuiſſe. Bello Punico ſecundo cum Annibal ad urbem accedens, portæ Capenæ appropinquaſſet, & quaſi in conſpectu Romæ jam eſſet, & ob id non liceret magiſtratibus ex præſidiis diſcedere, Q. Fabius, & M. Marcellus coſ. quia ipſi ad Urbem venire, & populum rogare de imperio novis magiſtratibus mandando metu imminentis Annibalis non poterant, egerunt id per Tribunos plebis, atq. ita Tribunicia rogatione legem Curiatam latam fuiſſe. quæ potius lex Tributa, vel ut verius dicam, Plebiſcitum appellari debuiſſet. locus ſane difficilis, & mutilato exemplari obſcurus. Q. Fabius & M. Marcellus coſ. eduntur anno 539. Ælius Gallus in libris Significationum verborum, quæ ad jus pertinent, citatur ſupra in *Poſtliminium.*

37. *Tauras.*] Videndus Varro lib. 2. de re ruſtica. cap. 5.

 38. *Tul-*

*f.amnis [38] *Tullios* alii dixerunt eſſe ſilanos, alii rivos, alii vehementes projectiones ſanguinis *
arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace. Aiax miſſo ſanguine
tepido tulii efflantes volant. [39] Topper ſignificare ait Artorius cito, fortaſſe, celeriter,
*f. matu- temere. * cito, ſic in Nelei carmine. Topper fortunæ commutantur hominib. (citius)
re. ſic C. Nævius. Capeſſet flammam Volcani cito. * ſic in eodem. Namq. nullum pejus
*f. topper. macerat * humanum, * quamde mare ſævum. Viret * cui ſunt magnæ, topper con-
*f. macit fringent inportunæ unde *. (fortaſſe) ſic Coelius l. VII. Ita uti ſe ſe quiſq. vobis ſtu-
*f. homonem, deat æmulari in ſtatu fortunæ reip. (eadem re geſta.) topper nihilo minore negotio acto,
gratia minor eſſet. fortaſſe, ſic Accius in Io. Topper, ut fit, patris teneicit iras. *
*f. vires
*f. undæ. (Ennius vero ſic.) Topper, fortaſſe valet in Enni & Pacuvi ſcriptis. apud Ennium eſt;
*f. pater Topper quam nemo melius ſcit. Pacuvius. Topper tecum ſit poteſtas faxſit, ſi mecum
iſtam eje- velit. ad * in antiquiſſimis ſcriptis celeriter, ac mature. in Odyſſia vetere. Topper fa-
cit foras. cit homines utrius fuerint. Topper citi ad ædis venimus Circæ, * ſimul duona eorum
*f. at
*f. Circes, portant ad navis millia. alia in iſdem * inſerinuntur. Tibicines * etiam hi appellantur,
qui ſacerdotes viri ſpecioſi publice ſacra faciunt, tubarum luſtrandarum gratia.
*f. indidem [40] Torrens participaliter pro exurens ponitur, ut eſt apud Pacuvium in Antiopa. Flam-
meo vapore torrens terræ fetum exuſſerit. ſignificat etiam fluvium, ſubitis imbrib. con-
*f. Tubicines, citatum, qui alioqui ſiccitatib. exareſcit. quius * aquam ipſam, quæ fluit, flumen recte
*f. quamvis dici ait Aelius Gallus l. II. quæ ad jus pertinent. ceterum volgi conſuetudine utrumq.
jam dici flumen, & perennem fluvium & torrentem. Torum, ut ſignificet torridum,
aridum, per unum quidem, R, antiqua conſuetudine ſcribitur, ſed quaſi per duo R,
ſcribatur pronuntiari oportet. nam antiqui nec mutas, nec ſemivocales litteras gemina-
bant, ut fit in Ennio, Arrio, Annio. Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius quaſi
terimam: quod terdeni equites ex trib. tribub. Titienſium, Ramnium, Lucerum fie-
bant. itaq. primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in ſingulis turmis
*f. Torrere à torreo. ſunt etiam nunc terni. Torreri à torro *, deductum proprie ſignificat ſiccare, atq. are-
facere. ſed uſurpatum eſt jam pro eo, quod ſit igne urere. Plautus. (In) una edet * opera
*f. una ædepol in furnum calidum condito, atq. ibi torreto. [41] Turannos *, Etruſcos appellari ſolitos
ait Verrius, à Turrheno duce Lydorum, à cujus gentis praecipua crudelitate etiam ty-
*f. Turrhenos rannos dictos. Tyria maria in proverbium deductum eſt; quod Tyro oriundi Poeni adeo
potentes maris fuerunt, ut omnib. mortalib. navigatio eſſet perículoſa. Afranius in Epi-
ſtola. Hunc ſerrium autem maria tyria conciet. Torvitas à ferocia taurorum dicta eſt.
Pacuvius in Armorum judicio. Feroci ingenio torvus prægrandi gradu. &. Cum re-
*f. turbellas cordor ejus ferocem, & torvam confidentiam. Turbelas * dixiſſe antiquos, quas nunc
tur-

---

38. *Tullios.*] Paulus in epitoma manuſcripta. *Tullios alii dixerunt eſſe ſilanos, alii rivos, alii vehementes projectiones ſanguinis arcuatim fluentis*, cetera ut Feſtus. In antiquo lexico Latino-Græco, *Silvanus* exponitur, *κρυνός* & ita fortaſſe legendum tum hic, tum apud Cornelium Celſum. Quid ſi pro *ſanguinis*, legamus *amnis?* quia ſequitur, quales ſunt Tiburi. ſed nihil temere mutandum.

39. *Topper.*] *Mature, pro temere* in margine poſuimus, quia ita eſt infra. *Homonem* autem pro *humanum*, ex Ennii verſu. Miſerum mandebat homonem. & ſupra in *Hemona*, ita habetur. Homonem, hominem dicebant. Verſus Attii in Io fortaſſe ita legendus. *Topper, ut ſit, patris ten'eicit ira*, vel, *Pater iſtam ejecit foras.* Verbum *inſerinuntur* omiſſum eſt in editione Auguſtiniana, quo antiqui uſi ſunt, pro *inſeruntur*.

40. *Torrens.*] Varro lib. I. de re ruſt. cap. 2. Verum enim illud Pacuvii. Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo vapore, aut frigore, terræ fructus omnes interire.

41. *Turannos.*] Paulus in epitoma manuſcripta. *Turanni Etruſci dicti à Thurenno duce Lydorum, à cujus gentis perpetua crudelitate, etiam tyranni ſunt dicti.*

42. Tu[illegible]

Digitized by Google

turbas appellamus, teſtis eſt Plautus in Pſeudolo. Quo alto * & quantas ſoleam turbelas dare. [42] Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinib. & extructum in altitudinem. quidam pileum lanatum forma metali figuratum, quo Flamines, ac Pontifices utuntur. eodem nomine vocari. Ennius. libaq. fictores argaeos, & *tutulatos*. *Tuor* video; Tueor, defendo *in uſu olim fuit*. ſed jam promiſcue utuntur, *& ponitur tue*or, pro video; & contueor, *pro defendo*. [43] *Tuguria* à tecto appellantur *domicilia ruſticorum* ſordida. Afranius in V*irgine*. *Sordidum* tugurium eſt, turpe. *Caecilius in Hypo*bolimaeo. Habitab*at in tugurio*, *ſine* operculo. quo nomine *Valerius in explana*tione XII. ait etiam . . . . . . . . *ſigni*ficari. Tuſcum vicum ceteri *quidem omnes ſcrip*tores dictum aiunt ab *eo*, *quod Porſena rege* deſcendente * ab obſidione, *remanſerint* Romæ, locoq. his dato, *ibi habitaverint Ve*jentes fratres Celes & Vibena, *unde poſt ejecti*, *quod* Tarquinium Romam ſecum max*ime reducere cupie*rint. M. Varro, quod ex Coe*lio in eum locum deducti* ſint. Toxicum dicitur cerv*arium venenum*, *quo* quidam perungere ſagit*tas ſoliti ſunt*.

* f. Quales,

* f. diſcedente

Caecilius in Gamo. Ut hom*inem miſerum* toxico tranſegerit. Afra*nius in* . . . uxorium iſtud toxicum mi*ttite*. *Tuſcos* quidam dictos aiunt à Tuſco *rege Hercu*lis filio. Alii quod unici ſtudii ſi*nt ſacrificiorum*, ex Graeco, velut θυοσκόοι. *Unde Tuſculum* ab eadem cauſa ſacrificiorum, v*el quod aditum dif*ficilem habeat, id eſt, δύσκολον. *Tumulum Stilo* Aelius ſic definit; Tumulus eſt *cumulus are*nae editus ſecundum mare fluctib. in *altum ele*vatus. unde ſimiliter & manufac*tus*, *& na*turalis proprie dici poteſt. *Tumultuarii* milites, dicuntur lecti ob ſubitum ti*morem*, *un*de etiam tumultum dici ait Verrius, quia *non aliunde* is ornatur *, quam ab Italicis & Gallicis h*ominib. qui imminent* Italiæ. itaq. nullum *tumultum*, *prater*quam Gallicum, aut domeſticum *nominabant*. *Thomices Graeco* nomine appellantur *canabi impoliti*, & ſparto leviter tortae *reſtes*, *ex quibus funes* fiunt. Lucilius. Vidimus *vinctum thomice ca*nabina. Opilius * Aure*lius ait* [illegible]lem pulvillum, quem in *collo habent*, *reſtis ne l*aedat, thomicem voc*ari*. *Tongere*. *Aelius St*ilo ait noſcere eſſe, *quod Praeneſtini tongi*tionem dicant, pro no*tionem*. *ſignificat & l*atius dominari. Ennius. *Alii rhetorica* tongent. & vincere *etiam quandoq*. videtur ſignificare.

* f. oriantur

* f. Opilius

[45] *Teſca Verrius a*it loca augurio deſig*nata*, *quo ter*mino finis in terra auguri. Op*ilius Aurel*ius loca conſecrata ad *augurandum ſcrib*ſit. ſed ſancta loca undiq. *ſaepta doce*nt Pontificis libri, in quibus *ſcriptum eſt*. *Templum*q. ſedemq. teſcumq. *ſive deo*, *ſive deae* dedicaverit, ubi eos ac*cipiat volentes*, propitioſq. Hoſtius belli *Hiſtrici l*. I. per gentes alte aetherias, atq. *avia teſca*, *per*que violabis * templa antiqua *deum*. *Cicero* vero aſpera difficilia aditu *dixit*, *cum ait*. *Loca* aſpera, ſaxa teſca tuor. *Accius in Philo*cteta. Quis tu

* f. vola-

42. *Tutulum*.] In exemplari ita plane eſt. *formam à tali*, unde in editione Auguſtiniana, *forma è tali* impreſſum eſt, cum *forma metali* ſcribendum fuiſſet. Varro lib. 6. Tutulati dicti hi, qui in capitib. habere ſolent, ut metam. Tertullianus in lib. de pallio. Tunc certiſſime ſupra omnes exuvias auguſta veſtis ſuperq. omnes apices, ac tutulos ſacer ſuggeſtus deducit oculos. in vulgatis tamen *titulos*, ſed corrupte legitur. Vetus etiam apud me inſcriptio habet. APONIÆ. A. TVTVL. ORNATRICI.

43. *Tugurium*.] Valerius in explanatione 12. citatur in verbo Sanates.

44. *Tumultuarii*.] Videndus Servius initio lib. 8. Æn. *Domeſticum* autem Feſtus dicit, quem Cicero lib. 8. Philipp. appellat *Italicum*. Locum hunc ad verbum ſuæ integritati reſtitutum arbitramur.

45. *Teſca*.] Accii verſus apud Varronem lib. 6. corrigendus ex eo, quem hic citat Feſtus; atque ita legendus. *Quis tu es mortalis, qui in deſerta, & teſca te adportes loca? loca enim quæ ſint, deſignat, cum dicit. Hephaſti lares* &c. nam verbum *praſtolare* ita mutavimus. *Lemnia* vero, quod his poſitum eſt, videtur adjectum.

 46. Ton-

Digitized by Google

tu es mortalis; *qui in deſerta*; & teſqua te adportas loca? [46] *Tonſillam ait* eſſe Verrius pa-
*f. conſi-gi lum dolatum *in acumen*, *&* cuſpide praeferratum, ut exiſti*mat*, *quem* cum figi * in li-
*f. Medo. tore navis re*ligandae* cauſa. Pacuvius in Medio *. Acceſ*ſi ad* eam, & toſillam * pegi
*f. tonſillam laeto in litore. *Accius* Phinidis. Tacete, & tonſillas lito*re la*edo * edite. Tonſam
*f. læto Ennius ſignificat remum, quod quaſi tondeatur ferro cum ait l. VII. Poſte recumbite,
veſtraq. pectora pellite tonſis. item. Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas. &
in Aſota. Alius in mari vult magno tenere tonſam. Thymbræum Apollinem Vergilius
*f. Tolleno à monte Thymbræo appellavit, qui eſt in agro Trojano. Tolenno * eſt genus machinæ,
quo trahitur aqua, alteram partem praegravante pondere, dictus à tollendo. Tolerare,
*f. Haud patienter ferre. Accius in Neoptolemo. Aut * quiſquam potis eſt tolerare acritudinem.
*f. cædi, Ennius l. II. Ferro ſe cæde *, quam dictis his toleraret. Toles tumor in faucib. quæ
per deminutionem tonſillæ dicuntur. Tullianum, quod dicitur pars quædam carceris
*f. iis, Ser. Tullium regem ædificaſſe aiunt. [47] Taxat verbum ponitur in his *, quæ finiuntur,
*f. arbitriove quoad tangi liceat. in litib. quoq. arbitrove * cum proſcribitur, quoad ei juſſit * ſtatuendi.
*f. jus ſit Taxatio dicitur, quæ ſit certæ ſummæ. à tangendo autem dici etiam ſcænici teſtimonio
ſunt, qui taxatores dicuntur, quod alter alterum maledictis tangit. Tabernacula dicuntur à ſimilitudine tabernarum, quæ ipſæ, quod ex tabulis olim fiebant, dictæ ſunt, non ut quidam putant, quod tabulis claudantur. Tagit. Pacuvius in Teucro. Ut ego, ſi quiſquam me tagit. & tagam. Idem in Hermiona. Aut non cernam, niſi tagam. ſine dubio antiqua conſuetudine uſurpavit, nam nunc ea ſine præpoſitionib. non dicuntur, ut contigit, attigit. [48] Tablinum proxime Atrium locus dicitur, quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas.

---

46. *Tonſillam.*] *Phinidis* non eſt mutandum in *Phœniſſis*: nam hæc Accii tragœdia citatur à Nonio pluribus locis, in quibus manuſcripti habent *Phinida.*

47. *Taxat.*] Verbum *juſſit*, mutavimus in *jus ſit.* quod in legum fragmentis eſt antiquo modo ſcribendi, *IOVS. SIET.*

48. *Tablinum.*] De *Atrio* vide ſupra in *Scribonianum*;

SCHE-

# SCHEDÆ QUÆ FESTI FRAGMENTO DETRACTÆ

## APUD POMPONIUM LÆTUM EXTABANT.

[1] MAnubiæ Jovis tres creduntur eſſe, quarum unæ ſint minimæ, quæ moneant placataeq. ſint. Alteræ quæ majores ſunt, ac veniant cum fragore, diſcutiantque aut divellant quæ à Jove ſint, & conſilio deorum mitti exiſtimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant: & quanquam nullum ſine igne fulgur ſit, hæ propriam differentiam habeant, quæ aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum. Manias Aelius Stilo dicit ficta quæ * ex fa- * f. quædam
rina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellent. Manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris eſſe larvas, id eſt manes deos deaſq. qui aut ab inferis ad ſuperos manant, aut Mania eſt eorum avia materna. ſunt enim utriuſq. opinionis auctores. Mamercus praenomen Oſcum eſt, ab eo quod hi Martem Mamertem appellant. Mamiliorum familia progenita ſit * à Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi * f. fuit
procreavit, quando id oppidum ipſe condidiſſet. Mantare, ſæpe manere. Cæcilius in Epiſtola. Jam ne * adeo manta. jam hoc vide, cæcus animum . . . . . . . ad- * f. al. ore
ventus angit. [2] Manticularum uſus pauperibus in nummis recondendis, etiam noſtro ſæculo fuit. Unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poetæ pro doloſe quid agendo uſi ſunt eo verbo. Pacuvius. Ad manticulandum aſtu aggreditur. ſcit enim quid promeruerit. modici manticulatur, . . . Ita me facti oppreſſi jugo. Item deinde. Aggrediar aſtu regem: manticulandum eſt mihi. et. Machinam ordiris novam manticula * tactu, an ſanctiora dicis jurajuranda. Plautus hoc ſignificare vi- * f. manticulæ
detur, quibus quotidie parvæ noxæ extergeantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas uſus fuit mantelorum. Moeſon perſona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis. dici ab inventore ejus Moeſone comœdo (ut) ait Ariſtophanes Grammaticus.

Maeniana

---

1. *Manubiæ.*] Acron. in Horat. od. 2. lib. 1. Omnes manubiæ albæ, & nigræ eſſe dicuntur, Jovis rubra & ſanguinea. Serv. in lib. 1. Æn. In libris Etruſcorum lectum eſt fulminum manubias dici. & in lib. 11. In æquinoctio vernali manubiæ Minervales. i. fulmina tempeſtates graviſſimas commovent. Vide in Triſulcum ſupra.

2. *Manticulari.*] Mantela, Servius apud me in ſchedis inquit, Lucilius dicit mappas. Mantela, meruntq.

3. *Opima.*]

Maeniana appellata ſunt à Maenio cenſore, qui primus in Foró ultra columnas tigna
projecit, quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Major Græcia dicta eſt Italia, quod
eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quod multæ magnaeq. civitates in ea fuerunt ex
Græcia profectæ. Maius menſis in compluribus civitatibus Latinis ante Urbem condi-
tam fuiſſe videtur. qua ex cauſa utrum à majoribus, ut Junius à junioribus dictus ſit:
an à Maia, quod Mercurio filio ejus res divinæ fiant ſolemnes: an quod ipſi deæ in
* f. ʌ ipſo menſe. multis Latinis civitatibus ſacrificia fiebant . . . ʌ Monſtrum ut Aelius Stilo inter-
pretatur, à monendo dictum eſt, velut moneſtrum. Item Sinnius Capito, quod mon-
* f. prædicium, ſtret futurum, & moneat voluntatem deorum. quod etiam prodigium, velut prædictum *
& quaſi prædictum, quod prædicat eadem, & portentum, quod portendat; & ſignifi-
cet. inde dici apparet id quartum, quod mihi viſum eſt adiciendum, præſertim cum ex
eadem ſignificatione pendeat, & in promptu ſit omnibus id eſt oſtentum: quod item ab
oſtendendo dictum eſt apud auctores: qui monent hiſtriones in ſcæna ſed etiam ubi adi-
ciuntur commentarii. Monile dictum eſt ornatus mulieris: qualem habuiſſe Eriphylam
fabulæ ferunt. ex eo etiam equis præpendens à collo ornamentum, monile appellant.
* al. verruntur Molucrum non ſolum quo molæ teruntur * dicitur, id quod græci μύλιηρον appellant,
ſed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere ſolet: cujus meminit Afranius in
* al. vertuntur, Virgine. Ferme virgini, tanquam gravidæ mulieri uterus, molucrum vocatur, tranſit
* f. ʌ & Ælius. ſine doloribus. Cloatius etiam ʌ in libris ſacrorum, molucrum eſſe aiunt ligneum quod-
dam quadratum, ubi immolatur. Idem Aelius in explanatione carminum Saliarium eo-
dem nomine appellari ait, quod ſub mola ſupponatur. Aurelius Opilius appellat ubi mo-
latur. Mola etiam vocatur far toſtum, & ſale ſparſum: quod eo molito, hoſtiæ aſper-
gantur. molas avias inepte quidam dictas putant. Mundus etiam mulieris . . . . . .
poteſt. Accius. Cum virginali mundo clam patre. Ennius. Idem loco navibus celſis
* f. Quin munda facie, atq. etiam ære Cereris. Qui * mundus appellatur, qui ter in anno ſolet
* f. id omne patere. III. Kal. Sept. & IIII. Non. Octobr. & III. id. Novemb. Qui (vel omni * dictus
eſt, quod terra movetur. Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Ver-
rius, in clibano ante quam percoquatur, decidit in carbones, cineremq. cujus meminit
* f. validam Lucilius. Piſtricem valida * ſi nummi ſuppeditabunt, addas empleuron, mamphulas
quæ ſciat omnis. Municeps eſt, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus eſt.
Item qui ex alio genere hominum munus functus eſt. Item qui in municipio ex ſervitute
ſe liberavit à municipe. Item municipes erant, qui ex aliis civitatib. Romam veniſſent,
* f. Ser. filius quib. non licebat magiſtratum capere ſed tantum muneris partem. At Servilius * aiebat
initio fuiſſe, qui ea conditione cives Ro. fuiſſent, ut ſemper remp. ſeparatim à populo
Ro. haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos, qui æque cives Ro. erant & in legione
* f. quaſdam merebant, ſed dignitates non capiebant. Mutas, quaſi * è litteris appellatas quidam pu-
tant, quòd poſitæ in ultimis partibus orationis obmuteſcere cogant loquentem.
quidam quod parvæ, exiguæq. ſint vocis, ut quando mutum oratorem, aut tragoe-
dum dicimus. Multam Oſce dici putant poenam quidam. M. Varro ait poenam eſſe,
ſed pecuniariam, de qua ſubtiliter in l. I. quaeſtionum Epiſt. refert. Mulleos genus cal-
ceorum aiunt eſſe; quibus reges Albanorum primi, deinde patricii ſunt uſi. M. Cato
* f. alutacinatos, vel lunatos originum li. VII. Qui magiſtratum Curulem cepiſſet (calceos) mulleos allutaciniatos *
ceteri perones. Item Titinius in Seriana * Jam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatis
in calceos. quos putant à mullando dictos. i. ſuendo. Multifariam dixerunt antiqui,
* f. Setina videlicet, quod in multis locis fari poterat. Manius Egeri * . . . Nemorenſem
* f. Ægerius agrum Dianæ conſecravit, à quo multi, & clari viri orti ſunt, & per multos annos fuerunt.
unde & proverbium. Multi Mani Ariciæ. Sinnius Capito longe aliter ſentit. ait enim
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . turpes

turpes & deformes, ſignificari, quia Maniæ dicuntur deformes perſonæ. & Ariciae genus panni * fieri; quod manici * appelletur. Moene ſingulariter dixit Ennius. Apud em- * f. panis porium in campo hoſtium pro * moene. Mutire, loqui. Ennius in Telepho. Palam * f. Manii mutire plebeio piaculum eſt. Moenia, muri; & cetera * muniendæ urbis gratia facta: * f. al. per ut Accius in Hellenibus. Signa ex templo canere, ac tela ob moenia offerre imperat, Significat etiam officia. Plautus in Nervolaria. * Prohibentq. moenia alia, unde ego * f. Sticho. fungor * mea. Murinam genus . . . . Manuos in carminib. ſaecular. Aelius *al. fungar Stilo ſignificare ait bonos: & Inferi di. Manes pro boni dicuntur à ſuppliciter eos vene- rantibus propter metum mortis, ut immanes quoq. pro valde A . . . . dicuntur, * f. A non bonis Muſcerdas prima ſyllaba producta dicebant antiqui ſtercus murum. Mepalia caſæ Poenicæ appellantur: in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſolute viventibus obici id vocabulum. Cato Originum libro quarto. Mapalia vocantur ubi habitant: ea quaſi cohortes rotundæ ſunt. Metalli * dicuntur in lege militari quaſi mercenarii. Accius Annalib. XXVII. * f. Metelli Calones, famuliq. metalliq. * caculaeq. à quo genere hominum Cæciliæ familiæ cogno- * f. metelliq. men putat ductum. Quod eſt . . . . . . . . . . Manum & mentum, proverbium eſt ex Graeco ductum, quod eſt, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου. Calchantem vitis ſerentem quidam augur vicinus præteriens, dixit errare: non enim ei fas eſſe novum vinum . . . . Minuſculae quinquatrus appellantur Idus Jun. quod is dies feſtus eſt tibicinum, qui colunt Minervam. cujus deæ proprie feſtus dies eſt Quinquatrus menſe Martio. Muli Mariani dici ſolent à C. Mari inſtituto, cujus milites in furca ſunt poſita * tabella varicoſius onera ſua portare aſſueverant. * f. ſuperpoſita



Digitized by Google

# SEX. POMPEI FESTI

## LIBER XIII. INCIPIT.

* f. a vehiculo lunæ adhibetur quod tam | * f. ea | * f. poſteriore, | * f. Popillium & Mathonem

MUlus a . . . . . . . . . : ea ſterilis ſit, quam mulus. vel quod ut mulus non ſuo genere ſed equis ortus; ſic ea Solis, non ſuo fulgore luceat. Mutiae deæ ſacellum . . . . . . . . Martius menſis initium anni fuit & in Latio, & poſt Romam conditam, quod eo * gens erat bellicoſiſſima, cujus rei teſtimonium eſt, quod poſteriores menſes, qui annum finiunt, à numero appellati, ultimum habent Decembrem. Malo cruce, maſculino genere cum dixit Gracchus in oratione, quæ eſt in P. Popillium poſteriorem *, tam repræſentavit antiquam conſuetudinem, quam hunc frontem, atq. hunc ſtirpem idem antiqui dixerunt, & rurſus hanc lupum, hanc metum. Item cum idem in Pompilium & matronas * ait. Eo exemplo inſtituto, dignus fuit qui malo cruce periret . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

* f. *Hac cum linea 2. pag. 17. conjungenda ſunt.* | * f. a M. Cato

. . . . . . . . . . . . . . . . * & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur: ob eamq. cauſam in ordine ſtare adeo cogeretur Praetoris. At Aelius Stilo, qui minime ordine viveret. a . . . . . in ea oratione, quam ſcribſit de ſuis virtutibus contra Thermum. Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia (in ordine) omnia ordinarius meruiſſem ſemper? ſunt quidam etiam, qui manipulares, quia infimi ſit ordinis, appellatum credant ordinarium. Ornatus dicitur, & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus à populo: etiam bene aptus, ut miles, aut gladiator, & acturus fabulas. Atq. & ornatus dicitur cultus ipſe, quo quis ornatur ut cum dicimus aliquem tragico vel comico ortu prodire . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Oreſtiades nymphæ; montium cultrices.

* f. majeſtate, ut | * al. in conviviis ſolus. | * f. ſcilicet | * f. item | * f. exorditæ.

Ordo ſacerdotum æſtimatur deorum a . . . . maximus quiſq. Maximus videtur Rex dein Dialis, poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex maximus. Itaq. in ſolus * Rex ſupra omnis accubat. Licet * Dialis ſupra Martialem, & Quirinalem Martialis ſupra proximum. Omnes idem * ſupra Pontificem. Rex; quia potentiſſimus. Dialis, quia univerſi mundi ſacerdos qui appellatur Dium. Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis. ſocio imperii Romani Curibus aſcito Quirino. Pontifex maximus, quod judex atq. arbiter habetur rerum divinarum, humanarumq. Ordiri eſt rei principium facere, unde & togæ vocantur exordiæ *. Opaca vocantur umbroſa. Opalia dies feſti, quibus ſupplicatur Opi, appellantur; quorum alter . . . . . . . . . Optutu, quaſi optuitu, à verbo, quod eſt tuor; & ſignificat video. Optatam hoſtiam, alii optimam appellant eam, quam Aedilis tribus conſtitutis

hoſtiis

Digitized by Google

hoſtiis optet, quam immolari velit. ³ Opima ſpolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipſe agrorum cultor habetur, nominatus à ſatu, tenenſq. falcem effingitur, quæ eſt inſigne agricolae. Itaq. illa quoq. cognominatur Conſiva, & eſſe exiſtimatur terra. Ideoq. in Regia colitur à P. R. quia omnes opes humano generi terra tribuat, ergo & opulenti dicuntur terreſtribus rebus copioſi; & hoſtiæ opimæ præcipue pingues, & opima magnifica & ampla. Unde ſpolia quoq. quæ dux P. R. duci hoſtium detraxit; quorum tanta raritas eſt, ut intra annos paulo . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . trina contigerint nomini Romano. una, quæ Romulus de Acrone; altera, quæ Conſul Coſſus Cornelius de Tolumnio; tertia, quæ M. Marcellus Jovi Feretrio de viridomato * fixerunt. M. Varro ait opima *f. Virdumaro ſpolia eſſe, etiam ſi manipulari miles detraxerit; dummodo duci hoſtium . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . non ſint. Ad ædem Jovis Feretri poni teſtimonio eſſe libros Pontificum; in quibus ſit. Prò primis ſpoliis bovem * *f. bove; pro ſecundis ſolitaurilib. pro tertiis agno publice fieri debere; eſſe etiam compelli reges * *f. Pompeli regis legem opimorum ſpoliorum talem. Cujus auſpicio claſſe procincta opima ſpolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat, & bovem caedito; qui cepit æris. cc. ſecunda ſpolia in Martis aram in campo, ſolitaurilia utra voluerit, cædito. tertia ſpolia Jamui * Quirino *f. Jāno agnum marem cædito. c. qui ceperit ex aere dato; cujus auſpicio capta dis piaculum dato. hujus ædis lex nulla extat; neq. templum habeat neq. * ſcitur. Ut qui optima lege fuerint * *f. necne. *f. fuant. adici ſolet, cum quidam magiſtratus creantur . . . . . . . . . . . . . . .

⁴ Obſcum

---

3. *Opima.*] *Pompeli regis* in margine ſcripſimus pro *Pompili*, quia ita antiqui dicebant, ut *Dueli.* pro *Duilii.* & ſchedæ habent, *Pompelli.* Formula legis dedicationis aræ, de qua in hoc fragmento, extat apud me, quam libet adſcribere. QVANDO. TIBI. HODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. HIS. LEGIBVS. HISQVE. REGIONIBVS. DABO. DEDICABOQVE. QVAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVSQVE. ARAE. TITVLORVMQVE. EST. SIQVIS. TERGERE. ORNARE. REFICERE. VOLET. QVOD. BENEFICII. CAVSA. FIAT. IVS. FASQVE. ESTO. SIVE. QVIS. HOSTIA. SACRVM. FAXIT. QVI. MAGMENTVM. NEC. PROTOLLAT. IDCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO. SIC QVIS. HVIC. ARAE. DONVM. DARE. AVGEREQVE. VOLET. LICETO. EADEMQVE. LEX. EI. DONO. ESTO. ARAE. QVAE. EST. ET. CETERAE. LEGES. HVIC. ARAE. TITVLISQVE. SVNTO. QVAE. SVNT. ARAE. DIANAE. IN. AVENTINO. HISQVE. LEGIBVS. HISQVE. REGIONIBVS. SIC. VTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. PRO. IMP. CAESARE. AVGVSTO. P. P. PONTIFICE. MAXIMO. TRIBVNICIA. POTESTATE. XXX. CONIVGE. LIBERIS. GENTEQVE. EIVS. SENATV. POPVLOQVE. R. COLONIS. INCOLISQVE. COL. IVL. PATERN. NARB. MART. QVI. SE. NVMINI. EIVS. IN. PERPETVVM. COLENDO. OBLIGAVERVNT. DOQVE. DEDICOQVE. VTI. SIES. VOLENS. PROPITIVS.

Legem vero Numæ, de ſpoliis opimis, ita ex Plutarchi Marcello nos emendandam, ſupplendamque exiſtimamus.

QVOIVS. AVSPICIO. CLASE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA.
CAPIVNTVR. IOVEI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO.
QVEI. CEPET. AERIS. CCC. DARIER. OPORTETO.
SECVNDA. SPOLIA. IN. MARTIS. ASAM. IN. CAMPO.
SVOVETAVRVLIA. VTRA. VOLET. CAEDITO.
QVEI. CEPET. AERIS. CC. DARIER. OPORTETO.
TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO. AGNOM. MAREM. CAEDITO.
QVEI. CEPET. AERIS. C. DARIER. OPORTETO.
QVOIVS. AVSPICIO. CAPTA. DIS. PIACVLVM. DATO.

Locus Plutarchi in promptu eſt, unde hæc ſumſimus, in eo autem habetur, præſcripſiſſe Numam in hac lege, ut prima ſpolia capta Jovi Feretrio conſecrentur, ſecunda Marti, tertia Quirino: præmiumque ſit primis aſſes trecenti, ſecundis ducenti, tertiis centum.

* al. ſacratæ obſcæ al. obſcitæ

* f. a publici populi.

[4] Obſcum duas diverſas, & contrarias ſignificationes habet. nam Cloatius putat eo vocabulo ſignificari ſacrum, quo etiam leges ſacrae obſcatae * dicuntur. & in omnibus fere antiquis commentariis ſcribitur Opicum pro Obſco, ut in Titini fabula quinta. Qui obſce & Volſce fabulantur, nam latine neſciunt. à quo etiam verba impudentia, & elata appellantur obſcena. quia frequentiſſimus fuit uſus Oſcis libidinum ſpurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui ſoliti produntur Augures A Romani. Obigitat antiqui dicebant, pro ante agitat; ut obambulare.

Obinunt, Obeunt. [5] Objurare antiqui pro aditu ponebant, ut eſt in . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Penteſilea. Formidabant objurare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ob vos ſacro, in quibuſdam precationibus eſt, pro vos obſecro, ut ſub vos placo, pro ſupplico. Opportune dicitur ab eo, quod navigantibus maxime utiles, optatiq. ſunt portus. Obherbeſcere, herbam increſcere.

* f. is, qui

* f. aliquot

* f. Sicinio

* f. univerſorum

* f. eum

* f. qui deo, qui deæ

* al. videre

Oboritur, naſcitur. nam præpoſitionem ob, pro ad, ſolitam poni, teſtis hic verſus. Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo. & Ennius. Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Obnectere, obligare, maxime in nuptiis frequens eſt. Obſervaſſe dicitur, qui obſervat quid, cujuſque cauſa facere debet. Itaque bis * obſervat, coluiſſe aliquem dicitur. [6] Ommentans, Livius in odyſſea quom ait. In Pylum advenies, aut ibi ommentans, ſignificat obmanens, ſed ea ſignificatione, qua ſæpe fieri dicitur, id enim eſt mantare. Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut teſtimonio eſt, non ſolum ei contrarium inops . . . concedit. ego egens exortus ſum. [7] Obſidionalis corona eſt, quæ datur imperatori ei, qui obſidione liberavit ab hoſtibus obſeſſos. ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. herbam autem victoriæ ſignum fuiſſe apud antiquos alii quod * exemplis docuimus. Quæ corona magnæ auctoritatis fuit. nam & P. Decio datæ duæ ſunt; una, ab exercitu univerſo; altera, ab his qui fuerunt in præſidio obſeſſi; & L. Sergio * Dentato, qui Achilles Romæ exiſtimatus eſt: ac fertur centies & vicies pro rep. depugnaſſe. coronis donatus. XXVI. in his aureis VIII. civicis XIV. muralibus tribus. obſidionali una. Inter obſidionalem, & civicam hoc intereſſe, altera ſingularis ſalutis ſignum eſt; altera, diverſorum * civium ſervatorum. [8] Obſtitum Cloatius, & Aelius Stilo eſſe aiunt violatum attactumq. de cælo. Cincius quom *, qui deo deeq. * obſtiterit, id eſt qui viderit quod videri * nefas eſſet. Obſti-

4. *Obſcum.*] *Opſce*, pro *Oſce* in Titinii verſu ſunt qui legant eo modo, quo *opſtinatum*, pro *obſtinatum*, & alia his ſimilia, quæ infinita pæne reperiuntur. quos ego non moror, quo minus legant, ut lubet. qui vero Opicum, in Opſcum mutandum cenſent, eis plane aſſentiri non poſſum. Nam verum eſt quod ait Feſtus *Opicum* in antiquis commentariis pro *Oſcum* inveniri, & pro Opice Titinium, Oſce dixiſſe. Opici enim & Oſci iidem ſunt. hoc ut credam, quibus argumentis, adducar, docebo. Livius dicit Fregellas Sidicinorum agrum, deinde Volſcorum fuiſſe. hoc idem eſt, ac ſi pro Sidicinorum dixiſſet Oſcorum. nam Sidicini, Oſci ſunt. Strabo lib. 5. Σιδικινῶν, οὗ καὶ Ὄσκοι. cum itaque Livii locum imitatus Stephanus, pro Sidicinorum id eſt Oſcorum, poſuerit Ὀπικῶν, manifeſtum eſt, Opicos & Oſcos eoſdem eſſe. Φρέγελλα, inquit, πόλις Ἰταλίας, ἣ τὸ μὲν ἀρχαῖον Ὀπικῶν ἦν, ὕστερον δὲ Οὐολούσκων ἐγένετο. In fine videtur legendum Augures Publici populi Romani, ex loco ſimili in Publicus ager.

5. *Objurare.*] Vide in *Obitu*.

6. *Ommentans.*] Placidus in Gloſſis. Ommentat, expectat. dictum à mantando, i. diu manendo.

7. *Obſidionalis.*] Pro *diverſorum*, in epitoma eſt. *univerſorum*.

8. *Obſtitum.*] *Qui deo, qui dea*, in margine emendavimus, ex antiqua formula inſcriptionis Fratrum Arvalium, in qua eſt, *SIVE. DEO. SIVE. DEAE.* Vide Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 9. Si Deus, Si Dea, Cato de re ruſtica cap. 89. Agel. lib. 2. cap. 28. Arnob. lib. 3.

9. Ob-

Digitized by Google

Obſtinato, infirmato, perſeveranti, ut tenere poſſit, ut Pacuvius. obſtinati exortus. ut Accius in Amphitryone. Ut tam obſtinato animo confiſus tuo. Cato in Q. Thermum de. X. hominibus. Rumorem, fama floccifecit capitas * ſtupris, obſtinatus inſignibus flagitiis. Nævius in Lycurgo. Vos qui aſtatis obſtinati. Obſtrudant, obſatulent, ab avide truendo * cyngilam, * non ſumendo cibum. Unde & obſtrudulentum . . . . . . . . . . . . . . . . dixit Titinius. Obſtrudulenti aliquid, quod pectam ſedens; aut luculentaſter *, aut formaſter frigidus. [9] Obſidium, tamquam præſidium, ſubſidium, recte dicitur. cujus etiam auctor. C. Lælius pro ſe apud populum. Ut in * nobis terra mariq. ſimul obſidium facerent. Et Salluſtius hiſtoriarum. I. Magnis operibus * perfectis * obſidium coepit per. L. Catilinam legatum. [10] Obſtitum, obliquum. Ennius. L. XVI. Montibus obſtitis, obſtantibus, unde oritus nox. & in L. VIII. Amplius exaugere obſtipolumve * ſolis. Cæcilius in imbros. * Reſupina obſtito capitulo ſibi ventum facere cunicula *. Lucretius. Omnia mendoſe fieri, atq. obſtita neceſſe eſt. Obſalutare, offerre ſalutandi gratia dicebant antiqui, ut conſalutare, perſalutare. Obvaricator dicebatur, qui cuipiam occurrebat, quo minus rectum iter conficeret. Ouſentinæ tribus initio cauſa fuit nomen fluminis Ouſens, quod eſt in agro Privernate mare intra * & Taracinam. Lucretius *. Priverno Ouſendina venit, fluvioq. Ouſente. poſtea deinde à Cenſoribus alii quoq. diverſarum civitatum eidem tribui ſunt aſcripti. Oſcillum Santra dici ait, quod oſcillent, id eſt inclinent, præcipiteſq. afferantur *. Oſcillantes, ait Cornificius, ab eo quod os cælare ſint ſoliti perſonis propter verecundiam, qui eo genere luſus utebantur. Cauſa autem ejus jactationis proditur Latinus rex, qui prælio quod eis * fuit adverſus Mezentium Cæritum regem nuſquam apparuerit, judicatuſq. ſit Juppiter factus Latiaris. Itaq. (ſcit ejus * dies feriatos liberos, ſervoſq. requirere eum non ſolum in terris, ſed etiam qua videretur cælum poſſe adiri per oſcillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum interdum, infima ad ſummum efferuntur. atq. ideo memoriam quoq. redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactiſq. alimentum, quia per eos dies feriarum, & oſcillis moveantur, & lactata potione utantur. nec deſunt qui exemplum Græcorum ſecutos putent Italos, quod illi quoq. injuria interfecto Icaro, Erigone filia ejus dolore inpulſa ſuſpendio periiſſet, per ſimulationem . . . . . . Oſtentum non ſolum pro portento poni ſolere, ſed etiam participialiter . . . . . . . . . . teſtimonio eſt Pacuvius in Medo. Atq. eccum in ipſo tempore oſtentum ſenem. & Accius in Bacchis. Præſens præſto irridetis nobis ſtipe . . . . ultro oſtentum obtulit. Oſcinum tripudium eſt, quod oris cantu ſignificat quid portendi; cum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus. Obſtinet dicebant antiqui, quod nunc oſtendit; ut in veteribus carminibus. Sed jam ſe caelo cedens * aurora obſtinet ſuum patrem. Oſcines aves Ap. Claudianus * eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, ut corvos, cornix, noctua. aut * quæ alis ac volatu; ut buteo, ſanqualis, aquila, immiſſulus, vulturius. picam aut * Martius, Feroniuſque, & parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur. Oſtiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidiſſe, & feminino appellaſſe vocabulo fertur. quod ſive ad urbem, ſive ad coloniam, quæ poſtea condita eſt,

* al. cupitus
* al. trudendo
* f. gingivam
* al. hic lætaſter.
* f. uti
* al. opique
* al. profectis
* f. obſtipo lumine
* al. C. Licinius Imbrex.
* f. tunicula
* f. inter mare, &
* al. Lucilius.
* f. efferantur.
* al. ei
* al. per ſex eos
* f. ſcilicet eos
* al. canens
* al. Claudius
* f. alites.
* f. Picus aut m

---

9. *Obſidium.*] In exemplo Salluſtii legendum *cœpit*, pro *cepit*, Tacitus. lib. 4. Obſidium cœpit per præſidia, quæ opportuna jam muniebat.

10. *Obſtitum.*] In verſu Licinii, ſive Cæcilii pro *cunicula*, videtur legendum *tunicula*, ut in margine notavimus.

eſt, refertur. Quod neutrum certe plura . . . . . ferri non debet. Oſculana pugna in proverbio, quo ſignificabatur victos vincere, quia in eadem & Valerius Lævinus imperator Ro. à Pyrrho erat victus, & brevi eundem regem devicerat. Sulpicius . . . . . . . . . item Imperator noſter. ejus rei meminit Titinius hoc modo. Hæc quidem quaſi Oſculana pugna eſt . . . ſecus, quia in fugere poſſi hinc ſpolia colligent. Significatur etiam oſculo ſavium, ut Plautus in Nervolaria. Oſculum ſat eſt mihi . . . . . . . . . qui ambo * mi pater; quod inter cognatos, propinquoſq. inſtitutum ab antiquis eſt, maximeq. feminas . . . . . . . . . . .

[* f. ambo]

[† f. ^ cum dicebatur,] † Optima lex ^ . . . . . . . in Magiſtro populi faciendo. qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus ejus eſſe ſignificabatur, ut fuit Mani Valerii. M. F. Voluſinæ gentis * qui primus Magiſter à populo * creatus eſt. propter * quam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum dicta * eſt, quæ ante non erat, deſitum eſt adici; ut optima lege, utpote imminuto jure priorum Magiſtrorum. Originum libros quod inſcripſit Cato, non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus, quando prægravant ea, quæ ſunt rerum geſtarum P. R. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus. his * adjutor dabatur centurioni à Trib. Militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permiſſum eſt optare. etiam nomen ex facto ſortitus eſt. Plautus in Aſinaria. Qua me, qua uxorem, qua tu ſervum Sauream potes, circumduce, aufer, promitto tibi non obfuturum ſi id effeceris tibi, optionem ſumito Leonidam. Obſidionem potius dicendum eſſe, quam obſidium, adjuvat nos teſtimonio ſuo Ennius in Telamone quom ait. Scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obſidionem paras. Item alio loco. Hector, qui haud ceſſat obſidionem obducere. Orare antiquos dixiſſe pro agere; teſtimonio ſunt, quod & oratores, & hi qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, qui reip. mandatas partis agebant. Ennius quoq. quom dixit in l. 1. Annalium. Facere vero quod tecum precibus pater orat. Oſcos quos dicimus ait Verrius Opſcos antea dictos. teſte Ennio, quom dicat. De muris rem gerit Opſcus. Adicit etiam, quod ſtuprum inconceſſæ libidinis obſcena dicantur, ab ejus gentis conſuetudine inducta. quod verum eſſe non ſatis adducor, quom apud antiquos omnes fere obſcena dicta ſint, quæ mali ominis habebantur. ut illa Virgilii teſtimonio ſunt, ut ſuperiorum auctorum exempla referre non ſit neceſſe, quom ait. Harpyias obſcenas volucres. & Obſcenamq. famem. Ob prapoſitione antiquos uſos eſſe pro ad, teſtis eſt Ennius, quom ait. LXIIII. Omnes occiſi, obcenſiq. in nocte ſerena. id eſt, accenſi. * & in Iphigenia. Acherontem adibo * ubi mortis theſauri adjacent *. Ejuſdem autem generis eſſe ait obferre, obtulit, obcurrit, oblatus, objectus: mihi non ſatis perſuadet. Oſtentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participaliter quoq. dici ſolitum ſit, non dubium. facit etiam C. Gracchus de legibus à ſe promulgatis, quom ait. Quod unum nobis in oſtentum, ipſis in uſum adportatur. Occiſitantur, ſæpe occiduntur. ſic C. Gracchus pro roſtris in P. Popilium. Homines liberi nunc in oppido occiſitantur. Oſi ſunt, ab odio declinaſſe antiquos teſtis eſt. C. Gracchus in ea, quæ eſt de lege Minucia, quom ait. Mirum ſi quid his injuriæ ſit, ſemper

eos

[* f. Valeſii M.] [* f. populi] [* f. poſt] [* al. data] [* f. is] [* al. lucenti] [* al. obibo] [* al. objacent]

---

11. *Optima lex.*] In ſchedis tantum ſpatii relictum eſt, quantum ad reponenda duo verba, quæ in margine notavimus, ſatis eſt. *Magiſter populi*, pro *à populo*; item *magiſtrorum* pro *magiſtratuum*, ut eſt in ſchedis, legendum putamus. De antiqua vero formula, VTI. QVOD. OPTVMA. LEGE. FVAT, Videndus Agellius lib. 1. cap. 12. & Livius lib. 9. in fragmento legis Agrariæ apud me eſt. VTEI. QVOI. OPTVMA. LEGE. PRIVATVS. EST.

12. Op-

Digitized by Google

eos oſi ſunt. quod nunc quoque cum præpoſitione elatum frequens eſt, quom dicimus, ſemper peroſi. Oſtende, oſtendam: ut permultis aliis exemplis ejus generis manifeſtum eſt. Optionatus, ut Decurionatus, Pontificatus dicitur, ut Cato in ea, quam habuit apud equites. Majores feorſum, atq. diverſum pretium parávere bonis, atq. ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alioſq. honores.

. Ob os, ad os ſignificat . . . . Item ut ſuperioribus quoq. exemplis teſtatus * eſt. Obſonitavere, ſæpe obſonavere. Cato in ſuaſione (de lege orchia derogaretur *. Qui antea obſonitavere: poſtea centenis obſonitavere. Significat autem convivari. Oſtentas, ſæpe oſtendis gloriandi cauſa. Sed & participialiter id & dici debet, & dictum eſt feminino genere. Ovibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus delictis, ut in majoribus amb. * nec hunc ultra numerum excedebat multatio: quæ poſtea quam aere ſignato uti civitas coepit, pecoraq. multaticia incuria corrumpebantur unde etiam peculatus crimen uſurpari coeptum eſt, facta æſtimatio pecoralis multæ, & boves centenis aſſibus, oves denis æſtimatæ. Inde ſuprema multa, id eſt maxima appellatur tria millia æris. Item vinceſis * minoribus delictis. Olivitam antiqui dicebant, quom olea cogebatur *: ut meſſem cum frumenta, aut vindemiam, quom uvas. quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum * ejus ſignificationis cauſa * habaremus. quamvis quidam oblivitatem meam * dicant. [12] Oppidorum originem optime refert Cato. Cicero lib. 1. de gloria, eamq. appellationem uſurpationem appellatam eſſe exiſtimat, quod opem darent adiciens, ut imitetur inertias * Stoicorum. Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Uragum *, quod & v, litteræ ſonum per, o, efferebant: per, e, litteræ formam nihilominus, g, uſurpabant. Sed nihil affert exemplorum, ut ita eſſe credamus: niſi quod his * deus maxime nos urgeat. Obmoveto, pro admoveto dicebatur apud antiquos, ut alia: quæ relata ſunt. Offendices ait eſſe Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. At Veranius coriola exiſtimat, quæ ſint in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quæ ab offendendo dicantur. nam quom ad mentum perventum ſit, offendit mentum. Olvatum * Antiſtius Labeo ait eſſe menſuræ genus. Occultum offerre, ſignificat ſub terram fere ponere. Obiacuiſſe, antea jacuiſſe. Præceptat, in ſaliari carmine eſt, ſæpe præcipit. [13] Pa pro parte; & po, pro potiſſimum * poſitum eſt in ſaliari carmine. Promenervat item, pro monet. [14] Praedotiont, præoptant. Proſpices, proſpice. Peſnis *, pennis *, ut Caſmenas dicebant, pro Camaenis: & Caeſnas pro cænis. Polteo, pro ulteriore. Polet; pollet: quia nondum geminabant antiqui conſonantis. Pliſima *, plurima. Pretet tremonti prætemunt. pe. Perfines, perfringas *. Prometion *, præcipuum, præter cæteros meritum. aut pro medium * hoc eſt participat; aut * pro indiviſo dicimus. [15] Priviclio es *, privis id eſt ſingulis. Petilam ſuram, ſiccam, & ſubſtrictam vulgo interpretatur. Scævola ait ungulam albam equi ita dici. Pilumnoe poploe in carmine ſaliari, Romani, velut pilis uti aſſueti: vel quia præcipue pellant hoſtis. Præpetes aves quidam dici aiunt, quia ſecundum auſpicium faciant prætervolantes. alii quod aut ea, quæ præpetamus indicent. aut quod prætervolent. aut ex Græco tractum putant, quod

* f. teſtatum
* f. ne legi Orchiæ derogaretur.
* f. xxx. bob.
* f. vinceſſis
* al. colligebatur.
* al. nullam
* al. cauſam
* al. olivitatem eam
* al. ineptias
* f. Urgum,
* f. is
* al. Olvatium
* al. populo
* al. Poeſnis
* al. Poenis
* al. Pluſima
* al. perſtringas.
* al. Promorion
* al. medio
* al. ut
* f. Privicloes.

---

12. *Oppidorum.*] Nomen *Catonis* in ſchedis adjectum opinor ab aliquo, qui putarit à Feſto indicari libros Originum M. Catonis, cum tamen hic agatur de etymo oppidorum. Sed poſſum falli.

13. *Pa.*] Sic, do, pro, domo. Vide Auſonium.

14. *Praedotiont.*] Ita in ſchedis: & recte. nam antiqui, o, pro u, ponebant. Unde in columna Duilii eſt, EXFOCIONT. Vide in *Orcus*.

15. *Priviclioes.*] Cum ita ſit in ſchedis, opinor legi debere, *privicloes*, ut *aboloes*.

16. *Pi-*

Digitized by Google

quod ante conſpectum volent noſtrum. inepte. s. ex præpoſitione Latina componentes & Græco vocabulo. ceterum poetæ promiſcue omnis aves ita appellant. [16] Pilare, compilare. ſunt qui Græcæ originis . . . . . . . . . . . . [17] Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum: quod eas Dori ficas vocant. Petulantes, & petulci etiam appellantur qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. Ver. in IV. Geor. Neq. oves, hoediq. petulci floribus inſultent. &, Corrnigeras norunt matres . . . agniq. petulci. Et Afranius in Ida. Noſtrum in conventum, aut conſeſſum ludum, lapſumq. petulcum. Interdum pro veloce uſi videntur antiqui; ut hoc verſu intelligi poteſt. Exiluit quaſi petulcus quidam, pedibus* convibravit. [18] Petrarum genera ſunt duo, quorum alterum naturale ſaxum prominens in mare, cujus Ennius meminit L. XI. Alte delata, ceteriſq. * ingentibus tecta. & Levius * in Centauris. Ubi ego ſæpe petris. alterum manufactum, ut docet Ælius Gallus. petra eſt, qui locus * dextra ac ſiniſtra fornicem expleturuſq. * ad libramentum ſummi fornicis. Petiſſere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua ſunt laceſſere, & inceſſere. ſed ut mihi videtur. quom ſignificabant ſæpius petere, ut peteſſant, ſæpius petant. Petrones ruſtici fere dicuntur propter vetuſtatem, & quod deterrima quæq. ac præruptus . . . jam agri petræ vocantur, ut rupices idem à rupicis. * Petauriſtas Lucilius à petauro appellatos exiſtimare videtur, quom ait. Sicuti mechanici, cum alto exiluere petauro. At Aelius Stilo quod in aere volent, cum ait. Petauriſta proprie Græce, ideo quod his * πρὸς ἀέρα πέτεται. Petoritum, & Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum eſſe exiſtimant à numero IIII. rotarum. alii Oſce, quod hi quoq. petora quattuor vocent alii Græce. ſed αἰολικῶς dictum. Petimina in his * jumentorum ulcera, & vulgo appellant, & Lucilius meminit quom ait. Ut petimen naſo, aut lumbos cervicibus tangat. eo nomine autem, & inter duos armos ſuis quod eſt, aut nectos, * ſolitum appellari teſtatur Nævius in deſcriptione ſullæ, * quom ait. Petimine piſcino qui meruerat. Pennas antiquos fertur appellaſſe peenas ex Græco, quod illi πετηνὰ ea, quæ ſunt volucriora * dicant. Item eaſdem peſnas, ut caeſnas. [19] Pictor Zeuxis riſui * mortuus, dum ridet effuſe pictam à ſe anum γελῶν. cur hoc loco relatum ſit à Verrio, cum de ſignificatu verborum ſcribere propoſitum habuerit, equidem non video, cum verſiculos quoque (adhæreret tulerit & ineptos pati; ſed nullius prætoris * prætexto nomine: qui tamen ſunt hi. Nam quid modi facturus riſu deniq.? niſi pictor fieri vult, qui riſu mortuus eſt. Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata eſt, eaq. erat ſine pictura. ejus rei argumentum eſt pictura in aede Vertumni, & Conſi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. * Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Tunica autem palmata à latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc à genere pictu-

* al. pedicus
* f. petriſque
* f. Lævius
* al. quæ Jovis
* al. expletura eſt
* f. à rupibus
* f. is
* al. humeris
* al. pectus
* al. ſuillæ
* al. volucria
* f. riſu
* f. ea de re retulerit, & ineptos ſatis, & nullius pretii
* f. L.

16. *Pilare.*] Scribendum *Græci enim, fures, φιλῆτας* dicunt. Seneca. epiſt. 52. lib. 7. Voluptates præcipue exturba, & inviſiſſimas habe latronum more, quos Ægyptii philiſtas vocant.

17. *Picati.*] Heſiodi antiquus interpres in Theogonia, dicit Bœotios, non Dorios ut Feſtus ait, Sphingem ita appellare. *Φίκα δ' αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον.*

18. *Petrarum.*] In ſchedis *Levius* eſt pro, *Livius.* Unde ſuſpicor *Lævium* poetam indicari, de quo Agellius lib. 12. cap. 10. licet ibi quoque Livius ſit mendoſe, cum antiquiſſimus liber habeat, Lævius.

19. *Pictor Zeuxis.*] In ſchedis ita ſunt hac verba depravata, ut tamen ad veram lectionem eliciendam quaſi manu ducant, cum in eis ita ſit. *cum verſiculos quoque adhæreret tulerit & ſeptos pati. ſed nullius prætoris prætexto nomine.* nos emendavimus *cum verſiculos quoque ea de re rettulerit, & ineptos ſatis, & nullius pretii prætexto nomine.*

20. Pi-

piɫuræ appellatur. Impetum, induſtrium, indulgentem perinde compoſita eſſe ait Verrius, atq. impune, & immunis, mihi non ſatis perſuadet.

Pietati ædem conſecratam ab Acillo * aiunt eo loco, quo quondam mulier habitaverit, quæ patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit: ob hoc factum, impunitus * ei conceſſa eſt. Picum avem quidam dictum putant à Pico rege Aboriginum, quo diſſolutus ſit * A . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Piſcatorium æs vetuſto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piſcibus. Pedam veſtigium humani præcipue pedis appellaſſe antiquos in commentariis quibuſdam inveniri ſolet. Peſcia in ſaliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellib. agninis facta, quod Græci pelles vocent peſce neutro genere pluraliter. Peſtiferum fulgur dicitur, quo mors, exiliumve ſignificari ſolet. [20] Piſalitem appellat Nævius Pantaleontem, id eſt Piſis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Piſani dicantur. Pedibus obſitum, id eſt pediculis, Titinius pedicoſum appellat hoc modo. Rus detrudetur pedicoſus, ſqualidus. Pedes autem pro pediculis. ſic Plautus refert in Curculione. Item genus A * inter homines meo quidem animo, ut muſcæ, culices, cimices, pedeſq., puliceſq. & Livius in gladiolo. Pulices ne, an cimices, an pedes, reſponde mihi. & Lucilius. Ubi me vidit, caput ſcabit, pedes legit. Peſeſtas inter alia quæ (ſi) inter precationem dicuntur, * cum fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, ut intelligi ex ceteris poſſunt, quom dicitur. Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem. Pedum baculi genus incurvum, ut Vir. in Buc. quom ait. At tu ſume pedum, quod me cum ſæpe rogaret. Pedem ſtruit in XII. ſignificat fugit, ut ait Ser. Sulpicius. Piſtum piſendo perpolitum * antiqui frequentius uſurpabant, quam nunc nos dicimus. Pedarium Senatorem ſignificat Lucilius quom ait. Agipes vocem mittere coepit. qui ita appellatur, quia tacitus tranſeundo ad eum, cujus ſententiam probat, quid ſentiat, indicat. Piſcatorii ludi vocantur, qui menſe Junio trans Tiberim fieri ſolent pro quæſtu piſcantium. Piſcinæ publicæ hodieq. nomen manet, ipſa non extat. ad quam & nata tum, & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus. Unde Lucilius ait. Pro obtuſo ore pugil, piſcinienſis reſes. Pectenatum tectum dicitur à ſimilitudine pectinis in duas partis diviſum, ut teſtudinatum in quattuor. Piari eos velut proprio verbo, ait Verrius, qui parum ſint animati, cum mentis ſuæ non ſunt, per quædam verba liberantur incommodo. Pignoſa, pignora eo modo, quo Valeſii, Auſelii, pinoſi, paliſi * dicebantur.

Pectuſcum Palati dicta eſt ea regio Urbis, quam Romulus obverſam poſuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, & quia * molliſſime adibatur urbs. cum Etruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet ceteræ vicinæ civitates colles aliquos * haberent oppoſitos. Peculatus eſt nunc quidem qualecunq. publicum furtum, ſed inductum eſt à pecore, ut pecunia quoq. ipſa. Jam * etiam noxii * pecore multabantur, quia neque æris adhuc, neque argenti erat copia. Itaque ſuprema multa etiam nunc appellatur. Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alii ſagam, alii expiatricem vocant; & piamenta, quibus utitur expiando. alii purgamenta. Piacularis porta appellatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant. vel, ut ait Cloatius, cum ex ſacro * per aliquem piaculo ſolvitur, ut aliqua piandi propitiandiq. cauſa immolatur. Pigere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni ſolet. Pangere, figere. unde plantæ pangi di-

* f. Acilio
* f. impunitas.
* f. A quod is ſolitus
* f. A eo uti.
* al. A eſt lenonum
* al. interpretatores dicunt,
* f. imprecatores
* al. à piſendo propolitum
* f. Pinaſii, Papiſii.
* f. qua
* f. aliquot
* f. Nam
* f. noxiæ
* f. cum facto

---

20. *Piſalitem.*] Ita eſt in ſchedis pro *Piſatilem.* & ita videtur legendum.



21. Ta-

Digitized by Google

dicuntur, cum in terram demittuntur . . . . . . . . . . . . . Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur. at commutatur, quod aliud pro alio ſubſtituitur. Sed ea jam confuſe in uſu ſunt. Pierides Muſæ propter amœnitatem, ac ſolitudinem Pierii montis dictæ videntur, quo * eſſe * ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectentur. Percontatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico uſu, quia conto pertentant, cognoſcuntq. navigantes aquæ altitudinem. ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per.o. ſolere ſcribi. mihi id falſum videtur: nam eſt illa percunctatio, quod is, qui curioſe quid interrogat, pecunctari ſit * ut recte per v. litteram ſcribatur. Perſugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut ſervus, aut hoſtis ſui * voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur transfuga, quanquam ſunt, qui credant perfugam eſſe, non tam qui alios fugiat, quam qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat. Perfacul antiqui, & per ſe facul dicebant, quod nunc facile dicimus, inde permanſit in conſuetudine facultas. Peremptalia fulgura Graccus * ait vocari, quæ ſuperiora fulgura, ut * portenta vi ſua peremant duobus modis, prioribus tollendis: aut majore manubia, ut tertia ſecundæ, ſecunda primæ cedat. nam ut omnia * ſuperentur fulgure, ſic ictum fulgur manubiis vinci. Perediam & bibeſiam Plautus finxit ſua conſuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Peremere Cincius in lib. de verbis priſcis ait ſignificare idem, quod prohibere. at Cato in li. qui eſt de re militari pro viciare uſus eſt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Tabem eam, quæ faceret tabeſcere apud antiquos uſurpatum. Salluſtius quoque frequenter, ut in Catilina, cum ait. Uti tabes pleroſq. civium animos invaſerat. & in li. IV. hiſtoriarum. Qui quidem mos, ut tabes in Urbem coierit. * & Corvinius * pro Liburnia. Propter hanc tabem, atq. perniciem domus totius. Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citro * ſive privatim. ſive publice opus erat, certiores abſentes faciebant. unde adhuc tabellarii dicuntur. & tabellæ miſſæ ab imperatoribus. [21] Tagax furunculus à tangendo * cujus vocabuli Lucilius meminit. Et mutonis manum perſcribere * poſſe tagem. * Tages nomine Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur diſciplinam dediſſe aruſpicii duodecim populis Etruriæ. Taminia uvæ ſilveſtris genus. videtur Verrio dicta, quod tam mira ſit quam minium. Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe. Talentorum non unum genus. Atticum eſt ſexmillium denarium. Rhodium & * Ciſtophorum quatuor millium, & quingentorum denarium. Alexandrinum XII. * denarium. Neapolitanum ſex * denarium. Syracuſanum trium * denarium. Rheginum victoriati. Tamne, eo uſque, ut Aelius Stilo & Opillus * Aurelius interpretantur. Itaq. Afranius. Tamne arcula tua plena eſt aranearum. Thaleæ * nomen dictum eſt * alii ab ætatis flore aiunt, alii quod carmina ſemper floreant. Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus laſſitudine, quaſi qui trahit pedes, ut talis videatur inſiſtere, aut identidem tollere pedes. Tam ſignificationem habet, cum ponimus præpoſitivam quandam, cui ſubjungimus quam; ut cum dicimus, tam egregium opus tam parvo pretio veniſſe, id eſt ſic. ut apud Græcos quoq. ὅτως ἀγαθόν. Item ex contrario ei dicimus, quam malus Homerus, tam bonus Cherylus * poëta eſt. At antiqui tam etiam pro tamen uſi ſunt, ut Nævius. Quid * ſi taceat, dum videat, tam etiam ſciat, quid ſcriptum ſit. Ennius, Illæ meæ tam potis pacis potiri. Titinius. Bene cum facimus, tam male ſubimus, ut quidam perhibent viri. Item. Quanquam * eſtis nihi-

* f. quod
* al. eae
* f. per cunctatus ſit,
* f. ſua
* f. Granius
* f. aut
* f. omnia
* al. conjectus.
* f. cornificius
* f. citroque
* f. tagendo
* f. manu perſcabere
* f. tagacem
* f. ſeptem. m.
* f. XII. m.
* f. VI. m.
* f. III. m.
* f. Opilius
* f. Thaliæ
* f. eſſe
* f. Chœrilus
* al. Qui
* f. Quam

---

21. *Tagax.*] Lucili verſus ita emendandus. *Et mutonis manu perſcabere poſſe tagacem.*

22. Tat

nihili, tam eſcator * ſimul vobis conſului. Tandem quom ſignificat aliquando, interdum tamen ex ſupervacuo ponitur. ut apud Ter. in Phormione, quom ait. Ita ne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo? non enim hic tempus ullum ſignificat. At Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem, cum ait. Tandem aliquando. Tauri, verbenæq. in commentario ſacrorum ſignificat ficta farinacea. Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius.* Inguenne exiſtat, papulæ, tama, neboa noxit. Taenias, Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorari, ut ſit apud Cæcilium in Androgyno. Sepulchrum plenum tæniarum, ita ut ſolet. & alias. Dum taeniam qui * volnus vinciret. Ennius in Alexandro. Volans de caelo cum corona, & tæniis. Accius in Neoptolemo. Decorare eſt ſatius, quam urbem exeneis *. Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo; interdum, quod omnibus tædio eſſet, ponere ſoliti ſunt. Tatium occiſum ait Lanivii * ab amicis eorum legatorum, quos interfecerant Tinini * latrones, ſed ſepultum in Aventinienſi laureto. Quod ad ſignificationem verborum non magis pertinet, quam plurima alia, & præterita jam, & deinceps quæ referentur. Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt cum cornibus formantur; quod ſunt atrocia, ut tauri. 22 Talionis mentionem fieri in XII. ait Verrius hoc modo. Si membrum rapit, * ni cum eo pacit, talio eſto. neq. id, quid ſignificat indicat, puto quia notum eſt. permittit enim lex parem vindictam. Tarquitias ſcalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi ejus nominis gratia ita appellatas eſſe ait volgo exiſtimari. Tarpeiæ eſſe * effigiem ita appellari putant quidam in æde Jovis Mettellina, ejus videlicet in memoriam virginis, quæ pacta à Sabinis hoſtibus ea, quæ in ſiniſtris manibus haberent ut ſibi darent, intromiſerit eos cum rege Tatio, qui poſtea in pace facienda caverit à Romulo; ut ea Sabinis ſemper pateret. Tam perit, quam extrema faba. in proverbio eſt, quod ea plerumq. aut proteritur, aut decerpitur à prætereuntibus. 23 Tappulam legem convivalem ficto nomine conſcripſit jocoſo carmine Valerius Valentinus, cujus. m. Lucilius hoc modo. Tappulam rident legem concere * opimi. Termonem Ennius Græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum hoc modo. Ingenti vadit curſu, qua redditus termo eſt. &, Hortatore bono prius, quam finibus termo. 24 Trientem tertium pondo coronam auream dediſſe ſe Jovi donum ſcripſit. T. Quintius Dict. . . . . quom per novem dies totidem urbes, & decimam * Præneſte cepiſſet. id ſignificare ait Cincius in Myſtagogicon. L. II. duas libros pondo, & trientem, qua conſuetudine hodieq. utimur, quom lignum bes alterum dicimus, id eſt pedem, & beſſem latitudinis habens. & ſeſtertium, id eſt duos aſſes, & ſemiſſem tertium. item ſi tres aſſes ſunt & ∧ quadrans quartus * . . . . . . Terſum diem pro ſereno dictum ab antiquis, nec ſe habere rei auctorem ait. Teretinatibus à flumine . . . . . 25 Tripudium . . . .
ciis.

* f. ea me caſtor
* al. Lucretius.
* f. qua
* al. è tæniis
* al. Lavinii
* al. Tatiani
* f. rapſit, al. rapit,
al. etiam
* f. congeræ.
* f. deditione
* f. ∧. quadrans,
* f. ∧. dicitur,

22. *Talionis.* ] Liber manuſcriptus habet, *rapit*, pro *rupit*, ut fortaſſe, *rapſit*, ſit legendum. Vide ſupra in *Pacionem*.

23. *Tappulam.* ] Vide in *Sodales*.

24. *Trientem.* ] Pro verbo *decima*, magis placet *deditione*. & infra legendum. *Item ſi tres aſſes ſunt, & quadrans, quartus dicitur* &c.

25. *Tripudium.* ] Deſiderantur hæc in aliis editionibus. Supra in *Puls.* Tripudium, inquit, id eſt terripavium. pavire enim ferire eſt &c. *Tripudium dicebatur in auſpiciis*, videtur fuiſſe in exemplari. deinde Feſtus afferebat exemplum ex aliquo ſcriptore diſciplinæ auguralis. Quod autem addit *pavimenta* dicta eſſe à pavire, & pavire à Græco παίειν, ſi verum eſt, verum erit & illud, paire pro pavire antiquioribus in uſu fuiſſe, cum paimenta pro *pavimenta* in vetuſtiſſima inſcriptione ſit.

ciis. in exultatione tripudiat . . . . . . . . . . . à terra pavienda, nam pavire, eſt ferire, à quo & pavimenta. id ex Graeco, quod illi παίειν, quod nos ferire . . . . . . mum intactus uſur . . . . . . . . Teminare, violare . . . . . . & contaminare, dictum videlicet . . . . ilintate. Teres eſt in longitudine rotundatum. quales aſſeres natura miniſtrat. Temetum, vinum. Plautus in Aulularia. Cererin' Strobile has facturi nuptias? qui? quia temeti nihil allatum video. Pomponius in Decima. Non multi temeti, ſed plurimi. Novius in duobus Doſſenis. Sequimini preminate, ſequere temeti timor. idem in Funere. Agite, exite, temulentum * tollite : & in Surdo. Filias habeo temulentas, ſed eccas video incedere. Afranius in Conſobrinis. Pol magis iſtius temulentae, futilis. [26] Tintinnare eſt * apud Nævium hoc modo. Tantum ibi molae crepitum faciebant, tintinnabant compedes. & apud Afranium. Oſtiarii impedimenta tintinnire audio. [27] Tributorum conlationem, quom ſit alia in capite, illud * ex cenſu, dicitur etiam quoddam temerarium ut poſt Urbem à Gallis captam conlatum eſt, quia proximis xv. annis cenſus alius * non erat. Item bello Punico ſecundo M. Valerio Lævino, M. Claudio Marcello cos. quom & Senatus, & populus in ærarium, quod habuit, * detulit.

*al.* temulentiamque
* *al.* Titinnire
* *al.* aliud
* f. populus
* *al.* potuit,

[28] Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur, indeque Afranium dixiſſe in Promo. * Pro manibus credo habere ego illos tentipellium. Titinium ait Verrius exiſtimare, id medicamentum eſſe, quo rugæ extendantur, quom dicat. Tentipellium inducitur, rugæ in ore extenduntur. quom ille τροπικῶς dixerit. Tignum non ſolum in ædificiis, quo utuntur, appellatur, ſed etiam in vineis, ut eſt in XII. Tignum junctum ædibus, vineave, & concapit * ne ſolvito. Tela proprie dici videntur ea, quæ miſſilia ſunt. ex Græco videlicet tranſlato eorum nomine, quoniam illi τηλόθεν miſſa dicunt, quæ nos eminus. ſicut arma ea, quæ ab humeris dependentia retinentur manibus, quoniam quidem non minus in nobis eam partem corporis armum vocari exiſtimandum eſt, quam . . . . . Tigillum, Sororium. [29] Vici appellari incipiunt ex agris, qui ibi villas non habent, ut Marſi, aut Peligni. ſed ex vicis partim habent remp. & jus dicitur, partim nihil eorum, & tamen ibi nundinæ aguntur * negotii gerendi cauſa, & magiſtri vici, item magiſtri paci quotannis fiunt. altero, cum id genus ædificiorum definitur, quæ continentia ſunt his opidis, quæ itineribus, regionibuſq. diſtributa inter ſe diſtant, nominibuſque diſſimilibus diſcriminis cauſa ſunt diſpartita. tertio, cum id genus ædificiorum definitur, quæ in oppido privo, id eſt, in ſuo quiſque loco proprio ita ædificat, ut in eo ædificio pervium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum, qui non dicuntur vicani ſicut hi, qui aut in oppidi vicis, aut hi, qui in agris ſunt, vicani appellantur.

* *al.* Primo.
* f. capulo
* *al.* habentur

Viget

26. *Titinnare.*] Pro *molle*, vel ut alii emendarunt, *mollem*, in ſchedis eſt *mola*, eaque vera lectio eſt.

27. *Tributorum.*] Opinor in exemplari fuiſſe, *cenſus populus*, & deinde verbum *poplus*, in *alius*, mutatum. extant lectionis antiquæ veſtigia in ſchedis.

28. *Tentipellium.*] *Indeque* pro *idem*, melius in ſchedis.

29. *Vicis.*] In ſchedis integra lectio habetur, & emendata. Nam *paci*, antiqua ſcribendi conſuetudine dictum eſt, pro *pagi*. ſupra in *Orcus*. Per c. inquit, litteræ formam, nihilominus c. uſurpabant. & in columna Duilii *MACISTRATOS* reperitur & *LECIONES*. Reliqua etiam emendatiora in ſchedis. *Altero, cum id genus ædificiorum definitur, quæ continentia ſunt his oppidis, quæ itineribus, regionibuſque diſcriminis cauſa ſunt diſpartita.* & in fine, *in oppidi vicis*, & *vicani*, utroque loco habent ſchedæ.

30. *Vigin*

Digitized by Google

Viget dictum videtur à vi agendo, ſed non vi agendis, hoſtilibuſque rebus, verum his, quæ celer * . . . concitato animo ad bonam frugem ten * . . . . . . . *f. celeriter
. . . . . . . . Voisgram avem, quæ ſe vellit. Augures hanc eandem fucillantem * appellant . . . . . . . . [30] Vigintiquinque poenas in XII. ſignificat *f. tendunt
vigintiquinque aſſes. [31] Victimam Aelius Stilo ait eſſe vitulum, ob ejus vigorem, alii autem, quae vincta ducatur ad altare: aut quae ad * hoſtis victos immoletur. *al. fecialitram
Vectigal, aes appellatur, quod ob tributum, & ſtipendium, & equeſtre, & ordinarium populo debetur. *f. ob
[32] Viae ſunt & publicæ, per A . . . e omnibus licet. privatae, quib. vetitum uti . . . præter eorum, quorum ſunt privatæ . . . . vias muniunto. dioniſam lapides ſunt, qua volet, jumenta agito. *f. A. quaſi it
Viatores appellantur, qui magiſtratib. apparent. eo quia initio omnium tribuum, cum agri in propinquo erant urbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam urbe, quod ex agris plerumq. homines vocabantur à magiſtratib. Verticulas, cum ait Lucilius, ita appellavit vertebras. Vernae, qui in villis vere nati, quod tempus duce natura feturae eſt: & tunc rem divinam inſtituerit Marti Numa Pompilius pacis, concordiaeve obtinendae gratia, inter Sabinos, Romanoſq. ut vernæ viverent, ne vincerent. Romanos enim vernas appellabant, id eſt ibidem natos, quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, qui conjuncti erant cum P. R. Vergiliae dictae, quod eorum ortu ver finitur, aeſtas incipit. [33] Vaſtum pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Accius. Jam hanc urbem ferro vaſtam faciet Peleus. & Pacuvius. Quales, ſcabres quod * inculta vaſtitudine. *f. ſqualle, ſcabre atque
[34] Ve victis, in proverbium veniſſe exiſtimatur, cum Roma capta à Senonib. Gallis aurum ex conventione, & pacto adpenderetur, ut recederent, quod iniquis ponderib. exigi à barbaris querente AP. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, & dixit, ve victis. quem poſtea perſecutus Furius Camillus, cum inſidiis circumventum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur. Vegrande ſignificare alii aiunt male grande; ut vecors, veſanus, mali cordis, maleq. ſanus. alii, parvum, minutum, ut quom dicimus, vegrande frumentum. & Plautus in ciſtellaria. Qui niſi itures nimium is vegrandi gradu. [35] Vecors eſt, turbati, & mali cordis. Pacuvius in Iliona. Qui veloci ſuperſtitione cum vecordi conjuge. & Novius in . . . Coactus teſtimoniam ex animo deturbat & Vecordiam. Vapula Papiria, in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito ſic refert, tum dici ſolitum eſſe, cum vellent minantibus ibi * ſignificare ſe eos negligere, & non curare, fretos jure *f. ſibi

30. *Vigintiquinque.* ] Agellius lib. 20. cap. 1. Si injuria alteri faxit, vigintiquinque æris pœnæ ſunto. Sed æris puto adjectum. Vide Plinium lib. 16. cap. 1.

31. *Victimam.* ] In ſchedis eſt, *ob hoſtes victos*, pro *ad hoſtes victos*, parva mutatione. nam Auguſtiniana emendatio nimis abeſt antiqua ſcriptura pro *vincta* in ſchedis eſt, *victa*. ut fortaſſe, *vitta* ſcribendum ſit. nam boves auratis cornibus vittis ornati, & ſertis ad aram ducebantur, præterea Servius in 2. Æn. ita ſcribit. Solutæ ſunt hoſtiæ, nam piaculum eſt in ſacrificio aliquid eſſe religatum, ante enim ligabantur. Sed nihil mutandum cenſeo.

32. *Via.* ] Deſideratur hæc vox in aliis editionibus. in ea vero Feſtus agebat, ut ex reliquiis ejus apparet, de viis publicis, & privatis. & antiquam legem referebat de viis muniendis. iiſdemque lapide ſternendis, ut quæ ſtratæ lapidibus eſſent, per eas jumenta agere liceret. Extat inſcriptio in quodam denario Auguſti, *QVOD, VIAE. MVNITAE. SVNT.*

33. *Vaſtum.* ]. Videndus Nonius in *Vaſtitudine.* apud quem extat verſus Pacuvii ex Teucro, quem hic Feſtus citat, ut nos emendavimus.

34. *Ve victis.* ] In ſchedis eſt *Brennus rex*, pro quo in margine alia manu, ejus fortaſſe, qui ſchedas illas cum exemplari antiquo contulit, dux pro rex notatum eſt. & *penſum*, pro *appenderetur*.

35. *Vecors.* ] Exempla Pacuvii, & Nonii deſiderantur in aliis editionibus.

 36 Va-

Digitized by Google

jure libertatis. Plautus in Feneratrice. Heus tu in barbaria quod feciſſe dicitur libertus ſuae patronae, ideo dico . . . . liberta ſalve. Vapula Papiria. in barbaria eſt, in Italia. Aelius hoc loco, vapula poſitum eſſe ait pro dole. Varro, pro peri. teſte Terentio in Phormione. Num tu . . . . . reſipis verbero. & Plauto in Curculione. Reddin', an non mulierem prius, quam te huic meae machaerae obicio maſtigia? Vapula ergo te * vehementer jubeo, ne me territes. [36] Vacerram Aelius & alii complures vocari aiunt ſtipitem, ad quem equos ſolent religare. Ateius vero Philologus hoc nomine ſignificari maledictum magnae acerbitatis, ut ſit vecors & veſanus teſte Livio, qui dicit. Vecorde, & malefica vecordia * Vagorem pro vagitu, Ennius li. XVI. Qui clamor oppugnantis vigore volanti. Lucretius li. II. Et ſuperantur, item miſcetur funere vigor. Valvoli fabae folliculi appellati ſunt, quaſi vallivoli, quia vallo facti * excutiantur. Vagulato in L. XII. ſignificat quæſtio cum convicio. Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. Valgos Opillus Aurelius, aliiq. complures aiunt dici, qui diverſas ſuras habeant. Plautus in Milite glorioſo. Qui talos vitioſos majorem partem videas vagi ſalis & in Silitergo; Sin ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut bocchum filium. [37] Viere, alligare ſignificat, ut hic verſus demonſtrat. Ibant malaci viere Veneriam corollam, unde vimina, & vaſa viminea, quæ vinciuntur ligata. Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu quaſi à vermib. ſcindantur. hic dolor Graece ςρόφος dicitur. [38] Veruta, pila dicuntur, quod a . . habeant praefixa. Ennius L. X. . . . curſus quingentos ſæpe veruti. [39] Uruat, Ennius in Andromeda ſignificat, circundat, ab ea ſulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ ſit forma ſimillima uncini à curvatione buris, & dentis; cui praefigitur vomer. ait autem. Circum ſeſe uruat ad pedes à terra quadringentos caput. [40] Ungulus Oſcorum lingua anulus, ut . . . . . . ſi quid monumenti nacta eſt, qui eorum requireret, eſt ungulus quem ei detraxit ebrio. Pacuvius in Iliona. Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum, & in Atalanta Suſpenſum laevo brachio oſtendo ungulum. [41] Unciaria lex appellari coepta eſt, quam L. Sulla, & Pompeius Rufus tulerunt, qua ſanctum eſt, ut debitores decimam partem . . . . . . . . . . . . . . dicebant antiqui, cujus color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait. Cum illud, quo jam ſemel eſt imbuta veneno. Ventabant dixiſſe antiquos veriſimile eſt, cum & præpoſitione adjecta . . . . . adventabant. V. ntupum eſt, vel . . . . . . . . . quod Græci ὕειν dicunt. Venditiones dicebantur olim Cenſorum locationes; quod velut publicorum locorum venibant. Viminalis & porta & collis appellantur, quod ibi viminum fuiſſe videtur ſilva, ubi eſt & ara Jovi Viminio conſecrata. Vindex ab eo quod vindicat, quo minus is, qui prenſus eſt, ab alio teneatur. Vineae, ut Verrius præcipit, quod vino feraces ſint, etiam

* f. Vapulare ego
* f. maleſice, vacerra.
* f. fracti
* al. verum.

36. *Vacerra.*] Pro *malefica vecordia* in verſu Livii, niſi *malefice vacerra* legamus, non video cur Livium citet Feſtus.

37. *Viere.*] Hæc quoque in aliis editionibus deſiderantur. Ennii verſus extat apud Varronem lib. 4. de Ling. Lat. apud quem *malaci* eſt, ut in ſchedis.

38. *Veruta.*] Ennii verſus deeſt in aliis editionibus nec in ſchedis integer habetur, aut emendatus ſatis.

39. *Uruat.*] Placidus in Gloſſis. Oburbas, circumſcribis. dictum ab urbo. Verſus Ennii emendatior in ſchedis.

40. *Ungulus.*] *Nacta*, legendum. & *ſiquis requiret.* pro corrupto autem verbo, *elirio*, in ſchedis eſt, *ebrio*, quæ vera lectio eſt.

41. *Unciaria.*] Quæ ſequuntur, quo pertineant, quærendum. incerta item ſunt, quæ poſt verbum *Ventabant*, habentur.



Digitized by Google

etiam militares quaedam machinationes à ſimilitudine appellantur. Vivatus & vividus à poetis dicuntur à vi magna. [42] Vindiciae appellantur res eae, de quibus controverſia: (quod potius dicitur jus, quia fit inter eos, qui contendunt *. Cato in ea, quam ſcribit. L. Furio de aqua . . . . . . . . . . . . . ſ. Praetores ſecundum populum vindicias dicunt . . Lucilius. Nemo hic vindicias, neq. ſacra. neq. numen veretur. de quo verbo Cincius ſic ait. Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo ſumptae in jus adlatae erant. at Ser. Sulpicius . . . . . . . . jam ſingulariter formato vindiciam eſſe ait, qua de re controverſia eſt, ab eo quod vindicatur . . . . . . . . & in XII. Si vindiciam falſam tulit,) ſi velit is, * . . . tor arbitros tres dato, eorum arbitrio . . fructus duplione damnum decidito.

* f. aut potius dicuntur vidiciæ inter eos, qui contendunt.

* f. rei, ſive litis.

42. *Vindicias.*] In exemplo 12. tabularum, quod in fine adducit Feſtus, ſchedæ *ante arbitros* habent amplius dimidiatum verbum . . . . . *tor*, ut integrum fortaſſe fuerit, *Prætor*, & ita ſit legendum; *Prætor arbitros tres dato.*

# FINIS.



Digitized by Google

# OMISSA

## *ex Notis Ant. Auguſtini.*

Pag. 393. *Publicius.*] Ovid. lib. 5. Faſtor. eoſdem *Ædiles Plebis* appellat; quod mihi ſit veriſimile, cum plebeii ipſi fuerint: eoſque ait primos Florales ludos inſtituiſſe. Annuos autem Poſtumium, & Lænatem Conſules. Fuere hi Conſules, ut arbitramur, L. Poſtumius Albinus, M. Popillius Lænas anno urbis D. xxc. ſi faſtos Capitolinos ſequamur. At ex denario, qui extat, Serviliorum, primus C. Servilius C. F. Floralia fecit. Patercul. libro priore ait, triennio poſt Torquatum, & Sempronium Conſules, Floralium ludorum factum eſſe initium. annus is eſt in Capitolinis faſtis Dxii. Interpreti Arati annus Dxvi.

Ibid. *Pudicitia.*] Viden. Liv. lib. 10. & ſupra Plebeiæ. illa mendoſa ſunt, ubi familia naaediſſet Herculis. fortaſſe ubi familia, atque ædis eſt Herculis. vel ubi familia habet, & ædis eſt Herculis.

Ibid. *Puelli.*] Ennii verſus, melius refertur à Nonio: Ille ſuos divis mos ſacrificare puellos.

Ibid. *Pueri.*] Hiſtoria ignota nobis.

Pag. 395. *Punici dicuntur, non Poeni.*] Scriberem *non Pœnici*, ut Punicum bellum, *non Pœnicum.* licet Pœni, & Punici à Phœnicibus dicantur aſpiratione ſublata. Quæ vero hic Feſtus multis verbis ſcripſit; nos aſſequi non potuimus. & fortaſſe non omnia ad idem verbum referenda ſunt.

Pag. 398. *Puteolos.*] Viden. Varro lib. 4. de Ling. Lat.

Pag. 399. *Puticuli.*] Verba Feſti ſarciri poſſunt ex iis, quæ Varro ſcribit de puticulis ultra Eſquilias lib. 4. de Ling. Lat. genere tantum differunt Varro, & Feſtus. ille enim puticulas, hic puticulos appellat.

Ibid. *Putitum.*] Plaut. in Bacchid. *Quem ego ſapere nimio cenſui plus, quam Thalem; ſed is ſtultior es barbaro Potitio.* Ex his verbis arbitror hoc loco Feſtum non Putitum, neque Putitium, ſed Potitium interpretari. Vocari autem ſtultum à Plauto, propterea quod cum ab Hercule ritum ſacrificandi accepiſſent, quinquaginta millibus æris gravis edocuerint ſervos publicos populi Ro. ſed intra dies triginta, familiæ duodecim interierunt. Vide Potitium.

Ibid. *Putus.*] Plaut. in Pſeud. *Purus putus hic ſycophanta eſt.* referri hoc videtur à Feſto.

INDEX.

# INDEX
## VOCABULORUM OMNIUM
## quæ apud Feſtum, vel obiter dicta ſunt, vel ſuum ordinem non ſervant.

***Prior numerus paginam, poſterior paginæ lineam indicat.***


### A.

A Mutatum in v. 430. 12
Abarcet, 35. 17
Aborigines hominem ſexagenarium Diti patri immolabant quotannis, 504. 2
abſcindi membrum mortuo quid? 236. 2
abuſio, 70. 5
acation, 506. 6
accenſus, optio, 309. 1
accuſator de vi, accitur more vetere & conſuetudine antiqua, 447. 18
Acerræ, qualis præfectura, 364. 4
Acerrani, qui municipes, 252. 8. Ita cives Romani erant ut Remp. ſeparatam haberent, 251. 11
Acilius Antiochum ſuperavit & nixorum Deorum ſigna attulit, 279. 15
Acron, 306. 7
acuere, 4. 2
acumen, 4. 2
acus, 4. 2
adcenſi, 10. 1
adfectara, 10. 6
adgregare, 2. 2
adjutoria exta, 255. 14
adoleſcens, 8. 9
Adonis, 544. 13
adſerere manu, 544. 12
adſertor, 501. 17
adſidelæ, 10. 11
adſiduus, 10. 12
adultus, 8. 9
ædes Æſculapii in inſula Tiberina, cur, 188. 12
ædes Bellonæ extra urbem ubi Senatus dabatur exteris legatis quos in urbem nolebant admittere, 496. 9
ædes Dianæ in Aventino à Tullio dedicata, 502. 7
ædes Honoris & Virtutis ſummiſſior facta à Mario, 545. 20
ædes Jani. ubi Senatum habere religioſum, 433. 10
ædes Martis, 220. 6
ædes Mefitis, 499 11
ædes Minervæ in Aventino, 412. 13. in ea licebat Scribis & hiſtrionibus conſiſtere, & dona ponere in honorem Livii, 490. 8
ædes pietatis ab acilio conſecrata, 346. 1
ædes Punicæ Fortunæ, 346. 15
ædes rotundæ Veſta, à Numa conſecrata, 460. 2
ædes Salutis, 477. 1
ædes Sancti, 363. 12
ædes Saturni, 15. 9
ædificare, 13. 6
ædilatus, 13. 3.
ædiles Curules duo fratres L. M. publicii Malleoli, 393. 1. C. Atilius. Marc. Popilius M. F.
ædiles plebis, 351. 11. M. Junius Brutus. Q. Oppius, 351. 11
Ægea Amazonum regina, 13, 11
Ægonus mons, 15. 9
Ægyptii inter potandum aves capitibus imponebant, 113. 1
Æneæ & Laviniæ filii Maylles, Mulus, Romus, 454. 3
Æneas in Sicilia Egeſtam opidum condidit, 494. 11
Æneas indiges, 186. 1
ærarium in æde Saturni, 15. 9
æs pro clypeo, 383. 1
æs equitibus denegatum ob equos male curatos, 181. 10
æs contrarium in voce *contrarium*.
æs hordiarium, 175. 1
æs pararium, 324. 8.
æs piſcatorium, 348. 13
æs reſignatum, 444. 20
æs ſacramentum, 469. 3
æs taurium, 563. 8.
æs uxorium, 596 15
Æſculapius bacillum gerit nodoſum. 188. 12. Uberibus canis nutritus. 189. 2. & Gallinæ immolatæ, ibid. 4
Africa, 33. 5.
ager Nemorenſis Dianæ, 223. 9
ager occupatitius, 300. 18
ager Oſcus in Vejenti, 398. 2
ager peregrinus, 336. 25
ager publicus, 398. 1
ager Pupinus, 396. 8
ager Remurinus, 439. 10
ager reſtibilis, 445. 15
ager ſcripturarius, 491. 13
ager Solonius, 355. 2
ager viritanus, 594. 13
aginatores, 16. 11
agnæ novæ, 335. 8
agnæ pennatæ, impennatæque, 335. 7
agna præcidanea, 362. 9
agonalia, 17. 7
agonenſis porta, 17. 8
agones, montes, 17. 7
agonia ſacrificia, 17. 7


Tttt agonius

agonius Deus, 17. 6
agonius mons, 17. 8
ai pro æ, 12. 13.
Alba æneæ neptis, 454. 5
Albani rerum potiti uſque ad Tullum regem, in voce *prætor*.
Albenſes Marſi generis, 18. 2
Alexandrinum talentum, 558. 5
Alliſæ, qualis præfectura, 368. 6
Alpes, 18. 12
Alphius pro Alpheo, 21. 15
ἄλφον, 18. 11
alpus, vox Sabinorum, 18. 12
altare, 8. 9
altellus, 20: 12. 15
altera avis, 21. 1
alveus in vindemia, 266. 6
ἅμαξα, 498. 12
ameca, 25. 13
amecus, ibid.
amens, 239. 3
Amirus, 25. 9
amnis, hæc, 99. 13
ἀμφίβολον, 24. 3
amptruare, 427. 2
ampullæ ſcorteæ, 460. 10
amtermini, 27. 6
amuſſis, 134. 4
Anagnia qualis præfectura, 364. 6
Anagnini, qui municipes, 252. 11
ancile, 219. 8
anclabria vaſa, 28. 11
anclabris menſa, 132. 1
anculæ Deæ & anculi Dii, 28. 9
anculare, 28. 12
Ancus Martius Oſtiam condidit, 318. 14
Angeronalia, 29. 4
Angina, 29: 4. 9
Annia prima noverca, 285. 3
antæ, 30. 7
Antemnæ, 26. 9
anticæ & poſticæ mundi partes, 359. 9
Antiochus rex Syriæ, 279. 15
antiqui non geminabant conſonantes, 279. 15.
anus petreia, 342. 21
apex, 18. 8
apiſci, 33. 7
appendices, 27. 1
Appia via. vide *via*.
Appius Claudius Cenſor, 361. 1. 315. 21
Appulia, vide *Daunia*.
aptus, 32. 2
aqua & igni interdictam damnatis, 33. 12
aqua & igni accipiuntur novæ nuptæ, ibid.
aqua ex ſacro oriens, 337. 5
aqua pluvialis remediis quibuſdam elici ſolita, 34. 1
aquila, 19. 16
ara Jovi vimineo, 593. 7
aræ Junoni Sororiæ & Jano Curiatio, 518. 15
ara Saturno dicata in imo clivo Capitolino ante bellum Trojanum, 484. 1
arcæa, 504. 15
arcanum ſacrificium in arce fieri ſolitum, 35. 11
arcella, 35. 8
arcere, 35. 9
arcus in ædificiis, 35. 15
arenam ruere exercitationis gratia, 465. 11
arferia aqua, 36. 8
argeus ager, 204. 15
argivorum illuſtres viri Romæ ſepulti in argeis, 36. 10
Aricini, qui municipes, 252. 10
aries apud Athenienſes inigebatur ab eo qui ſcelus admiſerat, 536. 12
aries permiſſus, 338. 13
armentas, 37. 16
armi, 38. 4
Arpinates, qui municipes, 252. 13
Arpinum, qualis præfectura, 364. 7
arquatus morbus, 513. 16
artes, 39. 3
artifices quando Romam aſciti, 457. 17
Arunca, urbs, 45. 5
arx, auguraculum, 42. 16.
Aſinaria via: vide *via*.
aſſes ex ſingulis librariis ſceni facti, 166. 5
aſſes, ſextantarii, 505. 4
aſſipondium, 122. 9
aſſir, 40. 3
aſſulæ, 151. 7
Aſtura, 534. 7
Atella, qualis præfectura, 364. 4
Atellani cives Romani ita tamen ut Rempub. ſeparatim haberent, 251. 12.
Atellani mimi proprie vocati *perſonati* quia deponere perſonam non cogebantur, 340. 4
Athenæ, quadrurbes, 406. 7
Atilius navalem coronam adeptus in bello contra Nabin. 280. 16
atricapillæ aves, 235. 4
atrocia, 41. 2
Atticum talentum, 558. 5
Attius Navius, 267. 1
audaculus, 42. 7
Aventinus rex Albanorum, 42. 9
aventinus mons in quem navibus aſcendebatur, 285. 6
aves ab auguribus in *alites* & *oſcines* diviſæ, 315. 21
augur prior quis, 438. 3
augur verba quædam ancilibus movendis præibat. 461. 13
augurales libri, 413. 4
augures publici & privati, 401. 6
augures obſervant quinque genera ſignorum, 413. 1
augures ea demoliri jubebant quæ auguriis publicis officiebant, 545. 21
auguria menſalia, 538. 14
Auguſtus Octaviam porticum reficiendam curavit, 301. 26
avidus & aviditas, 42. 11
avis altera, 21. 1
avis ſupervaganea, 548. 3
avita, amita, 26. 3
aulicoqua exta, 43. 7
aurum redditum matronis, 231. 11
Auſeliorum familia, 43. 13
Auſon Ulyſſis & Calypſus, 45. 3
Auſonia, 45. 5
auſpicia majora & minora, 216. 4
auſpicia pedeſtria, 331. 13, 15.
auſpicia peſtifera, 341. 10, 12
auſpicia piacularia, 243. 17
auſpicium ſoliſtimum, 28. 4
auſum Sabini dicebant aurum, 44. 9
axit, egerit, 46. 9
axitos mulieres, 46. 10

B.

Bacchus oreos, montanus, 314. 7
bacrio, 47. 3
bajulari, 47. 4
balare, 49. 5
balnearia domus Cn. Domitii Calvini, 256. 10
Bara inſula, 49. 3
Barbaria, Italia, 585. 7
barbariſmus in ſoluta oratione quod metaplaſmus in poeſi, 238. 14
Bardorum gens, 49. 1
Bardus cantor, 48. 11
Baſilica Julia, 502. 1
Beneventum, 454
Bibeſia, 336. 17
bidens ovis, 24. 1
bidentes, 51. 9
βλάξ, 53: 1. 6
blatteæ bullæ, 48. 1
[illegible], 55. 8
Bononienſes, qui municipes, 252. 13
bos bidens, 54. 7
bos centuſſi æſtimatus, 15: 19. 249: 5. 319: 11. 330: 5
bos patalis, 327. 1
boves fordæ, 152. 1
boves inſignes, 191. 2
Brennus rex Gallorum, 586. 7
Brutianæ, 325. 5
Brutiani Hannibali ſe tradiderunt, 55. 2
Bruttii, bilingues, 52. 6
Bu, 179. 6
bubo, 57. 8
Bucephalus, 55. 11
bupædæ, 56. 3
burrus, 57. 2
buſycon, 56. 4
buteo ales, 19. 16

C.

C Ab antiquis G. vocabatur, 312. 11
Cæcades Trojanus, 60. 5
Cæcilia: vide *familia*.
cælare, 28. 3
Cære qualis præfectura, 364. 6
Cærites qui municipes, 252. 11
Cærulum, 450: 4. 6

Cæſtus

Digitized by Google

Ceſtus, 60. 10
Cajæ Cæciliæ ſtatua Zona præcincta in æde Sancti, 363. 10
Caipor, 414. 17
calafirin, 62. 1
Calatia qualis præfectura, 364. 4
Calchas, 226. 8
calcei Flaminicæ, 246. 22
calces, 64. 8
calciamenta clavis confixa, 81. 5
Calo urbs, 53. 8.
Calpurnius Piſo prætor urbis, 476. 3.
Calpus, Numæ filius, 63. 10
Camillus, 149. 16
Furius Camillus, 586. 8
Camillus vas in quo nubentis utenſilia, 105. 5
candelabra, 77. 10
candelis pauperes, cereis divites utebantur, 75. 5
canes rutilæ caniculæ immolabantur, 465. 5
caniculæ ſidus, *ibid.*
canis pro vinculo. 71. 7
cantilena, 300. 2
capidula, 327. 3
capillaris arbor quæ & capillata, 66. 3
capital linteum, 66. 6
Capræ paludes, 67. 2
captivi coronari venibant, 535. 1
Capua qualis præfectura, 364. 3
capularis, 68. 2
caput aquæ Ferentinæ, 370. 10
Capys, 67. 11
Carmen Saturnium à ducibus ipſis publice poſitum, 264. 17
carmina ſaliaria, 223. 1
Caſilinum qualis præfectura. 364. 3
caſtella, 123. 4
Catamitus, 19: 1. 21: 15
Cato orator, 48. 8
Cauda equi Octobris in regiam ferebatur, 302. 18
Celer interfector Remi, 72. 6
Cenſor Æmilius, 211, 2
Fulvius, *ibid.*
Cenſores, *ibid.*
L. Julius Ceſar.
P. Licinius Craſſus: 429. 19
M. Fulvius Nobilior, 434. 4
M. Æmilius Lepidus, 434. 2
A. Poſtumius Albinus. *ibid.* 5
Q. Fulvius Flaccus, 434. 5.
T. Sempronius Gracchus, *ibid.* 8
C. Claudius Pulcher: *ibid.* 10
L. Æmilius Paulus, 11.
Q. Mucius Philippus. *ibid.* 11.
M. Valerius Meſſala, 15.
C. Caſſius Longinus. *ibid.* 15.
P. Cornelius Lentulus Lupus, 435. 4
C. Martius Cenſorinus. *ibid.* 4.
P. Cornel. Scipio Africanus, 435. 6
L. Mummius Achaicus. *ibid.* 6.
Q. Fulvius Nobilior, 435. 8
T. Annius Luſcus. *ibid.* 9.
Q. Pompeius Rufus. *ibid.* 9
Q. Cæcilius Metellus Macedonicus. *ibid.* 10
Cenſores quinquennales, 413. 8
Cenſoria majeſtas religionis præcipuæ habebatur, 434. 1
Centuria nequis ſcivit, 279. 5
Centuriæ prærogativæ, 366. 12
Centuriæ ſex ſuffragia, 503. 10
Ceres Libyſſa, 204. 16
Cervi in tutela Dianæ, 501. 7
Cervi pro fugitivis, *ibid.* 3.
Cetus, balæna, 47. 7
cicur ſus, 52. 2
Cinciorum monumentum, 78. 7
Cipius Pararhenchon, 282. 2
Circus Flaminius extra muros. 563. 4
Ciſpius Mons, 499. 10
Idem Oppius, *ibid.* 14.
Ciſtophorum talentum, 558. 5
Claſſes clypeatæ, 81. 1
Claſſis procincta, 376: 20. 377: 1
Claſſis Quintana, 413. 14
Claudius augur, 484. 15
Claudius Pulcher tonitrua in ludis inſtituit, 82. 1
Clitellæ locus Romæ & in via Flaminia, 82: 11. 83: 1. tormenti genus, 83. 2
Clivus Orbius, 315. 2
Clivus Publicius, 393. 1
Clivus Victoriæ, 457. 10
Clœlius, 83. 8
Dux Albanorum, *ibid.* 9.
cocio, 37. 5
Cœles & Vibenna fratres, 581. 8
Cœles Romulo adverſus Sabinos auxilium præbet, 86. 1
coercere, 43: 11. 93: 7
coercere lucum, 93. 7
cohors prætoria, 371. 4
cohortes rotundæ, 228. 2
coinquire, 94. 2
collaudare mortuum, 364. 14
collegium augurum, 232. 10
colliciæ tegulæ, 189. 15
collina porta, vide *porta.*
coloni, 9. 8
color fuſus & infuſus, 534. 12
columbar, 265. 7
columella bellica, 49. 16
columna lactaria, 198. 6
columnæ ſuper mortuos cum eorum effigie, 525. 9
combennones, 51. 3
comitia centuriata, 356. 1
comitia tributa, *ibid.* 3.
Comius Caſtronius, 478. 2
commeatus, 437. 5
communicarius dies, 322. 19
commutare, 338. 13
compendium, 122. 8
compenſata, *ibid.*
comperendinare, 442. 5
compeſcere, 122. 10
compilare in *voce pilare.*
compitum Fabricium, 283. 3
compluvium & impluvium, 182. 8
compitalia, dies unicus, 412. 10
compitalicæ feriæ, 91. 6
condalium, 92. 9
congerræ, 513. 7
congius, 392. 4
Conlatina porta, 93. 11
conlucare, 538. 9
conſcripti, 8: 1. 414: 21
conſiderare, 118. 7
conſortes, 518. 17
conſul major, 216. 9
conſul prior, 438. 7
Conſules:
T. Menenius Lanatus.
Seſtius Capitolinus. 330. 4
P. Sulpitius.
Cn. Fulvius, 476. 3
Appius Claudius
Q. Fulvius. *ibid.* 9.
Tiberius Gracchus. 481. 5
P. Valerius Falto. *ibid.*
P. Papirius Curſor. 483. 3
C. Junius 11. *ibid.*
Q. Fabius Maximus Verrucoſus.
M. Marcellus, 582. 7
M. Valerius Lævinus. 576. 2
M. Claudius Marcellus. 576. 3
conſules initio prætores dicti, 371. 7
Conſules & Cenſores non in perpetuum auguribus utebantur, ſed tantum in auſpicio, 438. 5
Conſus Deus, 96: 2
convicium facere, 299. 12
corbitores, 509. 11
Corinthienſes & Corinthii ut differant, 99. 7
cornicines, 14. 7
cornix, 315. 22
Corona civica, 296. 17
Corona Graminea, 164. 13
Corona muralis, 296. 12
corona myrtea Papirius uſus, 257. 3
Corona obſidionalis, 296. 15
corona oleaginea, 304. 12
corona ovalis myrtea, 318. 18
coronæ laneæ antiquiſſimæ, 202. 12
coronæ triumphales primo laureæ, poſtea aureæ. 577. 1
cortina, 31. 13
corvus, 215. 22




Digitized by Google

Coſſus Cornelius de Tolumnio ſecunda ſpolia opima retulit, 306. 8
Cotilia inſula, 101. 3
coxendices hoſtiarum altaribus impoſita, 529. 10
cratera; 231. 12
crepæ, capræ, 67. 2. 3
crepuſculum, 114. 10
crinibus ſenis, vide *nuptæ*.
Critolaus, 474. 9
crux maſculine, 229. 4
culeus, 87. 2.
κυλλοὶ, 110. 11
Cumæ, qualis præfectura, 364. 3
Cumani qui municipes, 252. 8. Ita cives Romani erant ut rempub. ſeparatim haberent, 251. 12
cumulus in modio, 42. 2
cuneus in re militari, 501. 11
cupedia, 106. 5. 6
Cupedo eques, 106. 7
Cupreſſus in tutela Ditis, 106. 9.
Curia.
Calabra, 107. 6
Forenſis, 283. 6
Rapta, *ibid.*
Tifata, 569. 10
Titia, 570. 5
Velitia, 283. 7
Vellenſis, *ibid.*
curiæ novæ, 283. 3
Curiæ veteres, *ibid.* 5. 7
Curiales Flamines, 108. 5
Curiales menſæ, *ibid.* 6.
Curis, 72. 12
Curules magiſtratus, 109. 15
Cybion, genus piſcis, 110. 7
Cyllene Nympha, 110. 13
Cyllene mons Arcadiæ, *ibid.* 14.
Cyllenia via, *ibid.* 12.
Cynthius mons Deli, 111. 1
Cyprus Æroſa, 15. 12
Cytherea, Venus, 111. 12

D.

D Pro L. 112. 1. 234. 17
Δαῒς, 113. 14
Damia, 113. 9
Damiatrix. *ibid.*
daptice, 113. 14
Dapticum negotium, 113. 15
Daunus, 114. 2
dautia, 112. 2
deamare, 115. 4
Decimatrus apud Faliſcos, 412. 12
Decio duæ coronæ obſidionales datæ, 296. 8
Decretum Senatus, vide *Senatus*.
decumana ſcuta, 18. 3
decumani fluctus, *ibid.*
Decuriones ſingularum Decuriarum, 580. 13
Dædala Circe, Minerva, Terra, 112. 4
dedicare, 115. 18
delectat, 115. 17
delicatus, 198. 4
deliciares tegulæ, 116. 2
deliciatum tectum, *ibid.* 5.
Delos olim maximum emporium, 242. 1
demens, 237. 2
denarius, 166. 5
L. Cincius Dentatus coronis, 296. 10. Donatus, *ibid.* 12.
deteſtatio, 298. 8
Diana, viarum dea, 196. 10
Dicæarchia, 242. 3
dies faſti & nefaſti, 272. 19. 20
dies religioſi, 336. 2
digitus cur mortuo decidebatur, 236. 2
Dii evocabantur in oppugnandis urbibus, 336. 21
Diis infernalibus ſacra fiebant in effoſa terra, 20. 10
Diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis, 20. 10
Diis Terreſtribus ſacra in terra fiebant, 20. 10
diſcus, 37. 9
diſpendium, 122. 8
diſpenſata, 122. 8
diſſipare, 191. 6. 7
dividere res in Senatu, 287. 13
Dium, 123. 8
Dolium pertuſum, 340. 11
draco in tutela Æſculapii, 188. 13
duodecim ſigna, 160. 5
dupondium, 122. 9

E.

E Intenſivum, 127. 15
Eclipſis ſolis quo die Hercules ſe flammis injecit, 171. 4
effigies juvenis rutrum tenentis, in capitolio, 465. 12
effigies viriles & muliebres compitalibus in compitis ſuſpendebantur, 346. 11
Egeſta oppidum cur ſegeſta dictum, 494. 12
egregius, 2. 3
emere, 2. 1
Ennius primus literas duplicavit, 515. 8
Epidamnum cur vocatum Dyrrachium, 495. 2
epulas indicere Jovi cæteriſque Divis, 130. 7
Equiria à Romulo inſtituta, 130. 11
Equiria in monte Cælio, 228. 7
equis paribus Romani utebantur in prælio, 324. 13
equus Dureus, 130. 2
equus Marti immolatus, 130. 11
equus bigarum victricum dexterior in campo Martio menſe Octobri quotannis Marti immolabatur, 302. 16
equus panibus redimitus, 323. 4
erctum citum, 130. 19
eſopia, 502. 9
Etruſci orti ſardibus, 481. 3
everriator, 133. 1
exbuæ, 134. 7
exemplar, 135. 4
exequium pro ſilicernio, 509. 1
exercitior, exercitiſſimus, 135. 7
exgregiæ, 136. 5
Exilica cauſſa, 136. 9
eximium, quod primum naſcebatur, 137. 1
exita ætas, 6. 8
exitium pro exitu, 137. 6
exoletus, 8. 10
exorditæ togæ, 571. 8
expenſa, 122. 8
experiti, 138. 2
expiatrix, 344. 8
exſules, 513. 24
exterricineus, 138. 14
extremo menſe populus februabatur, 145. 2
exuerræ, 133. 3
exuviæ deorum ludis circenſibus in circum ad pulvinar ferebantur, 565. 7

F.

F Pro H. ut *folus* pro *holus*. *foſtia* pro *hoſtia*, 145. 9
faba ad mortuos pertinet. Lemuralibus jaciebatur larvis & parentalibus ſacrificiis adhibebatur, 140. 1
faba freſſa, 154. 6
faba refriva, 430. 5
Fabius, qui ſuperfuit trecentis ad Cremeram interfectis, 287. 17
fabulæ prætextæ & togatæ, quæ, 370. 1.
faces in nuptiis in honorem Cereris, 140. 5
ex ſpina alba, 328. 11
rapiebantur poſt ſponſam deductam, cur, 420, 4
factiones hiſtrionum, quadrigariorum, 141. 6
facultas ut differat à facilitate, 141. 9
fagus Jovi ſacra, *ibid.* 11
falantum, vox Hetruſca, *ibid.* 12
falcones, 67. 12
familia arcenda, 285. 3
familia Cæcilia, 239. 9
familia Corneliorum, 142. 11
familia Mamiliorum, 218. 17
familia Nautiorum, 270. 1
familia Pompiliorum, 142. 10
familia Quintilia, 278. 17
familia Valeriorum, 142. 10
famuli, 142. 11
fana ſiſtere quid, 512. 3
fanatica arbor, 142. 19
fanum rediculi, 429. 1
fartores, nomenclatores, 143. 6
faſciculi de verbenis, 66. 5
pro capitibus Deorum, 533. 5
favere in ſacris, quid, 144. 5
faviſſæ Capitolinæ, 144. 8
Fauſtulus, regius Miniſter, 456. 7
februa, 145. 7
februatum, 145. 8
fecilitra, 596. 2
fenero & feneror, 146. 1.
fenum prateum, 146. 5
ferentarii, 10. 2. 587. 9. 10

fe-

Digitized by Google

feriæ, aliæ cum die feſto, aliæ ſine die feſto. 147. 1
Feriæ Latinæ, 284. 11
feriæ novemdiales, 284. 10
feriæ regiæ, 432. 12
feriæ ſtultorum, 415. 5
Feſta Erigones & Icari, 315. 5
feſta vinalia, 63. 8
feſtinare & properare ut differant, 385. 4
feſtuca, 146. 6
fibræ Jecinorum, 148. 5
ficana via Oſtienſi, 394. 15
ficaria vaſa, 311. 22, 25
ficus Ruminalis, 462. 7
figuli ſalinum cum ſale in menſa cur non ponunt, 474. 3
fimbriæ, 148. 6
fiſcellus, 149. 3
Flamen Dialis, 123. 9
Flamen Pomonalis minimæ dignationis, 232. 3
Flamen Portunalis, 339. 11
Flamen Quirinalis, 313. 12
flamenta lanea, 188. 2
flameum nubentis, 291. 7
Flamines curiales, 108. 5
Flamines inſibulati æreis fibulis, 187. 8
Flamines majores, 123. 9
Flamines xv. 232. 2
Flamini Diali neque hederam tangere vel nominare fas. Neque anulum ſolidum gerere, 126. 7
Ei equo vehi nefas, 130. 14
fabam tangere vel nominare, 140. 1
Flamini illicitum funebres tibias audire, 156. 8. ei jurare nefas. 196. 3. Claſſem procinctam videre, 376. 20. 377. 2.
Flaminia ſacerdotula, 149. 13
Flaminibus opus facientem feriis publicis videre religioſum, 362. 6
Flaminicæ non licebat facere divortium, 149. 10
Flaminica aſſidue flameo utebatur, 149. 9. Telum gerebat eodem colore fulminis. 149. 11
Flaminicis nefas calceos habere ex corio mortuæ pecudis, 246. 24
Flaminius puer Camillus, 148. 16. 149. 3
flumina cum cornibus depicta, 563. 9
fluſtrum, 150. 13
follicularis vita, 151. 3
fomites, 151. 4
Fontinalis porta Romæ, 151. 10
forceps in re militari. 501. 11
fori Circenſia ſpectacula, 153. 3
forma, puls miliacea, 152. 4
formaſter, 298. 6
Formiæ qualis præfectura, 364. 6
Formiani qui municipes, 252. 8
formula condemnationum, 325. 8.
formula edicti quo Senatores vocabantur in Curiam, 496. 13
formula in judice collocando, 378. 2
formula interdicti prætorii, 358. 11
formula obſecrationis & reſecrationis, 441. 6
formula pomoerii proferendi, 388. 18
formula precationis in agris luſtrandis, 341. 6
formula Senatusconſulti per diſceſſionem, 412. 4
formum, 152. 2
fortes & Sanates, 478. 8, 17
Fortunæ muliebris ſimulacrum nefas attingi niſi ab ea quæ ſemel nupſerat, 393. 5
forum agere, 152. 12
forum Flaminium & Julium, 152. 12
forum veſtibulum ſepulcri, 153. 1
forum in navi, 153. 2
foſſæ Quiritium, 416. 8
fraterculare, 518. 3
fratrare de ſpica, 153. 12
Fregellæ locus Romæ, 154. 4
frigus, 19. 7
frons, maſcul. 99. 13. 154. 12
frus ventris, quid, 323. 7, 8
Fruſio qualis præfectura, 364. 6
fulgur peſtiferum, 341. 13
fulgur provorſum, 390. 7
fulgur renovativum, 439. 20
fulgura condere, 487. 3
fulgura adteſtata, 8. 11
Fulgura diurna Jovi nocturna Summano, 390. 8
fulgura peremptalia, 337. 9 360. 7
fulgura peremptoria, 360. 6
fulgura peſtifera, 360. 7
fulgura poſtularia, 360. 6
Fulvius Flaccus in æde Vertumni pictus cum toga purpurea, 345. 1
Fundani qui municipes, 252. 8
Fundi qualis præfectura, 364. 5
fundus populus, 156. 6
funera ſimpludiaria, 509. 11
ad funera per præconem evocabantur, 185. 14
funere redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi, 33. 13
funeſta omnia ſua morte extincta, 246. 25
Furina Dea, 157. 1
furvus bos Averno immolabatur, 157. 4
futilia vaſa, 157. 6
futurum ab imperativo, 180. 13

G.

Gallia togata, 54. 1
Gallinæ Æſculapio immolatæ, 189. 4
Gallus fluvius, 159. 3
Germani, 161. 10
Gingrinæ tibiæ, 162. 9
Glaucopis, 28. 10
glires, 431. 8
gliſceræ, menſæ gliſcentes, 163. 1
globus in re militari. 501. 11
Græci ſcribentes ac legentes duplicabant mutas, ſemivocales & liquidas, 515. 9
Græci, Romani, 433. 1
Græcia major, vide *major Græcia*.
Graſſarii, 165. 11
gratulatio, 24. 5
grunire, 167. 1
Gynæceum, 28. 17.

H.

Halo, 128. 6
Halophantæ, 168. 3
Hannibal Capuanis agros reſtituit, 300. 19
haſta donati viri fortes, 72. 14
ſub haſta venibant ſervi, 72. 15
haſtam dare jubebantur milites ob delictum, 72. 10
haſtæ ſubjiciebantur quæ publice venibant, 169. 9
haſtam Carthaginienſes Romam miſerunt cum bellum vellent, 169. 10
Hedera in tutela Liberi, 169. 15
herbam dare, 170. 11
Herculeanus nodus in nuptiis, 79. 2
Hercules Aſtrologus cur creditus, 171. 4
Herculi pollucebantur omnia eſculenta & poculenta, 334. 7
Herculis filii, 79. 3
Herem marteam antiqui accepta hereditate colebant, 171. 8
Hermes, 172. 2
Hippo ager in inſulaco, 173. 9
Hippolitæ ſuccingulum, 542. 4
hiſtriones deponere perſonam cogebantur præter Atellanos, 340. 5
homo ſacer, 467. 13
hora prima & ſecunda diei dicata ſponſalibus.
Horatii & Curiatii, 518. 8
Horatius à Duumviris ad populum provocavit, 518. 12
hordicidia, 174. 9
horrea Sempronia locus Romæ, 496. 4
horti in tutela Veneris, 459. 11. 464. 8
hoſtia optata, vide *optima*.
hoſtiæ prodiguæ. 379. 3
hoſtiam atram meridie immolabant, 234. 1
hoſtire, 428. 4, 8
hoſtis, 525. 15
hoſtis vinctus, mulier, virgo quibuſdam ſacris arcebantur, 136. 1
Hyades, ſuculæ, 542. 13
Hydræ effigies ad lacum Servilium poſita à Marco Agrippa, 502. 1



Digitized by Google

I.

JAnus, 76. 11
Idibus ovis Jovi mactata
Iduum poſteri dies nuptiis infauſti, 281. 8
ilicet, 545. 13
illectat, 198. 4
illorſum, 19. 14
im, 63. 1
immunis, 251. 1
immuſſulus ales, 19. 16
impares Tibiæ, 180. 8
implorare, 129. 6
inauguratio Ser. Sulpitii Ser. F. 251. 11
inciens, 166. 10
incoctæ mulieres, 184. 6
increpitare, 101. 12
induſtrii, 186. 8
infelices arbores, 145. 11
infrunitus, 155. 1
infulæ, 137: 4. 188: 2
inimicitias Æmilio Lepido remiſit Fulvius nobilior, 434. 4
initium, elementum, 189. 5
inolevit, 8. 5
inquinamentum, 28. 14
inquinare, 106. 4
inſipat, 546. 10
integrare, 11. 6
ἰσημερία in æquidiale.
Interamnæ, 26. 8
interatim, interim, 192. 10
ipſillices, 539. 11
Irpus, Lupus Sabinis, 193. 11
Iſthmia, 338. 8
Itali, vituli, 94. 3
Italia Numitoris filia, 456. 6
Judex ſubditus, vide ſubditus.
jugera bina à Romulo viritim diviſa, 74. 10.
Julius menſis, 196. 2
Iulus & Æmilos Aſcanii filii, vide Æmiliam.
Juno Februata ſive, Februalis ſive, Februlis, 145. 3
Juno Fluonia, 150. 11
Juno Juga, 195. 2
Juno Lucina, 228. 9
Juno Opigena, 305. 16
Juno ſiſpes, 512. 1
Juno ſororia, 518. 5
Junonis Lucina ædes Martiis calendis coli cœpta, 228. 9
Junonius & Junonialis menſis, 196. 1
Jupiter Fulguritor, 390. 8
Jupiter Latiaris, 315. 11
Jupiter Lucetius, 207. 8
Jupiter opitulator, vide opitulus.
Jupiter penetralis, 171. 2
Jupiter Vimineus, 393. 7
Jus aliter inter peregrinos, aliter inter cives dicebatur, 324. 5
Juſta nulla fiebant hominibus fulmine occiſis, 300. 14

K.

KAlendarum poſteri dies nuptiis infauſti, 281. 8

L.

L Pro D, 180: 10. 235: 7. 495: 8
Lacedæmonii in monte Taygeto equum ventis immolabant & adolebant, 302. 11
Lacerna, 197. 4
Lacinia, 121: 2. 197: 4
Lactat, 198. 4
Lacus Servilius, 501. 21
lætaſter, 298. 6
lama, 198. 8
lamella ærea in formam ſtellæ locis inauguratis infigebatur, 525. 20
lamellæ ſpecie virum & mulierum in ſacris neceſſariæ, 539. 11
lance & licio furtum quærere, 199. 4
lanigerum pecus piſcibus paſcitur, 111. 9
lanius, 121: 2. 197: 3
Lanuvini qui municipes, 252. 8
lapis manalis, 34. 2
Lapis niger, 278. 14
lapis ſcriptus, 491. 11.
Lares coronis ornati, 124. 4
Lares Hoſtilii Urbani, 175. 7
latex vini, 200. 5
Latinorum imperium uſque ad P. Decium cos. Feſti in voce Prætor.
Latinus filius Telemachi & Circes, 456. 3
Latomiæ Syracuſanorum, 201. 3.
Lavare. Antiqui raro lavabant, 201. 14
Laverna Dea furum, 201. 6
Lavernalis porta, 201. 7
Laumedon in Alumento.
laurea arbor plurimorum remediorum, 189. 3
Laureatus populus ſpectabat. Apollinares ludos ſtipe data, 32. 10
Laurentium leges, 37. 13
lauretum Aventinum, 562. 5
laurus omnibus ſuffitionibus adhibita, 201. 10
lax fraus, 198. 3
lege cavebatur ut deſignati magiſtratus certos intra dies provincias inter ſe pararent, 324. 3
lege ſanctum fuit ne quis ſervum mitteret percunctatum patris familiæ nomen, 336. 12
leges ædium ſacrarum, 236. 13
leges Fenebres, 146. 3
leges menſæ, 240. 1
leges oſcitæ, 316. 7
leges ſacratæ, 469. 15
legio ſex millium & ducentorum hominum à Mario conſcripta, 503. 8
legio quadrata, 503. 8
Lemonius pagus, 202. 13
lex curiata lata Tribunicia rogatione, cur, 582. 5
lex dedicationis aræ Dianæ Aventinenſis, 277. 6
lex Licinia, 73. 12.
lex Minucia, vide eſi.
lex muneralis, 251. 3
Lex Ovinia. Tribunicia, 377. 12
lex parenſis, 291. 9
lex Rutilii Rufi, 461. 4
lex Satura, 483. 8
lex Tapulla, convivalis, 561. 1
lex Tarpeja, 330. 5
lex unciaria, 595. 6
lex ut differat à rogatione, 453. 18
Liber Bacchus, 204. 5
Liberalia, 204. 8
libri rituales Etruſcorum, 450. 29.
Libycus campus, 204. 15
Lichus Herculem ſecutus, 206. 6
lignum, bes alterum, 576. 9
limi crebriores ſulci, 356. 5
Lingua Græca eadem cum Latina parum prolatione mutata, 433. 4
Linguæ Latinæ origo quaſi Græcæ uſurpatio, 433. 5
Lingua, Promontorium, 205. 7
linteata legio, 202. 9
Λιτὴ in voce litatum.
lite cadere, 206. 1
Liternum qualis præfectura, 364. 4
Liticen, in voce lituus.
Livius Andronicus bello Punico ſecundo carmen ſcripſit quod à virginibus cantatum, 491. 6
Livius Andronicus ſcribebat fabulas & agebat, 491. 6
loquelaris præpoſitio, 22. 2
lotophagi, in voce lotos.
Lucar, 330: 4 402: 9
lucellum, 37. 6
lucem facere, 207. 4
Lucenſes qui municipes, 252. 14
Lucerenſes in voce Lucomedi.
Lucerus ardeæ rex, 207. 6
Lucina, vide Juno.
Lucius dux, 206. 14
lucrio, 75. 3
luctus quando minuebatur, 242. 14. Cur inſtitutum ne amplius centum diebus lugeretur, 165. 3
Lucus Albionarum, 18. 4
Lucus Libitinenſis, 464. 7
ludi unde dicti, 489. 9
Ludi Honorarii, qui & curita dicti, 174. 7
ludi in circo maximo, in voce mulis.
Ludi ſæculares, 471. 11
ludi ſero à Romanis inſtituti, & qui primi fuerint, 457. 17
ludi piſcatorii, 348. 6
Ludis Capitolinis auctio Vejentium fieri ſolebat, 480. 12
Ludi Taurii à Tarquinio inſtituti, 562. 10
Alii ludi Taurii à ſuperioribus diverſi, ibid. 15.

Lu-

Digitized by Google

Ludius quidam in circo fulmine ictus & ſepultus in Janiculo. 525. 7
Luna in *Dictynna*.
Lupercalibus mulieres februabantur. 145. 5
Luperci Fabiani & Quintiliani, 414. 11
lupus fæminine, 99: 13. 229. 7
lurcones, 298. 12
luſtratio, 208: 8. 209: 6
luſtrici dies, 209. 7
luſtrum, 198. 8
lutum aceratum 294. 6
luxurioſus, 209. 9
lymphati, 210. 7

M.

MAcellus, à macro, 20. 14
Macellus, 211. 1
Mæcium caſtrum, 212. 3
Mænius, 212. 4
Magiſter populi, Dictator, 308. 17
Magiſterium equitum, 213. 9
Magiſtratus, 213. 5
Magiſtratus abacti, 1. 1
Magiſtri
Collegiorum
Equitum
Pagorum
Societatum
Vicorum
213. 3. 4
Populi
Apollinis.
*ibid.*
Majæ ſacrificia, 215. 7
Major Græcia, 215. 13
Majus menſis Oſcis mæſius, 212. 6. ante urbem conditem, 215. 6
Mallius Tolerinus in circo combuſtus & in crepidine prope circum ſepultus, 284. 8
malluviæ, 217. 11
malluvium latum, 217. 13
Mamercus Pythagoræ filius in voce *Æmilium*.
Mamers, 217. 17
Mamertini, 217. 17
Mamilia Telegoni filia 218. 16
Mamilia turris. Vide *Turris*.
Mamurii Veturii nomen in Saliari carmine, 219. 7
Manalis lapis, 34: 2. 220: 4
Mancinus, 221. 17
Mancipatus, 257. 4
mane, 221. 11
manere, quid, 474. 12
Maniæ & maniolæ, 223. 4. 5
Manici panes. 224. 3
Manius Valerius Dictator, 308. 16
Manlia gens, 224. 7
manticulari, 225. 1
mantilia, 224. 18
manubiis ictum fulgur vincitur, 337. 12
manum, 221. 9
manumiſſio ſacrorum cauſſa, 227: 4. 397: 1
Marcellus conſul, 284. 15
Marcellus novas operas invenit expugnandis Syracuſis 284. 15
Marcellus tertia opima ſpolia de Viridumaro retulit, 306. 8
Marcipor, 414. 17
Marcus prænomen deſamatum, 224. 7
Mariani muli, 248. 1
Mariſca ficus, 56. 4
Marius Cimbros delevit, 25. 2
Marius parmulis Brutianas ſubſtituit, 325. 4
Marius uſum ærumnularum retulit, 15. 14
Matronæ à magiſtratibus non ſummotæ, 231. 3
Matronæ in tutela Junonis Curitis, 72. 11
Matronæ Martias Calendas colebant, 228. 9
Matronis conceſſum pilentis & carpentis per urbem vehi, 231. 3
maturum, 221. 10.
matuta mater, 221. 10
maximus minorum Pontificum quis, item minimus, 242. 6
Mediaſtuticus Oſcorum, 543. 3.
mediocriculum exercitum, 234. 4
Meditrina Dea, 234. 11
Meditrinalia, *ibid.* 9.
S. Fuſius Medullinus in Circo combuſtus & in crepidine prope Circum ſepultus, 284. 5, 9
Megaleſia ludi ſcenici, 477. 2
melandria, 127. 14
Melo pro Nilo, 19: 2. 21: 15. 235: 10
Melus vir Phœnicius, 235. 11
Memorioſior, memorioſiſſimus, 236. 5
menſa migrare cur inauſpicatum antiquis, 240. 1
menſæ curiales, 108. 6
menſæ gliſceræ. Vide *Gliſcera.*
menſæ ſacræ legibus ædium ſacrarum, 236. 12. in ararum vel pulvinaris loco, 236. 13
menſæ triviales, 240. 2, 3
merces quas pollucere fas eſſet, 354. 5
Mercurio lacte non vino ſupplicatum, 513. 2
Mercurius *malevolus* cur dictus, 217. 4
meretrices alicariæ, 19. 10
meretrices proſtibulæ, *ibid.* 11
mero ſepultus, 506. 9
merula, 238. 2
Meſon comœdus, 238. 4
Meſſala, 216. 4
Meſſapus rex, 238. 6
L. Cæcilius Metellus à Brutiis occiſus, 270. 5
Metellus Pontifex Max. 484. 11
metus fæminine, 99: 13. 229: 7
Mezentius Cæritum rex, 315. 10
milites Romani ſe aluerunt privato ſumptu donec Roma à Gallis capta, 373. 13
milites tituli dicti, 571. 1
mille urbium, 256. 1
mimi in orcheſtra prodibant.
minantes, 16. 6
minare, 16. 7. 188. 9
Minerva Dea Nautia dicta, 270. 2
Minerva Tritonia, 576. 15
Miniſtris triumphantium coronis oleagineis utebantur, 304. 12
Minucius Deus, 242. 13
miracula de rebus turpibus, 243. 13
mirmillones, 446. 1
Miſenus *Æneæ* Tibicen, 244. 4
miſſilia, 292. 1
*μονασῆρες* in voce *precum.*
mola ſalſa, 8. 14
monile ornamentum equarum, 245. 12
monitio, 294. 21
mons Aventinus, 253. 4
Idem Murcus dictus, *ibid.*
mons ſacer, 467. 11
mons vaticanus, 586. 3
mons viminalis, 593. 6
moracillum, 246. 14
morbus major, comitialis, ſonticus, 382. 19
mos Romanorum in lupercalibus, 102. 4
movere ancilia, quid, 461. 12
muli primi curru juncti 248. 3
mulieres in tutela Junonis, 546. 20
mulieres antiquæ rutili coloris ſtudioſæ, 465. 9
mulieres togis prætextis velatæ Mutino Titino ſacrificabant, 256. 13
mullare ſuere, 248. 10.
multa maxima & minima, 249: 2. 319: 11
multum frugum facere 307. 17
mulus vehiculo lunæ, 248. 5
Mummius, 249. 16
municipiorum plura genera, 252. 5
munifices, 50. 5
munus, 257. 8
muriola, 254. 12
murratum vinum, *ibid.*
murus muſtelinus, 256. 9
Muſæ pegaſides. vide in *pegaſides.*
Muſæ pierides, 345. 11
Muſæ Pimpleides, 347. 16
myrtei campi, 257. 3

N.

N Littera quid ſignificet in faſtis, 272. 19
naccæ, 259. 1, 3
Nævia nemora, 261. 5
Nævii domus, *ibid.*
ναὶ καὶ οὐχὶ, 266. 2
napuras nectere, 262. 10. 272: 15
Narnienſes, vide Nequinates.
natare, 262. 2
natio

Digitized by Google

natio de pecoribus, 264. 5
Navia ficus, 267. 1
Navius Attius, *ibid.* 3.
Nautes Romam detulit æneum ſimulacrum Minervæ, 270. 1
Nautius conſul, 284. 4
Neapolitanum talentum, 558. 7
Nebrundines, 273. 11
necatus ut differat ab occiſo, 300. 10
nectar, 254. 12
nefaſtus dies nundinarum, vide *nundinas.*
nefrones, 273. 11
Nemea, 3-8. 8
Nenia Dea, 261. 3
Nenia ſoricina, 260. 11
NEP quid in Faſtis ſignificet, 272. 21
Nepeſini, qui municipes, 252. 14
Neptunalia, 595. 5
Neptunus pro piſcibus, 98. 13
Neptunus equeſter, ippius, 173. 5
Neptunus Pegaſi pater, *ibid.*
Illi in illyrico quaternos equos nono quoque anno in mare jaciebant, 173. 9
Nequinum, 276. 6
nervo cervices impediebantur, 277. 1
nexum æs, 277. 11
nis pro nobis, 63. 1
Nixi Dii, 279. 13
noctiſurgium, 127. 11
nocturnum fulgur, 123. 10
Nolani qui municipes, 252. 13
Nolos flumen, 455. 8
novacula cum cote ſub locum conſecratum defoſſa, 268. 2
nova nupta aqua ſpargebatur, 140. 5
corollam ferebat ſub amiculo, 100. 5
in pelle lanata conſidebat, 190. 1
novæ nuptæ caput comebatur haſta. 72. 9
ſenis crinibus ornabatur, 497. 3
nuces flamma uſtæ, 292. 3
nuces mittebantur cerialibus, 291. 19
Numa Pompilius in Janiculo habitavit, 287. 3
Ejus libri reperti, *ibid.* 3.
Primus ſtatuit ut qui terminum exaraſſet, & ipſum & boves ſacros eſſe, 566. 14
rem divinam Marti verno tempore inſtituit, 588. 9
numere temporis præſentis. *Numero* præteriti, 283. 3
Numidæ vivaces, 291. 17
nummi bigati & quadrigati, 166. 8
nummis auri & argenti ſignati ultramarinis Romani utebantur tempore Romuli, 328. 1
nundinæ in vicis, 591. 14
nundinarum nefaſti dies, 290. 4
nunciatio & ſpectio quid & quibus magiſtratibus datæ, 520. 8
nuptiæ, 295. 8
Nurſia qualis præfectura, 364. 7
nux minuta plurima in agro Præneſtino, 236. 6
Nyctegreſia, 127. 11

O.

OBlectat, 198. 4
Obnubere, 291. 8
ob patrem, pro patre, 307. 12
obſecratio, 443. 13
obſcena, id eſt, mali ominis, 317. 6
obſcena verba, 317. 8
obſcena verba clamabantur nubentibus depoſitis prætextis, 370. 4
obſceniſſimum omen, 20. 6
obſequium, 387. 17
obſides, 29. 3
obſipare, 191. 7
obſipat, 546. 10
obſtrudulentum, 298. 5
ocreæ, 301. 22
Octavia ſoror Auguſti porticum octaviam fecit theatro Marcelli propiorem, 301. 25
Cn. Octavius CN. F. de rege Perſe triumphavit & Theatro Pompei proximam porticum Octaviam fecit, *ibid.* 29.
offa, 335. 3
offa penita: offa porcina, 335. 3
offectores, 187. 4
offendimentum, 303. 19
Ogygus Thebarum conditor, 304. 9
olivitas, 305. 2
Olympia, 338. 8
olla fritillis, 254. 2
omina ſuperantur fulgure, 337. 11
ominoſi dies cum ancilia movebantur, 474. 11
omnis ut differat à *cunctus*, 105. 13
operarii bajuli, 47. 5
opicerda, 541. 16
Opicum, Oſcum, 316. 7
opimæ hoſtiæ, 306. 4
Opiter Verginius Tricoſtus in circo combuſtus & in crepidine prope circum ſepultus, 284. 7
oppido didici, ſpectavi ambulavi, &c. male dicitur, 308. 2
oppidum locus in circo, 308. 8
Oppius mons, 499. 6
Ops, 305. 13. Saturni uxor, *ibid.* 20.
Ops Conſiva dicta, 306. 1
optimas, optimatis, 333. 18
opulenti, qui, 306: 3. 307: 9
Orata Sergius unde dictus, 310: 1. 2
oratores, 8. 15
oratores legati, 310: 6. 14
oratores deprecatores, 310. 14
Orbius, 214. 23
ordo Sacerdotum in conviviis, 313. 11
oriæ, 43. 11
orichalcum, 304: 9. 10
orum ruſtici dicebant pro *aurum*, 310. 1
Oſci libidinoſi, 316. 8
oſcillatio, 315. 8
oſculum inter cognatos & propinquos maxime inter feminas, 317. 15
Oſcus locus in agro Vejenti, 317. 1
Oſſifraga in Sangi Dei tutela, 479. 9
oſtenta, 357. 2
oſtium orci, 220. 4
Otaciiius Maleventanus, 287. 18
oves *paſſales*, vide *paſcales*, 326. 4
oves pellitæ, 326. 6
Oufens fluvius. in *Oufentina.*
ovis decuſſibus æſtimata, 15: 18. 249: 4. 319: 11. 330: 5
ovis maſculino genere, 319. 1

P.

PAcinates à Pacino, 332. 16
Pacinus Volſini regis nepos, *ibid.*
*παγαὶ*, 321. 4
pagus Succuſanus, 540. 15. ibi milites exercebantur, 541. 6
Palæmon, 358. 5
Palanto Hyperborei filia, 321. 9
palare, *ibid.* 9
Palatua Dea, 322. 1
Palatuar, 499. 5
palilia, parilia, 322. 5
Pallas ſepultus in palatio, 321. 11
Pallas Gygas, 322. 6
Pallas palus, 322. 7
palma in Capitolio in ara ipſa Jovis enata, poſtea proſtrata & in ejus locum ficus enata, 435. 2
paludamenta omnia militaria ornamenta, 322: 12, 14
palus Pontina, 355. 8
panis acerosus, 294. 9
Pantaleon Tyrannus 348. 4
Papirius ager, 323. 13
Papirius Curſor in æde Conſi pictus cum toga purpurea, 344. 18
parare provincias, 324. 4
parare inter ſe munus, 361. 10
Paraſiti Apollinis, 476. 11
paraſitus facete dictus *temeti timor*, 564. 12
paraſitus ſecundarum partium, 476. 12
parentatio, 236. 15



Digitized by Google

parentum nomine avi proavi, aviæ & proaviæ continentur, 324. 11
paricida qui qualemcumque hominem occidiſſet, 324. 16
Parilia, 400. 11, 12
pars virilitatis, 159. 4
parum caviſſe videri, in condemnationum formulis, 325. 16
Paſiphaæ, Minois uxor, 242. 10
Paſtorale baculum in *pedum*.
patagiarii, 326. 14
patera perplovit, 327. 5
patrimus matrimus, 149. 13. 16
peculatus, 319. 10
pecunia, 2. 5
pecunia de bonis patrum familiæ, 330. 7
pecunia quæ erogatur in ludos, 402. 9
pecus paſcale, 516. 13
pecuſcum, 329. 11
Pegaſus, 400. 1
Pelicus Volſini regis nepos, 332. 17
Peligni à Pelico, *ibid.*
pellices de maribus, 333. 5
pellicibus aram Junonis tangere interdictum, 333. 8
pelvis, 354. 4. 401. 1
penarius, 335 9
penas, penatis, 333. 18
penes, 33. 10
penetrale ſacrificium, 334. 17
penſiones, 334. 2
penus & promptuarium, ut differant, 400. 20
perduellis, 124. 16
perihodon viciſſe, 338. 7
perones, 248. 9
perſonati mimi Atellani, 340. 4
perſonis ſero uti cœperunt comœdi & tragœdi, 340. 2
peſtilentia in gravidas mulieres tempore Tarquinii, 563. 2
petaurum, 341. 15
petiſſere, 342. 6. 7
petræ naufragiorum ſcelere pollutæ, 491. 17
Petronia aqua, 70. 10
petulcus, 343. 10
φάλαινα, 47. 5
piamenta, 344. 11
Picus rex Fatuum & Fatuam procreavit, 401. 13
Picus Martius, 456. 8
picus in vexillo Sabinorum, 344. 15
pileati Caſtor & Pollux, 347. 8
pileus lanatus forma metalli figuratus, 581. 16
pipulum, 402. 12
Piſani qui municipes, 252. 13
piſcatores piſce pro alea utebantur, 110. 9
piſciculi vivi Volcanalibus dabantur pro animis humanis, 348. 10
piſtrina alicariorum, 19. 10
piſtrix, balæna, 47. 6
Pittacus unus ex VII. ſapientibus. ejus cum Phrynone certamen, 446. 5
placenta ex tribus pultibus facta, 363. 7
Placentini qui municipes, 252. 14
planipedes hiſtriones, 314. 2
Plautus à pedum planicie dictus, 353. 2
plebes omnis populus præter Senatores & patricios, 489. 19
plebiſcitum, 356: 3. 490: 1
Plebiſcitum Silianum, 392. 1
po pro *populo*, 320. 1
Pœni Tyro oriundi, 582. 2
Pœni potentes maris, 582. 4
politiones perfectiones, 117. 12
polubrum, 401. 1
pomœrium, 388. 1
pomœrium protulit Servius Tullius. Idem tentavit Cornelius Sylla Dictator, 388. 3. 5. 8
pomœrium ſi tactum à privatis fuiſſet. pœna ſtatuta erat, 388. 13
pomœrium pontificale, *ibid.* 1
pomœrii proferendi formula, 388. 15
Pompeius Bithynicus ex ſupellectile regia ſignum Romam deportavit, 465. 13
Pompeius Rufus unciariam legem tulit, 595. 6
C. Pompinius Libertinus mimus, 476. 5
pondera publica, 391. 16
pons ſublicius, 537. 4
Pontia urbs, 355. 8
Pontifex maximus annales maximos conſecrabat, 332. 7
Popilius Lænas duumvir ſacrorum, 472. 2
populi commune cum plebe ſuffragium in legibus ferendis, 356. 1
populi ſcitum, quid, 489. 19
Populo Romano Quiritibuſque in ſacrificiis & precibus dicebatur, 120. 3
porca cum omni fœtu ad ſacrificium adhibita, 92. 11
porca præcidanea, 362: 9. 363. 3. 5
porca præſentanea, 372. 1
porca, terra eminens, 182. 1
porcet, 35. 18
porcus propudianus, 386. 6
porcus ſacris, 470. 1
porricere, 380. 4
Porta Carmentalis qua egredi religioſum, 433. 10
Collina, 415. 17. 19
Flumentana, 150. 16
Fontinalis, 151. 10
Lavernalis, 201. 7
Minucia, 242. 12
Mugionia, 247. 12
Navalis, 265. 2
Piacularis, 344. 1
Prætoria, 371 7
Principalis, 373. 1
Querquetularia. 411. 6
Quintana, 413. 12
Quirinalis, 415. 13
Ratumena, 412. 1
Romana, 457. 8. 10. 13. 15
Ruduſculana, 452. 19
Salutaris, 370: 7. 477: 1
Sanqualis, 479. 13
Scelerata, quæ & Carmentalis, 486. 10
Stercoraria, 526. 6
Viminalis, 261: 2. 593: 6
Portumnus clavim manu tenebat, 81. 6
portus Perſicus, 339. 7
poſita, propoſita, 389. 1
poſteri idus nonarum, Iduum, Calendarum, nuptiis infauſti, 281. 5. item a. d. IIII. Calendas nonas Idus, atri hi dies, *ibid.* 5
Poſtumus Cominius Aruncus in Circo combuſtus & in crepidine prope Circum ſepultus, 284. 7
Potitii Sacerdotes, 40: 11. 361. 3
præbia, 361. 8. 9
præciæ, 362. 6
præcipuum, 134. 11
præclamitatores, 362. 3
prægnantes ſacrificabant Egeriæ Nymphæ, 127. 6
Præneſtini qui municipes, 252. 13
Præneſtini voces decurtabant, 559. 17
Præs, 221. 15
præſipere, 11. 3.
prætexta pulla quibus liceret uti, 369. 1
prætextatæ fabulæ togatæ etiam dictæ, 571. 7
Prætor major, 216. 10
Prætores initio qu. poſtea conſules, 371. 8
Prætores majores & minores, 216. 8
Prætores duo cur creati, 324. 7
Prætorium, 371. 9
prætor ſalutabatur ad portam, 370. 7
prata Mucia, 247. 9
prata Quinctia, 414. 5
pretet tremonti, 401. 5
pri pro *pra*, 374. 5
principes ordines, 373. 1
Privernum, qualis præfectura, 364. 6
privilegium, 402. 12
proædificatum, 375. 16
proci, 376: 7. 377: 22
procincti, 129. 8
procurator, 86. 8
proditionem habere quid, 378. 11
profanatum & profanum, 380. 6
profanum, 382. 16
prognare, aperte, 164. 2
projectiones aquarum arcuatim fluentium Tiburi in Aniene, 579. 15
promedio, 383. 12
promptum, 400. 15.
promptum triticum, 400. 17
propterviа auſpicia, 401. 8

proſtibulæ, 19. 11
proverbia,
A domo Nævia, 266. 5
Anus quod volt ſomniat, 466. 11
In ſcirpo nodum quærere, 489. 1
Manum & mentum, 226. 7
Multi Manii Ariciæ, 224. 1
Nec mulieri nec gremio credendum, 271. 11
Non omnibus dormio, 282. 1
Oſculana pugna, 317. 9
Plauſtrum perculi, 350. 1
Quam bonus Homerus tam malus Choerylus poeta, 559. 9
Quot ſervi tot hoſtes, 417. 11
Rideo canteri, 449. 11
Sabini quod volunt ſomniant, 466. 6
Salva res eſt dum ſaltat ſenex, 476. 1
Sardi venales alius alio nequior, 486. 12
Sero ſapiunt Phryges, 501. 1
Sine ſacris hereditas. 511. 1
Σκόρδος καὶ ἐκίπ Σύερος, 551. 17
Sus minervam, 552. 8
Sutrium quaſi eant, 552. 1
Tam perit quam extrema faba, 559. 19
Tyria maria conciet, 582. 2
Vapula Papyria, 583. 3
Ve victis, 586. 5
provocatio à Dictatore ad populum quando cœpta, 508. 17
Pruſiæ filius cur *monodos* dictus, 246. 1
Publici augures, 401. 6
Publicii Malleoli, 393. 1
Pudicitiæ plebeiæ *ſacellum*, vide *ſacellum*.
pueri, 295. 14
pueri patrimi matrimi nuptiis adhibiti, 328. 12
pullarius, 366. 3
puls fabata, 430. 9
Punitum bellum à Nævio verſibus Saturniis ſcriptum, 484. 9
Punicum genus libi, 396. 1
Punicum veſtis nomen, *ibid.* 2
puſula panis, 172. 6
putare vites, 182. 8
puteal, 487. 1
Puteoli qualis præfectura, 364. 4
puticuli antiquiſſimum genus ſepulturæ, 398. 17
Pyrrhus rex Epirotarum, 246. 2
Pythia, 338. 8

Q.

QUadrans ratitus, 421. 6
quadrantal, 392. 3
quadrigæ fictiles in faſtigio templi Jovis, 422. 4
quadrigæ in fornace auctæ quale prodigium, 422. 6
Quadrigæ in mare jactæ. vide *Rhodii*.
Quadrigati nummi, 166. 8
Quæſtores paricidi, 324: 15. 407: 2
quartus quadrans, 576. 11
quercus arbor unde dicta, 410. 7
querquera febris cur dicta, 410. 10
Quinctius dictator, 576. 6
Quinquatrus minuſculæ, 243. 7
quinquertiones, 413. 7
Quintilius partes Romuli ſecutus, 278. 13
Q. Fabius pullus Jovis cur dictus, 394. 20
Quirinalia, ſtultorum feriæ dicta, 523. 14
Quirinalis flamen, 313. 11
Quirinus Romulus, 109. 6
Quirites Romani, 109: 7. 416: 6
Quirites Sabini, 416. 1
Quiſpiam unde dictum, 416. 13, 15
Q. R. C. F. in faſtis quid ſignificet, 409. 1
Q. S. D. F. in Faſtis quid ſignificet, 409. 3

R.

R. R. in tabulis quid ſignificet, 419. 3
Rapta curia, 283. 6
rationes unde dictæ, 421. 3
rava, flava frumenta in ſpicis, 424. 3
ravilla, 423. 16
raviſtellus, 423. 7, 11, 12
Reate qualis præfectura, 364. 7
Reciniati mimi planipedes, 424. 14
Recinium, 424. 12
reciperatio, 425. 1, 3
redemptituare in Saliorum exultationibus, quid, 427. 1
redhibitum, 428. 9
Regia unde dicta, 432. 10
Regifugium in faſtis quid, 431. 11
Regina Flaminica ſacrificans, 182. 14
Regium in Gallia Ciſalpina forum lepidi, 448. 3
religioſum, ſacrum & ſanctum ut differant, 435. 15, 16
remiſſo exercitu remittebatur augur, 438. 3, 9
remora, 437. 15
Remoria ſive Remuria, 439. 8, 11
remulcus, 439. 5, 6
repages, 440. 7
reſecratio quid, 442. 6
reſpondere, 523. 11
res ſcrupuloſa, 491. 21
retæ, 440. 8
reticula recta ſuſum verſum texta, 432. 16
reus promittendo; reus ſtipulando, 447. 6, 11
Rex ſacrificulus in conviviis ſupra omnes accubat, 313. 11
Rheginum talentum, 558. 8
Rhodii quotannis quadrigas ſoli conſecratas in mare jaciebant, 304. 14
Rhodium talentum, 558. 5
Rhoma Æneæ neptis, 455. 2, 3
Rica, quid, 448. 6, 10
riciniati hiſtriones, 312. 4. vide *reciniati*.
Robigus Deus, 451. 16
robus in carcere, 451. 20
robuſti, 451. 21
Roma in ſex partes diſtributa, 503. 13
Roma unde dicta, 453: 20. 454: 2. 455. 1
Romæ nomen vetitum publicari, 458. 3, 5
Roma parilibus condita, 325. 1, 3
Roma Quadrata, 404. 6
Romanenſes negotiatores, 99. 8
Romani cur Græci dicti ab Ennio, 433. 1
Romani Quirites, 109. 7
Romulus de Acrone prima ſpolia opima retulit, 306. 7
Romulus & Romus filii Latini & Romes, 456. 3
Romulus & Remus literis apud Gabios inſtituti, 456. 13
Romulus inſtituit equiria in honorem Martis, 130. 11
Romulus Quirinus, 109. 6
rorans tempeſtas, 10. 4
Rorarii, 10. 3
Roſea campus in agro Reatino, 460. 1
roſtrum buculæ, 57. 1
rudentes, 452. 15
rudiarii, 452. 14
ruduſculum, 452. 12
ruduſculum picatum, 339. 11
ruſæ canes caniculæ immolabantur, 71. 3
runa, 453. 1
rupitiæ, 463. 10
ruſtica vinalia, 459: 11. 464: 4
rutabulum pro virilitatis parte, 464. 13
Rutiliæ, 465. 8

S.

S Litera Latinis pro aſpiratione Græcorum, 496: 1. 501: 4. 551: 2
Saburra, 487. 2
Sacella conquirere, quid, 487. 3
Sacella procurare, 487. 2
Sacella Termini foramine deſuper aperto ſemper patebant, 566. 16
ſacellum, 487. 3
ſacellum Carmentæ, 486. 11
ſacellum Pudicitiæ Plebeiæ, 350. 14
ſacellum Mutini Titini in Veliis, 256. 9
ſacellum Quirini, 415. 21
ſacellum Streniæ, 468. 10
ſacena, dolabra, 488. 7




Digitized by Google

ſacra Idulia, 468. 7
ſacra juventutis, 196. 11
ſacra peregrina eorum ritu colebantur à quibus accepta, 326. 21
ſacra piacularia, 401. 19
ſacra popularia, 355. 14
ſacra privata, 392: 11. 12
ſacra projecta, 330. 18
ſacra publica, 392. 11
ſacra ſecluſa, 493. 12
ſacramentum, 468. 15
ſacraria ſepiebantur ſeceſpita, 493. 3
ſacrarium opis Conſivæ, 364. 11
Sacravienſes & Suburanenſes contendebant de capite equi Octobris, 302. 5
ſacrificare, pro libare, 470. 17
ſacrificia ad arbores fulguritas, 532. 9
ſacrificio Cereali adhibita porca aurea & altera argentea, 356. 9
ſacrificium canarium, 465. 5
ſacrificium Gentis Claudiæ, 386. 6
ſacrificium humanum quid, 176. 1
ſacrificium pecunia fieri quid, 330: 9. 11
ſacrificium penetrale, 334. 17
ſacrificium pro collegio Pontificum quinto quoque anno fieri ſolitum, 71. 11
ſacrificium propter viam, 386. 3
ſacrificium Semoniæ Deæ, fiebat cum civis necabatur, 549. 11
ſacrima, 470. 13
ſacrum, 467: 17. 468: 2
ſaga, 472. 13
ſagæ, 472. 10
Salacia Dea, 473. 2
Salentini menſe Januario equum vivum in ignem conjiciebant in honorem Jovis, 302. 13
Salentini Cretæ & Illyrii, 473. 12
Saliæ virgines conductitiæ paludatæ adhibebantur, 473. 15
Saliares cenæ, 474. 12
Salinum in menſa ponere figulis cur religioſum, 474. 2
Salius Arcas, 474. 8
ſalutis augurium, 232: 10
ſam, 63. 1
ſanctio, 479. 4
ſanctum, 479. 1
ſandix, 479. 5
ſanqualis ales, 19. 16
Sao ex Samothrace cum Ænea deos Penates Lavinium tranſtulit, 474. 10
Sapa, 59. 9
ſarmenta, 481. 16
ſarpere, 481. 15
ſarta tecta, 482. 4
Saticulam colonia deducta, 483. 1
Saturnalia, unicus dies, 412. 9
Saturnia qualis præfectura, 364. 7
Saturnii qui dicti, 483. 17
Saturnii verſus, 484. 7. 8
Saturnius mons Capitolinus, 484. 8
Saturno ſacrificabant capite aperto, 484. 14
Saturnus agrorum cultor, 305. 19
Saxa Puilia, 394. 15
Scæva bona & mala, 485. 6
Mucius Scævola in circo combuſtus & in crepidine prope circum ſepultus, 284. 9
Scalæ Tarquiniæ, 561. 10
Scapus libræ, 204. 12
ſcarum pollucere nefas, 354. 5. 7
ſceleratus campus, 375. 27
ſceptrum per quod jurabant, 147. 2
ſcesna pro Cœna, 488. 12. 13
ſcilicet, 545. 13
Scipio bellator, 40. 8
ſcirpeæ hominum effigies de ponte in Tiberim miſſæ, 504. 4
ſcirpo ratis, quid, 489. 14
ſcoparum certum genus ſacrificiis adhibitum, 133. 4
ſcortes, 490. 10. 13
ſcorteum, 490. 15. 18
ſcraptæ mulieres, 491. 3
ſcriba navalis, 265. 5
ſcribam habere ſolebat, magiſtratus qui ludos faciebat, 369. 3.
ſcribonianum puteal, 487. 1
ſcrutilus, 518: 21. 22
ſcuta albeſia, 18. 2
ſcutilum in pompa quid, 492. 9
Scyrius, 551. 14
ſeceſpita, pro cancellis, 492. 12. 16
ſecunda collatio pro comparativo, 301. 7
ſegeſtria, 118. 4
ſegregare, 2. 2
Selliſternium habere, 515. 17
ſementinæ feriæ, 91. 6
ſemiplotia, 353. 1
Semoniæ Deæ, 549. 11
Sempronius Atratinus in circo combuſtus & in crepidine prope circum ſepultus, 284. 8
Senacula tria Romæ, 496 6
Senatores præteriti, 368. 6
Senatum numerare conſules cur jubebantur, 287. 14
Senatus decretum ut differat à Senatus conſulto, 496. 19
ſenis olim pro ſenex, 546. 14
ſenium, 28. 1
ſenticoſa verba, 497. 10
ſepeliebantur intra urbem qui pro repub. occubuerant, 284. 5
ſepeliebantur alibi quam ubi cremabantur, 284. 5
Seplaſia, 526: 11. 13
Septemtrio Deorum ſedes, 511. 5. *vid. not.*
Septenatrus Tuſculanis, 412. 13
ſeptimontium, 500. 1
ſepulcra, 57. 5
ſepulcra vino ſpargebantur, 444. 24
ſepulcrum antiqui buſtum dicebant, 500. 4
ſepulcrum plenum tæniarum ut intelligendum, 556. 9
ſeræ, 10: 9. 443: 18
Sergius Orata dictus, 310: 1. 2
ſerpulæ, 501. 6
Servius Tullius natus ex concubina, 282. 13
Servus receptitius, 424. 10
ſeſtertii bigati & quadrigati, 503. 3. 5
ſeſtertii aucti lege Flaminia, 503. 3. 4
ſeſtertius, 576. 10
ſeſunium, 494. 8
ſexagenarii de ponte, 504. 1
ſexatrus Tuſculanis, 412. 12
ſextarius, 392. 4. 5
Sicilienſes negotiatores, 99. 9
ſicinnium, 518. 8
T. Sicinnius conſul, 284. 4
Sicinnius Bellutus primus Rex ſacrificulus, 470. 10
ſigna duodecim inter geniales Deos, 160. 5
ſilentio ſurgere, 508. 7
Silentium in auſpiciis quid, 508: 9. 511: 11
ſili, 508. 2
ſilicem tenebant juraturi per Jovem, 199. 12
ſilicernium, farcimen, 509. 2
Sillii P. & M. Tribuni plebis, 392. 1
Simpulatrices mulieres, 510. 5
ſitulus barbatus, 262. 4
ſocordia, 493: 13. 15. 17
ſodes, 545. 10
ſolenne, 516. 10
ſolers, 515: 1. 516: 10
ſolia, alvei, 515. 18
ſoliar ſternere, quid, 515. 19
ſoliaria Babylonica, 515. 19
Solida, 513. 1
ſolida ſella ſedere in auſpiciis neceſſe, 514. 3
Solliſtimum, 516. 2
Solliferrea tela, 514: 17. 515: 13
ſonivium tripudium, 517. 4
ſontica cauſſa, 517. 8
ſonticus morbus, 191: 10. 517: 6
ſorbitio apud Cæcilium quid, 497. 7
ſorctus participium à ſurrigere, 551. 8
ſororium tigillum, 518. 5. 7
ſors Dei reſponſum, 518. 19
ſortiri provincias, 324. 1. 4
ſpectacula ſedilia, 153. 2
ſpectio & nuntiatio, quid & quibus magiſtratibus datæ, 520. 6
ſpeculator ab exploratore ut differat, 538. 7
ſpecus feminine, 521. 4
ſpicæ ferebantur in ſacrarium Cereris, 150. 9
ſpicio, 45. 8
ſpicus, 522. 7



Digitized by Google

ſpina alba nuptiis auſpicatiſſima, 328. 11
ſpolia opima, 305. 19
ſpolia Opima manipularis miles referre poterat, 306. 9
ſpolia Opima non omnia in ædem Jovis ponebantur, 306. 11. Jano & Marti etiam conſecrabantur, 307. 2, 3
ſpondere pro dicere, 523. 13
ſpurio patre nati, nothi cur dicti, 282. 12
ſtatuæ Cinciæ locus Romæ, 457. 9
ſt addebant vocibus per l incipientibus, 528. 13, 15
ſtella lætum & proſperum ſignificabat, 525. 19
ſtellatinus campus, 526. 1
ſtercus ex æde veſtæ in Clivum capitolinum deferebatur, 409. 5. 526. 5
ſtipa, 526. 15
ſtipendia militum quando cœpta, 373. 17
ſtipendium ſeſquiplex, 371. 6
ſtips data ludis Apollinaribus, 32. 10
ſtiria, 528. 7
ſtirps, maſculine, 229. 7
ſtlata, 528. 13, 15
ſtlembus, 529. 1, 2
ſtrigæ, veneficæ, 530. 8
Stroppi Caſtoris, 531. 7, 11
ſtrues, 146. 10
ſtrufertarii, 532. 9, 11.
ſtrupearia dies feſtus Faliſcorum, 531. 10
ſtruppus pro magiſtratu publico, 533. 7
ſtrutocamelus, 326. 10
ſubare, 544. 15
ſublices, 537. 4
ſubſidia è militibus qui ſtipendia meruerant & locum tamen retinebant in exercitu, 539. 5
ſubſidium, 368. 1
ſubſolanei, 539. 13
ſubucula genus libi, 540. 5
ſub vineam jacere, 535. 11. 13
ſub vitem haſtas jacere, 535. 15
ſub vitem præliari, 535. 17
ſub vos placo in precibus, 535. 19
Suculæ, 542. 11, 14
ſue plena Telluri fiebat, 351. 14
Sueſſula qualis præfectura, 364. 4
Suffetes, 237. 16
ſuffitio, 33: 15. 136: 3
ſuffragia ferebant per pontem, 504. 17
ſulcus primigenius, 372. 14
Sulla unciariam legem tulit, 595. 6
Sulpitius Rufus, 285. 10.
Sulpicius Saverrio Pyrrhum vincit, 317. 11
ſupellectilis, pro ſupellex, 546. 14
ſupercilia in tutela Junonis, 546. 18
ſuperſolanei, 539. 14
ſupparum & ſuparum & ſupparus velum minus, 506. 6
ſupparum velum omne, 548. 6
ſupparum puniceum veſtimentum, *ibid.* 9
ſupparum, ſtola crucis, 549. 1
ſupplicationes fiebant antequam bellum ſuſciperetur, 281. 11
ſupplicia de verbenis ſumpta, 549. 9. 10
ſuppliciis pro pœnis unde dicta, 549. 15
ſupplicium à ſuppliciis ut differat, 550. 1
ſurire, 544. 15
Surius, 551. 14
Sutorium atrium, 570. 5
Sutrini qui municipes, 252. 14
ſuus heres, 257. 4
Sycomorus, 467. 3
Sycophantæ, 553. 10
Syracuſanum talentum, 558. 7

T.

T Pro S, 269. 11
Tabellarii, 555. 2
tabernacula, 12: 4. 97: 3
Tabernæ novæ, quinque & ſeptem dictæ, 351. 8
Tabernariæ fabulæ *togata* dictæ, 571. 8
Tæpocon ſcribendi genus, 557. 4
Tages diſciplinam Aruſpicii Etruſcis dedit, 557. 10
talaſſio, quaſillus, 557. 16
talentum, 558. 5
tam pro tamen, 559. 9
Tanaquil uxor Tarquinii Priſci poſtea Gaia Cæcilia dicta, 158. 1. ſumma lanifica, *ibid.* 3
tangere, furari, 557. 8
tapes, tapete, & tapetus, 560. 14
Tarpeiæ virginis effigies in æde Jovis Metellina, 561. 6
L. Tarpeius, 485. 3
Tatius rex Sabinorum, 20. 13
Tatius occiſus Lavinii, 562. 4
Tauræ, στεῖραι vaccæ, 562. 9
Tauri & verbenæ in ſacris quid, 562. 11
tauri inviolati ſolitaurilibus relinquebantur, 515. 12
Taurica na, 218. 9
taxatores ſcenici cur dicti, 564. 1
tectum pectinatum, 329. 9
tela, 37. 11
temerarium tributum, 576. 1
temo pro plauſtro, 498. 12
tempeſtas pro tempore, 192. 5
templa liberata, 204. 10
templum, 241. 15
templum bonæ Deæ, 493. 4
templum Libertatis in Aventino, 204. 11
templum pro tigno, 565. 2
Tenitæ Deæ, 564. 4
Tenſa ex ebore & argento, 565. 8
tentipellium pro tectorio, 565. 10, 11
Terentius Scriba, 287. 5
L. Terentius Tuſci vici Magiſter, 506. 10
Terentum locus in extremo Martio campo, 471: 13. 565: 17
Teredes flumen, 566. 7
Termini fanum nequitum exaugurari, 276. 18
terripavium, tripudium, 395. 2, 7
tertia collatio pro ſuperlativo, 301. 9
Tertio quarto ut differant à Tertium quartum, 567. 2
teruncium, 282. 5
teſtamentum internecivum, 192. 12
teſtamentum in procinctu, 377. 4
teſtamentum procitum, 377. 8
teſtilari, 568. 2
Theatrum Marcelli, 301. 25
Theatrum Pompeii, 301. 26
Themis hominibus præcipiebat id facere quod fas eſſet, 568. 6
Thymbræus mons in agro Trojano, 569. 3
Tiberius Silvius rex Albanorum, 19. 9
Tibiæ dextræ, 119. 10
Tibicines Minervam colebant, 243. 7
Tiburtes qui municipes, 252. 13
Tifata, 569. 10
Titius, 303. 20
toga picta, 344. 16, 17
toga virili cur mulieres utebantur in luctu, 424. 13
Togatæ fabulæ prætextatæ & tabernariæ, &c. 571. 7
togis incincti pugnabant antiqui, 129. 9
Tongitio vox Præneſtinorum, 572. 6
tonſillæ, 572. 3
Trachali, maritimi homines Ariminenſes, 575. 10
transfuga, 337. 17
trepidatio, 576. 16
triatrus Tuſculanis, 412. 16
Triambi terni in proſcenio loquentes, 177. 1
Triarii in tertia acie, 539. 7
Tribuni Rufuli à conſule facti, 461. 1
Tribunus primanus, 372. 7, 8
Tribus curiæ dictæ, 74. 3
Tribus Cruſtumina, 103. 7
Lemonia, 202. 13
Lucerum, 207. 6
Oufentina, 319. 2
Papiria, 323. 12
Pinaria, 355. 11
Pontina, 355. 8
Popilia, 355. 10
Pupinia, 396. 7


Qui

Quirina, 414. 29
Romilia, 458. 1
Sabatina, 466. 1
Scaptia, 486. 5,6
Stellatina, 525. 22
Suburana, 541. 4
Succuſana, 541. 3,4,6
Titienſis, 570. 5
Tromentina, 577. 5
Tribus Urbanæ,
Collina,
Eſquilina,
Palatina,
Suburana, 596. 9,10
Tricenariæ cærimoniæ, 117. 4
Triens tertius quid ſignificet, 576. 6
Triones, 498. 10
tripudium, 516. 2
tritum, 12. 1
Triumviri
M. Valerius Corvus Junius ſcæva.
P. Fulvius Longus, 483. 1, 2
Troſſulum oppidum, 577. 6
trua, 31. 5
trygetus, vindemia, 578. 1
trulla, 47. 3
tubæ in templis, 493. 4
tubæ agna luſtrabantur, 578. 4
tubarum luſtratio ex Arcadia advecta, 578. 6
Tubicines Sacerdotes, 578. 2
Tuditanus unde dictus, 579. 1
Tullius hoſtilius rex, 284. 10
tumultus, 580. 3
tunica palmata, 345. 2
tunica patagiata, 326. 13
Turdelæ ſive Turdelli locus Romæ, 217. 4
turris in re militari, 501. 12
Turris Mamilia, 218: 16. 302: 18
Tuſci, unice ſtudioſi ſacrificiorum, 581. 3
Tuſcorum lingua, 38. 9
Tuſculani qui municipes, 252. 8
Tuſculum, 531. 2
Tuſcus rex Herculis filius, 581. 1
tutela in navi quid, 133. 9
Tyranni, 580. 16
Tyrrhenia Æneæ conjux, 454. 4

V.

V Pro G. 147. 9
vaſellus, 20. 15
Valeri, Salvii, Statorii in delectu cenſuve cur primi nominati, 158. 10
Valerio Dictatori, & ejus poſteris locus in Circo datus honoris cauſſa, 495. 10
P. Valerius Conſul plebeios adlegit in numerum Senatorum, 414. 22
Valerius Lævinus à Pyrrho victus, 317. 10
Valerius Lævinus in Circo combuſtus & in crepidine prope Circum ſepultus, 284. 7
Valerius Poblicola campum Tarquinii Marti conſecravit, 471. 12
valga ſavia, 584. 5
vallicula, 97. 8
vari, 584. 7
Varro bello piratico navalem coronam adeptus, 264. 15
vaſa picata, 327. 2
vela linea in crucem expanſa, 548. 11
velabra, vanni, 132. 8
velarii, 587. 2
velati, 10: 2. 587: 8
velatura, 587. 7
Veliæ pars montis Palatini, 256. 9
velum mendicum, 236. 6
Venafrum qualis præfectura, 364. 6
venenum cervarium, 575. 4
Venus pro oleribus, 98. 13
verba nupta, 220. 17
Verginius Tricoſtus in Circo combuſtus, in crepidine prope Circum ſepultus, 284. 5. 7
ver ſacrum, 218: 4. 587: 19
Vernæ pro Romanis, 588. 7
verſus Janualii Junonii Minervii, 46. 3
veſperna, 61. 1
veſpillones, 589. 14
Veſtæ ſacerdotes ſex, 503. 12
veſta pilæ forma, 460. 1, 3
Veſta ſtata mater, 525. 4
Veſtales quomodo muriem faciebant, 254. 3
aqua jugi, non quæ per fiſtulas veniebat utebantur, *ibid.* 4
Veſtales verberibus afficiebantur à Pontifice ſi ignis interſtinctus eſſet, 178. 5
Veſtales probri inſimulatæ Sacerdotio exauctoratæ vivæ defoſſæ, 375. 25
veſtimenta recta omnis cauſſa facta, 426: 5, 7. 432: 16
veſtimentum album prætextum quadrangulum oblongum de velo capitis, 543. 8
veſtimentum quadratum fimbriatum, 448. 10
veſtis & veſtimentum ut differant, 590. 6
P. Veturius Geminus in Circo combuſtus & in crepidine prope Circum ſepultus, 284. 8
P. Veturius Legatus, 270. 7
vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor quando dicebatur, 234. 10
Via appia, 185. 5
Ardeatina, 447. 1
Aſinaria, 447. 2
Caſſia, 69. 9
Flaminia, 150. 8
Latina, 447. 3
Oſtienſis, 355. 2
Sacra, 468. 6
Salaria, 473. 8
viæ publicæ & privatæ, 592. 8
vicani & vicini ut differant, 592. 3
vicani prætextati, 480. 13
vicorum tria genera, 590. 12
Vicus Jugarius 501: 21. 502: 1
Patricius, 328: 7. 499: 11
Sceleratus, 487. 6
Sobrius, 512. 13
Tuſcus, 581. 11
vidua mater familiæ dici non poterat, 229. 12
vigeſima auri puri, probi, profani in manumiſſione ſervi, 227. 6
vimina, 593. 6
viminalis porta, 261. 2
vindicia ſingulariter, 594. 4
vindiciæ glebæ ex fundo allatæ, 594. 2
vindicias ſumere rei jubebantur ſuperſtitibus præſentibus, 547. 15
vinum rorarium, 459. 4
vinum ſpurcum, 523. 17
vinum ſubleſtiſſimum, 536. 19
violarii, 149. 6
viræ querquetulanæ, 411. 4
virgo ſacrificans, 37. 12
viri in eſſedo ſedentes cum uxoribus à magiſtratibus deſcendere non cogebantur, 231. 1
vita vecticularia, 586. 13
viviradix arbor, 516. 3
umbræ pro tabernaculis, 595. 5
vocabula omnia x litera finita per declinationes obliquorum ſyllabam accipiunt, 546. 15
volaticæ mulieres, 530. 9
Volcanal ſupra comitium, 525. 9
volites, 12. 6
Volſinus Rex illyricos in Italiam duxit, 332. 15
volturnalis ſacerdos, 596. 6
Volturnus Deus, 596. 6
vota nuncupata, 289. 19
urgus, orcus, 312. 11, 12
urvum aratri, 596. 12
uſtrina, 57. 7
Vulturius, 19. 17
Vulturnum qualis præfectura, 364. 3

Z.

Z Euſis pictor riſu mortuus, 345. 4

# INDEX
## AUTORUM OMNIUM
### qui à Feſto citantur, item carminum, fœderum legum & aliorum monumentorum.

*Prior numerus paginam, poſterior paginæ lineam indicat.*

### A.

ÆLius, 113:4. 240:9 241:5.291:7.376: 14.430:7.512:13. 585:7
Ælius in duodecimo ſignificationum verborum, 572. 7
Ælius in explanatione carminum Saliarium, 245. 6
Ælius Gallus, 251:7.272:8. 277:11. 284:1. 311:9. 337:16. 342:17. 358:8. 399:3. 425:3. 433:9. 436:3. 453:17.467:17. 500:4. 512:9. 528:4. 496:19.
Idem libro primo ſignificationum quæ ad jus pertinent, 359:15
Idem lib.II. ſignificationum verborum quæ ad jus pertinent, 475:6. 574:9
Ælius Stilo, 223:4.246:3. 265:11. 271:1. 291:13. 312:18. 341:4. 357:9. 470:17. 473:16. 479:1. 517:6. 540:6. 560:7. 572:8. 592:6
Afranius, 38:10.93:7.255:4. 295:18.465:8. 513:14. 527:8. 549:2. 560:9. 570:9. 575:5. 582:3
Idem in Abducta, 497. 10
in Brunduſina, 472. 6
in Conſobrinis, 564. 15
in Emancipato, 437. 8
in Epiſtula, 412:1.420:13. 542:8
in Ida, 343. 13
in Materteris, 260. 2
in Privigno, 381:7. 505:12
in prodito, 438. 1
in promo, 565. 12
in repudiato, 441:2.505:3
in ſimulante, 289. 6
in ſuſpecta, 289. 4
in virgine, 245:3.547:9. 579:9
in . . . 438. 1
Agathocles Cyzicenarum rerum conſcriptor, 455. 1.7
Alcimus, 454 4
Alfius libro primo belli Carthaginienſis, 218. 14
Annius, 575. 2
T. Annius Luſcus in ea quam dixit adverſus Tib. Gracchum, 483. 10
Antigonus, Italicæ hiſtoriæ ſcriptor, 454. 6
Antiſtius Labeo, 246:19. 305:5. 333:17. 355:14. 361:6. 394:15.438:8, 9. 491:11.492:16. 499:4. 533:8
Idem in libro de officio Auguris, 438. 9
in libro juris Pontificii, 536. 15
in Commentario juris Pontificii, 269:19.388:3
Idem libro IX. de jure Pontificali, 377. 16
Idem libro X. Commentarii Juris Pontificii, 377.16
Idem libro XI. de Jure Pontificio, 391. 1
Idem in Commentario XV. Juris Pontificii, 512. 4
Antonius Cnipho, 421. 9
Apollodorus in Euxenide, 454. 3
Appollonius, 275. 15
Appius Claudius, 315. 21
Appius pulcer, 438:6. 517:2
Idem in libro auguralis diſcipliuæ, 516. 2
Appii ſententiæ, 533. 20
Ariſtarchus interpres Homeri, 275. 13
Ariſtophanes Grammaticus, 238. 5
Arrius, 575. 1
Artorius, 376:15. 565:11. 573. 4
Aſinius Capito, 224. 1
Ateius Capito, 238:14. 273:7. 356:9. 386:6. 447:14. 525:19
Idem in libro VI. Pontificali, 250. 1
Ateius Philologus, 265:10. 291:11. 531:7. 579:4. 583. 5
Idem in Collectaneis, 312. 7
Etſi ibi *Attius* non *Ateius* vocatur.
Idem in libro Gloſſematorum, 301. 18
Atellani antiqui, 490. 8
Atta in . . . 393. 13
Attius qui & *Accius*, 250:1. 406:7. 441:15. 443:22. 519:13.559:17.585:12.
Idem in Amphitrione, 319:9 428:3. 500:21
in Andromacha, 546. 6
in Bacchis, 318:9. 527:12
in Chryſippo, 452:6. 547. 2
in Diomede, 280. 3
in Helenibus, 244:17. 375. 18
in Io, 573. 10
in Menalippo, 285:12. 375:1.422:12.452:4.
in Neoptolemo, 420:15. 557:2. 571:11.
in Oenomao, 289. 2
in Philoctcta, 567. 11
in Phinidis, 573. 2
Idem Annalium XXVII. 239. 7

Anſe-

Auſuſtius, 161. 1
Augurales libri, 461: 12. 482: 5. 520: 6

C.

CÆcilius, 48: 10. 381: 6. 416, 19. 498, 2. 556, 9. 577, 8
Idem in Æſchrione, 309. 14
in Æthrione, 289, 5. 498, 2
in anagnorizomene, 546. 7
in androgyno, 556. 9
in Andronico, 529. 6
in Carine, 436, 17. 524, 12
in Davo, 375. 19
in Epiſtola, 224. 15
in Gamo, 575. 5
in Hymnide, 279, 3. 378, 4. 497, 6
in Hypobolimæo, 423. 19. 529, 6. 579, 10
in Hypobolimæo Chereſtato, 285. 13
in oboloſtate, 509. 4
in pugile, 278. 5
in Triumpho, 541. 8
C. Cæſar in commentariis, 290. 11
Calidius, in oratione in Q. Cæcilium, 543. 3
Callius Agathoclis Siculi qui res geſtas conſcripſit, 455. 10
Cannius, ſive *Canius*, 590. 8
Carmen antiquum, 150. 1
carmen Augurale, 502, 9. 516, 2 *vid. not.*
carmen Cn. Marcii Vatis, 274. 4
carmen Nelei, 288, 14. 531, 1. 533. 19. 573. 4
carmina Saliaria, 46, 1. 230, 9. 320, 1. 335. 7. 341, 4. 347. 14. 361, 13. 383, 11. 467, 5. 502, 9. 517, 2
Cato, M Porcius Cato, 15, 11. 19, 14 42, 6. 83, 6. 86, 3. 90, 3. 145. 11. 147. 9. 152, 3. 155, 1. 157. 5. 200, 8. 214, 3, 5. 217. 2. 240, 4, 8. 241, 2. 247, 6. 248. 8. 249, 6. 252, 15. 264. 1. 273. 13. 274. 7. 291, 17. 331, 1. 375, 11, 14. 377, 14. 388, 4. 395, 11. 437, 8. 532, 1. 550. 12. 586, 14. 588, 1. 590, 12, 13. 593, 13. 595, 4, 8. 596. 8.
Idem adverſus Marcum Acilium quarta, 333. 19
Idem contra Annium, 547. 7
contra Oppium, 404. 3
De Magiſtratibus vitio creatis, 274. 10
De feneratione legis Juniæ, 387. 9
De poteſtate Tribunitia, 275. 2
De re A. Atilii, 517. 12
De ſpoliis ne figerentur niſi quæ de hoſtibus capta eſſent, 444, 4.
in commentariis Juris civilis, 250. 3
in conſultatu, 234. 3
in diſſertatione conſulatus, 426. 8
in diſſuadendo legem quæ poſtea relicta eſt, 511. 18
in diſſuaſione de rege Attalo & de vectigalibus Aſiæ, 357. 10
In ea adverſus X. homines, 276, 7
in ea quæ eſt contra Cornelium apud populum, 441. 17
in ea quæ eſt de conjuratione, 371. 16
in ea qua legem Orchiam diſſuadet, 336. 13
in ea quam habuit apud equites, 309. 9
in ea quam habuit ne quis conſul bis fieret, 329. 3
in ea quam ſcripſit . . . . 273, 13. 326, 4
in ea quam ſcripſit ædiles plebis ſacroſanctos eſſe, 471, 5
in ea quam ſcripſit cum ediſſertavit Fulvii nobilioris cenſuram, 446. 9
in ea quam ſcripſit cum proficiſceretur in Hiſpaniam, 269. 2
in ea quam ſcripſit de L. Veturio, &c. 524. 15
in ea quam ſcripſit in M. Cœlium ſi ſe appellaviſſet, 261, 8. 275, 11. 520. 1
in ea quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum, 310, 11. 313, 1. 372, 8. 440, 12
in ea quam ſcripſit L. Furio, 593. 13
in epiſtula ad . . . 224. 15
in epiſtularum, 363. 14
in lib. de re militari, 337, 3. 377, 14. 385, 2. 501, 11. 535, 2
in M. Cæcilium, 80. 1
in oratione de auguribus, 375. 19
in oratione de fundo oleario, 394. 17
in oratione in Q. Sulpicium, 263. 7
in oratione quam habuit de indigetibus, 500. 10
in oratione qua egit de ſignis & tabulis, 427. 8
in oratione quam ſcripſit ad lites Cenſorias, 338, 5. 365, 10
in oratione quam ſcripſit de . . . . 333. 11
in oratione quam ſcripſit de ſacrilegio commiſſo, 382. 20
in Q. Thermum, 421. 1
in Q. Thermum de X. hominibus, 297, 6. 468, 16. 522, 5. Ibi Cato Thermum accuſabat quod de decem homines liberos interfeciſſet.
in Pœnorum quarto, 237. 16
in ſuaſione legis Voconiæ, 424. 7
in ſuaſione ne legi Orchiæ derogaretur, 296. 27
Originum libro primo, 276, 18. 310, 13. 463, 16. 538, 1
lib. III. 314. 2
lib IV. 228. 1
lib. VII. 248, 8. 493. 15
Pro C . . . . 528. 9
Pro L. Cæſetio, 545. 9, 10
Cato Catonis nepos, 214, 9
Catullus, 353. 4
Idem ad coloniam, 549. 6
Idem de Berecynthia & Atti. 419 7
Cephalon Gergithius, 453. 20
Cincius Alimentus, 161, 7. 251, 3. 259, 2. 264. 7. 265, 10. 284, 3. 291. 7. 297. 13. 389, 3. 430, 5. 511, 9. 578. 8. 594. 2
Idem in libro de comitiis, 328. 5
in lib. de conſulum poteſtate, 370. 8
in lib. de verbis priſcis, 426, 4. 452, 10. 488, 9
in lib. faſtorum, 432, 2
in lib. de officio juriſconſulti, 536. 12
in lib. II. de officio juriſconſulti, 289, 16. 478, 15
in lib. II. Myſtagogicon, 576 8
Cicero, 298, 20. 560, 12. 567, 4.
lib. I. de oratore, 459, 10
lib. I. de gloria, 308. 4
in lib. de univerſitate, 277, 8
in Piſonem, 498. 7
lib. I. in Verrem, 429. 15
lib. IV. in Verrem, *ibid.*
lib. II. Philippicarum, 460, 19
pro domo ad Pontifices, 432. 10
Cloatius Verus, 297, 13 316, 11. 344, 2. 470, 17. 512, 13. 540, 6
Idem in libris ſacrorum, 245 5
Commentarii augurales, 479. 9
Commentarii ſacrorum Pontificalium, 426. 10
Commentarius ſacrorum, 217. 13. 272. 16. 562. 11
Cœlius hiſtoriarum lib. 301. 14
Idem lib. VII. 573, 8
Idem pro ſe apud populum, 314. 3
Cornelius, vide *Siſenna.*
Cornificius, 241, 8. 262, 10. 291, 6. 312, 16. 315, 8. 399, 15. 429, 1. 558, 9
Corvinus pro Liburnia, 555. 7
Critolaus, 474 9
Curiatius, 241, 2. 267, 1. 291, 7. 580, 11

D.

DIocles Peparethius, 456. 6

E.

EDictum Prætoris, 358. 12
Ennius, 22. 6. 31, 9. 37, 16. 52, 6. 95, 8, 9. 100, 9. 101 6 8. 111, 7. 112, 5. 159, 15. 190, 11. 200. 9. 206, 3. 233, 4, 10. 239, 2, 12,

12.14.17. 244.16. 249.19.
255.2. 256.6,17. 265,17.
293, 4, 9, 11. 295, 11.
296,20. 297,16. 317,3.
379.11. 393.9. 405.2.
422,3,12. 426,9. 429.6.
433. 1. 439. 2. 445.10.
450,4.16. 470,7. 475.5.
482,15,16. 489.13. 499.1.
506,1. 507,1. 516, 17.
518,25. 519,6. 523.3.
527.14. 540.13. 545 15,16.
547.1.10. 552,4,6. 559,11.
562,1. 566,18,19. 572,1.9.
573.11. 575.1. 581,14.
587,6. 594,20

Ennius in Annalibus. 549.5
lib. I. annal. 262,10. 309 19. 341.3. 437,3. 482,8. 518, 25. 529,4. 545,16,17
lib. II. 280, 7. 342, 16. 407.5. 450.5,17. 545.18. 572,1. 578,9
lib. III. 379, 7. 516, 17. 519, 1
lib. IV. 414. 25
lib. V. 299. 6
lib. VI. 270, 10. 546, 5
lib. VII. 411, 12. 482, 10. 519.2. 572,11
lib. VIII. 298. 1. 299,7
lib. X. 278.8
lib. XI. 519 2
lib. XII. 408.1
lib. XVI. 270,11. 379,13. 407, 15. 414, 26. 432,19. 522, 2. 583,10
lib. XVIII. 297.16
Idem in fabulis.
in Achille, 536. 9
in achille Ariſtarchi, 383. 1
in Ajace, 579. 16
in Alexandro, 399. 15. 529.5 557,1
in Andromacha, 491. 18
in Andromeda, 406,12. 596.11
in Aſota, 572.13
in Creſphonte, 406,11. 428.4
in Erecthe, 274. 11
in Hectoris Lytris, 428.5
in Iphigenia, 293. 13
in Telamone, 296. 20
in Telepho, 256. 17
in Thyeſte, 538.4
Euhemerus, 552. 9

F.

Fabius pictor, 394. 14
Fœdus Gabiorum cum Romanis, 84. 4
fœdus Latinum, 261. 11

G.

Galatas ſcriptor, 456. 2. vide *not.*
Gloſſematorum ſcriptores, 265. 11
Gracchus, 337.9
Idem de legibus à ſe promulgatis, 318. 12
Idem in ea quæ eſt de lege Minucia, 317. 17
in ea quam conſcripſit de lege Penni & peregrinis, 445. 7
in ea qua uſus eſt cum circum conciliabula iret, 360. 14
in oratione in P. Popilium poſteriore, 229. 5
in P. Popilium, 308. 8
Granius, 449. 4

H.

Heſiodus, 183. 9
Hippocrates Medicus, 44. 6. vide *not.*
Hiſtoriæ Cumanæ compoſitor, 454. 8
Homerus, 274. 16. 284,2. 291. 2
Hoſtius in belli Hiſtrici libro, 485.8
Idem in belli Hiſtrici, lib. I. 567.8

I.

Incertus hiſtoriarum ſcriptor, 558. 2
Incertus ſcriptor, 400, 17. 547. 17. 550. 4. 9. 11. 551,11,13,14. 18. 595,10
Julius de feriis, 432.8
Julius in Adraſto, 385. 12

L.

Labeo, vide *Antiſtius.*
Lælius, C. Lælius in ea quam pro ſe dixit, 483. 11
Idem pro ſe apud populum, 296. 24
Lembus Heraclides. 455. 15
Licinius Imbrex, 298. 2
leges duodecim tabularum, 254,7. 261,11. 271,5. 331, 11. 358, 1. 408, 1. 420, 1. 463, 10. 478, 11. 481, 18. 517, 6. 532, 3. 550, 7. 558, 11. 569, 13. 584. 1. 593. 5. 594. 6
Leges Laurentium, 37. 12
Leges Numæ, 20. 2. 300.12. 305, 13. 324, 17. 333, 7. 421, 11. 447, 15 566, 14
Lex annaria, 29. 13
Lex Cenſoria, 379. 14
Lex L. Papirii Tribuni, 469. 5
Lex rivalicia, 507.4
lex Romuli & Tatii, 352. 9
lex Servii Tullii, *ibid.*
Lex Siliorum, 392. 1
Lex Tribunitia prima, 467. 15
Lex unciaria, 595. 6
Livius Andronicus, 7, 3. 28, 12. 112, 1. 117, 2. 125, 11. 163, 13. 301, 19. 377, 10. 413, 6. 429, 10. 516 6, 9. 527, 20. 528, 1. 533. 2. 551, 7. 583, 6
Idem in Centauris, 342. 17
in Gladiolo, 331.20
in Lydio, 488. 10
in Odyſſea veteri, 273, 8. 276, 9. 280, 14. 305, 7. 574, 1
in Periboea, 572. 8
in primo, 407.4
in Virgo, 280. 4
Lucanus, 49. 2
Lucilius, 55. 5. 68, 6. 118, 2. 158, 6. 219, 2. 225, 9. 233, 5. 242, 3. 275, 18. 282, 3. 331, 8, 21. 341, 14. 349, 2. 393, 1. 409, 9. 410, 14. 414. 2. 423, 5. 427, 2, 6. 437, 17. 448, 5. 452, 8. 462, 2. 481, 8. 488, 19. 492, 1. 507, 3. 516.5. 519, 18. 524, 9. 528, 17. 532, 15. 535, 14, 16, 18, 20. 551, 3. 557, 8. 560, 1. 568 13. 589, 2. 594, 1, 18
Idem Satyrarum lib. . . . 519. 20
Idem lib. II. 280. 7
Lucretius, 112, 4. 245, 16. 298. 2. 319. 4. 323. 20. 337, 7. 407, 5. 486, 4. 589, 10
Idem lib. II. 272, 11. 472, 7. 578, 9. 583, 11
Idem lib. IV. 278. 2
lib. V. 538. 12

M.

Manilius, 504. 1
Marcius vates, 279, 2
Martialis, 589. 14
Meſſala, Valerius, 501, 9. 523. 15
Idem in explanatione auguriorum, 228, 4
Idem in explanatione duodecim tabularum, 330, 16. 402. 11. 478, 16. 579, 9
Idem in libro de dictis involute, 478. 16

N.

Nævius. 19, 4. 32, 5. 52, 4. 57, 9. 91, 15. 98, 11. 204. 8. 288, 16. 325, 14. 334. 11. 339. 10. 342, 4. 348, 3. 364, 13. 463, 1. 2. 464, 14. 472, 17. 479, 5, 7. 517, 9. 534, 1. 546, 1. 570, 7, 8. 573, 5
Idem in Ariolo, 324. 1
in Lupo, 428. 1
in Lycurgo, 297. 7
in Nautis, 548. 10
in Satyra, 411. 11
in Tarentilla, 8. 7
in carmine belli Punici, 411. 10
in belli Punici libro, 480. 9. 537. 9. 548. 9
Nicoſtratus in libro qui inſcribitur de Senatu habendo, 496. 7
Novius, 559. 10.
Idem in duobus doſſenis, 564. 12
in funere, 564 13
in Machocopone, 278.4
in Phœniſſis, 489. 15
in Pico, 464. 14
in Surdo, 564. 14
in Togularia, 416. 20




Digitized by Google

O.

Opilius Aurelius, 151, 5. 245, 8. 269, 12. 272. 4. 410, 12. 421, 7. 478, 9. 479, 1. 494, 8. 523, 5. 560, 7. 567, 5. 568, 13. 584, 3. 590, 10
Oppius, 512. 16
Ovidius, 473. 1. vide *not.*

P.

Pacuvius, 141, 5. 160, 2. 183, 11. 225, 2. 247, 16. 297. 4. 352, 2. 382, 6. 427, 3. 441, 6. 473, 2. 4. 513, 12. 523, 2. 573, 1. 575, 8. 585, 13. 589. 3
Idem in Antiopa, 574. 6
in armorum judicio, 424. 4. 443, 19. 24. 574, 18
in Atalanta, 505, 13. 595. 13
in Chryſe, 521. 6
in Duloreſte, 521. 1
in Hermiona, 430, 13. 557. 12
in Iliona, 338, 16. 441, 10. 595. 12
in Medo, 318, 8. 382. 7. 547, 7. 573, 1
in Niptris, 500, 14. 539, 2
in Teucro, 338, 20. 382, 10. 425, 10. 428, 6. 482, 14. 557, 12
Panurgus Antonius, 258. 17
Paulus Apoſtolus, 48. 7
Platon, 520. 4
Plautus, 19, 15. 29, 9. 41, 9. 48, 5. 53, 3. 59, 1. 60, 1. 65, 6. 69, 5. 80. 5. 82, 9. 84, 1. 89, 4. 94, 4. 96, 3. 98, 10. 99, 11. 101, 9. 102, 13. 103, 3. 109, 3. 10. 116, 6. 121, 10. 127, 12. 148, 4. 165. 8. 166, 3. 170, 11. 179, 9. 185, 3. 188, 11. 189, 11. 190, 7. 225, 6. 251. 3. 254, 11. 262, 15. 263, 2. 277, 2. 288, 1. 300, 4. 302, 20. 303, 4. 5. 327, 1. 336, 3, 15. 339, 5, 8. 9. 368. 3. 380, 1. 382, 16. 394. 19. 399, 6. 17. 423, 12. 17. 431, 7. 443, 9. 470, 2. 488, 22. 518, 2, 12. 522, 1, 10. 534, 10. 535, 4. 540, 9. 542, 4. 552, 1. 55[illegible], 4. 564, [illegible]. 570, 3, 10. 574, 13. 587, 13. 590, 2. 594, 11
Idem in Artemone, 269, 14. 423, 18. 547, 14
in aſinaria, 309. 3
in Aſtraba, 426, 1. 539, 3
in Aulularia, 290, 1. 360, 9. 423, 8. 489, 4. 564, 3.
in Bacchidibus, 260, 10. 263. 5
in Carbonaria, 521. 13
in Caſina, 99, 3. 269, 18. 275, 7. 289, 1. 437, 10. 460, 9
in Clitellaria, 586. 20
in Condalio, 375. 4
in Curculione, 269, 17. 303. 5. 331, 18. 404, 2. 525, 16. 585, 9
in Dyſcolo, 290, 18
in Epidico, 350, 2. 423, 14
in feneratrice, 585. 5
in frivolaria, 270, 12. 410, 14. 518, 2. 529. 11. 539, 7. 545. 8
in Hortulo, 535. 4
in Menæchmis, 407, 14. 451. 4
in mercatore, 500. 11
in Milite glorioſo, 547, 5. 584. 4
in moſtellaria, 265. 15
in Nervolaria, 244. 19. 263, 6. 301, 10. 317, 14. 378, 5. 536, 19
in paraſito pigro, 265, 14
in Perſa, 536. 17
in Phaſmate, 271, 7. 547. 6
in pſeudolo, 260, 3. 280, 2. 302, 22. 380, 3. 407, 14. 550, 6. 580, 8
in Rudente, 222, 3. 470, 4. 545. 9
in Satyrione, 71, 5. 276, 17. 352. 13. 450, 2
in Scytheliturgo, 584, 5
in Syro, 542, 9. 571, 5
in Trinummo, 437. 13
in Truculento, 265. 16
Polemon, 474. 7
Pompeius Sextus, 288. 6
Pomponius, 467. 3
Idem in adelphis, 526. 11
in Decima, 564. 12
in Fullonia, 548. 7
Pontificum libri, 306. 11. 567. 7
Prætoris edictum, 358. 12
precatio auguralis, 523. 15

Q.

Quintius Atta, 41. 7

R.

Rituales Etruſcorum libri, 450. 19

S.

Salluſtius in Catilina, 555. 4
Salluſtius lib. i. hiſtoriarum, 296. 25
lib. iv. 537, 13. 555. 6
Santra, 113, 5. 291, 5. 410, 12. 415, 19. 522, 14
Idem libro ſecundo de antiquitate verborum, 289, 21. 424, 14
Scævola, 341, 18
Q. Mucius Scævola, 271, 6
Scipio Pauli F. Africanus Æmilianus ad populum, 240. 15
Idem alibi, 427. 5
Idem in ea oratione quæ eſt de imperio D. Bruti, 360. 13
In oratione quam ſcripſit poſtquam ex Africa rediit, 409. 16
Cum pro æde Caſtoris dixit, 442. 2
P. Servilius Augur, 525. 20
Servius Filius, 251. 11
Servius Tullius in deſcriptione centuriarum, 375. 6
Idem deſcriptione claſſium, 377. 21
Sinnius Capito, 246, 4. 264, 9. 271, 4. 275. 19. 288, 9. 291, 19. 320, 2. 417, 11, 23. 449, 11. 466, 6. 476, 8. 481, 5. 505, 2. 506, 7. 549, 10. 565, 7. 585, 3
Idem in eo quem de reo inſcribit, 447. 19
Siſenna, 234. 8
Cornelius Siſenna hiſtoriarum libro quarto, 491. 19
Sulpicius Servius, 311, 7. 331, 11. 359, 1. 594. 3
Idem in oratione pro Auſidia, 257. 7
Sulpicius Galba, 449. 12
Sulpicius Rufus, 478. 8

T.

Tarquinius in libro quem inſcripſit de.... 421. 6
Terentius, 6, 10. 30, 5. 89, 6. 159, 7. 310, 15. 390, 5. 495, 3, 5. 546, 2
Idem in adelphis, 382. 9
in Andria, 513. 8, 10
in Heautontimoroumenon, 490. 5
in Phormione, 463, 12. 490, 5. 560, 11. 585, 8.
Titinius, 65, 8. 246, 14. 298, 5. 329, 1. 331, 17. 338, 2. 448, 8. 541, 12. 542, 6. 559, 11. 565, 13. 591. 10
Idem in barathro, 516. 14
in fabula Quinta, 316. 15
in Prilla, 491. 1
in Setina, 248, 9. 313, 18, 419. 10
Turpilius in Demetrio, 271, 7. 560, 14

V.

Valerius Flaccus, 460. 18
Valerius Meſſala. Vide *Meſſala.*
Valerius Valentinus in jocoſo carmine, 561. 2
Valgius, 494, 4
Varro, 106, 6. 131, 5. 249, 1. 306, 9. 356, 12, 13. 458, 3. 466, 4. 480, 2. 552, 9. 563, 4. 585, 7
In libro antiquitatum primo, 254, 8. 452, 20
in libris de vita populi Romani, 434. 1
lib. i. Epiſtolicarum quæſtionum, 249. 2
lib. v. Epiſtolicarum quæſtionum, 511. 6
lib. vi. rerum humanarum, 366, 12. 375. 7
lib. vii. 544. 5
lib. viii. 499. 7
Varro Atacinus in Europa, 133, 7. *vid. not.*
Veranius, 254. 1. 303. 20. 304, 15. 322, 13. 379. 5
Idem in libro auſpiciorum de comitiis, 429. 19
in libro priſcarum vocum, 258. 2
verſus antiquus, 522, 7. 523. 1
verſus Græcus antiquus, 530. 9
verſus Janualii, Junonii, Minervii, 46. 3
Virgilius, 35, 7. 112, 5. 131, 3. 150, 17. 272. 10. 317, 7. 338, 1. 538, 5. 13. 569. 4
Idem in Bucolicis, 19, 6. 332. 5
Idem ii. Georgicorum 538. 5
iv. Georg. 343. 11
viii. Æneidos, 519. 11



Digitized by Google

# INDEX

## In Feſti Fragmentum & Schedas.


MAMIANA, 80. 1
Magiſterare, 1. 25
Magiſtri, 2. 10
Magnificius, 2. 20
Major Conſul, Prætor, 5. 34
Major Græcia, 80. 2
Maledictores, 2. 14
Malevoli Mercurii ſignum, 5. 23
Malluvium, 5. 25
Malo cruce, 81. 6
Mamercus, 79. 10
Mamers, 5. 9
Mamertini, 4. 28
Mamiliorum familia, 79. 11
Mamphula, 80. 27
Manalis fons, 3. 29
Manat ſol, 4. 25
Mancipatus, 2. 3
Mane, 5. 37
Manes Di, 3. 31. & 79. 8
Maniæ, 79. 6
Manis, 5. 37
Manius, 80. 45
Manſues, 2. 16
Mantare, 79. 12
Manticulæ, 79. 14
Manubiæ, 79. 1
Manum, 81. 15
Manumitti, 4. 15
Manui, Inferi di, 81. 7
Mapalia, 81. 12
Marſpedis, 5. 32
Martius, 82. 3
Maſculina & feminina vocab. 1. 18
Matertera, 6. 4
Mater familiæ, 5. 38
Materiæ, 5. 38
Mater matuta, 5. 37
Matrices, 5. 39
Matrimonium, 5. 39
Matronæ à magiſtratibus non ſummovebantur, 2. 34
Matronis aurum redditum, 1. 20
Matuta, 4. 15
Maximæ dignationis Flamen Dialis, 3. 8
Maximus minorum Pontificum, 5. 22
Maximus Prætor, 5. 27
Me pro mihi, 5. 20
Mediocriculo, 2. 27
Mendicus, 5. 36
Menſæ, 4. 6. in triviis, 4. 21
Mente captus, 4. 22
Meritavere, 3. 29
Metaphora, 1. 1
Metaplaſticos dici, 1. 6
Metelli, 81. 13
Metonymia, 1. 12
Migrare menſa ſacra, 4. 20
Mihipte, 2. 15
Mille, 2. 1
Mille urbium populus, 4. 10
Milium, 3. 22
Minora & majora auſpicia, 4. 3
Minora templa, 3. 26
Minorum Pontif. max. 5 22
Minuitur luctus, 3. 3
Minuſculæ, 81. 18
Modo quodam, 5. 40
Mœne, Mœnia, 81. 2
Mœſon. 79. 21
Mola, 80. 22
Molucrum, 80. 16
Monile, 80. 14
Monſtrum, 3. 37. & 80. 7
Mortuæ pecudis corio uti nefas flaminicis, 5. 18
Mortis cauſa ſtipulatio, 5. 30
Moſculi, 4. 19
Mos eſt inſtitutum patrium, 3 20
Muger, 5. 13
Muli, 81. 20
Multa, 80. 39
Mullei, 80. 40
Multifacere, 2. 7
Multifariam, 80. 44
Mulus, 82. 1
Mundo, 3. 12
Mundus muliebris, 80. 23
Mundus ter patet in anno 3. 10
Municeps, 80. 30
Municipalia ſacra, 3. 24
Munificior, 2. 25
Munus, 6. 33
Muries, 5. 14
Murrata potio, 5. 10
Murrina, 81. 7
Murtiæ, 82. 2
Muſcerda, 81. 10
Muta, 1. 26
Muta exta, 3. 39
Mutæ literæ, 80. 36. eas duplicabant antiqui, 4. 13
Mutini Titini ſacellum, 2. 28
Mutire, 81. 3


N.


NAccæ, 8. 32
Nænia, & Næniæ. 6. 3
Næniæ deæ ſacellum, 6. 13
Nævia nemora, 10. 21
Nancitor, 9. 5
Nanunt, 13. 23
Napuras nectito, 9. 24
Nare, 9. 7
Nares, 9. 2
Narica, 9. 3
Naſſi, 9. 21
Naſſiterna, 9. 17
Natinatio, 8. 30
Natinatores, 8. 30
Natio, 8. 17
Navalis corona, 6. 14
Navalis porta, 14. 3
Nivalis ſcriba, 9. 13
Naucum, 8. 40
Nave, 9. 12
Navis, 9. 26
Navis, 13. 29
Navitæ, 9. 41
Nauſcit, 9. 40
Nauſtibulum, 9. 25
Nautea, 8. 10
Nautia Minerva, 8. 24
Nautes, 8. 23
Nauti conſulatus, 12. 14
Nautiorum familia, 8. 22
Navus, 9. 10
Nebulo, 7. 34
Nec, 7. 4
Nec mulieri nec gremio credi, 7. 26
Neclegens, 7. 3
Nec unquam, 7. 9
Necem, 13. 25
Necerim, 6. 26
Neceſſarium, neceſſarii, 6. 36
Neci datus, 6. 35
Nectar, 7. 19
Nectere, 7. 16
Nefrendes, 6. 20


Negi-

Negibundum, 7. 36
Negotium, 13. 29
Negumate, 7. 33
Nemo, 6. 33. Neminis, 6. 32
Nemora, 6. 26
Nemut, 6. 29
Nepa, 8. 7
Nep, 8. 4
Nephaſti dies, 8. 3
Nepus, 8. 9
Nequalia, 7. 9
Nequam aurum, 7. 22
Nequinates, 13. 27
Nequinont, 7. 10
Nequiquam, 7. 16
Nequitum, 7. 22
Nervum, 7. 30
Neſi, 8. 9
Neutiquam, 7. 38
Nexum æs, 7. 32
Nictare, 13. 5
Nictit canis, 13. 11
Niger lapis, 13. 20
Ningulus, 13. 19
Nixi Di ſigna, 13. 1
Nix, 13. 25
Nobilis, 12. 33
Noctiluca, 12. 6
Noctua, 12. 3
Nœgeum, 12. 36
Nomen, 12. 1
Non, 7. 21
Non omnibus dormio, 11. 4
Noneolæ, 12. 5
Nonarum poſtridie, 14. 4
Nonæ, 21. 17. & 14. 4
Nonuncium, 11. 38
Nota, 12. 31
Nothus, 12. 28
Novalis ager, 12. 11
Novæ curiæ, 12. 24
Novendiales feriæ, 13. 34
Noverca, 12. 7
Noxa, 12. 19
Nuces nuptis, 11. 34
Nuces Cerialibus, 13. 31
Nuculæ, 11. 24
Nudius tertius, 10. 6
Numa Pompilius Janiculum habitavit, 11. 37
Numella, 11. 32
Numen, 11. 31
Numera ſenatum, 10. 31
Numere, 10. 14
Numero, 10. 19
Numerus, 10. 27
Numidæ, 11. 33. vivaces 13. 31
Nummus, 11. 25
Nuncupata pecunia, 11. 7
Nundinalis cocus, 11. 21
Nundinæ, 11. 19
Nuntius, 11. 27
Nuper, 11. 29
Nupta verba, 10. 34
Nuptiæ, 10. 34
Nuſcioſum, 11. 13


O.


OB, 84. 12
Ob. pro ad, 86. 31
Obherbeſcere, 84. 13
Objacuiſſe, 87. 29
Obigitat, 84. 7
Obinunt, 84. 8
Obmoveto, 87. 24
Obnectere, 84. 16
Oboritur, 84. 14
Ob os, 87. 6
Obſalutare, 85. 14
Obſcum, 84. 1
Obſervaſſe, 84. 16
Obſidionalis corona, 84. 21
Obſidio potius dicendum quam obſidium, 86. 20
Obſidium, 85. 7
Obſonitavere, 87. 7
Obſtinato, 85. 1
Obſtitum, 84. 30
Obſtrudant, 85. 4
Ob vos ſacro, 84. 22
Occare, 15. 14
Occaſio, 14. 27
Occaſus, 14. 28
Occentaſſint, 15. 7
Occidamus, 15. 15
Occiſitantur, 86. 37
Occiſus, 14. 31
Occultum, 87. 28
Occupaticius ager, 15. 23
Ocimum, 15. 22
Ocius, 15. 25
Ocrem, 15. 10
Octaviæ porticus, 14. 22
October equus, 14. 34
Oculiſſimum, 14. 13
Oculitus, 14. 18
Odefacit, 14. 19
Offendices, 87. 24
Ogygia, 14. 26
Olivitam, 87. 15
Olvatum, 87. 27
Ommentans, 84. 28
Opaca, 82. 30
Opalia, 82. 31
Opi, 82. 31. Opima, 82. 1
Opportune, 84. 12
Oppidorum origo, 87. 18
Ops, 84. 20
Optata hoſtia, 82. 33
Optutu, 82. 32
Optima lex, 86. 9
Optio, 86. 15
Optionatus, 87. 3
Orare, 86. 22
Orata, 16. 17
Oratores, 16. 7
Oræ, 16. 19
Oreæ, 16. 22
Orba, 15. 37
Orbius clivus, 16. 3
Orca, 15. 34
Orcheſtra, 15. 31
Orchitin, 15. 29
Oreos, 16. 26
Orcum, 87. 20
Ordinarium, 17. 1
Ordiri, 82. 29
Ordinarius, 82. 17
Ordo ſacerdotum, 82. 23
Oreſtiades, 82. 22
Originum libri, 86. 13
Oriri, 15. 37
Ornatus, 82. 17
Ortygia, 16. 2
Oſcillum, Oſcillantes, 85. 19
Oſcines, 85. 36
Oſcinum, 85. 33
Oſcos, 86. 25
Oſculana, 86. 2
Oſculum, 86. 6
Oſi ſunt, 86. 39
Oſtendere, 87. 2
Oſtentas, 87. 9
Oſtentum, 85. 30. & 86. 35
Oſtiam, 85. 39
Ouſens, 85. 16
Ovibus olim multabantur, 87. 10


P.


PA, & Po, 87. 30
Pacis etymon, 20. 30
Pacionem dicebant antiq. 31. 13
Palatualis flamen, 27. 14
Paludati, 31. 21
Pangere, 89. 43
Pantices, 30. 11
Papiria, 21. 27
Parare, 22. 3
Parmulis pugnare, 24. 30
Parret, 22. 16
Parilia feſta, 28. 8
Parſi, 26. 26
Parum, 24. 36
Paſcales oves, 26. 22
Patellæ, 30. 10
Patera, 31. 17
Pater patrimus, 22. 19
Patres, 28. 21
Patrici, 25. 16
Patrimi, 27. 7
Patrocinia, 21. 19
Patronus, 32. 17
Patrum commune, 21. 39
Pavent, 31. 20
Pavimentum, 26. 36
Pectenatum, 89. 28
Pectuſculum, 89. 32
Peculatus, 23. 15. & 89. 35
Peculium, 29. 27
Pecunia, 32. 10
Pecu, Pecuum, 29. 8
Pedarium, 89. 23
Pedem ſtruit, 89. 21
Pedes, & pedibus obſitus, 89. 12
Pedeſtria, 27. 31
Pedulla, 20. 30
Pedum, 29. 34. & 89. 26
Pegaſum, 18. 8
Pelliculatio, 26. 17
Penatis, 31. 25
Penatores, 23. 9
Penetrale, 31. 9
Penis, Peniculus, 20. 38
Pennas, 88. 26
Penus, 30. 39
Percunctatio, 90. 5
Percunctatum, 26. 33
Peredia, 90. 16
Peregrina ſacra, 23. 22
Peregrinus ager, 27. 26
Peremne, 27. 25
Peremere, 90. 17
Peremptalia, 90. 13
Perſacul, 90. 11
Perſines, 87. 34
Perfuga, 90. 6
Perimit, 30. 3
Permutatur, 90. 1
Perpetrat, 17. 18
Perpetem, 17. 8
Perſicus portus, 17. 14
Perſicus, 17. 16
Perſillum, 17. 21
Perſonata, 17. 12
Perſuaſit, 17. 23
Pertuſum, 26. 10
Pes, 26. 10
Peſcia, 89. 9
Peſeſtas, 89. 17
Peſnis, 87. 31




Digitized by Google

Peſtifera, 27. 19
Peſtifera auſpicia, 27. 36
Peſtiferum fulgur, 89. 10
Petauriſtas, 88. 19
Petilam, 87. 36
Petimina, 88. 22
Petiſſere, 88. 14
Petoritum, 88. 20
Petrarum genera, 88. 10
Petreia, 26. 13
Petrones, 88. 16
Petronia, 31. 6
Petulantes, 88. 5
Piacularia, 27. 34
Piacularis porta, 89. 40
Piari, 89. 29. piatrix, 89 38
Picati, 88. 3
Picta toga, 88. 32
Pictor Zeuſis, 88. 27
Picum, 89. 5
Pietatis ædes, 89. 3
Pierides, 90. 3
Pigere, 89. 42
Pilæ, 87. 38
Pilates, 23. 11
Pilentis, 27. 9
Pilum, 87. 37
Pinaria, 21. 36
Pipulum, 32. 13
Piſalitem, Piſauum vocat Ennius, 89. 11
Piſcatorii ludi, 89. 25
Piſcatorium, 89. 7
Piſcinæ, 89. 26
Piſtum, 89 25
Placenta, 18. 15
Plantæ, 20. 9
Planta, 21. 1. plantæ, 20. 8
Plauſtrum, 20. 10
Plebeius magiſtratus, 20. 13
Plebei Ædiles, 20. 19
Plebeiæ Pudicitiæ ſacellum, 23 26
Plena ſue, 24. 21
Plentur, 20. 23
Plera pars, 20. 24
Plexa, 20. 22
Plorare, 20. 26
Ploti, 24. 23
Ploximum, 20. 24
Plurima, 87. 33
Plutei, 20. 14
Po, 87. 34
Pœnas pendere, 26. 7
Pœni, 25. 36. & 29. 30
Pœnita offa, 27. 1
Polet, 26. 12. & 87. 37
Polimenta, 22. 17
Polteo, 87. 36
Polubrum, 28. 19
Pollucere merces, 31. 29
Pomœrium, 30. 19
Pomonal, 31. 2
Pone, 30. 1
Pontificale, 30. 27
Pontina, 21. 26
Popillia, 21. 35
Popularia ſacra, 31. 27
Populi ſuffragia, 21. 37
Porca, 18. 34. & 24. 31
Porcæ, 18. 30. & 24. 29
Porci effigies, 22. 15
Porriciam, 18. 17
Porta Nævia, 10. 2
Portenta, 27. 15. & 30.
Portiſculus, 22. 20
Portorium, 23. 31
Portum, 21. 18
Portumnus, 26. 6
Poſſeſſiones, 25. 17
Poſſeſſio, 21. 2
Poſtica linea, 21. 20
Poſtliminium, 18. 32
Poſtularia, 27. 18
Poſtumus, 24. 26
Poteſtur, 25. 19
Potitium ſacrif. 24. 23
Potitus ſervitute, 30. 37
Præbia, 22. 2. & 25. 3
Præciamitatores, 29. 31
Prædia, 25. 3
Prædonuli, 26. 28
Præfecturæ, 21. 8
Præfericulum, 30. 9
Præpetes, 28. 1. & 87. 38
Prærogativæ, 29. 24
Præmetium, 22. 11
Præmioſa, 26. 20
Præſagitio, 32 23
Pretet, 87. 34
Præteriti ſenatores, 29. 12
Prætexta pulla, 24. 1
Prætextum, 27. 12
Præter, 25. 8
Prandicula, 31. 4
Precem, 26. 29
Preſan, 31. 15
Prima aut ſecunda, 27. 11
Primanus, 22. 27
Primigenius, 23. 37
Priſcæ latinæ, 25. 7
Priſtina, 32. 18
Privatæ feriæ, 27. 3
Privato ſumptu, 22. 13
Priveras, 32. 3
Priviclioes, 87. 36
Pro, 19. 29. pro cenſu, 29. 18
Pro ſcapulis, 22. 23
Proædificatum, 26. 31
Probrum, 19. 21. & 21. 25
Procedere, 26. 9
Procilli ſive Præcilli, 25. 6
Procincta, 38. 13
Proculato, 30. 8
Proculiunt, 31. 27
Procus, 29. 20
Prodegeris, 19. 18
Prodicere, 32. 15
Prodidiſſe, 26. 34
Prodigia, 19. 16
Prodigiatores, 19. 23
Prodiguæ, 31. 5
Prodinunt, 19. 20
Produit, 19. 17
Profanum, 19. 30
Profeſtum, 31. 32
Profeſti dies, 19. 40
Profundum, 19. 39
Profuſus, 20. 1
Progenerum, 19. 29
Prohibere, 23. 3
Projecta ſacra, 28. 5
Prolato, 26. 39
Promellere, 32. 13
Promenervat, 87. 34
Promerion, 87. 38
Promptum, 30. 32
Pronuba, 27. 4
Propatulum, 19. 10
Properam, 31. 37
Properus, 19. 11
Prophetæ, 19. 12
propilia, 22. 1
Propudianus, 24. 33
Propriaſſit, 19. 11
Proprius, 21. 1
Propter, 21. 14
Propterviа, 27. 32
Prorſi limites, 21. 40
Prorſus, 22. 29
Proſpices, 87. 35
Proſimurium, 30. 17
Pro... ſta, 31. 39
Protelare, 22. 12
Provorſum, 19. 8
Prox, 31. 24
Pube præſente, 32. 4
Pubes, 18. 3. & 31. 3
Publica ſacra, 27. 23
Publica pondera, 28. 26
Publici Augures, 18. 10
Publicus clivus, 25. 1
Publicus ager, 32. 14
Pudicitiæ ſignum, 27. 5
Puelli, 29. 29
Pueri, 24. 15. impub. ib.
Puri, 31. 10
Pugio, 21. 41. Pugnus, 18. 8
Puilia, 31. 18
Pulcher bos, 24. 33
Pullaria, 26. 8
Pullarium, 27. 37
Pullus Jovis, 27. 20
Puls, 27. 26
Punctatoriolas, 26. 30
Punicæ, 24. 10
Punici, 25. 36
Punicum, 19. 28
Pupinia, 21. 28
Pura veſtimenta, 30. 5
Pure lautum, 30. 4
Purimenſtruo, 31. 22
Purime tetinero, 32. 14
Puteoli, 18. 4
Puteum, 17. 23
Putitium, 17. 34
Putum, 17. 29


## Q.


Quandrantal, 35. 5
Quadrata, 34. 34
Quadrurbem, 34. 37
Quæſo, 34. 38
Quæſtores, 34. 29
Quam mox, 35. 18
Quande, 35. 14
Quando ſtercus, 34. 26
Quando Rex, 34. 21
Quartarii, 35. 9
Quatenus, 35. 11
Quatere, 35. 20
Quaxare, 35. 8
Querquera febris, 34. 7
Querquetulanæ, 35. 22
Ques, 35. 25
Quianam, 33. 32
Quietalis, 33. 37
Quid niſi, 33. 36
Qui hoc, 35. 26
Qui patres, 33. 12
Quincentum, 33. 10
Quinquatrus, 33. 16
Quinque, 36. 1
Quinquennales, 35. 43
Quinquertium, 33. 23
Quintana claſſis, 34. 3
Quintia prata, 33. 37
Quintiliani, 33. 43
Quintipor, 33. 28
Quippe, 33. 30
Quirinalia, 32. 38
Quirinalis porta, 32. 27
Quirinalis collis, 32. 30.
Quirina tribus, 33. 7
Quiris, Quirites, 32. 36.
Quiritium foſſæ, 33. 8
Quiſpiam, 33. 15




Digitized by Google

Quiſquiliæ, 53. 25
Quod, 35. 42
Quoniam, 35. 40
Quot, 35. 28

R.

Rabidus, 41. 27
Radere, 41. 35
Rapi, 49. 1
Raſores, 42. 2
Rates, 41. 31
Ratiſſima, 48. 35
Raritum, 42. 4
Ratumena porta, 42. 19
Rava vox, 45. 32
Raviliæ, 42. 18
Ravi, 41. 28
Ravim, 42. 11
Reapſe, 44. 14
Rabula, 44. 35
Recellere, 42. 31
Receptitium, 46. 15
Receptus, 49 6
Recinium, 42. 32
Reciperatio, 42. 24
Recipie, 48. 30
Reciprocare, 42. 27
Reconducte, 42. 35
Rectæ, 42. 38
Recto fronte, 48. 25
Redantruare, 40. 36
Redarguiſſe, 41. 2
Redemptores, 40. 22
Redhoſtire, 40. 30
Redibitum, 40. 26
Rediculi, 45. 39
Redimiculum, 41. 5
Redinunt, 48. 7
Redivia, 40. 27
Redivivum, 40. 39
Refert, 46. 4. Referri, 49. 10
Refriva faba, 43. 1
Refutare, 43. 23
Regalia, 49. 12
Regiæ feriæ, 44. 8
Regia, 44. 5
Regifugium, 44. 3
Regillæ, 48. 37
Regimen, 44. 15
Regium, 48. 9
Reglescit, 44. 11
Relegati, 44. 17
Religio, 46. 22
Religioſa, 47. 11
Religioſus, 44. 19
Religioſi, 49. 6
Reluere, 45. 6
Remanant, 46. 3
Remancipata, 42. 39
Remeare, 43. 5
Remeligenes, 43. 8
Remillum, 43. 20
Remiſſo, 49. 31
Remora, 43. 11
Remorbeſcat, 43. 22
Remores, 43. 18
Remulco, 43. 28
Remurinus ager, 43. 13
Renanciſcitur, 43. 26
Renovativum, 49. 8
Reor, 43. 27
Repagula, 44. 35
Repanda, 41. 18
Repaſtinari, 45. 1
Repedare, 44. 40
Repertum, 49. 39
Repotia, 44. 33
Repudio, 44. 39
Repulſior, 48. 33
Reque eapſe, 48. 20
Res comperendinata, 45. 32
Reſecrare, 45. 23
Reſerari, 45. 41
Reſes, 45. 19
Reſignare, 45. 9
Reſignatum, 46. 31
Reſperſum, 36. 13
Reſpicere, 49. 14
Reſpici, 49. 27
Reſpublica, 48. 23
Reſtat, 46. 20
Reſtibilis, 45. 18
Reſultare, 45. 18
Retiario, 46. 26
Retractare, 41. 26
Retricibus, 46. 12
Reus, 41. 18
Reus, 41 6. ſtipulando, promittendo. ibid. 9. 11
Rhegium, 40. 17
Rhinoceros, 40. 21
Rica, 49. 25
Rica, 49. 53
Ricæ, 42. 37
Rictus, 49. 40
Ridiculus, 46. 5
Riènes, 42. 41
Rigido, 48. 15
Rigidum, 43. 29
Rimari, 43. 19
Rite, 41. 20
Rituales, 46. 33
Ritus, 41. 20
Rivus, 41. 16
Roduſculana, 41. 38
Rodus, 37. 8
Rogat, 46. 17
Rogatio, 38. 27
Roma, 39. 9. & 40. 1
Romana porta, 36. 24. & 39. 38
Romulia, 39. 39
Romulus, 38. 32
Roſa, 45. 21
Roſcii, 41. 19
Roſea, 45. 38
Rubidus panis, 36. 22
Ructare, 36. 12
Rudentes, 37. 19
Rudiarii, 37. 18
Ruſuli, 36. 3
Rumentum, 40. 15
Rumen, 40. 14
Rumex, 40. 8
Ruminalis ficus, 40. 10
Rumitant, 40. 9
Runa, 41. 40
Rupitias, 37. 7
Ruri eſſe, 46. 21
Rurſus, 45. 25
Ruſcum, 37. 4
Ruſtica Vinalia, 49. 21
Ruſtica Vinalia, 37. 21
Ruſtum, 37. 25
Rutabulum, 36. 28
Ruta cæſa, 36. 32
Rutilæ, 46. 36
Rutundam, 37. 1
Rutilium, 36. 33
Rutrum, 36. 35

S.

Sabini, 62. 39. & 71. 2
Sacella, 60. 26
Sacer, 61. 4
Saccomorum, 60. 13
Sacram viam, 50. 23
Sacramentum, 72. 7
Sacratæ leges, 60. 31
Sacrem, 60. 16
Sacrificium, 60. 22
Sacrificulus, 60. 25
Sacroſanctum, 60. 27
Saga, 61. 21
Sagaces, 61. 20
Sagmina, 61. 15
Salacia, 63. 13
Salaria porta, 63. 9
Salaria via, 63. 9
Salios, 63. 32
Salentinos, 54. 6
Salias, 63. 42
Salicem, 64. 4
Salinam, 72. 3
Salinum, 64. 5. & 72. 3
Salmacis, 63. 37
Saltum, 55. 9
Salutaris porta, 63. 16
Salva res eſt, 63. 20
Sambuca, 63. 4
Samnitibus, 63. 6
Sanates, 61. 23
Sanctum, 60. 8
Sanderacam, 62. 38
Sanqualis, 71. 3
Sarcito, 62. 10
Sardi, 62. 2
Sardanapalus, 62. 12
Sargus, 62. 13
Sariſſa, 60. 35
Saperda, 62. 35
Sarpta, 61. 36
Sarpiuntur, 74. 5
Sarra, 62. 1
Saticula, 69. 9
Sas, 62. 25
Satis, 74. 35
Satura, 59. 22
Saturnia, 62. 14
Saturnii, 62. 16
Saturno, 70. 15
Satur, 51. 35
Saxum, 70. 20
Scæna, 60. 34
Scævam, 62. 32
Scandulica, 64. 32
Scaptenſula, 64. 32
Scaptia, 70. 25
Scelerata porta, 66. 27
Sceleratus vicus, 66. 25
Sceleratus campus, 66. 20
Scenam, 65. 10
Scenſas, 68. 19
Schedia 67. 1
Schœniculas, 64. 24
Scitum populi, 55. 3
Scitæ, 65. 7
Scholæ, 72. 26
Scorta, 64. 28
Scorteum, 66. 17
Scraptæ, 66. 4
Scriba navalis, 9. 13
Scribas, 65. 40
Scribonianum, 66. 21
Scribtum lapidem, 74. 7
Serilla, 69. 27
Scripturarius, 65. 38
Scrupeo, 66. 13
Scrupi, 66. 12
Scurræ, 51. 39
Scrutillus, 66. 8
Scutilum, 64. 16
Secius, 73. 18
Secluſa, 60. 34
Sæculares, 64. 8
Sedum, 70. 7

Seges

Seges, 69. 28
Segeſta, 69. 11
Segnitia, 68. 30
Sellæ, 71. 5
Seliquaſtra, 69. 16
Semis, 51. 4
Semoniæ, 57. 10
Senacula, 72. 31
Senatores, 68. 1
Senis, 68. 8
Senium, 68. 11
Senonas, 68. 14
Sentinare, 66. 37
Seplaſia, 69. 7
Septentriones, 68. 14
Septimontio, 74. 16
Septimontium, 68. 33
Sepulcrum, 68. 27
Sepultum, 69. 5
Sequamque, 74. 9
Sequeſter, 68. 23
Serra, 71. 25
Sero ſapiunt Phryges, 69. 33
Serpſit, 73. 21
Serpula, 73. 22
Sertorem, 69. 22
Servilius lacus, 50. 18
Servorum dies, 69. 31
Seceſpitam, 73. 13
Seſopia, 50. 3
Seſterti, 72. 32
Setius, 70. 5
Sexagenarios, 67. 5
Sex, 71. 31
Sex ſuffragia, 67. 30
Sextantarii, 72. 15
Seſtertii, 67. 32
Sexus, 67. 23
Siſus, 68. 35
Signa, 68. 21
Signare, 68. 31
Silatum, 73. 6
Silentio ſurgere, 74. 1, 33
Silicernium, 51. 24
Silvii, 69. 18
Silus, 69. 17
Simpludiarea, 67. 26
Sine ſacris, 50. 7
Sinnius, 57. 10
Siniſtræ aves, 67. 33
Siniſtrum, 74. 32
Sinunt, 68. 26
Siparium, 69. 1
Siremps, 71. 15
Siſpitem, 70. 1
Siſtere fana, 74. 24
Sycophantæ, 54. 27
Sobrinus, 52. 10
Sobrius, 52. 29
Sodalis, 52. 32
Sodes, 52. 35
Solari, 53. 37
Solatum, 54. 1
Solatur, 53. 37
Solea, 53. 24
Solemnia, 71. 35
Solipunga, 54. 3
Solida ſella, 73. 7
Solino, 54. 30
Solitaurilia, 59. 30
Solla, 53. 15
Sollers, 53. 14
Sollicitare, 74. 40
Solliſtimum, 53. 20
Sollo, 53. 13
Solox, 53. 36
Solum, 53. 22
Sonivium, 52. 31
Sons, 52. 32
Sontica, 71. 7
Sonticum, 59. 20
Soracum, 54. 27
Sororiare, 52. 22
Sororium, 52. 13
Sors, 52. 26
Soſpes, 54. 4
Spara, 55. 1
Speciem, 72. 31
Specus, 70. 8
Spectio, 65. 35
Spectu, 65. 22
Spintyrnix, 65. 30
Speres, 65. 33
Spetile, 65. 24
Spicit, 65. 27
Spiciunt, 71. 18
Spicum, 65. 31
Spinther, 66. 10
Spira, 65. 19
Spirillum, 65. 29
Spondere, 70. 12
Spondere, 64. 1
Spurcum, 74. 19
Squalidum, 64. 19
Squarroſus, 64. 22
Stagnum, 59. 21
Stalagmium, 59. 30
Stata ſacrificia, 71. 22
Statuliber, 59. 15
Status, 59. 17
Stellam, 74. 31
Stellatina, 70. 26
Stellatinum, 71. 1
Stelionem, 58. 29
Stercus, 71. 28
Sterilem, 60. 1
Stipatores, 74. 37
Stipem, 52. 8
Stipem, 58. 30
Stipes, 59. 1
Stiricidium, 71. 9
Stirpem, 58. 32
Stlembus, 58. 27
Stolidus, 59. 29
Stlata, 58. 25
Strenam, 58. 21
Striges, 59. 11
Strittavum, 59. 7
Stropus, 58. 15
Struere, 58. 10
Strues, 58. 6
Struices, 58. 7
Strufertarios, 51. 18
Strutheum, 58. 19
Stultorum, 69. 4
Stuppam, 59. 39
Stuprum, 59. 35
Stura, 59. 39
Suad ted, 74. 29
Suaſum, 55. 5
Subacti, 57. 5
Subcenturiare, 56. 28
Sub corona, 56. 20
Subditus, 70. 13
Suberies, 51. 23
Subices, 55. 25
Subigere, 74. 26
Sub virgam
Sublesta, 51. 32
Sublicium, 51. 7
Sublimavit, 56. 26
Sublimen, 56. 24
Sublucare, 74. 12
Suboles, 56. 38
Subrumari, 56. 30
Subſcudes, 56. 17
Subſtillum, 56. 15
Subſilles, 56. 14
Subſolaneæ, 56. 11
Subuculam, 56. 41
Sub vineam, 57. 22
Sub vitem, 57. 18
Sub vos placo, 57. 2
Suburam, 56. 33
Suburana, 54. 21
Succerdæ, 54. 18
Succidanea, 54. 25
Succingulum, 54. 16
Succrotilla, 54. 9
Succuſani, 54. 23
Sudum, 51. 29
Sufes, 57. 15
Suffibulum, 73. 23
Suffimenta, 73. 20
Suffiſcus, 57. 3
Suffuerat, 73. 7
Sugillatum, 54. 26
Suillum, 57. 36
Sulci, 55. 1
Sultis, 53. 2. 70. 3
Sum, 53. 10
Summanalia, 74. 6
Summiſſiorem, 71. 30
Summiſſi, 53. 6
Suopte, 57. 36
Supa, 57. 28
Suppum, 59. 10
Supparum, 69. 2
Supparus, 57. 23
Supellectilis, 51. 35
Supercilia, 55. 33
Supercilium, 55. 31
Supereſcit, 55. 13
Suppernati, 55. 35
Superſtites, 55. 26
Supervacaneum, 51. 14
Supervaganea, 55. 32
Supplicia, 57. 8
Supplicium, 57. 4
Suppremum, 55. 18
Surregit, 52. 24
Surium, 52. 42
Surum, 52. 37
Sus Minervam, 58. 4
Suſpectus, 57. 39
Sutelæ, 57. 29
Sutrium, 57. 31

## T.

Tabellis, 90. 28
Tabem, 90. 20
Tabernacula, 78. 15
Tabernariarum, 75. 22
Tablinum, 78. 21
Tædulum, 91. 11
Tænias, 91. 7
Tagax, 90. 25
Tages, 90. 27
Tagit, 78. 18
Thaliæ, 90. 34
Talaſſionem, 75. 13
Talaſſium, 75. 14
Talentum, 90. 30
Talio, 91. 16
Talipedare, 90. 35
Talus, 90. 29
Tam, 90. 37
Taminare, 92. 3
Taminia, 90. 28
Tamne, 90. 33
Tam perit quam extrema faba, 91. 24
Tandem, 91. 1
Tania, 91. 5
Tappete, 75. 2
Tappulla, 91. 25
Tarpeiæ, 91. 20
Tarquitiæ ſcalæ, 91. 19

Tatium, 91. 12
Taurii ludi, 75. 7
Tauri verbenæque, 91. 4
Tauras, 75. 23
Taurorum ſpecie flum. 91. 15
Taxat, 78. 12
Taxatio, 78. 14
Tela, 92. 22
Temetum, 92. 5
Templum, 77. 31
Tentipellium, 92. 17
Teretinatibus, 91. 36
Terentum, 75. 4
Terſum diem, 91. 35
Teſca, 77. 29
Teres, 92. 4
Tibicines, 76. 13
Tigillum ſororium, 92. 26
Tignum, 92. 22
Tintinnare, 92. 10
Tyria maria, 76. 30
Thymbræus Apollo, 78. 7
Todi, 75. 25
Togatarum, 75. 20
Tolerare, 78. 8
Tolenno, 78. 7
Toles, 78. 10
Thomices, 77. 28
Tongere, 77. 26
Tonſa, 78. 4
Tonſilla, 78. 1
Topper, 76. 3
Torrens, 76. 16
Torreri, 76. 26
Torvitas, 76. 32
Torum, 76. 20
Toxicum, 77. 13
Tribunicia, 75. 16
Tributorum conlatio, 92. 12
Trientem tertium, 91. 29
Tripudium, 91. 36
Tubos, 75. 28
Tueor, 77. 5
Tuguria, 77. 6
Tullianum, 78. 11
Tumultuarii milites, 77. 20
Tumulus, 77. 1
Tuor, 77. 5
Turannos, 76. 28
Turbelæ, 76. 34
Turma, 76. 23
Tuſcos, 77. 16
Tuſcum Vicum, 77. 9
Tutulum, 77. 2

V.

Vacerra, 94. 6
Vagor, 94. 9
Vagulato, 94. 12
Valgos, 94. 13
Valvoli, 94. 11
Vapula Papiria, 93. 30
Vaſtum, 93. 19
Ve victis, 93. 21
Vecores, 93. 28
Vectigal, 93. 6
Vegrande, 93. 26
Ventabant, 94. 30
Vergiliæ, 93. 18
Vermina, 94. 18
Vernæ, 93. 14
Verticulas, 93. 13
Veruta, 94. 20
Viæ pub. & priv. 93. 8
Viere, 94. 17
Viget, 93. 1
Viginti quinque, 93. 4
Viminalis porta, 94. 34
Vindex, 94. 35
Vindiciæ, 95. 2
Vineæ, 94. 35
Viratus, 95. 1
Viridus, 95. 1
Unciaria lex, 94. 27
Ungulus, 94. 24
Voiſgram, 93. 3
Vota nuncupata, 11. 8
Urvat, 94. 21

FINIS.

# INDEX

## *Initii paginarum in MS. Codice Fragmenti Feſti Pompeii.*

*Prior numerus denotat Paginam Fragmenti, & poſteriores Paginam & lineam hujus Editionis.*


Pag. 1 mutum dicimus, pag. 1. lin. 1
2 ſed *ſpanius*, 1. 19
3 uſu roceſſit, 2. 9
4 uſus eſt in ea, 2. 27
5 fert Cato, 3. 12
6 terrenæque, 3. 32
7 *Mille urbium*, 4. 10
8 gravis incidiſſet, 4. 29
9 veſtæ in, 5. 16
10 teros. Mend*icum*, 5. 36
11 *dedicatum, nunc*, 6. 14
12 corde multi, 6. 32
13 idem pro, 7. 16
14 Negibundum *antiqui*, 7. 36
15 . . . lem atque, 8. 14
16 truriam, ſamnites, 8. 31
17 nius L. VI. 9. 9
18 novaculam pro*ferri*, 9. 29
19 *a domo procul*, 10. 5
20 ro eſtis, 10. 22
21 unus poſt, 11. 2
22 lem cocum, 11. 21
23 *quaſi novimen*, 12. 1
24 Oratores ponitur, 12. 20
25 ſigna in, 13. 2
26 ſed non uſu, 13. 21
27 *negligere temporibus*, 14. 1
28 hoc quoque libro, 14. 21
29 de eo ſumatur, 14. 38
30 beri poſſimus, 15. 19
31 *Oriri, naſci*, 15. 37
32 eos noſtri, 16. 9
33 eſt, cum ait, 17. 2
34 ſum jam *in conſuetudinem*, 17. 20
35 *plurium numerus*, 18. 4
36 quoque id eſt deo, 18. 22
37 procul ſint, 19. 8
38 genus *libi*, 19. 27
39 . . . . . cant, 20 4
40 giſtratus. eas enim, 20. 21
41 meæ conſobrinus, 21. 2
42 exori*ente ſole*, 21. 21
43 *gium: quibus ſuffragantibus*, 21. 40
44 porcorum, cum, 22. 18
45 dormienti evenit, 23. 8
46 bem.*nam patricia*, 23. 28
47 *& viriles*, 24. 6
48 Sarſinas erat, 24. 25
49 iſtimatur & immiſcuiſſe, pag. 25. lin. 4
50 *ratas, quæ* inceſti, 25. 24
51 . . . *Portumnus*, 26. 6
52 ea oratione, 26. 23
53 eſt attigi, 27. 7
54 *ceſſe decidere*, 27. 26
55 . . . . *parilia*, 28. 9
56 Trib. pleb. 29. 1
57 Procum (patricium) 29. 20
58 li . . . . . . 30. 1
59 *agro de hoſtibus*, 30. 20
60 de Veſtæ ſegetibus, 30. ultima.
61 ri frumenta, 31. 31
62 quod . . . . . . 32. 1
63 . . . . . . . . 32. 19
64 Quirites autem, 32. 38
65 dieb. Compitalia, 33. 18
66 *Quintia prata*, 33. 37
67 dolores . . . . 34. 13
68 detergeo & in, 34. 31
69 pio Africanus in, 35. 12
70 ſan . . . . . . 35. 30
71 . . . . . . nas, 36. 7
72 vetuſtate rugoſæ, 36. 24
73 num L. VII. mulieres, 37. 6
74 . . . . . . . 37. 25
75 . . . . . . . 38. 1
76 ubi incubare, 38 27
77 men adventu, 38. 48
78 mæ. *Diocles*, 39. 20
79 *Romuliam Tribum*, 39. 39
80 Verrius id, 40. 17
81 ut ampiruet, 40. 38.
82 *na, id eſt*, 41. 19
83 *Roduſculana porta*, 41. 38
84 ſignificat putavi, 42. 13
85 unde reciniati, 42. 34
86 cohib*eam navis*, 43. 10
87 *co eſt, cum* ſcaphæ, 43. 28
88 dicti videntur, 44. 14
89 & ſacra, 44. 32
90 *hoſtibus capta*, 45. 10
91 . . . . . . aut, 45. 28
92 nant, reptent, 46. 3
93 pro diſtat, 46. 20
94 betur cenſ*oria*, 46. 38
95 *tionis pœnam*, 48. 1
96 refert. Item. 48. 19
97 ſum à ſtantibus, 48. 38
98 eſt, non utique, 49. 16
99 *Augur, quo*, 49. 33
100 ppendice: quod, 50. 8
101 quidem, ut vulgus, 50. 25
102 mutas ſemi*vocales*, 50. 42
103 *vacuum quidem*, 51. 15
104 paupertatem ſi, 51. 31
105 Secus, Valgius, 52. 7
106 fribolaria. *tunc*, 52. 23
107 *nutionem ſurculus*, 52. 38
108 quod potes, 53. 9
109 ſimul & ſola, 53. 23
110 etiam Afran*ius*, 54. 1
111 *appellarunt à pluvia*, 54. 15
112 qui id feciſſet, 54. 29
113 Amyclas trado, 55. 15
114 tudinem pon*itur*, 55. 30
115 *rem denegaſſe*, 56. 5
116 ulla ſubſcus, 56. 18
117 his vocabantur, 56. 31
118 qui celebris, 57. 4
119 dicitur veles, 57. 18
120 giones Sutrii, 57. 33
121 tiqui dicebant, 58. 10
122 rum, quas *Græci*, 58. 24
123 *per tranſlationem*, 58. 38
124 nomen inditum, 59. 12
125 tiis exquiſitis, 59. 27
126 Aſturam vo*cant*, 59. 40
127 *arboris, quam*, 60. 13
128 to. Sacroſanctum, 60. 27
129 lus Ælius ait, 61. 7
130 cognoſcere *poſſe*, 61. 20
131 *de quibus le*gem, 61. 32
132 retexta bullaque, 62. 7
133 pita, quodiſcum, 62. 18
134 bonam, & malam, 62. 32
135 *urbes expugnant*, 63. 5
136 Apollinis in, 63. 20
137 men Pollemon, 63. 33
138 gionis Italiæ, 64. 7
139 *res Schœnicula*, 64. 26
140 curis, an dolabra, 65. 11
141 figuræ occurſatrix, 65. 31
142 tum vidi Scrattiæ, 66. 8
143 *ejus jacens*, 66. 27
144 in patriam, 67. 14
145 Siniſtræ aves, 67. 33
146 tranſalpina regione, 68. 13
147 *nitendo quid utile*, 68. 30
148 Valerius Corvus, 69. 10
149 Liburnica, quæ, 69. 28
150 de & reſpondere, 70. 12
151 *ab avi ſiliquali*, 71. 3
152 Cælium ſi ſe, 71. 21
153 ſive contenditur, 72. 8
154 aliquo nomine, 72. 28
155 *de verbenis*, 73. 11
156 cuitas. Veranius ait, 74. 4
157 Ciſitum à Lævo, 74. 22
158 quidam dictum, 74. 40
159 *cia rogatione lex*. 75. 16
160 vehementes projectiones, 76. 1
161 fluvium & torrentem, 76. 20
162 baque fictores, 77. 4
163 *qui immin*ent, 77. 22
164 cat remum, quod, 78. 5
165 . . . . . . .
166 SCHEDÆ, 79. 1
167 Manubiæ Jovis, 79. 4
168 dum eſt mihi, 79. 21
169 phylam fabulæ, 80. 14
170 tantum muneris, 80. 33
171 facta: ut Accius, 81. 4
172 Sex. Pompei, 82. 1
173 bene aptus, 82. 20
174 tur Confiva, 83. 3
175 gnificari ſacrum, 84. 2
176 concedit. ego, 84. 21
177 facerent. Et, 85. 9.
178 utantur, nec, 85. 28
179 ficatur etiam, 86. 6
180 quod tecum, 86. 25
181 paravere bonis, 87. 4
182 cebatur apud, 87. 24
183 Picati appellantur, 88. 3
184 meminit quom, 88. 23
185 monte Albano, 89. 7
186 dieq. nomen, 89. 26
187 in alium transfertur, 90. 2
188 uſurpatum, 90. 20
189 id eſt ſic, 90. 39
190 quæ referentur, 91. 15
191 tres aſſes ſunt, 91. 34
192 dixiſſe in Promo, 92. 18
193 agendis, 93. 1
194 Quales, ſcabres, 93. 20
195 ro Philologus, 94. 7
196 ſpenſum lævo, 94. 27


FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

32101 065189068

Digitized by Google